Nobilis & Amplissimi I. C.

D. LUDOLPHI SCHRADERI

BRVNSVICENSIS, COLLEGII IVRIDICI IN ACADEMIA FRANCOPHVR-DIANA AD ODERAM QVONDAM Præsidis Ordinarij,

Consiliorum sive Responsorum

VOLVMEN PRIMVM

Nunc primum post obitum auctoris in lucem editum.

Studio & operâ

IOANNIS BRANDIS HILDESHEIMII,

I. C. & coll. Sax. in Acad. Erphurd. Patroni.

CVM GEMINO INDICE VNO MATERIARVM SVCCINCTO ET SYNOPTICO: ALTERO RERVM AC verborum copiosissimo.



M. DC. VII.

Cum Privilegio S. Cæsar. Maiest. decennali.

Cura & Sumtibus HENNINGI GROSII, Bibliop. Lipf.

SCHRADERI piola quisquis sub imagine vultus
Conspicies vigiles quas habuitq́ faces;
Sic oculus, sic ille manus, sic ora gerebat
Gloria Romulei Scaeuula iuris, ait.



Non malè spectator senis bone; corporis est hic
Artificum tibi dat dextra modo effigiem.
Discupis ingenij varias cognoscere dotes
Erudient docta pulpita docta schola.
Scriptaq́, (nunc GROSSI vulgat quæ cura popello)
Posthuma, non ullá intermoritura die.
Neruos atq́ cutem morti debemus: at ultrà
Nil valet ingenij Morta nocere bonis.
Donec aquas Viadrus fundet; tua scripta manebunt
Et te posteritas grata, SCHRADERE, canet.

DI faciem nato tibi tres finxêre IOHANNES
BRANDIS, Saxonici magne Patrone chori;



Lumen Apollo tibi, frontem grauitate coronat
Alma DICE, eloquij Pallas aroma dedit.
Vive diu patriæ columen Musisq; superstes,
Promeq; SCHRADERI posthuma scripta penu.

Faciebat Fridericbus Georgij
Lips. I. V. Licentiandus.

IOHANNIS BRANDIS I. V. D.
LECTORI S.

NOBILISSIMI ICti LVDOLPHI *Schraderi p. m. affinis mei honorandi, dum viueret inter suos ob singularem eruditionem præcipui nominis,* CONSILIA, *maximè quæ absq; singulari partium iactura exhiberi possunt, promisi quidem ante annos duodecim, cum primum eiusdem* SCHRADERI *tractatum feudalem ederem: At tardius exoluo non sine causa. Fuit. n. quod me retardauit, quodq; morã planè purgat.*

Idcirco, & quia interim interusurium præstiti, eoq; ipso fidem liberaui meam, excusatum me, & tibi persuasum habe LECTOR BENEVOLE, *diutius victura quæ sic serius eduntur,*

Nunc verò accipe CONSILIORVM *volumen primum, Alterum breui post, volente Deo, præstolare. Vt ut etenim mente conceperim publicationem nonnullis consultoribus aduersam, statui tamen edenda esse: non ideo modo quod excellentium virorum censura & auctoritate confirmatus, iudicauerim id percõmode fieri posse, & eorum lectionem tum studiosis Iuris, tum verò & vel maximè practicis causarumq; patronis, qui litigantium bona, spem, vitã, posterosq; defendunt, non inutilem vel ingratam fore: Sed & quod diuulgationem in gratiam, vtilitatem & profectum studiorum Iuris, ipse auctor noster in vita sua non improbauerit, sed potiùs mandarit, ita tamen vt exhiberentur correctiora quã illa sua quæ inter alia variorum Consilia edita dudum tunc reperiebantur.*

Præterea in more positum video data multis præconiis commendata tradere, quod quidem & mihi in hoc passu non esset difficile, si non esset inciuile, imò iniucundum. Etsi, LIBER *vt ager per se fertilis, laudando nõ fit melior, sicut nec vituperando peior, quorsum pertineret inutilis palpatio, vt Plutarchi verbis vtar.*

Iudicium ergò sincero lectori liberrimum relinquo, hoc saltem liberius dico, si Italis in eo genere præcipua laus debetur, agnoscet lector simul & in hoc Auctore eminentium Italorum maximè Andreæ Alciati & Mariani Socini, quorum honorificè sæpè mentionem facit, æmulum felicem & discipulum: Vt sileam interim,

rim, quod sæpè foro, moribus ac captui nostro aptiora & conuenientiora videri possint. Ac quamuis de quauis re & quæstione proposita disertissimè disquirat, instareq; forsan quispiam possit, inanem esse eiusmodi splendorem, vbi secundum notum versiculum.

Ornari res ipsa negat contenta doceri: *non tamen est quod reprehensionem iure mereatur, Quandoquidem materiæ subiectæ discussione longiori opus habent, non modo ad explicationem, sed & veritatis indagationem, partiumq; informationem. Neq; Lectorem remorabitur prolixitas: quia ego Summaria, vt vocant, cuiusuis Responsi, tàm accuratè notaui, vt quidquid intus sit, statim sine difficultate ob oculos positum habeas.*

Cæterum CONSILIA *Doctorum in genere quod attinet, scio esse qui anteponendo lecturas horum auctoritati detrahunt. Ego verò, vt dicam quod res est, si non plus certè tantum Consiliis quantum prælectionibus tribuo.*

Consilium namq; res prorsus & verè sacra est. Et teste diuina scriptura, Sapientia habitat in Consiliis. Neq; negari potest, quod consulentes quam maximè quærendæ veritati intenti sunt, potissimum si professores Publici sint, quorum probitas, solertia, fides & eruditio spectata est, qui plerumq; à Principibus ad respondendum de Iure sub iuramenti religione seliguntur. Lecturæ in Scholis traduntur interdum otiose & simpliciter. In Consiliis verò iusto apparatu instructisq; hinc inde partium copiis, eadem quasi in Proscenium ad viuum non sine sensu honestæ voluptatis deducuntur & exhibentur. Atq; sic etiam videtur plus iucundæ oblectationis Consiliis inesse: quæ res ad perficiendum quiduis plurimum momenti habet, iuxta illud

Omne tulit punctum qui miscuit vtile dulci.

Sed obiiciunt, Esse in Consiliis sæpè discrepantiam & pro diuersitate circumstantiarum à consultoribus vel diuersis, vel vno & eodemq; casu adductarum, diuersas sententias, vnius eiusdemq; consilij Sapientum emanare, sicuti in vna eademq; causa magni ponderis consuluisse Bartholomæum Socinum Decius testatur. At nihil mouet.

Demus enim alia atq; alia Responsa, aut propter rationes differentes, aut aliam causam ab aliis consiliis non nihil deuiare, tamen

men ideo Consiliorum utilitati & iucunditati nihil decedit, multo minus exinde arguitur illa lecturis postponenda.

Quinimo, si quis malis affectibus corruptus aliaue prauitate ductus non modo contra seipsum, sed & aduersum Ius responderit, non tamen stringit.

Abusus siquidem est in improbo consulente, de quo ego statuo quod Erasmus de malo Theologo, & dico, ut bono consulente nihil melius: sic malo nihil pestilentius: Et quo quaq; disciplina sanctior, hoc fit pernitiosior: si contigerit improbo. Atq; adeo extra dubitationis aleam pono, Consiliorum lectionem & quidem SCHRADERI nostri gratiorem fore, uberioremq; utilitatem afferre posse.

Deniq; de hoc admonitum Lectorem volo, quod ad exemplum nostrorum Henningi Goden & Iacobi Heinrichmanni: Item, Iacobi Pistoris, qui patris sui Modestini & Simonis F. prout & Statij Borcholten qui patris sui Ioannes Borcholten Consilia in lucem emiserunt, ea, quæ patrio idiomate interdū interspersa sunt, in latinum non transtulerim, tùm ob genuinam gratiam, quæ cuiq; linguæ est familiaris, tùm, quod pauca Germanica illa etiam extraneum lectorem hic prorsus, ut spero, non impedient, ita ut hæc Responsa nihilominus extra Germaniæ fines æque atque aliorum Exterorum atq; inter hos Bartholomæi Chassanæi Galli commentarius in consuetudines Burgundiæ extra Galliam, & in nostris manibus utiliter versantur, legi & intelligi possint, tum, quod patriæ seruire commodis potissimum etiam mei sit instituti.

Quod, LECTOR, breuibus pro more præfari placuit, tu præsentibus rectè utere, iam iam sequutura placidè expecta, & interim benè viue & vale. Dabantur Hildesheimij Saxonum, 8. Octob. anno Christi 1606.

INDEX

INDEX
MATERIARVM SIVE QVAESTIOSTIONVM PRAECIPVARVM QVAE HOC CONsiliorum volumine primo tractantur, secundum ordinem alphabeti.

55 Offi-

INDEX ABSOLUTISSIMUS OMNIUM EORUM QUÆ IN HIS CONSILIIS SCHRADERI continentur, prior numerus paginam, posterior numeros cujusq; Consilii indicat.

A.

Actus

Argumen-

de Clau-

Consti-

Contra-

D.

Decla-

Dispo-

Dolus

E.

F.

Feudum

G.

H.

I.

Instru-

Inve-

Investi-

Ius

M.

Mens

N.

INDEX.

Refutatio

Item

d Statu-

jus

 Secus

T.

Termini

V.

Vasallus

CONSI-

CONSILIUM PRIMUM FEUDALE.

P. S. C. M. contra N. N.

Betreffend

Die Succeßion der Herrschafften N. C. D. S. M. F.

SUMMARIA.

1. *Feudum regulariter praesumitur antiquum:*

Declaratur n. 583. & seqq.

2. *Quid vero si Dominus sit in possessione, & n. 586.*

Quidq; si Domini possessio sit vitiosa, n. 4. & n. 584.

3. *Antiqua investitura qua dicatur.*

5. *Ad successionem feudi paterni admittuntur omnes illi qui à primo adquirente originem trahunt, etiamsi ultimo defuncto in remotissima linea coniuncti sint.*

6. *Contrarium tenent Ias: & alii malè.*

Declaratur tamen n. 218. & n. 229. & seq. & n. 593.

Vbi quid de jure Saxon.

7. *Ad successionem Baroniae admittuntur omnes omninò agnati defuncti in infinitum usq; secund. Bald. & alios.*

Confirmatur ibid.

At improbatur n. 594. ubi etiam declaratur.

Quid obtineat de consuetudine Germaniae n. 596.

8. *Investitura prima est origo & radix feudi omniumq; sequentium investiturarum, & eius tenor semper inspiciendus est.*

Declaratur n. 492. & seq & n. 597.

9. *Investitura sequentes secundum primam intelligendae sunt.*

Declaratur n. 598.

10. *Per investituras sequentes Dominus feudi non praesumitur praeiudicare voluisse illis, quibus ex prioribus: jus quaesitum est.*

11. *Quod potissimum obtinet in casu ibid.*

At declaratur n. 600.

12. *Clausula salvo jure alterius semper in investituris intelligitur etiamsi expressa non fuerit.*

13. *Dispositio & actus omnis secundum subiectam materiam vel naturam rei qua de agitur intelligi debet.*

14. *Etiamsi verba necesse sit ad significationem impropriam detorquere.*

15. *Quod etiam obtinet in materia in qua alioquin stricta interpretatio fieri debet.*

16. *Mens contrahentium vel disponentium ex subiecta materia colligitur.*

17. *Natura cuiuslibet feudi est, qua ei attribuitur per primam investituram, & illa omni jure potior est.*

Declarantur hac n. 601.

18. *In investitura prima dicta vel posita, in omnibus sequentibus repetita censentur.*

Confirmatur ibid.

A Declara-

Declaratur quinq; modis. n. 602.

19. *Expressum quod dicatur, & n. 31. 32. 603.*

20. *Verba generalia quam generaliter intelligi debeant, & n. 188. & seqq.*

Ubi de vi generalis dispositionis multa.

21. *Universalia verba quid quantumq; operentur & n. seqq. & n 26.*

Verba tamen quantumvis generalia & universalia, quando non sufficiant & quando restringantur, vide n. 296. 297. 321. & seq. 331. 336. 339. & n. 604.

22. *In concessione rerum in certo loco existentium non comprehenduntur res venales ibi existentes.*

Fallit hoc ibid.

23. *Appellatione rei in certo loco existentis, pecunia ad fœnorandum expendendumve destinata non continetur.*

Declaratur ibid.

24. *Appellatione rerum mobilium vel immobilium, non comprehenduntur nomina debitorum, itemq; nec jura nec actiones.*

Fallit ibid.

25. *Verbum heres in investitura positum intelligitur de herede sanguinis, atq; descendentibus ex primo adquirente.*

Declaratur ibid.

27. *Verba geminata quid quantumq; operentur?*

28. *Relatum inest referenti, cum omnibus suis qualitatibus.*

Declaratur n. 599.

29. *Clausula ut omnia habeantur pro expressis perinde atq; si specialiter expressa essent, quid operetur, & n. 607. 609.*

Ubi declarantur hic posita.

30. *Ex præterito præsumitur in præsens.*

Declaratur n. 294.

31. *Solita vel consueta exprimi, pro expressis habentur.*

Declaratur n. 610.

32. *In omnibus omnino negotiis illud pro expresso habetur, quod contrahentes verisimiliter expressissent, si de eo interrogati fuissent.*

Declaratur n. 611.

33. *Investitura primæ non derogatur per posteriores, qua aliter quam prima loquitur.*

Ampliatur ibid.

Declaratur n. 492. 612.

34. *In investituris posterioribus contra tenorẽ primæ & antiquioris investituræ, si quid mutatum fuerit, illud præsumitur vel per errorem vel per impressionem factum.*

35. *Confirmatur hoc.*

At declarationem recipit ex dictis sub nu. 496. & sequent. & n. 613.

36. *Per errorem alterata vel mutata in investituris, vasallo & posteris non nocent.*

37. *Idem est si per impressionem quid mutatum sit.*

38. *Ab investitura prima quando demum recedi possit, & n. 614. 617. 619.*

Ubi declarantur hic posita.

39. *Mutatio primæ investituræ facta à Domino cum consensu Vasalli censetur esse tantũ restricta ad tempus vitæ Vasalli, qui mutationi vel alterationi consensit.*

Confirmatur ibid.

At declaratur n. 620.

40. *Dominus feudi etiam cum consensu Vasalli & ex certa scientia primam investituram mutare non potest, in præjudicium illorum qui vigore primæ investituræ jus succedendi in feudum habent.*

Confirmatur hoc ibid.

41. *Et ampliatur.*

At declaratur, n. 509. & multis seqq.

42. *In investituris posterioribus si quid fuerit immutatum etiam ex proposito & cum consensu tam Domini quàm Vasalli, id filiis vel agnatis Vasalli non præjudicat.*

Declarationem recipit hoc ex d. sub n. 509. & seq. & n. 515. 517.

43. Feudum

43. Feudum antiquum si alicui fuerit concessum tanquam novum nihilominus antiquum remanet.

Declaratur d. n. & n. 621.

44. Mutatio investiturarum non nocet illis, quibus vigore primæ investituræ successio feudi debetur, etiamsi hæredes universales sint Vasalli, qui mutationem illam cum Domini consensu fecit.

Et hoc declar. d. n. & n. 621.

45. Mutatio investituræ primæ non confirmatur præscriptione: nec præscriptio currere incipit contra illos, in quorum præiudicium mutatio facta est, priusquam illis feudum hoc apertum est, etiamsi 100. vel plures anni elapsi sint.

46. Confirmatur hoc.

At declaratur num. 518. 519. & n. 621.

47. Per divisionem feudi inter fratres vel agnatos factam, natura feudi nec mutatur vel alteratur, nec dividentes eorumq́ posteri excluduntur à jure succedendi in ista feuda.

Confirmatur n. seqq.

Ampliatur 11. 50.

Declaratur n. 276. & n. 623.

48. Feuda æquiparantur fideicommisso relicto uni de familia, ea conditione, ut illud semper in familia remaneat.

49. A quo fideicommisso quis per simplicem divisionem non excluditur.

51. Statuta & consuetudines stricti juris sunt & strictè intelligenda.

52. Et secundum jus commune amplienda & restringenda.

53. Etiamsi necesse sit verba detorquere ad significationem impropriam.

54. Correctio juris communis quantum fieri potest vitanda.

55. Correctio juris communis non inducitur per verba generalia nec universalia.

56. Nec per subauditos intellectus.

57. Statuta & consuetudines ita intelligi debent, ut quanto minus fieri potest juri communi derogent.

58. Text. c. 32. Lehnrecht *declaratur & multis n. seqq. & an tantum in feudo novo obtineat, non antiquo, & n. seqq. usq. ad n. 68.*

An de jure Saxonico per simplicem divisionem feudi antiqui jus succedendi in feudum extinguatur, ibid. & n. seqq. & n. 624.

Ubi improbatur Henning. Goëd. opinio.

59. Fratres de feudo novo simultaneè investiti, ut alter alteri in illud succedat, vel mortuo uno, portio huius alteri accrescat, si illud feudum diviserint, vel alter alteri jus suum refutaverit, hæc divisio vel refutatio nulla est.

60. Idem esse juris videtur in feudo novo, duob. vel pluribus fratrib. vel agnatis concesso ab Imperatore vel Rege, etiamsi dictum non fuerit, quod unus alteri succedere, vel quod uno defuncto, portio huius, alteri accessere debeat.

Quod confirmatur n. seq.

Declaratur utrumq. n. 624.

61. In feudo novo duobus pluribusvé ab Imperatore vel Rege concesso, jus accrescendi locum habet.

62. Quid in Baronia.

63. Quid si divisio non sit simplex, sed coniuncta cum refutatione.

64. Statutum alteri simpliciter auferens beneficium, quomodo intelligendum?

65. Beneficium ex statuto competens facilius tollitur, quam quod jure communi vel pacto mihi debetur.

66. Exclusus ab uno jure, cætera jura sibi competentia illæsa detinet.

67. Quid si alicui unum idemq́ remedium vel jus ex diversis causis competat, & una ex illis causis sublata sit.

68. In feudis, præsertim antiquis, factum patris vel alterius, filiis reliquisq́ posteris regulariter non nocet.

Declaratur n. 509. & seqq. ubi dicitur, quod in feudis novis non sic fit.

Quid verò si feudum antiquum hæreditarium sit, n. 511. 625.

69. *Verbis statutorum quàm tenaciter inhærendum.*

70. *Vasallus, quibus casibus per divisionem factam privatur jure succedendi in feudum: idita demum obtinet, si Dominus feudi hoc voluerit, & suam voluntatem declaraverit.*

Confirmatur n. seq.

Declaratur n. 626.

71. *Vasallus, quibus casibus feudo privatur, privatio non aliter obtinet, nisi Dominus tacitè vel expressè declaraverit, se velle ut Vasallus privatus esse debeat.*

72. *Et hæc declaratio cum facti sit, non præsumitur.*

73. *Caducitatis jus Dominus Vasallo remisisse intelligitur, si illum de feudo quod amittere meritus erat, investierit.*

74. *Ius caducitatis si semel expressè vel tacitè remissum sit, pœnitere non licet.*

75 *Investitus pro se & successoribus suis, si quis sit, eius & filii & successores censentur investiti, ita ut revocationem investituræ vel simultaneè manus petere non teneantur, secundum Bald. & Iason.*

Quorum opinio communiter improbata dicitur, n. 627.

Altera Germania etiam consuetudine approbata. n. 629.

76. *Ad conservandum jus feudale, sufficit intra tempus legitimum investituram petere, licet, non obtineatur.*

77. *Quod etiã de jure Saxon. obtinet.*

Non tamen semel atq; iterũ petere sufficit, sed instanter illa petenda est. n. 632.

78. *Concessio generalis an & quando operetur & n. 360. & seq.*

79. *Assertioni Domini attestantis feudum aliquod sibi ob feloniam apertum, fides non adhibetur.*

80. *Etiamsi Imperator vel Rex sit.*

Quæ sententia communiter recepta dicitur, n. 634.

Vbi declaratur tamen.

Qui verò Dd. contrarium teneant, referuntur sub n. 633.

82. *Dominus feudi de felonia Vasalli, vivente Vasallo delinquente non agens, mortuo illo hæredes vel successores delinquentur convenire & feudo privare nequit.*

Declaratur n. 635.

83. *Dominus non potest Vasallum qui feloniam feudi privatione dignam commisit, propria auctoritate sine ordine judicario feudo privare, deq; eo aliũ investire.*

84. *Ampliatur hoc.*

At declaratur n. 357. 636.

85. *Nemo plus juris in alium transferre potest, quàm ipse habet.*

86. *Ob investituram non petitam Vasallus non privatur feudo ipso jure, sed sententia privativa requiritur.*

Vt & illo casu, si servitia non sint præstita, ibid.

Contrarium quo ad utrumq; tenent multi n. 637.

87. *Quid verò si alia felonia sit commissa.*

Quidq; si feudum ob generationem sit finitum n. 638.

88. *Feudum quoquis per sententiam privari potuit, si alicui rursus concedatur vel felonia remittatur, illud antiquũ permanet, & feudi antiqui naturã retinet.*

89. *Ampliatur hoc.*

Contra. n. 639.

90. *Quid verò si de feudo ipso jure amisso, Dominus Vasallum iterum investierit & n. 638. & seq.*

91. *Contractus à tutore curatoreve initus cum pupillo vel minore regulariter non valet.*

Declaratur n. 445. & seqq. & n. 450. & seq.

92. *Contractus minoris præsertim ratione bonorum immobilium initus non aliter valet, nisi in illo decretum Iudicis & aliæ solennitates legitimæ intervenerint.*

93. *Ampliatur hoc.*

At declarationem recipit ex dictis, sub n. 447. & seqq.

94. *Dolus dans causam contractui bonæ fidei illum ipso jure nullum reddit.*

95. *Quid*

95. *Quid verò si dederit causam stricti juris contractui.*

96. *Dolus malus causam dedisse contractui quomodo præsumatur?*

97. *Persuasiones probantur etiam ex enormissima læsione secundum quosdam.*

Non tamen impressiones n. 477.

98. *Contract⁹ metu init⁹ rescidi debet.*

99. *Quid si metus reverentialis sit.*

100. *Persuasio habetur loco coactionis & compulsionis.*

101. *Et illa plus quàm compulsio nocet, secundum Oldrad.*

102. *De persuasione eius, cui quis subjectus est & reverentiam debet.*

103. *Metum & impressionem ex læsione enormi vel ex enormissima probari tum, cum contractus est initus cum eo, cui quis reverentiam debet, asseritur & confirmatur hic.*

Sub his proximè præced. 10. numeris relata, declarationem tamen recipiunt ex dictis sub n. 474. & seqq.

104. *Consanguinei juniores maioribus reverentiam debent.*

105. *Contractus à tutore vel curatore cum pupillo minoreve etiam legitimè initus, quo casu ipso jure nullus sit.*

106. *Datum vel promissum eam ob causam, ut quis illud retineat vel consequatur, quod antea eius fuit, viribus caret vel saltem condici potest.*

Declaratur n. 640.

Quid si huic jusiurandũ accedat, n. 124.

107. *Transactio etiam ob enormem læsionem rescinditur.*

108. *Contrarium tenent multi, relati à Pinell: & aliis.*

109. *Prior opinio videtur sine dubio procedere, quando læsio est enormissima & valdè excessiva.*

Quod tamen declaratur n. 640.

110. *Quid verò si læsus sit minor in transactione.*

111. *Contractus ob enormem vel enormissimam læsionem rescinditur, etiamsi per decretum judicis confirmatus fuerit secund. Dd. hic relatos.*

Contrarium tenent relati, sub n. 471.

Quorum opinio magis communiter approbata dicitur, ibid. & n. 642.

Vbi etiam prior opinio declaratur.

112. *Minori læso tum in transactione quam alio contractu restitutio in integrum conceditur.*

Declaratur n. 463. & seqq. & n. 643. & seqq.

113. *Petitio restitutionis in integrum etiam heredi competit.*

114. *Restitutio in integrum intra quadriennium peti debet.*

115. *Fallit, quando læsio est enormissima, hoc enim casu etiam post quadriennium peti potest, secund. glos. & Dd.*

Quæ tamen opinio vera auctori non videtur, n. 465. 644. 678.

Vbi etiam priorem declarat, posito, illam verum esse.

116. *Quid si pars adversa habeat scientiam læsionis, & sciat contra se in integrum restitutionem peti posse?*

117. *Iuramentum minoris interpositum super contractu, id efficit, ut contractus nullus & invalidus confirmetur & n. 451.*

Modo illud juramentum præstitum fuerit factis S. S. Euangeliis n. 119.

Fallit de jure canonico n. 452.

Quod & in foro civili hoc casu servandum. n. 453.

Ampliatur verò d. n. 451.

118. *Præstatio fidei juramento hoc casu non æquipollet, contrariũ tenent alii n. 455.*

Quorum opinionem de consuetudine Germania observari attestatur auctor n. 456.

Multò magis in cas: n. 458.

120. *Contractus metu etiam à maiore initus jureiurando non confirmatur.*

121. *Quid si metus reverentialis sit? & n. 645.*

Vbi declar. hic & sub priori n. posita remiss.

122. *Contractus dolo malo initus juramento non confirmatur.*

Declaratur n. 646.

123. Iuramentum an confirmet renunciationem & contractum in quo intervenit læsio enormis vel enormißima & n. 467. 646.

125. Præsentia & consensus amicorum, aliorumvé honestorum virorum nihil operatur, nec præsumptionem doli vel metus excludit, quando intervenit læsio enormis vel enormißima.

126. Quid si contractus sit initus cum parentibus, fratribus, consanguineis, altisvé personis quibus reverentia debetur & n. 647.

127. Decretum judicis in actu aliquo intervenisse non præsumitur.

Declaratur n. 472. 648.

128. Præsentia & permißio judicis decreti vigorem non obtinet, sed illud formiter & ritè interponi debet.

129. Decretum non valet nisi causa cognita interpositum sit.

130. Decretum judicis non ritè interpositum nihil operatur.

131. Et ritè interpositum non confirmat contractum, ita ut eius rescißio peti non poßit, tùm, cùm intervenit læsio enormis vel enormißima.

Contrarium firmatur n. 471. 649.

132. Geminatio vel reiteratio actus, facta in minori atate nihil penitus operatur.

133. An verò & quando idem sit in geminatione actus à maiori facta & n. 650. 651. 652.

134. Lapsus temporis longi vel longißimi maximam præsumptionem inducit, quod in actu aliquo omnia requisita intervenerint.

135. Qua tamen præsumptio juris tantum est.

Et per contrariam probationem:

Imò & præsumptionem eliditur.

136. Nec præsumptio ex lapsu temporis descendens obtinet, tum quando agitur de gravi præiudicio, secund. Bart. & Rom.

Declaratur notab. n. 448. & n. 653. & n. 654.

Vbi quò ad præsumendas solennitates contrar. magis receptum est.

137. Præsumptio ex lapsu temporis descendens non obtinet etiam tum, cum agitur de tali actu qui principaliter ad exclusionem alterius tendit.

Contrarium tenet Alexand. n. 655.

Vbi declaratur prior sententia.

138. Quid verò si is cum quò actus celebratus est, solennitatem intervenisse neget, & n. 656.

Vbi improbatur opinio hîc posita, itemq́; declaratur.

139. Quid si instrumentum super isto actu confectũ, fidẽ non faciat. & n. 657.

Vbi declaratur Dd. opinio hîc reluta.

140. Quid item si agatur de præiudicio pupillorum vel minorum & n. 658.

Vbi declaratur Corn. Alex. & alior. opinio.

141. Præsumptio ex lapsu temporis nunquam obtinet nisi probetur scientiam & patientiam intervenisse eius, de cuius præiudicio agitur.

Fallit si lapsus temporis immemorialis sit, n. 659.

Imò si 30. ann. sit n. 660.

Quod comprobatur ibid.

Fallit item eo casu quando quis titulo munitus est. n. 661.

Aliter etiam declaratur. n. 662.

142. Nullum ab initio quod est, tractu temporis non convalescit.

Declaratur n. 663.

143. Ratificatio contractus invalidi nunquam præsumitur.

144. Confirmatur hoc.

145. Et ampliatur.

At declaratur n. 462. 664.

146. Ratificatio non confirmat actum nullum propter amißionem formæ.

Declaratur n. 665.

147. Idem est, si in actu dolus intervenerit.

Vel enormis læsio.

Declarantur hac n. 460. & aliquot seqq. & n. 666.

148. Contractus à minore initus confirmatur, si maior factus intra quinquennium illum non impugnavit, & n. 462.

Decla-

Declaratur hac regula valdè notabiliter & n. seq.

149. An verò dispositio l. fin. C. si maior fact. hodie obtineat, attentâ juris canonici dispositione, & n. 667.

150. Refutatio feudi facta à Vasallo agnato ita accipienda, ut illa non obstante, renuncians & eius descendentes nihilominus ad successio...m illius admitti debeant, si agnatum hunc mori contingat absq. liberis.

151. Ampliatur hoc.

At declaratur n. 285. & seqq. & n. 668.

152. Renunciatio bonorum feudalium facta à patre liberis & agnatis non praejudicat.

Declaratur nu. 404. & seqq. & num. 406.

153. Pactum vel transactio inter certas personas inita, aliis nec nocet nec prodest.

Declaratur n. 407. & seqq. & num. 669.

154. Filiis & agnatis proximioribus permittitur feudum etiam ritè alienatum revocare.

Declaratur n. 670.

155. Et si proximiores non revocaverint his mortuis, sequentibus in gradu id permittitur.

156. Nec tempus ad revocandum his currit antequam proximiores mortui fuerint.

157. Actio revocatoria feudi cuiusmodi sit, & contra quem competat.

158. Feudum quando ex divisione ad unum ex pluribus agnatis pervenit, alii investituram petere non tenentur, priusquam illis hoc feudum rursus apertum fuerit.

159. Vasallus de jure communi ratione eius feudi quod ad ipsum quidem immediatè spectat, sed ab alio possidetur, investituram petere non tenetur.

Secus de jure Saxonico n. 671.

160. Quid si feudum litigiosum sit. & d. n. 671.

161. Felonia commissa eo ipso remissa intelligitur, quod Dominus Vasallum postea de feudo investivit.

Declaratur nu. 339. & seqq. & nu. 672.

162. Felonia Vasalli in omittendo consistens filiis vel agnatis non praejudicat. & n. 557. Decl. n. 673.

Contrarium tenent multi n. 558.

Quod indubitanter procedit in casib. n. 559.

163. Feudum concessum propter bene merita, egregiavè servitia Vasallus ob nullam penitus feloniam amittit.

Declaratur n. 674. 675.

164. Immutatum in posteriori investitura, praesumitur per errorem vel impressionem factam.

Declaratur n. 469. & seq.

165. Metu factum viribus caret & saltem rescindi debet.

166. Mina potentis justum metum inducunt.

167. Factum unius alteri non praejudicat.

168. Sententia lata per appellationem interpositam penitus extinguitur.

Declaratur n. 380.

169. Res inter alios acta, aliis nec nocet nec prodest.

Ampliatur n. seq.

Declaratur n. 366. & seqq.

170. Sententia in feudis lata contra unum, aliis non praejudicat.

Contrarium firmatur n. 367. & seq.

171. In feudo antiquo indistinctè locum habet jus accrescendi.

De jure civili, Saxonico non item, nu. 674.

172. Quid in feudo novo concesso ab Imperatore vel Rege.

173. Pupillo vel impuberi tempus petendi investituram non currit.

174. Etiamsi tutorem habeat.

175. Vel doli capax sit.

176. Vel proximus pubertate. Decl. n. 675.

177. Tempus investituram petendi puberib. & minorib. ipso iure currit, ita, ut si intra annum investituram non petierint, feudo priventur.

178. Contra hanc tamen negligentiam restituuntur.

179. Et hac restitutio adversus investituram non petitam non videtur postulari posse, nisi intra annum & diem ab eo tempore computandum quo maior quis factus est.

180. Tempus petendi investituram in feudo hareditario etiã maiori non currit, antequam ipse hareditatem defuncti adivit, & pro harede se gessit, & n. 538.

Contrarium quod statim à die mortis currat, firmatur n. 539.

Et verius dicitur n. 541. & 677.

Declaratur prior opinio n. 542. & seq. & d. n. 677.

181. Quid in feudo ex pacto & providentia, & n. 543. 676.

Vbi confirmatur, quod & in hoc tempus à die mortis Vasalli currat.

Et reprobata magis communiter dicitur contraria opinio qua vult, quod ab eo die currat quo se quis respectu illius feudi pro Vasallo gessit. n. 544. & d. num. 676.

Declaratur tamen hac opinio, si subsistere potest n. 545. 677.

182. In feudis servanda leges loci, in quo illa sita sunt.

183. Tutor tenetur non de malè gestis solum, sed & de omnibus neglectis.

184. Tutela quando finiatur de iure civili.

185. Et quando de iure Saxonico feudali.

186. Tutor ad qua post tutelam finitam obligatus sit.

187. Magistratus videntur ratione officii obligati esse pupillis vel minoribus tutores vel curatores dare, etiamsi hoc ab ipsis non petitum fuerit, nisi velint ad interesse conveniri.

Contrarium quod conveniri ad interesse non possint, nisi moniti sint, vel sciverint pupillos tutoribus indigere, & tutores illis adiungere neglexerint, firm. n. 571.

188. Intelligi hoc etiam de magistratibus inferioribus non verò de Imperatoribus & Regibus, ad quorum officium non spectat tutorem vel curatorem dare n. 570.

189. Dispositio generaliter de agnatis concepta omnes omninò agnatos omnium graduum comprehendit.

190. Dispositio generalis comprehendit casus, personas & res privilegiatas.

191. Personas, constitutus indignitate etiam maxima.

192. Potissimum in casibus. hic decl. n. 568. 681.

193. An verò & quando etiam comprehendat bona qua dignitatem etiam maximam annexam habent. & n. 272. 313. 314. 315. 679.

194. De privilegiis generalibus verbis conceptis.

195. Verba universalia & geminata quid operentur.

196. Privilegium concessum ob benè merita quàm latissimè intelligendum est.

197. Vt & illud, quod favorabile est, contr. n. 521.

198. Vel utilitatem pub. respicit.

199. Vel nos reducit ad ius commune.

200. Quodve nemini damnosum est.

201. Et omne privilegium in praiudicium concedentis latissimè intelligi debet.

202. Clausula ex certa scientia & plenitud. potest. privilegiis inserta, quid operetur?

203. Ex prafatione vel proœmio alicuius dispositionis quid colligatur?

204. Dispositio quavis & restringitur & extenditur secundum ea qua in principio vel prafatione dicta sunt.

205. Privilegium quando reale sit, & ad omnes haredes & posteros transeat.

206. In successionib. ab intestato leges eius loci servãda sunt, in quo res sita sunt.

207. Quod potissimum in feudis obtinet.

208. Et

208. Et quando leges vel privilegia sunt in rem concepta.

Declarationem hac tamen capiunt ex dictis sub n. 520. & n. 602.

209. Statuta in rem concepta quando dicantur.

210. Privilegium ob benemerita concessum, etiam inhabiles comprehendit.

211. Irrevocabile est.

212. Et ne ob ingratitudinem quidem tolli potest.

213. Idem est, in quovis privilegio quod in contractum transivit.

Declarantur hac tamen num. 531. 532.

214. Privilegium quando in contractum transire dicatur.

215. Dominus tenetur feudum sibi apertum denuò concedere illis qui primo adquirenti sanguine juncti sunt.

Contrarium tenent aliqui.

Declaratur n. 576. 577. 579. 580. 581. & n. 582.

216. Quid verò si in linea transversali defuncto juncti sint & n. 574.

217. Et quid si agnati Vasalli defuncti eius haredes non sint & n. 580.

Ubi contra.

218. Quidq; si Dominus feudum sibi apertum retinere & in suos usus convertere volet, & n. 575.

219. Doctorum modernorum opiniones & responsa auctoritatem non obtinent.

220. Probabilia tamen sunt.

221. Consilia Dd. pro se habens justam causam litigandi habere censetur.

Fallit si factum non plenè vel non rectè narratum sit n. 683.

222. Feudum quodvis respectu illorum qui à primo adquirente originem non trahunt, novum dicitur.

223. Ad quod agnati transversales, originem à primo adquirente non trahentes non admittuntur, nisi in casib. ibid.

224. Verbum unum idemq; diversis respectibus diversimodè accipitur.

225. Determinatio una eademq; respiciens plura determinabilia quando illa non eodem seu diverso modo determinet.

226. Dictio Als vel sicut quomodo restringatur.

227. In feudalibus causis decidendis jura loci in quo feudum controversum situm est, inspicienda sunt.

228. Ad successionem feudi antiqui qui agnati & quomodo admittantur de jure communi.

229. Et quid de jure Saxonico & n. seq.

230. Feudum ex dispositione juris Saxonici non nisi ad filium transit, quo non extante Domino aperitur.

231. Nec refert feudum novum sit, vel antiquum.

Confirmatur n. seq. & n. 233.

232. Laus Ioannis à Bockendorff Episcopi Naumburgensis.

233. De generali dispositione & vi verborum generalium multa & notab.

234. De vi verb. universalium & nu. 253. 274.

235. Et quid operentur si geminata sint, & n. 273.

236. Vel negativa.

Negativa maioris est efficacia quàm affirmativa ibid.

237. Sub genere comprehenduntur omnes species.

Quod pulchrè extenditur ibid.

238. Regulam pro se habens rem certam & intentionem fundatam habere dicitur.

239. Regula tenaciter inhærendum.

240. Casum à regula exceptum prætendens, hoc probare tenetur.

241. Secundum regulam pronunciandum, donec de exceptione fides fiat.

242. Sententia contra regulas juris civilis vel statutarii lata per se & ipso jure nulla est.

243. Exceptio regulam firmat in casibus non exceptis.

244. Exclusio unius, alterius inclusio est.

245. Taxa-

245. *Taxativarum dictionũ tantùm solùm &c. quavis & natura.*

246. *Statuta omniaq́, alia jura municipalia ita intelligenda sunt, ne sint supervacua.*

Extenditur hoc pulchre ibid.

247. *Statuta quæ ad jus commune antiquius reducunt, quã latè interpretanda.*

248. *Feuda etiam antiqua, de jure feudali antiquiore tantum ad descendentes ultimi possessoris transierunt.*

249. *In regalibus feudis nulla penitus successio locum habet.*

250. *Baronia inter regalia feuda refertur.*

Potißimum in casibus n. seq. & n. 252.

251. *Baronia germania Comitibus aquiparantur.*

252. *Expressum quod dicatur?*

253. *Ad successionem feudi adquisiti pro recipiente & omnib. hæredib. admittantur omnes omninò hæredes, etiamsi nec simultaneè investiti sint, nec originem à primo adquirente trahant. & n. 256. 257. 258.*

Et an feudum sic adquisitum, sit merè hæreditarium ibid.

254. *Numq. ad hoc, ut quis ad successionem huius feudi admitti ab intestato poßit, requiratur ut ipse sit hæres ultimi defuncti. & n. 261.*

255. *Nemini permittitur allegare id, quod sua non interest.*

256. *Ex observantia postea secuta, quævis dispositio interpretationem recipit.*

Idem est in quovis actu n. 288. ubi plura de operatione observantiæ postea secuta.

257. *Investitura præcedentes per subsequentes declarantur.*

258. *Vna clausula investituræ, per aliam eiusdem investituræ declaratur.*

259. *Concessio quævis à petitione præcedente declarationem recipit.*

260. *Posterorum appellatione qui veniant?*

262. *Feudum quod Vasallo liberè alienare permittitur, ad extraneos, & ad illos, qui de hoc nec simultaneè investiti sunt, transitum facit, secundum multos.*

263. *Auctor verius putat non transire, si is cui facultas alienandi concessa est, ante alienationem factam mortuus fuerit.*

Idq́, confirmat n. seq.

Et indubitanter procedere dicit in casu n. 267.

Declarat etiam priorem opinionem posito veram illam esse, n. 270.

264. *Per facultatem alienandi concessam ei qui fideicommisso gravatus est, non inducitur remißio fideicommißi, neq. hæc concessio efficit, ut res per fideicommissum relicta ad hæredes gravati ab intestato transeat, si gravatus ante alienationem factam decesserit.*

265. *Vasallus cui licet feudum alienare in personas certi generis vel certis modis, non potest illud alienare in alias personas, vel aliis modis.*

266. *Facultas alienandi feudum simpliciter concessa intelligitur tantũ de alienatione inter vivos secundum quosdam.*

268. *Limitata permißio limitatum effectum producit.*

269. *Expressum facit cessare tacitum.*

271. *Incola quis dicatur.*

Dispositio generalis vel universalis non comprehendit regalia, & n. 315. 316. 317.

Declaratur n. 318.

273. *Nec ea in quibus Princeps se solet difficilem reddere & n. 319.*

Vel quæ sunt cum gravi præiudicio coniuncta n. 320.

Plures casus quando verba generalia vel clausulæ generales non sufficiant, vide n. 321. 322. 324.

276. *Per divisionem factam inter fratres jus simultaneæ investituræ penitus extinguitur, nisi illius renovatio petita & impetrata fuerit, de jure Saxon.*

277. Quod

277. *Quod & in antiquis feudis obtinet.*

278. *Ius simultaneæ investituræ ad hæredes vel successores non transit de jure Saxon:*

279. *Interpretatio semper facienda contra illum est, qui ad probandum tenetur.*

280. *Ad successionem feudi, tàm novi quàm antiqui qualiter de jure Saxonico quis admittatur?*

281. *In successionibus ab intestato quæ qualitas consideretur.*

282. *Feuda æquiparantur fideicommisso. & n. 395.*

283. *In fideicommissis quæ qualitas inspiciatur.*

284. *Et quæ in omnibus omninò negotiis.*

285. *Cessante causa cessat effectus.*

286. *Extitisse quid non sufficit, nisi illud etiam nunc duret.*

287. *Paria sunt ab initio fuisse nullam causam, vel fuisse, sed illam postea finitam.*

289. *De vi lapsus temporis cuius in contrarium memoria non extat. notab.*

290. *Consuetudo etiam juris appellatione venit.*

De consuetudine vi & effectu latè ibid. & n. seq. & n. 323.

291. *Consuetudine sublatâ etiam per verba universalia, nunquam intelligitur sublata vel exclusa consuetudo temporis immemorialis secund. mult.*

292. *Consuetudo immemorialis præsumitur rationabilis.*

293. *Et præsumptio hæc juris est, & de jure contrariā probationē non admittens.*

295. *Verba contractus diligenter inspicienda & ponderanda.*

296. *Verba tàm universalia quàm generalia quando restringantur ad specificata.*

297. *Verba universalia, generalia & indefinita præcedentia per verba specialia subsequentia restringuntur.*

Potissimum in casu ibid.

298. *Verb: Nempe, videlicet prout & similia restrictiva sunt.*

299. *Quæ verò horum verborum natura sit.*

300. *Dictio prout stat restrictivè.*

301. *Et æquipollet germanico* Als.

302. *Habere verbum dominium denotat.*

303. *Verba cum effectu accipienda sunt.*

304. *Ad aliquem pervenisse quares dicatur.*

305. *Natura copulæ & n. 307.*

306. *Natura relativorum, quis quæ, vel quod.*

308. *Expositis in initio, colligitur causa finalis contractus.*

309. *Et mens & voluntas contrahentium.*

310. *Appellatione sui quid propriè veniat.*

311. *Verba in quavis dispositione propriè sunt accipienda.*

312. *Omnes clausulæ in contractu, vel instrumento posita restringuntur secundum id quod in istum contractum vel instrumentum principaliter deductum est.*

313. *Per clausulas necessarias dispositio principalis nunquam vel alteratur, vel mutatur, vel extenditur.*

314. *Inclusio unius exclusio aliorum omnium est.*

316. *Bonum est argumentum de personis ad res.*

325. *Forma quam præcisè adimpleri debeat.*

326. *Consuetudo juris Saxonici quid pro forma renovationis simultaneæ investitura requirere videatur.*

327. *Requisita à consuetudine regulariter pro forma rei requisita intelliguntur.*

328. *Vt & illa sine quibus actus gestus valere nequit.*

329. *Et in dubio omnia requisita in actu aliquo.*

330. *Forma requisita à consuetudine in dubio censetur esse substantialis.*

335 *Verba omnia secundum subiectam*

materiam

materiam & naturam rei de qua agitur intelligenda sunt.

Quod pulchrè & notabiliter extenditur ibid. & n. 553.

332. Actus vel contractus omnis à statutis & consuetudine loci interpretationem recipere debet.

333. In specie hoc etiam in investituris obtinet.

334. Investitura una per aliam declaratur.

335. De mente dispositionis & quantum illa verbis praeponderet valdè notabilia & n. seq.

336. Verba generalia ad qua restringi debeant.

337. Mens actum aliquem celebrantis praesumitur esse, quod se voluerit conformare juris communis dispositioni.

338. Expressio unius vel duorum individuorum sub certa specie contentorum quid operetur?

339. Verba quantumvis generalia, universalia & geminata nunquam extendi ad id, quod semel extinctum est, comprob. hic & n. seqq.

340. Doctor semel degradatus, iterum creari Doctor non potest.

341. Idem est in Notario semel officio privato.

342. Itemq. in Cardinali.

343. Filio semel legitimato, & propter ingratitudinem, in pristinum statum revocato.

344. Sententia arbitratoris semel cassata, de novo ferri nequit.

345. Sub generali investitura renovatione continentur ista feuda tantum, quae quis justè & legitimè habet, tenet & possidet.

346. Confirmatur hoc.

347. Clausula salvo jure nostro, investituris inserta hoc operatur, ne investiens jus sibi semel quaesitum remisisse intelligatur.

348. Contrarium tamen in hoc quidam tenent, relati hic.

349. Quorum sententia declaratur. & n. seq.

350. Decisio Dd. nulla, extra verba extendi debet.

351. Vbicunq. de intellectu beneficii Principis dubitatur, ad ipsum Principem recurrendum est, cui soli declaratio eiusdem competit.

352. Et hac facultas declarandi regulariter ad heredes vel successores transitoria non est.

353. Ad successores tamen indignitate transire illam multi tradunt, relati hic.

354. Clausula qualibet, retinet illum intellectum quem semel adepta est.

Comprobatur hoc aliquot rationibus n. seqq.

355. Qualitas quae semel inesse coepit rei, semper durat. Hic qualitatis mutatio praesumitur.

356. Hine res semel facta alienabilis, transmissibilis, delegabilis, cessibilis, divisibilis, semper illam qualitatem retinet.

358. Voluntas & consensus tàm factis quàm verbis declaratur.

359. Et efficacior est declaratio quae facto fit, & n. 425.

360. Concessio generalis praecedens per traditionem subsecutam declaratur.

Confirm. n. seqq.

361. Causa talis esse censetur, qualis effectus.

362. Per actum subsequentem declaratur qualis fuerit animus praecedens.

363. Actus sequens praesumitur esse factus in executionem tractatus praecedentis.

364. Possessio praesumitur tituli praecedentis vigore adquisita & continuata.

365. Rei judicatae quae vis & n. 427.

368. Opinionem veram judex sequi tenetur.

369. Sententia lata non citatis nec

vocatis illis de quorum praiudicio agitur in consequentiam, valet & rata est.

370. *Nullum tamen praiudicium parit iis, de quorum praiudicio in consequentiam agitur, si ipsi ad hanc causam citati non sint, secund. multos.*

371. *Contrarium multi alii tenent.*

Quorum opinionem auctor approbare videtur.

372. *Declaratio nihil novi inducit.*

373. *In actu declaratorio non requiritur illa solennitas quae in dispositione ab initio celebranda requisita est.*

374. *Citatio quando non requiratur?*

375. *Sententia lata contra unum, aliis etiam absentibus & ad illam causam non citatis praiudicat, in rebus individuis.*

376. *In causis connexis idem esse multi tradunt.*

377. *Baronia res individua est,*

378. *Ut & aliud feudum regale.*

379. *Et male quo ad Baroniam contrarium tenet: Praeposi. & Mar. Fre.*

381. *Instantia ratione feudi coepta, cum Vasallo quando etiam ad Dominum transeat.*

382. *Terminus probatorius peremptorius est, quo elapso nemini probationes facere licitum est.*

383. *Nemo se juvare potest ex eo quod tacite vel expresse impugnavit.*

384. *Dispositum de uno connexorum, etiam in alio obtinet.*

386. *Quae renunciatio & refutatio feudi realis dicatur & omnimoda & nu. 388. 391. 392. 393. 397. 399.*

387. *Et an in dubio realis & omnimoda censeri debeat.*

389. *Renunciatio haereditatis vel successionis quando censeatur perpetua & omnimoda.*

390. *Statutum in rem conceptum, omnes omnino casus & personas comprehenditur.*

394. *Praesumptionum quae quantaeq; vis in probando, & n. 400. ubi late & n. 449.*

396. *Renunciatio realis & omnimoda in fideicommisso, quomodo inducatur?*

398. *De quo feudo quis pro libitu disponere possit.*

401. *Renunciatio vel refutatio feudi, in qua Domini consensus intervenit, valet, etiamsi ille consensus non in ipsa refutatione, sed vel ante vel post intervenerit.*

402. *Consensum vero hanc intervenisse quomodo probetur.*

403. *Renunciatio vel refutatio feudi quando etiam absq; Domini consensu facta valeat?*

405. *Feudum quod haereditarium dicatur & censeatur?*

407. *Transactio aliusve contractus de feudo initus, quando indistincte filiis & descendentibus, ut & agnatis contrahentis noceat, & n. 410. 417. 422. 424. 427.*

408. *Transactio facta a Praelato Ecclesiae cum consensu superioris indistincte valet.*

409. *Qui consensus ex lapsu temporis longi vel longissimi intervenisse praesumitur.*

411. *Transactio de feudo facta a Vasallo, an & quo casu indistincte praiudicet etiam Domino ignoranti. & num. 416.*

412. *Transactio facta a patre legitimo administratore bonorum filii, an & quo casu in filii praiudicium valeat, & num. 416.*

413. *Transigere tutor de rebus minoris an & quando sine decreto possit, & d. n. 416.*

414. *Transactio praelati in praiudicium Ecclesiae an quo casu valeat, & d. n. 416.*

415. *An per transactionem & quomodo etiam praiudicetur illi, qui eius rei respectu jus redimendi habet, & d. num. 416.*

417. *Transactionis bona fide & sincerè inita vis.*

418. *Sincerè verò & bona fide inita esse q ndo dicatur, & n. 421.*

419. *Bona fides ex lapsu temporis præsumitur.*

420. *Præsertim ex lapsu 30. annorum.*

423. *Transactio facta à quovis rerum alienarum administratore, quo casu Dominos indistinctè obliget.*

426. *Consensus & ratificatio contractus à Vasallo initi, quomodo inducatur.*

428. *Omnis contrahens præsumitur tempore contractus initi, legitimæ ætatis fuisse.*

429. *Contrarium asserenti probatio incumbit.*

430. *Agnati proximiores Vasalli defuncti filiorum impuberum tutores esse coguntur de jure Saxon. & n. 569.*

431. *Cui consonat jus XII. Tabul.*

432. *Testamentarii tamen legitimis præferuntur utroq; jure.*

433. *Et legitima tutela non aliter locus est, nisi de testamentaria non constet.*

434. *Intentionis suæ fundamentum quilibet probare tenetur.*

435. *In negativa se fundans, eam probare tenetur.*

436. *An quis in dubio præsumatur ab intestato mortuus, ita, ut allegans, hæc probare non necesse habeat.*

437. *Quilibet bonus esse præsumitur.*

Declaratur ibid.

438. *Actionem adversus pupillum vel minorem habens eius tutor vel curator esse nequit.*

439. *Agnatus non habens domicilium habitationis, in territorio illo, in quo pupillus minorvè degit, tutelam vel curam ipsius suscipere non tenetur.*

440. *Tutela finitur pubertate pupilli.*

441. *Pubertas quando incipiat de jure civili in masculis.*

442. *Et quando de jure Saxonico, quò ad bona feudalia.*

443. *Tutor qui fuit alicuius, eiusdem curator esse cogitur.*

444. *Tutor finita tutela perinde ut quivis alius extraneus cum pupillo contrahere potest.*

446. *Contractus inter tutorem & pupillum initus, quando palam & bona fide initus, esse præsumatur.*

447. *Solennitates à lege requisita in contractu cum pupillo inito, ex lapsu temporis longi vel longissimi intervenisse præsumuntur.*

Comprob. ibid & n. seqq.

449. *Præsumptio eum pro quo militat ab onere probandi relevat.*

450. *Regis vel Principis actoritas omnem solennitatis defectum supplet.*

Quid ulterius operetur vide num. 451.

454. *Geminatio vim juramenti obtinet.*

457. *Doctori de consuetudine attestanti regulariter fides adhiberi debet.*

458. *Barones & Principes ex suis promissionibus quàm efficaciter obligentur.*

459. *Pupillus & minor eorumvè haredes tenentur servare contractum illum, ex quo pupillus vel minor locupletior effectus est.*

460. *Et contractus à pupillo vel minore non ritè initus, si à minore postquam maioris effectus est, vel etiam hærede illius approbatus sit, validus efficitur.*

461. *Illa verò approbatio & ratificatio quomodo fiat & inducatur.*

463. *Læsio in contractu intervenisse non præsumitur.*

464. *Minor etiam læsus, quando restitutionem in integrum petere non possit.*

466. *Transactio, ne ob enormissimam quidem læsionem retractari potest, secundum magis communem.*

467. *Idem est in contractu confirmato jureiurando.*

468. *Vel*

468. Vel fidei præstatione.

469. Item, in quo consensus geminatus intervenit.

470. Beneficium l. 2. C. de resc. vend. non obtinet in feudis.

473. Impugnare contractum in quo enormiter vel enormissimè quis læsus est, non nisi intra 30. annos licet.

474. Contractus quilibet præsumptionem pro se habet, quod sit justè, legitimè & ritè initus.

475. Nec dolus in eo intervenisse præsumitur.

476. Nec metus.

478. Cuiusmodi metus contractum rescindat.

479. Metus qualiter & quomodo probari patrocinetur.

481. Præsentia amicorum aliorumvè honestorum virorum quid operetur.

482. Et loci qualitas.

483. Pro Nobilibus quomodo præsumatur.

484. Geminatio consensus, etiam ex intervallo facta, quid operetur.

Vbi de vi geminationis, & num. 495.

485. Contractus ab initio metu initus ratihabitione confirmatur.

486. Ius impugnandi contractum prætextu metus ultra 30. annos non durat.

487. Idem est in exceptione nullitatis contractus.

488. Ex capite item nullitatis post lapsum 30. annorum, nec sententia, nec arbitrium, nec decretum impugnari potest.

489. Exceptio præscriptionis ab initio & ad processum opposita litis ingressum impedit.

490. Ad exceptiones, quæ semel per sententiam definitivam, quæ in rem judicatam transivit, reprobatæ sunt, nemini regressus datur.

491. In dubio transactionem ratam esse pronunciandum est.

492. Sequentes investituræ quando priorib. derogent.

493. Vasallus eo ipso quod recipit literas investituræ, intelligitur consentire omnibus in iis contentis.

494. Idem est in producente instrumentum.

Quod extenditur ibid.

495. Geminatio actus consensum ostendit. & n. 499.

496. In facto proprio non præsumitur error & ignorantia ut nec in facto valdè notabili n. 498.

497. Notitia & scientia in instrumento aliquo vel scriptura contentorum, ex quib. & quomodo probetur.

498. Plura quæ errorem & ignorantiam excludunt. & n. seq.

500. Clausula ex certa scientia errorem & ignorantiam penitùs excludit.

501. Et clausula consulto, sive deliberato.

502. Error & ignorantia in quibus nemini patrocinetur.

503. Scire & scire debere paria sunt, &c.

504. Vt & scire & facilè scire posse.

505. Rex & Princeps quilibet præsumitur justitia plenus.

506. Contractus cum Principibus initi, quàm justi esse præsumantur.

507. Præsertim si cum Consiliariorum consensu sint celebrati.

508. Vel lapsu temporis longi vel longissimi firmati sunt, vel consensu iterato.

509. Factum Vasalli respectu feudi qualiter & quando filiis & descendentibus præiudicet. & num. 511. 515. 517. 625.

510. Iudex non debet fidem dare non verisimilibus.

512. Dominus feudi princeps ex caussa justa alteri potest auferre jus tàm ex investitura quàm alio contractu quæsitum.

513. Quando verò & sine causa aliqua.

514. In Principe faciente aliquid in

B 2 alterius

alterius praeiudicium an semper praesumatur iusta & legitima causa.

516. Ad consuetudinem inducendam regulariter duo actus extraiudiciales sufficiunt.

518. Praescriptio in feudis haereditariis lapsa contra Vasallum, omnibus posteris & descendentibus illius nocet.

519. Quid in feudo ex pacto & providentia?

520. Privilegium quàm strictè intelligendum & n. seq.

521. Privilegium de certis personis loquens ad alias non extenditur, ne ex identitate quidem rationis.

Quod ampliatur ibid.

522. Beneficio privilegiorum loci non fruuntur, qui incolae & subditi non sunt. & n. 547.

523. Subditi appellatione quis veniat?

524. Privilegia ut alia quaevis dispositiones, secundum communem usum loquendi intelligi debent.

525. Appellatione der Rittergüter *secundum communem usum loquendi qua feuda comprehendantur?*

526. Genere & specie simul & coniunctim in eadem oratione positi, per expressionem speciei, genus quomodo restringatur.

527. Privilegium simplex subdito concessum etiam absq; causa revocari potest.

528. Privilegium ob benemerita concessum in contractum transit.

Declaratur ibid.

529. Servitia à subdito in dubio praesumuntur praestita, vigore obligationis.

530. Verbum Sollen / *necessitatem denotat.*

533. Vasallus pubes intra annum & diem investituram petere tenetur sub poena privationis feudi.

534. Minori contra negligentiam in petendo restitutio integrum qualiter & quomodo detur.

535. Paria sunt aliquid non fieri vel minus rectè fieri.

536. Remedium resciβorium qualiter competat.

537. Vasallum ob investituram non petitam feudum ipso iure amittere multi tradunt.

540. Haeres in materia feudali quis accipiatur.

546. Aditio haereditatis in quibus non requiratur.

548. Aliud singuli sunt, aliud universi.

544. Exempla quomodo regulam declarent.

550. Genus per speciem quando declaretur & restringatur?

551. Dictionis alia vel aliis natura.

552. Per sententiam subsequentem contrariam privilegio praecedenti, privilegium praecedens, quomodo indistinctè enervetur.

554. Natura & subiecta materia simultanea investitura quae sit?

555. Generi per speciem in omnibus omninò negotiis & dispositionibus derogatur.

556. Privilegii interpretatio ad quem spectet?

557. Feudum amissum ob investituram non petitam, cui applicetur? Domino an agnatis, & n. seq.

560. Statuto iuvari potest, ut negligentia Vasalli circa petitionem investiturae indistinctè filiis & descendentibus Vasalli noceat.

561. Reges & Principes à tutelis & curis immunes sunt, & n. seq.

Idem est in Consiliariis & Secretariis & caeteris Principum ministris n. 563.

562. Dictio aliqua qualis sit & quod operetur?

Etiamsi horum Principes superiorem recognoscant, n. 564.

565. Propter quod unumquodq; tale, est ad magis tale est.

566. Dispositio qualibet potentius operatur in causa, quàm in causato.

567. Reges

567. *Reges & Principes ipso jure à tutela immunes esse astruitur, ita ut excusare se non necesse habeant.*

572. *Ignorantia facti præsumitur.*

573. *Maximè in Principibus, ob multiplices occupationes.*

578. *Regressus ad quæ non detur.*

581. *Valet consuetudo ne Dominus feudum sibi apertum agnatis defuncti Vasalli de novo concedere teneatur.*

582. *Dominus quibus casib. feudum sibi apertum agnatis ultimi possessoris de novo concedere obligatus est, Imperator contrarium facere, & aliis faciendum permittere potest.*

585. *Possessio quævis qualis in dubio præsumatur.*

586. *Feudum, quib. casib. nec per possessionem nec per investituram antiquam probetur feudum antiquum, & n. 588. 589. & seq.*

587. *Præsumptio una quomodo per contrariam tollatur.*

590. *Feudum aliàs antiquum quomodo efficiatur novum & n. 592.*

591. *Etiam secundùm dispositionem juris civilis.*

595. *Opinio, expresso textui refragans, tenenda non est.*

599. *Relatio ad aliud quando nihil adoperetur.*

605. *Confirmatio nihil novi juris tribuit.*

606. *Nec auget confirmatum.*

608. *Principes in contractib. quo jure utantur.*

615. *Probationum facultas angustari non debet.*

616. *De æquipollentibus quid fiat regulariter non curatur.*

618. *De consensu præsumpto ex lapsu temporis.*

628. *Iudexq́; opinionem in judicando tenere debeat, & n. 620.*

631. *Indefinita universali quando non æquipolleat.*

651. *Præsumptio erroris vel ignorantia ex læsione enormi vel enormissima inducta cuiusmodi sit?*

680. *Exorbitantia à jure communi strictè intelligi debent & n. 694.*

684. *Parium quando cognitio sit.*

685. *Et an tunc quando Vasallus Imperator vel Rex est?*

686. *Quid de jure Saxon.*

687. *Dominus feudi judex est, cum ratione feudi inter duos Vasallos lis est.*

688. *Declaratur hoc.*

689. *Electio parium non ad unum solùm, sed utrumq́; litigantem spectat de jure communi.*

690. *Sive Dominus Actor sive Reus sit.*

691. *De jure Saxonico non sic est, sed soli Domino electio utroq́; casu competit.*

692. *Qui Vasalli & quales in numerum parium eligi debeant & n. 695.*

693. *Et quid de jure Saxonico & n. seq.*

696. *De novis & antiquis regulariter idem jus statuitur.*

697. *Novum & antiquum nec specie nec substantia differunt.*

698. *Qualitatem & actum requisitum, quando adesse sufficiat.*

699. *Status & habitus præsens semper inspiciendus & secundum illum de quovis judicium faciendum.*

700. *De novitiis regulariter idem jus statuitur quod de professis.*

701. *De statu alicuius quando & qualiter quærere oporteat.*

702. *Qualitas adiecta verbo intelligenda juxta tempus verbi.*

703. *Res & persona quando secundum præsentem novum statum quæ ei accessit, non secundum antiquum judicanda est.*

704. *In testibus utrum illi ad testimonium dicendum habiles sint nec ne, quod tempus inspiciendum.*

705. Factum procuratum vel affectatum regulariter nemini patrocinatur.

706. Declaratur hoc tamen.

707. Pares ad minimum sex Dominus eligere tenetur de jure Saxon.

708. Ex his unum judicem constituere caterosq́ ipsi ut Scabinos & Assessores adiungere.

709. Citari ad quem actum non necesse sit.

710. Electio & nominatio parium an possit fieri absentib. Vasallis & nullis ad hoc citatis & vocatis.

711. Dominus tempus & locum judicii quomodo Vasallo assignare debeat.

712. Plura qua requirantur à Domino in constituendo judicio feudali de jure Saxon. & n. seqq. & n. 716.

713. Iudicium feudale in quo loco exerceri debeat.

714. Et quali die.

715. Et quo tempore diei.

717. Pares curia an teneantur prastare novum juramentum de recte judicando.

718. A paribus curia ad quem appelletur.

719. Indices in causis propriis quomodo esse & quando possint.

DIVINI NUMINIS IMPLORATO SUFFRAGIO SINE QVO NIHIL FELIX VEL FAUSTUM.

NAch fleissiger Vorlesung vnnd Bewegung des zugesandten summarischen Berichtes / auch aller vnd jeder eingangener Acten vnd Handlung / so viel mir derselben zukommen / Erachte ich / daß nach Absterben Herrn N. N. ohne männliche Leibes Lehnserben / die Herrschafften vnd Güter / N. C. D. S. M. F. an die R. K. M. F. als den Lehnherrn verfellet / daß auch J. K. M. gut Fug vnd Recht gehabt / dieselben Herrschafften vnd Lehengüter einzuziehen / vnd daß Herrn A. A. keines weges gebühre oder gezieme / Derowegen wider die jetzigen R. K. M. meinen aller gnedigsten Herrn einige Klage oder Zuspruch anzustellen.

Vnd auff daß J. R. K. M. allergnedigst / so wol auch menniglich sehen / spüren vnd befinden müge / daß diese decisio allen Rechten gemes / bin ich vnterthenigst entschlossen.

Zum ersten / Alles vnd jedes so Herrn A. A. zu gut angezogen werden kan / nicht allein dasselbe so in den hiebevor ergangenen Acten vnnd Handlungen / besondern auch andere vnd mehr rationes dubitandi zu deduciren.

Zum andern / Wil ich vorberührte decisionem mit rationibus concludentibus comprobiren vnd ausführen.

Zum dritten / Soll alles vnd jedes so von Herrn A. A. angezogen worden / mit Grund / Warheit vnd Bestand abgelehnet / vnd so viel dargethan werden / daß vorberührte Decisio allenthalben rechtmessig vnd bestendig.

PRIMO, ITAQVE PRO Nobili & Generoso Domino A. A. adduci potest. Quòd clari & indubitati juris sit, † quod regulariter quodlibet feudum præsumatur esse antiquum, & ab illo qui est agnationis communis parens acquisitum, *c. 1. §. fin. & ibi Dd. de success. frat. sive de gradib. succedend. in feud. c. 1. in prin. & ibi Iacob. de Belviss. Nicol. de Neapol. Bald. Alvar. Mart. Laud. Præpos. & Matth. de Afflict.*

Afflict. si de feud. def. content. c. 1. §. item placet, & ibi Marc. Land. de invest. in agn. fact. Paul. Castr. cons. 283. in fin. lib. 2. Alex. cons. 15. col. pen. lib 5. Ias. cons. 114. col. 2 lib. 1. cons. 24. col. 6. lib. 3. Dec. cons. 152. col. fin. cons. 269. col. 2. cons. 445. col. 2. Zas. in tract. feud. part. 11. vers. secunda conclusio. Alciat. in tract. de præsumpt. Reg. 3. præsumpt. 28. nu. 1. Cravet. in tract. de antiquit. temp. part. 5. §. jam vidimus. nu. 4. Tiraq. in tract. de utraq. Retract. part. 1. §. 32. gloss. 1. n. 9. Menoch. in tract. de arbitrar. Iudic. quæst. lib. 2. cent. 2. nu. 1. Carol. Molin. in consuetud. Paris. lib. 4. §. 5. nu. 89. Henning. Gœd. cons. 16. nu. 15. lib. 2.

2 Et licet multi Dd. velint; † hoc non habere locum eo casu, quando Dominus feudi est in possessione feudi, & Vasallus contra Dominum feudum possidentem agit, & concludunt eo casu feudum non antiquum sed novum præsumi. *Iacob. de Belvis. Alvar. Mart. Laud. & Præpos. c. 1. §. fin. de gradib. succedend. in feud. idem Mart. Laud. & Alvar. c. 1. in prin. si de feud. def. content. Paul. Castr. cons. 44 col. 1. cons. 278. col. 2. lib. 2. Alex. cons. 10. num. 1. lib. 3. Curt. jun. in tract. feud. part. 1. q. 8. nu. 17. Curt. Sen. cons. 49. col. 8. & cons. 50. col. 2. Crot. Rep. ve conjuncti col. fin. circa med. ff. de legat. 3. Signorol. cons. 10. col. 3. Præpos. prælud. in feud. col. 14. in sexta divisione feudi vers. Si verò non constat. Carol. Molin. in consuetud. Paris. tit. 1. §. 6. gl. 6. nu. 89. Zas. in Epit. feud. part. 11. nu. 31. Chassane. in consuetud. Burgund. in des droitz, & apartenances §. 6. vers. anciens col. 3. vers. præposi. Cravet. in tract. de antiquit. temp. part. 5 §. jam vidimus n. 6. Tiraquel. in tract. de utraq. Retract. part. 1. §. 32. glos. 1. nu. 93. Menoch. in tract. de arbitrar. Iudic. quæst. lib. 2. cent. 2. casu 19. nu. 6 Thomas de Marin. in tract. de generib. & qualitat. feudi. lib. 1. tit. 2. nu. 33. & 34.*

Attamen illud penitus indubitatum est, quod etiam eo casu quando Dominus possessionem feudi habet, feudum antiquum esse probetur per antiquam possessionem. Quia videlicet familia aliqua illud feudum diu atque longo tempore possedit. *Bald. Marc. Laud. & Alvar. c. 1. in prin. si de feud. defunct. cont. Bald. cons. 350. col. 2. vers. tertio. man. lib. 1. cons. 310. col. 2. circa med. lib. 3. Alex. cons. 15. col. 3. lib. 5. Ias. in prælud. feud. col. 28. Matth. de Afflict. in constitut. Sicil. incip. ut de successionib. col. 19. vers. sed juxta hoc quæro. Dec. cons. 395. in prin. Cravet. in tract. de antiquitat. temp. part. 5. §. jam vidimus. nu. 8. Tiraquel. in tract. de utraq. Retract. part. 1 §. 32. glos. 1. nu. 96.*

Per antiquam quoque investituram etiam Domino existente in possessione feudum probari antiquum esse, traditur *Paul. Castr. cons. 44. col. 2. lib. 2 Cravetta in tract. de antiquit. temp. part. 5. §. jam vidimus. num. 8.*

Illudq; penitus indubitatum est, † an- 3
tiquam investituram dici illam, quæ centum annos excedit, sive quæ ante centum annos data vel concessa est, cum secundum communem & receptam Dd. sententiam antiquum dicatur illud, quod centum annos excedit. *Innoc. Panor. & Imol. c. veniens. extr. de verb. signif. Imol. l. 1. §. idem Labeo. ff. de aq. plu. arcend. Paul. Castr. cons. 139. ante finem. lib. 1. Alex. l cum aliquis, & ibi Ias. C. de jur. deliber. Alex. cons. 6. in fin. lib. 1. cons. 208. col. pen. lib. 2. cons. 12. in fin. cons. 75. col. 1. lib. 4 Cravet. in tract. de antiquit. temp. part. 1. §. Circa primum. nu. 4. Hieron. de mont. in tract. de finib. Cap. 70 Menoch. in tract. de Arbitr. Iudic. quæst. lib. 2. cent. 1. casu. 3. nu. 6. in quib. locis citati Dd. affirmant hanc opinionem communiter receptam.*

Multi quoque Dd. tradunt, † etiam 4
contra dominum existentem in possessione feudum præsumi antiquum, eo casu, quando possessio Domini est vitiosa, *Curt. Sen. cons. 50. col. 38. vers. & inprimis non obst. Cravetta in tract. de antiquit. temporis par. 5. §. jam vidimus. nu. 7. Menoch. in tract. de Arbitrar. Iudic. quæst. lib. 2. cent. 1. cons. 191. nu. 6.*

Sed investitura Regis L. concessa Nobilibus & Generosis Dominis a B. respectu Baroniarum atque respectu bonorum controversorum & antiquissima, atque excedit centum annos cum illa & emanaverit & data sit, Anno 1454.

Et ex illa investitura nec non & ex aliis investituris atque ex actis mihi transmissis liquet atque patet, quod Barones a B. Baronias controversis ultra centum & plures annos possederint.

Nec non ut opinor Dominus A. A. prætendit illam possessionem quam Imperatoria Majestas in bonis & Baroniis controversis habet vitiosam esse.

Igitur videtur dicendum, in casu præsenti præsumendum esse, omnes prædictas Baronias & bona, esse feuda antiqua & antiquissima Baronum in B. & a primo conditore illius familiæ acquisita.

Secundo, pro Domino A. A. adduci
potest. † Namque clari juris est nec non 5
etiam a Dd. communiter traditum, quod ad successio-

successionem feudi paterni admittantur, omnes omninò illi, qui a primo acquirente originem trahunt, licet ipsi ultimo defuncto in linea collaterali & quidem remotiori vel remotissima conjuncti sint. *gloss. Iacob. de Belvis. Nicol. de Neapol. Bald. Alvar. Præpos. & Matth. de Afflict. c. 1. de feud. March. Pet. de Cervon. c. 1. §. satis. de probib. feud. alien. per Lothar. Host. in sum. tit. quib. mod. feud. constituatur. vers. nostra successionis feud. Odofred. tit. qui potest succedere in feud. in prin. Iacob. de Ardizon. in consuetud. feud. tit. de success. feud. §. & succedunt collaterales, Alvar. & Præpos. c. 1. §. quia vidimus. de his qui feud. dar. poss. Alvar. Mart. Laud. & Præpos. c. 1. in prin. de natur. success. feud. Francis. Aret. cons. pen. Præpos. c. 1. §. hoc quoq; nu. 2. de success. feud. Dec. l. certum. nu. 8. C. Vnde legit. Dec. cons. 85. num. 5. Mart. Laud. inter cons. Albert. Brun. cons. 119. nu. 8. Godzad. cons. 6. num. 4. cons. 26. nu. 27. Card. Paris. cons. 3. nu. 44. lib. 1. cons. 72. nu. 103. & 104. lib. 4. Iacob. de S. Georg. in tract. feud vers. præsentes. nu. 6. Curt. in tract. feud. 2. part. 3. par. prin. nu. 48. Zas. in tract. feud. par. 8. nu. 34. Rol. à Val. cons. 3. nu. 7. 8. & 9. lib. 1. Iohan. Dilect. in tract. de art. testam. tit. 8. cautel. 2. nu. 1. Ias. cons. 114. nu. 2. lib. 1. Henning. Gœd. cons. 16. nu. 13. lib. 2.*

6 Et licet † in hoc contrarium teneant aliqui, volentes agnatos transversales ultimi defuncti etiam descendentes à primo acquirente ad successionem feudi non admitti, nisi ad septimum usque gradum, *Ias. l. certum. C. Vnde legit. Card. Paris. cons. 23. nu. 261. & 262. lib. 1. Socin. Iun. cons. 76. nu. 72. lib. 1. Hieron. Schurff. cons. 66. lib. 1. & inter cons. Albert. Brun. cons. 139.*

Attamen prima opinio est & verior & communiter recepta.

Sed ex eo quod in præcedenti ratione dubitandi comprobatum est, prædictas Baronias esse feuda antiqua familiæ Baronum A. A. & à primo conditore familiæ acquisita, satis liquet atq; patet, quod Dominus A. A. originem trahat ab eo, qui hasce Baronias primitùs acquisivit.

Igitur sequitur, Dominum A. A. ad successionem harum Baroniarum admittendum atque per obitum Domini F. F. istas Baronias non esse apertas Domino feudi sed agnatis proximioribus ipsius Baronis N. N. jure successionis acquisitas.

7 Tertiò † ad successionem Baroniæ admittuntur omnes omninò agnati Vasalli defuncti, & quidem in in nitum usq;. *Bald. c. 1. in prin. nu. 6. & ibi Mart. Laud. Alvar. Præpos. de feud. March. Dec. l. certum. nu. 9. C. Vnde legit. Dec. cons. 85. nu. 3. & 4. Ias. cons. 14. nu. 2. lib. 1. Godzad. cons. 8. nu. 3. cons. 26. nu. 28. Rol. à Vall. cons. 3. nu. 10. lib. 1.*

Et confirmatur per id, quod traditur ad successionem Regni admitti omnes omninò agnatos etiam transversales Regis, & quidem usque ad millesimum gradum & in infinitum, licet ipsi à primo acquirente non descendant. *Bald. c. 1. nu. 6. & ibi Mart. Laud. & Alvar. de feud. March. Cœpoll. cautel. 95. Boër. cons. 10. nu. 2. & 17. Guilhel. de Mont. Ferrar. in tract. de succes. Reg. quæst. 1. nu. 39. Curt. in tract. feud. 2. par. 3. par. princ. nu. 49. Rol. à Vall. cons. 3. nu. 10. lib. 1.*

Et similiter multi Dd. tradunt, quod etiam Baroniæ dignitatem Regalem annexam habeant, & inter feuda Regalia referantur, quodque de illis idem jus, quod de feudis Regalibus statuatur. *Bald. c. involvit. nu. 8. extr. de Elect. Henning. Gœd. cons. 1. de aur. & argent. fodin. nu. 6. & 7. Frideric. Schenck. c. 1. qui dicatur dux. Iacob. de S. Georg. in tract. feud. vers. dux. vers. quid si Rex nu. 10.*

Idemque est de mente *Godzad. cons. 8. nu. 46. Zas. in tract. feud. par. 5. nu. 29.*

Præterea quoque multi Dd. volunt, quod ad successionem illorum feudorum, quæ jurisdictionem annexam habent, admittantur omnes omninò agnati etiam transversales ultimi defuncti. *Francis. Aret. cons. pen. Dec. l. certum. nu. 9. limit. 3. cum de legit. Curt. Iun. in tract. feud. 2. par. 3. par. princip. nu. 49. limitat. 2.*

Sed illa feuda de quibus in casu præsenti agitur, sunt Baroniæ, & ut ex investituris liquet, illa feuda annexam habent non tantum jurisdictionem sed etiam Regalia.

Igitur etiam ex hoc videtur inferendum, quod per obitum Domini N. N. Baroniæ controversæ non fuerint apertæ Domino feudi sed jure successionis requisitæ agnatis Baronis N. N. etsi probari non posset, illas a primo acquirente descendisse.

Quarto, prima investitura † est origo, 8
radix & fundamentum feudi atque omnium sequentium investiturarum. *Bald. l. 1. col. pen. C. quando non pet. part. Bald. c. 1. de eo qui sibi & suis hered. idem Bald. c. 1. §. 1. de feud. Guard. Zas. in tract. feud. part. 6. nu. 33. Dec. cons. 185. nu. 3. cons. 193. nu. 4. cons. 468. n. 27. cons. 498. nu. 17. Curt. Iun. cons. 108. nu. 17. Roll. à Vall.*

Roll. à Vall. cons. 67. nu. 7. lib. 1. Natt. cons. 505. nu. 16. cons. 506. nu. 44. Ioan. Baptist. Vincemala inter cons. feudal. variorum. cons. 1. num. 172. & 197. fac. text. l. 1. C. de impon. lucrat. descript. lib. 10. l. 1. ff. de orig. jur.

Ideoque in controversiis feudalibus decidendis semper tenor primæ investituræ inspiciendus, considerandus & sequendus est. *Bald. cons. 82. lib. 1. Card. cons. 92. in prin. Dec. cons. 185. num. 3. cons. 193. col. 2. Ias. cons. 1. col. 3. vers. primo movetur. lib. 1. Curt. Iun. cons. 108. col. 5. Albert. Brun. cons. 1. col. fin. Ruin. cons. 20. & cons. 178. lib. 1. Matth. de Afflict. decis. 195. nu. 5. & 6. Card. Paris. cons. 2. nu. 24. cons. 17. nu. 16. & nu. 18. cons. 23. n. 65. lib. 1. Rol. à Vall cons. 23. num. 2. cons. 67. num. 5. lib. 1. Cephal. cons. 155. num. 1. cons. 12. num. 1. cons 155. num. 9. Natt. cons. 56. num. 44. Bero. cons. 65. num. 1. cons 93. num. 11. lib. 1. Philipp. Port. cons 65. num. 102. cons. 171. nu. 7. Iohan. Baptist. Vincemala inter cons. feud. varior. cons. 1. nu. 172. & 197.*

Sed ex investitura Regis L. sub dato Pragæ in die S. Benedicti, Anno 1454. quæ est prima inter omnes illas investituras quæ apud Acta reperiuntur, atq; de quib. in Actis fit mentio liquet, quod proavus Domini A. A. Dominus W. de Baroniis controversis partim investitus partim verò simultanee investitus fuerit.

Igitur videtur dicendum in hac causa, sive lite decidenda potissimum attendendam, inspiciendam & sequendam prædictam investituram Regis L. atque secundum illam definiendam, quod vigore illius investituræ sive simultaneæ investituræ, per obitum Domini N. N. prædictæ Baroniæ atque bona controversa fuerint acquisita agnatis Domini N. N. & inter cætera Domino A. A. quodq; eam ob causam Imperatori Ferdinando tanquam Domino feudi non licuerit ista bona occupare, sed quod Imperatoria Majestas teneatur & obligata sit illa bona una cum omnibus fructibus perceptis & percipiendis Domino A. A. restituere.

Quintò, secundum primam investituram, omnes investituræ sequentes intelligendæ sunt, & ab illa declarationem recipiunt, *Ruin. cons. 187. nu. 1. lib. 1. Card. Paris. cons. 2. nu. 15. cons. 3. nu. 14. cons. 5. nu. 6. cons. 13. nu. 13. cons. 22. nu. 6. cons. 23. nu. 64. lib. 1. August. Bero. cons. 65. nu. 2. cons. 71. nu. 7. lib. 1.*

Et omnes sequentes investituræ intelliguntur factæ sequendo formam antiquæ investituræ, *Paul. Castr. cons. 44. col. 2. lib. 2. Gravet. in tract. de Antiq. temp. par. 5. §. jam vidimus. nu. 8. vers. similiter probatur feudum.*

Præterea quoque † omnes investituræ 9
posteriores sive sequentes ita intelligendæ sunt, ne per illam primæ investituræ quicquam derogetur sive derogatum esse censeatur. *Paul. Castr. cons. 311. num. 2. lib. 1. Natt. cons. 322. nu. 4. Curt. Iun. cons. 181. nu. 3. Albert. Brun. cons. 11. col. 2. Bero. cons. 77. nu. 1. lib. 1. Cels. Hug. cons. 113. nu. 9. Curt. Iun. in tract. feud. 2. part. 2. part. prin. quæst. 7. nu. 44. Iohan. Baptist. Vincemala inter cons. feud. varior. cons. 1. nu. 173.*

Illudque generaliter quidem verum est, potissimum autem locum habet eo casu, quando investituræ sequentes sive posteriores se referunt ad primam sive præcedentem investituram, hinc n. per sequentes investituras, multò minus censetur esse derogatum investituræ primæ sive præcedenti, *Bald. cons. 331. lib. 5. Paul. Castr. cons. 311. nu. 2. lib. 1. Alex. cons. 30. nu. 6. vers. & ita esse colligitur lib. 1. Dec. cons. 263. nu. 6.*

Igitur sequitur in casu præsenti, omnes investituras sequentes, & a Regibus sequentibus factas sive concessas, proavo, avo, patri, atque agnatis Domini A. A. secundum investituram Regis L. intelligendas, declarandas, & ita accipiendas esse, ut ipsi in sequentib. investituris censeantur & investiti & simultaneè investiti de omnib. illis bonis de quib. investitura Regis L. fit mentio.

Et hoc ideò multò magis in casu præsenti tenendum videtur, cum Dominus A. A. prætendat, posteriores investituras se referre ad præcedentes investituras.

Sextò, † non præsumitur quod Do- 10
minus feudi per investituras sequentes sive posteriores voluerit id præjudicare illis sive derogare juri illorum, quibus ex prima investitura jus quæsitum est, *Bald. cons. 327. nu. 4. lib. 1. Dec. cons. 445. nu. 22. cons. 468. nu. 26. Godzad. cons. 53. nu. 18. Georg. de Ecclesi. inter cons. feudal. varior. cons. 48. nu. 10. arg. l. 2. §. merito. & §. si quis à princip. ff. ne quid loc. public. cum multis similib. allegat. per Ludovic. Rodoge. cons. 6. nu. 22. Alciat. in tract. de præsumpt. præsumpt. 11. Reg. 3.*

Illudq; generaliter quidem verum est, † 11
potissimum autem procedit eo casu, quando sequentibus sive posterioribus investituris est adjecta clausula salvo jure alterius. Tunc enim absq; omni dubio per sequentes investituras non censetur esse præjudicatū illis quib. ex prima investitura jus quæsitum est. Dec.

est. *Dec. conf. 445. num. 22. facit quod tradit Signor. conf. 60. col. 2. Matth. de Afflict. c. 1. nu. 30. & 31. qui success. ten. Card. Parif. conf. 65. nu. 51. lib. 3. Albert. de Rosat. in suo Dictionario verbo salvo.*

12 Quinimò † illa clausula salvo jure alterius semper in investitura intelligitur, etiamsi expressa non fuerit. *Alex. conf. 3. lib. 5. Dec. conf. 185. nu. 11. conf. 468. nu. 26. Matth. de Afflict. c. 1. §. Si quis investierit. nu. 74. de feud. dat. in vim. legis commissor. Card. Parif. conf. 90. nu. 47. Natt. conf. 505. nu. 19. conf. 509. num. 7. conf. 636. num. 18. Socin. Iun. conf. 110. nu. 24. & 25. conf. 112. num. 3. lib. 2. Mandell. conf. 34. nu. 10.*

Similiter quoque non est verisimile, quod Vasallus juri quæsito sibi vel posteris vel agnatis suis ex investitura, renunciare voluerit prout hoc expressè & in specie tradit *Georg. de Eccles. inter conf. feudal. varior. conf. 48. nu. 12.*

Sed ex investitura Regis L. liquet, quod Rex L. proavum Domini A. A. omnesque illius hæredes & posteros, partim investierit, partim simultaneè investierit, de Baroniis atque omnibus bonis controversis.

Et sic ex hoc patet, ex ista investitura omnibus & hæredibus & posteris proavi Domini A. A. & sic etiam ipsi Domino A. esse quæsitum jus succedendi in omnes Baronias omniaque bona controversa insuper etiam omnibus sequentibus investitus est, inserta clausula salvo jure alterius.

Ergò sequitur, omnes sequentes investituras factas à Regibus B. ita intelligendas atque accipiendas esse, ne per illas juri quæsito Domino W. proavo Domini A. ejusque posteris ullum præjudicium illatum censeatur.

13 Septimo, † omnis dispositio, omnisque actus secundum subjectam materiam, sive naturam illius rei de qua agitur, intelligi debet. *c. solitæ. & ibi Dd. extr. de major. & obedient. l. si verò, in princ. ff. de locat. & conduct. l. si olei, C. eo tit. l. damni infecti quidam, in prin. & ibi Ang. ff. de dam. infect. l. fin. C. de non numerata pecun. Clem. Exivi. de verb. signif. Alex. conf. 126. nu. 6. lib. 3. cum multis simil. allegat. per Georg. Natt. Clem. sæpe. col. 4. & col. 64. de verb. signif. Nevizan. conf. 92. nu 12. usque ad num. 42. Nicol. Everhard. in loc. à subject. mater.*

14 Etiamsi † necesse sit, verba detorquere ad significationem impropriam, *d. l. si uno, in prin. ff. de locat. & conduct. c. 1. §. porro, & ibi Dominicus, de statu regular. lib. 6 gloss. l. cas, ff. de condict. & demonstrat. Salycet. l. quoniam multa facinora. C. ad l. Iul. de vi public. Imol. l. fin. ff. de hæred. instit. Dec. & Dd. c. nam concupiscentiam. extr. de constitutionib. cum multis simil. allegat. per Tiraquel. Rep. l. si unquam vers. revertatur. C. de revoc. donat.* Vel impropriissimam, *Alex. l. 1. in prin. col. 4. ff. ad l. Falcid. Iasl. l. liber homo, in princip. la. 2. n. 2. ff. de verb. obligat. Everhard. in loco subjecta mater.*

Et hoc habet locum † etiam in tali ma- 15
teria in qua alioquin stricta interpretatio fieri debet. Namque & in illa materia verba secundum naturam rei de qua agitur, sive secundum subjectam materiam intelligenda sunt, etiamsi ea impropriare necesse sit. *Dec. conf. 270. col. 4. conf. 388. nu. 4. & 5. Dec. l. 1. nu. 16. C. qui admitti. idem Dec. l. quoties. idem sermo. ff. de Reg. jur. Alex. conf. 5. col. 2. lib. 4. Nevizan. conf. 92. nu. 15. Tiraq. Rep. l. si unquam vers. revertatur. nu. 38. C. de Revoc. donat.*

Et in qualibet dispositione atque contractu quolibet, † mens sive voluntas con- 16
trahentium vel disponentium, colligitur ex subjecta materia sive natura illius rei, de qua agitur. *l. si fundus. in prin. ff. solut. matrim. l. si duo, & ibi Bald. ff. acquir. hæred. l. sicut. §. nam videtur. ff. quib. mod. pign. Natt. Rep. c. quamvis. col. 36. de pact. lib. 6. Paul. de Mon. Pic. Rep. l. in quartam. col. 28. ff. ad l. Falcid. Nevizan. conf. 50. nu. 26.*

Similiter quoque clari juris est, cujuslibet feudi, illam naturam esse, quæ ei attribuuntur per primam investituram, quodque natura attributa feudo per primam investituram sit potior omni jure omnibusque legibus. *c. 1. & ibi Bald. de duob. fratribus. à Capit. investit. c. si cui, tit. de extraord. con. Bald. l. quoties. col. 1. C. de suis & legit. idem Bald. in prælud. feud. decis. 4. Paul. Castr. conf. 176. nu. 1. lib. 1. Rol. à Vall. conf. 67. nu 23. & 24. lib. 1. Tiraq. Rep. l. si unquam. vers. libertis. num. 9. C. de revocan. donat.*

Sed ex investitura Regis L. liquet, quod Dominus W. proavus Domini A. atque hæredes & posteri illius partim sint investiti, partim verò simultaneè investiti de omnibus Baroniis atque bonis controversis.

Et sic liquet per istam investituram Regis L. omnibus Baroniis atque bonis controversis talem naturam attributam & acquisitam, quod Baroniæ atque bona contro-

versa ad

versa ad omnes posteros atque hæredes Domini W. & inter cætera ad Dominum A. transire nec Domino feudi aperiri debeant, quandiu aliquis ex posteris vel hæredibus Domini W. superest.

Igitur sequitur, omnes sequentes sive posteriores investituras ita intelligendas esse, ne per illas huic naturæ Baroniis controversis semel attributæ, derogatum intelligatur, etiamsi necesse sit, verba posteriarum investiturarum detorquere ad significationem impropriã vel impropriissimam.

18 Octavo, † omnia illa quæ in prima investitura dicta vel posita sunt, in omnibus sequentibus investituris repetita censentur, Tum quia sequentes investituræ nihil aliud sunt quam confirmatio primæ investituræ, *Bald. & Dd. c. 1. in princ. per quos personas feudum constituitur*, Et certi juris est, quod omnia illa quæ confirmato insunt, etiã confirmationi inesse censeantur, quodq; confirmatio reputetur, secundum confirmatum, *arg. c. quia diversitatem. extr. de conceß. præbend. c. cum dilecta. & ibi Abb. extr. confirmat. util. & inutil. Iaſ. l. more. n. 41. ff. de jurid. omnium judic. Dec. rubr. extr. confirmat. util. & inutil.*

Tum quia sequentes investituræ sunt accessoriæ ad primam investituram & in contractu accessorio censentur, omnes qualitates atque pacta primi & principalis contractus repititæ. *l. si ut proponis. C. fidejuß. l. secun. §. qui injuriarum. ff. si quis cautionibus. l. Triticum. juncta gloss. 1. & ibi Bart. n. 2. Alex. n. 5. Iaſ. n. 6. ff. verb. oblig. l. etiam. & ibi Bald. l. jur. dot. Bart. l. si ita stipulatus fuero. §. Chrysogonus. n. 4. ff. verb. obl. Iaſ. l. Titia. §. Idem respondit. ff. verbor. obl.*

Tum quia prima investitura est initium reliquarum investiturarum & clausulæ, positæ in initio in omnibus subsequentibus repetitæ censentur, *l. si quis ex argentariis §. si initium, & ibi Bald. Alex. & Iaſ. ff. edendo c. secundo. requisit. & ibi Pan. Dec. Dd. extr. appellat.*

Sed in investitura Regis L. Dominus Baro N. pro se hæredibus atque posteris suis, de omnibus Baroniis & bonis controversis est partim investitus, partim verò simultaneè investitus.

Igitur sequitur, omnes sequentes investituras ita accipiendas esse, ut in illis omnia dicta & posita in investitura Regis L. repetita esse censeantur.

19 Nono, illud expressum, dicitur, † quod ex natura negocii sive rei, de qua agitur, resultat, licet, illud verbis emissum fuerit, *Bart. l. cum quid. n. 17. & ibi Iaſ. & Dd. ff. si certum petatur. Pet. de Anch. conſ. 393. Curt. Jun. conſ. 159. col. 2.*

Similiter & illud, quod ex conjecturis sive mente colligitur, perinde habetur, atq; si illud verbis expressum fuisset. *l. prætor ait. §. 1. junct. gloss. ub. expressum, & ibi Bart. Bald. Imol. Alex. & Iason. ff nov. operis nunt. l. nominis. §. verbum ex Legibus. & ibi Alciat. Capol. & Dd. ff. verb. signif. Inst. de legit. patron. tut. & ibi Sylvest. Aldebrand. nu. 15. c. cum olim. & ibi Panormit. & Ant. de Butr. extr. de censibus, cum multis similibus alleg. per Tiraq. in tract. de Legib. connubialib. gloß. 7. nu. 162. & 163.*

Illud quoq;, quod ex præscriptionibus colligitur, pro expresso habetur, & perinde reputatur, atq; si illud nominatim & verbis expressum fuisset. *Bart. l. 1. ff. vi bonor. raptor. Tiraq. in tract. de LL. connub. gloß. 7. nu. 165.*

Et confirmatur ex eo, namque illud, de quo per præsumptiones constat, dicitur esse evidens, *l. quidam testamento. ff. de vulg. & pupill. l. licet Imperator. & ibi Iaſ. ff. legat. 1. c. manifestum. c. 2. & ibi Alb. notab. 2. extr. de censibus. Abb. c. ad nostram notab. ulti. argt. illius text. extr. de empt. & vendit. certum & indubitatum. gloß. c. quoniam. §. fin. autem. verb. præsumatur, extr. ut lite non contestata. liquidum, l. 1. & ibi Ang. Alex. & Iaſ. C. de Test. milit. liquidissimum, gloß. l. si tutor petitus. C. de periculo tutorum. Lucidissimum, Fulg. l. 1. C. de testamento milit. & pro veritate habetur. gloß. fin. l. pen. ff. probat. Iaſ. l. 1. n. 9. C. Testamento milit.*

Ea quoq; quæ in actu vel contractu aliquo tacitè veniunt, ipsi contractui inesse censentur, *l. non utiq; in princip. & ibi Iaſ. nu. 2. & §. si quis ita. ff. de eo quod certo loco, & habentur pro expressis. l. cum quid, & ibi Dd. ff. si certum petat. Sylvest. Aldebrand. Instit. de legit. agnat. tut. num. 18. & quidem non à lege sed ab homine. Alciat. d. l. cum quid. num. 15. ff. si cert. petat.* Usque adeo, ut illa quæ tacitè insunt, perindè ut expresè conventa actionem producant, *l. hæreditatem. & ibi Imol. & Rom. ff. donat. Francis. Aret. l. 1. in princ. ff. verb. oblig. Iaſ. l. cum quid. lect. 2. nu. 3. ff. si cert. petatur.*

Deinde quoq; & illud quod lex de aliquo actu vel contractu disponit, habetur pro expresso: & in tali actu sive contractu, & in instrumento super tali actu sive contractu conscripto, *Pet. de Anch. conſ. 136. incip. Viso diligenter. Iaſ. l. certi condictio, in princ. n. 21. ff. si cert. pet.*

Sed

Sed člari juris est, nec non in superius comprobatum, quod cujuslibet feudi ea sit natura atq; proprietas, quæ illi per primam investituram attributa est.

Et lex disponit, quod secundum primam sive antiquiorem investituram omnes investituræ sequentes intelligi, declarari, atque posita in prima sive antiquiori investitura, in sequentibus investituris repetita censeri debeant.

Similiter quoque lex præsumit, quod & Dominus feudi & Vasallus à prima sive antiquiori investitura nullo modo recedere, sed posita in priori sive antiquiori investitura in omnibus sequentibus investituris repetere noluerint.

Igitur sequitur, quod omnia illa quæ in prima sive antiquiori investitura posita, dicta vel scripta sunt, perinde habeantur, atque si illa in omnibus investituris sequentibus expressa essent.

Rursus ex hoc infertur, cum in casu præsenti investitura Regis L. quæ & prima & antiquior est, & dictum & scriptum sit, quod Rex L. Dominum W. proavum Domini A. A. atque omnes hæredes & posteros illius, de Baroniis & bonis controversis partim investierit, partim verò simultaneè investierit, omnes investituras subsequentes ita intelligendas & accipiendas esse, atq; si hoc in investituris subsequentibus similiter expressum, sive expressè dictum esset.

20 Decimò, clari & indubiti juris est, quod verba generalia generaliter intelligi debeant. *l. regula. §. fin. ff. de juris & facti ignor. l. 1. §. cum urbem. ff. de offic. præfect. urb. l. 1. ff. de legat. præstant. l. 1. §. ait ergo. ff. de his quæ in fraud. credit. l. fin. & ibi Salicet. C. de hæred. & act. vendit. Cravet. conf. 133. nu. 5. lib. 1. Tiraquel. Rep. l. si unquam. in præfat. nu. 118. C. de revocan. donat.* Ita ut omnia comprehendant. *Bald. conf. 191. incip. in testamento, lib. 1. Cravet. conf. 3. n. 1. & conf. 133. nu. 5. lib. 1. arg. l. à. procuratore, junct. gloss. C. mandat.*

Utque nihil intactum relinquant, *Bald. conf. 305. lib. 1. Cravet. conf. 3. nu. 1. conf. 133. nu. 5. lib. 1. Laur. Sylvan. conf. 79. nu. 9.*

Et nullus casus ab illa dispositione generali excipi vel eximi debet, *Paul. Castr. conf. 430. col. 3. lib. 1. Cravet. conf. 3. num. 1. lib. 1. fac. id quod tradit Bald. con[...]1. col. fin. lib. 1.*

Etiamsi major ratio sit in uno quàm in alio, *l. 1. §. quod autem, junct. gloss. ff. de aleat. & ul. Iuf. Alex. Socin. l. 2. §. ex his in prin. arg. ill. text. ff. de verb. obligat. Dec. conf. 5. conf. 20. conf. 29. conf. 48. & conf. 61. col. 1. Godzad. conf. 35. nu. 6. Cravet. conf. 92. nu. 4. lib. 1.* Item, etiamsi aliquis vel aliqui ex illis casibus privilegiati sint. *l. in fraudem. §. fin. & ibi Bald. ff. de testam. milit. Bald. l. omnes populi ante fin. ff. de just. & jur. Dec. l. 1. col. 2. ff. de Reg. jur. Dec. l. nemo potest. ff. eo tit. Dec. l. 1. col. 2. arg. ill. text. C. de edend. Dec. l. 1. col. 4. vers. ubi moneta. C. de sentent. quæ pro eo quod interest. Dec. c. cum ordinem. col. 2. extr. de rescript. Dec. conf. 48. conf. 61. conf. 131. conf. 301. & conf. 531. Francis. Rip. l. 1. nu. 14. ff. solut. matrim. Godzad. conf. 94. nu. 7.*

Quinimò, generalis dispositio etiam ad ignorata extenditur, quando verba generalia apta sunt ea comprehendere, *l. si is qui, §. si libero, & ibi Alberic. de Rosat. ff. commod. Sigismund. Neapol. conf. 35. nu. 9. fac. text. l. regula. §. qui ignoravit. ff. de jur. & fact. ignor.*

Et prædicta usque adeo vera sunt, ut procedant etiam in materia odiosa. *Ang. l. fin. col. fin. vers. tertio quæritur. ff. de constitut. prin. Anton. de Butr. c. olim extr. de verb. signif. Dec. c. 1. col. 2. lect. 1. extr. de consuetud. Dec. conf. 5. conf. 215. conf. 289. conf. 353. col. 2. Francis. Aret. l. cum lege. arg. ill. text. ff. de testam. Godzad. conf. 59. nu. 13. & conf. 66 nu. 23. Cravet. conf. 118. nu. 14. lib. 2. fac. text. l. filium. ff. ad SC. Macedon.*

Item in pœnali, *gloss. c. contra Christianos, vers. procedendi, de hæred. lib. 6. Godzad. conf. 19. num. 17. conf. 51. nu. 14. & conf. 103. num 9.*

Et juris communis correctoria, *gloss. d. c. contra Christianos. Imol. l. si verò. §. de viro. col. 2. ff. solut. matr. Alex. Auth. ex testamento. col. 3. vers. solùm restat. C. de collat. Hieron. Grat. conf. 59. conf. 2. & conf. 95. num. 14. lib. 1.*

Et verba generalia à nobis debent distingui vel restringi, *l. 3. ff. de offic. præsid. l. de precio. ff. de public. in rem act.*

Quod potissimùm procedit eo casu, quando nulla adest ratio vel causa restringendi vel distinguendi verba generalia, *Bald. conf. 48. lib. 4. Ang. conf. 281. col. 1. Abb. conf. 1. col. 2. conf. 44. col. 2. conf. 51. col. fin. conf. 64. col. pen. lib. 1. conf. 55. col. 2. lib. 2. Cravet. conf. 84. num. 14. & conf. 133. nu. 6. lib. 1.*

Præterea clari juris est, quod generalis promissio sive concessio generaliter præjudicet,

dicet, l. fin. C. de dotis promiss. Bald. l. pactum. quod dotali. quæst. 17. C. de collat. Bald. conf. 176. in prin. lib. 4.

Quodque promittens sive concedens aliquid verbis generalibus, intelligatur saltem in genere cogitasse de omnibus etiam incognitis, eamque ob causam sub promissione sive concessione generali regulariter etiam incognita comprehendatur. *Bart. l. sub prætextu. C. de transact. Bart. l. si de certa. & ibi Ias. col. fin. C. eod. tit. Ang. l. qui jure militari. ff. de testam. milit. Ang. qui Romæ. §. duo fratres. ff. de verb. oblig. Iohan. de Immol. c. conquerente. col. 14. extr. de offic. ordinar. Paul. Castr. conf. 80. incip. super peccato isto lib. 1. Alex. conf. 42. col. 4. lib. 1. & conf. 11. nu. 12. lib. 2. Francisc. Aret. conf. 33. col. pen. Socin conf. 103. col. 4. lib. 3.*

Et sibi imputare debeant paciscentes generaliter, si non cogitavere jus sub verbis generalibus, omnia comprehendi etiã non cogitata, *Bald. l. tres fratr. ff. de pact. Bald. l. sub prætextu. C de transact. Alex. conf. 11. n. 12. lib. 2.*

His adde, quod generalis dispositio quoad quamlibet suam speciem tantum operetur, quantum operatur specialis dispositio quoad speciem in illa expressam, *l. si duo, & ibi Bart. ff. de administrat. tutor. l. Gallus. §. instituens, & ibi Bald. & Alex. ff. de liber. & posthum. l. si clarus, in prin. ff. de lega. 3. l. omnes, & ibi Bald. & Ang. C. de præscript. 30. annor. Signorol. conf. 30. incip. factum tale est.*

Sed prout Dominus A. A. prætendit omnes sequentes investituræ sunt conceptæ verbis generalibus.

Namq; in investitura Regis G. est posita sequens clausula,

Wir haben auch alle vnd jegliche jre Freyheit / Herrligkeit / Lehenschafft/ Recht / Gerichte/Privilegia, Handfasten / Lehenbrieffe vnd andere Brieffe/ zu vnd angefelle Gnade vnd gute Gewonheit/die jre Vorfahren vnd sie von den Römischen Keysern vnd Königen vnd andern Fürsten erworben vñ hergebracht habẽ/ als oben vermeldet ist/gnediglich vernewet/ confirmiret, befestiget vnd bestetiget/vernewen/ confirmiren, befesten vñ bestetigen jnen das auch von königlicher Macht in Krafft dis Brieffes/ in allen vñ jeglichen jren Puncten/Stücken vnd Artickeln/in alle dermassen/als ob sie von Worte zu Worte hierinnen begrieffen vnnd geschrieben weren.

Præterea Dominus A. A. prætendit, quod Rex M. expressè & in specie partim investierit, partim simultaneè investierit Dominum W. proavum Domini A. Item Dominum, N. & A. B. omnes Barones in A. A. de omnibus Baroniis atq; bonis controversis pro ipsis recipientibus atq; hæredibus & posteris illorum.

Ex literis quoq; testimonialibus Regis V. liquet atq; paret, quod Dominus V. in suo & Domini F. & Dñ. M. avi Domini A. nomine investituram generaliter petierit, ratione omnium feudorum suorum.

Investitura quoq; facta & concessa Domino M. avo Domini C. a Domino Henrico Burggravio Misnensi & Præfecto inferioris Lusatiæ generalis esse videtur.

Et in investitura Regis L. sequens clausula reperitur.

Wir haben auch alle die Brieffe so der von A. Voreltern vnd Eltern von vnsern Vorfahren/ Römischen Keysern/ Königen / Marggraffen / auch andern Fürsten Geistlichen vñ Weltlichen/ vnd sonsten alle vnd jegliche jhre Freyheit/ Klag/Bitt/Lehenschafft/Recht vñ Gerechtigkeiten/ besondern Gnaden vñ Herkomen vnd gut Gewonheit erworben/von newes vernewert/confirmiret vnd bestetiget/ vernewen/confirmiren vnd bestetigen jhnen die auch von Behemischer königlicher Macht in Krafft dieses Brieffes in allen Clausulen/ Puncten / Stücken vnd Articulen / in aller Massen vnd Form als das von Wort zu Wort hierin geschrieben stunden vnd begrieffen weren.

Et sic liquet, omnes sequentes investituras omnium Regum B. usque ad Imperatorem F. esse conceptas verbis generalibus.

Igitur sequitur sub illis investituris comprehendi omnes Baronias omniaq; bona controversa, & proinde illas investituras perinde habendas atq; si in illis de prædictis Baroniis & bonis controversis expressa & specialis mentio facta fuisset.

Undecimo † verba universalia sunt majoris efficaciæ & virtutis quàm verba generalia, *Bart. l. generali. §. uxori. ff. usufruct. legat. Bart. l. si ita. ff. de aur. & arg* 11

legat.

legat. Dec. l. omnia. col. 1. ff. si cert. petatur. Dec. c. sedes Apostolica, col. 4. circa fin. extr. de rescript. Aym. Cravet. cons. 86. num. 6. & cons. 294. col. antepen. vers. 4. Rom. cons. 44. Laur. Sylvan. cons. 95. nu. 17.

Omniaque comprehendunt quæ excogitari possunt, *Dec. cons. 29. col. 2. in fin. Laur. Sylvan. cons. 95. nu. 17. arg. l. Iulianus. ff. de legat. 3. l. à procuratore. C. mandat. l. in fidei commissi. §. cum Pollibus. ff. de usur. l. cum virum. & ibi Bald. in secundo opposit. C. de fidei commiß. Cravet. cons. 105. nu. 3. text. c. solitæ extr. de major. & obed.* Nullo penitus excepto *Frederic. de Sen. cons. 84. Laur. Sylvan. cons. 95. nu. 19.*

Et verba universalia in dispositione aliqua posita hoc operantur, ut illa dispositio comprehendat ea, atque ad ea extendatur, quæ alioquin in illa dispositione non includerentur.

22 Ideóq; † licet sub Legato, donatione vel cōcessione rerū in certo loco existentiū non compręhēdantur res venales ibi existentes.

Attamen hoc non procedit si legans donans vel concedens res in certo loco existentes, usus fuerit verbis universalibus atque dixerit, se legare, donare vel concedere alicui omnes res suas in isto loco existentes, vel res suas ibi quocunq; modo existentes. Tunc enim sub tali legato; donatione vel concessione etiam res venales quæ in illo loco sunt comprehenduntur, *Bald. l. generali §. uxori. ff. de usufruct. legat. Alex. cons. 118. nu. 5. lib. 5 Matth. de Afflict. decis. Neapol. 106. Dec. cons. 116. nu. 2. Ben. Strach. in tract. de Mercator. tit. mandat. §. reliquum nu. 3.*

23 Similiter tamen † appellatione rei in certo loco existentis pecunia ad fœnerandum expendendumvè destinata non contineatur.

Hoc tamen non procedit, quando illa dispositio in qua facta est mentio rerum existentium in certo loco, est universalis, sive verbis universalibus concepta. Tunc enim pecunia etiam ad expendendum fœnerandumvè destinata, appellatione rerum in certo loco existentium comprehenditur. *Card. Paris. cons. 79. nu. 40 lib. 2.*

24 Eodem modo † licet appellatione rerum mobilium & immobilium non comprehendantur nomina debitorum item jura & Actiones.

Attamen hoc fallit in dispositionibus conceptis verbis universalibus, eamque ob causam sub donatione omnium bonorum mobilium & immobilium etiam jura & actiones comprehenduntur. *Guilhel. Benedict. Rep. c. Ramutius verb. cætera bona. nu. 8. extr. de testamentis.*

Et statutum prohibens quæcunq; bona sive mobilia sive immobilia in extraneos transferre, etiam jura & actiones complectitur, *Alciat. l. moventur. ff. de verb. signif.*

Huc accedit, † quod etiam verbum Hæres in investitura sive concessione feudi positum, intelligatur tantum de hærede sanguinis atque descendentibus ex primo acquirente. 25

Hoc tamen non procedit, quando feudum est alicui & successoribus, sive hæredibus quibuscunq; concessum. Tunc enim verbum Hæres sive successores in investitura sive concessione feudi positum, omnes omninò hæredes etiam extraneos imò legatarios & fidei commissarios & quoscunq; hæredes etiam improprios complectitur, *Bald. l. 1. quæst. 34. ff. de rerum divis. Bald. c. Imperialem in prin. de prohib. feud. alien. per Frederic. Abb cons. 3. lib. 2. Rom. l. etiam in prin. & ibi Alex. col. fin. ff. solut. matrim. Rom. l. id tempus. §. 1. ff. de Usucapion. Alex. & Ias. l. quædam. §. nihil interest, ff. de edend. Alex l. Gallus §. etiam. col. 2. ff. de lib. & posthumis. Alex. l si patroni in prin. col. pen. ff. ad S. C. Trebel. Alex. l. quod dicitur la. 2. col pen. ff. de verb. oblig Alex. cons. 7. nu. 8. lib. 6. cons. 95. col. 2. lib. 7. Corn. cons. 16. col 4. lib. 1. Socin. l. quidam relegatus col 2. vers. quinta conclusio. ff. de reb. dubiis. Ias. l. cum filiusfamil. nu. 89. ff. de legat. 1. Ias. l. 2. §. prætor. ait. ff. qui satisdare cog. Ias. l 2. nu. 198. C. de jure Emphyt. Ias. in prælud feud. nu. 46. & 128. Ias. cons. 27. cons. 55. lib. 2. cons. 59. lib. 3. & cons. 115. lib. 4. Albert. Brun. cons. 9 col. 3. Godzad. cons. 6. nu. 43 cons. 8. col. 5. & cons. 14. nu. 22. Matth de Afflict. decis Neapol. 386. num. 5. Card. Paris. cons. 65. nu. 10. lib 3. Ruin. cons. 20. col. 2. l. 1. cons. 103. col. 6. vers. nec etiam, lib. 3. Curt. in tract. feud 2. par. 3. part. prin. nu. 61. & 4. par. nu 130. Iacob. de S. Georg. vers. & cum pacto & 3. nu. 11. Roll. à Vall. cons. 5. nu. 45. & 46. lib. 1. Felin. c. quia & nu. 5. extr. de judic. Felin. c. in præsentia nu. 25. extr. de probat. Barbat. Rep. l cum acutissimi col. 70. C. de fidei commissi. Catel. Cott. Memoral. incip. feudum concessum mihi Memoral. privilegia. & Memoral. quibuscunq;.*

Idem est, si in investitura sive concessione feudi dictum fuerit, id concessum Titio & omnibus hæredibus sive successoribus illius, Namque & hoc casu appellatione

hæredum

hæredum in investitura sive concessione feudali omnes omninò hæredes etiam extranei & improprii quales sunt legatarii & fidei commissarii compræhenduntur, *Bald. c. in præsentia. col. 2. extr. de probat. Alex. cons. 30. nu. 15. lib. 5. cons. 195. col. pen. lib. 6. Curt. Iun cons. 61. col. 2. Dec. cons. 294. col. 2. Roll. à Vall. cons. 5. nu. 36. & 37. & cons. 60. nu. 49. lib. 1.*

26 Deinde † etiam pro hac sententia comprobanda adduci potest. Quia verba universalia sunt præcisa, & omnes casus etiam non expressos imò majores expressis comprehendunt, nec ullam restrictionem patiuntur, sicut hoc satis probat, *gloss. clemen. 1. verb. quibuscunq; de judic. & gloss. clem. 1. verb. quævis, & ibi Inno de sentent. & re judic. gloss. fin. clem. 2. de reb. Eccles. non alien. gloss. fin. l. fin. vers. per quamcunq; C. qui legit. pers. stand. in judic. hab. gloss. c. quamvis verb. quaslibet, & ibi Dominic. notab. 2. de elect. lib. 6. Alex. cons. 99. col. 1. vers. præterea. lib. 7. Cæpolla causar. criminal. cons. 14. Barbat. cons. 12. col. 1. cons. 21. nu. 16. cons. 23. col. 1. cons. 26. col. 3. lib. 2. cons. 87. col. 3. lib. 3. cons. 18. cons. 21. cons 35. & cons. 41. col. 2. lib. 4. Socin. cons. 3. col. fin. lib. 3. Ias. cons. 63. col. 3. lib. 3. & cons. 96. col. 2. lib. 4.*

Et hoc procedit potissimùm & absque omni dubio in dispositionibus hominum, in promissionibus nempe ab homine factis & similibus.

Nanque in illis verba universalia nullam omninò restrictionem patiuntur vel admittunt. *Bald. l. fin. col. 1. C. sine cens. vel reliquis. Alex. l si patroni. in prin. ff. ad S. C. Trebell. Ias l. 2. §. prætor. ait, nu. 4. ff. qui satisd. cog. Ias. l. 1. §. nunciatio. ff. de oper. nov. nunc. Ias. in prælud. feud. col. 17. in princ. Curt. Iun. cons. 1. col. 2. & cons. 183. col fin. Ruin. cons. 59. col. 1. nu. 24 lib. 4. & cons. 96. num. 5 lib. 1 Socin. cons. 10. col. 1. vers. non obstat si dicatur Rol. à Vall. cons. 6. nu. 44. & cons. 96. nu. 48. lib. 1.*

Præterea prædicta usque adeo vera sunt ut sub dispositione concepta verbis universalibus etiã Regalia comprehendantur, *Dec. cons. 197. circa fin. Cravet. cons. 294. col. 3. vers. sed magis. Ias. cons 45. nu. 5. notab. vers. 6. lib. 1. Cephal. cons. 150. nu. 11. lib. 1. Laur. Sylvan. cons. 1. nu. 29. lib. 1. Mandel. cons. 62.*

Et verba universalia ejus sunt efficaciæ, ut habeat vim specialis expressionis, *Curt. Sen. cons. 49. Godzad. cons. 30. Cravet. cons. 294. col 4. cons. 297. col. 8. & cons. 388. col. fin. Laur. Sylvan. cons. 95. nu. 17.*

Sed Dominus A. A. prætendit, quod in investituris Regis L. & Regis M. sit facta expressa mentio de Baroniis & omnibus bonis controversis.

Et reliquæ omnes investituræ sunt conceptæ non tantum verbis generalibus, sed etiam verbis universalibus sicut, hoc patet ex illis verbis, **Alle vnd jegliche/Item in allen vnd jeglichen.**

Igitur sequitur omnes investituras sequentes ita accipiendas esse, atque si in illis proavus, avus & pater Domini A. expressè & in specie fuissent investiti de Baroniis & bonis controversis atque Baroniæ & bona controversa in istis investituris expressè specificata & nominata essent.

Duodecimo, † verba geminata multa operantur, *l. Balista & ibi Bart. & Dd ff. ad S. C. Trebell. l. cum scimus, & ibi Bart. & Alex. C. de agr. col. & censit. lib. 11. Card. Paris. cons. 6. nu. 12. cons. 14. nu. 67. lib. 1. cons. 12. nu. 69. lib. 2. cons. 5. nu. 64. & cons. 32. num. 29. lib. 4.* 27

Et sunt majoris efficaciæ quam dispositio universalis simplex, *Godzad. cons. 30. nu. 1. Cephal. cons. 126. num. 18. Cravett. cons. 105. num. 4. Laur. Sylvan. cons. 95. num. 19. Barbat. in 2. cons. Curt. Sen. cons. 65. num. 19.*

Et verba geminata ampliant effectum dispositionis *Bald. l. fructus C. de act. empt.* Et efficiunt ut sub dispositione comprehendantur illa quæ alioquin sub illa dispositione non comprehenderentur. *Ruin. cons. 98. nu. 12. usq; ad nu. 29 lib. 2. Nicol. Everhard in loc. à locut. geminat. Guilhelm. Benedict. Rep. c. Rainutius. verb. cætera bona nu. 8. extr. de testamentis. Cravet. cons. 294. nu. 1. & 2. & cons. 308. nu. 5.*

Deinde etiam verba geminata non patiuntur aliquam restrictionem, diminutionem, *Laur. Sylvan. cons. 49. nu. 26. Ias. l. 1. §. nunciatio. nu. 5. vers. limita modo notabiliter. ff. de oper. nov. nunc. Laur. Sylvan cons. 88. nu. 4. Curt. cons. 324. col. 6. lib. 1. Cravet. cons. 290. nu. 8. vers. nono considero. Socin. cons. 297. nu. 6. lib. 2.* Vel exceptionem, *Cravet. cons. 201. nu. 24.*

Atq; comprehendunt omnia etiam dissimilia & majora expressis, *Socin. cons. 47. col. 6. in fin. lib. 4. Ias. cons. 96. col. 2. lib. 4. Laur. Sylvan. cons. 66. nu. 14. & cons. 88. nu. 4. Curt. Sen. cons. 30. col. 2. Craveтta cons. 290. nu. 4. vers. nono considero, l. 2.* Item etiam insolita *Alex. cons. 30. col pen. lib. 5.*

C 2 Et ver-

Et verba universalia geminata habent vim specialis expressionis sive nominationis: *Curt. cons. 48. col. 14. & cons. 49. Corset. in tract. de verb. geminat. Card. Paris. cons. 9. num. 20. lib. 3. Laur. Sylvan. cons. 95. num. 17.*

Quinimò, sub depositione conceptâ verbis universalibus geminatis, etiam Regalia comprehenduntur, *Paul. Castr. cons. 63. vers. quinto etiam patet, lib. 1. Raph. Cuman. cons. 162. num. 3. Socin. Iun. cons. 8. nu. 36. cum seqq. lib. 3. Cravet. cons. 19. nu. 8. Ioan. Cephal. cons. 150. Ias. cons. 45. nu. 3. lib. 1. Laur. Sylvan. cons. 96 nu. 16. lib. 2. Claud. de Seisel. in suo spec. feud. Rub. qui feudum dar. possunt limit. 6.*

Et prædicta potissimum procedunt eo casu quando verba universalia non semel sed sæpiùs in aliqua dispositione reiterata sunt. Tunc enim illa verba nullam penitus restrictionem patiuntur, sed hoc operantur, ut dispositio latissimè interpretari debeat, etiam in iis casibus in quibus verba geminata vel reiterata simpliciter prolata alioquin forsan restrictionem pati possent, prout hoc expresse tradit *Cravet. cons. 294. nu. 2. & 3.*

Sed in casu præsenti investituræ posteriores sunt conceptæ verbis non tantùm universalibus simplicibus, sed universalibus geminatis, multiplicatis, & reiteratis.

Ergo videtur dicendum in illis investituris posterioribus comprehendi & expressas censeri omnes Baronias, omniaq; bona controversa.

28 Decimo tertio, † relatum inest referenti & in referente expressum censetur *l. arc. prætor. §. 1. & ibi Barc. Alex. Ias. Francis. Rip & Dd. ff. de re judic. l. in summo in prin. ff. eod. tit. l. instituto talis. ff. de condit. instit. l. si ita scripsero, & ibi Bart. Bald. & Dd. ff. de condit. & demonstrat. l. asse toto, & ibi Imol. ff. de hæred. instit.*

Et quidem cum omnibus suis qualitatibus, *Bald. l. 1. ff. de receptat. Bald. cons. 99. lib. 1. Anton. de Butr. cons. 2. cons. 49. Panor. cons. 28. lib. 1. Dominic. cons. 47. Alex. l. hac consultissima. col. 3. C de testamentis cum multis simil. allegat. per Tiraquel. in tract. de LL. connubialibus, gloss. 7. nu. 153.*

Sed Dominus A. A. prætendit, quod omnes posteriores investituræ se referant ad primam investituram Regis L., in qua investitura fit expressa mentio de omnibus Baroniis atque bonis controversis, & dicitur Dominum W. proavum Domini A. A. de Baroniis controversis partim investitum partim verò simultaneè investitum, & quidem pro ipso recipiente atque pro omnibus hæredibus atque posteris ipsius.

Igitur videtur dicendum omnes posteriores investituras ita accipiendas esse, atq; si in illis facta esset mentio expressa Baroniarum atq; bonorum controversorum.

Decimo quarto, † ista clausula, qua cavetur, ut omnia habeantur pro expressis, perinde atque si specialiter & nominatim expressa essent, sive qua dicitur, omnia perinde renovata sive confirmata fuisse, atque si illa verbis expressa essent, hoc operatur, ut omnia habeantur pro specificè & nominatim expressis, atque idem operatur atque si omnia illa ad quæ quolibet modo ista clausula se refert, nominatim & specificè expressa fuissent, *Oldrad. cons. 117. Frederic. Senens. l. 1. ad fin. C. quando Imp. inter pupil. & vid. Bald. & Ang. l. omnes arg. ill. text. C. de Præscription. 30. vel 40. annor. Alberi. de Rosat l. 1. ad fin. C quando Imp. inter pupill. & vid. Collectar. c. cum dilecta col. 1. & ibi Bald. col. fin. extr. de rescript. Bald. & Ang. l. Divi. §. licet. ff. de jur. codicillar. Bald in tit. de pac. constant. verb. libellariè. Bald. cons. 119. in fin. lib 5. Paul Castr. cons. 284. col. 1. & 3. lib. 1. Alex. cons. 30. col. 3. & cons. 217. lib. 2. Socin. cons. 169. lib. 2. Felin. c. in nostro. col. 9 Corollar. 9. extr. de rescript. Rum. cons. 31. col 4. lib. 1.* 29

Sed in casu præsenti prætenditur. Quod Dominus W. proavus Domini A. A. à Rege L. & Rege M. expressè & specificè fuerit partim investitus partim simultaneè investitus de omnibus Baroniis controversis, & quidem pro ipso recipiente atq; hæredibus & posteris suis.

Et investituræ Regis G. atque Regis L. est expressè inserta prædicta clausula, sicut hoc patet ex illis verbis, In allen vnd jeglichen ihren Puncten/ Stücken vnd Artickeln/ in aller dermassen/ als ob sie von Worten zu Worten hierinnen beschrieben vnd begriffen weren.

Illaque clausula se refert ad omnes investituras, omniaque jura feudalia, quæ ipsis investitis, eorumque parentibus, vel majoribus antea quolibet modo concessa fuere.

Igitur

Igitur videtur dicendum illam clausulam hoc operari ut in omnibus omninò investituris posterioribus & proavus,& avus, & pater Domini A. A. intelligantur, partim investiti partim simultaneè investiti de Baroniis atque omnibus bonis controversis.

Rursus ex hoc inferri videtur & investituram & simultaneam investituram respectu bonorum controversorum ab omnibus omninò Regibus B. usque ad Imperatorem F. semper & quandocunq; casus contigit & necessitas hoc postulavit, renovatam fuisse.

30 Decimo quinto, † ex præterito præsumitur in præsens, & illud quod antea semel fuit & semper durasse & adhuc hodie durare præsumitur, *l. in finalibus, & ibi Bald & Florian. ff. fin. regund. l. qui bona. §. si quis stipulat. ff. de damno. infecto. l. non aut. §. à barbaris. ff. de re militar. l. si cui §. iisdem. ff. de accusat. l. si quis ex. argentariis. §. fin. & ibi Bart. ff. de edend. l. sive possidetis, & ibi Bart. & Dd. C. de probat. l. testam circa fin. C. de testamentis c. præterea. & 2. & ibi Abb. extr. de transact. c. mandata, extr. de præsumpt. Alciat. in tract. de præsumptionibus. Reg. 3. præsumpt. 25. Nicol. Everhard. in sua topic. in loc. à temp. ad. temp.*

Illaque præsumptio in omnibus decem prædicamentis procedit & locum habet, *Bald. l. ex persona C. de probat. Alciat. in tract. de præsumpt. Reg. 3. præsumpt. 25. Pet: de Anchor. c. semel malus de Reg. jur. lib. 6. Felin. c. scribebam. extr. de præsumpt. Nicol. Everhardi in sua Topic. in loc. à tempore ad tempus.*

Sed ex investitura Regis L. liquet, Dominum W. proavum Domini A. pro se atque hæredibus & posteris suis partim investitum, partim simultaneè investitum de Baroniis controversis.

Ergo sequitur, etiamsi aliter fides fieri non possit, illam & investituram & simultaneam investituram usque ad hoc tempus durasse.

Attamen præsumendum esse, illam tàm investituram quam simultaneam investituram semper durasse, & mortuo Domino N. N. absque filiis & descendentibus, Baronias controversas ad Dominum A. A. devolutas eique restituendas.

31 Decimo sexto, † pro expressis sive expressè dispositis in actu aliquo habentur illa quæ sunt solita sive consueta in talibus vel similibus actibus scribi vel exprimi, etiamsi illa verbis omissa fuerint, *l. quod si nolit. §. quia assidua. ff. de Ædil. edict. l. fin. & ibi Bald. C. de fidejussor. c. cum. M. Ferrariensis & ibi Bald. Ant. de But. & Imol. extr. de constitut. Bart. Romling. & Dd. l. nemo est qui nesciat. ff. de duob. reis. Ias. l. certi condictio. §. si nummos. ff. si certum petatur. Nicol. Everhard. in loc. à solitu sive consuetu.*

Sed ex parte Domini A. A. prætenditur in iis locis in quibus Baroniæ controversæ sitæ sunt, solitum & consuetum esse ut in omnibus investituris exprimantur nominatim, & specifice omnia bona de quibus is cui investitura facta est, simultaneè investitus est.

Cum itaque ex investitura Regis L. liqueat Dominum W. proavum Domini A. simultaneè investitum esse de omnibus bonis & Baroniis controversis.

Sequitur omnes sequentes investituras ita accipiendas esse atque si de Baroniis controversis in investituris sequentibus specifica & expressa mentio facta fuisset.

Decimo septimo, † in omnibus omninò negotiis illud pro expresso habetur quod illi qui negocium gesserunt, verisimiliter expressissent si de hoc cogitassent vel interrogati fuissent, *l. Barbarius Philippus & ibi Bald. ff. de off. prætor. l. tale pactum. §. fin. & ibi glos. Bald. & Dd. & Ias. nu. 16. ff. de pact. cum multis similib. allegat. per Tiraq. Rep. l. si unquam, in præfat. 56. C. de revoc. donat.* 32

Sed verisimile est tam Reges P. tanquam Dominos feudi, quàm parentes & majores Domini A. in omnibus investituris posterioribus expressam mentionem facturos fuisse de Baroniis atque bonis controversis, si cogitassent hanc litem motam iri.

Igitur etiam ex hoc sequitur omnes posteriores investituras ita accipiendas atq; si in illis de bonis atque Baroniis controversis mentio expressa facta fuisset.

Decimo octavo, † primæ investituræ 33
non derogatur per posteriores investituras, quæ aliter quam prima loquitur, & prima investitura semper inspicienda atque secundum illam de feudo judicium faciendum, etiamsi posteriores sive sequentes investituræ à prima discrepent vel contrarium disponant, *Dec. cons. 185. nu. 3. vers. primo. Card. cons. 92. Cephal. cons. 12. nu. 1. Natt. cons. 98 nu. 15. cons. 505. nu. 16. Curt. Iun. cons. 108. nu. 17. cons. 181. nu. 3. Curt. Iun. in*

 tract.

tract. feu. 2. part. 2. part. princip. quæst. 7. num. 43. Iohan. Campeg. inter cons. Albert. Brun. cons. 61. col. 2. Philip. Port. cons. 65. nu. 4. cons. 171. nu. 7. Cels. Hug. cons. 26. nu. 24. cons. 113. nu. 9. Iohan. Baptist. Vincemala. cons. 1. nu. 194.

Ideoque traditum est per, sequentes investituras, non mutari, neque naturam, neq; successionem feudi antiqui, *Natt. cons. 322. nu. 4.*

Et hoc usque adeo verum est, ut procedat, etiamsi posteriores investituræ magis conveniant juri communi.

Namque nihilominus prima investitura à posterioribus discrepans attendenda, & secundum illam de feudo judicium faciendum est, nulla habita consideratione quid sequentes investituræ disponant, vel contineant, *Philip. Port. cons. 65. num. 4. cons. 171. num. 7.*

Igitur sequitur, omnes omninò sequentes investituras ita accipiendas esse, ne per illas investituræ Regis L. derogatum intelligatur, quod investitura Regis L. omninò inspicienda atque secundum illam præsens controversia decidenda sit, etiamsi constet vel probari possit, sequentes investituras ab investitura Regis L. discrepare, vel in illis contrarium dispositum esse.

34 Decimo nono, † si in posterioribus investituris contra formam vel tenurem primæ, & antiquiores investituræ quid mutatum fuerit vel mutatū esse reperiatur, illud præsumitur esse factum vel per errorem vel per impressionem.

Prout hoc, quod si in posterioribus investituris fuerit recessum a prima sive ab antiquiori investitura, vel mutatum aliquid contra formam vel tenorem prioris investituræ, illud præsumatur esse factū errore, expresse tradit *Bald. cons. 215. nu. 1. lib. 2. Alex. cons. 55. nu. 18. lib. 4. Natt. cons. 323. nu. 4. & cons. 505. nu. 17. Nevizan. cons. 11. nu. 3.*

35 Et confirmatur, namque dubio omni caret † quod tàm Imperatoria Majestas quàm Rex B. nec non & omnes alii Reges contractum feudi & omnes alios contractus illaque quæ in investituris ab illis emissis vel concessis posita sunt, inviolabiliter observare teneantur.

Et similiter *LL.* cautum & à *Dd.* traditum est, quod Imperatoria Majestas, nec non & alii Principes supremi revocantes, retractantes, alterantes vel mutantes illa ad quorum observantiam ipsi obligati sunt, præsumantur esse circumventi, usque adeò, ut illa præsumptio sit præsumptio juris, & de jure, probationem contrariā non admittens, *Bald. cons. 327. nu. 4. lib. 1. cons. 279. lib. 3. Dec. cons. 580. cons. 599. cons. 640. cons. 689. Cravet. in tract. de antiquit. temp. part 1. §. non admitto. nu. 14. & 13. Rol. à Vall. cons. 2. nu. 151. lib. 1.*

Quod verò eo casu quo in posterioribus vel sequentibus investituris quid immutatum vel alteratum reperitur, illud præsumatur esse factum per impressionem, expresse & in specie tradit *Bald. cons. 215. nu. 1. lib. 2. Nevizan. cons. 11. nu. 3.*

Deinde quoque clari juris est, † si in sequentibus sive posterioribus investituris ea quæ in prima vel antiquiori investitura dicta vel posita sunt, per errorem alterata vel mutata fuerint, quod illa alteratio vel mutatio neque ipsi Vasallo, cui ista investitura facta est, neque posteris ejus neque agnatis ipsius præjudicet, sed tam Vasallo, quam posteris atque agnatis illius permittatur, semper & quandocunque producendo primam investituram de errore isto fidem facere, & errorem revocare, ejusque emendationem petere. *Bald. c. 1. §. fin. nu. 2. de feud. Guard. Alex. cons. 55 num. 17. lib. 4. Dec. cons. 185. num. 3. cons. 193. num. 4. cons. 263. num. 3 cons. 468. nu. 25. cons. 498. num. 17. Curt. Iun. cons. 118. num. 18. Natt. cons. 322. num. 5.* 36

Similiter clari juris est, † si in posterioribus investituris aliquid mutatum fuerit, præter vel contra formam primæ vel antiquioris investituræ per impressionem, quod illa mutatio vel alteratio non noceat, neque ipsis quibus ista investitura facta est, neque posteris vel agnatis ipsorum, *Bald. c. 1. §. fin. num. 2. de feud. Guard. Iacob. de S. Georg. in tract. feud. vers. qui quidem investitu. nu. 70. Dec. cons. 468. nu. 25. cons. 498. num. 17.* 37

Si itaque doceri possit, in investituris posterioribus quid alteratum vel mutatum fuisse, præter formam vel tenerem investituræ Regis L. ex prædictis videtur inferendum, quod illa mutatio sive alteratio præsumatur esse facta vel per errorem, vel per impressionem, quodque eam ob causam illa mutatio vel alteratio Domino A. A. nihil obsit nihilque noceat.

Vigesimo, † a prima investitura non est recedendum propter investituras posteriores sive sequentes, aliter, quam prima investitura loquentes, nisi in posterioribus investituris 38

stituris expressè dictum fuerit, quod per posteriores investituras de communi consensu & Domini & Vasalli & omnium illorum, quorum interest, à prima investitura fuerit recessum, *Dec. cons. 175. nu. 45. cons. 193. nu. 4. cons. 468. nu. 27. cons. 498. nu. 18. Natt. cons. 505. nu. 1. cons. 506. nu. 44. Roll. à Vall. cons. 67. nu 6. lib. 1 Curt. Iun. cons. 108. nu. 16. Albert. Brun. cons. 78. n. 6. Godzad. cons. 26. nu. 10. Ioan. Vincemala inter cons. varior. cons. 1. nu. 197.*

Sed in investituris posterioribus cautum vel expressum non reperitur, quod per illos, de communi consensu & Domini feudi Regum nempe B. & Vasalli Batonum nempe A. investitura Regis L. mutata vel alterata sit.

Igitur sequitur, in casu præsenti investituram Regis L. omninò attendendam, inspiciendam, & secundum illam hanc controversiam decidendam, etiamsi constaret, posteriores investituras ab investitura Regis L. discrepare vel alterius tenoris esse.

39 Vigesimo primo, † alteratio sive mutatio primæ investituræ facta a Domino & cum consensu Vasalli censetur esse tantum restricta ad tempus vitæ illius Vasalli, qui illi alterationi sive mutationi consensit.

Namq; Vasallus in feudo habet tantum jus limitatum & restrictum ad tempus vitæ suæ, ipseque intelligitur gravatus illud feudum post mortem suam filiis agnatis vel cognatis suis restituere, *Andr. de Isern. c. 1. §. hoc quoq; nu. 9 & ibi Matth. de Afflict. nu. 8 de success. feud. Andr de Isern. c. 1. § quid ergo. nu. 7. & ibi Matth. de Afflict. nu 20 de invest de re alien. fact. Card Paris. cons 65. nu. 26. lib. 3. And. de Iser. c. 1. n 10 de alien. feud. pater. Bald. cons. 38. nu. 5. lib. 1. Matth de Afflict. in prælud. feud. n. 178 Socin. Iun. cons. 72. n 27. lib. 1.*

Et Dd. communiter concludunt, quod remissio, refutatio & renunciatio facta à Vasallo de feudo vel respectu feudi intelligatur, facta limitatè pro tempore vitæ Vasalli: Quodque mortuo Vasallo, illa renunciatio, remissio sive refutatio expiret. *Bald. l. qui se patris. C. unde lib. Francis. Aretin. l. apud Iulianum. §. si quis alicui. col. fin. ff. de legat. 1.*

Et confirmatur per id, quod & LL. expressè cautum, & à Dd communiter traditum est, quod donatio, renunciatio, refutatio, remissio, vel alia concessio titulo lucrativo facta de aliqua re vel respectu alicujus rei, in qua renuncians sive refutans habet tantum jus limitatum sive restrictum, intelligatur, similiter facta limitato modo secundum tempus, terminos & limites illius juris, *c. pastoralis, & ibi Ant. de But. extr. de donat. l praedia. & ibi Bart. C. de locat. praedior. civil. lib. 10. Bald. & Ang. l. si domus. §. fin. & ibi Alex. nu. 3. Ias. nu. 11. ff. de legat. 1. Bald. & Ang. l. cum alienum. C. de legat. Bald. l. monumenta. C. eo tit. Bald. Rub. quæst. 6. C. contrah. empt.*

Quinimò Dd. concludunt, quod etiam contractus onerosus de feudo vel respectu feudi initus à Vasallo, tantum censeatur esse restrictus ad tempus vitæ illius Vasalli, ita etiam mortuo isto Vasallo, iste contractus expiret & evanescat. *Dec. cons. 208. nu. 9. Matth. de Afflict. c. 1. §. hoc quoq;. nu. 8. de success. feud. Calcan. cons. 102.*

Et confirmatur ex eo: Tum, quia & Emphyteuta vendens rem Emphyteuticam, vel alio modo respectu rei Emphyteuticæ contrahens, intelligitur tantum contraxisse respectu juris limitati, quod ipse in Emphyteusi habet, *Pet. Cyn. Alberi. & Ang. l. fin. & ibi Salicet. col. 3. Ias. num. 86. & 141. C. de jur. Emphyt. Specul. in tit. de locat. §. nunc aliqua vers. 193. Salicet. l. 1. in fin. C. de contrah. empt. Paul. de Leaz. c. potuit. extr. locat. & conduct. Paul. Castr. l. servi electione. §. fin. ff. de legat. 1.*

Tum, quia usufructuarius contrahens respectu illius rei, in qua ipse usumfructum habet, intelligitur tantum contraxisse limitatè sive restrictive quoad illud jus quod ipse in illa re habet, *Albert. de Rosat. l. 1. col. 2. nu. 4. & ibi Idejus Pinel. in Rep. part. 3. n. 37. C. de bon. mater. Iohan. de Imol. l. usufructus. nu. 2 ff. solut. matrim. Covar. variar. Resolut. lib. 1. cap. 8. nu. 7. vers. quo fit argumento. l. a laboribus. §. usufructuarius. ff. de usufruct.*

Tum, quia contractus initus à Prælato respectu rerum ad prælaturam suam pertinentum, in quibus ipse tantum tempore vitæ suæ jus habet, intelligitur restrictus ad illud jus limitatum, *Paul. Castr. cons. 2. nu. 3. lib 1.*

Tum, quia regulariter contractus quilibet initus ab illo qui jus limitatum sive restrictum in aliqua re habet, respectu illius rei censetur esse restrictus ad tempus sive terminos illius juris, *l. qui tabernas & ibi gloss. Bart. & Bald. ff. de contrah. empt. l. fin. verb. consentiente à contrario sensu. C. de commun. rer. alien. Bald. Rub. quæst. 6. C. de contrah. empt. Bald. l. cum venderes. ff. eo tit.*

Bald. l. 1. nu. 5. & ibi Iaſ. nu. 51. C. qui teſtamentum. fac. poſ. Bald. l. in teſtamento C. ad l. Falcid. Bald. l. ex prædiis nu. 2. C. de evictionib. Paul. de Leaz. c. potuit. col. 2. extr. de locat. & conduct. Alex. l. ſi domus. §. fin. nu. 4. & ibi Iaſ. nu. 24. ff. de legat. 1. Alex. conſ. 63. nu. 4. & 9. lib. 6.

Ex quo infertur, etiamſi doceri poſſit, ſequentes inveſtituras reſpectu Baroniarum & bonorum controverſorum factas & conceſſas ab inveſtitura Regis L. diſcrepare, illasque Baronias de quibus eſt facta expreſſe mentio in inveſtituris Regis L. in poſteriorib. & ſubſequentib. inveſtituris omiſſas, & in illis neque tacitè neque expreſſè comprehendi nec non huic mutationi ſive alterationi proavum vel avum Domini A. A. conſenſiſſe, hanc tamen alterationem ſive mutationem cum conſenſu illorum factam, Domino A. non nocere nec Domino A. ullum præjudicium generare, ſed illam alterationem ſive mutationem tantum eſſe reſtrictam ad tempus vitæ illius qui iſti alterationi vel mutationi conſenſit.

40 Vigeſimo ſecundo, † Dominus feudi etiam cum conſenſu Vaſalli & ex certa ſcientia non poteſt mutare primam inveſtituram, vel conditionem, naturam aut qualitatem per primam inveſtituram feudo attributam in præjudicium illorum qui vigore primæ inveſtituræ jus ſuccedendi in feudum habent, nec jus quæſitum ex prima inveſtitura deſcendentibus à primo acquirente auferre, *Bald. l. 1. nu. 31. C. quando non petent. part. Dec. conſ. 263. nu. 2. circa fin. conſ. 445. nu. 23. conſ. 468. n. 25. & 27. conſ. 498. nu. 17. Curt. Iun. conſ. 108. nu. 18. Albert. Brun. conſ. 1. nu. 83. conſ. 78. nu. 7. Bero. conſ. 65. nu. 3. lib. 1. Natt. conſ. 505. nu. 19. Roll. à Vall. conſ. 67. num. 7. lib. 1. Philip. Part. conſ. 65. nu. 2. Godzad. conſ. 26. nu. 40. Iohan. Vincemala, inter conſ. feud. varior. conſ. 1. nu. 172. & 198. Cephal. conſ. 23. nu. 47. conſ. 155. nu. 10. conſ. 173. nu. 31. conſ. 197. nu. 9. & 10. Nevizan. conſ. 11. nu. 6. & 7. Celſ. Hug. conſ. 26. nu. 24. cum ſeqq. Tiraq. in tract. de utraq. Retract. part. 1. §. 32. gloſſ. c. nu. 39. Thomas de Marin. in tract. de generibus. feud. lib. 1. tit. 2. num. 39.*

Et Cephalus in præallegato *conſ. 155. nu. 10.* multos alios Dd. hanc ſententiam amplectentes citat, ex quorum numero liquet hanc ſententiam communiter receptam, ideoque ab illa neque in judicando, neq; in conſulendo recedendum.

Et confirmatur ex eo, namque clari juris eſt, quod nemini auferri poſſit jus ſuum, ſive ſibi quæſitum abſque conſenſu, vel voluntate illius, *l. fin. C. ſi contra jus vel util. public. l. id quod noſtrum. ff. de Reg. jur. c. quæ in Eccleſiarum extr. de conſtitut.*

Etiamſi illud jus alicui ſit quæſitum vel alicui competat ſpe tantum. Namque nec illud quidem ipſi abſque conſenſu ſuo auferri poteſt, *l. in diem verſ. non autem, ff. de aq. plu. arcend. l. 2. in fin. ff. de natal. reſtituend. Bald. conſ. 431. col. 2. lib. 2. Barbat. conſ. 18. col. 6. lib. 2. Dec. c. ſicut Romana col. 3. extr. de reſcript. Præpoſ. c. 1. §. Titius. col. 4. ſi de feud. defunct. content.*

Et hoc uſque adeo verum eſt, ut jus mihi quæſitum vel competens mihi non conſentienti, nec ab illo quidem auferri poſſit per quem ſive per commune factum mihi illud jus quæſitum eſt, ſive illud jus mihi competat reipſa, *l. fin. & ibi Iaſ. & Dd. ff. de pact. l. qui Romæ §. Flavius ff. de verb. oblig. l. 1. & 2. & ibi gloſſ. ff. de ſtipul ſervor. l. ſi poſt mortem § fin. ff. de bonor. poſſeſ. contr. tabul. cum multis ſimilibus allegat. per Tiraquel in tract. de utroq. retract. part. 2. §. 1. gloſſ 7. num. 21.*

Sive ſpe tantum *l. ſi cenſente, ad fin & ibi Bald. C. de donat. ant nupt. Franciſ Aret. conſ. 7. Alex. d. §. Flavius, Rom. conſ. 186. col. 1. lib. 1. Dyn. Rai. Bald Ang. Imol. & Caſtr. l. idem Iulianus §. ſi quis alicui arg. ill. text. ff. de legat. 1. Alex. conſ. 106. col 3. lib. 4. Dec. conſ. 239. col. 3. verſ. ultimo non obſtat.*

Et Dd. communiter † concludunt, quod etiam Princeps ſummus ut ſuperiorem non recognoſcens, naturam & qualitatem attributam feudo per primam inveſtituram in præjudicium deſcendentium à primo acquirente in ſequentibus inveſtituris, nec cum conſenſu quidem Vaſalli mutare, alterare, vel deſcendentibus à primo acquirente jus ſuum auferre poſſit, nec de plenitudine quidem poteſtatis, prout hoc expreſsè & in ſpecie tradit, *Godzad. conſ. 26. nu. 40. Celſ. Hug. conſ. 26. nu. 26. Ruin. conſ. 7. lib 1. Natt. conſ. 505. nu. 19. Cephal. conſ. 3. nu. 8 conſ 12. nu. 5. & 6. conſ. 23. nu. 27. conſ. 90. nu. 40.* 41

Et Cephal. in præallegato *conſ. 23 nu. 47.* atteſtatur eand. opin amplecti *Dec Anton. Rube, Ruin, Socin. jun. Iaſon. Curt jun.*

Albert.

Albert. Brun. Card. Parif. Matth. de Afflict. & Thomam Gram. in loc. ab ipso citat.

Idem quoque vult *Bald. conf. 317. num. 4. lib. 1.* Ubi ipse inquit, Quod imper. Rom non possit mutare statum nec minuere honorem Vasallorum.

Et hoc usque adeò verum est, ut per sequentes investituras Princeps etiã summus non possit præjudicare illis, quibus ex prima investitura saltem spe jus quæsitum est, *Rum. conf. 7. lib. 1. Cephal. conf. 90. nu. 39.*

Et sic liquet, hanc opinionem communiter receptam esse, ideoque ab illa neq; in judicando neq; in consulendo recedendum est, per jura vulgar.

Et confirmatur ex eo. Namq; feudum est contractus, & quidem nominatus, *Bart. l. jus gentium § Quinimò, nu 19. & ibi Iaf. nu. 16. & 17. ff. de pact. Bart. l. 1. ff. condict. ex lege Socin. conf. 68. nu. 6. lib. 1. conf. 165. nu 5. lib 2. Iaf. in prælud. feud. nu. 34. Curt Iun. in tract. feud part. 1. quæst. 8. nu. 36. Cels. Hug. conf. 26. nu. 27.*

Et certum est, quod Princeps etiam summus & superiorem non recognoscens, jus alteri ex contractu suo quæsitum auferre vel contractum suum retractare, vel ab illo recedere nequeat, *l. Cæsar. & ibi Bart. ff de public. c. pen extr. de donat. inter vir. & uxor. c. 1. & ibi Bald. & Dd. de natur. feud. c. 1. & ibi Anton. de Butr. Imol Abb. Felin. Dec. August. Bero & Dd. extr. de probat. l. de contractu C. de rescindend. vendit l. ratas. C eo tit. Cyn. & Bald. l. digna vox. C. de LL. Iaf. l si pecunia, in prin. num. 12 usq; ad nu. 17. ff. de condict. ob causam. Iaf. conf. 1. num. 4. lib. 1. conf. 170. num. 3. conf. 277. col 5. lib. 2. conf. 76. nu. 8. & conf. 93. lib. 3. Socin. Iun. conf. 126. nu. 17. & 18. lib. 3. Bald. conf. 275. col. fin. lib. 2. Iohan. Baptist. Carcialup. Rep. l. omnes populi. num. 107. ff. de just. & jur. Laur. Sylvan conf. 34. nu. 27. Ioan Cephal. conf. 58. nu. 78. lib. 1. Rol. à Vall. conf. 34. nu. 27. & 28. & conf. 66. num 33. lib. 2. Cravett. conf. 241. nu. 22. Philip. Part. Reg. 18. lib. 1. Iaf. l. 1. in prin. nu. 2. ff. de pact. Foller. in pract. benefic. verb. & submissiones. num. 5. 6 7. & 15.*

Nec directè nec per indirectum, *Dominic. conf. 78. col 1. Alex. conf. fin. col fin. lib. 4. Anton. Rub. conf. 147. col. 3. Godzad. l. Gallus. §. & quid si tantum. ff. de liber. & posthum. Philipp. Port. lib. 5. Reg. 18. amplias. 4.*

Neque totaliter neque aliqualiter illam, nempe obligationem minuendo vel restringendo, *Iohan. Baptist. Carcialup. Rep. l. omnes populi, nu. 107. ff. de just & jur. fac. id quod tradit Bald conf. 327. col. 4. lib. 1. Bald. l. 1. col pen. vers. sed quid si Dominus C quando non pet. part. Dec. conf. 185. col. 2. in fin. vers. non obstat. Godzad. conf. 26. col 8. vers. undecimo dicendum, Iohan Lopez. Rub. fol. 46. col. 1. & fol. 81. col. 3. extr. de donat. inter vir. & uxor. Philip. Port. Reg. 18. lib. 5.*

Usque adeò, ut Principibus etiam superiorem non recognoscentibus, nec de plenitudine quidem potestatis hoc facere permittatur, *Bald. c. 1. §. ad hoc col. 5. vers. item mota ex gloss. de pac. juramento firmand. Paul. Castr. l. digna vox. C. de LL. Felin. & Dec. c. 1. uterq; nu. 1. extr. de probat. Dec. conf. 151. nu. 1. Foller. in prax. consuet. verb. & submissiones, nu 8. Cephal. conf. 168. nu. 30. conf 286. col. 3. conf. 292. conf 689. col. 1. Iaf. conf. 1. lib. 1. conf. 233. lib. 2. conf. 93. col. 2 verb. item imò fortius lib. 3. Alexandrin. Rub. conf. 50 & conf. 38. in fin. col 1. Rum. conf. 196. nu. 19. lib. 1. Alciat. in tract. de præsumpt. Reg. 3. præsumpt. 8. nu. 6. Card. Paris. conf. 12. nu. 116. & 117. lib 1. Sigismund. Neapol. inter conf. Albert. Brun. conf. 114 nu. 214. Iohan. Cephal. conf 58. nu. 79. lib. 1. Æym: Cravet. in tract. de antiquit. temp. part. 1. §. circa primum. nu. 17. Cravet. conf. 241. nu. 18. & 19. Rol. à Vall. conf. 1. nu. 28. & conf. 66. nu. 33. lib. 2. Philip. Part. Reg. 18. ampliat. 2. lib. 5.*

Sed in casu præsenti ex investitura Regis L. Domino W. proavo Domini A. atq; omnibus & hæredibus & descendentibus ipsius, & sic inter cætera ipsi Domino A. A. est acquisitum jus succedendi in omnes Baronias atque omnia bona controversa.

Igitur sequitur, hoc ius Domino A. auferri non potuisse, nec a Domino quidem feudi Regibus nempe B. etiam nec cum consensu quidem proavi, avi, vel patris Domini A. atq; neque Regibus B. neque etiam proavo, avo, vel patri Domini A. A. licuisse tenorem investituræ Regis L. mutare, vel alterare in præjudicium juris succedendi in Baronias controversas ipsi Domino A. acquisiti per investituram Regis L.

Vigesimo tertio, † si in posterioribus investituris quid vel fuerit immutatũ vel primæ investituræ derogatum aut dispositio in prima investitura alterata, etiam ex 41

proposito

proposito, & cum consensu tam Domini feudi quam Vasalli illud neque filiis neque agnatis aut cognatis Vasalli præjudicat. Sed illa mutatione non obstante filii agnati vel cognati illius Vasalli vigore primæ investituræ se ad feudum ejusque successionem admitti debere, rectè postulant, *Bald. consf. 215. nu. 1. lib. 2. Paul. Castr. consf. 176. nu. 3. lib. 1. consf. 191. nu. 3. lib. 2. Dec. consf. 78. nu. 6. col. peu. versf. & licet consf. 185. nu. 3. consf. 193. nu. 4. consf. 445. nu. 23. consf. 468. nu. 27. consf. 498. nu. 17. Iasf consf. 7. col. 6. versf. quinto ad idem, consf. 56. col. 5. versf. quarto ad idem lib. 3. Alvar. inter consf. Albert. Brun. consf. 57. Curt. Iun. consf. 108. nu. 18. consf. 181. nu. 3. Curt. Iun. in tract. feud. 2. part. 2. part. prin. quæst. 7. nu. 4. Albert. Brun. consf. 78. num. 7. Iohan. Campeg. inter consf. Albert. Brun. consf. 11. col. 2. Ruin. consf. 43. nu. 3. & 4. consf. 154. nu. 4. lib. 1. Godzad. consf. 132. nu. 13. lib. 1. Rol. à Vall. consf. 67. nu. 7. lib. 1. Cephal. consf. 3. nu. 2. & 6. consf. 12. nu. 2. & 4. consf. 155. num. 10. consf. 373. num. 31. consf. 197. num. 9. & 10. Pero. consf. 65. num. 3. lib. 1. Philip. part. consf 65. num. 4. & 7. Celsf. Hug. consf. 26. num. 24.*

Ex quo infertur, etiamsi probari possit tenorem primæ investituræ Regis L. nempe in sequentibus investituris mutatum vel alteratũ etiam cum consensu & ex certa scientia, & Regum B. & parentum sive majorum Domini A. A. hanc tamen mutationem sive alterationem, non nocere Domino A. illaque alteratione & mutatione non obstante Dominum A. A. rectè postulare se ad Baronias controversas earumque successionem admitti.

43 Vigesimo quarto, clari juris est, † etiamsi in posterioribus investituris feudum antiquum alicui fuerit concessum tanquam feudum novum: & in posterioribus investituris expresè cautum sit, quod feudum antiquum novum esse debeat sive tanquam feudum novum concessum sit, hoc tamen non obstante illud feudum nihilominus antiquum remanet & naturam antiqui feudi retinet, præsertim quo ad favorem atque commodum agnatorum vel filiorum aut posterorum, *c. 1. & ibi gloss. Bald. Alciat. Mart. Laud. & Præpos. de Vasall decrept. ætat. c. 1. & ibi gloss. Bald. Alvar. & Dd. an agnat. c. 1. & ibi Dd. de eo q. fin. fer. gloss. c. quicunq. 25. q. 1. Iacob. de Ardizan. in tract. feud. in 2. part. 2. par. prin. quæst. ad fin. versf. & erit sciendum. Bald. l. 1. quæst. 18. ff. de rer. divisf. Bald. l. quoties. col. 2. versf. secundo casu C. de suis & legit. Bald. in prælud. feud. decisf. 5. Card. Florent. consf. 91. dub. 1. Paul. Castr. consf. 290. col. 1. consf. 325. dub. 1. lib. 2. Rom. consf. 1. in fin. consf. 315. & ibi Horat. Mandosf. in addit. Iasf. consf. 96. dub. ult. lib. 1. consf. 180. lib. 2. Iasf. & Dd. l. si mihi & Titio, in prin. ff. de verb. obligat. Dec. consf. 78. nu. 6. consf. 263. col. 2. consf. 445. num. 6. Ioan. Baptist. Ferrar. consf. 103. nu. 5. consf. 178. nu. 10. Zasf. in epit. feud. part. ult. paulo ante fin. Tiraq. in tract. de utraq. Retract. part. 1. §. 32. gloss. 1. num. 38.*

Ex quo infertur, etiamsi doceri possit in sequentibus sive posterioribus investituris non tantum tenorem investituræ Regis L. mutatum & alteratum, sed etiam agnatos vel aliquos ex agnatis Domini A. A. controversis esse investitos tanquam de feudo novo. Attamen illas Baronias nihilominus feuda antiqua remansisse.

Vigesimo quinto, † si primæ investituræ ejusque tenori derogatum fuerit, per investituras subsequentes, & Domini & Vasalli voluntate accedente, hæc mutatio, alteratio, & derogatio non noceat illis, quibus vigore primæ investituræ successio feudi debetur, etiamsi illi sint hæredes universales illorum Vasallorum qui istam mutationem cum consensu Domini in præjudicium successorum fecere, vel ad illam mutationem consensum etiam obligatorium præstitere ad hæreditatem illorum, non confecto inventario adierint, prout hoc expresè tradit *Bald. consf. 215. nu. 1. lib. 2. Iasf. consf. 7. col. 7. versf. non obstat, consf. 56. col. 5. versf. nec obstat. lib. 3.* 44

Ex quo infertur, etiamsi fides fieri possit per investituras subsequentes sive posteriores, investituræ Regis L. derogatum fuisse, etiam cum consensu & Regum B. & parentum vel prædecessorum Domini A. A. atq; Dominum A. A. hæredem & successorem universalem extitisse, his qui hanc mutationem vel fecêre vel ad illam consensum præstitere eorumque hæreditatem adivisse, etiam inventario non conscripto, hanc tamen mutationem sive alterationem investituræ Domino A. A. non nocere nec impetire quo minus Dominus A. A. ad successionem Baroniarum controversarum admitti debeat.

Vicesimo sexto, † mutatio investi- 45

turæ primæ

turæ primæ per sequentes investituras facta non confirmatur præscriptione, nec contra illos, in quorũ præjudicium tenor primæ investituræ per sequentes mutatus est, præscriptio incipit currere antequam illis illud feudum jure successionis apertum sive delatum est, etiamsi ab eo tempore, quo tenor primæ investituræ per sequentes investituras mutatus est, quinquaginta, centum vel plures anni elapsi fuerint, prout hoc expressè & in specie tradit. *Bald. cons. 215. nu. 1. lib. 2. Curt. Iun. cons. 181. nu. 4. & 5. & est de mente Iasonis cons. 7. col. pen. vers. ultimo non obstat lib. 3.*

46 Et confirmatur tum † quia illis descendentibus a primo acquirente antequam feudum ipsis jure successionis apertũ vel delatum fuit, non patuit locus in feudo, nec etjam respectu feudi Actio competiit.

Et certum est quod non volenti agere, non currat præscriptio *l. 1. §. fin. C. de annal. except. Bald. Auth. nisi tricennale C. de bonis mater.*

Quodque non currat præscriptio ad aliquem actum explicandum antequam ille actus incipiat explicari posse, *l. si in diem ff. de condict. & demonstrat.*

Tum quia in feudis præscriptio lapsa contra prædecessores, successoribus non nocet, prout hoc tradit, *Andr. de Isern. c. 1. §. præterea Ducatus, nu. 38. & ibi Matth. de Afflict. nu. 45. de prohib. feud. alien. per Frederic. Matth. de Afflict. c. 1. §. quid ergo. nu. 19. usq; ad nu. 22. de invest. de re alien. fact. Card. Paris. cons. 23. nu. 199. lib. 1. Sigis. Neapol. cons. 1. nu. 193. & cons. 10 nu. 22. Curt. Iun. cons. 181. & idem tenet Bald. cons. 16. lib. 1. Matth. de Afflict. c. 1. §. si vero. nu. 7. si de feud. def. content. Francis. Sonsbeck. in tract. feud. 13. part. And. de Iser. Alvar. & Præpos. c. 1. §. hoc quoq; de success. feud.*

Et hanc eandem opinionem tenere Jacob. de S. Georg. Albert. Brun. & Dec. testatur Card. Paris. *cons. 23. nu. 199. lib. 1.* Ubi ipse pro hac opinione has rationes adducit. Quia in feudis præsertim ex pacto & providentia non datur successio, & unus non habet causam ab alio, sed omnes eam habent a primo, ut ex tunc non ut ex nunc, & alia dicitur investitura in personam unius, alia in personam alterius, easque rationes LL. & authoritatibus comprobat. Idem tenet *Guihelm. de Pont. 13. notab. nu. 4. & 5.*

Et hanc sententiam communem esse attestatur, *Ar. pinet. Rep. Auth. nisi triennale nu. 49. C. de bon. mater.* Ubi ipse affirmat hanc eandem opinionem amplecti *Rodeic. Suarez. Paul. de Castr. Dec. Rub. Gram. Socin. Iun. Ioan. de Anan. Iacob. de S. Georg. Godzad. Claud. Alciat & Francis. Rip.*

Ex quo infertur etiamsi fides fieri possit per sequentes investituras primæ & antiquiori investituræ Regis L. nempe derogatum esse, & quidem interveniente consensu, & Regum B. & parentum sive majorum Domini A. A. atque ab illo tempore quo hæc mutatio facta est centum vel plures annos elapsos.

Attamen hanc mutationem etiam cum lapsu temporis junctam non nocere Domino A. A.

Vigesimo septimo, † secundum dispositionem juris communis per divisionem unius vel plurium feudorum inter fratres vel agnatos factam, natura feudi non mutatur vel alteratur nec dividentes vel illorum filii aut posteri excluduntur, a jure succedendi in ista feuda sit divisa *Bald. c. si quis miles. nu. 3. & ibi Mart. Laud. nu. 11. Alvar. nu 3 Præpos. nu. 3 Matth. de Afflict. nu. 30. arg. ill. text. Imperator Lotharius Eugenio Papæ & univers. popul. Alvar. & Præpos. c. 1. §. satis bene arg. ill. text. de prohib. feud. alien. per Lothar. Matth. de Afflict. c. 1. §. dummodo arg. ill. text. de natura success. feud Zas. in tract. feud. par 9. nu. 40. Henning. Gœd. cons. 21. nu. 7. lib. 2. Cravet. cons. 660. nu 8.* 47

Et confirmatur, † namq; feuda æquiparantur fidei commisso relicto uni de familia ea conditione, ut illud semper in familia remaneat atq; Vasallus sive possessor feudi perinde intelligatur gravatus feudum post mortem suam aliis descendentibus vel agnatis suis restituere, sicut is cui fidei commissum ea conditione relictũ ad hoc obligatus est, prout hoc expressè tradit, *Andr. de Iser. c. 1. §. hoc quoq; n. 9. & ibi Matth. de Affl. n. 8. de success. feud. Ant. de Isernia, c. 1. §. quid ergo n. 7. & ibi Matth. de Afflict. n. 20. de invest. de re alien. fact. Matth. de Affl. c. 1. in prælud. feud. nu. 178 Card. Paris. cons. 65. nu. 16. lib. 3.* 48

Et certum est † quod per divisionem simplicem quis non excludatur a fidei commisso, neq; etiã fidei commisso renunciatum intelligatur *l. cum prin. § heredi. item. & ibi Bart. Bald. Imol. & Paul Castr. ff. de legat. 2 Bart. l. q. Romæ §. duo fratr. q. 1. & ibi Bald. Imol. Paul. Castr. Alex. Ias. Socin. Iun. & Dd ff. de verb. oblig. Bald. cons. 364. & cons. 440. lib. 4. Rom. cons. 403. col. 1. & ibi Horat. Mundosc in addit. Fulgos. cons. 41. dub. 2. Paul Castr.* 49

cons.

cons. 188. col. 2. Alex. cons. 39. col. 2. lib. 4. cons. 8. col. fin. lib. 5. Ioan. de Anan. cons. 29. Raph. Cuman. cons. 133. Ioan. And. in addit. ad Spec. tit. de Testamentis. §. in primis vers. quid si fideicommissum. Corn. cons. 150. col. fin. lib. 3. Dec. cons. 79. dub. 2. cons. 86. col. pen. Bertrand. cons. 88. col. 2. lib. 1. Godzad. cons. 36. col. fin. Card. Paris. cons. 55. lib. 2. Grat. cons. 60. col. 1. lib. 1. Ruin. cons. 137. col. 3. cons. 139. col. 1. cons. 147. col. 3. nu. 6. lib. 2. Socin. Iun. cons. 128. nu. 114. lib. 1. Boër. decis. 147. nu. 10. Anton. Gab. Rom. in tract. Reg. lib. 4. tit. de fideicommiss. conclus. 1. nu. 6.

50 Et hoc usque adeò verum est, † ut natura feudi antiqui per divisionem non alteretur, & neque dividentes, neque filii vel posteri illorum, a successione feudi divisi excludantur, sed ista divisione non obstante, tam dividentes quam filii & posteri illorum jus succedendi in feudum salvum & illæsum retineant, etiamsi illa divisio non semel sed sæpius facta fuerit, *Matth. de Afflict. c. 1. §. dummodo. nu. 2. arg. ill. text. de natur. success. feud.*

Ex quo infertur, licet post investituram, & simultaneam investituram de omnibus Baroniis controversis, & de aliis bonis factam à Rege L. Domino W. tunc temporis possessoris Baroniæ N. C. D. S. M. F. & aliorum bonorum, & Domino W. proavo Domini C. ejusque Domini W. duobus fratribus F. nempe & V. Baronibus in N. quorum V. fuit avus Domini C. ultimi possessoris Baroniarum controversarum, Dominus W. proavus Domini C. unà cum prædictis fratribus sive bona feudalia tum temporis ab ipsis possessa, & de quibus in investitura Regis L. fit mentio, nempe Baroniam in F. & Baroniam in A. ita inter se diviserint, ut Baronia in F. Domino V. Baronia verò in A. Domino W. atq; Domino F. fratribus Baronib. in N. obvenerit, quod tamen per illam divisionem neque istarum duarum Baroniarum neque aliarum Baroniarum vel bonorum de quibus in investitura Regis L. facta est mentio, natura immutata, neque etiam Dominus W. proavus Domini C. ejusque filii nepotes & pronepotes per istam divisionem a jure succedendi in istas Baronias exclusi vel remoti fuerint, sed quod ista divisione non obstante & Domino W. & ejus liberis nepotibus & pronepotibus, & inter cætera Domino A. A. jus succedendi in illas Baronias salvum & illæsum remanserit.

51 Vigesimo octavo, † omnia statuta omnesque consuetudines sunt stricti juris strictè intelligenda, & quantum fieri potest restringenda. *Bart. l. constitutionibus. ff. ad Municipal. Bald. c. 1. in fin. de feud. cognit. Bald. l. 1. contractus. in prin. C. de fide instrum. Ang. cons. 202. post. princip. Dyn. & Bald. l. Cæsar. ff. de publican. Alex. cons. 40. lib. 2. Dec. c. causam quæ. nu. 5. extr. de rescript.*

52 Similiter quoque clari juris est, † quod omnia statuta omnesque consuetudines secundum jus commune intelligi, declarari, limitari, ampliari, & restringi debeant. *l. 2. & ibi Salicet. & Dd. C. de noxal. act. c. ad audientiam, & ibi Panormit. extr. de cleric. non resident. c. cum dilectus, & ibi Ioan. Andr. & Panor. extr. eo. tit. Innocent. Host. Compostella Ioan. Andr. & Panor. c. causam quæ. extr. de rescript. Bart. l. omnes populi. 2. & 3. quæst. 6. in prin. ff. de just. & jur. Bald. l. terminato in fin. C. de fruct. & lit. expens. Bald. l. Gallus. §. quid si ii. ff. de liber. & posthum. Bald. cons. 58. col. fin. lib. 2. Alex. cons. 50. col. fin lib. 1. & cons. 217. lib. 2. Corn. cons. 1. col. fin. lib. 2.*

53 Et hoc usque adeo verum est, † ut procedat, etiamsi necesse sit, verba ad significationem impropriam detorquere, *Anton. de Butr. Imol. & Dd. c. cum dilectus, arg. illius text. extr. de consuet. Tiraq. in tract. de utroq. Retract. part. 1. §. 9. gloss. 2. nu. 55.*

54 Deinde quoque clari juris est, † quod correctio juris communis [illegible] potest, evitari atque omnia [illegible] consuetudines ita interpretari [illegible] debeant, ne per illa jus commune correctum censeri possit. *l. præcipimus. §. fin. & ibi Bart. C. de appell. Cravet. in tract. de antiquit. temp. part. 4. §. absolutis. nu. 42. Rol. à Vall. cons. 80. nu. 49. lib. 1. fac. text. l. sancimus. C. de Testamentis.*

55 Et per verba generalia † vel universalia nunquam inducitur juris communis correctio, *Ias. cons. 164. col. 1. in fin. lib. 2. Cravet. in tract. de antiquit. tempor. part. 4. §. absolutis. num. 42.*

56 Eodem modo † & per subauditos intellectus nunquam inducitur juris communis correctio, *gloss. c. cupientes. §. qui si per triginta verb. præterea de elect. lib. 6. Rol. à Vall. cons. 80. nu. 49. lib. 1.*

57 Præterea quoque clari juris est, † quod omnia omninò statuta, omnesque consuetudines ita intelligi debeant, ut quanto minus fieri potest, juri communi derogent, *Alex. cons. 2. nu. 9. lib. 1. Dec. cons. 444. nu. 15. Card. Paris. cons. 95. in prin. lib. 1. & cons. 66. nu. 100.*

nu. 100. lib. 3. Rol. à Vall. conf. 21. nu. 21. & conf. 63. nu. 30. lib. 1. Cravett. conf. 197. nu. 6. Iaf. l omnes populi. lect. 2. nu. 62. ff. de iustit. & iur.

Etiamsi necesse sit verba ad significationem impropriam vel impropriissimam detorquere, *Aym Cravett. conf. 197. nu. 6. Rol. à Vall. conf. 21. nu. 21. lib. 1. Godz. ad conf. 74. n. 11.*

58 Sed licet jure Saxonico cautum sit, † si duo pluresve fratres qui de feudo aliquo investiti sunt, illud feudum inter se diviserint alterum alteri postea defuncto non succedere, nisi ipsi post divisionem factam renovationem simultaneæ investituræ & petierint & impetraverint, *juxta text. cap. 32.* Lehenrecht.

Attamen in illo textu nulla fit mentio de feudo antiquo vel paterno nec expresse disponitur, quod per divisionem factam jus succedendi in feudum antiquum tollatur vel extinguatur.

Et jure communi expresse cautum est, quod frater fratri, item & agnatus agnato in feudum antiquum succedat, *c. 1. § & quia vidimus, de his qui feudum dar. poss. c 1. § hoc quoq. de success. feud. c. 1. §. 1. de feud. March c. si quis miles. Imperator Lotharius Eugen. c. 1. §. fin. & ibi Dd. de gradib. succed. in feud c. 1. §. 1. de natur. success. feud. Bald. consil. 192, lib. 3. conf. 265. col. fin. conf. 282, lib. 5. Rol. à Vall. conf. 67. n. 13. lib. 1.*

Similiter jure communi expresse cautum, nec non & superius comprobatum est, quod per divisionem simplicem frater vel agnatus, ejusve descendentes non amittant jus succedendi in feudum antiquum ita divisum.

Et si prædictus textus juris Saxonici ita acciperetur, ut locum haberet etiam in feudo antiquo, per hoc induceretur juris communis correctio,

Igitur sequitur, præallegatum textum juris Saxonici ita accipiendum esse, ut ille textus tantum habeat locum in feudo novo, non autem in feudo antiquo.

Prout hoc, quod ille textus juris Saxonici tantum habeat locum in feudo novo, non autem in feudo antiquo expresse & in specie tradit *Henning. Gæd. conf. 21. n. 4. & 5. lib. 2.*

Cum itaque prædictæ Baroniæ sint feuda non nova, sed antiqua, videtur dicendum, præallegatam dispositionem juris Saxonici in casu præsenti locum non habere, & per hoc, quod prædicti tres fratres A. A feuda sua inter se divisêre, illos eorumque posteros non excludi, neque a jure succedendi invicem, neque à jure succedendi agnato suo remotiori, Domino nempe W. tum temporis possessori Baroniarum controversarum.

Vigesimo nono † jure communi cautum & a Dd. traditum est, si illi fratres, qui de feudo novo simul ita investiti fuerunt, ut alter alteri in illud feudum succedat, sive ut uno mortuo alterius portio ipsi accrescat, illud feudum diviserint, & etiam unus alteri jus suum refutarit, hanc divisionem junctam etiam cum renunciatione sive refutatione non obstare neque impedire quo minus alter alteri etiam post divisionem factam in feudum succedat, *Bald. c. si quis miles, nu. 11. & ibi Alvar. nu. 4. col. fin. vers. quæro ab extra præpos. nu. 4. circa fin. Matth. de Affl. nu. 37. Imperator Lothar. Eugen. Pap.* 59

Et idem quoque juris esse videtur, † in feudo novo, duobus vel pluribus fratribus vel agnatis concesso ab Imperatoria Majestate vel a Rege aliquo, etiamsi in illa concessione dictum non fuerit, quod unus frater alteri succedere, vel quod uno defuncto, portio illius alteri accrescere debeat. 60

Namque certum est, † quod in feudo novo duobus vel pluribus concesso ab Imperatore vel Rege aliquo, jus accrescendi locum habeat, & uno defuncto portio ipsius alteri accrescat, etiamsi hoc in concessione expresse cautum vel conventum non fuerit, *Bald. l. 1. §. in primo. C. de caduc. tollend. Bald. Præpos. & Matth. de Afflict. c. 1. de duobus fratrib. à capit. invest. Præpos. c. 1 §. & quia vidimus, nu. 56. & ibi Matth. de Afflict. nu. 16. de his qui feud. dar poss. Alex. l. si mihi & Titio. in princ. ff. de verb. obligat. Alex. in addit. ad Bart. l. 1. arg. ill. text. C. Si liberal. imperial. Corn. lib 10. Alex. conf. 30. lib. 1. conf. 24. nu. 7. lib. 5. Socin. conf. 66. nu. 12. lib 3. Iaf. conf. 1. col. 5. lib. 3. Iacob. de S. Georg. in tract. feud. vers. sed autem princeps. nu. 16. & verb nobiles à Gasi nu. 6 Nicol. Everhard. in sua Topic. in loc. à contrar. sens.* 61

Præterea quoque † idem jus videtur esse statuendum, & quidem indistincte in successionibus Baroniarum, quod videlicet illis per divisionem non præjudicetur, etiamsi illæ Baroniæ feuda eorum sint, cum secundum multorum Dd. sententiam, ad successionem Baroniarum indistincte admittantur omnes omnino illi, qui sunt de eadem familia, licet illi à primo acquirente originem non trahant. 62

Sed textus juris Saxonici *in cap. 32.* Lehenrecht. tantum simpliciter loquitur de

duobus pluribusve fratribus simultaneè investitis respectu unius ejusdemq; feudi, nec ullam facit mentionem de isto casu, quando in simultaneâ investiturâ illud expressè cautum vel conventum est, ut unus frater alteri fratri succedat, vel ut portio unius alteri accrescat.

Similiter quoque ille textus nullam facit mentionem specificam de feudo duobus pluribusve simul concesso, vel ab Imp. Majestate, vel a Rege aliquo.

Eodem quoq; modo ille textus juris Saxonici nullam facit mentionem de Baroniis.

Igitur videtur dicendum, præallegatum text. juris Saxonici non habere locum eo casu, vel quando in investitura simul pluribus facta, vel expressè cautum, quòd unus alteri accrescere debeat, vel quando illa investitura est facta, ut ab Imperatore vel Rege aliquo, aut respectu unius aut plurium Baroniarum.

Cùm itaq; bona controversa sint Baroniæ atque omnes investituræ, de quibus in casu præsenti agitur, sint factæ & remissæ a Regibus B. & in investitura Regis L. illud saltem tacitè cautum sit, quòd unus alteri succedere, atq; portio unius alteri accrescere debeat, ex prædictis videtur inferri, quòd præallegata sanctio juris Saxonici in casu præsenti locum non habeat, quòdque per divisionem inter illos fratres factam, jus succedendi in istas Baronias competens Domino W. proavo Domini C. ejusq; descendentibus & posteris non fuerit extinctum, Sed tam Domino W. quam illius descendentibus & posteris salvum & illæsum manserit, etiamsi probari possit, istas Baronias non esse feuda antiqua, sed esse feuda nova.

63 Trigesimo, † jure communi cautum est, quòd per divisionem ut non simplicem, sed conjunctam cum refutatione sive renunciatione neque dividentes neque posteri vel descendentes illorum à jure succedendi, accrescendi, vel simultaneæ investituræ excludantur, nisi in illa divisione & renunciatione hoc expressè cautum vel conventum fuerit, quòd unusquisq; de isti portione feudi, quæ ipsi obvenit, investiri debeat, tanquam de feudo novo, *Bald c. si quis miles, nu. 5. & ibi Alvar. n. 4. Præpos. n. 4. vers. tertia conclusio. Matth. de Afflict. n. 32. Imperator Lotharius Eugenio.*

Ex quo infertur, etiamsi prædicta sanctio juris Saxonici ita intelligi possit, ut locum habeat etiam in feudo antiquo.

Attamen illam sanctionem secundùm juris communis dispositionem intelligendam, & ita accipiendam, ut tantùm locum habeat non in divisione simplici, sed in tali divisione, quæ ita fit, ut unusquisque de portione suâ tanquam de feudo novo investiatur, atque in quâ unus alteri expressè remittit & refutat omne jus feudale, quod in portione alterius habet vel acquirere posset.

Prout, quòd prædicta sanctio juris Saxonici ita accipienda sit, expressè & in specie tradit *Henning. Gæden cons. 21. nu. 5. lib. 2.*

Sed hactenus probatum non est, divisioni factæ inter Dominum W. Dominum U. & Dominum F. fratres A. A. prædictum pactum insertum esse.

Quinimò in actis mihi transmissis narratur, Dominum U. juniorem A. A. filium prædicti Domini U. senioris, expressè confessum esse, licet prædictæ duæ Baroniæ inter illos tres fratres divisæ essent.

Attamen juris feudalis ratione illarum Baroniarum competentis separationem factâ non esse, sed illud jus inter omnes fratres eorúq; descendentes indivisum remansisse.

Igitur etiam ex hoc capite sequitur, prædictam sanctionem juris Saxonici in casu præsenti locum non habere.

Trigesimo primo, † clari & indubitati juris est, quòd eo casu, quando statutum aliquod alteri simpliciter aufert beneficium aliquod, illud statutum ita intelligendum & accipiendum sit, ut hoc casu intelligatur sublatum tantùm illud beneficium, quod alicui ex dispositione illius statuti competit, non autem illud, quod alicui etiam ad eundem finem datur ex dispositione juris communis, vel ex pacto sive contractu. 64

Tum quia capiendo hanc interpretationem minùs læditur sive corrigitur jus commune. Et certum est, nec non & superiùs comprobatum, omnia statuta ita intelligenda esse, ut quantò minùs fieri potest, jus commune lædant.

Tum quia clari & indubitati juris est, † quod beneficium mihi competens, per statutum vel aliud jus speciale, sit & debilius & faciliùs tollatur, quam est illud, vel tollitur illud, quod ex dispositione juris communis, vel ex pacto mihi competit, *l. ejus milites. §. militia missus. & ibi Bart. & Dd ff. de testam. milit §. quia verisimile Auth. de non alie. & permut. reb. eccles. gl. 1 1. verb. perjurii. C. si advers. vendit. gl. c. 11. si super genera de offic. delegat. lib. 6. gl. c. fin. 16. q. 4. Ioan. Ign. Rep. l. dudū n. 21. C. de contr. emt.* 65

Similiter quoque clari juris est, † si is, cui plura jura vel media competant, ab uno 66

exclu-

exclusus fuerit, quod ipsi nihilominus alia jura sive remedia illæsa permaneant, *l. si domus, & ibi Bart. de servit. urb. prædior. l. habebat. ff. de instit. act. l. Bebius. Marcellus. ff. de pact. convent.*

67 Eodem quoque modo clari juris est, † quod etiam eo casu, quando unum idemque remedium alteri competit ex diversis causis, quod una ex illis causis sublata, illud remedium nihilominus salvum & incolume, remaneat, si modò aliqua ex illis causis adhuc subsistat, *l. si non l. ex Ælia senten. & ibi Oldrad. Bart. Bald. Imol. & Dd. ff. de hæred. instit. l. tutor. petitus. §. prætoribus ff. de excus. tutor. l. 1. in prin. ff. si quis à parent. manumiss. fuer. l. 2 §. corpore debilitas. ff. de vacat. muner. cum multis similib. allegat. per Tiraq in tract. cessant. caus. part. 2. nu. 22.*

Sed jus Saxonicum in prædict. *cap. 32.* Sebenrecht novum remedium succedendi in feudum inducit, dum videlicet sancit, si duobus vel pluribus fratribus unum feudum simul concessum fuerit, atque illi fratres in communione permanserint, unum alteri absque filiis defuncto succedere, quod juri communi refragari, dubio omni caret, *c. 1. de fratribus de novo beneficio investitu.*

Igitur sequitur illum textum, quatenus in eo deciditur per divisionem feudi factam, Vasallus simultaneè investitos amittere jus succedendi, reciprocè ita intelligendum esse, ut per divisionem factam Vasalli amittant tantum illud jus succedendi reciprocum, quod ipsis per illam constitutionem juris Saxonici quæsitum est, nec illos per divisionem excludi a jure successionis in feudum, quod ipsis competit ex dispositione vel juris communis, vel pacti.

Sed certum est, nec non & superius comprobatum, in casu præsenti Domino W. proavo Domini C. nec non & posteris & descendentibus. ipsius competere jus succedendi in Baronias controversas, & ex dispositione juris communis, & ex pacto speciali.

Igitur etiam ex hoc sequitur, quod per divisionem factam inter prædictos tres fratres A. A. atque Dominus W. proavus Domini C. neque descendentes illius à jure succedendi in Baronias controversas exclusi fuerint.

68 Trigesimo secundo, † in feudis, præsertim antiquis, factum patris vel alterius filiis reliquisque descendentibus vel posteris regulariter non nocet neque præjudicat, *c. 1. in princ. & ibi Dd. de successione feud. c. 1. §. Titius si de feud. defcontent. c. 1. in princ. & ibi Dd. de alien. feud. patern cum similib. vulgar.*

Ex quo infertur etiamsi textus in præallegato *cap. 32.* Sebenrecht ita accipi posset, ut locum haberet etiam in feudo antiquo.

Attamen illum textum ita intelligendum esse, ut divisio feudi antiqui quoad simultaneam investituram & jus succedendi præjudicet tantùm ipsis dividentibus, non autem filiis vel posteris ipsorum, rursus ex hoc infertur, cum Baroniæ controversæ sint feuda antiqua, divisionem factam inter prædictos fratres W. nempe F. & U. seniorem, descendentibus ipsorum, & inter cætera Domino A. A. non nocere, etiamsi probari posset illam divisionem istius efficaciæ esse, ut illa quoàd simultaneam investituram & jus succedendi ipsis dividentibus præjudicare possit.

Trigesimo tertio, † verbis statutorum tenaciter inhærendum est, nec illis liceat quicquam addere vel detrahere, *Bald. c. 1. de alien. feud. Bald. l. maximum vitium. col. pen. C. de liber. præter.* 69

Et statutum quodlibet servandum est prout jacet, nec à verbis vel determinatione statuti recedendum, *Bald l. cum ancillis. col. 2. C. de incest nupt. Bald. conf. 318. col 3. lib. 3.*

Atque statuta tantùm disponunt, quemadmodum loquuntur, & nihil præterea *Bald. l. testam. in fin. C de testamentis.*

Ideoque traditum est, quòd nullum penitùs statutum nullaque constitutio extra verbis ipsius extendi debeat, *l quod constitutum. Et ibi Bart. ff. de testam. milit ar.*

Quodque id, quod statutum non dicit, nec nos dicere debeamus, *l. si servum. §. non dixit prætor ff. de acquir. hæred. Bald. conf. 2. col. 1. lib. 1. conf. 99. col. 1. lib. 4.*

Huc accedit, quòd cessantibus verbis legis vel statuti, & ipsius quoque dispositio cesset, *l. 4. §. Toties. & ibi Bart. Alex. & Dd. de damno. infect. Bald. l. si furiosi. C. de nupt.*

Quodq; à quo removentur verba legis vel statuti, ab eo & divisio quoque legis sive statuti removeatur, *Bald. conf. 408. col. 1 lib. 1.*

Prætere[illegible]oque cautum est, quod verbis statuti in[illegible]rvire debeamus sine extranea interpretatione, *Bald. conf. 134 col. 2. lib. 4.*

Quodque verbis statutorum inhærendum sit, nec statuta aliter interpretari liceat quam loquuntur *Bald. c. significante col. 2. ext. de appellat.*

Et non possimus interpretari constitutionem

tionem vel statutum id disponere, quod non loquitur, vel in illa verbis expressum non est, *Bald. 447. col. 3. lib. 5. cum multis simillb. allegat. per Tiraquel. Rep. l. si unquam verb. libertu nu. 2. cum duob. seqq. C. de revoc. donat.*

Deinde quoque ll. expressè cautum est, quòd gesta respectu sive ratione unius rei vel certarum rerum respectu aliarum rerum non noceant neque præjudicent, *l. si unum. §. ante omnia. ff. de pact. l. qui cum tutoribus. in princ. ff. de transact. l. si de certa. & ibi Bart. Bald. Alex. Ias. & Dd. C. de transact.*

Sed textus juris Saxonici *in d. artic. 32.* Lehenrechts/ quatenus decidit, quòd per divisionem factam à simultaneè investitis amittatur, & jus successionis & simultaneæ investituræ, tantùm decidit, quòd illud jus successionis & simultaneæ investituræ amittatur solummodò respectu illius feudi divisi, sive in divisionem deducti, nec ullam facit mentionem de simultanea investiturà respectu aliorum bonorum competenti.

Igitur sequitur, prææallegatum textum juris Saxonici ita accipiendum esse, ut per divisionem factam respectu certi feudi, neque dividentes neque posteri illorum excludantur à jure simultaneæ investituræ vel jure succedendi ipsis competente respectu aliorum feudorum.

Cùm itaque prædicti tres fratres, nempe Dominus W. Dominus U. & Dominus F. Barones in N. inter se diviserint tantùm Baroniam in F. & Baroniam in A. rursus ex hoc sequitur, etiamsi prææallegata sanctio juris Saxonici in casu præsenti locum habere posset. Attamen per illam divisionem, neque illis fratribus, qui istam divisionem fecere, neque descendentibus ipsorum ullum præjudicium illatum respectu simultaneæ investituræ, & respectu juris succedendi, quod ipsi habuerunt in Baroniis N. C. D. S. M. aliisque bonis tum tempore possessis ab agnato suo remotiore Domino W.

70 Trigesimo quarto † etiam in iis casibus, in quibus per divisionem factam Vasallus privatur, vel jure succedendi in feudum vel jure simultaneæ investituræ, illud ita demum locum habere videtur, si Dominus feudi hoc voluerit, atque voluntatem suam declaraverit, quòd ipsius mens atque intentio sit, quòd Vasallus propter hanc divisionem jure succedendi in feudo sive simultaneà investiturà privatus esse debeat.

71 Namque clari & indubitati juris est, † quòd in iis casibus, in quib. Vasallus feudu, vel jure feudali privatur, illa privatio non aliter locum habeat, nisi Dominus feudi tacitè vel expressè declaraverit, se velle, ut Vasallus feudo sive jure feudali privatus esse debeat, *Spec. §. quoniam. vers. 27. tit. de feud. Bald. c. quæ in Eccles. col. pen. extr. de constit. Bald. Mart. Laud. Alvar. & Præpos. c. 1. de capitul. Conradi Bald. l. fin. C. de revoc. donat. Bald. l. 1. C eo tit. Bald. cons. 31. col. 38. cons. 301. lib. 1. Ioh. Innoc. c. fin. extr. de revoc. donat. Imol. c. 2. extr. de feud. Alex. cons. 79. nu. 11. cons. 103. n. 16. lib. 1. cons. 173. n. 7. lib. 2. cons. 91. lib. 3. cons. 27. lib. 6. cons. 92. eo lib. Præpos. c. 1. col. 4. quo tempor. mil. Dec. cons. 138. nu. 5. cons. 144. cons. 185. nu. 5. cons. 206. cons. 341. col. fin. Ias. l. 2. nu. 8. arg. ill. text. C. de jur. Emphyt. Ias. l. omnimodò. in princ. nu. 10. C. de inoffic. testamento. Ias. l. posthumo. nu. 25. C. de bonor. possess. contr. tabul. Guid. Pap. cons. 192. col. 2. Ruin. cons. 70. nu. 5. lib. 1. Iacob. de S. Georg. in tract. feud. verb. qui quidem investiti. nu. 42. Curt. in tract. feud. 4. part. nu. 156. Guilhelm. Benedict. Rep. c. Raynutius verb. in eod. testamento relinquens. & 2. nu. 4. extr. de testamento. Tiraquel. Rep. l. si unquam. verb. revertatur. nu. 11. Ias. cons. 138. col. 1. lib. 1. Ruin. cons. 35. nu. 28. lib. 1. Ias. l. si mihi & Titio. in princ. col. fin. vers. item adde ad prædictam glossam. ff. de verb. oblig.*

Illaque declaratio † facta à Domino 72
feudi non præsumitur, eam ob causam, quia hæc declaratio facti est, & in facto consistit.

Et certum est, quòd illa, quæ facta sunt, non præsumantur, nisi illa probata fuerint, *l. denique. ff. ex quibus caus. major. l. quæcunque. ff. de public. in rem Act. l. in bello. §. factæ ff. de captiv. & postlim. revers. l. unic. C. de mandat. princ. l. 1. C. de probat. l. si emancipati. C. de collat. cum simillb. allegat. per Aym. Cravett. in tract. de antiquit. tempor. part. 1. § propositum nu. 75.* Et tradit quasi in terminis *Bald. l. 1. C. de revoc. don. Car. Molin. in consuetud. Paris. tit. 1. §. 30. nu. 106.*

Sed hactenus probatum non est, quòd Rex L. G. & M. voluntatem suam declaraverint, quòd Dominus W. proavus Domini A. ejusque posteri per divisionem inter prædictos tres fratres Barones in N. factam à jure succedendi in Baronias controversas, vel à jure simultaneæ investituræ exclusi esse debeant.

Imò Rex G. & Rex M. eo ipso, quòd Rex G. verbis generalibus, Rex M. verò specialibus & expressis post istam divisionem Dominum W. proavum, Domini A. de Baroniis controversis simultaneè

[illegible] expressè declaraverunt, quod [illegible] Dominum W. ejusque descendentes vel posteros per hanc divisionem a jure succedendi in Baronias controversas exclusos vel isto jure privari.

Igitur sequitur, etiam posito, prædictam sanctionem juris Saxonici in præsenti casu locum habere, atque Dominum W. proavum Domini A. per prædictam divisionem factam inter ipsum & fratres suos à jure succedendi in Baronias controversas sive a jure simultaneæ investitura exclusum fuisse.

Attamen hanc exclusioné sive privationem effectú non fuisse sortitum, sed ipsum, atq; descendentes ipsius nihilominus jus succedendi in Baronias controversas, item & jus simultaneæ investituræ retinuisse.

73 Trigesimo quinto, † si Dominus feudi vel investierit, vel simultanee investierit Vasallū de tali feudo sive talibus feudis, quod feudum sive quæ feuda, aut jura ad ipsum competentia, is Vasallus amittere meretur, Dominus feudi Vasallo eo ipso jus caducitatis remittere intelligatur, *Iacob de Belvis. Andr. de Isern. Alvar. Mart. Laud. Præpos. & Matth. de Afflict. c. 1. § insuper de prohib feud. alien. per Frideric. Alex. cons. 79. nu. 11. lib. 1. cons. 13. num. 17. lib. 6. Socin. cons. 66. col. 9. lib. 3. Hieron. Grat. cons. 2. dub. 2. lib. 2. Zas. in tract. feud. part. 10. nu. 77. Hieron. Schurff. cons. 28. nu. 3. lib. 3.*

74 Similiter † clari juris est, quod ei Domino feudi, qui semel jus caducitatis Vasallo tacitè vel expressè remisit, vel successoribus ipsius, non permittatur ulterius permutare, & declarare, quod velit Vasallum esse privatum vel feudo, vel jure feudali, *Alex. cons. 113. nu. 3. lib. 4. Ias. cons. 88. nu. 8. & 9. lib. 3. Andr. de Isern. c. 1. de Vasall. decrep. ætat. capit. decis. 105. nu. 19.*

Sed ex parte Domini A. A. prætenditur, quod post istam divisionem inter prædictos tres fratres Rex G. generaliter; Rex vero M. specialiter investierit Dominum W. proavum Domini A. de omnibus Baronis atque bonis controversis.

Igitur sequitur, etiamsi fides fieri possit per istam divisionem factam inter illos tres fratres Dominum W. ejusque liberos & descendentes [illegible] fuisse, & a jure succedendi in dictas Baronias [illegible] tamen jus caducitatis & Domino W. & posteris illius remissum esse per illas inventuras subsequentes, & quidem usque adeò, ut posterioribus Regibus B. non licuerit permutare, vel declarare quod Dominus W. ejusque descendentes, vel posteri propter istam divisionem exclusi esse debeant a jure simultaneæ investituræ, sive à jure succedendi in Baronias controversas.

Trigesimo sexto, ex investitura Regis L. liquet, quod Rex L. Dominum W. proavum Domini A. atq; omnes illius hæredes & posteros una cum duobus fratribus suis F. & V. seniore, & agnato suo W. partim investierit, partim simultaneè investierit de omnibus Baroniis atque bonis controversis.

Præterea etiam prætenditur, quod Rex G. hanc tam investiturá quàm simultaneam investituram saltem verbis generalibus & confirmaverit & renovaverit.

Insuper etiam prætenditur; quod mortuo W. agnato relicto unico filio J. nec non & defuncto Domino V. seniori, relicto filio V. juniore, Rex M. Dominum W. proavum Domini A atque Dominum F. ejus fratrem & utriusque hæredes feudales, una cum Domino J. & Domino V. juniore Baronibus ab N. expressè & nominatim simultaneè investierit de omnibus Baronis & bonis controversis.

Ex quo liquet quod Dominus W. proavus Domini A. respectu bonorum & Baroniarum controversarum una cum Domino W. agnato suo ejusq; filio J. nec non & cum V. seniore fratre suo, ejusque filio V. juniore simultaneam investituram semper & habuerit & retinuerit, ejusq; renovationem debito modo petierit.

Rursus ex hoc infertur, cum Dominus M. avus Domini A. sit & filius Domini W. & successor feudalis, tam W. patris sui, quam F. patrui sui, quod ipse Dominus M. etiam habuerit simultaneam investituram respectu bonorum controversorum cum Domino A. A. & Domino V. juniore.

Namque Dd. tradunt † quod eo casu quando quis est vel investitus, vel simultaneè investitus, pro se & successoribus suis, etiam filii & successores ipsius censeantur & investiri, & simultanee investiri de istis feudis, usq; adeò ut illi filii vel successores mortuo parente vel prædecessore suo a renovatione investituræ vel simultaneæ investituræ petere non teneantur *Bald. l. 1. §. excepto cir. med. C. de caduc. tollend. Ias. cons. 89. nu. 4. vers quod aut in casu nostro libro. 2.* 75

Et confirmatur per id quod Dd. tradunt, quod eo casu quando Dominus feudi investivit vel simultaneè investivit Vasallum de feudis suis pro se & successoribus Domini; atque Vasallus præstitit juramentum fidelitatis ipsi Domino pro se & successoribus suis Vasallus Domino mortuo, a successore Domini renovationem investituræ vel simultaneæ investituræ petere non teneatur *Spec. tit. de feud. §. quoniam num. 68. Alex. cons. 79. nu. 11. lib. 1. Ias. cons. 159. nu. 4. lib. 2. Iacob. de Belvis. Bald. Præpos. & Matth. de Afflict. c. 1. in prin. quæ. fuit primi caus. Socin. Iun. cons. 115. nu. 20. lib. 2.*

Deinde in actis litis motæ inter Barones in N. & filios Baronis V. junioris, a Baronibus in A. prætenditur, quod ut ex investituris ab ipsis productis, & a Baronibus ab N. N. factis sive concessis Vasallis suis, nec non etiam ex juramento subjectionis sive assecurationis quod incolæ civitatis S. Baronibus in N. præstitère liqueat, quod Dominus M avus Domini A. usque ad obitum Domini N. semper habuerit & retinuerit simultaneam investituram in omnibus Baroniis controversis.

Igitur sequitur, quod mortuo A. A. superstitibus Domino F. Domino M. & Domino V. juniore, Baronibus in N. Baroniæ a dicto Domino J. possessæ, nempe N. C. D. C. M. F. & alia bona prædictis tribus agnatis jure successionis, sive potiùs jure simultaneæ investituræ acquisita fuerint.

Prout hoc quod mortuo Domino A. A. bona ipsius jure successionis, sive jure simultaneæ investituræ simul acquisita fuerint omnib. ipsis tribus agnatis etiam probatur per transactionem initam inter Dominum F. Dominum V. juniorem, & Dominum M. omnes Barones in N. Anno 1490. die Jovis post festum Pentecostes.

Rursus ex hoc infertur, quod mortuo A. A. bona ab ipso relicta, pro parte dimidia, Domino M. avo Domini A. at pro alia dimidia parte Domino V. juniori, Baronibus in N. sint acquisita.

Ulterius ex hoc infertur quod Dominus M. avus Domini A. illa bona sibi acquisita per [illegible]um Domini J. & Domini F. Baro[illegible] jure successionis transmiserit ad [illegible] suos.

76 T[illegible]esimo septimo, † ad conservandum jus feudale sufficit intra tempus legitimum, [illegible]turā petere etiamsi illa non obtinea[illegible], *c. in prin. & ibi Dd. quo tempore mil. c. 1 in prin. & ibi Dd. quæ fuit prim. caus. c. 1 in prin. & ibi Dd. de capit. corrad. c. 1. §. præterea si quis infeudatus, & ibi Dd de probib. feud. alien. per Frideric.*

Quod locum habet † non tantùm secundum juris communis, sed etiam juris Saxonici dispositionem, *Cap. 22. & cap. 50.* Lehenrecht. 77

Et confirmatur per id, quod traditur, quod regulariter cum per alium stat, quo minus quid fiat, id pro facto habeatur in ejus præjudicium, *l. Labeo scribit, si mihi Bibliothecam. ff. de contrah. empt. l. si ideo §. præsenti l. si dictum fuerit. §. si præsente ff. de evict. l. jure civili & l. quib. diebus in prin. l. hæres. l. cum pupillus. ff. de condit. & demonstrat. l. in execut. §. fin. ff. de verb. obligat. Tiraquel. in tract. de utroq. Retract. part. 1. §. 15. gloß. 2. num. 17. ubi ipse multos alios & text. & Dd. adhoc allegat.*

Quinimò is Dominus qui interpellatus sive requisitus Vasallo vel investituram vel simultaneam investituram denegat directo Dominio quod ipse in feudo habet privatur per jura vulgar.

Sed ex literis testimonialibus Regis V. quorum exemplum extat apud acta Litis motæ inter Barones A. A. & filios Domini V. junioris Baronis in N. liquet, quod mortuo A. A. Dominus V. junior, & suo, & Domini F. nec non & Domini M. avi Domini A. nomine a Rege V. investituram petierit respectu omnium suorum bonorum feudalium & sub illa generalitate etiam respectu Baroniarum controversarum.

Igitur sequitur per hanc petitionem investituræ, omnibus Baronibus in N. salvum & incolume conservatum fuisse omne jus, quod ipsi in Baroniis controversis habuére, nec ipsis quicquam obstare quod illam petitionem investitura & simultanea investitura subsecuta non fuit.

Trigesimo octavo concessio facta a Rege V. Anno 1494. Generoso Domino A. A. tum temporis Cancellario Regni B. est concepta sequentibus verbis, Jhme vnd allen seinen leibes Lehenserben / alles das / das von dem Edlen F. von B. etwan zu F. vnd H. gesessen / vnserm verstorbenen Mann / Es sey aus nicht wichtiger Ankunfft / Verschweigung der Lehen / Verseumung der Dienste / oder in andere Wege / die wir dann durch Recht an seinen vermeinten Erben wissen zu behalten / an vns / als König zu B. an obberührten Stücken / vnd

sonst

... an allem das er gehabt vnd besessen hat/ gefallen vnnd kommen ist / zu Rechtem An... gnedigklichen gegeben vnd geliehen gereicht haben.

Et hac illa concessione nulla est facta mentio de Baroniis controversis vel de aliis certis bonis, nec etiam in illa asseritur, quod Dominus A. A. vel propter non petitam investituram, vel propter servitia non præstita vel propter aliam causam justam & legitimam Baronias controversas, vel alia certa bona perdiderit eaq; Regiæ Majestati applicata fuerint.

Sed illa concessio est omninò generalis, incerta, obscura & dubia.

Nec etiam hactenus probatum est, quod Dominus A. A. vel propter non petitam investituram, vel propter servitia non præstita, vel propter aliam causam Baronias controversas amiserit eaque Regi V. aperta fuerint.

Igitur sequitur illam concessionem nihil operari, nec vel Dominis Baronibus in N. nocuisse, nec etiam Domino Jan. a S. aliquod jus contulisse.

78 Sicut hoc † satis probatur per id quod Dd. communiter tradunt, illam concessionem qua quis alteri concedit, quicquid jure ipso in feudo vel loco aliquo habet, nihil penitus operari, nec aliquod jus ei, cui concessio facta est, tribuere, nisi probetur & quod concedens in isto loco vel feudo jus habuerit, & quale illud jus sit. *Bart. Alex. Ias. & Dd. l. si sic. § 1. ff. de legat. 1. Ang. & Alex. l. locus. ff. acquir. possess. Bald. l. quod in vendicione. ff. de hared. & act. vendit. Alex. cons. 156. lib. 2. Dec. cons. 302. col. 4. Cravet. cons. 293. num. 5. Marc. Anton. Natt. cons. 445. num. 2. Laur. Sylvan. cons. 58. num. 1.*

Eandem etiam sententiam comprobat id, quod tradit *Oldrad. cons. 164. Albert. Brun. cons. 1. in prin. Tiraquel. Rep. l. si unquam vers. donatione largitus nu. 87. C. de Revoc. donat.*

79 Tricesimo nono, † assertioni Domini ... vel affirmanti Vasallum suum ... in privatione feudi dignam commisisse non creditur, nec per illam probatur quod ... talem feloniam commiserit, vel quod propter talem feloniam Domino feudum apertum sit, *c. 1. in prin. de feud. sin. culp. non amitt. c. 1. vers. si quis n. dixerit in quib. caus. feud. amitt. c. 1. §. Vasallus l. 1. ff. ... feud. def. contens. c. 1. quos testes sint neceß. ad prob. ingrat. l. qui accusare & ibi Ias. & Dec. C. de edend. c. fin. extr. de jurejur. c. inter dilectos circa fin. extr. de fid. instrum. c. 1. extr. an. Ecclesiæ benefic. fin. dimin. confer l. omnibus. C. de testibus l. nullus. ff. eo tit.*

Et hoc usq; adeò verum est † ut procedat etiamsi is Dominus feudi sit vel Imperator Romanus, vel Rex, Namque nec per illius quidem assertationem probatur, Vasallum feloniam feudi privatione dignam commisisse, vel propter feloniam feudo privatum, *Andr. de Isern. c. 1. in fin. quo temp. mil. Card. cons. 128. incip. in quæstione quæ vertitur. Abb. Clem. 1. de probat. Abb. cons. 3. quæst. 27. lib. 2. Bald. cons. 326. ad fin. lib. 1. Socin. cons. 273. col. pen. lib. 2. Felin. c. quæ in Ecclesiarum nu. 62. & ibi Dec. nu. 28. extr. de constitut. Dec. cons. 410. col. 2. in fin. vers. tertio principaliter. cons. 445. col. 11. cons. 544. col. 2. cons. 576. col. fin. cons. 602. col. 3. & 4. cons. 666. col. 3. Ias. cons. 34. lib. 1. & cons. 86. lib. 3. Alex. cons. 124. nu. 2. lib. 1. Ruin. cons. 147. nu. 8. lib. 1. & cons. 3. nu. 5. lib. 5. Matth. de Afflict. c. 1. num. 69. qui success. tene. Curt. in tract. feud. 1. part. 2. part. prin. q. 12. nu. 5. Cravet. cons. 48. nu. 1. lib. 1. Idem Cravet. in tract. de antiquit. temp. par. 1. §. circa primam. nu. 18. Hieron. Gig. in tract. de crimin. læs. Majest. sub Rub. quomodo & per quos crimen. læs. Majest. probetur quæst. 19. & sub Rub. de Rebell. q. 14. Plot. in tract. de in lit. jur. §. 45. nu. 9. Cephal. cons. 90. nu. 34. cum mul. n. seqq. Plot. inter cons. crim. in fol. cons. 130. nu. 4. lib. 1. Thom. Gram. decis. 15. & decis. 105. Aym. Cravet. cons. 293. nu. 4. Anton. Gab. Rom. in tract. Regul. lib. 1. tit. de probat. conclus. 2. nu. 29.* 80

Ex quo infertur etiamsi Rex V. in ista concessione facta Domino Jan. à S. expressè & dixisset & affirmasset quod Dominus A. A. propter investituram non petitam, servitia non præstita, vel aliam causam justam & legitimam Baronias controversas perdidisset, eæque suæ Regiæ Majestati apertæ fuissent, quod tamen per hanc assertionem non probaretur, neque felonia, neque amissio feudi.

Quadragesimo, † clari & indubitati juris est, si Dominus feudi de felonia Vasalli, privatione feudi digna, contra illum Vasallum, qui talem feloniam commisit viventem, litem vel actionem non moverit, Domino feudi non permitti propter hanc feloniam mortuo Vasallo delinquentem contra hæredes vel successores ipsius agere aut hæredes vel successores illius ideo feudo 81

 privare

privare, *gloß. Bald. Ang. & Salicet. l. fin. & ubi Francisc. Rip. in Rep. nu. 236. C. de revoc. donat. gloß. Abb. & Dd. c. fin. extr. de donat. Ioan. Andr. in addit. ad Specul. §. fin. tit. de feud. Raph. Cuman. consil. 164. col. 2. Andr. de Isern. Bald. Præpos. & Matth. de Afflict. c. 1. §. insuper de prohib. feud. alien. per Frideric. Iacob. de S. Georg. in tract. feud. verb. dictiq; Vasalli nu. 52. & 53. Curt. in tract. feud. 4. par. nu. 159. Zas. in tract. feud. 10. par. nu. 75. & 76. Carl. Molin. in consuet. Paris. tit. 1. §. 30. nu. 128. Laur. Sylvan. in tract. de feud. recogn. quæst. 29. arg. l. si rum § qui injuriarum ff. si quis caut. l. penult. ff. de injust. voc. l. 1. ff. de privat. delict. l. ejus qui & ibi Bart. ff. de jur. fisc. l. 1. & ibi Bald. C. utr. del. defunct. §. non omnis instit. de perpet. & tempor. act. Abb. c. fin. extr. de sepult.*

Sed in actis Litis motæ inter Barones ab A. A. & Barones à B. B. narratur quod Rex L. Dominum A. A. propter istas felonias dum vixit non convenerit neque contra illum litem vel actionem aliquam moverit.

Igitur videtur dicendum Regi L. non licuisse post obitum Domini A. A. de istis Feloniis conqueri vel propter illas hæredes & successores Domini F. Baroniis controversis vel aliis bonis feudalibus ab ipso relictis privare.

83 Quadragesimo primo, † clari & indubitati juris est, nec non a Dd. communiter traditum, quod Domino feudi non permittatur illum Vasallum qui commisit feloniam privatione feudi dignam propria authoritate & non præcedente ordine judiciario feudo privare illudque in alium transferre, *c. 1. in prin. & ibi Alvar. Præpos. & Matth. de Afflict. de feud. sin. culp. non amit. c. 1. §. fin. & ibi Alvar. Præpos. & Matth. de Afflict. qua temp. mil. 1. § fin. & ibi Bald. Præpos. Matth. de Afflict. de allod. Bald. consil. 141. num. 2. & consil. 168. nu. 2. lib. 2. Dec. consil. 410. nu. 12. Carol. Molin. in consuetud. Paris. tit. 1. §. 30 nu. 27. text. c. 1 §. quicunq; advocatiom. & ibi Dd. de pact. tenen. fac. text. l. 1. C. de exec. rei judicat. l. negantes. C. de act. & oblig. l. si cum nulla. ff. de re jud. l. 1. C. de prohib. sequestrat. per l. si discerta. C. si propter public. pen. fit. l. fin. C. si per vim, vel alio mod.*

84 Et hoc usq; ad [illegible] m est, † ut locum habeat etiam in iis casibus, in quibus Vasallus propter delictum vel feloniam feudum ipso jure amittere meretur, sive ipso jure amisit.

Nam [illegible] nec in illis quidem Domino feudi permittitur Vasallo feudum auferre, vel Vasallum feudo expellere, nisi servato ordine judiciario, contra Vasallum fuerit prolata sententia declarativa, *Iacob. de S. Georg. in tract. feud. verb. & promiserunt nu. 35. Zas. in tract. feud. 10. par. nu. 73. Andr. de Iser. c. 1. in prin. & ibi Matth. de Afflict. c. 1. in prin. de feud. sin culpa non amittend. Præpos. c. 1. §. fin. nu. 4. de his qui feud. dar. poss. Matth. de Afflict. c. 1. §. item si fidelis nu. 73. quib. mod. feud. amitt. Matth. de Afflict. c. 1. §. fin. quo temp. mil. Carol. Molin. in consuet. Paris. tit. 1. §. 30. nu. 27. arg. c. cum secundum de hæred. lib. 6. clem. pastoralis de sentent. & rejudic. c. Deus omnipotens. 2. q. 1. c. licet Episcopus de præbend. lib. 6. l. prohibitum, & ibi Bart. C. de jur. fisc. lib. 10. fac. quod docet Spec. §. nunc aliqua vers. 48. de jur. Emphyt. Bart. l. creditores. nu. 14. & 24. C. de pignor. Tiraquel Rep. l. si unquam verb. revertatur. nu. 337. & nu. 343. C. de revoc. donat.*

Sed hactenus probatum non est, quod Rex L. contra Dominum A. A. ejusque hæredes vel successores actionem legitime instituerit atque petierit declarari, quod Dominus A. A. ejusque successores propter investituram non petitam servitia non præstita vel aliam justam causam Baronias controversas amiserint.

Multo verò minus probatum est, quod judex competens servato ordine judiciario contra Dominum A. A. ejusve hæredes aut successores ratione Baroniarum controversarum protulerit, vel sententiam privativam, vel sententiam declarativam.

Igitur etiam ex hoc capite sequi videtur concessionem factam a Rege L. Domino Jan. a S. & nullam, esse, & viribus carere.

Quadragesimo secundo, † Nemo plus juris in alium transferre potest, quam ipse habet, *l. traditio. ff. de acquir. rer. domin. l. nemo plus juris, & ibi Dec. Cagno. & Dd. ff. de reg. jur. c. nuper extr. de donat. inter vir. & uxor* 85

Et quod non dato, sive non concesso habetur id quod datum vel concessum est avo ab eo cui vel nullum jus competit, *l. 1. C. qui pro sua jurisdictio. l. si filius. C. de donat. l. 2 C. de pæn. l. observare circ. fin. & ibi Bart. ff. de offic. Proconsl. l. si universæ & ibi Bald. C. de legat. c. nulla ratio distinct. 61. c. quando de consecrat. distinct. 4.* At ab eo qui donandi sive concedendi potestatem non habet. *Dagbertum 1. q. 7.*

Sed ex

Sed ex ſupra deductis liquet, conceſſionem factam a Rege L. Domino Jan. A. a S. & viribus carere, & per illam Domino Jan. nullum penitus jus acquiſitum fuiſſe in Baroniis & bonis controverſis.

Igitur ſequitur ſimiliter, & conceſſionem factam de prædictis bonis a Domino Jan. A. a S. Domino U. Baroni A. juniori, viribus carere nec per illam, Domino A. ejusve parentibus aut majoribus ullum præjudicium illatum.

Et hoc ideò multo magis dicendum & affirmandum eſt, quia conceſſio facta a Domino Jan. a S. Domino U. juniori, eſt æquè incerta obſcura & generalis, prout eſt illa conceſſio quam Rex L. fecit Domino Jan. a S.

Quadrageſimo tertio, † propter inveſti-
86 turam non petitam, Vaſallus non privatur feudo ipſo jure, ſed ad hoc ut propter inveſtituram non petitam Vaſallus feudo privari poſſit, ſententia privativa requiritur, *Andr. de Iſer c. 1 in prin. nu 10. verb. damnetur arg. illius text. & ibi Alvar. in expoſit. text verb. damnetur & Matth de Afflict n. 29. quo temp. mil. Paul. Caſtrenſ. conſ 85. incipit. quæſtio iſta vertitur lib. 2 Matth de Afflictu c. 1 § 1 notab. 3. de Capit. Corrad. Dec conſ. 144 Ruin. conſ. 37. nu 4 lib. 1 Gvid. Pap deciſ. 164 Curt Iun conſ. 142. Card. Zabarell conſ. 128. nu 8 conſ 74 in prin conſ. 92, col 5. Ruin conſ 35 nu. 28 lib. 1. Socin iun. conſ 115. num. 2. lib. 2.* Ubi ipſe atteſtatur hanc Sententiam communem eſſe, *& idem tenet Rol. à Vall. conſ. 18. nu. 9 lib. 1.* Ubi ipſe dicit hanc ſententiam & veram & receptam eſſe.

Similiter & propter ſervitia non præſtita Vaſallus non privatur feudo ipſo jure, ſed ſententia privativa requiritur. *And de Iſer. c. 1 in prin. num. 8. & ibi Matth. de Afflict num. 7. de feud ſin. culp non amitt. Andr. de Iſer. c. 1. §. ſed nec eſt alia & ibi Alvar. in expoſit. text. verb. amittatur quæ fuit 1 cauſ. Alvar. & Matth. de Afflict c. 1. §. fin. de par juramento firmand Alvar. & Matth de Afflict c. 7. §. firmiter de prohib feud alien. per Fridericum Matth. de Afflict. c 1. § item ſi fidelu. nu. 73. quib. mod. feud. amitt. Carol. Molin. in conſuet. Pariſ. tit. 1 §. 30. num. 24.*

87 Quinimò † regulariter Vaſallus propter nullam Feloniam feudo ipſo jure privatur, ſed ſententia privativa requiritur, *c. 1 in prin. & ibi Andr de Iſer. Bald Alvar. Præpoſ. & Matth de Afflict. de feud. ſin. culp. non amitt. c. 1, §. fin. & ibi Andr, de Iſer. Bald, Alvar, Præpoſ. & Matth. de Afflict. quo temp. mil. gloſ. c. 1. §. callidis verb. revertatur & ibi Bald. Alvar. Præpoſ & Matth. de Afflict. de prohib. feud. alien. per Frider. Andr. de Iſer. Bald. Alvar Præpoſ. & Matth. de Afflict c. 1 in princ. quo temp. mil. Bald. c. 1. § deniq; quæ fuit prin cauſ Bald. c. quæ in Eccleſiarum extr. de conſtitut. Bald. c. 1. de natur. feud. Bald. l. qui ſe patris C. unde liber. Bald. conſ. 9. num. 1. & 2. lib. 1. conſ. 141. & conſ. 268. num. 1. lib. 2. Ang. & Imol l. eorum ff. de dam, infect. Alex. conſ. 103 & conſ. 124. lib 1. conſ. 30. num. 5. lib. 6. Ruin. conſ. 37. num. 4. lib. 1. Pet. Iacob. in Condict ex L. Imperialem, & tit. ſeq. Pract. pap. in form. Libell. qua agitur ad revocat. feud. verb. nec ſuperſtitibus ex eo liberis num. 8. Alvar. c. 1. §. Præterea ſi quis col. 1. de prohib. feud alien. per Frideric. Card Florent. c. 2. col. 3. quæſt. 7. ext. de feud. Gvid. Pap. deciſ. delphin 164. Matth. de Afflict. deciſ. Neapol. 385. num. 7. Curt. in tract. feud. 4. part. num. 155. Iacob. de S. Georg. in tract feudal verb. dictiq; Vaſalli num. 9. & 11. Zaſ. in tract. feud. 10. part. num. 72. Iaſ. l. 2. num. 14. C. de jur. Emphyt. Card. Pariſ. conſ. 1. num. 18. & conſ. 101. num. 116. lib. 1. Carol. Molin. in conſuetud. Pariſ. tit. 1 § 30. num. 23. Philip. Part. in tract. Regal cir. fin. lib. 1.*

Sed certum † eſt, ſi illud feu[illegible]n quo 88
quis ſententiam privari potuit illi rurſus concedatur aut illi felonia vel delictum remittatur, hoc feudum antiquum permanere atque naturam feudi antiqui retinere, ita ut ad ſucceſſionem illius feudi admitti debeant omnes illi, qui ad illius feudi ſucceſſionem admitterentur, ſi illa felonia vel delictum nunquam perpetratum fuiſſet, *c. 1. de Va[illegible] decrepit. ætat. Bart. Alex. Iaſ. & Dd. l. ſi mihi & Titio ff. de verb. oblig. Bart. l. quod dicitur, arg. ill. text. ff de privil. in reb. dotal. fact. gloſ. l. 4. §. ſi ære, & ibi Bald. ff. de pecul. gloſ. c. 1. § inſuper, & ibi Dd. de prohib. feud. alien. per Frideric Rom conſ. 315. Alex. conſ. 15. lib 5. Socin. conſ. 100. col. 4. in fin lib. 3. Franciſ. Curt. conſ. 48. col. pen. conſ. 49. col. 16. Dec. l. 1. in princ. col. fin. ff. quod quiſq; jur. Dec. conſ. 53 col. 1. & 2. Corn. conſ. 239. nu. 15. lib. 1. Iaſ. in prælud. feud. num. 95. Zaſ. in tract. feud. par. 3. poſt princ. & part. 10. ad fin Cravet. in tract. de antiquitat. temp. part. 5. §. jam vidimus num. 21. Carol. Molin in conſuetud. Pariſ. tit. 1. §. 30. num. 105.*

Et hocusq; adeò † verum eſt, ut locum 89
habeat, etiamſi Dominus feudi remittens

feloniam

feloniam, vel eum, cui illud feudum auferri potuit investiens dixerit se ei illud feudum de novo concedere.

Namque nihilominus tale feudum & antiquum remanet & naturam antiqui feudi retinet, *Carol. Molin. in consuetud. Paris. tit.* 1. *§.* 30. *num.* 108. *&* 109.

Deinde hoc usque adeò verum est, ut locum habeat, etiamsi Dominus feudi Vasallum qui propter delictum vel feloniam aliquam per Sententiam feudo privari potest de possessione feudi ante sententiam expulisset, vel illud feudum occupasset, Namque nihilominus illud feudum naturam antiqui feudi retinet, si dominus eum cui illud feudum auferri potuit de hoc rursus investierit. *Andr. de Iser. & Matth. de Afflict. c.* 1. *de Vasal. decrepit. ætat.*

90 Et licet † multi Dd. velint, si eo casu quo feudum ipso jure amissum est, Dominus Vasallo feloniam remiserit, eumque rursus de isto feudo investierit, illud feudum novum effici, & naturam feudi novi sortiri. *And. de Isern. Alvar. & Præpos. c.* 1. *de Vasall. decrepit ætat. Bald. c.* 1. *§. insuper de prohib. feud alien per Frideric. Alex. conf.* 34. *lib.* 5. *Præpos. in prælud. feud. num* 41. *Zas. in tract. feud. par* 3. *num.* 2. *Dec. l.* 1. *in prin. col fin. quod quisq. jur. Ias. l. Ius autem civile col.* 3. *ff. de just. & jur. Cravet in tract. de antiquit. tempor. par.* 5. *§. jam vidimus num.* 22.

Attamen in hoc contrarium tenent aliqui, volentes feudum ipso jure amissum rursus eidem concessum naturam antiqui feudi retinere, *Imol. c.* 2. *col.* 7. *ext. de feud. Carol. Molin. in consuetud. Paris. tit.* 1. *§.* 30. *num.* 106. *&* 111.

Illudque potissimùm & absque omni dubio procedit eo casu, quando Dominus feudi eum, cui propter tale delictum feudū auferri potuit, propter quod feudum ipso jure amittitur investiens se expressè refert ad antiquas investituras sive hanc investituram facit sub commemoratione antiquarum investiturarū, tunc enim illud feudum absque omni dubio naturam feudi antiqui retinet, *Alex. conf.* 30. *col.* 3. *lib.* 1. *conf.* 2. *lib.* 5. *Francis. Aret l si mihi & Titio ff. de verb. obligat Albert. Brun. conf.* 79. *col.* 1.

Cum itaque Rex L. Annò Domini, 1497. Dominum U. juniorem Baronem à N. de Baroniis controversis rursus investierit, eique omnem feloniam remiserit, atque in illa investitura expressam fecerit mentionem priarum sive antiquarum investiturarum.

Sequitur illa feuda nihilominus feudi antiqui naturam & proprietatem retinuisse, etiamsi probari posset, Dominum A. A. ejusve hæredes, Dominum nempe U. juniorem, & Dominum M. Barones à N. vel propter investituram non petitam, vel propter servitia non præstita, vel propter alias causas Baroniis controversis vel ipso jure se indignos reddidisse vel illis per sententiam privari potuisse.

Rursus ex hoc infertur, quod mortuo Domino C. filio domini U. junioris Baroniæ controversæ jure successionis devolutæ fuerint, ad Dominum A. ejusque patruos filios nempe & nepotes.

Quadragesimo quarto, † contractus 91 initus à tutore vel curatore cum pupillo vel minore, cujus tutelam vel curam ipse gerit vel administrat, regulariter non valet *l. pupillus §. item ipse tutor ff. de author. tutor. & curat. Bald & Salicet. l. cum ipse C. de contrah. empt.*

Et neque tutor neque curator pupillo, vel minori autor fieri potest in rem propriam, *l.* 1. *in princ. ff. de author. tutor. l. non existimo ff. de administrat. tutor. l. si in emptione §. fin. ff. de contrahend, empt. Rom. conf.* 413. *num.* 15.

Sed in actis mihi transmissis prætenditur, licet, Anno 1497. Dominus M. avus Domini A. cum Domino U. juniore Barone transegerit, & in istâ transactione ipsi Domino U. cesserit atque concesserit Baronias N. C. D. S. M. F.

Attamen Dominum M. tempore illius transactionis initæ, & minorem viginti uno anno fuisse, & Dominum U. juniorem tanquam agnatum proximiorem ipsius tutoris, & curatorem legitimum fuisse, & in illâ transactione non intervenisse neque decretum Judicis, neque authoritatem sive consensum Curatorum in litem quos Dominus M. tunc temporis habuit, neque etiam alias solennitates legitimas.

Igitur videtur dicendum, illam transactionem per se & ipso jure nullam esse.

Quadragesimo quinto † contractus 92 minoris præsertim ratione bonorum immobilium initus, non aliter valet nisi in illo contractu intervenerit & decretum judicis & aliæ solennitates à legibus requisitæ, quæ solennitates recensentur in l. magis puto

puto, §. *ne passivi cum omnibus §. seqq ff. de reb. eor. Fab. de Mont. in tract de empt. & vendit. part. 5. num. 95. Matth. de Afflict. decis. 149. Roll. à Vall. cons. 33. lib. 1. Menoch in tract. de arbitrar. Iudic. quæst. lib. 2. cent. 2. cons. 171. Ioan. Plot. in tract. de in lit. jurand §. 5. nu. 1. & 2. Bald cons 144. lib. 2.*

93 Et hoc locum habet † etiam in contractu transactionis. Namq; contractus transactionis a pupillo vel minore initus non aliter valet, nisi in illo intervenerit & decretum judicis reliquæ solennitates à jure requisitæ, *l. non solum C. de præd. minor. gl. Bald. Salycet. & Ang. l. 1. C. si adversa transact. Tiraquel. in tract de ll. connubial. glos. num 205.*

Præterea hoc locum habet non tantùm eo casu, quando minor transigens rem immobilem cujus possessionem ipse habet alteri tradit, cedit, vel concedit, sed etiam si minor transigens rem ab adversario suo possessam ei dimittat, cedat, atque remittat.

Namque & hoc casu & decretum judicis & aliæ solennitates in transactione minoris requiruntur, *glos l non solum & ibi Salicet. & Ioh. Fabr. C. de præd. minor. glos. Bart. Bald & Salicet. l. 1. C. si advers. transf. glos. l. cum hi §. si uni verb. transactione, & ibi Bart & Ias. ff. de transact. glos. Bart. Ias & Dd. l. nulli ff. eo tit. Panor. c. contingit. col. 2. extr. de transact. Panor. c veniens col. 1. ext. eo tit. Panor. cons. 56. cons 62. col. 1. lib. 1. Ruin. cons. 11. nu. 4. lib. 4. Tiraquel. in tract. de utroq; Retract par. 1. §. 1. glos. 14. num. 69. usq; ad num. 73.*

Deinde etiam prædicta locum habent in transactione aliove contractu inito respectu Actionis Realis aut personalis ad rem immobilem competentis.

Namque & in tali transactione & contractu requitur & decretum judicis & aliæ solennitates legitimæ, *glos. Bart. Bald. Salycet. & Dd. l. 1. C. si advers. transact. Bart. cons. 50. col. 1. & cons. 70. col. 2. lib. 1. Bart. & Bald. l. si ad Resolvendum arg. ill. text C. de præd. minor Ang. l. 1 §. jus quæsitum circ. med ff. ad S. C. Trebellianum. Ioan. de Plat. l. fin C. de vendend. reb. civitat. lib. 11. Alex cons. 125 col. 2. lib. 1. Tiraquel. in tractat. de utraq; Retract. pact. 1. §. 1. glos. 7. num. 2. In quibus* locis & Alexand. & Tiraquel. attestantur hanc opin. communiter receptam.

Et tam transactio quàm alius contractus à minore initus non intervenientibus decreto judicis & aliis legitimis solennitatibus per se & ipso jure nullus est *l. non est nobis & l. si quidem C præced minor Ang. §. nunc admonendi. n. 4. Instit. quib. alienar lic vel non. Rom. cons. 321. & ibi Horat Mandos. in additione Dec. cons. 403. nn. 12. & cons. 556. nn 4. Card Paris. cons 98. cons. 99. & cons. 100. n 4. & 8. lib. 1. cons 200. n. 42 lib. 2. cons. 85. n. 18 lib. 3. Matth. de Afflict decis. 249. Ioan de Imol. cons. 98 incip. causa quæ vertitur. col. 1. Rol. à Vall. cons. 99. num 3. lib. 1.*

Et hoc usque adeò verum est, ut per transactionem alterumvè contractum minoris non intervenientibus omnibus solennitatibus legitimis celebratum etiam traditione subsecuta dominium non transferatur, sed illud penes minorem remaneat, *Rom. cons. 321. & ibi Horat. Mandos. in additione facit. text. l. magis puto §. Si res alienum ff. de rebus eor. l. non solum l. prædiorum. l si quidem & l. fi. 4. si prædium C. de præd. minor.*

Quinimò per traditionem subsecutam transactionem vel alium contractum a minore celebratum non intervenientibus decreto & aliis solennitatibus legitimis nec possessio quidem in adversarium transfertur, vel a minore abdicatur, *Bart. Alex. Ias. Cravett. & Dd. l. 1. § si vir uxor. ff. de acquir. poss. August. Bero c. Episc. num 6. & 7. ext de reb. Ecclesiæ non alien. facit id quod tradit Riminald. §. nunc admonendi. num. 19. Institut. quib. alienar. lic. vel non.*

Sed in actis mihi transmissis prætenditur, quòd Dominus M. avus domini A. tempore transactionis initæ, Anno Domini 1497. cum Domino U. juniore, Barone in N. fuisse minorem nec in illa transactione intervenisse decretum judicis, aliasque solennitates à jure requisitas.

Igitur videtur dicendum, illam transactionem per se & ipso jure nullam esse, & per illam neque Domino M. neque filiis vel nepotibus illius ullum præjudiciũ illatum, nec etiam dominium vel possessionem Baroniarum controversarum in Dominum U. juniorem, ejusque filios translatum sed illud tam dominium quam possessionem semper remansisse penes Dominum M. ejusque filios & nepotes, etiamsi Dominus U. junior, tum temporis non fuisset tutor vel Curator Domini M.

Quadragesimo sexto, † dolus dans causam contractui bonæ fidei illum contractum ipso jure nullum reddit, etiamsi, ille contractus fuerit celebratus & in casu a jure permisso & intervenientibus omnibus legi- 94

timis

timis solennitatibus sive requisitis *l. eleganter in prin. Et ibi glos. & Bart. ff. de dol. l. in causæ la. 2. in princ. ff. de minor. l. 3. §. fin ff. pro soc. L. si dolo & ibi glos. & Dd. C. de rescindend. vendit. Panthal. de Crem. Repl. 2. n. 11. 12. 148. & 149. C. eo tit. c. cum dilecti, & ibi Imol col. 3. & Anton. Burg. num. 45. extr. de empt. & vendit. gl. §. actionum & ibi Dd. & Ias. num. 28. Gomes. num. 12. instit. de act. Ias. l. cum postea C. de pact. Nicet. in tract. de concord. glos. cap. 13. Thomas. Ferrat. Cant. 4. Mant. sing. 316. Covarru. Rep. c. possessor §. 6. num. 6. de Reg. iur. lib. 6.*

95 Si vero † dolus dederit causam contra-ctui stricti juris licet ipse contractus per se & ipso jure teneat.

Attamen ille dolus hoc operatur, ut is contractus saltem rescindi debeat, *l. dolo vel metu C. de inutil stipul l. si quis cum aliter. in princ. & ibi Dd ff. de verb. obligat. glos. & Dd. §. actionum, & ibi Ias. num. 28. Gomes. nu. 12. instit. de action. glos. Imol. Anton. Burg. & Dd. c. cum dilecti extr. de empt. & vendit. Bart. l. eleganter in princ. ff. de dol. Nicell. in tract. de concord. glos. cap. 13. Covarru. Rep. c. possessor, §. 6. n. 6. de Reg. jur. tit. 6.*

96 Et dolus malus † causam dedisse contractui præsumitur, eo ipso, quòd quis ad illum contractum in quo ipse læsus fuit celebrandum persuasionibus adversarii inductus fuit, *l. cum quis & ibi Bart. ff. de dolo glos. 2. l. apud Celsum in princ. ff. d. except. dol Paul. Castr. cons. 174. num. 1. lib. 1. Curt. jun. cons. 141. Hier. Tort. inter cons. Curt. Sen. cons. 28. in fin. Cravett. cons. 192. n. 12 lib. 1.*

Similiter & dolum ex proposito intervenisse & contractui causam dedisse probatur ex læsione enormissimâ & valdè excessivâ, *Corn. cons. 11. col. 4. cons. 214. num. 4. lib. 3. cons. 236. col. fin. & cons. 258. col. 5. cons. 283. lib. 4. Calcan. cons. 11. col. pen. Barbat. inter cons. Calcan. cons. 28. col. 6. Socin. cons. 263. circa med. col. 6. lib. 2. Cravet. cons. 141. num. 22 cons. 192. num. 3. Bald. cons. 153. lib. 2. Chalderin. cons. 3. tit. de arbitr. Anton. de But. cons. 24. cons. 45. Abb. c. quintanullis ult. membr. extr. de jur. jur. Card. cons. 29. col fin. Petr. de Anchor. cons. 208. Ruin. cons. 54. nu. 4. cons. 68. n. 3. & ibi Horat. Mandos. in additione cons. 90. in fin. Alex. cons. 42. n. 6. lib. 1. Barbat. cons. 42. col. 6. lib. 1. cons. 70. col. 2. num. 5. lib. 3. Lanfram. in tract. de arbitr. part. ult. q. 17. Dec. l. fraudis circa fin. ff. de Reg. jur. Dec. c. ad hac. el. 1. circa fin. extr. de appellat. Dec. cons. 39. num. 6. fac. l. Lucius §. omnes ff. de his quæ in fraud. creditor. l. si superstite C. de dolo Menoch. in tract. de arbitrar. judic. quæst lib. 1. q. 71. num. 18.*

Deinde quoque dolus ex proposito præsumitur & probatur eo ipso, quòd res pupilli vel minoris alienata est, vel in casu à jure non permisso vel non intervenientibus legitimis solennitatibus aut requisitis, *Dec. cons. 178. col. 2. Petr. de Anchor. cons. 316. col. 1. Ruin. cons. 29. lib. 5. Socin. cons. 46. col. 2. lib. 1. cons. 213. col. 2. lib. 2. Ioan. Plot. in tract. de in tit. jur. §. 5. num. 3.*

Et confirmatur, namque omissio solennitatis vel formæ à jure vel statuto requisitæ, semper præsumtionem doli inducit, *glos. l. 1. C. de fide instrum. & jur. lib. 10. Rom. cons. 504. num. 5. & ibi Horat. Mandos. in additione, Barbat. cons. 44. col. 6. lib. 1. cons. 14. col. 2. lib. 2. cons. 70. col. 2. lib. 3. cons. 8. col. 2. lib. 3. cons. 8. col. antepen. cons. 52. col. 5. lib. 4. Hippol. de Mars. in prax. crim. §. secunda num. 71. Card. Paris. cons. 49. num. 2. & nu. 33. cons. 100. num. 67. lib. 1.*

Et hæc præsumtio doli descendens ex omissione formæ vel solennitatis à lege vel statuto requisitæ, est præsumtio juris & de jure probationem contrariam non admittens, *Card. Paris. cons. 49. num. 2. & 3. lib. 1.*

Eodem modo & dolus ex proposito præsumitur & probatur ex eo quòd tutor vel Curator quid facit vel præsumit quod est conjunctum cum damno vel detrimento pupilli aut minoris, *Cravett. cons. 142. num. 15.*

Sed in actis mihi transmissis narratur, quod Dominus M. avus Domini A. in transactione inita inter ipsum & Dominum U. juniorem enormissimè & valdè excessivè læsus fuerit, quodque in illa transactione non intervenerint solennitates à jure requisitæ.

Similiter in actis mihi transmissis narratur, Dominum M. avum Domini A. tempore transactionis initæ fuisse minorem, & Dominum U. juniorem tanquam agnatum proximiorem fuisse ejus curatorem, atque in magnum detrimentum ipsius Domini M. illum ad istam transactionem faciendam persuasionibus induxisse.

Illæque persuasiones etiam alio non docto satis probari videtur ex enormissima læsione, pro ut hoc tradit, *Paul. Castr. cons. 174. lib. 1. Francis. Aret. cons. 24. Rip. Respons. 4. n. 18. tit. de donat.*

Igitur

Igitur videtur dicendum, ex his satis superque probari, quod hæc transactio, de qua in casu præsenti agitur, sit inita dolo malo, quodque eam ob causam illa transactio vel per se & ipso jure nulla sit vel saltem rescindi debeat.

98. Quadragesimò septimò † Transactio vel alius contractus metu initus rescindi debet, *l. 1. & tot. tit ff. quod metus causa Nevizan. cons. 52. nu. 46. Menoch. in tract. de arbitrar. Iudic. quæst. lib 2. cent. 2. cons. 135. Boer. decis. 100 in prin.*

99. Quod usque adeò verum est, † ut transactio vel alius contractus initus solo metu reverentiali officio judicis rescindi debeat, *glos. & Bart. l. 1, §. quæ onerandæ ff. quar. rer. Act. non datur Bart l fin §. si fœnerator arg. ill. text. ff. quod metus causa Bart. & Dd l. interpositas C. de transact.*

100 Et persuasio † per quam quis ad aliquid faciendum inducitur, habetur loco coactionis & compulsionis, *Paul. Castr. cons. 174. col. 1. lib. 1, Socin. cons. 263. col. 2. lib. 2 Calcan. cons. 25. col. 13. in prin. & cons. 120 col. 6. Curt. jun. cons. 141. col. pen. Cravet. cons. 192. num. 12. lib. 1.*

101 Imò † persuasionem plus nocere quàm compulsionem tradit, *Oldrad. cons. 36.*

102 Et ex persuasionibus † illius cui quis quolibet modo, ratione nempe patriæ potestatis tutelæ vel curæ subjectus est, vel cui quis Reverentiam debet, probatur quem inductum esse ad contrahendum, & metu & per impressionem ad rescindendum contractum sufficientem, *Fr. Aret. cons. 24. n. 9. Socin. cons. 263. nu. 8. lib. 2. Nevizan. cons. 22. nu. 22. Rip. Respons. 4 n. 8. tit. de donat. Curt. Iun. cons. 141. nu. 18. Calcan. cons. 25. Cravet. cons. 192. nu. 12. lib. 1.*

Ex læsione quoque enormi vel enormissimâ, interveniente in transactione vel alio contractu inito cum illo cujus tutelæ curæ vel potestati quis subjectus est, vel cui quis Reverentiam debet, metus & impressio ad rescindendum contractum sufficiens probatur, prout hoc tradit, *Menoch. in tract. de arbitrar. Iudic. quæst. lib. 2. cent. 2. casu. 136.*

Et confirmatur tunc per id, quod Dd. expressè & in specie tradunt ex læsione enormi vel enormissima interveniente in contractu inito a subdito cum capitaneo præfecto vel officiali cujus jurisdictioni ipse subjectus est, probari subditum ad istũ contractum celebrandum per metum vel impressionẽ inductum, *Dec. c. causam matrimonii n. 5. vers. & ista conclusio limitatur & ibi Carol. Molin. inter Dd extr. de offic. de leg. Curt. sen. Rep. l. interpositas nu. 26. vers. tertio singulariter C. de transact. Covarru. in epil. 4. lib. Decretal. 2. part. cap. num. 4.*

Et idem etiam tenet, *Iohan. Andr & Dd. ad spec. §. 1. in 1. additione marg. tit. de Vsur.* ubi ipse concludit, si subditus remittat usuras superiori pro modico illam remissionem non tenere, eam ob causam quia præsumitur talem remissionem per metum factam, quam *decis. Ioan. Andr. refert & sequitur Paris. de But in tract. Syndic. §. Syndicatum nu. 18. Hip. de Mars. sing. 645.*

Tum quia ex læsione enormi vel enormissima probatur metum reverentialem & impressionem ad contractum rescindendum sufficientem intervenisse, & in contractu celebrato à parentibus cum liberis, *Paul. Castr. cons 174. nu 4. lib. 1 Francisc. Aret. cons. 24. Corn cons. 124. & cons. 180. ad fin. lib. 3. Socin cons. 263. n 3. lib. 2. Curt. jun cons 141. n. 11. Dec. c. causam matrimonii n. 5. extr. de offic. de leg. Dec. l. pactum quod dotali n. 7. limitat. 3. C. de collat. Rip Rep. 4. n. 8. tit. de donat. Curt. Sen. Rep. l interpositas. num. 26. limitat. 3 C. de transact Cravet. cons. 11. n. 12 lib 1. Covarru. in epit. 4 lib. Decret. part. 2. cap. 3. n. 4. Covarru. Rep. c quamvis §. 4. n 7. de pact. lib. 6.*

Tum quia ex læsione enormi vel enormissimâ metus probatur, & in contractu inito a patre majore, cum fratre minore enormiter læso, *Francisc. Aret. cons. 24. Socin. cons. 263. n. 3 lib. 2. Curt. jun. cons. 141. Francisc. Rip. respons. 4 n. 8. tit. de donat. Rnin. cons. 70. n. 16. cons. 98. n 24 lib. 1. cons. 60 n. 14. lib 3. Claud. de Seisell. Rep. l ut vim col. 17. ff. de just. & jur. Cravett. cons. 49. n. 2. Tiraquel. in tract. de ll connubial. glos 5. num 36. fac. id quod tradit las. l. pactum quod dotali num. 5. circ. fin. C de collat.* 103

Tum † quia ex læsione enormi vel enormissima metus sive impressio probatur & in contractu inito a fratre cum sorore enormiter læsâ, *Socin. Iun cons. 47. num. 33 lib. 3. Menoch. in tract. de arbitrar. Iudic quæst. lib. 2. cent. 2. casu. 136.*

Et idem quoq; juris esse videtur in contractu inito a consanguineo juniore cum consanguineo majore sive majore natu.

Cum sit clari juris † quod cõsanguinei juniores consanguineis majoribus reverentiam debeant, *l. 1. C. de emendat. propinquor.* 104

Sed in actis mihi transmissis narratur quòd Dominus U. junior Baro in N. tempore illius transactionis fuerit tutor sive curator Domini M. atque ipso M. seniore sive major natu.

 Similiter

Similirer quoque in actis mihi transmissis narrarur, quòd Dominus M. à Domino U. sollicitarionibus & persuasionibus fuerir inductus ad illam transactionem ineundam. Quodque Dominus M. in ista transactione non tantùm enormirer sed enormissimè & valdè excessivè læsus fuerir.

Igitur videtur dicendum, ex hoc satis superque probari illam transactionem per metum & impressionem exrortam, eamque ob causam illam transactionem saltem officio judicis rescindendam.

105 Quadragesimò octavò, † conrractus inirus a rutore vel Curatore cum pupillo vel minore etiam accedente authoritate alterins turoris vel curatoris, item intervenientibus omnibus legitimis requisitis per se & ipso jure nullus est, eo casu quando minor in isto contractu ur modicè tantùm, & infra dimidium justi precii læsus fuir prout hoc expressè & in specie tradit; *Francisc. Rip. Respons. 4. nu 11. tit de donat. allegans ad hoc text l item pupillus §. item ipse tutor jauct glos. verbo mala fide ff. de author. tutor.* Idemque est de mente, *Bart. d. § item ipse tutor. Salycet. l. eum ipse C. de contrah. empt.* Dum videlicet ibi concludunt venditionem factam à minore tutori vel curarori etiam accedente authoritate alterius ruroris vel curaroris, reliquibus legitimis requisitis mala fide factam, censeri, & non valere eo casu quando illa venditio est facta vilrori precio.

Ejusdem quoque sententiæ est, *& Bald. d l eum ipse in prin.* dum videlicer ibi ipse expressè dicit, ad bonam fidem pertinet, quod precium sit justum, & quòd contractus pupillo sit necessarius vel utilis, alias non dicitur, turor bona fide versari, quia debet curare, ne conditio pupilli fiar deterior, & quia juvar facere utilia, & inutilia prætermittere, & in isto contractu etiam propter modicam læsionem fierer rescissio.

Sed in actis mihi transmissis prætenditur, quòd Dominus U. tempore transactionis initæ fuerir Curator Domini M. atque Dominus M. tunc minor fuerit.

Igitur videtur dicendum transactionem, initam per se & ipso jure nullam esse etiamsi de enormissima læsione fides fieri non possit, dummodo tamen de læsione aliqua constarer.

106 Quadragesimò nonò † datum remissum vel promissum eam ob causam, ut illud quis vel retineat vel consequatur quod antea illius fuit, viribus caret vel saltem condici potest, *l. fin. & ibi Rom. Alex. Ias. & Dd. ff. de condiction. ob turpem causam Bald. l. si intra ff. de pact. Bald. l. fin. C. de condict ob turp. caus. Bald cons. 331 num 4. lib. 3. Alberic. de Rosat. l. metum la. 3. num. 3. ff. quod met. caus. Ias. l. juris gentium §. si ob maleficium ff. de pactis Cravet. cons. 152. num. 10. Benenu, Strach. in tract. de coust. & de Mercatorib. par. 6. num. 1. 2. 3. & 4.*

Sed in actis mihi rransmissis prætenditur, quod Baronia F. absque omni controversia anre illam transactionem initam jure dominii pertinuerit ad Dominum M. quodque Dominus M. Baronias controversas Domino U. cesserit & concesserit eam ob causam, ut ipse Baroniam F. quæ antea ipsius fuit, retinere possit.

Igitur videtur dicendum etiam propter hanc causam illam transactionem nullam esse, vel saltem rescindendam.

Quinquagesimo; † propter enormem læsionem transactio etiam ritè & legitimè & à majori inita retractatur & rescinditur, *glos. L Lucius §. fin & ibi Reiner. Bart. Aug. Imol & Paul Castr. ff ad S. C. Trebell. Iacob. de Areu l. 2. & ibi Bald col 2. vers. quaro utrum Fulgos coll. 2 Ang. col 2. Paul. Castr. num. 13. C. de rescindend. vendit. Bart. l societatem §. arbitrorum col. pen. ff. de arbitr Bart. Ang. Rom & Immol. l si quis cum alter ff. de verb. oblig. Card. Anton. de Butr. Panor. Imol. & Dd. c. Quintanullis col 16. ext. de jurejur Socin. Reg. 226. limitat. 8. Ioan. de Anan. cons. 33. nu. 4. Chalderin. cons. 3. tit. de transact. cum multis similibus allegatur per Ar. Pinel. Rep. l. 2. par. 1. cap. 4. num 14. C de rescind. vendit. & per Anton. Gab Rom in tract. Reg. lib. 3. tit. de empt. & vendit conclus. 1. nu. 68. vers contrariam verò sententiam.* 107

Er licèt † quoad hoc contrarium retineanr multi, *Dd. relati ab Ario Pinelo Rep d. l. 2. par. 1. c. 4. n 17. & Anton Gab Rom. in tract. Regul. lib 3. tit. de empt. & vendit. conclus. 1. num. 68.* 108

Attamen videtur † præcedenrem opinionem absque omni dubio procedere eo casu quando læsio est enormissima & admodum excessiva. 109

Tunc enim mulri tradunt Indubitatum esse, quòd rransactio propter ralem læsionem rescindi debeat, *Corn. cons 186. col. pen. lib. 1 cons 206 col. 4 lib. 3 cons 27. col 4. lib 4. Dec l cum te nu. 1 C de transact Dec cons. 60. num 4 cons. 203. cons 216 cons 435. col. pen. in fin. cons. 216. cons. 439. col. pen. Card. Paris.*

cons.

conf. 12. num. 102. lib. 2. Socin. jun. conf. 129. nu. 48. conf. 144. num. 8. lib. 1. conf. 98. nu. 8. lib. 2. Carol. Molin. in additione ad Alex. conf. 42. n. 11. lib. 1. Thom. Gram. decis. 66. num. 48. Cravet. conf. 151. num. 26. Cagnol. l. 2. num. 81. & ibi Ar. Pinel. in Rep. par. 1. cap. 4. nu. 26. Anton. Gab. Rom. in tract. Reg. lib. 3. tit. de empt. & vendit. conclus. 1. num. 69.

110 Similiter † opinio præcedens multò magis locum habet eo casu, quando is qui in transactione læditur est vel minor, *Bertrand. conf. 181. col. fin. lib. 1. Anton. Gab. Rom. in tract. Regul. lib. 3. tit. de empt. & vendit. conclus. 1. n. 73.* vel est miles, mulier, Rusticus aut similis persona, cujus consilium fragile est, *Bald. l. 2. n. 7. & ibi Ar. Pinel. par. 1. cap. 4. num. 29. C. de rescind. vendit. Dec. conf. 60. ad fin. Cagnol. l. si quis major, nu. 36. C. de transact. Socin. jun conf. 144. nu. 32. lib. 1.*

Nullo verò penitùs refragante ista opinio procedit in transactione inita à minore cum Curatore suo. Illa enim absque omni dubio propter læsionem intervenientem retractatur, *Ar. Pinel. Rep. l. 2. par. 1. cap. 4. nu. 30. C. de rescind. vendit.*

Sed in casu præsenti prætenditur quòd Dominus M. & tempore transactionis initæ minor fuerit, quòdque Dominus U. eo tempore fuerit Curator legitimus Domini M. & Dominus M. in illa transactione læsus sit non tantùm enormiter, sed enormissimè & valdè excessivè.

Igitur etiam ex hoc capite videtur dicendum illam transactionem vel nullam esse vel saltem rescindendam nec Domino A. quicquam obesse.

111 Quinquagesimo primo † tàm transactio quam alius contractus propter læsionem enormem vel enormissimam rescinditur, etiamsi ille contractus per decretum judicis confirmatus fuerit, *Bart. l. 1. C. de præscript. 30. vel 40. annor. Abb c. cum caus. extr. de empt. & vendit. Imol. l. precia rerum & ibi Paul. Castr. & Alex. ff. ad L. Falcid. Imol. Rom. Alex. & Socin. l. si qui caus. aliter. ff. de verb. oblig. Alex. & Iaf. l. pacta novissima C. de pact. Bald. Rep l. 2. col 7. C de rescind. vendit. Anton. Gab. Rom. in tract. Regul. lib. 3. tit. de empt. & vendit. conclus. 1. num. 58. cum 2. seqq.*

Cum itaque in actis mihi transmissis prætendatur in hac transactione Dominum M. enormissimè & valdè excessivè læsum, videtur dicendum illam transactionem non valere sed saltem rescindendam esse, etiamsi in illa transactione decretum judicis intervenisset.

Multò verò magis in casu præsenti videtur illam transactionem rescindendam cum in actis transmissis prætendatur in ista transactione decretum judicis non intervenisse.

Quinquagesimò secundò, † dubio omni caret minori læso, tam in transactione quàm in alio contractu, contra illam, tàm transactionem quàm contractum, restitutionem in integrum concedendam, *l. 1. ff. de minor. l. 1. & 2. C. si advers. transact.* 112

Nec dubium est † petitionem restitutionis in integrum & hæredi competere & contra hæredem dari, *l. 3. §. Pomponius ff. de minor. cum simill. vulgarit.* 113

Et licet restitutio † in integrum regulariter non nisi intra quadriennium ab eo tempore, quo quis major effectus fuit, peti possit, *l. fin. C. de tem. in integr. restitut.* 114

Attamen † hoc locum non habet eo casu, quando læsio est enormissima. Tunc enim non tantùm intra quadriennium, sed etiam semper & quandocunque Restitutio in integrum contra transactionem peti potest. *glos fin. c. 1. & ibi Gemin. & Dd. de restit. in integrum lib. 6. Anton. de But. & Im. c. 1. & ibi Panor. n. 3. Aug. Bero. n. 11. & Mant. nu. 10. ext. de restit. in integ. Iaf. conf. 55. num. 2. lib. 1.* Albert. Brun. *conf. 41. num. 37. Corn. conf. 181. lib. 2. Socin. conf. 84. nu. 10. lib. 7. Roder. Suaretz. allegat. 21. nu. 3. Emanuel. Soarez. in tract. com. opin. liter. R. num. 80. Ubi ipse attestatur hanc opin. communiter receptam.* 115

Similiter † & restitutionem in integrum non tantùm intra quadriennium, sed semper & quandocunque peti posse traditur, eo casu quando pars adversa habet scientiam læsionis & scit contra se restitutionem in integrum peti posse, *Imol c. Apostolicæ. col. 3. nu. 10. ex de donat. Ar. Pinel. Rep. l. 2. par. 2. num. 28. C. de rescindend. vendit.* 116

Sed in actis mihi transmissis prætenditur Dominum M. in contractu transactionis enormissimè læsum, & Dominum U. ejusque filios hujus læsionis scientiam habuisse.

Igitur videtur dicendum, Domino A. tanquam hæredi & successori Domini M. permitti contra hanc transactionem non obstante lapsu quadriennii, restitutionem in integrum petere & impetrare

Quinquagesimo tertio † licet juramentum Minoris interpositum super transactione vel alio contractu à minori inito illud 117

operetur ut contractus minoris, etiam nullus & invalidus confirmetur, *Auth. Sacramenta puberum & ibi glos. verb. contractibus Iacob. Bulgar col. 1. Odofred. col. fin. vers. sed denuo quæro Alberic. de Rosat. col. 1. col. fin vers & expone Bart. circa princ. & col. 2. Bald. in princ. Salycet, col. 2 vers. quæro juxta Ioan Fab. col. 6. vers in glossa magna Paul. Castr. col. 2 Ias n. 3. 33. & 46. C. si advers vendit glos §. item Sacramenta, & ibi Iacob. de Belvis. Alvar. Præpos. & Matth. de Afflictis, de pac. Iuramento firmand. Bart. l si quis pro eo in princ nu. 5. & ibi Ang & Paul Castr ff. de fidejussor. Ioan de Imol c cum contingat. extr. de jur jur. Nicol. Everhard. in sua topic. in loc. à vi energia seu efficacia Iuramenti. n. 7. Anton Gab. Rom in tract. Reg lib. 2. tit. de minor Conclus 5. n. 20. Covarru. Rep c quamvis par. 1. § 2 num 1. circa fin. de pact lib. 6.*

Utque minor etiam excludatur a beneficio petendi restitutionem in integrum licet ipse in illo contractu læsus fuisset, *l. 1. & ibi Dd C. si advers vendit Auth. Sacramenta puberum & ibi Dd. C eo tit Bald. L. generaliter col 2 in prin C de reb. credit. Felin. c. cum sit generale col. 6. in fin. vers intellige dupliciter extr. de for. compe. Mart Laud in tract de primogen. col 5 vers quæro an primogenitus Iacob de S. Georg l. cum antiquioribus q. 28. C. de iur deliber. Tiraquel. in tract. de jur. primogen. q. 26. nu. 6. & q. 28 num. 2. Cravett cons. 7. num 3.*

118 Attamen † præstationem fidei sive promissionem sub fide factam jurijurando non æquipollere quoad confirmandum contractum, & quoad excludendum aliquem à beneficio restitutionis in integrum Dd tradunt, *Innocentius & Bald c etsi Christus. extr. de jur jur. Bald. Auth. Sacramenta puberum q 5. C. si advers vendit. Ias l. prætor. ait. § Iurari n. 1. & 2. ff. de jurjur Covarru Rep c. quavis par. 1. § 2. n. 2. de pact lib 6. Ar. Pinel. Rep. l. 2. part. 2. cap 1. nu 13 C. de rescind vendit.*

119 Similiter † Dd. tradunt contractum minoris per juramentum non aliter confirmari nisi illud juramentum fuerit præstitum tactis sacrosanctis Evangeliis vel aliis scripturis sacris, *glos. 1. c. 1. §. item Sacramenta & ibi Andr. de Iser. Alvar. Præpos & Matth. de afflictis, de pac. juramento firmando Cyn. Bar. Odofred. Bald. Ang. Iacob. de S. Georg. & Dd. Auth. Sacramenta puberum C. si advers. vendit. Bald. l. 1. C eo tit. Capell Tholos decis. 161. Anton. Gab. Rom. in tract Regul. lib. 2. tit. de minor conclus. 5 num. 34.*

Et sic ex prædictis infertur licet illa transactio de qua in præsenti casu agitur per præstationem fidei roborata sit, cùm tamen illa non sit confirmata per solenne jusjurandum multò vero minus per jusjurandum præstitum tactis Sacrosanctis Evangeliis, per hanc præstationem fidei neque Dominum M. neque filios vel nepotes illius à jure hanc transactionem impugnandi, vel ex capite nullitatis, vel per beneficium restitutionis in integrum exclusos, neque etiam illam transactionem per præstationem fidei, ullum robur firmitatis adeptam.

Quinquagesimo quarto, † tam Renunciatio facta, quam alius contractus metu initus etiam a majore non confirmatur jurejurando, sed non obstante jurejurando, super isto contractu sive renunciatione præstito vel interposito rescisso illius tam contractus quam renunciationis peti potest, *c. Abbas & ibi glos. Panor. & Dd extr quod metus caus. c pervenit el. 1. & ibi Panor & Dd extr. de jurjur. c. cum contingat, & ibi Panor. & Dd. extr. eo tit c quamvis & ibi Covarru. par. 3. §. ut nu. 2 de pact. lib. 6. c Authoritatem 15. quæst. 6. Auth. Sacramenta puberum, C. si advers. vendition. Boer. decis 100.* 120

Et hoc videtur † locum habere, etiamsi is metus sit tantum reverentialis, & hoc per tradita, *ab Aym. Cravett. cons. 49 Menoch. in tractat de Arbitrar Iudic. quæst. lib. 2. cent. 2. cons. 136. Anton Gab. Rom in tractat. Regul. lib. 3. de jure dotium, & dotis promiss. conclus. 1. num. 41.* 121

Et licet multi Dd velint ob metum reverentialem contractum vel renunciationem non aliter rescindi, nisi minas intervenisse probetur, *Innocent. Bald. Card Zabarell. Panor Petr de Anchor. & Felin. c. causam matrimonii extr de offic. delegat. Bart. l. 1. §. quæ onerandæ, & ibi Ludovic. Bolog. ff. quar rer. actio datur. Bart. Bald. Ang. Alex. Francis. Aret. & Curt Iun l. interpositas, & ibi Iacob. de S. Georg. num. 4. C. de transact. Bart. l. metum, & ibi Iacob. de Anchoran. C quod met. caus. Bald l. fin. ff de condict. ob turp caus. Panor. c. cum contingat, col 1. & ibi Alciat. in prin extr. de jur. jur. Panor. c. cum dilectus ext. de his quæ vi metusve causa Alex. l. si cum dotem §. sed aut; tempore. ff. solut. matrim. Ias cons. 3. nu. 6. lib. 1. Boer. decis. 100. num. 11. Covarru. in epit 4. lib decretal par. 2. cap. 3 §. 6. nu. 4.* In quibus locis Boer. & Covarru multos alios Dd. adhoc citant, & attestantur hanc opinionem communiter receptam.

Attamen illud penitùs indubitatum est, metum Reverentialem ad rescindendum contractum etiam juratum, & a majore initum sufficere eo casu, quando intervenit

venit læsio enormis vel enormissima, *Paul. Castr. cons. 174. col. 1. lib. 1. Francisc. Aret. cons. 23. col. 2. Corn cons 124 lib 4. Socin. cons 263. col. 2. lib. 2. Dec. l pactum. col. 3. C. de collat. Curt jun. cons. 141. Rip. lib. 3. Respons. de donat. revoc. cap. 15. nume 8. Cravett. cons. 11. num. 12. lib. 1. Covarru. in epit. lib. 4. decretal. par 2. cap. 3 § 6 num. 4 Covarru. Rep. c. quamvis par. 3. §. 4. num 7. de pact. lib 6.*

Sed ex prædictis videtur liquere in transactione inita inter Dominum M.& Dominom U. intervenisse metum saltem reverentialem, nec non & læsionem enormem vel enormissimam.

Igitur videtur dicendom illam transactionem non fuisse confirmatam per præstationem fidei etiam posito præstationem fidei vim & vigorem juramenti coporalis obtinere.

122 Quinquagesimo quinto † contractus dolo malo initus, sive cui dolus malus caosam dedit nec per juramentum quidem corporale & solenne confirmatur, *c. cum contingat, & ibi Dd. ext. de jurjur. c. quamvis, & ibi Covarru. par. 3. §. 4. n. 2. de pact. lib. 6. Alex. cons. 131. num. 12. lib. 7. Corn. & Fortun. Auch Sacramenta puberum, C. si. adversf. vendit. Nevizan. cons. 22. num. 26.*

Sed ex supradictis videtur liquere transactionem initam inter Dominom M. & Dominum U. Barones, dolo malo initam & Dominom M. ad transigendom dolo malo inductum.

Igitur videtur dicendum illam transactionem non valere, nec ratam esse, nonmodo si illa transactio per præstationem fidei sed etiam per juramentum corporale & solenne confirmata fuisset.

123 Quinquagesimo sexto, † juramenta non confirmant illam renunciationem in qua intervenit læsio enormis vel enormissima, *Petr. de Anchor. c. 1. col. 41. vers ergo etiam consului. extr. de constituc Pet. de Anchor. c. accessorium. col. 6. vers. pro declaratione prædictorum de Reg. jur. lib. 6. Pet. de Anchor cons. 39. col. 1. & cons. 83. in fin. cons. 180. col. fin. cons. 339. col. pen. cons. 375. Frideric. de sen. cons. 199. Abb. cons. 3. col. pen & cons. 107. col. 2 lib 2. Alex. l. stipulatio hoc modo concepta col. 3. ff. de verb. obligat. Alex. cons. 89. col. fin. vers vel si voluerit lib. 2. Felin c. in præsentia col. 4. extr. de probat. Dec. l. pactum quod dotali col. 3. C. de collat. Cravett. cons. 7. col. 2. Anton. Gab. Rom. in tract. Regul. lib. 3. tit. de jur. dotal & doc. promiss. Conclus. 1. num. 8. Ubi ipse multos alios Dd. ad hoc allegat, & accessatur hanc opin. communiter receptam.*

Et hoc locum habet non tantùm in Renounciatione simplici jurata sed etiam in transactione, Namque & illius quoque rescissio non obstante juramento peti potest *Corn. cons. 166. col. 2. & cons. 189. col. 3. lib. 1. Dec. cons. 203. col 3. cons. 551. col. 2. Mantua cons. 132. col. 3. Anton. Gab. Rom. in tract. Regul. lib. 3. tic. de jur. dot. & dot. promiss. conclus. 1. num. 17.*

Quinimo nullum penitus contractum in quo intervenit læsio enormis vel enormissima jure jurando confirmari multi Dd. tradunt. *Alex. cons. 42. col 4. lib. 1. Imol. c. cum causa, col. 21. & ibi Anton. Burg. ext. de empt. & vendit. Ias. cons. 76. lib. 1. & cons. 133. col. 10. lib. 4 Cassiodor. decis. 1. tit. de empt. & vendit. Carol. Molin. in additione. ad Alex. cons. 133. num. 11. lib. 5.*

Deinde hoc locum habet sive is qui hoc Juramento præstitit sit minor sive major sive masculus sive fœmina, *Anton. de Butr. c. cum contingat. col. 4. vers. quartus ext. de jurjur. Anton. de But. cons. 45. Corn. cons. 27. col. 3. lib. 4. Feln. c. in præsentia col. 8. exc. de probat. Dec. cons. 180. col. pen*

Et licet in hoc contrarium teneant molti Dd. volentes & renonciationem & contractum quemlibet jurejurando confirmari nec illios rescissionem peti posse, etiamsi in illo contractu quis enormiter vel enormissimè læsus fuisset, *gl l. 2. & ibi Bart. n. 9 Bald. n. 12. Salycet q. 10. Alberic. de Rosat. n. 9. Paul. Castr. n. 10. & 15. Cognol. n. 91. Arius Pinel. par. 3. cap. 1. n. 1. C. de rescindend. vendit. gloss. Panor. & Dd. c. cum causa extr. de empt. & vendit. Cognol. l. si quis major. nu. 36. C de rescind. vendit. Anchid. Ioan. Andr. & Dominic. c. quamvis, & ibi Covarru. par. 3. §. 4. n. 4. de pact lib. 6. Alex. cons. 125 n. 9. lib. 1. cons. 133 lib. 5. Anton. Gab. Rom in tract. Regul. lib. 3. tit. de empt. & vendit. Conclus. 1. nu. 78. Et tit. de jur. dot. & dot. promiss. conclus. 1. n 5.* Ubi ipse multos alios Dd. ad hoc allegat.

Attamen illud penitus indubitatum est, contractum vel renunciationem minoris per jusjurandom à minori præstitum, non confirmari quo minus illius rescissio peti possit, eo easu quando in illo contractu vel renunciatione intervenit læsio enormis vel enormissima, *gloss. l. 2. & ibi Bart. num. 10. Bald. nu. 12. Cyn. 96. Alberic. de Rosat. nu. 9. Salycet. q. 11. Paul. Castr. nu. 15 Fulgos. nu. 6. Gemens. nu. 177. Cognol num. 103. Arius Pinel. par. 3. cap. 1. num. 9. C. de rescind. vendit. gloss.*

& Dd. c. cum causa, & ibi Anton. Burg nu. 42. extr. de empt. & vendit. Paul. Castr. Auth Sacramenta puberum num. 20. & ibi Iacob. de S. Georg. num. 43. Ias. num. 55. C. si advers. vendit. Panor. cons. 31. lib. 2. Socin cons. 48. in fin lib 4. Alex. cons 89. num. 11. lib. 1. Alciat. l. 1. §. si quis ita num. 50. ff. de verb. oblig Cravet. cons 188. num. 3. Covarrn. Rep. c. quamvis, par. 3. §. ultimo num. 6, de pactis lib. 6. Anton. Gab. Rom. in tract. Regul. lib. 3. tit. de empt & vendit, conclus. 1. n. 83.

Similiter Dd. magis concludunt communiter, neque contractum, neque Renunciationem intervenit, læsio enormis jurejurando confirmari eo casu quando illa læsio est enormissima, & valdè excessiva, *Ias. cons. 133. lib. 4. Cassidor decis. 1. tit. de empt. & vendit. Curc. Iun. cons. 53. n 12 cons. 141. n. 5. Cravet. cons. 221. in fin. Capit. decis. 159. Cagnol. l. 2 nu. 88. & nu. 100. in fin & ibi Arius Pinel, par 3 cap. 1. num. 7. C de rescindend. vendit. Covarru. Rep. c. quamvis par. 3 §. 4. nu. 7. ver. Vndecima conclusio de pact. tit 6.*

Eodem modo transactio renunciatio, vel alius contractus in quo læsio enormis intervenit jurejurando non cõfirmatur eo casu quando verò vel præsumptivè probatur illud juramentum dolu vel metu extortum, *Bart & Dd. l. 2. & ibi Ar Pinel in Rep. par. 3 c. 2. n. 6. C. de rescind. vendit. Anton. Gab. Rom. in tract. Regul. lib. 3. tit. de empt. & vendit, conclus. 1. num. 87.*

Item quoque juris est, si quis persuasionibus adversarii ad contrahendum vel renunciandum inductus fuisset. Tunc enim absque omni dubio ille contractus vel renunciatio in qua intervenit læsio enormis jurejurando non confirmatur, *Bart. L. 2 vers. quid si major, & ibi Ang. col 2. C de rescind vendit. Anton Gab Rom in tract Regul. lib 3. tit. de empt. & vendit Conclus. 1. nu. 32.*

Et prædicta usque adeò vera sunt, ut secundum multorum doctorum sententiam eo casu quando in contractu vel renunciatione jurato, enormis læsio intervenit nec absolutionem quidem a jurejurando petere necesse sit, *Anton. de Bur. c. cum contingat. col. 8. vers. quartus casus & ibi Abb. col. 16. vers. nonus casus extr. de jur. jur. Anton de Bur. cons. 45. Alex. cons. 125. col. 1 lib. 1 Cnman. cons. 180. col. 1. in fin. Paul. Castr. cons 196 col 3 lib. 2 Corn. cons. 258. col. fin. lib. 2. Bolog cons. 44. col. 4. Anton. Gab. Rom. in tract. Regul. tit. de jur. dot. promiss. conclus. 1. nu. 12.*

Quod potissimè procedit eo casu quando læsio est enormissima, tunc enim absolutionem à juramento petere necessarium non esse tradit. *Ias. cons 160. col. fin. lib. 2. cons. 133 col. 6. lib. 4. Anton. Gab. Rom. in tract. Regul lib. 3. tit. de jur. dot. & dot. promiss. conclus. 1. num. 12.*

Multò verò magis hoc locum habet eo casu, quando non is qui juramentum præstitit, sed vel hæres vel successor illius propter læsionem enormem vel enormissimam rescissionem contractus petit.

Tunc enim multò minus requiritur ut quis absolutionem a juramento petat, *Ruin. cons. 107 n. 15. lib 1. Anton. Gab. Rom in tract. Regul lib 3 tit. de jur. dot conclus. 1. num. 18.*

Sed in actis mihi transmissis prætenditur, quod Dominus M. Baro a N. in transactiune inita cum Domino U. Barone, non tantùm enormiter sed enormissimè læsus sit.

Similiter prætenditur Dominum M & tum temporis fuisse minorem, & persuasionibus Domini U ad istam transactionem & renunciationem inductum.

Ex supra dictis quoque videtur liquere Dominum M. ad transigendum & renunciandum inductum fuisse, & dulo & metu saltem reverentiali.

Igitur videtur dicendum istam transactionem initam inter Dominum M. & Dominum U. Barones à N. non valere, etiamsi illa transactio non per fidei præstationem sed etiam per juramentum solenne & curporale confirmata fuisset.

Quinquagesimò septimò, † ille tàm contractus quam Renunciatio in qua quis remittit vel jus suum vel bona sua adhuc finem, ut quis id quod antea suum fuit vel retinere vel consequi possit jurejurando non confirmatur, *Paul. Castr cons. 174 lib. 1. Socin. cons. 263. n 4. vers non omitto lib. 2 Georg. Natt. Repp. c. quamvis limitat 7 & ibi Covarru. par. 3. §. 4 n 7. vers. decima conclusio de pact. lib. 6. Dec. l pactum quod dotali col 3 C. de collat. Dec. cons. 230. col pen & seq. Corn. cons 147. lib. 4. Anton. Gab. Rom. in tract. Reg. lib. 3. tit de jur. dot. conclus 1 nu. 34.* 124

Sed in actis mihi transmissis prætenditur, quod Dominus M. Baronis controversis renunciaverit eam ob causam, ut ipse Baroniam in F. quæ antea jure dominii ad ipsum pertinuit retinere possit.

Igitur etiam ex hoc videtur dicendum istam renunciationem non valere, etiamsi illa renunciatio non tantùm per præstationem fidei sed etiam per juramentum corporale & solenne confirmata fuisset.

Quinqua-

125 Quinquagesimo octavo, † præsentia & consensus amicorum, consanguineorum vel aliorum honestorum virorum nihil operatur, & neque præsumptionem doli vel metus excludit, neque contractum initum confirmat eo casu, quando in isto contractu intervenit læsio enormis vel enormissima, *Hip. de Marsil sing. 673. nu. 3. Dec. consil. 76. col. 5. Corn. consil. 179. col. fin. lib. 4. Boër. decis. 160. nu. 9. Anton Gab. Rom. in tract. Regul. lib. 3. tit. de jure dot. & dot. promiss. conclus. 1. num. 15.*

126 Quinimò Dd. aliqui tradunt, † præsentiam consanguineorum amicorum, vel aliorum virorum honestorum non excludere præsumptionem metus in contractu inito, vel cum parentibus, vel cum fratribus aut consanguineis majoribus, aut cum aliis personis, quibus reverentia debetur, *Salicet. l. transactionem. C. de transactionibus. Cattel. Cott. memor. incip. contractus mulierum. Tiraquel. in tract. de ll. connubialib. gloss. 5. nu. 37.*

Sed in casu præsenti prætenditur, quòd Dominus M. in transactione inita cum Domino U. consanguineo suo majore natu enormissimè læsus sit.

Igitur videtur dicendum, illam transactionē non confirmari, nec robur accipere ex eo, quòd illa transactio celebrata dicitur præsentibus & Præfecto inferioris Lusatiæ, aliisque Baronibus atque nobilibus viris.

127 Quinquagesimo nono † decretum judicis in actu aliquo intervenisse non præsumitur, sed is, qui prætendit, in actu aliquo decretum judicis intervenisse, hoc probare tenetur, *l. quæcunq. §. fin. & ibi Dd. ff. de publ. in rem act. Bart. l. actor. nu. 10. ff. rem ratam haber. Bald. in sua Margarit. verb. contractus. Bertachin. in suo Repertorio verb. decretum. num. 52.*

128 Et præsentia † imò & permissio judicis vel prætoris decreti vigorem non obtinet, sed illud formiter & ritè interponi debet, *l. cum hi. §. si prætor. ff. de transactionibus.*

129 Deinde quoque † decretum judicis tam in alienatione rerum minoris, quam in aliis negociis non aliter valet, nisi illud decretum fuerit interpositum causâ cognitâ, *l. magis puto. § non passim. ff. de reb. cr. l. sed si hac. §. Prætor. ff. de in jus vocand. l. cum hi. §. Vult ergò. & ibi Bart. Paul. Castr. & Dd. ff. de transaction. Bertachin. in suo Repertor. verb. decretum. nu. 41. & 42.*

Præterea quoque † decretum judicis non ritè interpositum nihil operatur, *Bart. & Dd. l. justè possidet. ff. de acquir. possess. Bertachin. in suo Repert. verb. decretum nu. 31.* 130

Decretum quoque judicis † ritè & solenniter interpositum, contractum non confirmat, quò minùs illius rescissio peti possit eo casu, quando in illo contractu intervenit læsio enormis vel enormissima, *Bald. Rep. l. 2. col 7. vers. posset distingui ex æquitate. C. de rescind. vendit. Bart. l. 1. C. de præscript. 30. vel 40. annor. Imol. & Rom. l. si quis cùm aliter. & ibi Alex. & Socin. ff. de verb. oblig. Imol. Paul. Castr. & Alex. l. precia rerum. ff. ad l. Falcid. Abb. c. cum causa. extr. de empt. & vendit. Alex. l. pacta novissima. col. 1. & ibi Jas. nu 9. C. de pact.* 131

Sed hactenus probatum non est, transactionem initam inter Dominum M. & Dominum U. Barones à N. cum decreto judicis celebratam.

Multò minùs verò hactenus probatum est, in isto decreto causæ cognitionem intervenisse, illudque decretum solenniter interpositum.

Cùm itaque prætendatur, Dominum M. Baroniam B. tempore transactionis initæ minorem fuisse, videtur dicendum, illam transactionem non valere, etiamsi probari posset illam transactionem fuisse initam præsente tunc temporis Præfecto inferioris Lusatiæ.

Deinde etiam prætenditur, Dominum M. in ista transactione non tantùm enormiter, sed enormissimè læsum.

Igitur videtur dicendum, illius transactionis rescissionem, peti posse, etiamsi probari posset in illa transactione intervenisse decretum judicis vel superioris.

Sexagesimo, † geminatio vel reiteratio actus facta in minori ætate nihil penitùs operatur, *l. doli mali exceptio § idemq; est ff. de novat. gloss l si index circumvento in princ. & ibi Dd. ff. de minor.* 132

Similiter quoque † & geminatio sive iteratio actus facta a majore nihil operatur eo casu, quando intervenit error sive defectus consensus, *Cravett. consil 151. nu. 31. & 32. Arius Pinel. Rep. l. 2. par. 3. cap. 1. nu. 36. circa fin. C. de rescind. vendit.* 133

Et confirmatur per id. Namque & confessio erronea etiam sæpiùs iterata retractari potest, *l. 1. & ibi Bald. Jas. Dec. & Dd. C. de error. calcul. Rom. consil. 301. nu. 3. Rom. l. si vero. §. de viro. fallent. 31. ff. solut. matrim. Jas. l. error.*

 nu. 29.

nu. 29. C. de jur. & fact. ignor. Felin. & Dec. c. cùm venerabilis. extr. de except. Catel. Cott. memor. incip. confessio potest. Cravett. conf. 151. nu. 32. Horat. Mandos. in addit. ad Rom conf. 346. nu. 9. ubi ipse attestatur hanc opin. communiter receptam.

Eodem modo & reiteratio sive geminatio Actus etiam a majore facta nihil operatur eo casu, quando metus etiam reverentialis tantum intervenit & tempore reiterationis sive geminationis factæ adhuc durat, *l. 2. & ibi Bart. & Dd. C. de his quæ vi metusq; cauf. c. 1. & ibi Innocent. & Dd extr. eo tit. Innoc. & Dd. c. cùm matrimonij. extr. de offic. delegat. Bart. & Dd. l. si ob turpem. & ibi Iasnu. 3. limitat. 4. ff. de condict ob turp. cauf. Boer. decis. 100. nu. 13. Roland. à Vall conf. 2. nu. 71. cum 3. seqq. & conf. 95. nu. 32. lib. 1. Hieron. Cratt. conf. 71. nu. 25. lib. 1.*

Deinde quoque videtur dicendum, geminationem sive reiterationem illius actus, in quo dolus intervenit nihil operari, & hoc per tradita *à Ludovico Rom. conf. 54 nu 3. Barbat. conf. 42. nu. 4. & 5. lib. 1. Card. Paris. conf. 49. nu. 5 cum seqq. lib. 1.*

Præterea geminatio sive reiteratio actus etiam à majori facta nihil penitùs operatur eo casu, quando adest læsio enormis vel enormissima, *Rom. conf 54 Socin. conf. 85. nu. 5 & 6. lib. 1 Corn conf 11. & conf. 140. lib. 3. Dec. conf. 60. circa fin Cephal. conf 142. nu. 54. lib. 1. Panthal. de Crem. Rep. l. 2 nu. 98 & ibi Arius Pinel. in Rep. l. 2. nu. 98. Et ibi Arius Pinel in Rep. l 1. par. 3. cap. 1. nu. 36. C. de rescind. vendit. Cravett. conf. 114. nu. 18. conf 151. nu. 31. Et est de mente Hieron. Gratt. conf. 118. nu. 21 lib. 2.*

Quod potissimùm procedit eo casu, quando actus sive contractus primus est gestus vel celebratus tempore minoris ætatis, *Cravett. conf. 160. nu 6. Anton. Gab. Rom. in tract. Reg. lib. 3 tit. de empt. & vendit. conclus. 2. nu 124.*

Quinimò geminatio sive reiteratio actus regulariter nihil penitùs operatur eo casu, quando in actu reiterato aut geminato subest eadem causa suspicio vel defectus, qui in primo fuit *Cravett. conf. 151. nu 31.*

Sed licet in casu præsenti Dominus N. N. renunciationem factam de Baroniis controversis, Anno 1497. reiteravit Anno 1498. attamen prætenditur Dominum N. N. utroque tempore & renunciationis & reiterationis minorem fuisse.

Igitur videtur dicendum, hanc geminationem sive reiterationem nihil operari, nec per illam renunciationem priùs factam, confirmatam fuisse.

Præterea quoque prætenditur, quòd per istam tam renunciationem quam reiterationem Dominus N. N. non tantùm enormiter, sed enormissimè læsus fuerit.

Per quam læsionem enormem sive enormissimam satis superque videtur probari, Dominum M. tam ad renunciandum quam ad renunciationem iterandam errore inductum, *gloss. & Bart. l. quisquis. C. de rescindend. vendit. Panthaleon de Crem. & Dd. l. 2. C. eo tit.*

Et ex supradictis videtur liquere Dominum M. tam ad renunciandum quam ad renunciationem reiterandam inductum fuisse & dolo & metu & persuasionibus Domini U. Et neque in renunciatione factà à Domino M. neque in ejus iteratione intervenêre solennitates in alienatione rerum minorum requisitæ.

Et tàm ex hoc, quam ex aliis conjecturis videtur constare, quòd geminatio sive reiteratio renunciationis iisdem defectibus laboret, quibus vitiis atque defectibus renunciatio ipsa laborat.

Igitur videtur dicendum renunciationem factam per istam reiterationem sive geminationem robur non accepisse, etiamsi probari posset Dominum M. tempore illius repetitionis sive geminationis majorem fuisse.

Sexagesimo primo, † licet lapsus temporis largi vel largissimi maximam præsumptionem inducat, quòd in actu gesto intervenerint omnes solennitates omniaq; requisita, quodque ille actus sit gestus & ritè & rectè, *l si filius C. de petit. hæred. Alex. Ias. & Dd. l. qui in aliena ff. de acquir. hæreditate. Ias. l sciendum. col. 5. ff. de verb. obligat. cum multis similibus allegat. per Aym. Cravett in tract. de antiquit. temp. par. 3 §. venio nunc ad tertiam, & Anton. Gab. Rom. in tractat. Regul lib. 1. & de præsumpt. conclus. 1.* 134

Attamen illa † præsumptio non est præsumptio juris & de jure, sed est præsumptio juris tantùm. 135

Ideoque contra illam præsumptionem admittitur probatio contraria, *Cyn. l. si certis annis. q. 11 C. de pactis Ioan. Andr. 2. fin. extr. de caus. possess. & proprietat. Bald. l. 2. circa fin. C. de dot. promiss. Anton. de Butr. c. pervenit. col 18. extr. de censib. Abb conf. 61. col. fin. lib. 1. Capol. conf. 25. ad fin. Bellemer. conf. 10. col. 10. in princ. Felin c. sicut. col. 18. extr. de senten-*

sentent. & re judic. Alex. cons. 11. col. fin lib. 4. Aym. Cravett. in tract. de antiquit. temp. par. 3. §. venio nunc ad tertiam. nu. 28. Anton. Gab. Rom. in tract. Reg. lib. 1. tit. de præsumpt. conclus. 1 nu. 62. Rol. à Vall. cons. 2. nu. 132. lib. 1.

Quinimò præsumptio, descendens ex lapsu temporis per præsumptionem contrariam, & tollitur, & eliditur, *Abb. c. Albericus extr. de testib. Corn. cons. 144. col. 1. lib. 4. Cravett. in tract. de antiquit. temp. par. 3. §. venio nunc ad tertiam. nu. 30.*

136 Præterea quoque multi Dd. tradunt, † præsumptionem ex lapsu temporis descendentem, locum non habere, vel quando agitur de gravi præjudicio, *Bart. in sua disp. incip. mulier in fin. Bart. l. 1. §. deniq. ff. de aq. pluv. arcend. cum multis simil. allegat. per Anton Gab. Rom. in tract. Regul. lib. 1. tit. de præsumpt. conclus. 1. nu. 53.*

137 Vel quando agitur † de tali actu, qui principaliter tendit ad exclusionem alterius, *Imol l. 1. § deniq. col. 2. ff. de aq. pluv. arc. Imol. c. perveniet. col. 3, in fin. extr. de empt. & vendit. cum multis similib. allegat. per Anton. Gab Rom. in tract. Regul. lib. 1. tit. de præsumpt. conclus. 1 n. 54.*

138 Vel † quando is, cum quo actus celebratus est, negat illam solennitatem intervenisse, *Alex. cons. 9. col. 2. lib. 3. Matth. de Afflict. decis. 245. col. 3. & decis. 345. col. 2.*

139 Vel † quando instrumentum super isto actu confectum, fidem non facit, *Socin. cons. 2 col. 2. in princ. lib. 3. Corn. cons. 22. col. 3. circ. med. lib. 3. Cravett. in tract. de antiquit. temp. par. 3. venio nunc ad tertiam. nu. 26.*

140 Vel † quando agitur de præjudicio pupillorum, *Corn. cons. 98. col. fin. lib. 1. Alex. cons. 94 col. 2. lib. 7.*

Vel quando agitur de præjudicio minorum, *Socin. cons 254. col 2. lib. 2 Anton. Gab. Rom. in tract Reg. lib. 1. nu. 58.*

141 Deinde quoque † præsumptio ex lapsu temporis descendens nunquam habet locum, nisi probetur, atque fides fiat, intervenisse scientiam & patientiam illius, de cujus præjudicio agitur, *Alex. cons. 9. col. fin. lib. 3. cons 17. col. 2. lib. 4. cons. 94. col. 2. lib. 7. Corn. cons 79. col. fin. lib. 1. Felin. c. sicut col. 19. extr. de sentent. & re judic Ruin cons. 26. col 4. cons. 35. col. 11. lib. 1. Socin. jun. cons. 56. col. pen. lib. 2. Matt. de Afflict. decis. 107. col fin. Cravett. in tract. de antiquit. temp. par. 3. §. venio nunc ad tertiam. nu. 18 Anton. Gab. Rom. in tract. Regul. lib. 1. tit. de præsumpt. conclus. 1. nu. 58.*

Sed in casu præsenti agitur de gravissimo præjudicio Domini A. A. ejusq; filiorum & posterorum, quorum, ut opinor, aliqui sunt pupilli vel minores.

Similiter in casu nostro agitur principaliter de excludendo Domino A. ejusq; liberis & posteris à jure & actionibus ipsis competentibus respectu Baroniarum controversarum.

Et Dominus A. A. qui est & hæres & successor Domini M. negat in transactione, nec non & in renunciatione facta a Domino M. ejusque reiteratione intervenisse solennitates aliaque requisita legitima.

Insuper etiam prætenditur, instrumenta confecta super ista transactione, renunciatione, & reiteratione nullam fidem facere.

Nec etiam hactenus de scientia & patientia Domini M. ejusque filiorum & nepotum fides facta est. Imò ex actis mihi transmissis liquere videtur, quòd Dominus M. ejusque filii & nepotes istam transactionem, renunciationem & reiterationem semper impugnaverint, & adhuc impugnent.

Per præsumptionem quoq; descendentem ex læsione enormi vel enormissima, nec non & ex aliis indiciis omnem præsumptionem, si qua forsan ex lapsu temporis sumi possit, in casu præsenti tolli & elidi videtur.

Et quòd amplius est, ex actis mihi transmissis liquidò constare videtur, quòd in transactione inita inter Dominum M. & Dominum U. non intervenerint solennitates à lege requisitæ, quòdque illa transactio non ritè neque rectè inita sit, sed infinitis defectibus laboret. Igitur videtur dicendum in casu præsenti ex lapsu temporis, ex eo nempe, quòd transactio & renunciatio Anno 1497. & inita & facta, & reiteratio renunciationis Anno 1498. subsecuta est, & sic ab illo tempore anni plusquàm 70. elapsi fuêre, præsumi non posse, illam transactionem, renunciationem & reiterationem ritè & rectè & servatis servandis initam & factam.

Sexagesimo secundo, † id quod ab initio nullũ est, tractu temporis non convalescit, *l. quod in initio. & ibi Dec. ff. de Reg. jur. l. quæ ab initio. & ibi Dec. & Cognol. ff. eo tit. c. non firmatur. & ibi Ioan Andr. Dyn. & Dd. de Reg. jur. lib. 6.* 142

Sed in casu nostro a Domino A. A. prætendit transactionem, renunciationem & reiterationem factam à Domino N. N. ab initio nullam fuisse. Igitur videtur dicendum, illam transactionem, renunciationem & reiterationem per lapsum temporis, per hoc nempe, quòd ab illo tempore sunt elapsi anni plusquam 70. confirmatam non fuisse.

Sexagesimo tertio † ratificatio sive approbatio contractus sive actus invalidi, sive 143
quem quis impugnare potuit, nunquam præsu-

præsumitur, sed is, qui eam allegat, illam probare tenetur.

144 Tum † quia approbatio sive ratificatio actus vel contractus est facti, & in facto consistit.

Et clari est juris, quòd facta nunquam præsumantur, nisi probentur, *l. deniq. ff. ex quib. causis major l. quæcunq. §. 1 ff. de publ. in rem actio. l. in bello §. factæ. ff. de captivi. & lim. reversis. l. 1. C. de mandat. princip. l. 1. C. de probat. Cravet. in tract. de antiquit. temp. par. 1. §. propositum nostrum. nu. 75.*

Tum quia per approbationem sive ratificationem illius actus vel contractus, qui vel per se, & ipso jure nullus est, vel impugnari potest, inducitur renunciatio juris & actionis contra illum actum sive contractum competentis.

Et clari juris est, quòd renunciatio nunquam præsumatur, nisi illa facta probetur *c. super hoc. c. sanè juncta gloss. sustinere. in fin & c. venimus. extr. de renunciat. Bald. l. 1. notab. fin. C. de edict. D. Hadr. toll. Imol. conf. 49.*

145 Et hoc usquè adeò verum est, † ut nec ex actu quidem proximo præsumatur approbatio, ratificatio, & inde descendens renunciatio, *Card. Florent. conf. 30. col 3 Tiraq. Rep. l. si unquam in præfat. nu 126. C. de revoc. donat.* Præterea quoque clari juris est, quòd per actus subsequentes nunquam inducatur ratificatio vel approbatio illius contractus præcedentis, qui vel nullus est, vel impugnari potest eo casu, quando potest capi alia præsumptio, quàm præsumptio ratificationis sive approbationis contractus, *Bart. Ang. Paul. Castr. Alex. & Francisc. Aret. l. 3. C. de his, quæ vi metuve causa, Francisc. Aret. conf. 14. Boer. decis. 100. nu. 15. & 16. Roland. à Vall. conf. 2. nu. 92. lib. 1. facit id, quod tradit Tiraquell. Rep l si unquam. in princ. nu. 129. & verb. donatione largitus. nu. 207. C. de revoc. donat.*

Quod procedit, etiamsi illa præsumptio sit levis, Namque quælibet levis præsumptio & occasio sufficit, quòd hæc ne videntur esse inducta ratificatio vel approbatio illius contractus præcedentis, qui vel nullus est, vel impugnari potest, *Abb. c. ad audientiam ante fin. extr. quod met. caus. Ias. l. si ob turpem. nu. 8. vers. ultra scribentes. ff. de condict. ob turp. caus. Roland. à Vall. conf. 2. nu. 93. lib. 1. facit quod tradit Tiraquel. Rep. l. si unquam verb. donatione largitus. nu. 208. C. de revoc. donat.*

Ideoque traditum & receptum est, ratificationem sive approbationem contractus præcedentis non induci, per talem actum

subsequentem, qui respicit commodum vel favorem facientis, utputa, si quis recipiat solutionem precii promissi in contractu dolo vel metu inito, aut aliter nullo vel rescissioni obnoxio eam ob causam, quia ista receptio precii censetur facta ad illum finem, ut recipienti magis cautum sit, *gloss. Bart. Ang. Paul Castr. Alex. & Francisc. Aret. l. si per vim. C. de his, quæ vi metuvè causa, Innocent. c. super hoc. extr. de renunciat. Bart. Ang. Fulgos. & Paul. Castr. l. si ob turpem & ibi Ias. nu. 3. limitat. 2. ff. de condict. ob turp. caus. Francisc. Aret. conf. 14. Boer. decis. 100. nu. 15. & 16. Roland. à Vall. conf. 2. nu. 92. lib. 1.*

Et confirmatur per id, quod traditur, si is, cujus res à tertio absque mandato & nomine suo vendita fuit, precium in illo contractu promissum vel petierit vel acceperit, per hoc non induci ratificationem contractus neque petentem vel recipientem precium à repetitione rei suæ excludi, *gloss. l. mater. verb. non prohiberi. & ibi Pet. de Belvis. & Guilhel. de. Cug. Bart. Albertc. Bald. & Salicet. C. de rei vendicat.*

Et ex hoc infertur, ratificationem illius contractus, qui vel nullus est, vel cujus rescissio peti potest, non induci per hoc, quòd quis recipit traditionem possessionis rei in contractum deductæ, vel ex ista re fructus aut reditus percipi, prout hoc est de mente *Cravett. conf. 151. nu. 30. & 31.*

Multò verò minùs ratificatio vel approbatio illius contractus, qui vel per se & ipso jure nullus est, aut cujus rescissio peti potest, inducitur per hoc, quòd quis rem apud se vigore illius contractus divisam retinet, & ex illa fructus percipit, cùm per talem retentionem rei per contractum apud aliquem dimissæ, nullum eorum jus vel inducatur vel acquiratur, *l si profundo. & ibi Bart. & Dd. & Ias. nu. 9. C. de transact. gloss. & Bart. l. 1. ff. de usucap. pro emptor. gloss. & Bart. l. pen. ff. eo tit. Bald. c. 1. ad fin. de controvers. inter Vasall & al. de beneficio.*

Sed in casu præsenti hactenus probatum non est, quòd Dominus M. Baro, postquam ipse majorem ætatem attigit, transactionem initam approbaverit & ratificaverit.

Igitur videtur dicendum, quòd nullo modo præsumi possit illam approbationem sive ratificationem subsecutam, quòdque illa approbatio sive ratificatio transactionis præcedentis inducta non fuerit per id, quod Dominus M. Baroniam in F. quam anteà totaliter ad ipsum pertinuisse asseritur,

quæque

quæque penes ipsum vigore transactionis initæ dimissa & relicta est, retinuit, & ex illa fructus & reditus percepit.

146 Sexagesimo quarto, † Ratificatio, approbatio & consensus superveniens non confirmat actum nullum propter omissionem formæ, *c. auditis. extr. de Elect. Innocent. c. dudum. extr. de reb. Ecclesiæ non alienand. Innocent c. prudentiam. extr. de offic. delegat. gloss. c. quâ fit de Elect. lib 6. Ioan. Andr. c. ratum de Reg. jur. lib. 6. Cyn. l. cùm antea. C de arbit. Barbat. consil. 42. nu. 5. lib. 1. Bald l. observare. §. post hæc. quæst. 14. ff de offic. Proconsul. Alberic. Brun. in tract. de form. in art. de potent. & affectib. form. 20. effectu.*

147 Similiter & ille actus † sive contractus, in quo dolus intervenit, ratificari nequit, & ille contractus, in quo dolus intervenit, per ratificationem subsequentem non confirmatur, *l. 1 & ibi Bald. Salycet. & Dd C. si major fact. rat. habuer. lib. 1 2 Rom. consil. 5 4 nu. 3. & 4. & ibi Horat. Mandos. in addit. Bart. consil. 42. n. 5. lib. 1. consil. 70. col. 2. lib. 3. Ruin consil. 170. nu. 29. lib. 1. Card. Paris. consil. 49. nu. 5. cum 5. seqq. consil. 100. nu. 60. lib. 1. Curt. jun. consil. 50. n. 8. Anton. Gab Rom. in tract. Regular. lib. 2. tit. de minor. conclus. 4. nu. 9. fac. text. l. 3. §. si quis. & ibi Bart. ff. de minor.*

Et hoc locum habet tàm in ratificatione expressa, quàm in ratificatione tacitâ. Namque per nullam penitùs ratificationem neque tacitam neque expressam confirmatur actus dolo malo gestus, *Salycet. & Dd. lib. 1. C. si major fact. rat. habuer. lib. 12. Card. Paris. consil. 100. nu. 70 lib. 1.*

Eodem quoque modo & ratificatio sive expressa sive tacita nunquam confirmat actum illum, in quo intervenit læsio enormis vel enormissima, & non obstante ratificatione cuilibet permittitur, illum actum, cui intervenit læsio enormis vel enormissima impugnare, *Bald. l. 1. arg. ill text. C. si major fact. alteri fact. ratum habuer. Barbat. consil. 42. nu 5. lib. 1. Fabian. de mont. in tract. empt & vendit. q. 8. Ruin. col. 5. vers. tertiò quæro, an possit renunciari. Panthal. de Crem. Rep. l. 2. nu. 98. C. de rescind vendit. Cassan. consil. 21. nu. 16. Anton. Gab. Rom. in tract. Regular. lib. 3. tit. de empt. & vendit. conclus. 1 nu. 40.*

Sed in casu præsenti ex parte Baronum A. B. prætenditur, transactionem initam inter Dominum M. & Dominum U. Baronem à N. propter omissionem formæ sive solennitatis requisitæ in alienatione rerum minoris per se & ipso jure nullam esse.

Similiter etiam prætenditur, Dominum M. & dolo & persuasionibus ad transigendum & renunciandum inductum, & in illâ transactione & renunciatione enormissimè læsum esse.

Igitur videtur dicendum, illam transactionem & renunciationem non esse confirmatam, etiamsi fides fieri posset, Dominum N. N. postquam is major effectus fuit, ipsam transactionem tacitè vel expressè approbasse & ratificasse.

Sexagesimo quinto, licet † contractus à minore tempore minoris ætatis initus confirmetur, si minor major factus intra quinquennium istum contractum non impugnaverit, *l fin. C. si major fact. alien fact. rat. habuer. cùm multis similibus inferiùs allegandis.* 148

Attamen hoc non habet locum eo casu, quando minor intra quinquennium postquam ipse major effectus fuit quoquo modo, etiam extrajudicialiter, tantum illum contractum impugnavit vel declaravit, quòd illum contractum ratificare non velit, Tunc enim ille contractus neque per lapsum quinquennii, neque per lapsum longioris temporis confirmatur, *Azo Accurs. Bart. & Salycet. l. fin C. si major fact. alien fact. rat. habuer. Anton. Gab. Rom. in tract. Regul. lib. 2. tit. de minor. conclus. 4. nu. 14. & 15.*

Deinde quoque prædicta Regula tantùm locum habet, quando contractus à minore tempore minoris ætatis initus est nullus propter defectum decreti Judicis.

Secus autem est, si ille contractus est nullus propter defectum causæ, quia videlicet ille contractus nullâ justâ causâ exigente initus fuit, Tunc enim per lapsum quinquennii vel majoris temporis talis contractus non confirmatur, *Corn. consil. 207. col. 1. lib. 3. Card. Paris. consil. 49. nu. 10. & 11 lib. 1. Anton. Gab. Rom. in tract. Regul. l. 2. tit. de minor. conclus. 4. nu. 5.*

Idem quoque juris est, si contractus à minore celebratus propter defectum aliarum solennitatum ultra decretum Judicis requisitarum nullus sit, Tunc enim talis contractus per lapsum sive silentium quinquennii aut etiam majoris temporis non confirmatur, *Iacob. de Aren. Cyn. Ioan. Fab. & Salycet. l. fin. C. Si major fact. alien. fact. rat. habuer. Corn. consil. 207. col. pen. lib. 3. Capit. decis. 92. Anton. Gab. Rom. in tract. Regul. lib. 2. tit. de minor. conclus. 4. nu. 6.*

Eodem

Eodem modo contractus à minore tempore minoris ætatis nulliter initus per lapsum quinquennii vel longioris temporis non confirmatur eo casu, quando ille contractus dolum annexum habet, *Curt. Iun. conf. 50. Card. Parif. conf. 49. nu. 5. cum 4. seqq. & conf. 100. nu. 69. lib. 1. Hipp. Rimunal. §. 1. nu. 127. Instit. quib. alien. licet vel non. Anton Gab Rom. in tract. Regul. lib. 2. tit. de minor. conclus. 4. nu. 7.*

Quod procedit non tantùm eo casu, quando dolus annexus contractui minoris est verus, sed etiam si ille dolus sit præsumptus, *Anton. Gab. Rom. in tract. Regul. lib. 2. tit. de minor. conclus. 4. nu. 9. & 10.*

Contractus quoque a minore initus per taciturnitatem quinquennalem post majorem ætatem tunc demum confirmatur, quando ille contractus præter defectum decreti judicis alias est justus, & bona fide celebratus.

Secus autem est, si ille contractus etiam alioquin sit injustus, & malà fide celebratus, utputa, si ille contractus sit simulatus, aut simili vitio laboret, prout hoc expressè & in specie tradit *Bald. conf. 45. lib. 2.*

Similiter quoq; & per lapsum vel silentium quinquennii contractus a minore initus non confirmatur eo casu, vel quando minor in isto contractu enormissimè læsus fuit, *l. 1. & ibi Bart. Bald & Salicet. C. si major fact. alien. fact. rat. habuer. Anton. Gab. Rom. in tract. Regul. lib. 2. tit. de minor. conclus. 4. num. 10.*

Vel quando ille contractus tali beneficio impugnari potest, quòd cuilibet etiam majori competit, *Bart. & Bald. l. 1. C. si major fact. alien. fact. rat. habuer.*

Vel quando ille contractus duplici vel pluribus defectibus laboret, *Bald. l. 1. C. si major fact. alien. fact. ratihabuer.*

Per lapsum quoque quinquennii vel majoris temporis contractus initus à minore cum tutore vel curatore suo non confirmatur, *Anton. de Butr. conf. 45. nu. 3. Card. Parif. in addit. ad Bart. l. fin. C. si major. fact. alien. fact. rat. habuer.*

149 Dispositio quoque *d. l. fin. C. si major fact. alien. fact. ratam* † *habuer.* hodiè non habet locum attentâ dispositione juris Canonici, prout hoc expressè tradit *Anton. de Butr. conf. 45. Ruin. conf. 41. col. fin. vers. præterea non potuit. l. 1. Card. Parif. in addit. ad Bart. l. fin. C. si major. fact. alien. fact. ratum habuer. Anton. Gal. Rom. in tract. Regul. lib. 2. tit. de minor. conclus. 4. nu. 13.*

Eam ob causam, quia is, qui rem minoris vel pupilli emit, vel alio titulo acquirit, vel non intervenientibus legitimis solennitatibus, vel in casibus a jure non permissis, est in mala fide, *l. quemadmodum. & ibi gloss. & Bart. C. de agric. & censit. lib. 11. c. qui contra. & ibi Dyn. Ioan. Andr. & Dd de Reg. iuris. lib. 6. gloss. l. 1 C. de fide instrum. lib. 10. Bald. conf. 347. col. 1. lib. 1. Rom. l. Celsus. col pen. vers. quarto in quantum. Bartolus. ff. de usucap. Felin. c. si diligenti. col. 3. extr. de præscript. Dec. l. non omnis. §. Si pupillus. col. 2. circ. med. ff. si certum petatur. Calcan. conf. 35. col. 4. Bellemer. conf. 10. col. 9. & col. 17. Cravett. conf. 134. nu. 16. & conf. 142. nu. 12.*

Et certum est, quòd is, qui est in malà fide se nullius temporis lapsu vel præscriptione tueri vel juvare possit, *c. fin. & ibi Dd. extr. de præscript. cum simillib. inferiùs allegandis.*

Sed in casu præsenti ex parte Baronum A. A. prætenditur, Dominum N. N. tempore transactionis initæ, fuisse minorem, & istam transactionem, non tantùm propter defectum decreti judicis, sed etiam propter defectum tam causæ quam aliarum solennitatum in contractibus minorum requisitarum, nullam esse & viribus carere.

Similiter prætenditur, in illà transactione intervenisse & dolum & metum & enormissimam læsionem, illamque transactionem & injustam esse & malà fide celebratam, atque non tantùm uno, sed pluribus defectibus laborare. Nec non & illam etiam talibus remediis, quæ cuilibet majori competant, impugnari posse.

Deinde etiam prætenditur, Dominum U. tempore illius transactionis initæ fuisse tutorem vel curatorem Domini M. Baronis a N.

Eodem quoq; modo prætenditur, quòd & Dominus M. & illius filii & posteri illam transactionem semper impugnaverint, & adhuc impugnent.

Illudque penitùs indubitatum est, jura Canonica prohibentia præscriptionem cùm malà fide, etiam in foro civili locum habere, sicut hoc inferiùs comprobabimus.

Igitur videtur dicendum, prædictam transactionem initam inter Dominum M. & U. Barones a N. N. per lapsum temporis confirmatam non esse, & dispositionem, *d. l. fin. C. si maior fact. alien. fact. rat. habuer.* in casu præsenti locum non habere.

Sexagesimo sexto, † renunciatio sive 150 refutatio feudi vel bonorum feudalium, etiam

etiam ritè, rectè & legitimè facta à Vasallo, fratri vel agnato suo ita accipitur, ut ista renunciatione sive refutatione non obstante, tam renuncians quam liberi & descendentes ipsius ad successionem illorum bonorum feudalium admitti debeant, si aut is, cui refutatio sive renunciatio facta est, aut filii vel descendentes illius absque liberis defuncti fuerint. *c. 1. §. Titius cum Sempronio. & ibi Dd. si de feud content c. 1. & ibi Iacob. de Belvis. Andr. de Iser. Bald. Alvar. Matt. Laud. Præpos. Matth. de Afflict. & Dd de eo qui fin. fec glos. c. 1. verb. reliquerit. & ibi Bald. num. 4. Alvarot. num. 3. vers. secunda conclusio. Matth. Laudans. num. 12. Præpos. nu. 4. Matth. de Afflict num 31. Imperator. Lothar. Eugen. Pap. Bart. l. qui Roma §. duo fratres num. 25. & ibi Alex & Dd. & Ias. num. 78. cum duobus seqq. Cravet. num. 145. cum 4. seqq. Socin. jun. num. 138. cum 4 seqq. ff. de verb. obligat. Bald. l. 1. quæst. 11. ff. de rer. divis. Bart. cons. 58. Frideric. de Sen. cons 77. & cons. 223. Rom. l. 1. quæst. 12. ad fin C. quando non pet. part. Alex. cons. 188. lib. 2. cons 104 l. 4 cons. 51. lib 5. Franstret. cons. 3. Ruin. cons 11. lib 1. Iacob de S. Georg. in tract feud. verb. & unus ex dictis Vasallis refutavit. num. 6.*

151 Et hoc usque adeò verum est, ut procedat etiamsi in ista refutatione, sive renunciatione Vasallus fratri vel agnato suo refutaverit omne jus, quod ipse in illis bonis habet vel habere sperat.

Namque nihilominus ille, cui refutatio facta est, ejusve liberis vel descendentibus absque filiis defunctus, renuncians nec non & liberi & descendentes illius ad successionem illorum bonorum feudalium admittuntur, *Bart l. qui Romæ. §. duo fratres nu. 24. & ibi Alex & Dd & Ias. nu. 78. cum 2. seqq. Ioan. Crott. n. 146 cum 4. seqq. Socin. jun. n. 138 cum 4. seqq §. de verb. oblig Frideric. de Sen. cons. 78. & cons. 228 Rom l unic. q. 12. C quand. non pet. part. Pet. de Aur. Alex. cons 178. lib. 2. cons. 105. lib. 4. cons. 21. lib. 5 Francis. Aret. cons. 3. Ruin. cons 11. n. 4. & 5 lib. 1. Iacob de S. Georg in tract. feudal. verb. & unus ex dictis Vasallis refutavit. nu. 6.*

Et confirmatur per id, Namque feuda æquiparantur fidei commissis, sive rebus restitutioni subjectis, *Andr de Iser c. 1. §. hoc quoq. num. 9. & ibi Matth. de Afflict. nu. 8; de success feud. Andr. de Iser. c. 1. §. quid ergo n 7. & ibi Matth. de Afflict. n. 20. de invest de re alien. fact. Andr. de Iser c. 1 num 10. de alien. feud. pater. Bald. cons. 38. n. 5 lib. 1. Matth. de Afflict. in prælud. feud. n. 178 Card. Paris. cons. 65. n. 16 lib. 3. Socin. jun. cons. 72. num. 27. lib. 1.*

Et clari juris est, nec non & a Dd. communiter traditum, quòd per istam renunciationem, qua unus alteri remittit, omnia illa jura, quæ habet, vel habere sperat, nemo excludatur a jure fidei commissi, *Bart. l. qui Romæ §. duo fratres quæst 6. & ibi Alex. Francis. Aret. & Dd. §. de verb. obligat Rom. l. 1. quæst. 12. C. quando non pet. parc. Curt. jun. cons 23. col. 2. & cons. 52. in fin. Francis. Aret. cons. 92. col. pen. Paul de Castr. cons. 448. col. fin. lib. 1. Cassan cons. 3. Godz. Lad. cons. 53. col 2 Hieron. Grat. cons. 60. col. 1. lib. 1. & cons. 126. col fin. lib. 2.*

Ex quo infertur etiamsi, fides fieri posset, quòd renunciatio facta a Domino N. N. de Baroniis controversis, Anno 1497. & Anno 1498. valeat & teneat.

Attamen cum filii Domini U. cui ista renunciatio facta est, absque liberis masculis defuncti sint, hanc renunciationem expirasse, & hac renunciatione non obstante Baronias controversas post mortem Domini N. N. Baronis à B. non Domino feudi apertas, sed Domino A. A. Baroni a B. ejusque patruis acquisitas.

Sexagesimò septimò, † renunciatio bonorum feudalium etiam ritè & legitimè facta a patre, filiis, nepotibus, vel aliis descendentibus, item etiam agnatis non nocet neque præjudicat. *Bald. l. qui se patris n. 11. & 12. C unde lib. Frans. Aretin. l apud Iulianum. §. si quis alicui col. fin. ff. de legat. 1. Iacob de S. Georg. in tract feud. verb. ne unus ex dictis Vasallis n. 8. Ruin. cons 95. col. 2. lib. 3. Anthon. Gab. Rom. in tract. Reg. lib. 3. tit. de Iur. dot. & dot. prom. jus conclus. 1. num. 60. Carol. Molin. in consuetud Paris. tit. 1. §. 30. num. 110.* 152

Ex quo infertur, etiamsi renunciatio Baroniarum controversarum facta a Domino M. Barone in B. avo Domini A. A. ritè & legitimè facta fuisset, & per se valeret, quod tamen illa renunciatio Domino A. A nihil obstaret, neque impedire potuisset, quo minus mortuo Domino N. N. absque filiis masculis Baroniæ controversæ Domino A. A. ejusque patruis acquisitæ fuisset.

Sexagesimò octavò † Pacta sive transactio inter certas personas inita, aliis personis non nocet neque prodest, *l si unus § à te omnia ff. de pact. l imperatores in prin. & ibi Bald. & §. fin. de transact. lib. 1. cod tit.* 153

Et regulariter nemo alteri stipulari vel pacisci potest, *l. stipulatio ista. §. alteri, & ibi*

Barth. Alex. Ias. & Dd. ff. de verb. obligat. §. alteri. & ibi Ang. & Dd. instit. de inutil. stipul. Alex. l. 1. ff. de pact.

Ex renunciatione quoque factâ certis personis, alius se juvare non potest, *l. jubemus Cod. h. t. Vellejan.*

Sed illa transactio de qua in casu præsenti agitur, nec non etiam renunciatio subsecuta, non est inita cum Imperatoria Majestate, vel suæ Imperatoriæ Majestatis prædecessoribus Regibus B. nempe, sed est inita inter Dominum M. & Dominum U. Barones B. Igitur videtur dicendum, illam transactionem & renunciationem Imperatoriæ Majestati non prodesse.

154 Sexagesimò nonò, † tàm filiis quàm agnatis proximioribus permittitur feudum & ritè & legitimè alienatum à parente vel agnato suo, revocare, *c. 1. §. hoc quoq; & ibi Dd. de his, qui feud. dar. pos. c. 1. §. Titius filios. Et ibi Dd. Si de feud. def. content. c. 1. in prin. & ibi Dd. de alien. feud. pater.*

155 Et † si filii, vel alii agnati proximiores feuda ritè & legitimè alienata non revocaverint, ipsis mortuis nepotibus aliisve sequentibus in gradu, feuda alienata revocare permittitur, *Andr. de Iser. c. 1. §. hoc quoq; num. 6. & ibi Alvarot. Præposit. & Matth. de Afflict. de success. feud idem Matth. de Afflict. c. 1. §. Titius num. 7. si de feud. def. content.*

156 Nec † tempus ad revocanda feuda alienata præscriptum nepotibus aliisve sequentibus in gradu labitur antequam filii vel alii proximiores mortui fuerint, *Matth. de Afflict. cap. 1. §. Titius num. 7. & de feud. def. content. Frans. Sonsbec. in tract. feud. par. 13. Albert. Brun. cons. 40. num. 5. & cons. 80. num. 20. Hieron. Schurf. cons. 100. lib. 2.*

157 Et licet † actio Revocatoria feudi, est actio personalis in rem scripta, atque contra quemlibet possessorem feudi datur, sicut hoc in simili tradit, *Capol. cons. civilium, cons. 43 num. 3. cons. 65. Cassan in consuetud. Burg. tit. des. retract Tiraquel in tract. de utroq; Retract. par. 1. §. 8. gloss. num. 6. & 8.*

Ex quo videtur dicendum, etiamsi transactio inita inter Dominum M. & Dominum U. Barones a B. firma & valida esset, & Dominus M. per illam Baronias controversas ritè atque legitimè transtulisset in Dominum U. quod tamen Domino A. A. Baroni a B. nepoti Domini M. saltem permitti debeat istas Baronias revocare atque repetere, quodque Dominus A. A. istam actionem revocatoriam contra quoslibet possessores Baroniarum controversarum instituere possit.

Septuagesimo, † eo casu, quando feudum ex divisione ad unum tantùm ex pluribus filiis vel agnatis pervenit, alii filii, vel agnati, ratione illius feudi investituram petere non tenentur, antequam illis istud feudum rursus apertum fuerit, *c. 1. §. omnes filii, & ibi Dd. si de feud. def. content. Iacob. de S. Georg. in tract. feud. verb. qui quidem investiti num. 22. Zas. in tract. feud. part. 7. num. 10.* 158

Similiter quoque clari Juris est, † quòd secundum dispositionem juris communis Vasallus investituram petere non teneatur ratione illius feudi, quòd ad ipsum quidem immediatè pertinet, sed non ab ipso, verùm ab alio possidetur, *Andr. de Iser. & Matth. de Afflict. c. 1. in princ. de capit. corrad. Alvar. Præpos. & Matth. de Afflict c. 1. in prin. quæ fuit. 1. caus. Bald. l. solennibus. C. de rei vendicat. Pet. de Anchar cons 174. num. 6. Alex. cons. 71 col. fin. lib. 1. Dec. cons. 144. num. 6. Matth. de Afflict. c. 1. in prin. num. 63. quo tempore mil. Cur. jun in tract. feud. par. 4. nu. 53. Iacob. de S. Georg. in tract. feud. verb. qui quidem investiti num. 32. Socin. jun. cons. 115. num. 18. lib. 2. Ruin. cons. 35. num. 25. lib. 1.* 159

Eodem modo † in Vasallis ratione feudi litigiosi, quandiu lis pendet investituram petere non tenetur, *Iacob. de Ardi Zon. in tit. quib. mod. feud. amit §. Quid si Vasallus. Matth. de Afflict. c. 1. in prin. num. 6. quæ fuit 1. caus.* 160

Sed per transactionem nitam, Annò 1497. Baroniæ controversæ pervenerunt licet nulliter ad Dominum U. Baronem à B. & ab eo tempore neque Dominus M. Baro in B. avus Domini A. neque filii vel nepotes illius, Baronias controversas possiderunt.

Et insuper, ex parte Baronum à B. prætenditur, illas Baronias ab eo tempore semper litigiosas fuisse.

Igitur videtur dicendum, neque Domino M. neque ejus filiis, aut nepotibus quicquam imputari posse, etiamsi ipsi per

tala

tale tempus investituram ratione bonorum controversorum neque petiisset neque obtinuisset.

161 Septuagesimo primo, † Felonia commissa, vel propter investituram non petitam, vel propter alias causas, eo ipso remissa intelligitur, quòd Dominus Vasallum postea de feudo investit, *Iacob. de Belvis. Andr de Isern. Alvarott. Mart. Laud. Præpos & Matth. de Afflict. c. 1. §. insuper de prohib. feud. alien. per Frider. Alex. cons 79. nu. 11. lib. 1. cons 13. nu. 17. lib 6. Hieron. Grat. cons 2. duob. 2. lib. 2. Socin. cons. 66. col. 9. lib. 3. Zas in tract feud. par. 10. nu. 77. Hieron. Schurff cons. 28. nu. 8. lib. 3.*

Et idem quoque juris statuendum esse videtur, si Dominus feudi Vasallum post feloniam commissam de feudo simultaneo investierit.

Sed ex parte Baronum in B. prætenditur, quòd Rex L. Anno 1526. Dominum L. F. M. B. W. J. Barones a B. cum Baroniis controversis investierit, atque omnes & investituras & simultaneas investituras renovaverit.

Igitur videtur dicendum, Regem L. eò ipso Baronibus in B. remisisse omnem omninò feloniam, si quæ forsan ab ipsis vel parentibus ipsorum propter investituram non petitam vel aliam causam antea commissa fuisset.

162 Septuagesimo secundo, † Delictum sive felonia vasalli in omittendo sive negligendo consistens, quale est, investituram non petere, servitia non præstare, & similia, non nocet neque filiis, neque nepotibus, neque agnatis vasalli, sed si vasallus propter tale delictum, ut feloniam feudo privetur, illud feudum non applicatur Domino, sed applicatur filiis, nepotibus, vel agnatis vasalli delinquentis, *Andr. de Isern. c. 1. § fin & ibi Alvarot. & Præpos. n. 15. quo temp. mil. Andr. de Isern. c. 1. §. fin. & ibi Alvarot. conclus. 20. Præpos. nu. 4. quæ fuit. 1. caus. Curt. Iun. in tract. feud. part. 5. nu. 12. Socin. cons. 66. nu. 18. lib. 3. Rol. à Val. cons. 64. nu 30. lib. 2. Alciat. cons. 182.*

Ex quo infertur, etiamsi parens vel avus, aut majores Domini A. A. Baronis à B fuissent negligentes in petendo investituram vel præstando servitia, aut aliam feloniam in omittendo sive negligendo consistentem commisissent, quòd tamen hoc Domino A. A. nihil nocere neque obesse posset.

Septuagesimo tertio, † Si feudum fuerit vasallo concessum propter benemerita vel egregia servitia, vasallus propter nullam penitùs feloniam feudo privatur, & felonia a vasallo commissa, neque ipsi delinquenti, neque filiis, vel posteris illius quoad amissionem feudi nocet, *Iacob. de Raven. in sua sum. tit. quib. mod. feud. amitt. Bald. c. 1. nu. 4. si vasall. feud privetur. Bald. & Mart. Laud. c. 1. an mutus vel aliter imperfectus. Abb. cons. 30. nu. 3 lib. 2. Ias. l. si non sortem. §. Libertus. nu. 8. ff. de condict. indeb. Iacob de S. Georg. in tract. feud. verb. dictiq; vasalli. nu. 58. limitat. 4. Curt. in tract. feud. part. 5. nu. 8. Zas. in tract. feud. par. 10. nu. 102. Tiraquel Rep. l si unquam. verb donatione largitus. nu. 14 C. de revoc. donat. ubi ipse multos alios Dd. ad hoc citat.* 163

Similiter & delictum sive felonia vasalli nunquam præjudicat filiis, nepotibus vel agnatis ipsius, eo casu, quando in investitura dictum est, feudum esse concessum vasallo, & hæredibus illius ea conditione, ut de uno in alterum revertatur, vel feudum esse concessum vasallo & hæredibus illius, & omnibus principaliter, vel attentis meritis singulorum, *Bald c. 1. si vasall. feud. privet. Bald. c. 1. de vasall. qui cont. constitut. Lothar. Reg. Alex. cons 103 nu. 17. lib. 1. Dec. cons. 544. & cons. 607. Curt. in tract. feud. par. 5. num. 3. Iacob. de S. Georg. in tractat. feud. verb. & dicti vasalli num. 58. Zas. in tractat. feud. par. 10. num. 102. Alciat. consil. 182.*

Et idem quoque juris esse videtur, Si in investitura dictum sit, feudum esse concessum vasallo propter servitia, quæ ipse vasallus Domino præstitit, item & propter servitia, quæ ipse vasallus & hæredes ipsius Domino in posterum præstabunt.

Nam illa clausula videtur æquipollere clausulæ attentis meritis singulorum, ideóque eundem effectum præstare debent, *Arg. l. mulier. in princ ff. ad Senatusconf. Trebell. l. si mater. C de institut. & substit. Bart. Alex. & Ias. l. Gallus. §. & quid si tantùm. ff. de liber. & posthum.*

Sed ex investitura Regis L. liquet, proavum Domini A. A. Baronis in B. ejusque hæredes & posteros de Baroniis controversis partim investitos, partim verò simultaneè investitos, propter benemerita, & egregia servitia, item, attentis meritis singulorum, sicut hoc satis patere videtur ex sequenti clausula, Haben wir angesehen

F 2 ihre

jhre fleissige Bitte / auch getrewe vnd angeneme Dienste / die jhre Vorfahren vnsern Vorfahren gethan haben / vnd sie vns teglich thun / vnd hinfort thun sollen vnd mögen in künfftigen Zeiten.

Igitur videtur dicendum, etiamsi fides fieri posset, patrem, avum, proavum, aut etiam agnatos Domini A A. Baronis a B. commisisse felonias privatione feudi dignas, & consistentes non tantum in omittendo, sed etiam in committendo, sive faciendo, sive erga Dominum, sive erga alium, hoc tamen A. A. Baroni a B. nihil obesse, neque illum a repetitione vel revocatione Baroniarum controversarum removere vel excludere.

164 Septuagesimo quatto, superiùs comprobatum est, † si in posteriori investitura quid immutatum fuerit, illud præsumi factum esse vel per errorem, vel per impressionem, eamque ob causam non nocere, neque ei, qui talem investituram recepir, neque aliis.

165 Similiter quoque clari juris est, † illud, ad quod faciendum vel recipiendum quis metu inductus est, viribus carere, & saltem rescindendum esse, *l. 1 ff. quod met. caus.*

166 Et legibus expressè cautum, † quòd minæ potentis, sive illius, qui potestate majori præditus est, justum metum inducant, *gloss. 3. ff. ex quibus caus. major. Ioan. Andr c si vero. extr. de jurejur. Gemin. cons. 152. Cravett. cons. 49. nu. 1. Menoch. in tract. de arbitr. Iudic. qq. lib. 2. cent. 2. idem cons. 136. nu. 11.*

167 Deinde quoque clari juris est, † quòd factum unius, etiamsi justum & legitimum, alteri non noceat, neque præjudicet, *l. non debet alteri. & ibi Dec. & Cognol ff. de Reg jur. l. factum suum. ff. eod. tit. l si unus. § ante omnia ff. de pact l. cohæredibus C. famil. hercisc. c. denique. 14. quæst. 5. gloss. fin. c. 1. & ibi Iacob. de Belvis Andr. de Isern. Bald. Alvar Præpos. & Matth. de Afflict. de eo, qui fin fecit.*

Sed licet in investitura Imperatoris F. Barones a B. tantùm sint investiti de Baronia F. nec sint simultaneè investiti de Baroniis controversis: Attamen prætenditur, istam investituram in hoc discrepare a præcedentibus, & antiquioribus investituris.

Igitur videtur dicendum, illam mutationem sive potiùs omissionem in investitura Imperatoria F. factam esse per impressionem vel errorem, eamque ob causam Baronibus a B. nihil nocere neque obesse.

Præterea etiam prætenditur, quòd cùm Barones a B. istam investituram recipere recusaverint, Princeps a P. tunc temporis Cancellarius Regni B. ipsis minatus fuerit, si illi eam investituram non receperint, illos etiam Baronia in F. privatum iri.

Quòdque Barones in B. istis minis, & sic justo metu inducti, literas investituræ recipere coacti fuerint.

Deinde etiam prætenditur, quòd Dominus A. A. isti receptioni investituræ ita mutatæ non consenserit, neque pro redimendis illis literis investituræ quid contribuerit.

Igitur videtur dicendum, illud, quòd patrui Domini A. A. à B. istas literas investituræ receperint, Domino A. A. tanquam tertio nihil obesse.

Septuagesimo quinto, † Sententia lata 168 per appellationem interpositam, penitus & extinguitur & enervatur, & perinde habetur, atque si prolata non fuisset, *l. e. §. fin. & ibi Bart. ff. ad Senatusconf. Turpil. l. si quis filio exhæredato. §. Hi aut omnes. ff. de injust. rapt. irritoq; fact. testam. l. fur. 1. §. e. Et ibi Bart. ff. de his qui not. infam. l. 1. ff. nil novan. appellat. pendent. l. 7. §. fin. ff. de pœn. l. qui cùm major. § accusare. ff. de bon. libertor. Bald. in Rubr. C. de appellat. Bald. & Ang. l. tale pactum. §. qui provocavit. ff. de pact. Anton. de Butr. Imol. & Abb c. venientes. extr. de jurejuran. Imol. Alex. & Iaf. l. 1. ff. de re judic. Abb. Dec. Philipp. Franc. & Doctores. Rubr. extr. de Appellat. Alex. l. si causa cognita. C. de transact.*

Sed in casu præsenti prætenditur, licet etiam lata in judicio provinciali inferioris Lusatiæ Anno Domini 1551. pronunciatum sit, patruos Domini A. A. Baronis a B. in Baroniis controversis jus simultaneæ investituræ non habere.

Attamen

Attamen ab illâ sententiâ intra tempus legitimum & servatis servandis appellatum esse.

Ideóque videtur dicendum, per istam appellationem sententiam, omnesque vices illius penitùs extinctas, ita ut illa in nulla consideratione haberi possit.

169 Septuagesimo sexto, † Res inter alios acta, aliis non nocet, neque prodest. *l. 1. & 2. C. res inter alios act. l. 2. C. de fid instrum. l. pen. & ibi Dd ff. de re judicat. l. Modestinus ff de excepț. l. 1. ff. except. rei judicat. l. si cui. §. eidem. ff. de accusat. c. inter dilectos ex. de fid. instrum. c cum super & c. pen. & ibi Dd. de sentent. & re judicat. Tiraquel. in tract Res inter alios act.*

170 Et hoc usque adeò verum est, ut † in feudis, sive in bonis feudalibus sententia lata contra unum vel aliquos aliis non noceat neque præjudicet, *Andr. de Isern. Præpos. & Matth. de Afflict. c. 1. § si Vasallus fi de feud def content. Dec. conf. 445. num. 29. Socin. jun. conf. 131. num. 93. lib. 2. Cravett. conf. 60. num. 1. conf. 197. num. 7. Cagnol l. res judicata. num 5. ff. de Reg. jur. Felin. c. fin. num. 5. ex. de major. & obed Capit. decis. 20. num. 23. Curt. in tract. feud. par. 7. quæst. 9. num. 29. Zas. in tract. feud par. 9. num. 21.*

Et confirmatur per id, quod Dd. tradunt, quòd sententia lata contra eum qui rem aliquam extra familiam alienare prohibitus est, aliis de familia non noceat neque obsit, nisi illi ad eam citati fuerint. *Bart. l. filiusfamiliâs. §. duci. ff. de legat. 1.*

Sed licet in casu præsenti, Anno Domini 1551. pro Baronibus a B. in S. B. S. M. & F. contra Barones à B. in F. patruos Domini A. A. ratione & juris succedendi, & simultaneæ investituræ in Baroniis controversis sententia prolata, atque pronunciatum sit, Barones a B. in F. jus succedendi & simultaneæ investituræ in Baroniis controversis non habere.

Attamen illa sententia respectu imperatoriæ Majestatis est res inter alios acta Similiter & illa sententia respectu Domini A. A. Baronis a B. est res inter alios acta.

Igitur videtur dicendum, illam sententiam imperatoriæ Majestati non prodesse neque patrocinari, nec imperatoriam Majestatem se illa. sententia tueri vel juvare posse.

Eodem modo videtur dicendum, illam etiam Domino A. A. Baroni a B. non obesse, nec ullum præjudicium parere.

Septuagesimo septimo, † in feudo antiquo indistinctè habet locum jus accrescendi, & uno vel pluribus a portione suâ feudi exclusis, illa portio non ad Dominum devolvitur, sed aliis accrescit, sive jure accrescendi acquiritur, *Bald. Auth si quas ruinas. C. de SS. Eccles. idem Bald. l. 1. num. 32. C. quando non pet part. idem Bald. l. 1. num. 13. C. de caduc. toll. Alex conf. 30. num. 7. lib 1. Socin conf. 66. num. 12. lib. 3. Dec. conf. 53. Card Paris. conf. 6. & conf. 13. num. 7. lib. 1. conf. 13. nu. 57. lib. 2. Curt. in tract. feud. part. 2. 2 part. princ. nu. 74.* 171

Præterea quoque Dd. concludunt, † quod jus accrescendi etiam locum habeat in feudo novo, eo casu, quando illud feudum est concessum ab Imperatore vel à Rege, *Bald. 1. §. in primo. C. de caduc. toll. Bald Præpos. & Matth. de Afflict. c. 1. de fratrib. de no. benef. invest. Bald. & Præpos. c. 1. de duob. fratribus. à capit. invest. Præpos. c. 1. §. Et quia vidimus num. 56. & ibi Matth. de Afflict. num 16. de his qui feud. dar poss. Alex. l. si mihi, & Titio in prin ff. de verb. oblig. Alex. in add ad Bart l. 1. argum. illius tex. C. si liberal. imperial socius lib. 10. Alex. conf. 30. lib. 1. conf. 24. nu. 7. lib. 5. Socin. conf. 66. nu. 12 lib. 3. Jas. conf. 1. col. 5. lib. 3. Jacob. de S. Georg. in tract feud verb. sed an Princeps num. 16. & verb nobiles Agast. num. 6. Nicol. Everhard. in sua Topic. in loc. argumenti à contrar. sens.* 172

Sed in casu præsenti prætenditur Baronias controversas esse feuda antiqua Baronum a B.

Et dubio omni caret, istas Baronias Baronibus a B. in feudum concessas, & Barones a B. illas Baronias tanquam feudum recognoscere a Regibus B.

Igitur videtur dicendum in illis Baroniis jus accrescendi locum habere.

Similiter videtur dicendum, etiamsi probari posset patruos Domini A. A. quolibet modo vel per sententiam latam vel aliter exclusas esse à Baroniis controversis sive à portione sua, quam ipsi in Baroniis controversis habuêre, illud tamen jus, sive illam portionem non imperatoriæ Majestati tanquam Regi B. apertam, sed Domino A. A. jure accrescendi acquisitam.

173 Septuagesimo octavo, † impubes sive pupillus investituram petere non tenetur, & impuberi sive pupillo tempus petendi investituram non labitur neque currit, *c. 1. §. si quis decesserit & ibi Dd. si de feud. defunct. content. c. 1. §. Praeterea si quis infeudatus. & ibi Dd. de prohib. feud alien. per Frideric. Iacob. de S Georg. in tract. feud verb qui quidem investiti. num. 43. Curt. in tract. feud. par. 4. num. 46.*

174 Et hoc habet locum indistinctè † sive impubes Tutorem habeat, sive non, *Alvar. vet. & Matth. de Afflict. c. 1. §. si minori, si de feud. def. content. Iacob de S Georg. in tract. feud. verb. qui quidem investiti, num. 24.*

175 Item, † etiamsi is impubes sit doli capax, *Alvar. & Praepos. c. 1. §. si minori, si de feud def. content. Praepos. c 1. in prin. n. 14. quo tempore mil.*

176 Item † etiamsi is impubes sit proximus pubertati, *Iacob. de S. Georg. in tract. feudal. verb. qui quidem investiti. num. 26.*

177 Et licet † tempus petendi Investituram petentibus etiam minoribus ipso jure currat, ita, ut si puberes etiam minores intra annum postquam pubertatis annos attigêre, investituram non petierint, ipsi feudo priventur, tam secundum Juris civilis sanctionem, *c. 1. §. Praeterea si quis infeudatus, & ibi Dd. de prohib. feud alien. per Frideric.* quam secundum juris Saxonici dispositionem *glos. art. 26.* Wichbild.

178 Attamen † minoribus contra hanc negligentiam & laesionem restitutio in integrum conceditur, atque ipsis hac restitutione in integrum implorata permittitur, etiam post annum & diem investituram petere, & jus suum salvum & illaesum conservare, *glos. Bald. Alvar. Praepos. & Matth. de Afflict. c. 1. in prin. quae fuit. 1. caus. Alex. cons. 79. lib. 1. Curt. in tract feud. par. 4. num. 46. Rol. à Vall. cons. 18. num. 21. lib. 1. Socin. jun. cons. 115. num. 23. lib. 2.*

179 Et licet, † restitutio in integrum regulariter peti nequeat, nisi intra quadriennium ab eo tempore computandum, quo quis majorem aetatem attigit, *l. fin. C. de tempor. in integrum restitut.*

Et secundum multorum Dd. sententiam restitutio in integrum adversus lapsum temporis sive negligentiam vel laesionem respectu temporis causatam, eo casu, quando illud tempus minus est quadriennio, peti non possit, nisi intra illud tempus contra cujus lapsum quis in integrum se restitui postulat, *glos. l. sed etsi per Praetorem, §. quoties ff. ex quib. caus. major. Bart. Bald. Ang. & Salycet. l. fin. C. de tempor. in integrum restitut. Bart. & Bald. l. ab hostibus §. sed quod simpliciter ff. ex quib. caus. major. Bart. l. ait praetor. §. si conditionalis ff. quae in fraud. creditor. spec. §. restat. num. 1. tit. de in integrum restitut. Iacob Butrigar. & Dyn. § rursus. & ibi Ang. n. 6. Ias. num. 69. instit. de Action. Iacob. de Aret. & Paul. Castr. l. quo tempore C. de restitut. milit.*

Et sic videatur dicendum restitutionem in integrum adversus investituram non petitam postulari non posse, nisi intra annum & diem, ab eo tempore computandum, quo quis major effectus est.

Attamen Dd. tradunt restitutionem in integrum non tantùm intra quadriennium, sed semper, & quandocunque citra praefinitionem temporis peti posse, eo casu, quando laesio est enormissima, & valde excessiva, prout hoc tradunt, *Dd. § citati.*

Praeterea quoque Dd. tradunt † tempus petendi investituram in feudo haereditario etiam majori non currere, antequam ipse hereditatem defuncti adivit, & se pro haerede gessit, *Bald. & Matth. de Afflict. c. 1. in prin. arg. ill. tex. de capit. corrad. Alvar. c. 1. in prin. quae fuit. 1. caus. Alex. cons. 79. n. 31. lib. 1. Iacob de S. Georg. in tract. feud. verb. ita quod ipsi. num. 14. & verb. qui quidem investiti num. 35. Matth. de Afflict. c. 1. in prin. num. 1. quo tempor. mil. Curt. jun. in tract. feud. par. 4. num. 57.* 180

Et in feudo † ex pacto & providentia tempus petendi investituram etiam majori non labitur, nisi ab eo die quo is respectu illius feudi cujus investituram petere tenetur, se pro Vasallo gesserit, *Praepos. c. 1. in prin. nu. 4. quae fuit. 1. caus.* 181

Sed ex parte Domini A. A. Baronis à B. praetenditur, quòd ipse tempore L. Regis vel nondum natus, vel saltem impubes fuerit, quodque ipse & initio Regni Imperatoris F. similiter & infans, vel impubes fuerit.

Deinde etiam ex parte Domini A. A. Baronis a B. asseritur, quòd ipse antequam major effectus fuit, neque haereditati, neque feudis paternis se immiscuerit, seque ante illud tempus neque pro haerede patris, neque pro Vasallo, ratione Baroniarum controversarum, gesserit.

Praeterea

Præterea etiam prætenditur, quòd Dominus A. A. Baro à B. statim atque ipse majorem ætatem attigit, & hæreditatem, & feuda paterna acceptavit, & se pro hærede patris, atque vasallo, ratione Baroniarum controversarum, gesserit, & ab illo tempore intra annum & diem investituram nomine Baroniarum controversarum, non semel, sed sæpiùs, nec non & instanter & instantissimè petierit.

Igitur videtur dicendum, quòd Domino A. A. Baroni in B. nulla possit imputari negligentia in petendo investituram, quodque ipse multo minùs propter illam negligentiam Baroniis controversis privari possit, vel potuerit.

Ulteriùs etiam dubio omni caret, si Domino A. A. Baroni in B. aliqua negligentia petendi investituram imputari, atque ipse propter hanc negligentiam Baroniis controversis privari possit, hoc non tantùm cum læsione enormi, sed etiam cum læsione enormissima, & valdè excessiva conjunctum esse.

Et ex eo videtur inferri, licet ab eo tempore, quo Dominus A. A. Baro in B. major factus est, non tantùm quadriennium, sed viginti & plures anni elapsi sint, ipsi tamen Domino A. A. contra negligentiam petendi investituram, & læsionem inde descendentem, & restitutionem in integrum concedendam, & mediante restitutione in integrum permittendum adhuc, & investituram petere, & jus suum salvum illæsum & incolume conservare.

182 Septuagesimo nono, † in illis locis, in quibus Baroniæ controversæ sitæ sunt, jus Saxonicum servatur, ideoque dubio omni caret, quòd respectu illarum Baroniarum, in omnibus omninò actibus tam judicialibus, quàm extrajudicialibus jus Saxonicum servari debeat.

Cùm sit clari & indubitati juris, quòd in feudis semper inspicienda, sequenda & servanda sint, leges, atque statuta illius loci, in quo feuda, de quibus agitur, sita sunt, *Bald. c. 1. §. si qua controversia de pac. constant. Matth. de Afflict. decis. Neapol. 226. nu. 51. Card. Paris. cons. 13. nu. 18. cons. 21. nu. 14. lib. 1. C. stan. in consuetud. Burg. tit. de feud. §. 7. glos. 2. col. 1. Carol. Molin. in consuetud. Paris. tit. 1. §. 7. nu. 34.*

Præterea jure Saxonico expressè cautum est, quòd Dominus feudi vasalli sui impuberis tutor sit & esse debeat, juxta text. *clar. & express. cap. 26. vers.* Der Herr ist ja immer des Kindes Vormunde. Lehenrecht.

Deinde quoque clari juris est, † quòd tutor teneatur, non tantùm de male gestis, sed etiam de omnibus neglectis, *l. generaliter. l. si tutor constitutus. l. à tutoribus, in princ. ff. de administrat. tutor. l. si res. C. de peric. tutor. l. 2. & l. quicquid. C. arbitr. tutel. Rom. cons. 425. Ioan. Mol. in tract. de in lit. jur. §. 5. nu. 16. & 17.* 183

Et licet † secundùm dispositionem juris civilis tutela finiatur, eo ipso, quòd pupillus pubes effectus, atque si is masculus sit, 14. annum ætatis complevit, *Instit. quib. mod. tutel. fin. in princ. & ibi Ioan. Fab. Ang. Sylvestr. Aldobrand. & Dd.* 184

Et de jure † Saxonico feudali tutela finiatur eo ipso, quòd pupillus 13. annos & sex menses suæ ætatis complevit, *cap. 26. in princ.* Lehenrecht. *& traditur in differ. inter jus civile & jus Saxon. diff. 16. lib. 1.* 185

Attamen † tutor etiam post tutelam finitam cogitur, & obligatus est pupillum admonere, ut ipse sibi curatorem petat, alioquin ipse de omnibus neglectis etiam post tutelam finitam tenetur, *l. ita autem. § pen. & ibi Goffred. Bart. Alberic. de Rosat. & Dd. ff. de administrat. tutor. l. admone. la. 2. C. qui petant tutor. Bertachin. in suo Repertor. verb. tutela, finitur. nu. 36.* 186

Quinimò, multi Dd. tradunt, quòd tutor finita tutela, teneatur pupillum suum non tantùm admonere, ut ipse sibi curatorem petat, sed etiam obligatus sit pupillo suo curatorem petere, quodque si ipse pupillo suo curatorem petere omiserit, ipse de omnibus neglectis teneatur, & conveniri possit, *Ioan. Fab. Ang. & Sylvestr. Aldobrand. §. fin. instit. quib. mod. tut. finitur. Arg. l. tutores qui. § qui negocijs. & l. à tutoribus. §. 1. ff. de administrat. tutor. l. admone, la. 2. C. qui pete. tutor.*

Ulteriùs etiam videtur dicendum, † quòd quilibet Magistratus ratione officii sui obligatus sit, pupillis & minoribus tutores vel curatores dare, etiamsi hoc ab ipsis petitum non fuerit, quodque si ipsi pupillis vel minoribus tutores vel curatores non dederint, ipsi ad id, quod interest, conveniri possint, *l. nequaquam. §. Advocatos. & ibi Doctores. ff. de offic. Proconsul. l. 1. §. Magistratibus imputatur. ff. de* 187

Magistrat. conveniend. Bart. Alex. Rip. & Dd. l. 4. §. hoc autem judicium ff de damn. infect.

Sed Imperator F. tanquam Rex B. fuit Dominus feudi Domini A. A. Baronis à B. & Dominus A. A. Baro in B. fuit vasallus suæ imperatoriæ Majestatis.

Et notorium esse perhibetur, quod Dominus A. A. Baro in B. sub initium Regni Imperatoris F. fuerit & infans & impubes.

Igitur videtur dicendum, quòd secundùm dispositionem juris Saxonici sua imperatoria Majestas durante pupillari ætate Domini A. A. ipsius Domini A. A. tutor legitimus fuerit & esse debuerit.

Similiter videtur dicendum, quòd sua imperatoria Majestas obligata fuerit, postquam Dominus A. A. Baro in B. puberes annos attigit, ipsum & admonere, ut sibi curatores peteret, vel illi etiam non petenti curatorem dare, saltem tanquam Magistratus.

Deinde etiam prætenditur, quòd Imperator F. Dominum A. A Baronem a B. postquam is pubes effectus fuit, eum admonuerit, ut sibi curatorem peteret, neque etiam ipsi Domino A. A. curatorem dederit.

Igitur videtur dicendum, etiamsi Dominus A. A. postquam is puberes annos atgit, etiam in minori ætate obligatus fuisset investituram petere, quódque ipse in non petendo investituram tempore minoris ætatis negligens censeri possit, quòd tamen hæc negligentia non ipsi Domino A. A. sed Imperatori F. imputari debeat, atque Imperator F. & obligatus fuerit, & præsens imperatoria Majestas tanquam hæres & successor Imperatoris F. adhuc obligata sit Domino A. A. Baroni a B. omnia damna, omneque id, quod interest, refundere.

188 Octuagesimo, † Dispositio qualibet generalis nullo modo distingui vel restringi, sed generaliter intelligi, & ita accipi debet, ut omnes omninò casus, omnesque personas comprehendat nullis penitùs exceptis, sicut hoc supra latè comprobavi.

189 Et inter cætera † dispositio generalis sive generaliter concepta, de agnatis loquens, omnes omninò agnatos omnium graduum comprehendit, *l. 1. ff. de leg. præstand.*

190 Deinde etiam dispositio † generalis, comprehendit casus, personas, & res privilegiatas, *l in fraudem. §. finali & ibi Bald. ff. de testam. milit. Bald. l. omnes populi ante fin. ff. de justit. & jur Dec. lib. 1. col. 2. ff. de Reg. jur. Dec. l. nemo potest. in princ. ff. eo tit. Dec. cap. cùm ordinem. col. 2. extr. de rescript. Dec. c. sedes apostolica. col 5. extr eod tit. Dec. cons. 5. cons. 48. col 2 cons. 61. col. 1. cons. 131. Rip. l. 1. nu. 60. ff. de vulg. & pupillar. Godzad. cons. 97. nu. 7.*

Præterea etiam † dispositio generalis comprehendit etiam personas constitutas in dignitate non tantùm in vulgari, sed etiam in magna, majori & maxima, quales sunt Reges, Duces, Comites, Barones, Cardinales, Episcopi, & similes, *Oldrad. cons. 211. cons. 293. col. pen. cons. 321. Paul. Castr. & Corn. l. fin. C. de verb. significat. Ioan. Monach. in extravagant. excommunicamus, super verb. Clericus Archidiac. Ioan Andr. & Dominic. c. nemo, de Elect lib. 6. Dominic c. 1. col. 1. de schismat l. 6. Card. Clem in plerisq; in fin. princ. de Elect. Francisc. Pavi. in extravagante ad anus. Felin. c. ad aures. nu. 11. extr de rescript. Felin. c. cùm in ture. nu 7. vers. quod imò, in materia stricta. extr. de offic. deleg. Felin. c. quod super his. extr. de fid. instrum. Dec. lib. 1. nu. 24 C. de mandat princip. Dec. c. Ecclesia S. Mariæ. nu. 14. circ. fin. & n. 15. extr. de constitut. Ioan. Lecirier. in tract. de primogenitur. lib. 1. quæst. 24. nu. 31. & 32. Ruin. cons. 4. nu. 19. lib. 5.* 191

Et hoc potissimùm procedit, † vel quando ratio dispositionis etiam in personis constitutis in dignitate magna, majori vel maxima locum habet, *Dec. c. Ecclesia S. Mariæ. nu. 14. circ. fin. extr. de constitut. Gomes. in Regul cancellar. Reg. de infirmor. resignat. q. 3.* 192

Vel quando dispositio generalis est æquè per partionabilibus personis constitutis in dignitate magna, majori vel maxima, *Ioan. Monach in extravagant. excommunicamus. Dominic. c. ad succedendas de schismat. lib. 6 Bartholoma. de Bellenzin. in tract. de charitat. subsid. q 66. nu. 17.*

Vel quando illa dispositio est favorabilis, *Barthol. de Bellenzin. in tract. de charitati. subsid. q. 66. nu. 17.*

Præsertim si favorem publicum respiciat *Gomes. in Regul. Cancellar. Reg. de infirmor. resignat q. 3. circ. fin.*

Vel quando illa dispositio nos reducit ad jus commune, *arg. l. si unus. §. Pactus ne peteret ff. de pact.*

Similer videtur dicendum, † quòd sub dispositione generali etiam comprehendantur tales res, atque talia bona, quæ habent annexam dignitatem magnam, majorem vel maximam, eo potissimùm casu, vel quando illa dispositio est favorabilis, vel illa dispositio recipit favorem publicum, vel quando illa dispositio æquè est proportiona- 193

tionabilis rebus sive bonis habentibus, annexam dignitatem magnam, majorem vel maximam, vel quando ratio illius dispositionis etiam habet locum in illis rebus, vel quando per istam dispositionem res naturæ suæ pristinæ redditur, vel ad jus commune antiquiùs redimus.

Namque clari & indubitati Juris est, quòd bonum sit argumentum de personis ad res, quódque dispositum de personis etiam ad res extendatur, *l quod facere & ibi Alberic. de Rosat, & Bald. ff. de stat hom. l. si quis inquilinos §. si ita legatum ff. de legat. 1. l. si quis à filio exheredato. vers. ergo. de in. just. rupt. irritoq. fact testam. glos l. eam quid ff. si cert. petatur. Bald. l. unic. col.* 8. *C. de confess. Bald. c. eam de col. 1. de rescript. Nicol. Everhard. in sua Topic. in loca persona ad Res.*

194 Ulteriùs etiam advertendum est, † quòd prædicta locum habeant etiam in privilegiis. Nam & privilegia verbis generalibus concepta generaliter intelligi, & ita accipi debent, ut comprehendant omnes omninò illos casus, qui sub ista generalitate includi possunt, nec permittitur, verba generalia privilegiorum restringere vel limitare, *Anton. de But. olim & ibi Panor. num. 4. de extr de verb. significat. Ang. l. fin. & ibi Ias. num. 33 limitat. 1 ff. de constitut. prin Ias. l. 1. lect. 1 num. 18 C de SS. Ecclesiis Dec. l in omnibus causis num. 12. ff de Reg. jur. Dec c. cum accessissent. num. 14. extr. de constitut. Dec. c. cum ordinem, num. 4. ext de rescript. Dec. cons. 127 col fin. Hieron. Grat. cons. 130. num. 16. lib. 1. Card. Paris. cons. 22. num. 6. lib. 4. Sylvester. Aldobrand. instit. de excus. tutor. in princ. num. 47.*

195 Multò verò magis † privilegia, aliæque dispositiones conceptæ non tantùm verbis generalibus, sed verbis universalibus & geminatis generaliter & latissimè intelligenda sunt, sicut hoc ex supra dictis liquet.

Et verba universalia & geminata inter cætera hoc operantur, ut tam sub privilegio quàm sub alia dispositione comprehendatur etiam regalia, sicut hoc docui.

196 Privilegia † quoque concessa & concessiones factæ propter benemerita latissime intelligenda sunt, *Gvilhel. de Cug. Alex. Ias. Dec & Dd. l. 3. in princ. ff. quod quisq. jur. Bald. cons.* 303. *col. 2. lib. 1. Cons.* 09. *ad fin. lib.* 5. *Panor. cons.* 30. *col. 2 lib. 1 Dec. c. fin. col. 2. ext. de constitut. Dec. cons.* 169. *col. 1. cons.* 193. *col. 2. cons.* 413. *col. 2. cons.* 468. *num.* 14. *cons.* 498 *num.* 11. *cons.* 614. *col. 2. Raph. Comes, cons.* 162. *col. fin. Ferd. Loaz. Rep. l. filiusfamilias §. divi: fol. 10 col. 2. ff. de legat. 1. ad Zad. cons.* 8 *nu* 28. *Tiraqel Rep. l. si unquam. verb. donatione largitus. num.* 48. 55. & 85. *C. de revocan. donat.*

Et confirmatur, namque privilegium concessum propter benemerita, transit in beneficium & nomen privilegii perdit. *Socin. jun. cons.* 37. *num.* 18. *lib.* 1. *cons.* 102. *nu.* 20. *lib* 2.

Et certum est, beneficia Principum latissimè interpretanda esse *l. fin. ff. de constitut. princ. c. cum dilecti ext. de donat.*

Illa quoque privilegia, quæ propter benemerita conceduntur, favorabilia esse dubio omni caret.

Et certum est, † quòd privilegia favorabilia latè interpretanda sint, *Socin. jun. cons* 93. *num.* 31 *lib* 3. 197

Præterea † quoque & illa privilegia, quæ utilitatem publicam respiciunt latè interpretari debent, *Ruin. cons.* 227. *num.* 3. *lib* 1. 198

Similiter † & illa privilegia, quæ nos reducunt ad jus commune, latissimè interpretari debent, *Laur. Sylvan. cons.* 65. *nu* 21. *lib.* 2. 199

Eodem † quoque modo, & illud privilegium, quod est nemini damnosum, & non respicit præjudicium tertii latè, interpretandum est, *Ias. l. 1. num.* 15. *C. de SS. Eccles.* 200

Omnia quoque † privilegia in præjudicium concedentis latissime interpretari debent, *Panor. c cum dilecti ext. de donat. idem Panor. c. quia circa ext de privileg. idem, Panor. c. olim. ext. de verb. significat Bertrand. cons.* 7. *num.* 2. *lib.* 3. *par.* 2. *cons.* 15. *nu.* 5. *cons.* 277. *num.* 20. *lib.* 6. *cons.* 38. *num.* 3. *lib.* 7 *Francisc. Nicont. Rep. Rub. num.* 119. *ff. solet. matrim.* 201

Clausulæ quoque † ex certa scientia, & de plenitudine potestatis insertæ privilegiis, illa vis maxima & efficacia est, ut privilegia confirmet, augeat, & extendat, *Alex. cons.* 120. *col. pen. lib.* 4. *Rum. cons.* 97. *col.* 1. *lib.* 3. *Anton. Gab. Rom. in tractat. Regul, lib.* 6. *tit. de clausul. conclus.* 202

concluſ. 1. num. 36. fac. id quod tradit. Iaſ. l. moræ num. 42 ff. de jurid. omn. iudic.

Sed privilegium Regis L. conceſſum omnibus ordinibus atque ſtatibus inferioris Luſatiæ, quod ad ſucceſſionem feudi etiam abſque inveſtitura debeant admitti agnati vaſallorum defunctorum, eſt conceptum non tantùm verbis generalibus, ſed verbis univerſalibus, & quidem geminatis, ſequentibus nempe verbis.

Daß nu hinfurt vnd zu ewigen zeiten ohne alle Mittel vnd weiter Belehnunge / Alle vnd jede Anfälle / jhrer vnd jhrer Erben vnd Nachkommenden / Ritter vnd Lehengüter / der so nicht Lehens Erben hetten / an seine Brüder / wo dieselben auch nicht weren / an die Brüder Söhne / so aber derselben Erben auch nicht weren / an jhre Töchter / wo die auch nicht weren / an jhre Brüder Töchter / wo der auch aller nicht vorhanden / soll es allwege act die nechsten kommen vnd fallen.

Illudque privilegium conceſſum propter benemerita; nec non & utilitatem publicam reſpicit, ſicut utrumque patet ex illis verbis. Auch jhre vielfeltige getrewe Dienste. Item darzu mehr vnterthenige Trewe vnd Liebe zu vns tragen.

Ideoque illud privilegium debet cenſeri & favorabile, & potiùs beneficium quam privilegium.

Præterea quoque illud privilegium non eſt alicui damnoſum, & non recipit præjudicium tertii, atque per illud reducitur ad jus commune, quo jure communi expreſsè cautum eſt, quòd ad ſucceſſionem feudi antiqui omnes agnati Vaſalli defuncti admitti debeant, etiamſi ipſi ſimultaneè inveſtiti non ſint, ſicut hoc ſuperiùs comprobavi.

Deinde quoque hic agitur de præjudicio ſolius concedentis, ejusque ſucceſſorum. Et materia privilegii eſt æquè proportionabilis Baronibus & Baroniis, ſicut nobilibus & aliis vaſallis, atque feudis. Ratio quoque illius privilegii æquè locum habet in Baronibus & Baroniis, ſicut in alus vaſallis & feudis.

Illi quoque privilegio eſt inſerta clauſula ex certa ſcientia, & de plenitudine poteſtatis, ſicut hoc patet ex ſequentibus verbis:

So haben wir aus wolbedachtem Muth / zeitigem Rath / vollkommenlicher vnser Königlichen Macht.

Igitur ſequitur dictum privilegium Regis L. eſſe latiſſimè interpretandum, & ita accipiendum, ut ſub illo privilegio etiam comprehendantur Barones & Baroniæ, utque ad ſucceſſionem Baroniarum omnes omninò agnati Baronis abſque deſcendentibus maſculis defuncti admittantur, licet ipſi de illis Baroniis ſimultaneè inveſtiti non ſint.

Rurſus ex hoc infertur, quod Dominus A. A. Baro in B. mortuo Domino N. N. Barone in B. ultimo poſſeſſore Baroniarum controverſarum ad ſucceſſionem illarum admitti debuerit, etiamſi conſtaret, neque Dominum A. A. neque ipſius parentes vel majores de iſtis Baroniis tanquam ſimultaneè inveſtitos, vel etiam quòd ipſi renovationem inveſtituræ, aut ſimultaneæ inveſtituræ non petiiſſent.

Octuageſimò primò, † clari & indubitati Juris eſt, quod ex iis, quæ in proœmio, ſive præfatione privilegii, vel alterius diſpoſitionis poſita ſunt, colligatur & ratio, & mens & cauſa finalis illius privilegii, ſive diſpoſitionis, *l. item quia §. fin. ff. de pact. l. cum hi in prin. & ibi Bart. ff de tranſact. l. regula §. ſi quis & ibi Bart. & Bald. ff. de iur. & fact. ignorant. l. Titia. §. idem Reſpondit. ff. de verb. obligat. l. 1. & ibi Bart ff. ad SC. Macedonian. l. cum prin §. dulciſſimu ff. de legat 2. Bart. Bald. Ang. & Imol. l fin. arg. ill. text. ff de hæred. inſtituend. Bald l. ut liberu arg. ill. text. C. de collat. cum multis ſimilib. allegat. per Tiraquel. in tract. ceſſ. cauſ. par. 3 num 64. & 65.* 103

Ideoque, tam privilegium, † quàm quælibet alia diſpoſitio ſecundùm illa, quæ in proœmio, præfatione, ſive principio poſita ſunt, reſtringitur, declaratur, & extenditur, *Rom. conſ 16 num. 4. & ibi Horat. Mandoſ in add. Tiraquel in tract. ceſſant cauſ par. 2. tract 1. num. 65.* 104

Sed in proœmio ſive præfatione prædicti privilegii à Rege L. ſtatibus atque ordinibus inferioris Luſatiæ conceſſi fit mentio Prælatorum, Baronum, Nobilium & Civitatum, ſicut hic apparet ex illis verbis, So dann die Andechtigen / Edlen / Ehrenfesten / Gestrengen Erbarn / vnd Ersamen Prelaten / Herren / Mannen / vnd Städten vnser Vnterthanen / vnd lieben Getrewen / der vier Stände des Marggraffthumbs Niderlausitz.

Igitur ſequitur, illud privilegium quatenus concedit jus ſuccedendi in feudo omnibus agnatis Vaſalli defuncti etiam illis qui neque ſimultaneè inveſtiti ſunt, neque renovationem ſimultaneæ inveſtituræ petierunt, ita accipiendum eſſe, ut locum habeat, etiam in Vaſallis conſtitutis, in dignitate,

dignitate, quales sunt Barones, nec non etiam in Baroniis reliquisque feudis.

205 Octuagesimo secundo, † illud privilegium, in quo fit mentio hæredum & posterorum, reale esse, & ad omnes hæredos & posteros extendi, indubitati juris est.

Similiter & tale privilegium, quod propter benemerita conceditur, reale est, & ad omnes hæredes atque posteros transit, *Pet. de Anthar. cons. 327. col. 2. vers. tertiò debet attendi. Tiraquel. Rep. l. si unquam verb. donatione largitus. num. 48. & 55. C. de revoc. donat.*

Sed privilegium Regis L. statibus atque ordinibus inferioris Lusatiæ est concessum propter benemerita, & in illo fit mentio hæredum & posterorum.

Igitur sequitur, illud privilegium esse & reale, & patrocinari non tantum illis Baronibus nobilibus, & vasallis, qui tempore concessi privilegii in vivis fuére, sed etiam extendi ad liberos nepotes, hæredes descendentes, & posteros ipsorum.

Rursus ex hoc infertur, quòd etiam Dominus A. A. Baro in B. beneficio illius privilegii frui debeat, licet ipse tempore privilegii concessi neque natus neque conceptus fuisset.

206 Octuagesimo tertio, clari atque indubitati juris est, † quòd in successionibus ab intestato sint servandæ leges atque statuta illius loci, in quo loco Res, de quarum successione agitur, sitæ sunt, sive illa statuta sint concepta in rem sive in personam, quòdque etiam forenses ad successionem admittantur, secundum statuta illius loci, ubi res, de qua agitur, sita est, *Iacob. de Raven. Iacob. de Aren. Guilhel de Cug Dyn. Rainer. Iohan. Fab. & Bald. l. cunctos populos. C. de sum. Trinit. & fid. Cathol. collecta. c. 1. & ibi Petr. de Anhar quæst. 12. princ. ex de constitut. in quo loco Petr. de Anthar. attestatur hanc opinionem communem esse.*

Et idem tenet *Bald. cons 245. lib. 1.* ubi ipse dicit, hanc opinionem communiter practicari & observari.

Eandem etiam opinionem amplectitur *Bald. cons. 132. ad fin. lib. 2. Bald. l. si arrogator. col pen. ff. de adopt. Lap. allegat. 92. Card. Florent. cons. 2. Paul. Castr. cons. 32. lib. 1. Alex. cons. 16. cons. 128. col. 2. lib. 1. cons. 19. col. 2. lib. 6. Corn. cons. 115. & cons. 202. lib. 2. cons. 85. & cons. 162. lib. 3. Socin. cons. 288. col. 2. & cons. 292. lib. 2. Iacob. de S. Georg. in tract. feud. col. 6. vers. insuper quæro. Card. Paris. cons. 84. nu. 42. lib. 1 & cons 12 nu. 47. lib. 3. Socin. Iun. cons. 25. nu. 1. lib. 3.*

207 Et hoc potissimum † in feudis locum habet, namque in feudis semper inspicienda sunt statuta, & consuetudines illius loci, in quo feudum situm est, *Bald. c. 1. §. mulier. & ibi Matth. de Afflict. nu. 21. si de feud. defunct. content. Bald. c. 1. § si qua controversia de pac. constant. Matth. de Afflict. decis. Neapol. 226. nu. 51. Card. Paris. cons. 13. nu 18. & cons. 21. nu. 14 lib. 1. Cassan. in consuet. Burg. tit. de feud. §. 7. gloss. 2. col. 1. Carol. Molin. in consuetud. Paris. tit. 1. §. 7. nu 34.*

268 Multò verò magis † prædicta locum habent eo casu, quando statuta sive privilegia sunt concessa in rem. Tunc enim multò magis etiam forenses, secundum statuta atque privilegia illius loci, ubi res, sive bona sita sunt, ad successionem admittuntur, prout hoc expressè & specificè tradit *Pet. & Cyn. l. cunctos populos. & ibi Bart. nu. 42. C. de SS. Ecclesiis. Petr. de Anhar. cons. 163. Imol. c. cum olim, ad fin. ex de Clerici conjugat. Panor. c. quod clericu. col. 16. & ibi Barbat. col. 14. ex de for. comp. Panor. c. postulasti. col. pen. eo tit.*

209 Et in rem dicuntur esse † concepta privilegia sive statuta, eo casu, quando statuta sive privilegia principaliter res respiciunt, & disponunt quòd bona deveniant, vel devenire debeant ad tales vel tales, & hoc vel illo modo, *Bart. l. multos populos, num. 42 C. de sum. Trinit. & fid. Chatholic.*

210 Privilegium quoque † concessum vel statutum conditum propter benemerita etiam forenses, & alioquin inhabiles comprehendit, prout hoc tradit, *Tiraquel. Rep. l. si unquam, verb. donatione largitus. num. 49. C. de revoc. donat.*

Sed Baroniæ S. S. B. T. simul sitæ in inferiori Lusatia.

Et privilegium Regis L. statibus atque ordinibus inferioris Lusatiæ est concessum, propter benemerita, & est concessum non in personam, sed in rem, sicut hoc satis liquet ex sequentibus verbis, **Daß nun hinfuro / vnd zu ewigen Zeiten ohne alle Mittel / vnd weitere Belehnunge / Alle vnd jede Anfelle ihrer vnd ihrer Erben / vnd Nachkommen / den Ritter vnd vnd Lehengüter der so nicht Lehenserben haben.**

Igitur sequitur vigore istius privilegii a Rege L. statibus atque ordinibus inferioris Lusatiæ concessi Dominum A. A. Baronem in B. ad successionem illarum quatuor Baroniarum admittendum, etiamsi fides

fieri

fieri possit, & Dominum A. A. quoad inferiorem Lusatiam forensem esse, ipsum vel majores ipsius in petendæ investitura aut simultanea investiturâ ratione illarum Baroniatum in mora vel negligentia fuisse.

211 Octuagesimo quarto † privilegia concessa propter benemerita irrevocabilia sunt, *Bald. l. si cùm mihi. ff. de dol. Ruin. cons. 436. Rom. l. si verò. §. de viro fallent. 14. ff. solut. matrim. Ruin. cons. 29. nu. 3 cons. 217. nu. 7. lib. 1. Alciat. lib. 1. verb. significat. Tiraquel. Rep. l. si unquam verb. donatione largit. nu 14. C de revoc. donat.*

212 Et hoc usque adeò verum est, † ut privilegium concessum propter benemerita, nec ob ingratitudinem quidem tolli vel auferri possit, *Alex. cons. 101. col. 1. lib. 1. cons. 229. col. 1. lib. 2. Barbat. c. novit. & ibi Felin. col. 6. & col. 10. vers. limita. tertiò extr. de judic. Barbat. cons. 2. col 4. lib 4. Socin. cons. 58. col. 3. lib. c. Iaſ. l ex hoc jure. nu. 54. ff. de just. & jur. Iaſ. l si non fortem. §. liber. jus. nu. 8. ff. de condict. indebit. Iaſ. cons. 101. col. 3. lib. 4. Tiraquel. de verb. donatione largiens nu. 14.*

213 Similiter † quoque & omne illud privilegium, quod transivit in contractum irrevocabilem, *Bald. l. si cùm mihi ff. de dol. Bald. l. qui se patris. nu 14. C. unde liber. Anton de. Butr. c. cùm M. Ferrariensis. col. 5. de constit. Rom. cons 436. col. 2. Bart. l. 2. in fin ff. de jur. immunitat. Bart l quod semel. ff. de decret. ab ordin. faciend Cephal. cons. 168, nu. 30. Anton. Gab. Rom in tract. Regul. lib. 3. tit. de jur quæsit non tollend. conclus. 6. nu 5. ubi ipse multos alios Dd. ad hoc allegat.*

Et in contractum transire dicitur privi-
214 legium, † quando conceditur propter benemerita, *Ruin. cons 217. col. 3. lib. 1. Gram. cons. 156. col. 2. Anton Gab. Rom. in tract. Regul. lib. 3. tit. de jur. quæsit non toll. conclus. 6. nu. 6. Tiraq. Rep. l. si unquam. verb. donatione largitus. nu. 14. C de revoc. donat.*

Eodem modo & in contractum transire dicitur privilegium, si Princeps vel Rex privilegium concedens permittat, vel paciscatur, quòd illud privilegium servare, nec contra illud quicquam facere vel præsumere velit, cùm omne pactum, omnisque promissio contractus sit, *gloss. leg. 1. verb. figura. circ. fin ff. de act. & obligat.*

Et non modò is Princeps vel Rex, qui concessit latè privilegium, quod in contractum transivit, sed etiam successor illius illud revocare nequit, *Bald. & Dd. l. digna vox. & ibi Alberic. de Rosat. nn. 3. Paul. Castr. nu. 4. C. de ll. Gemin. c. Abbate sanè. §. sed ad hoc. nu. 1. & ibi Philip. Franc. nu. 2. de sentent. & re judicat. lib. 6. Ioan Andr. Anton. de Butr. & Dd. c. 1. & ibi Panor nu. 1. Dec. nu. 7. Felin. nu 1. Angæst Bero. nu. 27. extr. de probat. Bertachin. in tract. de Episcop. lib. 4. par 4. nu. 187. Ludov. de Penna l. hi quos. col. pen. vers ad omnia generalia. C. de feud. rei privat. lib. 11. Bald. cons. 417. lib. 1. cons. 158. col. 2. lib. 3. Bald. c. 1. §. Marchio nu. 4 de his qui feud. dar. poss. Bald. c. 1. §. imperialis. nu. 8. de pac. constant. Ioan. Ignat. Rep. l. donationes. nu. 18. C. de donat. inter vir. & uxor. Socin. jun. cons. 60. nu. 29. lib. 3. Rol. à Vall. cons 66. nu. 38. lib. 2. Anton. Natt. cons. 122. nu 9. & 10. Tiraquel. in tract. de primogen q. 35. nu. 10. cum duob. sequent. Philip. port. Reg. 18. ampliat. 1. lib 5. Duen. Reg. 293. Foller. in prax. censual. verb. & submissiones. nu. 12. Cephal cons. 168. nu. 8. & 9. Anton Gab. Rom in tract Regul. lib. 3. tit. de jur. quæsit. non tollend. conclus. 5. nu. 2.*

Deinde quoque privilegium irrevocabile esse videtur, eo casu, quando in privilegio hoc tacitè vel expressè actum, quòd illud irrevocabile esse debeat, illudque satis probatur per id, quod in simili traditur, licet donationes causæ mortis revocabiles sint, *l. Marcellus. §. fin. & l. seq. ff. de donat. caus. mort.*

Attamen hoc non habere locum eo casu, quando in donatione causa mortis hoc expressè vel tacitè actum est, quòd illa debeat esse irrevocabilis, *l ubi ita donatur. & ibi Bart. & Dd. ff. de donat. caus. mort. Dyn. cons. 44. Abb. c. constitutus. extr. de religios. domib. Riminald l. fin. col. 4. C. de pact. Hippol. Riminald. in prin nu. 361 instit. de donat.*

Sed privilegium Regis L. statibus atque ordinibus inferioris Lusatiæ est concessum propter benemerita.

Et Rex L. pro se atque successoribus suis promisit hoc privilegium inviolabiliter observare, nec illud revocare, nec non & in illo privilegio hoc expressè actum est, quòd illud debeat esse & perpetuum & irrevocabile.

Igitur videtur dicendum, illud privilegium in contractum transivisse.

Rursus ex hoc infertur, illud privilegium esse & irrevocabile, & neque ab ipso concedente, neque a successoribus ipsius Imperatore nempe F. & Imperatore M. revocari potuisse.

Quinimò ex parte Domini A. A. Baronis à B. prætenditur, Imperatorem F. illud privilegium confirmasse.

Octua-

Octuagesimò quintò, clari & indubitati juris est, nec non à Dd. communiter tradi-
215 tum, † quòd Dominus feudi obligatus sit feudum sibi apertum de novo concedere illis, qui primo acquirenti sanguine conjuncti sunt, *Bart. & Ang. l. 1. § permittitur. argill text. ff. de aqua quotid. & æstiv. Bart. l. 18 ff. de privileg. Creditor. Bart. Alex. & Franc. Aret. l. si mihi & Titio, in princ. ff. de verb. obligat. Bald. c. in præsentia col. 4. ex de probation. Bald. Mart. Laud. & Præpos. c. 1. quemadmodum feud. ad fil. pertin. Bald. Rub. ext. de appellat. Bald. l. ne cui. C. de collat. Bald. in add. ad Specul. tit. de locat. col. 11. Bald. cons. 355. lib. 1. Ang. cons. 184. ex forma col. pen. Anton. de But. & Goffred. c. 1. ext. de locat. Imol. c. 2. col. 4. ext. de feud. Imma. cons. 27. cons. 38. & cons. 68. Card. Florent. c. pen. ext. de post. prælat. Panor. c. bona. & 2. num. 28. & ibi Card. Pet. de Ancor. & Corset. in add. ad Panor. ext. eo tit. Pet. de Anchor. cons. 134. cons. 171. & cons. 174. Raph. Fulgos. cons. 4 & cons. 218. & cons. 220. Raph. Comens. cons. 166. Rom. leg. 2. in prin. ff. solet matrim. Rom. leg. Prætor. § fin. ff. de oper. no nunc. Rom. Rep. Rub col. 15 ff. de arbitr. Rom. cons. 22. Mar. Laud. & Præpos. c. 1 qual feud. olim. Ioh. de Ana. cons. 84 col. 2 Paul. de Cast. cons. 32. lib. 1. cons. 159. & cons. 417. lib. 1. Alex. cons. 80. lib. 1. cons. 93. lib. 2. cons. 10. lib. 3. cons. 83. & cons. 161. lib. 7 Nicol. de Mil. in suo Repertor. in verb. Emphyteusi finita. Barbat. cons. 22. Frans. Curt. Sen. cons. 48. & cons. 50. Curt. jun. in tract. feud. 1. part. 2. prin. quæst. 15. Socin. cons. 99. nu. 7. lib. 1. Ias. l. 2. nu. 21. 22. & 23. C. de jur. empt. Ias. l. fin. nu. 11. C. eo tit. Ias. l. petens nu. 10. C. de pact. Dec. cons. 78. cons. 131. & cons. 328. Carol. Ruin. cons. 5. cons. 45. cons. 151. n. 16. cons. 161. n. 35. lib. 1. & cons. 47. nu. 6 lib. 13. Matth. de Afflict. decis. Neapol. 238. Hippol. de Mars. Sing. 419. Nicol. Everhard. in loc. à feud. ad Emphyteus. Godzad. cons. 71 & 86 n. 23. Franc. Rip. l. 1. ff. cons. de privileg. creditor, & in tract. de post. Chart. 48. nu. 234. Andr. Tiraquel. in tract. de utroq. Retract. in præfat. nu. 41. Card. Paris. cons. 28. lib. 1 Socin. jun. cons. 109. num. 15. lib. 2. Et cons. 9 lib. 3. Anton. Gab. Rom. in tract. Regul. lib. 3. tit. de jur. Emphyteus. conclus. 1. num. 6.*

216 Et hoc locum habet, † etiamsi illi, qui feudum sibi renovari, sive de novo concedi petunt, ultimo defuncto, non linea descendenti, sed linea transversali conjuncti sint. *Rom. cons. 22. & ibi Horat. Mandos. in add. Dec. cons. 131. nu. 3. cons. 328. nu. 6. cons. 151. num. 2. lib. 1. Godzad. cons. 71. col. 1. & final. Anton. Gab. Rom. in tract. Regul. tit. de jure emphyteusi, conclus. 1. num. 16.*

Eamque sententiam communem esse attestatur, *Dec. Horat. Mandos. & Anton. Gab. Rom. in loc. suprà citatis.*

Deinde huc locum habet, † etiamsi illi 217
agnati Vasalli defuncti non sint hæredes ipsius. Namque nihilominus Dominus feudi, cui feudum apertum est, illud agnatis Vasalli defuncti renovare, sive de novo concedere cogitur, *Bald. & Præpos. c. 1. quemad. feud. ad fil. pertin. Alex. cons. 80. lib. 1. Imol. cons. 27. Dec. cons. 78 Ruin. cons. 12. num. 21. cons. 151. num. 21. cons. 161. num. 35 lib. 1. Matth. de Afflict. super. constitut. Regni. Neapol. tit. de successione nobil. tit. 50.*

Similiter hoc locum habet, † etiamsi 218
Dominus feudi, feudum sibi apertum pro se atque usibus suis retinere, vel in usus suos convertere vellet, *Dec. cons. 131. n. 3. cons. 328. nu. 6. Ruin. cons. 12 n. 21. & cons. 151. n. 20 lib. 1.*

Ex quo infertur, etiamsi fides fieri posset per obitum Domini N. N. Baronis à B. Baronias controversas Imperatoriæ Majestati & apertas, & applicatas.

Attamen Imperatoriam Majestatem cogi & obligatam esse illas Baronias Domino A. A. ejusque patruis tanquam agnatis proximioribus Domini N. N. & renovare & de novo concedere, etiamsi Dominus A. A. ejusque patrui non essent hæredes Domini N. N. item, etiamsi Imperatoria Majestas aliquas ex illis Baroniis pro se atque usibus suis retinuisset vel retinere vellet.

Octuagesimò sexto, superius comprobatum est, quòd feudum amissum propter investituram non petitam non Domino sed vel filiis, vel illis non exstantibus, agnatis illius Vasalli qui investituram petere neglexit, applicetur.

Igitur videtur dicendum etiamsi fides fieri possit Dominum A. A. Baronem à B. propter non petitam investituram vel simulaneam investituram à Baroniis controversis exclusum esse, illas tamen Baronias non Imperatoriæ Majestati tanquam Domino feudi, sed filiis Domini A. A. apertas, & Imperatoriam Majestatem obligatam esse illas Baronias filiis Domini A. A. restituere.

Octuagesimò septimò & ultimo † licet 219
modernorum Doctorum opiniones, & responsa legum authoritatem non obtineant, *gloss. & Bart. leg. 1. C. de ll. glos. leg. si de inter-*

pretatione ff. eo tit. Bart. Alex. Iaſ. & Dec. l. 1. ff. ſi cer. petat. Card. Pariſ. conſ. 68. num. 8. & conſ. 131. num. 10. lib. 4. Nicol. Everhard. in loc. ab Authoritat.

220 Attamen opiniones, † reſponſa, & conſilia modernorum Dd. probabilia ſunt, *gloſ. l. non puto ff. de jur. fiſc. gloſ. & Abb. c. 1. de poſtul. prælator. gloſ & Bart. l. 1. C. de ll. Bart & Dd. l. 1 ff. ſi cert. petatur. arg. l. 1. C. de ſtud. liberal. urb. Rom. lib. 10. l. 1. C. de Profeſſoribus. urb. Conſtantinopol. lib. 12. l. eam vi ait. Pedius ff. de ll. c. 1. ex de decim.*

221. Et is, † qui conſilia vel reſponſa doctorum pro ſe habet, juſtam cauſam litigandi habere cenſetur, & in expenſas non condemnatur, etiamſi ipſe ſuccubuerit, *Bart. l. in bonorum arg. ill. text. ff. de bon. poſſeſſ. Bald. & Salycet. l. juris ignorantia C. qui admitti Ang. & Imol. l. ſi quæ venit. ff. de re judicat. Iaſ. l. properandum. §. ſi aut alterutra. n. 8. verſ ſecunda concluſio. C. de judic.*

Sed ex parte Domini A. A. Baronis in B. prætenditur, quòd ipſe pro ſe habeat conſilia atque reſponſa non unius vel alterius Doctoris ſed multorum Collegarum Iuridicæ facultatis, ut puta Collegii juridicæ facultatis Francophordienſis, Lipſenſis, Ingolſtadienſis, Heidelbergenſis, Tubingenſis, Friburgenſis, & Viennenſis.

Igitur videtur dicendum, quòd Dominus A. A. Baro in B. in caſu præſenti ſaltem juſtam cauſam litigandi habeat.

Et licet hæc prima fronte fortiter urgere videantur, ego tamen hiſce rationibus non obſtantibus deciſionem ſuperiùs factam veriſſimam eſſe judico, & ſtatuo quòd poteſt mortem Domini N. N. Baronis a B. Baroniæ controverſæ non ſint devolutæ vel tranſmiſſæ ad Dominum A. A. ejusque Patruos, ſed Imperatoriæ Majeſtati, tanquam Domino feudi apertæ & acquiſitæ, quòdque Imperatoria Majeſtas illas Baronias vel æſtimationem illarum Domino A. A. Baroni a B. ejusq; patruis reſtituere, aut ipſis illas Baronias renovare, aut eos de iſtis Baroniis de novo inveſtire obligata non ſit, ſed quòd Imperatoria Majeſtas illas Baronias optimo jure retinere, & illos vel in uſus proprios convertere, vel aliis concedere poſſit. Et hoc per ſequentes rationes.

Primo, namque clari & indubitati juris
222 eſt, † feudum quodlibet reſpectu omnium illorum, qui a primo acquirente originem non trahunt, feudum novum & eſſe & dici. *Franciſ. Aret. conſ 174. circa prin Matth. de Afflict. c. 1. § hoc quoq; nu. 2. de ſucceſſ. feud. Dec. conſ. 503. num. 1. conſ. 390. num. 4. Iaſ. conſ. 180. num. 2. lib. 2. Card. Pariſ. conſ 6 nu. 2. lib. 1. conſ. 65. num. 3. 4. & 5. lib. 3. Pet. Rebuff. in arbor. feud. divis 4.*

Similiter quoque clari & indubitati juris eſt, nec non a Dd. communiter tradi- 223
tum, † quod ad ſucceſſionem feudi novi agnati tranſverſales non trahentes originem a primo acquirente, non admittantur, niſi illi agnati tranſverſales, de iſto feudo fuerint inveſtiti ſimultaneè, vel niſi in inveſtitura cautum atq; conventum ſit, quòd etiam agnati tranſverſales ad ſucceſſionem iſtius feudi novi admitti debeant, *c. 1. §. quia vidimus, de his qui feud. dar. poſſ. c. 1. §. fin. & ibi Dd. de ſucceſſione feud. c. 1 § ſi duo de feud. March. c. 1. de benefic. fratr. c. 1. de fratrib. de eo. benefic. inveſt. c. 1. de gradib. ſuccedent. in feud. Iaſ. conſ. 180. nu. 2. lib. 2. Dec. conſ. 390. nu. 4. Alvar in prælect. feud. in 6. diviſio feud. Curt. in tract. feud. par. 1. quæſt. 8 verſ primus eſt effectus. Thom. de Marin in tract de generib. & qualitatib. feud lib 1 tit. 3. n. 10. & tit. 12. n. 1. 2. & 3. Petr. Rebuffus. in arb. feud. diviſ. 4.*

Sed ex actis mihi tranſmiſſis liquet, quòd Dominus A. A. Baro in B. non deſcendat neque trahat originem ab illo Barone in B. qui Baronias S. M. S. B. & T. primò acquiſivit, ſed quòd proavus Domini A. A. Baronis à B nempe Dominus W. a Rege L. primò ſimultaneè inveſtitus ſit de Baroniis prædictis, quæ tunc temporis agnatus illius Domini W. etiam W. dictus poſſidebat.

Et licet in inveſtitura Regis L. narretur, Dominum U. W. & F. fratres, nec non & W. agnatum illorum omnes Barones in B. ſimultaneè eſſe inveſtitos de Baroniis F. F. H. S. B. S. M. cum omnibus pertinentiis illarum.

Et postea ſubjungatur, Als ſie dann von jhren Vorfahren / vnd von Alters hero an ſie kommen / vnd gefallen ſind.

Attamen iſta clauſula ita intelligenda eſt, quòd Dominus U. W. F. fratres, a majoribus ſuis acquiſiverint tantum Baroniam F. & F. quòdq; agnatus illorum Dominus W. Baro a B. a majoribus ſuis acquiſierit, Baronias, S. B. S. M.

Tum † quia unum idemq; verbum diver- 224
ſis reſpectibus diverſimodè accipitur, *l. 2. & ibi gloſ. verb. manumitti. ff. de offic. proconſ.*

Tum † quia una eademq; determinatio re- 225
ſpicies plura determinabilia, illa non eodem ſed diverſo modo determinet, eo caſu quãdo vel non diverſitatis ratio ſubject. *Ioan de Imol. l Cajus. col. 3 ff. ſolut. matr. Ang. § tunc. nobis. Auth. de hared. & Falc. Franc. Aret. l cohæredi §. qui diſcretos, arg ill. tex. ff. de vulg. & pupillar.*

vel quando illa non possunt commode æqualiter determinari, *Christoph. Port. § fin. col. fin. instit. de inoffic. testo.*

226 Tum quia illa dictio, † Als / sive sicut, vel secundum quòd restringitur, limitatur, & intelligitur ab eo ad quod illæ dictiones referuntur, *Dec. l. si testam. num. 2. C. de instit. & substitut.*

Præterea licet post obitum Baronis J. à B. filii Domini W. agnati aliorum Baronum, Rex L. ex peculiari gratia, & de novo Dominum U. juniorem Baronem in B. filium prædicti U. senioris de istis Baroniis investierit. Attamen Dominum A. A. Baronem à B. nec à Barone U. juniore descendere, & originem trahere indubitatum est.

Igitur sequitur prædictas Baronias respectu Domini A. A. Baronis in B. esse feuda nova, non autem feuda antiqua.

Nec hactenus probatum est, nec etiam unquam probari poterit, quòd Dominus A. A. de istis Baroniis, simultaneè investitus sit, vel quòd tale pactum extet, Dominus A. A. Baro B. ad successionem illarum Baroniarum admitti debeat. Ideoque ex hoc rursus infertur, quòd post obitum Domini N. N. Baronis in B. ultimi possessoris Baroniarum controversarum, istæ Baroniæ jure successionis non fuerint delatæ ad Dominum A. A. sed apertæ Imperatori F. tanquam Regi B. & Domino feudi.

227 Secundò † in causis vel controversiis feudalibus decidendis semper inspicienda servanda & sequenda sunt statuta illius loci, in quo loco feudum controversum situm est, *Bald. c. 1 §. si qua controversia de par. causal. Matth. de Afflict. decis. 226. num. 51. Card. Paris. cons. 13. num. 18. cons. 21. num. 14. lib. 1. Chassane. in consuetud. Burgund. tit. de feud. §. 7. gloss. 2. col. 1. Carol. Molin. in consuetud. Paris. tit. 1. §. 7. num. 34.*

Sed in omnibus illis locis, in quibus Baroniæ controversæ sitæ sunt jus Saxonicum servatur.

Igitur sequitur, quod in hac causa sive lite decidenda jus Saxonicum servandum & sequendum sit.

228 Tertiò, † licet secundum dispositionem juris communis ad successionem feudi antiqui, admittantur omnes illi, qui à primo acquirente originem trahunt, licet illi ultimo defuncto linea transversali conjuncti sint, *c. 1. §. & quia vidimus de his qui feud. dar. poss. c. 1. §. hoc quoq. de success. feud. c. 1. §. 1. de feud. March. cap. 1. imperator. Lotharius c. 1. de gradibus succedent. in feud.* *Bald. cons. 192. lib. 3. cons. 265. col. fin. cons. 282. lib. 5 Rol. à Vall. cons. 67. num. 13. lib. 1.*

Et hoc usque adeò verum sit, ut agnati transversales ultimi defuncti, descendentes à primo acquirente in infinitum usque ad successionem feudi admitti debeant, sicut hoc docui §. in secunda ratione dubitandi.

Attamen jure Saxonico cautum est, † 229
quod ad successionem feudi etiam antiqui agnati transversales descendentes à primo acquirente non admittantur, nisi ipsi de isto feudo simultaneè investiti sint, *sicut hoc satis probat. tex cap. 6.* Lehenrecht.

Namque in illo textu formaliter dicitur, † Der Vater erbet auff den Sohn/die Ge- 230
wehr des Gutes mit sampt dem Gut / darumb darff der Sohn nicht / daß man jhnen an des Vaters Gut weise mit Belehnunge. Welcher Mann aber keinen Sohn hat/der erbet auff den Herren/die Gewehr des Guts/Es sey denn daß der Herr / daß Geding daran vorhin habe / und der Belehente Mann das behalt (nach Recht) binnen der rechten Jahrzall.

Idem etiam probat tex. cap. 21. circa fin. Lehenrecht.

Namque in illo textu dicitur. Es vorerbet niemand kein Lehen/dann allein der Vater auff den Sohn.

Nec dubium est, † illos textus juris Sa- 231
xonici habere locum non tantùm in feudo novo, sed etiam feudo antiquo, Prout hoc quòd illi textus habeant locum non tantum in feudo novo, sed etiam in feudo antiquo, *tradit. Henning. Gœd. cons. 22. lib. 2.*

Et in isto consilio Henning. Gœd. attestatur † eandem sententiam etiam amplecti 232
Dominum Johannem à Beckendorff olim Episcopum Ecclesiæ Naumburgensis juris Saxonici & peritissimum & maximum practicum, nec non & supremæ authoritatis.

Similiter Henning. Gœden. in isto consilio attestatur eandem opinionem etiam amplecti & alios Dd. ab ipso relatos, & secundum illam quotidiè pronunciare Scabinos Magdeburgenses & Scabinos Lipsenses.

Idem quoque quòd prædicti textus juris Saxonici locum habeant, non tantùm in feudis novis, sed etiam in feudis antiquis traditur indifferenter inter jus civil. & Saxonic. *lib. 1. different. 29.*

Et confirmatur, † namq; prædicti textus 233
generales sunt, & generaliter decidunt, quòd feudum non transeat nisi ad filium, quodq; filio non extante feudum Domino aperiatur nec in illis textibus distinguitur utrum feudum sit antiquum an verò novum.

Igitur sequitur illos textus generaliter esse intelligendos, & ita accipiendos, ut locum habeant indistinctè in omnibus omninò feudis tàm novis quàm antiquis.

Namque clari & indubitati juris est, quòd dispositio generalis sive verba generalia legis vel statuti nullo modo debeant distingui, *l. 3. ff. de offic. præsid. l. de pretio. ff. de public. in rem action.*

Sed generaliter intelligi & ita accipi, ut omnia comprehendant. *l. 1. §. cum urbem. ff. de offic. Præfect. urb. l. regula. §. fin. ff. de juris & fact. ignor. leg. 1. ff. de legat. præstand. l. 1. §. ait ergo ff. de his quæ in fraud. creditor. l. fin. & ibi Salycet. C. de hæreditat. & act. vendit Bald. cons. 191. lib. 1. Cravet. cons. 3. nu. 1. cons 135. num. 5. lib. 1.*

Utque nihil intactum relinquat. *Bald. cons. 305. lib. 1. Cravet. cons. 3. nu. 1. cons. 135. num. 5. lib. 1. Lauren. Sylva. cons. 74. nu. 9.*

Et nullus omninò casus à generali dispositione excipi vel eximi debet, *Paul. Castr. cons. 430. col. 3 lib. 1. Cravet. cons 3. n. 1. lib. 1. fac. id quod tradit. Bald. cons. 401. col. fin. lib. 1.*

Et prædicta usque adeò vera sunt, ut generalis dispositio omnia nullo penitùs excepto comprehendere debeat, etiamsi major non sit in uno quàm in alio, *l. 1. §. Quod autem junct. glos. ff. de aleator. & lus. alea, Socin l. 2. §. ex his in prin. arg ill. tex. ff. de verb. obligat. Dec. cons. 5. cons. 20. cons. 29. cons. 48. & cons. 61. col. 1. Godzad. cons. 35. num. 6. Cravet. cons. 92. num 4. lib. 1.*

Item etiamsi aliquis vel aliqui ex illis casibus privilegiati sint, *l in fraudem. § fin. & ibi Bald ff. de testam. militar. Bald. l. omnes populi, ante fin. ff. de just. & jur. Dec. l. 1. col 2. ff. de Reg. Jur. Dec. l. nemo potest. ff. eo tit. Dec. l. 1. col. 2. arg ill. tex. C. de edend. Dec. l. 1. col. 4. vers. ubi moneta C. de Senten. quæ pro eo quod interest. Dec. c. cum ordinem. col. 2. ex. de rescript. Dec. cons. 48. cons 61. cons. 131. cons. 301. & cons. 531. Francis. Rip. l. 1. num 14. ff. solut. matrim. Godzad. cons. 97. num. 7.*

Deinde hoc locum habet, etiamsi illa generalis dispositio legis vel statuti sit vel stricta vel odiosa, *Ang leg fin. col. fin. vers. tertio quæritur ff. de constitut princip. Anton. de But. c. olim. ex. de verb. significat. Dec. c. 1. col. 2. lect. 1. ext. de constitut. Dec. cons. 5. cons. 115. cons. 289. cons. 353. col. 2. Francis. Aret. l. cum lege arg. ll. tex. ff. de Testam. Godzad cons. 59. nu 13. & cons. 66. nu. 23. Cravet. cons. 118. num. 14. lib. 1. fac. tex. leg. filium. ff. ad S. C. Maced.*

Vel pœnalis, *gloss. c. contra Christianos, verb. procedendi de hæret. lib. 6. Godzad. cons. 19. num. 17. cons. 51. num. 14. & cons. 103. n. 9. Tiraquel. in tract. de utroq; Retract. part. 1. §. 1. glos. 14. num. 102.*

Vel juris communis correctoria, *glos. d. c. contra Christianos Im. L. si vero. §. de viro. col. 2. ff. solut. matrim. Alex. Auth. ex Testam. col. 3. vers. solum restat. C. de collat. Hieron. Gratt cons. 59. col. 2. & cons. 95 nu. 14. lib. 1. Tiraquel Rep. l si unquam in præfat n. 119. C. de revoc. donat.*

Prædicta quoq; locum habent & in privilegiis. Nam & privilegia verbis generalibus concepta, generaliter intelligi & ita accipi debent, ut comprehendant omnes omninò illos casus, qui sub ista generalitate includi possunt, nec permittitur, verba genegeneralia privilegii restringere vel limitare, *Anton de But. c. olim. & ibi Panor. n. 4. ex. de verb. significat. Ang l. fin. & ibi Iason. n. 33 limitat. 1 ff. de constitut. prin. Ias. l. 1. lect. 1. n. 18 C. de SS. Eccles. Dec. l. in omnibus causis. n. 12. ff de Reg. Jur. Dec. c. cum accessissent. n. 14. ex. de constitut. Dec. c. cum ordinem n. 4. ex de rescript. Dec. cons. 227. col. fin Hieron. Gratt. cons. 130 n. 16 lib. 1. Card. Paris. cons. 22. n. 6. lib. 4. Sylvester Aldobrand. instit. de excus. tutor. in prin. nu. 47.*

Et quòd amplius est, textus *in d. c. 21.* Lehenrecht est conceptus, non tantùm verbis generalibus, sed etiam verbis universalibus, & quidem geminatis, & negativis, sicut hic satis patet, ex verbo Niemand / & ex verbo, Kein / quæ verba in illo textu simul posita sunt, & sunt verba & universalia, & negativa, & hoc important, quòd nullus nullum feudum jure successionis transferat. Quinimò ille textus est conceptus non tantùm verbis universalibus semel geminatis, sed etiam triplicatis, sicut hoc patet ex verbo taxativo, Allein / quod verbum taxativum similiter æquipollet universali, sicut hoc inferiùs docebimus.

Ideòque ille textus multò magis ita intelligendus est, ut comprehendat non tantùm feudum novum, sed etiam feudum antiquum.

Namque clari & indubitati juris est, † 234
quòd verba universalia sint majoris efficaciæ & virtutis, quàm verba generalia, quodque verba universalia comprehendant omnia illa, quæ excogitari possunt, nullo penitùs excepto, atq; hoc operentur, ut sub dispositione comprehendantur etiam illa, quæ alioquin sub ista dispositione non comprehenderentur, nec ullam restrictionem patiantur, sicut hæc omnia docui suprà in 11. ratione dubitandi.

Similiter

Similiter quoque legibus expresse cau-
235 tum est, † quod verba universalia geminata sint, & maximæ efficaciæ, & plus operentur, quàm verba universalia simplicia, nec ullam penitus recipiant restrictionem, diminutionem vel exceptionem, sicut hoc docui suprà in 12. ratione dubitandi.

Et prædicta potissimùm procedunt eo casu, quando verba universalia non semel, sed sæpius in aliquâ dispositione iterata sunt. Tunc enim illa verba nullam penitus restrictionem patiuntur, sed hoc operantur, ut dispositio latissimè interpretari debeat, etiam in iis casibus, in quibus verba geminata vel reiterata simpliciter prolata, alioquin facilè restrictionem pati possent, prout hoc expressè tradit *Cravett. consil. 294. nu. 2. & 3.* multò verò magis prædicta locum habent in verbis universalibus geminatis negativis.

236 Namque indubitati juris est, † quòd verba negativa plus negent, quam affirmativa affirment, & sint majoris efficaciæ quam affirmativa, *Archidiac. c. si peccaverit, 2. q. 1. Panor. c. venie. col. 12. vers. 2. quæritur autem quilibet ext. de judic. Tiraq. Rep. l. boves. §. hoc sermone. part. 2. limitat. 2. num. 4. & 5. ff. de verb. significat. Tiraquel. Rep. l. si unquam. verb. revertatur. num. 93. C. de revoc. donat.*

Et oratio negativa, præsertim concepta verbis universalibus, multam penitus restrictionem vel limitationem admittit, sed in infinitum usque extenditur, *l. si sic stipulatus sum, & ibi Ias. notab. 2 ff. de verb. obligat. gloss. Alberic. de Rosat. Goffred. Bart. Paul. Castr. & Dd. l. hoc genus. ff. de condit. & demonstrat. Oldrad. l. cum prin. §. pater filiam. & ibi Bart. ff. de legat. 2. Oldrad. consil. 16. Signorol. consil. 68. Alciat. l. boves. § hoc sermone, & ibi Tiraq. part. 2. limitat. 7. ff. de verb. significat.*

Et sic liquet præallegatam dispositionem juris Saxonici quæ vult ad successionem feudi non admitti agnatos transversales, nisi ipsi simul investiti sint, locum habere non tantùm in feudo novo, sed etiam in feudo antiquo.

237 Quarto, † sub genere comprehenduntur omnes species, *gloss. c. 1. in prin. verb. de suis rebus, & ibi Bald. vers. novi verò feudi. num. 2. per quos fiat investit. Francisc. Rip. l. 1. nu. 3. ff. si cert. petat. Cagn. l. in toto & part. 6. num. 7. ff. de Reg. jur. Ang. l. jurigentium. §. sed si fraudand. arg. ill. text. ff. de pact.*

Et quidem secundùm veram & propriam vocabuli significationem, *Bald. l. 2. C. de jur. aur. annulor. Dec. l. 1. nu. 7. ff. de Reg. jur. Dec. Rub. lect. 1. nu. 6. ex. de constitut. Rip. l. 1. nu. 2. ff. de vulgar. & pupillar. Corras. Rep. l. qui liberos. nu. 128. & 126. ff. de rit. nupt. Herman. Dec. Rep. l. 4. §. Cato. nu. 35. ff. de verb. obligat. Bart. l. quod. Merva. nu. 4. ff. depos. Pet. Crisp. Rub. num. 5. num. 9. num. 14. 15. 22. & 23. ff. de leg. 1. fac. text. l. 1. § conjunctionis ff. de pæn. l. si quid. §. inter emptum. ff. de legat. 3. l. inter agnatos. ff. unde legit. instit. de legit. agn. tutel. in prin.*

Et tantum operatur genus sive generalis dispositio quoad omnes & singulas species sub tali genere sive generali dispositione comprehensas, quantum operatur specialis dispositio quoad speciem in illa expressam, *l. si duo, & ibi Bart. ff. de administrat. tutor. l. Gallus. §. instituens. & ibi Bald. & Alex. uterq; notab. 2. ff. de lib. & posthum. l. si chorus. in prin. ff. de legat. 3. l. omnes. & ibi Ang. C. de quadrien. præscript. Signor. de Homod. consil. 30. col. 1. Bart. l. tres tutores. in princ. ff. de administrat. tutor. Bart. l. centurio. col. 6. ff. de vulgar. & pupillar. Bald. l. 1. C. de necessitat. serv. hæred. institut. Anton. de Butr. Panor. Felin. & Dec. c. sedes apostolica. extr. de rescript. Rom. consil. 65. Fulgos. consil. 119. Alex. & Francisc. Aret. l. 1. ff. de vulgar. & pupillar. Alex. consil 105. col. 1 & consil. 111. col. 2. Cum multis similibus allegatis per Tiraquel. in Rep. l. si unquam in præfat. nu. 118. C. de revoc. donat. Tiraquel. in tract. de ll. connubial. gloss. 7. nu. 59.*

Et prædicta usque adeò vera sunt, ut procedant, non tantùm in dispositionibus favorabilibus sive largis, sed etiam in dispositionibus odiosis sive strictis.

Namque etiam in illis sub genere, sive sub dispositione generali omnes omninò species comprehenduntur, & quidem secundum veram & propriam vocabuli significationem, *Francisc. Aret. l. cum lege arg. ill. text. ff. de test. Petr. Crisp. Rep. Rub. nu. 24 ff. de legat. 1.*

Similiter hoc locum habet etiam in privilegiis, nam in illis sub genere comprehenduntur omnes omninò species, usque adeò, ut privilegium generaliter intelligi & accipi debeat, sicut hoc suprà docui.

Sed certum est, quod feudum, respectu feudi antiqui & novi sit genus, & tàm feudum antiquum quàm feudum novum, ita sub se comprehendat, sicut genus species sub se comprehendit, *Iacob. de Belvis. in prælud. feud. divis. 1. Bald. in prælud. feudor. nu 42. & 43.*

& 43. & ibi Alvarot. divis 6. Mart. Laudens. n. 35. Prepos. num. 40. usq; ad n. 45. Ias. n. 83. Ioan. Raimand. n. 14. Curt. jun. in tract. feud. par. 1. quaest. 3. n. 6. Zas. in tract. feud. part. 3.

Cùm itaque jus Saxonicum generaliter, & quidem verbis universalibus geminatis disponat, quòd nullus penitùs nullum feudum jure successionis ad alium transferat nisi pater tantùm ad filium, quòdque mortuo Vasallo absque filio feudum Domino applicetur, nisi alius de isto feudo simultaneè investitus sit, etiam ex hoc capite sequitur, quòd sub illa dispositione generali & feudum novum, & feudum antiquum tanquam species sub suo genere comprehendantur, & sic liquet illam dispositionem locum habere non tantùm in feudo novo, sed etiam in feudo antiquo.

238 Quinto † is qui regulam juris communis vel statutarii pro se habet, dicitur rem certam & intentionem feudatam haberē, *glos. l. omnis definitio, ff. de Regul. jur. Bart l. quoties. ff. qui satis d. Cag. Ias. l. 2. num. 33. ff. si quis in jus. voc. non ier. Dec. l. 1. num. 8. & ibi Cagnol. num. 21. ff. de Regul. jur. Gab. Sorin. in add ad Mathesil. sing. 19. num. 1.*

239 Ideoque † Regulae semper inhaerere, *Innocent. c. praeterea ex de dilat. Bart. l. 2. & ibi Iason. n. 33. ff. si quis in jus voc. non ier eamq; tenaciter observare debemus, Bald. l. si tutor. in fin. C de serv. pig. dat. manum.*

240 Et is † qui praetendit casum aliquem à Regula excepta, hoc probare tenetur, *l. ab ea par. e. ff. de probat. Philip. Franc. Rub. de Reg. Iur. lib 6. Godzad. cons. 50. col 2. num 10. Sebast. Vant. in tract. de nullitat. Rub. ex defectu processus num. 118. Felin. c. quoniam frequenter. in princ. col. 3. ext. ut lit non contestatur. Dec. cons 13. col. 2. & cons. 475. nu. 3. Curt. Iunior Rub. nu. 7. qui admitti. Ias. l. 2. num. 35. ff. si quis in jus voc. non teru. Cognol lib. 1. n. 21 ff. de Reg. iur. Gab. Sarain. in add. ad Mathesil. sing. 19.*

241 Et semper secundum † Regulam pronunciandum est, nisi manifestè fides fiat, atque probetur, illùm casum, de quo agitur, a Regula exceptum esse, *Bald. c. 1. col. 2. extr. de alien ind. mut. caus. fact. Bald. l. si tutor. C. de serv. pign. dat. manumiss. Alberic. de Rosat. in secunda part. statutor. q 158. Dec. lib. 1. nu. 8. ff. de Reg. iur. Dec l. ea quae raro. nu. 3. ff eod. tit Dec. l. 2. col. 3. nu. 22. ff. de iurisd. omn. iud. Dec. l. imperium. n. 53. ff. eo. tit. idem Dec l certum notab. 2. ff. si cert. pet. Dec. l. 1. notab. 3. C. de edend. Dec. c. in praesentia notab. 12. extr. de probat. Dec. cons. 8. in princ. Ias. l. qui se patris. nu 43. C. und liber. Ias l. in illa stipulatione. col. pen. in fin. vers. tertium fundamentum. ff. de verb. obligat. Crot. Rep l qui Romae. § duo fratres. col. 22. vers. 3. ff de verb. obligat. Gab. Sarayn. in addit. ad Mathesil. sing 19.*

Et hoc usque adeò verum est, † ut sententia lata contra Regulas juris communis vel statutarii per se & ipso jure nulla sit, *Mathesilan. sing. 19.* 242

Sed textus in *d. c. 6.* Lehenrecht talem regulam tradit, quòd mortuo vasallo absq; filio, feudum Domino aperiatur, nisi alius de illo feudo simultaneè investitus sit.

Similiter & in *cap. 21.* Lehenrecht illam Regulam tradit, quòd nullus penitus vasallus nullum feudum jure successionis ad alium transferat, praeterquam ad filium.

Nec ab hisce regulis reperitur exceptus ille casus, quando illud feudum, de quo agitur, est feudum antiquum, & illi, qui se ad successionem illius feudi admitti postulant, à primo acquirente descendunt.

Igitur sequitur, illas Regulas locum habere etiam eo casu, quando illud feudum, de quo agitur, est feudum antiquum, & is agnatus transversalis, qui se ad successionem illius feudi admitti postulat a primo acquirente originem trahit.

Sextò, † exceptio firmat regulam, in omnibus casibus non exceptis, *§ ut autem. & ibi gloss & Bart. Auth. de non alien. aut permutan. reb. ecclesiast. l. an quod liquidè. §. fin. ff. de pen. leg. l. quaesitum. §. denuq. ff. de fund. instruct l. jubemus. § fin. ff. de testam. milit. c. dominus. 32. q 7. c. 2. in fin. extr. de coniug. leprosor. Ang cons. 239. & cons 290. Rom. cons. 195. nu 1. & cons. 327. nu. 8. Imol l filio praeterito ff de injust. nupt. irrito fact testam. Alex. cons. 64. col. 1. lib. 4 Felin. c quoniam frequenter in prin. col. 1. extr. ut lit. non contestet Barbat. cons. 9 nu 13. circ. fin. lib. 3. Dec. c. cum delecta nu. 6 extr. de confirmat. util & inutilit. Dec. l. 1. nu. 27 & ibi Cognol. nu. 31 ff. de Reg. jur. Dec. cons. 151 col 2 & cons. 604. col. 4. Hieron Gratt. cons. 155. n. 6. lib. 2. Covarru. variar. resolut. lib. 2 cap. 5. n 6 Nicol. Everhard. in sua Topic. in loco ab except. ad regul.* 243

Similiter clari juris est, quòd † unius exclusio sit alterius inclusio, & econverso, unius inclusio alterius exclusio sit, *l. cùm Praetor. ff. de judic. l. ex eo. ff. de testib. c. nonne & ibi Felin. extr. de praesumpt. l. maritum. C. de procur. Claud. Aquen. l. fin ff quòd quisq; iur. Ruin. l. 1. col. 18. super gloss. verb. fortissimum. ff. de offic. eius, cui mandat. & iurisdict. Lancell. Dec. l. pen. col. 3. C. de pact. Cognol. l. 1. nu. 31 ff. de R. I. Card. Paris. cons. 8. n. 9. cons. 19. nu 6. & 9. cons 33. nu. 50. cons. 35. nu 9. cons. 47. nu. 48. cons. 93 nu. 44 cons. 106. nu. 10. cons. 111. n 21 lib. 1. cons. 12 n. 185 cons. 43 nu. 15. lib. 2. cons. 1 n. 135. cons. 5. n. 43. lib. 3. cons. 5. nu. 145. lib. 4.* 244

Sed

Sed in *d. cap. 6.* Lehenrecht traditur talis regula, quòd mortuo Vasallo absque liberis feudum aperiatur Domino & ad Dominum devolvatur. Et ab illa regula tantùm excipitur is casus quando alius de isto feudo simultaneè investitus est.

Igitur sequitur, quòd ista exceptio firmet regulam in omnibus aliis casibus, atq; hoc operetur, ut mortuo Vasallo absque filiis eo casu quo alius de feudo ab ipso possesso simultaneè investitus non est, feudum indistinctè Domino aperiatur, etiamsi illud feudum sit feudum antiquum, & Vasallus defunctus habeat agnatos transversales à primò acquirente descendentes.

Similiter & textus in d. cap. 21. Lehenrecht circa fin. tradit talem regulam, quòd nullum penitùs feudum ad alium transmittatur, & ab illa regula excipitur tantùm is casus, quando Vasallus defunctus filium relinquit, & deciditur, quòd feudum ad filium tantùm transmittatur.

Igitur etiam ex hoc sequitur, quòd ista exceptio filii confirmet regulam in omnibus aliis personis, etiam in fratribus & agnatis, atque hoc operetur, ut feudum non transmittatur ullomodo ad agnatos Vasalli defuncti, & quidem indistinctè, sive illud feudum sit novum, sive antiquum. Item sive illi agnati transversales trahant originem a primo acquirente sive non.

245 Septimo † dictionis, taxativæ tantùm, solùm, & similium, illa vis natura atque proprietas est, ut excludant omnes alias personas, omnesq; alios casus, præter personas, & casus expressos. *Bart. Paul. Castr. Alex. & Dd l. 1 in prin & ibi Ias n. 9 cum multis sequentibus ff. si quis jus dic. non obtemperau. Card. Florent. & Felin. c. contingit. arg. illius textus ex. de fidei instrum. Nicol. Everhard. in sua Topic. in loco à natur. diction. taxativi num. 2. fac. tex l 2. C. de patrib. qui fil. distraxer. l contractus. ff. de R I. c cum Ecclesia. Sutrina ex de causs. possess & proprietat.*

Sed textus in præallegato capite 21 circa fin Lehenrecht utitur verbis taxativis, atq; disponit, quod nullum penitus feudum à nullo Vasallo transmittatur, nisi tantùm à patre in filium.

Igitur etiam ex hoc sequitur, quòd prædictus textus juris Saxonici ita accipiendus sit, ut omes aliæ personæ præter filium Vasalli defuncti à successione feudi exclusæ esse intelligantur, etiamsi illæ à primò acquirente originem trahant, & sic quod ille textus habeat locum, non tantùm in feudo novo, sed etiam in feudo antiquo.

Octavò † omnia omninò statuta, omniaque jura municipalia, ita intelligenda atq; interpretanda sunt, ne sint supervacua, sed ut addant atq; operentur aliquid ultra juris cõmunis dispositionem, *Bart. l. 4 § Prætor. ait. nu. 15. & ibi Paul Castr. Rom. Alex. & Dd ff. de dam. infect. Anton. de Buc. c. causam. & ibi Panor. col. 3. ex. de dol. & contumac. Anton. de Buc clem. causam, & ibi Imol. col. 4. de elect. Panor. c. causam ad fin. ex de rescript. Panor. c. cum dilectus col. 5 ex de consuetud. Panor cons. 19. lib. 1. Fulgos. cons. 76 dub. 1. Barbat. l stipulationum §. satis acceptio. col. 3. ff. de verb oblig. Calcan. cons. 28. col. 4. Philip. Franc. c. Pastoralis in prin. ex de appellat. Bart. l. 2. ff. de usucap. Bald. l. 2. C. de his, qui accusar. possunt, vel non. Alex. cons. 190. num. 15. lib. 2. Col. cons. 179. num. 1. lib. 7. Felin. c. 1. nu. 7. ex de rescript. Godzad. cons. 74. nu. 7. Cravet. cons. 135. num. 24 cum multis similibus allegat. per Tiraquel. in tract. de utroq; retract. part. 1. §. 9. glos. 1. num. 56. arg l. si quando, in princ. ff. de legat. 1. lib. 1. ff ad Municipal. c. si Papa, de privileg. lib. 6. Socin. Reg 440.* 246

Et hoc usque adeò verùm est, ut statuta quælibet ita interpretari debeant, ut in iis non sit superfluum & sine effectu operandi, neque verbum aliquod, *c. solitæ. & ibi glos. Abb. Felin. & Dd. ext de major. & obed. Bald Rub. quæst. 9. C. de contract nupt. Felin. c. 1. n 7. exc. de rescrip. Cravet. cons n. 105. 7.*

Neq; syllaba aliqua, *l 1. junct gloss ff. quod met. caus. Alex. cons. 52. lib. 4 Felin. c. 1. nu. 7. exc. de rescript.* Utque, quoad hunc finem ne statuta sint supervacua, statutum ita interpretandum sit, ut sub illo comprehendatur etiam talis casus, qui alioquin sub illo statuto non comprehenderetur. *arg. l. fundus qui locatus. ff. de fund. instruct. Oldrad. cons. 300. incip. factum tale est. col. fin. Bald. l. quibus diebus. §. Dominus ff de condit. & demonstrat. Bald. l. si ita scripsisset. ff. de legat. 2. Alberic. de Rosat. lib. 1. §. 1. ff. de offic. præfect. urb. Bart. l. sed etsi quis §. quæsitum. num. 3. ff. si quis caut. Cravet. cons. 135 num. 24.*

Et quoad hoc, ne statutum vel alia dispositio sit supervacua, sed ut aliquid ultra juris cõmunis dispositionem operetur, verba contra propriam significationem largè & impropriè accipi debent, *l. si stipulatus fuero per te. ff. de verb. oblig. l. stipulatio ista § sed si servus & §. Possidere ff. eo tit. c sententia de sentent excom. lib 6. Bald. c. 1. de capit. qui Curt. Vend. Abb. cons. 32. col. 1. lib. 1. Dec. cons. 48. col. 2. cons. 69. col. 3. Cravet. cons. 105. nu. 7. cons. 118. num 19. & cons 135. num. 24. lib. 1.*

Atq; potius admittitur ut per statutum inducatur correctio juris cõmunis, quâm ut

illud sit superfluum & sine effectu operandi, *Bald. l. observare §. proficisci. q. 3. circa fin. ff. de offic. proconf. Ruin & Imol. l. si cum dotem in princ. & ibi Alex. num. 18. ff. solut. matrim. Fulgos. l. ut liberis C. de collat. Rom. Authen. ex testamento C. eo tit. Fulgos. Paul. Castr. & Alex. l. 1. in princ. num. 50. & 51. ff. de offic. ejus cui mand. est jurisdict. Ias. l. properandum, §. sin autem alterutra C. de judic. Godzad. cons. 74. num. 7. & 8. Dec. c. Eccles. S. Mariæ num. 13. & 14. extr. de constitut.*

Sed præallegati textus juris Saxonici si illi restringerentur tantùm ad feudum novum essent, supervacui, nihilque ultra juris communis dispositionem operentur. Eam ob caussam, quia jure communi sancitum est, quòd ad successionem feudi novi nullus alius admittatur, nisi tantùm filii & descendentes à primo acquirente, *§. Quia vidimus de his qui feud. dar. poss. c. 1. §. fin. de success. feud. c. 1. §. si duo de feud. March. c. 1. de benefic. fratris c. 1. de fratrib. de no. benefic. invest. c. 1. de gradibus succedend. in feud*

Igitur sequitur, illos textus juris Saxonici, ne illi sint supervacui, & ne aliquid operentur ultra juris communis dispositionem ita accipiendos esse, ut habeant locum, non tantùm in feudo novo, sed etiam in feudo antiquo.

247 Nono † illà statuta atque jura municipalia quæ nos reducunt ad jus commune antiquius, nullo modo restringenda, sed extendenda atque latè interpretanda sunt, illaque interpretatio per quam reducimur ad jus commune antiquius omninò tenenda & sequenda est, etiamsi illa statuta sive jura municipalia alioquin sint correctoria vel exorbitantia, *glos. c. statutum, verb. munere domini, de præbend. lib. 8. Anton. de But. c. olim tibi. arg. ill. text. col. ibi Panor notab. 3. text. de verb. significat. Alex. l. si constante, num. 3. vers. juxta hoc ff. solut. matrim. Alex. cons. 75. col. 2. lib. 5. cons. 227. col. 3. lib. 6. Francis. Aret cons. 96. col. 1. Ias. l. si unus §. pactus ne peteret nu 6. ff de pact. Ias. Auth. quas actiones col. 7. vers. quarto limita. C. de SS. Eccles. Ias. l. nemo potest lect. 2. col. 8 vers secundo, quæritur. & ibi Montferrat. col. 10 ff. de legat. 1. Ias. l. properandum col. 1. C. de judic. Ias. l omnium col 3. C. de testamentis Ias. l. 1. col. fin ff. de re judicat. Socin cons. 112. col fin cons. 124. col. 3. lib. 3. cons. 82. lib. 4. Dec cons. e e. col. pen. Tiraquel. in tract. de jure primo gen. quæst. 24 num. 6. facit. id quod tradit. Spec. in tit. de instrum. edit. §. nunc autem videndum in princ. Ang. cons. 10. num. 3. vers secundo. quia res Bald. c. 1. in princ. num. 1. de capit. Corrad. Socin. cons. 59. num. 8. Bart. l cætera. §. sed si provocavi te. num 4 ff. de legat. 1. Rum. cons. 11. lib. 5. Laur. Sylvan cons 67. num. 5. lib. 2. Tiraquel. in tract. de utroq. Retrh. in præfat. num. 58. & 59. Tiraquel. in tract. de pœn. cons. 51. num. 18. Matth. de Afflict. c. 1. num. 301. Ex quibus caus. feud amitt. Godzad. cons. 26. nu. 55. Socin. jun. cons. 11. nu. 12. lib. 3. Cravet. cons. 135. num. 38. lib. 1. Anton. Gab. Rom. in tract. Regul. tit. de jur. quæsit. non toll. conclus. 1. num. 33.*

Et statuta omnia ita interpretari debent, ut quantùm fieri potest ad juris communis antiquioris dispositionem inducantur sive intelligendo latè, sive strictè, *Tiraquel. in tract. de primogen. q. 24. num. 6.*

Sed certum est, quòd † secundum jus 248
feudale antiquius feuda etiam antiqua tantùm transierint ad descendentes ultimi possessoris, quòdque agnati transversales, etiam a primò acquirente originem traherent ad successionem feudi quantumvis antiqui admissi non fuerint, *c. 1. §. & quia vidimus de his qui feud. dar. poss.*

Et sic per illam interpretationem, quòd prædicti textes juris Saxonici, etiam locum habeat in feudo etiam antiquo reducimus ad jus feudale antiquius.

Igitur sequitur illam interpretationem omninò sequendam & amplectendam.

Præterea quoque juri communi cau-
tum est, † quod in feudis regalibus nulla 249
penitus successio locum habeat, *c. 1. in prin.*
& ibi Dd. de feudo. March. Et inter feuda re- 250
galia etiam referuntur Baroniæ, prout hoc expresse tradit. *Bald. c induxit. num. ex text. de test. Henning Gœd cons. 1. num 6. & 7. sub. Rub. de aur. & argenti fod Iacob. de S. Georg. in tract. feud. verb. dux. vers quid si Rex. num. 10. Frideric. Schenck. c. 1 quis dicatur dux, idemque est de mente. Godzad. cons. 8. num. 45.*

Et hoc potissimùm procedit † in Ba- 251
ronib. Germaniæ. Namque secundum receptam consuetudinem totius Germaniæ, Barones Germaniæ Comitibus, & Baroniæ Germaniæ Comitatibus æquiparantur, prout hoc tradit, *Zas. in tract. feud par. 5. num. 29. Frideric. Schenck. c. 1.* quis dicatur dux.

Et hanc sententiam multis firmissimis rationibus comprobavi, *in 10. part. mei tract. feud. in Mater. Domini feud. ampliat. 11.*

Mulcò

152 Multò verò magis † hoc locum habet eo casu quando Baronibus in Baroniis suis concessa sunt regalia, inter quæ referuntur munera, sive auri & argenti fodinæ, nec non vectigalia, jus concedendi salvum conductū sive securitatem publicam, & similia.

Namq; hinc absque omni dubio Baroniæ inter feuda Regalia referuntur, *Francis. Purpur. l. 1, nu. 244. ff. de offic. ejus, cui mandat. est jurisdict. Marin. Fret. in tract. de sub. feud. lib. 1. in prin. num. 21.*

Igitur sequitur, si prædicti textus juris Saxonici in Baroniis reliquisque feudis regalibus ita intelligantur, ut habeant locum, non tantùm in feudis novis, sed etiam in feudis antiquis, nos per hoc magis reduci ad jus commune, quo cavetur, quòd in feudis regalibus omninò successioni locus non sit.

Rursus ex hoc infertur, illam interpretationem multò magis amplectendam in feudis regalibus.

153 Decimò, † illud dicitur expressum, quod sub verbis generalibus comprehenditur vel includi potest, *Bart. l. 1. col. 3. vers. videamus ergo & ibi Dd. ff. de vulgar & pupillar. Bart. l. centurio col. 1 ff eo tit. Bart. l. si quis in principio. col. 4. vers. quæro quid si testator. ff. de legat. 3. Bart. & Bald. l. Prætor. ff. de oper. no. nunciat. Bald. Imol. & Francis. Aret. l. illud. ff. de acquir. hæred. Bald. cons. 319. col. 2 lib. 5 Pet. de Author. cons. 393 col. 1. Paul. Castr. cons. 91. col. 3 lib. 2 Alex. cons. 76. col. 4 lib. 5 Francis. Aret. l. qui liberis §. hæc verba ff. de vulgar. & pupillar. Pet. de Rebuff. & Ias. l. edictum quæ mens ff. de legat. 1. Dec. cons. 389. col. fin. Ruin. cons. 159 n. 9. lib. 5. Tiraquel. in tract. de ll. connubial. gloss 7. n. 86 & 5. sequentib. ubi ipse multos alios Dd. ad hoc citat.*

Et hoc multò magis procedit eo casu, quando dispositio est concepta non tantùm verbis generalibus, sed verbis universalibus. Namque verba universalia habent vim specialis expressionis, *Curt. Sen. cons. 49. Godzad. cons. 30. Cravet. cons. 294. col. 4. cons. 297. col. 8. & cons. 388. col. fin. Laur. Sylvan. cons. 95. num. 17.*

Potissimùm verò hoc locum habet eo casu, quando dispositio est concepta verbis universalibus geminatis. Illa enim absque omni dubio vim specialis expressionis, sive nominationis habent, *Curt. Sen. cons. 48. col. 14. & cons. 49 Corset. in tract. de verb. geminat. Card. Paris. cons. 9. num. 20. lib. 3. Laur. Sylvan. cons. 95. num. 17.*

Sed prædicti textus juris Saxonici, sunt generales, & sub generalitate illarum textuum non tantum feudum novum, sed etiam feudum antiquum includi potest.

Quinimò textus in d. c. 21. Lehenrecht est conceptus non tantùm verbis generalibus, sed verbis universalibus, & quidem geminatis, & triplicatis.

Igitur sequitur quòd sub dispositione illorum textuum comprehendatur etiam feudum antiquum, quòdque illi textus proinde accipiendi sint, atque si in illis expressa etiam specialis cautio feudi paterni facta fuisset.

Rursus ex hoc infertur licet Baronia in F. respectu Domini A. A. Baronis in B. sit feudum antiquum, & à majoribus suis & acquisitum & possessum. Attamen cùm Dominus A. A. Baro à B. nec non etiam reliqui Barones à B. in F. sint agnati transversales Domini N. N. Baronis à B. ultimi possessoris Baroniæ F. nec ipsi de ista Baronia simultaneè investiti fuerant, istam Baroniam secundum dispositionem juris Saxonici non esse acquisitam Domino A. A. vel aliis Baronibus à B. in F. jure successionis, sed Imperatoriæ Majestati, tanquam Regi B. & Domino feudi apertam.

Ulteriùs ex hoc infertur, cùm neque Dominus A. A. Baro à B. neque alii Barones à B. in F. tempore mortis Domini N. N. Baronis à B. ultimi possessoris Baroniarum controversarum simultaneè investiti fuerint de Baroniis S. M. R. B. T. istas Baronias minimè jure successionis acquisitas esse Domino A. A. aliisque Baronibus à B. in F. sed Imperatoriæ Majestati, tanquam Regi B. & Domino feudi apertas, etiamsi doceri vel probari posset illas Baronias respectu Domini A. A. aliorumque Baronum à B. in F. esse feuda antiqua, & à majoribus ipsorum & acquisita, & possessa.

Undecimo, † etsi ad successionem illius 153
feudi, quod alicui concessum est, pro recipiente & omnibus hæredibus illius admittuntur omnes omninò hæredes licet ipsi neque investiti neque simultaneè investiti sint, nec etiam a primo acquirente originem trahant, *Bald. c. in præsentia notab. 2. ex de probat. Alex cons. 30 num. 15. lib 5. cons. 195 col. pen. lib. 6. Curt. jun. cons. 1. col. 2, Godzad. cons. 27. nu. 22. Natt. cons. 659. num. 6.*

num. 6. lib. 1. Roll. à Vall. conf. 5. num. 36. & 37. & conf. 60. nu. 49. lib. 1. conf. 79. nu. 35. lib. 2.

Illudque confirmatur per id, quod & legibus cautum & a Dd. communiter traditum est, ut ad successionem illius feudi quod quis acquisivit, pro se & quibuscunque hæredibus admitti omnes etiam neque investitos, neque simultaneè investitos, neque à primo acquirente originem trahentes, *Bald. lib. 1. quæst. 34 ff. de rer. divis. cum multis simil. allegat. supra in 11. ratione dubitandi.*

Attamen quoad hoc contrarium tenent multi Dd. volentes ad successionem illius feudi, quod alicui & omnibus sive quibuscunque hæredibus ipsius concessum est, non admitti, nisi illos tantùm qui alioquin ad successionem feudi admitterentur, *Bald. cap. 1. §. donare. col. 2. vers. sed dubitari potest. & ibi Mart. Laud. & Præpos. qualiter feud. olim. Bald. l. cum virum. col. fin. C. de fidei com. Alex. conf. 30. col. 3. lib. 1. Francis. Aret. & Socin. l. Gallus. §. etiam ff. de liber. & posthum. Barbat. Rub. col. 2. text. de feud. Barbat. conf. 63. col. 9. lib. 1. conf. 23. col. 2. lib. 2. Iacob. de S. Georg. in tract. feud. verb. & quibuscunq. hæredibus col. 1. Curt. Sen. conf. 83. col. 5. Dec. conf. 185. col. 3. Vers. 2. respondetetur. Godzad conf. 31. Thom. de Marin. in tract. de gener. & qualit. feudor. tit. 31. num. 11.*

Ubi ipse attestatur, hanc contrariam sententiam communem esse. Et omnes illi Dd. qui volunt, ad successionem feudi acquisiti pro ipso acquirente, & omnibus sivè quibuscunque hæredibus ipsius admitti omnes omnino hæredes, etiam non descentes à primò acquirente, & de isto feudo neque investitos, neque simultaneè investitos, concludunt feudum ita acquisitum esse feudum merè, & absolutè hæreditarium, *Ias. in prælud feud. num. 28. Dec. conf. 185. num. 2. conf. 208. num. 7. & 8. & conf. 395. Matth. de Afflict. c. 1. num. 13. in agnat. Card. Paris. conf. 23. num. 169. usq; ad num. 187. lib. 1. conf 65. lib. 3. Socin. Iun. conf. 72. num. 22. usq; ad num. 28. lib. 1. conf. 103. num. 33. conf. 112. num. 5. usq; ad num. 11. lib. 2.*

Et de tali feudo secundùm eorundem Dd. sententiam idem jus statutum quod de aliis rebus hæreditariis statui solet. *Dec. conf. 78. Ias. in prelud feud. num. 128. Card. Paris. conf. 65. nu. 13. lib. 3.*

Ideoque ad successionem illius feudi ab intestato nemo admittitur, nisi ipse hæres, *Iacob. de Belvis. Andr. de Iser. & Dd. c. 1. §. hoc quoq; de success. feud. Bart. l. ut. jusjurandum. §. si libert. ff. de oper. libert. Alex. l. quædam. §. nihil ff. de edend. Alex. conf. 44. num. 6. lib. 1. conf. 9. col. 3. lib. 2. conf. 10. col. pen. lib. 3. conf. 26. num 4. lib. 5. Alex. l. quoddam la. 2. ff. de verb. obligat. Albert. Brun. conf. 1. col. 8. Card. Paris. conf. 65. num. 9. lib. 3. Ias. l. 2. col. antepen. C. de jur. Emphyt. Ias. conf. 57. col. 1. lib. 1. Socin. jun. conf. 114. num. 8. lib. 2.*

Et ad hoc † ut quis ad successionem hujus feudi ab intestato admitti possit, requiritur, ut ipse sit hæres ultimi defuncti, *Curt. jun. conf. 138. nu. 24. Thom. de Marin. in tract. de feud. lib. 1. tit. 5. nu. 34.* 254

In quibus locis Thomas de Marin. pro hac sententia multos alios Dd. citat. Et tam Curtius junior quàm Thomas de Marinis attestantur hanc sententiam & veriorem & communiter receptam.

Ex quo infertur, quod is qui non est hæres ultimi defuncti alligare nequeat illud feudum esse transitorium ad omnes etiam non descendentes à primo acquirente, item neque investitos, neque simultaneè investitos, eam ob causam, quia hoc allegare illius non interest, cum ipse indistinctè ab hoc feudo excludatur.

Et certum est, † quòd nemini permittatur allegare id, quod sua non interest, *l. 1. & ibi Curt. jun. ff. de inoffic. testamento l. posthumus §. Si quis ex his & ibi Bart. Bald. Ang. ff. eo tit. l. sin autem. §. si homo. ff. de rei vendicat. l. loci corpus §. competit. ff. Si servit. vendic. l. à sententia ff. de appella. c. cum super. & ibi Felin. nu. 14. text. de sentent. & re judic. c. non solent. 2. quæst. 6. Innocent. c. super his ext. de appell Bart. l. si unus §. ante omnia Arg. ill. text. ff. de Pact. Bart. l. mater. num. 2. ff. de inoffic. testa. Bald. Rep. l. 2. Chart. 8. ff. de jurejur. Ang. l. fœminæ ff. de Reg. jur. Abb. c. ex parte. & ibi Felin. num. 5. ext. de testib. Imol. & Rom. l. illò à quo §. si de testamento. ff. ad S. C. Trebellian. Philip. Franc. c. bonæ num. 15. ext. de appell. Dec conf. 302. num. 4. Hip. de Marsil. l. si quis ne quæstio num. 124. Alciat. Respons. 100. Francis. Herculan. in tractat. de attentat. cap. 31. num. 53. Covarru. pract. quæst. cap. 23. num. 4.* 255

Præterea † quoque illorum Dd. opinio, qui volunt ad feudum acquisitum pro ipso acquirente & omnibus sivè quibuscunque hæredibus ipsius admitti omnes omninò hæredes etiam non descendentes à primo acquirente, & de isto feudo neque investitos neque simultaneè investitos, absque omni dubio non habet locum eo casu 256

quando

quando ex observantia postea secuta liquet, contrahentes sub illis verbis omnibus vel quibuscunque hæredibus tantùm comprehendere voluisse filios masculos,& simultaneè investitos, non autem alios hæredes extraneos.

Namque clari juris est, quòd ab observantia postea secuta tam investitura quam quælibet alia dispositio interpretationem recipiat,quódque illi interpretationi,quæ ex observantia postea secuta colligitur, omninò standum & inhærendum sit,etiamsi verba contrarium suadeant, sicut huc inferiùs docebimus.

157 Similiter quoque prææallegata opinio, qui volunt † ad successionem illius feudi, quod quis acquisivit pro se & omnibus sive quibuscunq; hæredibus,admitti omnes hæredes etiam extraneos & non descendentes a primo acquirente, & de isto feudo neque investitos, neque simultaneè investitos non habet locum eo casu, quando præcedentes investituræ per sequentes aliter declaratæ sunt,quòd videlicet contrahentes voluerint sub verbo omnium vel quorumcunque hæredum comprehendi tantùm filios vel simultaneè investitos: tunc enim absq; omni dubio alii hæredes extranei & non descendentes a primo acquirente, neque etiam de feudo controverso investiti vel simultaneè investiti,ad successionem feudi nullo modo admittuntur.

Namque clari & indubitati juris est, quòd præcedentes investituræ per investituras subsequentes declarantur, quódque illi declarationi, quæ ex investituris postea sequentibus resultat, omninò standum & inhærendum sit,*Dec.conf.113 n.3.Cephal.conf.3. nu.29 arg.l non est novum. & l.sed & posteriores.ff. de legibus.*

Et confirmatur, Tum, quia regulariter unum instrumentum sive una scriptura per aliud instrumentum, sive aliam scripturam declaratur, *Bald. & Iaf. l. si quis ex argentariis. § si initium ff.de eden Bald. c. auditu.n 4 ext.de præscript.Iaf.l qui filiab.in prin.n.4 ff.de legat 1.*

Tum quia plures investituræ ita intelligendæ sunt, ne sibi invicem contradicant, *Paul.Castr.conf.1 1 1. nu.2 Dec.l.ubi repugnantia in princ. nu.5, ff.de R.I.*

158 Deinde etiam prææallegata opinio Dd; absq; omni dubio locum non habet, quando vel ex petitione investiturarum præcedente,vel ex aliis clausulis unius ejusdemq; investituræ liquet,contrahentes tantùm sensisse de descendentibus & simultaneè investitis.

Nam clari & indubitati juris est, quòd unum verbum atque una clausula investituræ aliud verbum aliamq; clausulam ejusdem investituræ declaret, *l quemadmodum. §.hæc verba. & ibi Bart. ff. ad l. Aquil l.qui filiabus.in princ. & ibi Bart. & Iaf ff. de legat. 1.l.si servus plurium. §.fin. ff. eod. tit. l. vitum. & ibi Bart.Bald. & Ang.ff.de pet. hæred Iaf l.si quis ex argentariis.§. si initium. nu. 1 1 ff.de edend.*

Similiter certum est, † quòd tam investitura, quam alia quælibet concessio a petitione præcedente declarationem recipiat,& secundùm petitionem præcedentem intelligenda,declaranda,& restringenda sit, *l si defensor. §. qui interrogatus. ff. de interrogat. act. l. 1. & ibi Iaf C. de divers. rescript. §. Præterea instit. de inutil stipul. c. inter dilectos & ibi Dd. extr. de fid instrum.* 159

Eodem modo clari juris est, † quòd appellatione posterorum tantùm liberi & descendentes, non autem extranei comprehendantur, *l. quod his. §.fin.& ibi Bart ff. de legat.3.l Iurisconsultus § parentes.ff.de gradibus affinit Bart.l.item Prætor ff.de suis & legit.hæred.* 160

Et in materia feudali aliisque materiis ad hæredes extraneos non transeuntibus appellatione posterorum tantùm comprehenduntur filii masculi,ex masculis descendentes, *l. 1.§. fin. & ibi Bart. & Alex. ff. de jure immunit.*

Et si quis petierit sibi feudum concedi pro se & hæredibus suis & posteris, vel pro se,filiis,& hæredibus suis,illa petitio ita intelligitur, ut requiratur etiam iis,qui ad successionem illius feudi se admitti cupit, simul sit & hæres, & filius, sive de posteris & descendentibus, *Bart. l. jurisjurandi. § si liberi. ff. de oper.libert. Bald. l.tale pactum. §. fin. in princ. arg. ill text.ff. de pact. Bald. conf.70. lib. 2. conf. 475. lib.5. Arg. l. Gallus. §. etiamsi parente.ff. de liber & posth. Alex.conf 44. nu. 1. & ibi Carol. Moli in add.conf.1 28. nu. 6 lib. 1.conf. 9. nu 7. conf.56. col. 1.lib. 4. Alex. l. quædam §. 1. ff. de edend. Iaf. l. 2. nu. 188. C. de jure Emphyteut. Iaf. l. si non fortem. §.libertus. col. fin. ff. de liber. & posthum.* 161

Sed in casu præsenti, licet in investitura Regis L. & Regis G. reperiantur illa verba, Allen ihren Erben:

Et in investitura Regis L. dicatur, Dominum U. Dominum W. & Dominum F. fratres Barones a B eorumque agnatos, atq; omnes illorũ hæredes,&investitos,& simultaneè investitos de Baroniis F.F.H.S.B.S,M. & de omnibus bonis illorum. In investitura Regis G. vero dicatur, Dominum W. & Do-

& Dominum F. fratres Barones a B. omnesque hæredes illorum esse etiam investitos & simultaneè investitos de Baronia F. & de dimidia parte Baroniæ F.S. & T.

Attamen in omnibus aliis sequentibos investituris factis Baroiobos a B. expresse dicitur, Barones in B. esse investitos pro se & hæredibus suis feodalibos, & ex corpore illorom descendentibus, nempe cum his verbis, **Sie vnd jhre männliche Leibes Lehens-Erben.**

Et sic liqoet, per illos posteriores investituras Regis L. & Regis G. investituras ita declaratas esse, ut illa verba, **Allen jhren Erben**/ posita in istis duabos investituris tantum intelligi debeant, **von allen jhren männlichen Leibeslehens Erben** / & sic de omnibus hæredibus feudalibus & ex corpore illorum descendentibus.

Præterea quoqoe in investitura Regis L. & G. narratur, quòd Barones à B. petierint se investiri pro se, hæredibus atque posteris suis, sicut hoc liquet ex illis verbis, **vnd haben vns mit demütigem Fleiß gebeten/ daß wir jhnen/jhren Erben vnd Nachkommen alle Schlöß vnd Stätte/ etc.**

Et ad illam petitionem ita factam, istæ investituræ secutæ sont.

Igitor tum ex hoc, tom etiam ex eo, quia una particula investituræ secondum aliam intelligenda est, sequitur illud verbum, **Alle jhre Erben** / in investirora positum, ita accipiendum esse, ut intelligatur tantòm de posteris.

Et ex omnibos actis mihi transmissis liquet, ab eo tempore, qoo Rex L. & Rex G. Barones a B. prædictis verbis investivit, semper ita observatum foisse, ot ad successionem Baroniarum controversarum tantòm fuerint admissi descendentes & simultaneè investiti.

Igitor sequitor, per hanc observantiam subsecutam investituras Regis L. & Regis G. ita declaratas fuisse, ut sob verbis, **Allen jhren Erben** / tantùm comprehendantur descendentes & simultaneè investitos.

Insuper etiam, ot opinor, neque Dominus A. A. Baro a B. neque alii Barones à B. in F. sunt hæredes Domini N.N. ultimi possessoris Baroniarum controversarum, neq; ex testamento neque ab intestato.

Igitur etiam ex hoc sequitur, qoòd dicta clausula neque Domino A.A. neque reliquis Baronibus a B. in F. patrocinari possit, etiam positoi, llam clausolam ita accipi posse, ut de omnibos omninò hæredibus etiam non descendentibus à primo acquirente, nec simultaneè investitis intelligi debeat.

Doodecimo, † licet secundum moltorom Dd. sententiam illud feudom, quod vasallo liberè alienare permittitur, etiam ad extraneos, & ad illos, qui de isto feudo, neque investiti, neque simultaneè investiti sunt, transeat, *Curt. Iun. cons. 4. Card. Paris. cons 23. nu. 41. & 42. lib. 1.* 262

Idemque velint etiam illi Dd. qui concludont, feodom alicui concessum pro ipso & hæredibus, & cui ipse dederit, quòd feudum vasallo alienare permittator, *c. 1 §. feudum ea lege & ibi Dd. si de feud. def. content. & c. 1. de feud. non habent. propr. natur.* etiam ad hæredes extraneos, & neque investitos neque simultaneè investitos transire, *Nicol. de Neapol. Alvarott. & Præpos. c. 1. §. feudum ea lege, si de feud. def. content. Iacob. de S. Georg. in tract. feud verb. & quibuscunq; hæredibus. nu. 3. Francisc. Rip. l. quæsitum. §. si quis cum tutor. nu. 5 ff. de privileg. creditor. Dec. cons. 390. nu. 7. & 8. Curt. Iun. in tract feud. 2 par. 3. par. princ. nu. 64. Curt. Iun. cons. 1. nu. 8. cons 4. nu. 3. Rol à Vall cons. 79. nu. 29. lib. 2. Natta cons. 159. nu. 12. lib. 1. cons. 226. lib. 1. cons. 246. nu. 1. lib. 2. Thom. de Marin. in tract. de generib. & qualitat. feudorum. lib. 1. tit. 31. nu 8.*

Attamen ego judico veriorem esse illorum Dd. sententiam, qoi volunt, † etiam latè feudom, cujus alienandi facultas vasallo concessa est, ad extraneos & feodi incapaces, & sic ad illos, qoi simultaneè investiti non sunt, non transire, si is, cui facultas alienandi concessa est, ante alienationem factam mortuus fuerit, prout hoc expresse tradit *Thom. de Marin. in tract de generib. & quantitat. feud. lib. 1. tit. 31. nu. 5.* 263

Et confirmatur per id, quòd Dd communiter tradònt, † per facoltatem alienandi concessam ei, qui fideicommisso gravatus est, non indoci remissionem fideicommissi, nec hanc concessionem illod operari, ot res per fideicommissum relicta, ad hæredes gravati ab intestato transeat, si gravatus ante alienationem factam decesserit, proot hoc expresse & in specie tradit *Bart. l. qui Romæ. §. duo fratres. nu. 21. & ibi Francisc. Aret. q. 8. Ias. nu. 72. cum 2. sequentib Socin. Iun. nu. 130. ff. de verb. obligat. Rom. cons. 403. nu. 1. & 2. Paul. Castr. cons. 188. col. 2. lib. 2. Ruin. cons. 147. nu. 15. lib. 2. cons. 92. nu. 1. lib. 4. Authon. Gab. Rom. in tract. Regul. lib. 4. tit. de fideicommiss. conclus. 1. nu. 33.* 264

Eamque sententiam communiter receptam esse attestatur Socin. Jon. in loc. præalle-

Eamque sententiam communiter receptam esse attestatur Socin. jun. in loc. præallegat. Et licet ad hanc rationem conetur respondere, *Curt jun in præallegat. consf.* 4. Attamen illius responsio mihi non satisfacit.

265 Præterea quoque indubitati juris est, † quòd is Vasallus, cui permittitur feudum alienare in personas certi generis, non possit illud feudum alienare in alias personas, *Andr. de Iser. c. 1. in prin. & ibi Alvarot. num 8. Præpos. n. 4 Matth. de Afflict. notab. 12. de prohib. feud. alien. per Frideric. Curt. in tract. feud. 4. par. num. 140. Dec. consf. 395. num. 2. Zas. in tract. feud. par. 9. nu. 38.*

Similiter quoque & Dd. communiter tradunt, quòd is Vasallus cui permissum est feudum alienare certo titulo, sive certis modis, non possit id feudum alio titulo sive aliis modis alienare, *Andr. de Isern. c. 1. in prin. n. 5. & ibi Alvarot. n. 14. Præpos. n. 4. Matth. de Afflict. quæst 12, num. 10. de prohib. feud. alien per Frideric. Curt. in tract. feud. part. 4. num. 143.*

Ideòque traditum est, quòd is cui concessum est feudum inter vivos alienare, illud neque per ultimam voluntatem neque per successionem ab intestato alienare vel in alium transferre possit, *Bald c 1. in prin. num. 13. & ibi Præpos. de prohib. feud. alien. per Frideric Iacob de Ardizon. in sum. Chart. 22. in fin sub. Rub. utrum intelligatur in omni donatio Ioan. Blanc in sum. feud col. 2. Francis. Arec. l. qui in potestate. post princip. ff. de Testam. Bartol. consf 23. col 1. lib. 4. Bertachi. in tract. de Gabell. part. 3 part. 8. princip. quæst. 12. Socin. consf. 19. lib. 1. Curt. jun. in tract. feud. par 4. num. 145. Tiraquel. Rep. l si unquam. verb. donatione largitus num. 247. C. de revocat. donat. Nevizan consf. 4. num. 24. Riminold in prin num 224. instit. de donat.*

266 Quinimò aliqui Dd. concludunt, † quòd familias alienandi feudum simpliciter concessa intelligatur tantùm de alienatione inter vivos nec ullo modo extendatur ad alienationem factam per mortem, vel in testamento, vel ab intestato *Nevizan. consf. 9. nu. 23. & 24.*

267 Absque omni verò dubio præallegata doctrina Dd. locum non habet eo casu, † quando hoc expressè actum vel conventum est, quòd illud feudum, quod Vasallo alienare permittitur ad extraneos hæredes, vel illos, qui simultaneè investiri non sunt, transire non debeat. Tunc enim dubio omni caret illud feudum non obstante hoc quòd Vasallo alienandi facultas permissa est ad extraneos, vel illos, qui non sunt simultaneè investiti, non transire.

Tùm, † quia limitata permissio limitatum effectum producit, *l in agris. ff. de acquir. rer. domin. l. cancellaverat. ff. de his qui in testamento del. l. age cum Geminiano & ibi Ias. & Dd C. de transaction. cum multis similib. allegat per Tiraquel. in tract. cess. caus. par. 1. num. 142.* 268

Tùm quia † ex pressum facit cessare tacitum, *l. cum ex filio. §. filio. & ibi Bart. ff. de vulgar. & pupillar. Bald l. Testamento. C. de impub. & aliis substitut.* 269

Deinde etiam † illi Dd. qui volunt illud feudum quod Vasallo alienare permissum est, ad extraneos & non descendentes à primò acquirente, nec non & alioquin feudi incapaces transire, tradunt illud feudum esse feudum hæreditarium merum & absolutum, & æquiparari feudo concesso alicui & quibuscunque sive omnibus hæredibus ipsius, *Curt. Iun. consf. 1. & consf. 4. Matth de Afflict. in constitut. Regni. incip. comes. notab. 4 Albert. Brun consf. 9. & consf. 10. Thom. de Marin. in tract. de generib. & qualitat. feudor lib. 1. tit. 31 nu. 8.* 270

Ideoque posito illorum Dd. sententiam qui concludunt tale feudum etiam ad extraneos transire, verùm esse.

Attamen illud feudum non transit, nisi ad illos, quibus id vel in testamento relictum est, vel qui ultimo defuncto ab intestato hæredes existunt, cum feuda merè & absolutè hæreditaria non transeant nisi ad illos quibus ista feuda vel in testamento relicta sunt vel qui ultimo defuncto ab intestato hæredes existunt, sicut hoc supra comprobavi.

Sed in casu præsenti licet per privilegium Regis L. & Imperatoris F. statibus, ordinibus, & incolis inferioris Lusatiæ sit concessa facultas atque potestas feuda sua vendendi, permutandi, pignori dandi, donandi, & alienandi. Attamen ex prædictis liquet, illam concessionem ita accipiendam esse, ut intelligatur tantùm de alienatione inter vivos, nec locum habeat in illa alienatione quæ fit vel per testamentum vel per successionem ab intestato.

Nec etiam Domini Barones à B. qui Baronias controversas possiderunt, illas in vita sua alienavêre, sed illas usque ad ultimum vitæ spiritum retinuêre.

H Igitur

Igitur sequitur, quòd non obstante licentia & potestate alienandi concessa istæ Baroniæ ad illos qui simultaneam investituram non habent, qualis est Dominus A. A. atque Barones a B. in F. transire non potuerit.

Præterea quoque in privilegio Imperatoris F. expressè dispositum est, quòd non obstante facultate alienandi feuda Vasallis concessa feuda non debeant transire ad extraneos & non investitos simultaneè, sicut hoc satis patet ex illa clausula, **Sein Gut/ so ferne durch Ablegung vorbenanter Erben der Anfall daran in ihm nicht zu gewarten.**

Et sic liquet, præallegatam doctrinam Dd. in casu nostro locum non habere.

Deinde etiam hæc facultas alienandi feuda per privilegium Imperatoris F. est tantùm restricta ad incolas, atque in illo privilegio dispositum, quòd feuda a Vasallis in incolas inferioris Lusatiæ tantùm alienari possint.

Sed certùm est, Dominum A. A. Baronem a B. incolam inferioris Lusatiæ dici non posse, cùm is in inferiori Lusatia domicilium habitationis non habeat, atque is
271 tantùm incola † dicatur, qui domicilium habitationis in loco aliquo habet, *l. cives. C. de incol. lib. 10.*

Igitur etiam ex hoc sequitur; quòd Dominus A. A. se privilegio Regis L. & Imperatoris F. juvare nequeat.

Insuper etiam Dominus N. N. Baro in B. ultimus possessor Baroniarum controversarum Baronias controversas per ultimam voluntatem non reliquit Domino A. A. neque etiam Dominus A. A. illi hæredes ab intestato extitit.

Igitur etiam ex hoc sequitur, Dominum A. A. Baronem a B. se illis privilegiis tueri vel juvare non posse.

272 Decimò tertiò † in generali dispositione non veniunt neque comprehenduntur Regalia, vel illa, quæ Regalem dignitatem annexam habent, *c quod ad translationem ext. de offic. leg c 2. de præb. lib. 6. Alberic. de Rosat. l. fin. circa fin. C. de jurisdiction. omn. judic Alex. l. 1 col. 1. ff. eotit Dec. cons. 197. Matth. de Afflict decis Neapol decis. 122. in fin. Calcan. cons. 102. Rol à Vall. cons. 1. num. 3. & cons. 42. num. 7. lib. 2. Card. Paris. cons. 10. num 7. lib. 4.*

Et hoc usque adeo verum est, ut habeat locum non tantùm in concessione facta verbis generalibus, sed etiam in concessione facta verbis universalibus.

Namque nec sub tali quidem concessione Regalia comprehenduntur, *Calcan. cons. 102. Rol. à Vall. cons. 1 n. 103. lib. 2.*

Quinimò, potiùs admittendum est, ut dispositio generalis sit superflua, atque nihil operetur, quam ut Regalia contineat, *Abb. c. prudentiam. §. sexta. arg. ill. ext. de offic. delegat. Dec. cons. 197. num. 1.*

Similiter † dispositio, sive concessiò 273
generalis, non comprehendit ea, in quibus Princeps se solet difficilem reddere, *Ioan. Monach. c. 1. glos. 2. verb. notetur de fil. præsbyter. lib. 6 Bald. c. 1. §. naturaliter. si de feud. def. content. Capol cons. fin. col 2. Anton. de But. cons. 9. col. 4. Cravet. cons. 172. num. 4. lib. 1. Laur. Sylvan. cons 56. nu. 24.*

Sed certum est, quòd bona controversa sint & Baroniæ & Regalia.

Et similiter certum est, quòd Imperatores & Reges circa concedenda feuda regalia vel permittendum aliquid de Baroniis vel aliis feudis regalibus se soleant difficiles reddere.

Cùm itaque, neque in privilegio Regis L. neque in privilegio Imperatoris F. ulla fiat expressa mentio de Baroniis vel aliis feudis regalibus, nec in illis dicatur, quòd Baroniæ vel alia feuda Regalia alienari possint.

Sequitur, privilegium Regis L. & Imperatoris F. concedens facultatem & potestatem alienandi feudi non extendi ad Baronias vel alia feuda Regalia, sive Regalem dignitatem annexum habentia.

Decimò quartò, † verba universalia 274
hoc operantur, ut dispositio concepta verbis universalibus, omnia omninò comprehendat, etiam illa, quæ secundum impropriam vel impropriissimam vocabuli significationem includi possunt, *Hip. de Mars. l. unic. §. cogniturum. n. 25. ff. de quæst. Barbat. cons. 41. n 14. vers. fatis. etiam lib. 1. Felin. c. ad illorum. col. 3. vers. sexto potest. limitari ext. de sentent. excom. Ias. l. legitima col. 3. vers. secundo. Pon. delo. ff. de pact. Ias. cons. 224. col. 2. lib. 2. Corne cons. 41. col 2. lib. 1. cons. 243. col. 2. lib. 3. cons. 33. col. fin. lib. 4 Pet. Rebuff. Rep. l. 1. num. 30. C. de sentent. quæ pro eo quod interest profer. Tiraquel. Rep. l. si unquam. verb. omnia. num. 14. C. de revoc. donat.*

Multò

275 Multò verò magis hoc procedit eo casu † quando dispositio est concepta verbis universalibus, geminatis vel triplicatis. Tunc enim multò magis ista verba comprehendunt omnia omninò illa etiam, quæ secundùm impropriam vel impropriissimam vocabuli significationem sub verbis includi possunt.

Sed certùm est, quòd sub verb. feudum comprehendantur etiam illa feuda, quæ alicui concessa sunt, pro recipiente & omnibus sive quibuscunque illius hæredibus, nec non & illa feuda, quæ alicui concessa sunt cum potestate sive facultate alienandi.

Et dispositio juris Saxonici sanciens, quòd feuda ad nullum aliùm præterquam ad filium jure successionis transmittantur, est concepta verbis universalibus, & quidem geminatis vel potiùs triplicatis, sicut hoc superiùs docui.

Igitur sequitur illam dispositionem juris Saxonici ita intelligendam & accipiendam, ut sub illa comprehendantur etiam ista feuda quæ alicui concessa sunt, vel cum libera potestate alienandi, vel prò recipiente & omnibus sive quibuscunque hæredibus illius, nec non & alia feuda quantumvis propria vel impropriissima.

Rursus ex hoc infertur, etiam posito Baronias controversas esse feuda impropria vel impropriissima & concessa Baronibus à B. & cum libera potestate alienandi, & pro omnibus, sive quibuscunque hæredibus ipsorum.

Attamen cum Dominus A. A. Baro in B. aliique Barones a B. in F. de illis Baroniis simultaneè investiti non sint ad successionem illarum Baroniarum a B. neque Dominum A. A. Baronem a B. neque patruos ipsius Barones a B. in F. admitti potuisse, sed illas Baronias per obitum Domini N. N. ultimi possessoris Cæs. Majest. tanquam Domino feudi apertas.

276 Decimò quintò † jure Saxonico expressè cautum est, quòd per divisionem factam inter fratres jus simultaneæ investituræ penitus extinguatur, nisi illius renovatio petita, & impetrata fuerit juxta text. clar. & expressum cap. 32. Lehenrecht.

277 Nec dubium est † illum textum habere locum non tantùm in feudis novis, sed etiam in feudis antiquis.

Tum, quia ille textus generalis est, nec ullam facit distinctionem inter feuda nova & antiqua.

Et certùm est, quòd textus generaliter & indistinctè loquens nullo modo distinguendus sed generaliter intelligendus & ita accipiendus sit, ut omnes omninò casus comprehendat, sicut hoc supra docui.

Tùm, quia cum jus simultaneæ investituræ acquisitum in rebus, partis propria virtute & providentia, quòd jus longè fortius esse indubitatum est, quam jus simultaneæ investituræ in rebus quæsitis à majoribus *l. more. ff. de iurisd. om. iudic. cum simil. lib. vulgarib.* Per divisionem factam rumpatur, sequitur multò magis jus simultaneæ investituræ in rebus a majoribus acquisitis per divisionem factam rumpi & tolli. Cum vinculum debilius longè faciliùs rumpatur quam fortius, *arg. l. nec in ea §. sed & qui accedere ff. ad l. Iul. de adult. l. non debet cui. & ibi Dec. & Cognol. ff. de R. I. c. cui licet. & ibi Dyn. de R. I. lib. 6*

Tùm, quia in omnibus illis locis in quibus jus Saxonicum viget, non tantùm longo sed etiam longissimo imò immemoriali tempore semper id observatum fuit, ut per divisionem jus simultaneæ investituræ extinctum fuerit non tantùm in feudis novis, sed etiam in feudis antiquis.

Et certùm est, quòd ex observantia postea secuta, quælibet dispositio tam legis quam hominis interpretationem & declarationem recipiat, sicut hoc inferius comprobabo.

Tùm, quia in terris Saxonicis consuetudine receptum est, quòd per divisionem jus simultaneæ investituræ penitus extinguatur, non tantùm respectu feudi novi, sed etiam respectu feudi antiqui.

Et certùm est, quòd consuetudo omni juri deroget atque potior esse censeatur, & in causis decidendis omni juri præferri debeat, sicut hoc inferius docebo.

Sed ex figuratione casus mihi transmissa liquet, quòd Dominus U. Dominus W. & Dominus F. fratres Barones in B. inter quos Dominus W. fuit proavus Domini A. A. post simultaneam investituram à Rege L. adeptam, bona sua feudalia inter se diviserint ea quidem lege, ut Baronia in F. Domino U. seniori, Baronia verò F. Domino W. proavo Domini A. A. & Domino F. fratribus & obvenerit & applicata fuerit.

Et post illam divisionem factam Dominus W. proavus Domini A. A. & Dominus F. fratres Barones à B. a Rege L. nullam penitùs investituram vel simultaneam investituram impetravêre.

Mortuo verò Rege L. Dominus W. & F. Barones a B. à Rege G. proximo successore Regis L. obtinuère, ut ipsi investirentur & simultaneè investirentur de Baronia F. & de dimidia parte Baroniæ F. T. in S.

Sed de Baroniis M, S. B. S. post illam divisionem factam Dominus W. proavus Domini A. A. ejusque frater F. & filii, nepotes atque pronepotes Domini W. neque a Rege L. neque a Rege G. neque à Rege M. neque à Rege L. neque ab Imperatore F. tanquam Domino feudi simultaneè investiri sunt.

Igitur sequitur, per istam divisionem factam iter Dominum U. Dominum W. & Dominum F. fratres jus simultaneæ investituræ quod ipsi habuère in Baroniis M. B. S. S. penitùs extinctum.

Rursus ex hoc infertur, cùm neque Dominus A. A. Baro a B. pronepos dicti Domini W. neq; patrui ipsius Barones a B. in F. tempore mortis Domini N. N. ultimi possessoris Baroniarum controversarum simultaneam investituram in illis quatuor Baroniis habuerint, quòd illæ quatuor Baroniæ non fuerint devolutæ jure successionis ad Dominum A. A. vel patruos ipsius Barones à B. in F. sed fuerunt apertæ & applicatæ Imperatori F. tanquam Regi B. & Domino feudi.

178 Decimò sextò, secundum dispositionem juris Saxonici, jus simultaneæ investituræ ad hæredes vel successores non transit, neque ex parte concedentis Domini nempe feudi, nec ex parte recipientis Vasalli nempe, sed mortuo concedente vel recipiente jus simultaneæ investituræ penitùs extinguitur, nisi illius renovatio intra tempus debitum petita & obtenta fuerit, juxta text. clarum & expressum, *cap. 5. cap. 6. circa fin. cap. 26. §.* **Am Angefell** *& cap. 58.* **Lehenrecht.**

Nec dubium est, illam dispositionem juris Saxonici locum habere tam in feudis antiquis, quam in feudis novis.

Tùm, quia illi textus generaliter disponunt, quòd jus simultaneæ investituræ non sit transitorium vel transmissibile ad filios vel successores.

Et non distinguunt inter feudum antiquum, & feudum novum.

Et certùm est, quòd lex vel statutum generaliter loquens, a nobis non debeat distingui, sed generaliter intelligi, ut omnes omninò casus comprehendat.

Tùm, quia illi textus sunt concepti non tantùm verbis generalibus, sed etiam verbis universalibus, & quidem negativis, sicut hoc patet ex verbo, **Kein** quo verbo utitur textus, *cap. 5. cap. 26. §.* **Am Angefall** *& cap. 58.*

Illudq; verbum **Kein** æquipollere universali negativo nulla sive nullum indubitatum est.

Et certùm est, quòd verba universalia præsertim negativa nullam penitùs restrictionem, limitationem vel modificationem admittant vel recipiant, sicut hoc supra docui.

Tùm, quia tàm secundum dispositionem juris communis quam secundum dispositionem juris Saxonici, ut Vasallus à successore Domini intra annum post mortem Domini & successor Vasalli Domino intra annum post mortem Vasalli investituram petere tenetur, non tantum respectu feudi novi, sed etiam feudi antiqui, & si ipse hoc facere neglexerit, is feudo sive illud sit novum sive antiquum, privatur, *c. 1. in prin. & ibi Dd. quæ fuit. 1. caus. cap. 1. in prin. & ibi Dd. de capit. Corrad. cap. 1. §. præterea si quis infeudatus, de probib. feud. alien. per Frideric. Iacob. de S. Georg. in tract. feud. verb. dictrg. Vasalli. num 2. Curt. in tract. feud. part. 4. num. 54. Zas. in tract. feud. part. 10. num. 16.*

Et in jure Saxonico de hoc textus est, *cap. 22.* **Lehenrecht.**

Tùm, quia in iis locis in quibus jus Saxonicum viget, non tantùm ultra tempus longum, sed etiam ultra tempus longissimum, & immemoriale ita observatum fuit, quòd jus simultaneæ investituræ tàm respectu feudi antiqui, quam respectu novi, neque ex parte Domini feudi, neque ex parte Vasalli & successores fuerit transmissibile, vel transitorium, quòdque mortuo Domino feudi vel Vasallo illud jus penitùs fuerit extinctum nisi intra tempus legitimum vel successores Vasalli investituram simultaneam petierint & obtinuerint, vel illa à successoribus Domini intra tempus legitimum petita & obtenta fuerit.

Et certùm est, quòd omnia statuta omniaque jura municipalia ab observantia postea secuta declarationem recipiat, quòdque illi declarationi quæ ex observantia postea secuta resultat omninò standum & inhærendum sit.

Tum,

Tum, quia in omnibus illis locis, in quibus jus Saxonicum viget, consuetudine receptum est, quòd jus simultaneæ investituræ, tam respectu feudi antiqui, quàm respectu feudi novi, neque ex parte Domini feudi, neque ex parte vasalli ad filios vel successores transitorium sit, nisi illius renovatio intra tempus legitimum petita & obtenta fuerit.

Et certum est, quòd consuetudo omni juri tam communi quam statutorio præferri debeat, sicut hoc infra comprobabo.

Sed in casu præsenti hactenus probatum non est, quòd mortuis vel possessoribus Baroniarum controversarum, vel Regibus B. tanquam Dominis feudi, Dominus A. A. Baro a B. vel illius patrui Barones a B. in F. eorumque parentes, & majores simultaneam investituram & petierint, & obtinuerint, respectu Baroniarum controversarum.

Et certum est, quòd is, qui allegat, se vel parentes atque majores suos, renovationem simultaneæ investituræ & petiisse & obtinuisse, hoc probare teneatur, quòdque istà probatione non adimpleta is repelli debeat, *l. qui accusare. & ibi Bart. Bald. Ias. Dec. & Dd. C. de edend. l. fin. C. de rei vendicat. l. actor. C. de probat. c. 1. extr. ut Ecclesiast. benefic. sin. dimin. conf. cum similibus vulgaribus.*

Quinimò, ex exemplis Investiturarum mihi transmissis, clarè liquet atque patet, quòd neque mortuis Regibus B. tanquam Dominis feudi, neque mortuis possessoribus Baroniarum controversarum tanquam vasallis, Dominus A. A. Baro a B. vel patrui illius, Barones a B. in F. eorumque parentes & majores respectu Baroniarum controversarum simultaneam investituram petierint vel obtinuerint.

Namque in investiturà Regis G. concessa Domino W. proavo Domini A.A. ejusque fratri Dòmino F. cautum dicitur, illos & petiisse se investiri, sive simultaneè investitos de Baronia F. nec non & de dimidia parte Baroniæ F. S.T. atque respectu illarum Baroniarum tantùm investituram simultaneam obtinuisse.

Nec in illà investitura ulla fit mentio de Baroniis M.S.B.S. Et sic ex illis literis investituræ clarè liquet, quòd Dominus W. proavus Domini A.A. ejusque frater Dominus F. simultaneam investituram non petierint, neque obtinuerint, respectu illarum quatuor Baroniarum.

Et licet a Domino A. A. Barone in B. prætendatur, proavum suum Dominum W. etiam à Rege M. proximo successore Regis G. investitum esse, atque Dominus H. Burggravius M. tunc temporis Præfectus inferioris Lusatiæ in literis investituræ Anno 1493. concessis, Domino M. avo Domini A.A. fateatur, se illas literas investituræ Regis M. vidisse, sibique illas a Domino M. exhibitas esse: Attamen hactenus probatum non est, quis fuerit tenor investituræ a Rege M. impetratæ.

Igitur sequitur, Dominum A. A. Baronem a B. ejusque patruos Barones à B. in F. se nullo modo juvare posse investitura Regis M. sed illam investituram, etiam posito illam unquam extitisse, vel in rerum natura fuisse, esse intelligendam contra Dominum A. A. ejusque patruos, & sic accipiendam, quòd Rex M. Dominum W. proavum Domini A.A. investierit tantùm de Baronia in F. non autem de Baroniis controvetsis.

Nam certum est, † quòd semper interpretatio facienda sit contra illum, qui aliquid pro se allegat, sive qui ad aliquid probandum tenetur, *gloss. c. in præsentia. extr. de probat. Bart. l. si quis intentione ambiguá. ff. de judic. Bart. l. inter stipulantem §. 1 ff. de verb. obligat. Bald. l. quoties. §. si quis ita. ff. de hered. instit. Ias. l. veteribus nu. 1. ff de pact. Ias. l. non hoc. nu. 4. C. unde legit.* 279

Similiter & in exemplo literarum testimonialium Regis U. quibus sua Regia Majestas attestatur, Dominum U. juniorem Baronem à B. & suo & sui patrui, nec non & fratris, patruelis nempe Domini F. & Domini M. nomine investituram petiisse, nulla fit mentio de Baroniis controversis, sed illæ literæ testimoniales generales sunt. Igitur sequitur, & illas literas testimoniales contra Dominum A.A. intelligendas & ita accipiendas, quòd investitura non fuerit petita, respectu Baroniarum controversarum.

In investitura concessa Annò 1493, Domino M. avo Domini A.A. a Domino H. Burggravio M. tunc temporis Præfecto inferioris Lusatiæ, narratur, Dominum M. investituram, nec non & simultaneam investituram tantùm & petiisse & obtinuisse, respectu Baroniæ F. & respectu dimidiæ partis Baroniæ T. nec de aliis Baroniis controversis in illa investitura ulla fit mentio.

In investiturà verò Regis L. narratur, F. M.B.W. & J. Barones a B. investituram petiisse & impetrasse, respectu Baroniæ F. mit dem Märckteim S. nec in illà investiturà ulla fit mentio de Baroniis controversis.

Similiter & in investitura Imperatoris F. nulla

nulla penitùs fit mentio de Baroniis controversis, sed dicitur, illos tantùm esse investitos de Baronia in F.

Præterea quoque in investituris concessis à Rege U. a Rege L. & ab Imperatore F. Domino U. juniori Baroni in B. ejusque filiis dicitur & narratur, Dominum U. ejusque filios de Baroniis controversis, & investitos, & simultaneè investitos tantùm pro se atque hæredibus suis feudalibus ex corpore suo descendentibus.

Nec in illis investituris ulla fit mentio, quòd Dominus A.A. ejusque pater, avus, vel proavus, aut etiam patrui ipsius de Baroniis controversis simultaneè investiti fuerint.

Et sic per hæc, satis superque probatur, quòd eveniente casu mortis, vel ex parte Domini feudi, vel ex parte vasalli, renovatio simultaneæ investituræ respectu Baroniarum controversarum neque petita, neq; impetrata fuerit. Igitur sequitur, in casu præsenti jus simultaneæ investituræ concessum a Rege L. in Baroniis controversis Domino W. proavo Domini A.A. penitùs extinctum esse, nec Dominum A.A. se illo jure tueri vel juvare posse.

280 Decimo septimo, † secundùm dispositionem juris Saxonici ad successionem feudi antiqui vel novi quis non aliter admittitur, nisi ipse tempore successionis delatæ, de isto simultaneè investitus fuerit, nec sufficit, illum vel majores ipsius antea in isto feudo habuisse simultaneam investituram, sicut hoc satis probatur per sequentes rationes.

281 Tum quia certum est, † quòd in successionibus ab intestato consideretur & inspiciatur illa qualitas, quæ tempore successionis delatæ subest, quòdque requiratur, ut ipse tempore successionis delatæ capax & habilis sit, *l. si alienum. §. in extraneis. ff. de hæred. instit. l. non tantùm. § si emancipatus. ff. de bon. possess. contra tabul. l. fin. ff. unde liber. l. 1. circa fin. ff. unde legit. l. 1. §. proximus. ff. unde cognat. l. 2. §. proximum. & l. item Prætor in princ. ff. de suis & legit. §. in extraneis instit. de hæred qualitat. & differ. § ita demum. instit. de hæred quæ ab intestato defer. Bart. & Dd. l. qui se patris. C. unde liber. Socin. cons. 153. col. 9. vers. secundo, quod satis. lib. 2. Tiraquel in tract. de utroq; retract. par. 1. §. 1. gloss. 9. nu. 98.*

282 Tum, quia † feuda æquiparantur fideicommissis, atque vasallus intelligitur gravatus feudum suum post mortem suam, illis, ad quos illud feudum reverti debet, restituere, *Andr. de Isern. c. 1. §. hoc quoq; nu. 9. & ibi Matth. de Afflict. nu. 8. de success. feud. Andr. de Isern. c. 1. §. quid ergo nu. 7. & ibi Matth. de Afflict. nu. 20. de invest. de re alien. fact. Bald. cons. 38. nu. 5. lib. 1. Matth. de Afflict. in prælud. feud. nu. 178. Card. Paris. cons. 65. nu. 16. lib. 3. Socin. Iun. cons. 72. nu. 27. lib. 1.*

Et certum est, † quòd in fideicommissis semper inspiciatur illa qualitas, quæ tempore diei venientis, vel conditionis existentis adest, *Fulgos. cons. 34. col. 2. Rom. cons. 408. circa fin. & ibi Horat. Mandos. in add. Paul. Castr. cons. 16. dub. 4. lib. 2 Ias. cons. 206. col. 1. lib. 2. Dec. cons. 217. in fin. cons. 299. col. 4. vers. sexta conclusio. Ruin. cons. 96. nu. 17. cons. 100. nu. 5. cons. 117. nu. 20. cons. 119. nu. 10. lib. 2. Anton. Rub. cons. 28. col. 3. Steph. Bertrand. cons. 23. nu. 36. lib. 4. Tiraquel in tract. de utroq; Retract. par. 1. §. 1. gloss. 9. nu. 95. arg. l. cum pater. §. hæreditatem. ff. de legat. 2. l. eum qui post. ff. de condit. & demonstrat. l. intercedit. ff. de legat. præstand. l. si in personam. & ibi Bald. C. de fideicommiss.* 283

Tum, † quia in omnibus omninò negociis atque dispositionibus inspicitur illa qualitas, quæ adest eo tempore, quo dies dispositionis cedit, *Bald. cons. 491. post princ. lib. 1. Tiraquel. in tractat. de V. R. part. 1. §. 1. gloss. 9. num. 95. Soc. l. si cognatis. ff. de rebus dub.* 284

Tum, quia in omnibus omninò actibus atque negociis inspicitur, consideratur & attenditur illa qualitas, quæ tempore actus vel negocii gesti aut celebrati adest, atque necesse est, ut qualitas aliqua in actu aliquo requisita adsit tempore actus vel negocii celebrati, *l. in delictis. §. si extr. ff. de noxalib. act. l. quod ait. §. Iulianus. ff. eod. tit. l. 1. §. tutoris. ff. quod jussu l. 2. ff. de aur. & arg. legat. l. ex facto. §. si quis autem. ff. ad Senatusconf. Trebell. l. Titius. ff. de testam. militar. Bart. l. ex facto in princ. nu. 1. & ibi Dd. ff. de vulgar. & pupillar. Alberic. de Rosat. in tractat. statutor. par. 1. q. 134. Corn. cons. 151. col. 1. lib. 3. Dec. cons. 222. col. 1. Tiraquel. in tract. de V. R. part. 1. §. 1. gloss. 9. nu. 94.*

Tum, quia certum est, quòd simultanea investitura sit causa, quare agnati transversales in iis locis, in quibus jus Saxonicum viget, ad successionem feudi admitti possint.

Et similiter clari juris est, † quòd cessante causâ, cesset & effectus, *l. in omni. & ibi Bart. ff. de adopt. l. licet. §. ea obligatio. ff. de procurator. l. actione. §. Si alicujus. ff.* 285

pro

pro soc. l. ult. & ibi glos. & Bart. ff. de testam. milit. l. si duos §. pen. ff. de excus. tutor. l. ex hac in prin. & ibi Alex. col. 2. ff. de vulgar. & pupillar. Ludiger. §. quaeru. ff. de jure patron. c. post translationem. vers. caeterum ext. de renunciat. c. & si Christus, paulo ante fin. ext. de jurjur. c. cum cessante in prin. ext. de appellat. c. cum infirmitas ext. de poenitent. & remiss. cum multis simillib. allegat. per Tiraquel in tract. cess. caus. Quod potissimum, procedit eo casu, quando causa cessat ante effectum completum, Pet. Cyn. & Bald. l. generaliter. C. de Episc. & Cleric. Henric. Boich. & Aegid. Bellemer. etsi Christus ext. de jurejur. Tiraquel in tract. cess. caus. par. 2. limitat. 23. num. 7. arg. l. fin. ff. unde liber. l. 1. circa fin. ff. unde legit.

Tùm, quia secundum dispositionem juris Saxonici respectu agnatorum transversalium tantùm qualitas simultaneae investiturae illum effectum producit, ut illi ad successionem feudi novi & antiqui admittantur.

Et certum est, quòd cessante sive deficiente qualitate aliqua, & omnis vis & effectus illius quoque deficiat & cesset, *l. aetatem §. fin. ff. de censib. lib. 1. §. permittitur ff. de aq. quotid. & aestiv. l. semper § negociatores. ff. de jur. immun. Tiraquel. in tract. de V. R. par. 1. ff. 26. glos. 1. num. 39.*

286 Tùm † quia non sufficit aliquid extitisse, nisi illud etiam duret, & illud quòd non durat, perinde habetur, atque si illud nunquam extiterit, *l. si pro parte. §. verso autem. ff. de in rem vers. l. non videtur. ff. de acquir. poss. l. 2. circa fin ff. ex quibus causis in possess. eatur. l. fin. §. fin. C. de bon. quae liber. l. qui sic. ff. de solut. l. non videtur. quisquam & ibi Dec. & Cagnol. ff. de Reg. jur. Tiraquel. in tract. de utroq. Retract. par. 1. in praefat. num. 34.*

287 Tùm † quia paria sunt ab initio fuisse nullam causam, vel fuisse aliquam, sed illam postea finitam, *l. 1. ff. de condict. fin. caus. l. nihil interest. ff. de naut. foenor. glos in constitut. Sicil. incip. si quem nostrum fidel. & ibi Matth. de Afflict. col. 2. vers. 3. nota ex hoc textu Tiraquel. in tract. cess. caus. par. 1. num. 14.*

Sed certum est, nec non & superiùs comprobatum, quòd neque Dominus A. A. Baro à B. neque agnati ipsius Barones à B. in F. eo tempore, quo Dominus N. N. Baro à B. illius possessor Baroniarum controversarum decessit, in bonis controversis simultaneam investituram habuerint.

Igitur sequitur, quòd ipsi ad successionem Baroniarum controversarum minimè admitti potuerint, sed quòd Baroniae controversae Imperatoriae Majestati, tanquam Domino feudi, apertae sint, quòdque Domino A. A. ejusque agnatis non patrocinatur id, quod Dominus W. Baro in B. proavus Domini A. A. de Baroniis controversis simultaneè investitus fuerit.

Decimò octavò, † quilibet actus, atque dispositio qualibet ab observantia postea secuta declarationem recipit, *l. si de interpretatione, & l. minimè ff de ll. c. cum dilectus. ext de consuetud. c. cum venisset ext. de institut. Bald. conf. 245. lib. 3. Paul. Castr. conf. 314 ad fin. & conf. 347. col fin. lib. 1. Socin conf. 25. col. 9. conf. 145. col 2. lib. 1. conf. 66. col 4. & conf. 68. col. pen. ad fin. lib. 3. Rom. conf 271. col. 2. vers. tertio. non est dubium. Corn. conf. 114. n. 11. lib. 2. conf. 187. col. pen. lib. 4. Card. Paris. conf. 56. num. 35. lib. 2. Cravet. conf. 101. nu. 11. conf. 118. nu. 2. conf. 201. nu. 11. conf. 294. ratione decidend. 21. Mantua conf. 5. nu. 26. fac. text. l. sed & Iulianus. §. perinde. ff. ad S. C. Maced.* 288

Et confirmatur ex eo. Tùm quia semper is intellectus sumi debet, quem effectus & rerum exitus verum esse denunciat, *Ias. conf. 128. col. pen. in prin. lib. 1. Aimon Cravet. conf. 201. num. 11. & conf. 294. ration. 21. decid.* Tùm, quia talis praesumitur causa, qualis per effectum solutionis demonstratur, *Bald. l. si certis annis, col. 3. C. de pact. Alex. conf. 107. col. 1. lib. 1.* Tum quia ab antiqua practica sive observantia non est recedendum, *Bald. l. illud. arg. ill. text. ff. de excus. tutor. Card. Paris. conf. 22. nu 24. & conf. 23. lib. 1.*

Tùm, quia vera interpretatio est illa, quòd a practica sive observantia sumitur, *Bald. c. 1. in prin. de feud. fin. culp. non amitt. Cravet. conf. 97. nu. 7. & conf. 118. num. 2.*

Et hoc usque adeò verum est, ut ex observantia postea secuta colligatur & declaretur alicui concessam esse & jurisdictionem meram, & mixtum imperium, *Bald. conf. 245. lib. 3. Cravet. conf. 294. 21. ratione decidend.*

Et Regalia, *Claud. de Seisel. in specul. feudal. Rub. de his qui feud. dar poss. conclus. 1. pag. 110. vers. ibidem ponunt in parum. Rom. conf. 271. n. 4. & ibi Horat. Mandos. in add. Raph. Curt. conf. 162. col. 2.* Si videlicet is, cui concessio aliqua, etiam simpliciter facta est, post illam concessionem jurisdictione mero & mixto Imperio, Item & Regalibus usus fuerit.

Deinde etiam observantia postea secuta illud operatur, ut intelligatur concessa

etiam majora expressis, *Rom. cons. 271 incip. vis tota praesentis deliberationis. Laur. Sylvan. cons. 76. num. 10.*

Similiter, illa interpretatio, sive declaratio, quae ex observantia postea secuta colligitur, omnino tenenda & sequenda est, etiamsi verba dispositionis, vel actus illi intellectui sive declarationi refragarentur, vel aliud suaderent, *Socin cons. 145. col. 2. lib. 1. de Aym. Cravet. cons. 294. ratione decidendi 21.*

Et in hac observantia declarativa non requiritur neque lapsus longi temporis, neque reliqua requisita ad consuetudinem inducendam. *Castr. cons. 347. col. fin. lib. 1. Francis. Aret. cons. 11. col. 3. Socin. cons. 111. col fin. lib. 4. de Aym. Cravet. cons. 101. num 4. & cons. 118. num. 2. cons. 201. num. 12. cons. 294. ratione decid. 21. Dec. c. cum. M. Ferrariensis. col. 2. ext. de constitud. Dec. cons. 48. col. 2. cons. 256. circa fin. & cons. 441. col. pen. circa fin. Laur. Sylvand cons. 88. nu. 28. lib. 2.*

Sed certum est, quod in iis locis in quibus jus Saxonicum viget, semper id observatum fuerit, quod ad successionem feudi non tantum novi, sed etiam antiqui, nulli penitus agnati transversales fuerint admissi, nisi ipsi de feudo simultaneè investiti fuerint.

Igitur sequitur, per hanc observantiam postea secutam dispositionem juris Saxonici, etiamsi de intellectu illius dubitari possit, ita declaratam, quod ad successionem feudi nedum novi, sed nec etiam antiqui agnati transversales ultimi defuncti, nullo modo admitti debeant, nisi illi simultaneè investiti sint.

Similiter, & in illis locis, in quibus jus Saxonicum viget, semper ita observatum fuit, quod per divisionem feudi factam inter fratres vel agnatos jus simultaneae investiturae penitus fuerit extinctum, non tantum respectu feudi novi, sed etiam respectu feudi antiqui, nisi renovatio simultaneae investiturae, intra tempus legitimum & petita & obtenta fuerit.

Igitur ex hoc sequitur, etiamsi probabiliter dubitari possit, utrum jus saxonicum faciens, quod per divisionem factam jus simultaneae investiturae rumpatur, locum habeat etiam in feudo antiquo.

Attamen per illam observantiam jus Saxonicum ita declaratum, ut habeat locum non tantum in feudo novo, sed etiam in feudo antiquo.

Eodem modo & in iis locis, in quibus jus Saxonicum viget, semper observatū fuit, non tantum in feudis novis, sed etiā in feudis antiquis, quod jus simultaneae investiturae neque ex parte Domini, neque ex parte Vasalli ad filios vel successores transitorium fuerit, nisi illius renovatio intra tempus legitimum & petita & obtenta fuerit, quodque ad hoc ut quis vigore simultaneae investiturae ad successionem feudi admitti possit, requiratur & necesse sit, ut is, qui se ad successionem admitti petit, tempore successionis delatae simultaneè investitus fuerit, nec sufficiat illum, vel majores illius antea simultaneè investitos fuisse.

Igitur sequitur per hanc observantiam postea secutam, dispositionem juris Saxonici etiamsi de illius intellectu probabiliter dubitari possit, ita declaratam, quod jus simultaneae investiturae neque in feudo novo, neque in antiquo ad filios vel successores transitorium sit, nisi illius renovatio & petita & impetrata fuerit, quodque ad hoc, ut quis ad successionem feudi ratione simultaneae investiturae admitti possit, requiratur, & necesse sit, ut is tempore successionis debitae, de isto feudo simultaneè investitus sit.

Decimò nonò †lapsus sive observantia illius temporis, cujus in contrarium memoria non extat, habet vim contractus, *Bald. cons. 315. col. 1. lib. 3. Cravet. cons. 10. num. 11. Rol. à Vall. cons. 66. num. 40. lib. 2. Francis. Balb. in tract. de praescripe. part. 5. princip. quib. num. 6. Socin. cons. 96. col. fin. lib. 1. & quidem, specialiter, eum, principe, initi. Barbat. cons. 9. in prin. lib. 1. Rol. à Vall. cons. 66. nu. 59. lib. 2.* 189

Lapsus quoque illius temporis, cujus in contrarium memoria non extat, obtinet vigorem constituti sive concessionis, *l. hoc jure §. ductus ff. de aq. quot. & aesti. c. servitium 18. quaest. fin. Alex cons. 14. col. 3. & cons. 52. num. 3. lib 5. Bald. cons. 149 col. 4. lib. 3. Socin. cons. 181. col. pen. lib. 2. Card. Paris. cons. 13. num. 15. lib. 4 Cravet. in tract. de antiq. tempor. par. 4. §. absoluere num 9. Rol. à Vall. cons. 66. num. 40. & cons. 89. nu. 11. lib. 2.*

Et quidem facta à principe, *Bald. cons. 439. col. 4. lib. 3. Pan. cons. 94. col. 1. in fin. lib. 1 Cravet. cons. 10. nu. 11. Rol. à Vall. cons. 66. num. 40. & cons. 89. num. 11. lib. 2. fac. text. c. duo. ext. de offic. ordin. Item, & ab illo qui potestatem concedendi habet, Ioan. Hannib. Rep. l. nemo potest. num. 592. ff. de legat. 1. Rol. à Vall. cons. 66. num. 42. lib. 2.*

Similiter

Similitor & lapsus illius temporis, cujus in contrarium memoria non extat, haber vim pacti expressi, *Bald. conf. 185. lib. 1. conf. 215. conf. 318. conf. 340. lib. 3. conf. 20. col. 1. lib. 4. Iaf. l. quò minùs. col. 19. & ibi Rip. nu. 41. ff. de flum Dec. conf. 488 nu. 6. & conf. 650. col. 2 Card. Parif. conf. 112. nu. 20. lib. 1. Cravett. conf. 10. nu. 11. Roland. à Vall. conf. 66. nu. 45. & conf. 89. nu. 12 lib. 2. Matth. de Afflict. cap. 1. §. si quis per triginta. notab. 2. nu. 5. si de fend def. content. Bald. l. 1. C. de servit & aq. Francisc. Balb. in tract. de præscript. 1. part. quæst. 6. nu. 7. & 5. par. 5. parc. princ. quæst 6. num. 6.*

Imò plus operatur præscriptio immemorialis quam pactum, *gloss. l. 1. verb. cohæredibus in fin. ff. famil. hercisc. d. Francisc. Balb. in tract præscript. 5. par. 5. part. princ. q. 6. nu. 6.*

Eodem modo, & lapsus illius temporis, cujus in contrarium memoria non extar, habet vim tituli legitimè constituti, *Innocent. c. 2. extr. de restit. in integr. Felin. c. accedentes. col. 2. extr. de præscript. Ioan. Igne. l. necessarios. §. non alios. verb. novissimè. nu 7. ff. ad Senatusconf. Syllean. Card. Parif. conf. 26. nu. 27. lib. 1. conf. 25. nu. 12. conf 117. nu. 49. & 114. lib. 4. Cravett. in tract. de antiquit. temporis. par. 4. § absolutis. nu. 9. Laurent. Sylvan. conf. 59. nu. 9. Anton. Natt. conf. 446. nu 12. Rol. à Vall. conf. 66. nu. 44 & conf. 89. nu. 9. lib. 2.*

Deinde, etiam lapsus sive observantia illius temporis, cujus in contrarium memoria non extat, obtinet vim & authoritatem legis scriptæ, *Card Parif. conf 88. Anton. Natt. conf. 446. nu 12 Laur. Sylvan. conf 59. nu. 9. arg. l. 1. § fin & l. in summa in princ. ff. de aq. plur. arc.*

Et constitutionis cum consensu partium factæ, *Socin. conf. 297. nu. 3. lib. 2. Rol. à Vall. conf. 66. nu. 43. & 61. lib. 2.*

Præterea & lapsus sive observantia illius temporis, cujus in contrarium memoria non exrar, vigorem privilegii obtinet, *c. super quibusdam. §. Præterea extr. de verb. significat. Oldrad. conf. 172 Iaf. l. is qui putat. nu. 10. ff. de acquirend. hæred. Cravett. in tract. de antiquit. tempor. par. 4. §. absolutis. nu. 9. Card. Parif conf. 13 nu. 15. lib. 4. Laur Sylvan. conf. 95 nu. 9. Natt. conf 446. nu. 12 Roland. à Vall. conf. 89. lib. 2. Francisc. Balb. in tract. de præscript. par. 1. q. 6. nu. 7. 1. part. 5. part. princ. q. 7. nu. 16.*

Non quidem simplicis, sed expressè, & ex certa scientia a Principe concessa, *Bald. c. 1. col. 2 quæ sint regal. Dec. conf. 496. col. 2. Iaf. l. de quibus. col. 13. ff. de ll. Alex. conf. 6. lib. 2. & conf. 47. col. 2. lib. 4. Godzad. conf. 8 nu. 57. Rol. à Vall. conf. 66. nu. 60. lib. 2. Cravett. in tract. de antiquit. tempor. par 4 §. absolutis. n. 9.*

Ulterius etiam lapsus sive observantia illius temporis, cujus in contrarium memoria non extat, habetur pro veritate, *Bald. conf. 24. lib. 4. Laur. Sylvan. conf. 39. nu. 9. Natt. conf. 446. nu. 12. Cravett. conf. 10. nu. 11. arg. gloss lib. 1. C. de servit. & aq.*

Imò pro veritate simul & solenni privilegio, *Bald. conf. 257. lib. 2. Cravett. in tract. de antiquit. tempor. par 4. §. absolutis. nu. 9.*

Et tantum potest, quantum potest Imperator cum causa, *Andr. de Iser. c. 1. vers. flumina. col. 3. quæ sunt regal. Iaf. Rep. l. quo minùs. col. 8. ff de flum. Godzad. conf. 8. nu. 37. Ruin conf. 118. nu. 10 lib. 4. Rol à Vall. conf. 66. nu. 47. conf. 89. nu. 17. lib. 2. Laur. Sylvan. conf. 54 nu. 9. Natt. conf. 446. nu 12.*

Sed in omnibus illis locis, in quibus jus Saxonicum viget, ultra tempus immemoriale, id observatum fuit, quòd ad successionem feudi etiam antiqui, nullus agnatus transversalis ultimi defuncti, etiam descendens à primo acquirente admissus fuerit, nisi is de isto feudo simultaneè investitus fuerit.

Similiter & in omnibus illis locis, in quibus jus Saxonicum viget, ultra tempus immemoriale illud observatum fuit, quòd per divisionem factam inter fratres vel agnatos jus simultaneæ investituræ non tantum respectu feudi novi, sed etiam respectu feudi antiqui penitùs fuerit extincta, nisi illius renovatio intra tempus legitimum petita & obtenta fuerit.

Eodem modo, & in omnibus illis locis, in quibus jus Saxonicum viget, ultra tempus immemoriale illud semper observatum fuit, quòd jus simultaneæ investituræ non tantum feudi novi, sed etiam feudi antiqui, neq; ex parte Domini, neq; ex parte vasalli, ad filios vel alios successores transitorium fuerit, nisi illius renovatio intra tempus legitimum & petita, & obtenta fuerit, quòdq; ad hoc, ut quis ad successionem feudi admitti possit, necesse fuerit, ut iste de eo feudo tempore successionis delatæ simultaneæ investitus fuerit, nec sufficiat illum, vel majores ipsius ante id tempus in isto feudo simultaneam investituram habuisse.

Igitur sequitur, illam observantiam temporis immemorialis habere vim & authoritatem legis scriptæ, constitutionis, privilegii, pacti, contractus, atque interpretationem ex illa observantia de-

scen-

ſcendentem, & pro veritate habendam, & proinde amplectendam, atque ſi illa interpretatio comprobata eſſet per legem ſcriptam, per conſtitutionem, per privilegium, nec non etiam per pactum, & contractum, & quidem cum omnibus ſtatibus, ordinibus atque incolis illorum locorum, in quibus bona controverſa ſita ſunt, nec non etiam cum ipſa familia Baronum a B.

290 Vigeſimo, † appellatione juris venit etiam conſuetudo, *c. conſuetudo diſtinct. 1. gloſſ. in proœmio Clem. verb. juris, & ibi Panor.*

Et conſuetudo in illo loco, in quo viget, cenſetur eſſe jus commune, & juris communis appellatione continetur, *Bald. in tit. de pac. conſtant. verb. nos Romanorum. Bald. c. cùm veniſſet. extr. de eo, qui mit. in poſſeſſ. rei ſerv. cauſſ. Iaſ. l. 2. nu. 15. C. ſi contra jus, vel utilit. publicam.*

Imò, conſuetudo eſt majoris authoritatis, quàm ulla lex, ullumve jus commune, *c. 1. de feud. agnit. Bald. conſ. 252. col. 2. lib. 2. Cravett. conſ. 238. nu. 7.*

Et conſuetudo derogans juri civili ſive poſitivo valet & rata eſt, & per conſuetudinem jus civile ſive poſitivum abſque omni dubio tolli poteſt, *l. de quibus. & ibi Iaſ nu 33. ff. de ll. §. ſed naturalia. & ibi Dd inſtit. de jure naturali gent & civil. l 2. C. de conſtitut. pecun. Bart. in §. & cùm antea. in proœm. ff Bart. l. fin. § ſed cùm antiquitas. C. de jur. deliber.*

Ea quoque, quæ de jure Canonico cauta & introducta ſunt, per conſuetudinem contrariam tolli & mutari poſſunt, & conſuetudo juri Canonico contraria valet, *C. cum Eccleſia Volaterrana. extr de Elect. c. ea noſcitur. extr de his quæ fiunt à Prælat. ſin conſenſ Capit. gloſſ. & Bald. c fin. & ibi Panor nu. 7 & 8. extr. de conſuetud gloſſ. cap. 1. verb. frangere extr. de treuga & pac. Alb. c. venerabilis. Notab. 3. extr. de præbend. Lantels c. cùm dilectus extr. de conſuetud Ioan. Fabr §. ex non ſcripto. nu. 9. inſtit. de jure natur. gent & civil. Petr. de Anchor. conſ. 56. circa fin. Felin. c. in præſentia. nu. 51. extr. de probat. Iaſ. l. de quibus. nu. 46. ff. de legib. Roch. Curt. Rep c. fin. nu. 142. cum ſeq. extr. de conſuetud.*

Nec ullum eſt jus poſitivum, quod conſuetudine contraria tolli vel abrogari nequeat, *Bald. c. 1. § præterea Ducatus col. 1. de prohib. feud. alien. per Frideric Iaſ. l. de quibus. nu. 31. ff. de ll. Roch Curt. Rep. c. fin. nu. 142. extr. de conſuetud. Alberic. conſ. 7. col. 5. in fin. lib. 2. Cravett. conſ. 218. nu. 7.*

Ideóque judex debet judicare non tantùm ſecundùm leges, ſed etiam ſecundùm conſuetudinem loci, *Auth. iubemus. & ibi Bald. Salycet. & Iaſ. C. de judic. c. cùm veniſſet extr. de eo qui mit. in poſſeſſ. rei ſerv. iud. cauſ. Bald. c. cùm omnes. col. 3. verſ. & eodem modo. extr. de conſtitut. Bald. l. 1 in princ. C. quæ ſit long. conſuet. Roch. Curt. Rep. c. fin. nu. 146. extr. de conſuetud.*

Et in iis, in quibus conſuetudo eſt juri communi ſive ll. contraria, Judex conſuetudinem ll & juri communi contrariam, tam in judicando quam in omnibus aliis actibus expediendo præferre tenetur, *Bald. l. illa inſtitutio. ff. de hæred. inſtit. Anton. de But. c. quintavallis. col fin. extr. de jurejur. Panor. Rubr. extr. de conſuetud. Panor. & Felin. c. ius generale. diſtinct. 1. Iaſ. l. 2. nu. 19. C. ſi contra jus vel utilitat. public.*

Uſque adeò, ut hoc procedat etiam in foro conſcientiæ, *Bald. in prælud. feud. col. 3. Roch. Curt. Rep. c. fin nu. 146. extr. de conſuetud.*

Hinc & alibi traditum eſt, quòd ſervanda eſt conſuetudo in cunctis peragendis, cum conſuetudo ſit forma rei & quaſi jus alterum naturale, atque conſueta immutari nequeant, *Bald. conſ. 439. col. 4. in fin. lib. 3. Cravett. conſ. 238. nu. 9.*

Et ſicut peccat is, qui ll. contravenit, *c. 2. & ibi Dd. extr. de maior. & obed. Felin. c. nam concupiſcentia extr. de conſtitut.*

Ita quoque & illum, qui conſuetudini contravenit peccare traditum eſt, *Felin. c. 1. col. 9. extr. de ſponſal. Roch. Curt. Rep. c. fin. nu. 145. extr. de conſuetud.*

Et transgreſſor conſuetudinis perinde ut transgreſſor legis puniri debet, *c. in his. diſtinct. 11 gloſſ c. ex literis. extr. de conſuetud. Bald. l. 1 col. 2. C. quæ ſit long. conſuetud. Bald. l. ſi quis non dicam rapere. col. 3. C. de Epiſcop & Cleric. Bald. c. cùm eſſes. col 6. extr. de conſuetud. Iaſ. d. Auth. iubemus. nu. 3. Roch. Curt. Rep. c. fin. nu. 145. extr. de conſuetud.*

Ideoque is Judex contra conſuetudinem judicat, perinde ut is, qui contra jus commune judicat, litem ſuam facit, *Bald. Salycet. & Iaſ. d. Auth. jubemus arg. ill. text. C. de judic Bald. c. cùm omnes. col. 3. extr. de conſtitut. Dec. c. de cauſis. col. 2. extr. de offic. delegat. Tiraquel. in tract. de pœn. in præfat. nu. 7. facit text. §. 1. inſtit. de offic. iudic.*

Et libellus formatus contra conſuetudinem perinde ut libellus formatus contra jus commune, & ineptus & nullus & rejiciendus eſt, *gloſſ. l. de quibus verb. inveterata. ff. de ll. gloſſ. & Ang. l. diuturna. ff. eod. tit. Bald. l. 1. C. qui teſtam. fac. poſſ. Ang. l. 1. & ibi Iaſ. nu. 4.*

nu. 4 ff. de offic. assessor. Roch. Curt. Rep. c. fin. nu. 144. extr. de constitut.

Sententia quoque lata contra consuetudinem perinde ut sententia lata contra jus commune, est vel per se & ipso jure nulla, Alberic. c. 1. & ibi Felin. nu. 4. extr. de sentent. & re judicat. Cyn. & Bald. l. 2 C. quando provocar. non est necesse. Ias. d. Auth. jubemus. nu. 3. C. de judic.

Vel saltem injusta & ab ea appellari potest, Bald. Rubr. extr. de dilat. Bald. in tit. de pac. constant. verb. nos Romanorum. Ias. d. Auth. jubemus. nu. 3. Felin. c. 1. nu. 5. extr. de sentent. & re judicat. Tiraquel. in tract. de pœn. in præfat. nu. 7.

Præterea, consuetudo adeò efficax est, ut de prohibito permissum & econverso de permisso prohibitum facere possit, c. cùm olim extr. de Cleric. conjugat. c. super eo. extr. de cognat. spiritib. Oldrad. cons. 105. Cravett. cons. 228. nu. 6. fac. text. l. quis sit fugitivus. §. apud Labeonem. ff. de ædil. edict. l. pignus. C. de pign. act.

Et consuetudo plus potest quàm præscriptio, Bald. cons. 318. circa fin. lib. 2. Roch. Curt. Rep. c. fin. nu. 147. extr. de consuetud.

Et censetur consuetudo præscriptione favorabilior latiusque interpretanda, Innocent. & Anton. But. c. dilecto. extr. de offic. Archidiac. d. Anton. de But. & Roch. Curt. Rep. c. fin. extr. de consuetud. Bald. l. de quibus. col 24. ff. de ll. Card. Clem. 1. col. 8 q. 7. de supplend. neglig. Prælator. Dec. c. translato. lect. 1. col. 3. & lect. 2. col. fin. extr. de constitut. Dec. Rubr. nu. 2. extr. de consuetud. Felin. c. audit. nu. 21. extr. de præscript.

Consuetudo etiam vim atque vigorem decreti obtinet, Bald. c. 1. §. 1. circ. princ. de his qui feud. dar. poss. Roch. Curt. Rep. c. fin. nu 144. extr. de consuetud.

Et æquipollet pacto, Bald. cons. 275. col. 1. & cons. 318. lib. 2. Card. cons. 146. Roch. Curt. Rep. c. fin nu. 147. extr. de consuetud. Cravett. cons. 4. nu. 13. & cons. 238. nu 8.

Imò pacto potior est, & esse censetur, Bald. c. 1. §. filii nati in princ. si de feud. def. content. Dec. cons. 225. col. 2. Cravett. cons. 4. num. 13.

Similiter & consuetudo æquivalet veritati, gloss. l. 1. C. de servit. & aq. Bald. c. 1. §. si quis per triginta si de feud. defunct. content. Bald. cons. 439. col. 3. lib 3. & cons. 289. lib. 4. Francisc. Balb. in tract. de præscript. part. 1. q. 6. nu. 6. Alex. cons 6. col. 1. lib. 1. Roch. Curt. Rep. c. fin. nu. 147. extr. de consuetud. Cravett. cons. 238. nu. 8.

Eodem modo & consuetudo æquipollet privilegio, c. super quibusdam. §. Præterea. extr. de verb. significat. Bald. cons. 289. lib. 4. Roch. Curt. Rep. c. fin. nu. 147. extr. de consuetud. Cardin. Clem 2. col. pen. de religios. domib. Bart. in proœm. ff. §. fin. Felin. c. cùm contingat. nu. 2. extr. de for. compet.

Et quicquid potest concedi privilegio, illud etiam potest introduci consuetudine, sciente illo, qui privilegium concedere posset, Innocent. c. novit. extr. de judic. Innocent. c. cùm contingat. extr. de for. compet. Oldrad. cons. 254. Roch. Curt. Rep. c. fin. nu. 143 extr. de consuetud. Felin. c. cum contingat. nu. 4. extr. de for. compet.

Imo, consuetudo plus potest quàm Principis aut Papæ gratia, Innocent. c. ad apostolicam. exc. de Simon. Bald c. 1. de success. feud. Roch. Curt. Rep. c. fin. nu. 143. extr. de consuetud.

Quod generaliter quidem verum est, potissimum autem locum habet in consuetudine illius temporis, cujus in contrarium memoria non extat, Natt. cons. 154. nu. 6.

Deinde etiam consuetudo censetur quasi altera natura, gloss. l. actor. verb. cùm per rerum naturam. C. de probat. Bald. l. 1. C. de his, qui cestam. fac. poss. Roch. Curt. Rep. c. fin. nu. 144. extr. de consuetud.

Et est quasi alterum jus naturale, Bald. cons. 439. col 4 in fin. lib. 3. Cravet. cons. 238. n. 9.

Atque juri naturali, quod immutabile est, æquiparatur, prout hoc tradit Bald. cons. 318. lib. 2. ubi ipse pulchrè inquit, Quòd non servans morem antiquorum, non servet honorem eorum, à quo cavendum, imò valdè cavendum.

Nam consuetudini, sicut ipsi juri, debet reverentia adhiberi, & jus omne, quo mundus regitur, in duas partes dividitur, maxima autem pars est consuetudo, adeò ut æquiparetur juri naturali, quod est immutabile, illudque dictum Baldi referunt atque sequuntur, Cravett. cons. 238. num. 10. Roch. Curt. Rep. c. fin. nu. 147. extr. de consuetud.

Et prædicta potissimùm procedunt in consuetudine illius temporis, cujus in contrarium memoria non extat.

Namque secundum multorum Dd. sen- 291
tentiam † sublatà consuetudine, etiam per verba universalia, nunquam intelligitur sublata vel exclusa consuetudo illius temporis, cujus in contrarium memoria non extat, Abb. cons. 4. col. 5. & cons. 26. lib. 2. Petr. de Anchor. cons. 51. Præpos. c. frustra. num. 9. Cravett. cons. 21. num. 12. lib. 1. Natt. cons. 154. num. 6. & 7. Covarru. variarum Resolution. cap. 13. num. 5. lib. 3. ubi

ipse

ipse hanc opinionem communem esse attestatur, licet contrarium teneat, *Anton. de Butr. & Abb. c cùm ex officij. & ibi Felin. nu. 13. extr. de praescript. Felin. c. cùm causam. nu. 12. extr. de sentent. & re judic. Duen. Regul. 144. ampliat. 3.*

292 Illaque † consuetudo immemorialis semper praesumitur esse rationabilis, *Cravet. cons. 21. nu. 21.*

Usque adeò, ut aliqui tradiderint hanc
293 praesumptionem esse † praesumptionem juris & de jure probationem contrariam non admittentem, *Cravet. cons. 21. nu. 12.*

Et per istam consuetudinem immemorialem, ea, quae alioquin minoris temporis consuetudine acquiri nequeunt, acquiruntur, *Felin. c. cùm contingat. nu. 4. vers. tertius casus. extr. de for. compet.*

Sed in omnibus illis locis, in quibus Baroniae controversae sitae sunt, nec non & in quibus jus Saxonicum viget, consuetudine, & quidem immemoriali receptum & introductum est, ut ad successionem feudi etiam antiqui agnati transversales ultimi defuncti etiam descendentes à primo acquirente non admittantur, nisi ipsi tempore mortis ultimi defuncti de feudis ab ipso possessis simultaneè investiti sint, nec sufficiat illos vel majores illorum de istis feudis antea investitos fuisse.

Similiter certum est, quòd in omnibus illis locis, in quibus jus Saxonicum viget, & Baroniae controversae sitae sunt, consuetudine, & quidem immemoriali receptum & introductum sit, quòd jus simultaneae investiturae non sit ad filios, vel successores transitorium, neque ex parte Domini, neque ex parte vasalli, nisi illius renovatio Domino vel Vasallo mortuo intra tempus legitimum & petita & obtenta fuerit.

Ex quo infertur, hanc consuetudinem omninò inspiciendam, sequendam & servandam, etiamsi illa consuetudo esset vel juri Saxonico contraria, vel exorbitaret a jure Saxonico.

294 Vigesimo primo, † in iis, quae in agere vel pati, sive in agendo vel patiendo consistunt, non praesumitur de praeterito in praesens, nec etiam praesumitur continuatio, *Bald l. ex persona. nu. 3. & 4. C. de probat. Felin c. scribebam. extr. de praesumpt. 25. Nicol. Everhard. in sua Topic. in loco tempor. ad tempus. nu. 12 & 13.*

Similiter & de praeterito in praesens non praesumitur in his, quae naturabiliter variabilia sive mutabilia sunt, ut in iis non praesumitur continuatio, sed potiùs mutatio, *Nicol. de Materet. l. ex persona. & ibi Bald. nu. 7. C. de probat. Petr. de Anchor. c. semel natum. col. antepen. pen. & fin. de R. I. lib. 6. Pet. de Anchor. cons. 5. Florian. l. non est necesse. ff. de probat. Gloss. & Dd. l. Spadonem. §. qui absolutus. arg. illius text. ff. de excus. tutor. Francisc. Aret. c. in praesentia. col. 4. & ibi Felin. col. 12. extr. de probat. Felin. c. scribebam. extr. de praesumpt. Socin. cons. 59 nu. 10 lib. 1. Alciat. in tract. de praesumpt. Reg. 2. praesumpt. 14. Nicol. Everhar. in sua Topic. in loco tempor. ad temp.*

Eodem modo, & in iis, quae sunt meri facti, sive merum factum continet, de praeterito in praesens non praesumitur, *Bald. l. ex persona. nu. 6. C. de probat.*

Et confirmatur, Namque certum est, quòd facta non praesumantur nisi probentur, *l. deniq. ff. ex quib. caus. maior. l. quecunq. ff. de public. in rem act. l. in bello. § factae. ff. de capt. & postlim. revers. l. 1. C de mandat. princ. l. 1. C. de probat. l. asseveratio. C de non num. pecun. l si emancipati. C. de collat Bart. cons. 117. Abb. cons. 1. lib. 1. Cravett. in tract. de antiquit. tempor. par. 1. §. propositum nostrum. num. 75.*

Deinde quoque clari juris est, quòd praesumptio non habeat locum, ubi de contrario constat verè, *l fin. in princ. ff. quod met. caus. l. si chirographum. & l. cùm de indebito. §. 1. ff de probat. l. in pratura. in fin ff. de jur dot. Cravet. cons. 6. nu. 70. cons. 35. nu. 5. cons. 146. nu. 7.*

Vel praesumptivè, *l. divus. ff. de restitut. in integr. l. non solùm. ff. de rit. nupt. Cravett. cons. 6. num. 70. cons. 145. num. 11. cons. 149. num. 17.*

Sed jus simultaneae investiturae, sive jus succedendi in feudum vigore simultaneae investiturae secundùm dispositionem juris Saxonici, quod in hoc casu servari debet, per se & sua natura variabile & mutabile est, cùm illud ad filios vel successores non transeat, neque ex parte Domini neque ex parte Vasalli.

Et renovatio sive petitio renovationis simultaneae investiturae & merum factum continet, & in agendo consistit.

Deinde, etiam in casu nostro, ex literis investiturarum liquet, quòd eveniente casu mortis vel respectu personae Domini feudi, vel respectu Vasalli renovatio simultaneae investiturae, respectu Baroniarum controversarum, neq; petita neque obtenta fuerit.

Igitur sequitur ex eo, quòd Dominus W. proavus Domini A. A. simultaneam inve-

investituram habuir in Baroniis controversis inferri vel præsumi non posse, quòd similiter & Dominus A. A. in Baroniis controversis simultaneam investituram habeat vel habuerit.

295 Vigesimo secundo, clari & indubitati juris est, † quòd quoad hoc ut intelligi possit, quid in contractu aliquo sive in dispositione aliqua venerit, sive quid in contractum vel dispositionem deductum sit, diligenter intuenda & inspicienda sint, verba ipsius contractus vel dispositionis, *l. si quis stipulatus sit Stichum. in prin. ff. de verb oblig. l. hujusmodi. & l. si ita stipulatus. §. Chrysogonus. ff. eo tit. l. fidejussores. magistratuum. §. 1. & l stipulatus es ff. de fidejussor. l. Sancimus. C. eo tit. l. fin. C. comm. utriusq; judic. l. ut inter. C de inutil. stipulat. l. si operas. C. de solut. l. fin. C. de pignor. l. fin. C. de reb. Eccles. non alien. l. ad probationem C. de probat. Socin. conf. 18. num. 1. lib. 1.*

Et non debemus recedere neque à tenore contractus, *l. ex hoc jure. col. 2. quæst. 6. ff de justit. & jur. Bald. conf. 270. col. 2. lib. 5.*

Neque a forma verborum contractus, *Bald. conf. 266. col. 2. conf. 424. col. 1. lib. 1. conf. 72. lib. 3. conf. 321. col. 2. lib. 4. Raph. Cuman. conf. 164. col. fin.*

Et contractus quilibet clauditur suis præcisis terminis verborum, *Socin. conf. 74. num. 6. lib. 1.*

Nec ullus contractus extra verba ipsius extendi vel porrigi debet, *Signorol. de Homod. conf. 61. col. 3. fac. text. l. quod constitutum. ibi Bart. ff. de testam. militar.*

Nec in contractibus quicquam extrinsecus vel verbis omissum subintelligi debet, *si ita stipulatus fuero. §. Chrysogonus. ff. de verb. obligat. Socin. conf. 74. nu. 6. lib. 1.*

Sed omissum verbis contractus habetur pro amisso, *l. quicquid astringendæ. & ibi Ias. & Dd. ff. de verb. obligat. l. triticum. & l. ita stipulatus ff. eo tit. l. dedi, in prin. ff. de condict. ob causam.* & a quo renoventur verba contractus ab eo ipso quoque jura removentur, *Bald. conf. 437. lib. 1.*

Et confirmatur ex eo, namque verba contractus sunt forma ipsius quæ dat esse rei, nec ei aliquid addi vel detrahi potest, *Bald. l. quoties col. 1. C. de suis & legit.*

Ex verbis quoq; contractus colligitur, quæ fuerit mens atque voluntas contrahentium, *Socin. conf. 74. lib. 1. nu. 6. arg. l. Labeo, ff. de suppell. legat. c. si autem, 22. quæst. 1.*

Et leges præsumunt contrahentes id noluisse, quòd verbis non expresserunt, *c. inter corporalia, & ibi Bald. ext. de translatiom prælator c. ad audientiam ext. de decim. glos. c. ad audientiam verb. objectiones, ext. de Ecclesiis ædificand.*

Præterea instrumentum, sive scriptura illud tantum probat, quòd intra limites verborum instrumenti continetur & nihil ulterius, *Ias. conf. 159. num. 2. conf. 220. col. antepen. vers. sexto facit. lib. 2.*

Et illud quod instrumentum non dicit, nec nos dicere debemus, *Bald. c. Rudolphus. col. 1. ext. de rescript. Bald. conf. 297. col. 2. lib. 1. Ias. conf. 157. num. 2. & conf. 220. col. antepen. vers. sexto. facit. lib. 2.*

Sicut & alibi traditur, illud, quòd instrumentum non cantat, nec ego cantabo, *Bald. c. per venerabilem, col. pen. ext. de elect.*

Deinde etiam instrumentum non plus probat, quam in eo disponitur, & legitur, *Arg. l. nihil interest. C. de solut. Ias. conf. 159. n. 2. & conf. 220. col. antepen. vers. sexto facit. lib. 2.*

Nec aliud quid inquiri debet, quam illud, quòd in instrumento scriptum est, *Bald. l. fin. C. de fals. caus. adject. leg.*

Nec possumus plus vel minus loqui, quàm instrumentum loquitur, *Bald. conf. 455. col. 1. lib. 1.*

Huc etiam accedit, quòd alibi traditum est, singula verba contractus & instrumenti esse ponderanda & inspicienda, nec nostrum esse iis quicquam addere vel detrahere, *Bald. l. lecta. col. 2. ff. si cert. petatur.*

Sed in investituris Regis G. Regis L. Imperatoris F. Item, & Burggravii Misnensis, tunc temporis Præfecti inferioris Lusatiæ, & in literis testimonialibus à Rege W. ratione petitæ investituræ concessis, Domino U. patri Domini F. F. Baronis in B. ultimi possessoris Baroniæ controversæ, nulla penitus fit mentio simultaneam investituram petitam vel obtentam respectu Baroniæ S. B. S. M.

Igitur sequitur, ex illis investituris colligi non posse, quòd simultanea investitura ratione illarum Baroniarum petita vel obtenta fuerit, imò per illas investituras satis superque probatur, quòd ratione illarum quatuor Baroniarum simultanea investitura, neque petita neque obtenta fuerit. Deinde quoque prætensa investitura Regis M. non extat.

Igitur sequitur, illam allegationem istius investituræ esse interpretandam contra Dominum A. A. Baronem in B. ejusq; patruos, & sic accipiendam, quòd in ista investitura nulla fuerit facta mentio, neque de istis quatuor Baroniis, neque de aliis Baroniis controversis.

I Præterea

Præterea quoque in investitura Regis L. Imperatoris F. & Domini H. Burggravii Misnensis tunc temporis Præfecti inferioris Lusatiæ, nulla est facta mentio Baroniæ in F.

Igitur sequitur, per illas investituras satis superque probari, quòd tunc temporis neque petita neq; obtenta fuerit renovatio simultaneæ investituræ ratione Baroniæ F.

In investituris quoq; Regis L. & Imperatoris F. nulla fit mentio Baroniæ T.

Igitur sequitur, per illas investituras satis superque probari, tunc temporis non fuisse petitam vel obtentam simultaneam investituram ratione Baroniæ T.

296 Vigesimo tertio, † verba non tantùm generalia, sed etiam universalia & geminata restringuntur ad specificata, sive ad species expressas, quando hoc salva ratione recti sermonis fieri potest. *l. si ex pluribus. & ibi Bart. Ias. & Dd. ff. de pact. Cyn. & Bald. l. sub prætextu specierum. C. de transact. Card. Paris. cons. 102. nu. 11. lib. 3.*

Et confirmatur. Namque clausula generalis transactionis restringitur ad rem & causam prius specificatam, *l. si de certa, & ibi Ias. num. 2. C. de transact. l. legatis. §. 1. & ibi Bart. ff. de legat. 2. l. si ex pluribus. ff. de solut. l. si ita quis promiserit. §. fin. ff. de verb. obligat.*

Similiter & Renunciatio generalis restringitur ad contractum specialem, super quo interponitur, *l. jubemus. & ibi Bald. C. ad S. C. Vellejan.*

Et generaliter clausula generalis in qualibet dispositione posita post specificata ad illa restringitur, *Bald. l. pactum quod dotali quæst. 14. C. de collat.*

Sed investitura Domini H. Burggravii Misnensis tunc temporis Præfecti inferioris Lusatiæ est restricta tantùm ad Baroniam F. atque dimidiam partem Baroniæ T.

Et omnia verba generalia, universalia, & geminata in ista investitura posita respiciunt tantùm pertinentias Baroniæ F. & dimidiæ partis Baroniæ T.

Igitur sequitur, verba generalia, universalia, & geminata in ista investitura posita, nullo modo extendi posse ad Baronias S. B. & S. quæ per se sunt Baroniæ principales, & non sunt de pertinentiis Baroniæ F. vel T. Multò verò minus verba generalia, universalia, & geminata illius investituræ extendi possunt ad Baroniam F. & ad Baroniam M.

Tùm, quia illæ Baroniæ sunt per se principales Baroniæ, nec sunt de pertinentiis Baroniæ F. & Baroniæ T.

Tùm, quia illæ Baroniæ non sitæ in inferiori Lusatia, sed sunt sitæ in Silesia.

Et Burggravius Misnensis tunc temporis Præfectus inferioris Lusatiæ in ista investitura se expressè declaravit, quòd Dominum M. Baronem in B. avum Domini A. tantùm voluerit investire de bonis sitis in inferiori Lusatia, & quidem non de omnibus, sed tantùm de Baronia F. & de dimidia parte Baroniæ T.

Nec etiam Præfectus inferioris Lusatiæ, propter defectum potestatis Dominum M. avum Domini A. investire potuit de Baroniis extra inferiorem Lusatiam sitis.

Investitura verò Imperatoris F. est expressè restricta ad Baroniam F. atque omnia verba generalia, universalia, & geminata illius investituræ respiciunt, tantum pertinentias Baroniæ F.

Et sic illa investitura nullo modo extendi potest ad Baronias controversas.

Et licet in investitura Regis G. sequentia verba formalia posita sint. Bekennen vnd thun kund allermenniglich mit diesem Brieff/ daß für vns kommen ist der Edele vnser Getrewer / Lieber A. A. von B. Herr zum F. vnd hat vns vnsern / vnd seines Bruders F. F. von B. auch Herr zum F. wegen / mit demütigen Fleiß gebeten / daß wir jhnen / jhren Erben / vnd Nachkommen alle vnd jegliche jhre Schloß vnd Städte etc.

Attamen post illa verba generalia & universalia in continenti sequitur.

Mit Namen F. Schloß vnd Stadt / das Halbe S. die Helffte den F. Schloß vnd Stadt T. die Helffte.

Et dubio omni caret, illa verba generalia & universalia præcedentia salva ratione recti sermonis optimè restringi posse ad bona postea specificata.

Quinimò, per istam enumerationem specierum subsequentem verba generalia præcedentia restringi, præsertim cùm illa enumeratio facta fuerit per illam dictionem taxativam Mit Namen/ infrà docebo.

Et licet in investitura Regis G. subsequantur sequentia verba.

Vnd alle andere jhre Güter/ wo sie die haben/wie sie genand/vnd wo die gelegen seind.

Iisque proximè subnexa sit ista clausula, Mit allen vnnd jeglichen jhren Rechten / Herrligkeiten / Nützen vnnd Zinsen Diensten / Straffen / Zollen / Geleiten/

Geleiten/Bergwercken / Wildbanen/Gejagten und Welden / Oberften und Niederften Gerichten /und allen andern Zugehörungen nichts nichts ausgenommen.

Attamen prima clausula salva ratione recti sermonis ad Baronias specificatas nempe ad Baronias F. F. S. & T. optimè restringi, & ita accipi potest, ut tantum intelligatur de illis bonis quæ sunt de pertinentiis illarum Baroniarum.

Secunda vero clausula expresse tantùm pertinentias respicit, & ad pertinentias restricta est.

Er sic liquet, illa verba nullo modo comprehendere Baronias M. S. B. S.

Quin intellectus etiam comprobatur per clausulam sequentem, nempe per illam clausulam, Wie sie dann von jhrem Vater an sie kommen/und in der Theilung an sie gefallen seyn.

Quam clausulam hoc denotare, ut verba generalia præcedentia nullo modo extendi possint ad Baroniam N. S. B. S. inferiùs docebo.

Similiter & illa clausula investituræ Regis G. nempe.

Auch alle und jegliche jhre Freyheit/Herrligkeit /Lehenschaffte/ Rechte/Oberste und Niderste Gerichte/Privilegia, Handfesten/Lehenbrieffe/Auch andere Brieffe zu und Angefelle/ Gnade und gute Gewonheit/die jhr Vater/und sie von Römischen Keysern und Königen/und sonst anderen Fürsten erworben und besessen haben zu erinnern / zu confirmiren, und zu bestettigen gnediglich geruhen / salva ratione certi sermonis adBaronias in ista investitura specificatas nempe ad Baroniam, F. S. F. & T. optimè restringi & ita accipi potest, ut intelligatur tantùm, d[illegible]lis juribus, Privilegiis, jurisdictionibus, Regalibus, instrumentis, & investituris, quæ Dominus W. proavus Domini A. A. ejusque frater F. eorumque parens à Romanis imperatoribus, nec non & aliis Regibus & Principibus, ratione sive respectu illarum Baroniarum specificatarum acquisivêre.

Et sic liquet illa verba generalia tantùm respicere illas Baronias in ista investitura expresse sp. .ficatas.

Quod etiam suadetur per ista verba, Die jhr Vater und sie von Römischen Keysern und Königen/quæ verba sunt restrictiva & istam clausulam generalem restringunt principaliter ad illas literas,illaque jura quæ præter Domini W. & Domini F. ab Imperatoribus & Regibus acquisivêre. Cum itaque pater Domini W. & Domini F. respectu aliarum Baroniarum nullas literas, nullaque jura acquisiverit, sed Dominus W. & Dominus F. de aliis Baroniis a Rege L. de novo investiti sint, etiam ex hoc sequitur illam clausulam generalem ad nullas alias Baronias præter Baronias in investitura Regis G. expressas, & nominatas extendi posse. Rursus ex his omnibus liquet, quòd omnia verba posita in instrumen[illegible] investituræ Regis G. quæque respici[illegible] petitionem investituræ & simultaneæ investituræ factam a Domino W. avo Domini A. A. ejusque fratre Domino F. restricta sint ad Baronias F. F. S. & T. nec ullo modo extendi possint ad Baroniam M. S. S. B.

Similiter & verba sequentia investituræ Regis G. quæ denotant Regem G. Dominum B. & Dominum F. & investiisse, & simultaneè investisse nempe illa verba.

Alle jhre Schloß/Städte/Merckte/Dörfferschafft/Lehenschafft/Manschafft/Strassen/ Zollen/Geleiten/Bergwercken/Wildbanen/ Gejagten / Wälden / Oberften und Niederften Gerichten / Wasser / Wasserleufften/Teichen / Mühlen / Vorwercken/mit allen und jeglichen jhren Rechten /Herrligkeiten / Nützen und Zinsen besucht / und unbesucht/nichts ausgenommen.

Salva ratione recti sermonis ad bona prius specificata optimè restringi, & ita accipi possint, ut intelligantur tantùm, An denselben Geschlossen / Städten / Merckten / Dörfferehofen/ Lehenschafften /Manschafften/ Strassen/Zollen / Gleiten.

Quæ vel sunt sita in Baronia, F. F. S. & T. vel ad illas Baronias pertinent.

Illaque restrictio confirmatur etiam per id. Tum quia petitio investituræ & simultaneæ investituræ præcedens, est tantùm restricta ad Baroniam F. F. S. & T. sicut hoc supra comprobavi.

Et certum est, quòd concessio sequens, secundum petitionem in præcedentem restringatur, *l. 1. C. de divers. rescript.*

Tùm, quia post istam clausulam generalem statim subjungitur sequens clausula. Als sie den von jhren Vorfahren /und von Alters her an sie kommen und gefallen seyn.

Quæ clausula præcedentem clausulam generalem restringit tantùm ad illa bona, quæ Domino W. & F. a majoribus ipsorum acquisita sunt, sicut hoc inferiùs docebo.

Et sic illa clausula subsequens hoc operatur ne clausula præcedens generalis comprehendere possit Baroniam M. S. B. S quas Baronias Dominus W. & F. neque a majoribus acquisivêre, neque tunc temporis possedêre.

Deinde quoque & illa clausula dispositiva investituræ Regis G. nempe.

Wir haben jnen auch alle vnd jegliche ihre Freyheit / Herrligkeit / Lehenschafft / Recht / Gerichte / privilegia, Handfesten / Lehenbrieffe / vnd andere Brieffe zu vnd Angefelle / Gnade vnd gute Gewonheit / die ihre Vorfahren / vnd die von Römischen Keysern vnd Königen / vnd andern Fürsten erworben vnd herbracht haben / als oben gemeld ist / gnedigkich confirmiret.

Salva ratione, recti sermonis ad Baronias F. S. F. & T. In ista investitura specificata optimè restringi, & ita accipi potest, non intelligatur tantùm de juribus, privilegiis, instrumentis & investituris acquisitis ratione illarum Baroniatum in ista investitura specificatarum.

Et sic ex prædictis liquet, omnia verba tàm narrativa quàm dispositiva investituræ Regis G. salva ratione recti sermonis restringi posse ad Baronias in ista investitura expressas, nempe ad Baroniam F. F. S. & T.

Igitur sequitur omnia verba generalia, universalia & geminata tam narrativa quàm dispositiva investituræ Regis G. ad Baronias F. F. S. & T. esse restringenda, nec ullo modo esse extentenda ad Baronias M. S. S. B.

Igitur sequitur per investituram Regis G. satis superque probari, quòd Dominus W. proavus Domini A. A. ejusque frater Dominus F. à Rege G. neque petierint neq; obtinuerint investituram vel simulraneam investituram respectu Baroniæ M. S. B. S.

Præterea quoque & omnia verba generalia, universalia, & geminata, tàm narrativa quàm dispositiva posita in investitura Regis L. salva ratione recti sermonis optimè restringi possunt ad Baroniam F. & oppidulum S. quæ duo bona in ista investitura tantùm specificata sunt.

Igitur sequitur istam restrictionem omninò capiendam, & investituram Regis L. ita accipiendam esse, quòd pater atque patrui Domini A. A. Baronis à B. à Rege L. petierint & obtinuerint investituram & simultaneam investituram tantùm respectu Baroniæ in F. & oppiduli S, quòd qite illi respectu Baroniæ F. M. S. S. T. à Rege L. investituram, vel simultaneam investituram neque petierint, neque obtinuerint.

297 Vigesimo quarto, † verba universalia generalia & indefinita præcedentia, per verba specialia subsequentia restringuuntur, *Card. Paris. cons. 102. nn. 14. lib. 3. Ioh. Ceph. cons. 13. num. 18. arg. l. nam quod liquidè. §. fin. ff. de pen. leg. l fin. §. cui dulcia. ff. de vino tritic. & oll. leg. c. sedes Apostolica, & ibi Felin. Dec. & Dd. ext. de Rescript.*

Quòd absque omni dubio procedit, eo casu quando specialis dispositio generali, universali vel geminatæ præcedenti subnectitur sive conjungitur per verba limitativa, restrictiva, sive modificativa, *l. legata 2. responso. & ibi Bart. ff. de supellect. leg. Bart. l. quæsitum §. fin. num 15. ff. de fund. instruct. Abb. c. sedes Apostolica ext. de rescript.*

Qualia † verba modificativa limitativa sive restrictiva sunt verba, scilicet, nempe, videlicet, & similia, *l. si quis in venditione in princ. junct. glos. ff. com. præd. l. jusjurandum quod §. procuratores. & ibi Ias. num. 9. ff. de jurejur. l. cum quidam. §. 1. ff. de usur. l. si pluribus. & ibi Francis. Aret. & Ias num. 10. ff. de legat. 1. l. divortio §. impendia & ibi Francis. Aret. ff. solut matrim. l. non est necesse. ff. de bon. libert. l. fin. C. in quibus causis restitut. in integr. non est necess § nos autem. instit. de Author. tutor. ex literis. extr. de probat. c. statutum el. 2. de hæret. lib. 6. Bart. l. 1. ff. ad l. Aquil. B. l. quæsitum §. si quis feudum. num. 15. ff. de fend. instruct. Bald. l 2. ff qui acti de pun. Bald. l si inæqualibus. ff. de hæred. instit. glos. c. 2. de privileg. lib 6. Francis. Aret. l. cum vendente. C. ubi caus. fiscal. Francis. Aret. l. si fundum. ff. mandat. Francis. Aret. c. cum causam. quæ inter extr. de in integr. restitut. Dec. cons 4. col. 2. Card. Paris. cons. 63. num. 2. lib. 3. Bertachin. in suo Repertor. verb. videlicet.* 298

Et † natura atque proprietas illorum verborum limitativorum, restrictivorum, & taxativorum talis est, ut excludant omnes res, personas & casus præter expressas, *l. 2. C. de patr. qui fit. distrax. l. contractus. ff. de R. I. c. cum Ecclesia sutrina, ext. de caus. possess & proprietat. c. contingit. & ibi Card. & Felin. ext. de fide instrum. Bart. Alex. & Dd. l. 1. in prin. & ibi Ias. num. 9. & 10. ff. si quis jus dic. non obtemper. Card. Paris. cons. 85. num. 48. lib. 2.* 299

Sed in casu præsenti licet in investitura Regis G. reperiantur multa verba generalia & universalia.

Attamen in illa investitura expressè & specificè nominata est Baronia F. F. S. & T.

Illaque expressio sive nominatio, vel enumeratio specierum est facta cum adjectione dictionis, Mit Namen / quæ dictio æquipollet dictioni nempe, quæ est restrictiva, & limitativa,

Et in-

Et in Inveſtiturâ Domini H. Burggravii Miſnenſis, tunc temporis præfecti inferioris Luſatiæ eſt tantùm expreſſa ſive numerata Baronia F. & dimidia pars Baroniæ F.

Illaq; expreſſio tam in verbis narrativis, quàm in verbis diſpoſitivis, illi9 inveſtituræ eſt facta cum adjectione illius dictionis, Als nemlich / quæ dictio æquipollet dictioni nempe, ſive videlicet.

In Inveſtiturâ verò Regis L. eſt tantùm ſpecificata ſive expreſſa Baronia F. illaque expreſſio eſt facta tam in verbis narrativis, quàm in verbis diſpoſitivis inveſtituræ cũ adjectione dictionis Nemlich / benentlich

Quæ dictiones ſimiliter ſunt dictiones reſtrictivæ, & æquipollent dictioni nempe, dictioni videlicet.

Igitur ſequitur, quòd per iſtas dictiones verba generalia ſive verba univerſalia inveſtituræ Regis G. ſint reſtricta tantùm ad Baronias F. F. S. & T. quòdque nullo modo comprehendant Baronias M, S. B.

Similiter ex hoc infertur, quòd inveſtitura Domini H. Burggravii Miſnenſis tunc temporis præfecti inferioris Luſatiæ tantùm ſit reſtricta ad Baroniam F. & dimidiam partem Baroniæ T. quòdque illa nullo modo comprehendat Baroniam F. M.B.S S.

Eodem modò ex hoc infertur, quòd inveſtitura Regis L. omniaque verba in iſta inveſtitura poſita tantùm ſint reſtricta ad Baroniam F. & oppidulũ S. quòdq; nullo modo comprehendat Baroniis F. M. B S. S. T.

300 Vigeſimò quintò, dictionis † prout, illa natura eſt, ut ſtet reſtrictivè, utque præcedentia reſtringat ac limitet, *Bart. l. edita, nu. 29. & ibi Bald. & Dd. & Iaſ nu 36. Francisc. Purpur. num. 230. Dec nu. 85 C. de edend. Bart. in conſtitut. ad reprimendum, verb. prout nu. 2. Alex. conſ. 46 col. pen. lib. 3. conſ. 29. col. 6. lib. 5. Carol Molin in conſuetud. Pariſ. §. 5. n. 76. Dec conſ. 374 n. 4. fac. id, quod tradit. Rom conſ. 294. & ibi Horat. Mandoſ. in add.*

301 Et dubio omni caret, quòd dictioni † Prout in Germanicâ linguâ æquipolleat dictio, Wie/ & dictio Als.

302 Præterea quoque clari & indubitati juris eſt, † quòd verba habere Dominium denotet, quòdque eam rem quis propriè habere dicatur, cujus dominium habet, *l habere & ibi Dd ff. de verb ſignificat.*

303 Similiter quoque clari juris eſt, † quòd verbum habere cum effectu accipiendum ſit, *l. nomen filiarum §. fin. ff de verb. ſignific. Card Zabarel. Clem. 1. q. 20. ext de offic. v. car. Bertachin. in ſuo Repertor. verb. habere nu. 16. Alber. de Roſ in ſuo dict. verb habere.*

Sicut & regulariter omnia alia verba cum effectu accipienda ſunt, *l. pen §. pen. ff. ne quis eum, qui in jus vocat, eſt exemt l. 1. §. fin. Et ibi Iaſ & Dd. ff. quod quiq, jur.*

Adeoque traditum eſt, quod quis propriè dicatur habere illam rem, quod ipſe & dominium & poſſeſſionem habet, non autem illam rem, cujus reſpectu quis habet vel actionem vel ſpeciem, etiam radicatam, *ſpec. tit. de donat. inter vir. & uxor. § 3. verſ illud. Bart. l. nemo videtur ff. de in integr. reſtitut. Bart. & Cognol. l. qui actionem ff de Reg. jur. Bertachin. in ſuo Repertor. verb. habere n. 3. fac. id quod tradit. Bart. Ang. Nicol. de Neapol. Alex. Aret. & Iaſ. l. Gallus. §. videndum ff. de liber & poſthum.*

Deinde quoque † verbum pervenire ſive perveniſſe cum effectu intelligendum eſt, & illud tantùm dicitur ad aliquem perveniſſe, quod verè, realiter, & cum effectu ad aliquem pervenit, *l nomen filiorum §. fin ff. de verb ſignificat Socin. l. 2. §. veteres n. 15. ff. de acquir poſſeſſ. Alberic. de Roſat. in ſuo dictìon. verb. pervenire. Bertachin. in ſuo Repertor. verb. perveniat.* Illique verbo perveniſſe æquipollent illa verba Kommen vnd fallen. 304

Sed in caſu præſenti, licet in verbis narrativis inveſtituræ Regis G. facta Domino W. proavo Domini A. A. ejusque fratri Domino W. reperiatur ſequens clauſula.

Bekennen vnd thun kund/Allermenniglich mit diesem Brieffe / daß für vns kommen iſt/ der Edel vnser Getrewer lieber W. von B Herr zum F. vnd hat vns von seinen vnd seines Bruders F von B auch Herr zum F. wegen/ mit demütigen Fleiß gebeten/ daß wir jhnen/ jhren Erben / vnd Nachkommen / Alle vnd jegliche jhre Schloß / vnd Städte / Mit Namen F. Schloß/vnd Stadt/die Helffte S die Helffte den F Schloß /vnd Stadt/ T. die Helffte / vnd alle andere jhre Güter / wo sie die haben/wie sie genandt / vnd wo die gelegen sind/mit allen vnd jeglichen jhren Rechten/ Herrligkeiten/Nützen vnd Zinsen/Diensten/Straſſen / Zollen /Gleiten/Bergwercken/Wildpanen/Gejagten/ Welden / Obersten vnd Nidersten Gerichten / vnd allen andern Zugehörungen/ nichts nicht ausgenommen/die von vns/ vnd der Kron zu B. zu Lehen berührend.

Attamen in continenti ſequitur iſta clauſula, Wie sie dann von jhrem Vater an sie kommen/ vnd in der Theilung an sie gefallen sind.

Et licet in verbis diſpoſitivis Regis G. reperiatur ſequens clauſula.

Vnd haben darumb mit wolbedachtem Mut /gutem Rath / vnd Rechten Wissen den obgenandten Gebrüdern von B. vnd allen jhren Erben / Alle jhre Schloß / Städte / Märckte /

Märckte / Dorffschafft / Lehenschafft / Manschafft / Strassen / Zollen / Gleiten / Bergwercken / Wildbanen / Gejagten / Wälden / Obersten vnd Nidersten Gerichten / Wasse. / Wasserleuffren / Teichen / Mühlen / Vorwercken / mit allen vnd jeglichen ihren Rechten / Herrligkeiten / Nützen vnd Zinsen / besucht vnd absucht / nichts nicht auszunemen.

Attamen post istam clausulam generalem in continenti subsequitur. Als sie dann von jhren Vorfahren / vnd von Alters her an sie kommen vnd gefallen sind.

Igitur sequitur, prædicta verba generalia, & clausulam generalem positam, tam in verbis narrativis, quam in verbis dispositivis investituræ Regis G. per illam clausulam sequentem, Wie sie dann von jhrem Vater an sie kommen / Item, per illam clausulam, Als sie von jhren Vorfahren / vnd von Alters her / an sie kommen vnd gefallen seyn / restringi tantùm ad ista feuda, & bona feudalia, quæ Dominus W. proavus Domini A. A. ejusque frater Dominus F. à parentibus atque majoribus suis realiter verò & cum effectu acquisivêre, quódq; illa verba nullo modo comprehendant illa bona, in quibus Dominus W. & Dominus F. tunc temporis tantùm habuêre jus sive spem succedendi, vel jus simultaneæ investituræ.

Quinimò in verbis narrativis investituræ Regis G. Wie sie dann von jren Vätern an sie komen / vnd in der Teilung an sie gefallen sind.

Et sic ista clausula copulative requirit, ut illa bona Domino F. & Domino W. & à parente illorum actualiter, verè & cum effectu fuerint & acquisita, & in divisionem inter fratres factam deducta. Ideòque videtur dicendum unum ex illis non sufficere.

Cùm sit clari juris, † quòd natura co-
305 pulæ talis sit ut requirat concursum utriusque, *l. si hæreds plures. ff. de condit. restitut. cum simil. inferiùs allegandis.*

Præterea quoque in verbis narrativis investituræ Regis G non simpliciter dicitur, Vnd alle andere ihre Güter / Sed etiam subjungitur, Wo sie die haben. Ex quo verbo, Haben / clare liquet, istam clausulam generalem, tantùm esse restrictam ad illa bona, quæ Dominus W. proavus Domini A. A. ejusque frater Dominus F. tunc temporis realiter, actualiter, verè, & cum effectu habuerunt, quódque illa clausula minimè extendi possit ad illa bona, quorum respectu Dominus W. & Dominus F. tunc temporis habuerunt tantùm actionem vel spem succedendi aut etiã jus simultaneæ investituræ.

Sed certum est, quòd Dominus W. proavus Domini A. A. ejusque frater Dominus F. neque Baronias M. S B. S. neque etiam jus simultaneæ investituræ respectu illarum Baroniarum à parente vel majoribus suis acquisiverint, sed quòd ipsi de novoratione illarum Baroniarum a Rege L. simultaneè investiti fuerint.

Similiter indubitatum est, quòd Dominus W. proavus Domini A. A. ejusque frater Dominus F. tunc temporis non habuerint, neque possederint Baroniam M. S. B. S. sed quòd illorum agnatus tunc temporis illas Baronias & habuerit, & possederit.

Eodem modo certum & indubitatum est, quòd in divisione facta Dominum W. proavum Domini A. A. ejusque fratres Dominum U. & Dominum F. non venerint Baroniæ B. S. S. M.

Igitur sequitur prædicta verba generalia posita tam in verbis narrativis, quam in verbis dispositivis investituræ Regis G. nullo modo extendi posse ad Baroniam, M. B. S. S.

Et sic liquet, quòd Dominus W. proavus Domini A. A. ejusque frater Dominus F. à Rege G. simultaneam investituram respectu Baroniæ M. S. B. S. neque petierint, neque impetraverint.

Vigesimò sextò † Relativi, quis, quæ 306
vel quòd, ea natura est, ut dispositionem præcedentem restringat, *l. à filio § testator. & §. Titia. & utrobiq. Bart. ff. de alim. & cib. legat. Bart l. omnes populi ff de just. & jur. Bart l. cunctos populos. C. de sum. Trinit. & fid Catholic. Bart. l. ea tamen adjectio. ff. de legat. 3.*

Et dubio omni caret, dictionem, Die / esse relativam, & æquipollere dictioni quis, sive quæ.

Præterea quoq; & natura copulæ est, † 307
ut posita inter duo concursum utriusque requirat, utque dispositio in qua duo copulativæ ponuntur, non aliter locum habeant, nisi ista copulata simul & concurrant, & verificentur, *l. si hæredes plures ff. de condit. institut. l. si is qui ducenta §. utrum. & ibi Bart. ff. de reb. dub. §. pen. instit de hæred. instit. Nicol. Everhard. in sua Topic. in loc. à natura copulæ num. 12.*

Sed licet in verbis narrativis investituræ Regis G. ponatur talis clausula, Auch alle vnd jegliche ihre Freyheit / Herrligkeit / Lehenschaffte / Rechte / Oberste vnd Niederste Gerichte / Privilegia, Handfesten / Lehenbrieffen / Auch andere Brieffe zu vnd Angefelle / Gnade vnd gute Gewonheit.

Attamen

Attamen in continenti subjungitur, Die ihr Vater vnd sie von Römischen Keysern vnd Königen vnd sonst andern Fürsten erworben,

Et licet in verbis dispositivis investituræ G. reperiatur sequens clausula, Wir haben auch alle vnd jegliche ihre Freyheit/Herrligkeit/Lehenschafft/Recht/Gerichte/Privilegia, Handfeste/Lehenbrieffe vnd andere Brieffe/zu vnd Angefelle/Gnade vnd gute Gewonheit.

Attamen in continenti subjungitur clausula, Die ihre Vorfahren/vnd sie von Römischen Keysern vnd Königen/vnd andern Fürsten erworben vnd hergebracht haben.

Igitur sequitur, illa verba generalia, sive universalia tam narrativa quam dispositiva investituræ Regis G. nempe Alle vnd jegliche ihre Freyheit/Herrligkeit/Lehenschafft/Rechte/öberste vnd niderste Gerichte/Privilegia, Handfesten/Lehenbrieffe/auch andere Brieffe/zu vnd Angefelle/Gnade vnd gute Gewonheit/Per ista verba sequentia, Die ihr Vater vnd sie rc. Item & per illa, Die ihre Vorfahren vnd sie/ ita restringi, ut tantùm habeant locum in iistis juribus, investituris & lireris à patre & majoribus Domini W. proavi Domini A.A. imperratis, atque ab ipso Domino W. renovatis, sive iterate acquisitis.

Sed certum est, quòd pater vel majores Domini W. proavi Domini A.A. nullas neque literas neque investituras, vel simultaneas investituras acquisiverint, respectu Baroniarum M. S. B. S.

Sed quòd Dominus W. proavus Domini A. A. ejusque frater Dominus F. respectu illarum Baroniarum de novo simultaneam investituram acquisiverint à Rege L.

Igitur etiam ex hoc capite sequitur, istam clausulam positam in investitura Regis G. nullo modo extendi vel porrigi posse ad Baronias M. S. B. S.

Et sic etiam ex hoc liquet, quòd Dominus W. proavus Domini A.A. ejusque frater Dominus F. respectu Baroniarum S. B. S. M. à Rege G. simultaneam investituram

308 neque petierint neque obtinuerint.

Vigesimo septimo, † ex iis, quæ in procœmio sive præfatione vel initio contractus posita sint, colligitur causa finalis illius contractus, *Bart. Bald. Ang. & Imol l. fin. arg. illius text. ff. de hæred. instit. Bald. in proœm. C. §. quibus. Bald. l. ut liberis. C. de collat. Alex. conf. 119. col. fin. lib. 5. Rom. conf. 180. col. 2.*

309 *vers. præmissis tamen non refragantibus.*

Similiter ex iis, † quæ in proœmio, præfatione, vel initio contractus dicta vel posita sunt, colligitur mens & voluntas contrahentium, *l. item quia. §. fin. ff. de pact. l. cùm hi in princ. & ibi Bart. & Bald. ff. de Reg. jur. l. 1. & ibi Bart. ff. ad Senatusconf. Maced. l. cùm pater. §. dulcissimis. ff. de legat. 2. Lap. allegat. 101. part. 2. Rom conf. 65. circ. fin. conf 90. post princ. conf 180. num. 6. conf. 328. num. 3. conf. 236. num. 10. Barbat. conf. 10. col. pen. conf. 19. col. 1. conf 21. col. 1. lib 1 conf. 1. col. 2. lib. 3. Curt. Sen. conf. 49. nu. 16. Dec. conf. 334. nu. 2. Curt. Iun. conf. 5. nu. 19. Hip. de Mars. conf. 19. nu. 5. Matth. de Afflict. c. 1. in princ. nu. 67. de natur. success. feudi.*

Et tam contractus, quàm alia quælibet dispositio, secundum ea, quæ in proœmio, præfatione vel initio, sive principio dicta sunt, declaratur, restringitur & extenditur, *Rom. conf. 16. col. 1. Tiraquel. in tract. cess. caus. par. 2. limitat. 1. nu. 65.*

Sed in principio, initio, sive præfatione investituræ Regis G. expresse & specifice tantùm fit mentio de Baronia F. & de dimidia parte Baroniarum F. S. & T. & quidem cum verbis restitutivis, nempe cum illis verbis, Mit Namen.

Et in præfatione, sive in verbis narrativis investituræ Regis L. tantùm fit expressa mentio de Baronia F. & de oppidulo S.

Igitur sequitur, per hoc satis superque probari, quòd Regis G. mens atque voluntas fuerit, Dominum W. proavum Domini A. A. ejusque fratrem tantùm & investire, & simultaneè investire de Baronia F. atque de dimidia parte Baroniarum F. S. & T. quódque omnia verba atque clausulæ investituræ Regis G. ad Baroniam F. atque dimidiam partem Baroniæ F. S. & T. restringi debeant.

Et sic etiam ex hoc liquet, quòd Dominus W. proavus Domini A. A. ejusque frater Dominus F. a Rege G. ratione Baroniarum M. S. B. S. investituram vel simultaneam investituram neque petierint neque obtinuerint.

Rursus ex hoc infertur, quòd Regis L. mens atque voluntas fuerit, patrem atque patruos Domini A. A. tantùm & investire & simultaneè investire de Baronia F. & de oppidulo S. quodq; omnes clausulæ omniaque verba, quantumvis generalia, & universalia investituræ Regis L. restringi debeant ad Baroniam F. & oppidulum S.

Et sic per hoc satis probatur, quòd pater & patrui Domini A. A. Baronis a B. a Rege L. respectu Baroniarum S. B. S. F. T. investituram vel simultaneam investituram neque petierint, neque obtinuerint.

310 Vigesimo octavo, † sui appellatione secundum propriam & genuinam vocabuli significationem, illud tantùm continetur, quòd jure dominii ad aliquem spectat, *l. servus. ff. de legat. 3. l. Quintus. la. 2. §. argento. & ibi Bart. & §. cui legatum. ff. aur. & arg. legat. l. solum. §. meum. ff. de rei vendicat. Rom. cons. 435. nu. 4. Bertachin. in suo Repertor. verb. suum. Alberic. de Rosat. in suo dictionario. verb. suum.* Illique verbo Suum, æquipollet verbum Ihre/ atque idem denotat.

311 Similiter quoque clari juris est, † quòd in omnibus omninò dispositionibus verba sint accipienda in significatione propria, quòdque a propria verborum significatione minimè recedi debeat, *Bald. in cons. schismatis posito sub Rubr. C. si quis aliquem testar. prohibuer. §. sed in contrarium. nu. 12 Socin cons. 4. nu. 8. lib. 4. Socin. Reg. 441. Cravett. cons. 149. nu. 7. lib. 1.*

Sed investitura Regis G. sequentibus verbis concepta est.

Alle ihre Geschlosse / Städte / Märckte/ Dorff/ Hoff/ Lehenschafft/ Manschafft/ Strassen/ Zollen/ Gleitten/ Bergwercken/ Wildbanen/ Gejägten/ Wälden / öbersten vnd nidersten Gerichten/ Wasser/ Wasserleittten/ Teichen/ Mülen/ Vorwercken/ mit allen vnd jeglichen ihren Rechten/ Herrligkeiten/ Nutzen vnd Zinsen besucht vnd absucht / nichts nicht ausgenommen.

Igitur ex hoc ponderando videlicet dictionem Ihre/ sequitur & infertur, quòd sub ista investitura comprehendantur tantùm ista castra, civitates, oppida, pagi, domus, villæ, feuda, & alia bona, quæ tempore investituræ Regis G. jure dominii pertinuêre ad Dominum W. proavum Domini A. A. ejusque fratrem Dominum F.

Cùm itaque tempore illius investituræ factæ dominium Baroniæ, B. S. M. S. non pertinuerit ad Dominum W. proavum Domini A. A. ejusque fratrem Dominum F. sed pertinuerit ad agnatum ipsorum, ut W. dictum.

Rursus ex hoc infertur, Investituram Regis G. non comprehendere Baroniam B. S. S. M.

312 Vigesimo nono, † omnes clausulæ in contractu investituræ vel instrumento aliquo appositæ, secundùm id, quod in istum contractum investituræ sive instrumentum principaliter deductum est, restringuntur, *gloss. l. si patruus §. patruum. verb. Faviana. ff. si quid in feud. part. Bal l. Imperator. l. 1 col. pen. ff. de stat. hom. Bald. l. 1. col 4 C. de inoffic. testamento. Bald. cons. 375. col 2. cons. 440. col. 2. lib. 3. Rom. cons 42. col. 1. cons. 115. col. 2. cons. 146. col. 1. Ang. Aret §. fuerat. col. 11. ibi Ias. nu. 76. Instit. de Act. Barbat. cons. 28. col. 6. cons 42. col. 8. lib. 1. cons. 36. col. antepen. cons. 56. col 10. lib. 2 cons. 33. col. 2. cons. 60. col. 21. cons. 73. col. 4. cons. 76. col fin. lib 3. cons. 14 col 2. lib. 4. Socin. cons. 49. col. 3. lib. 1. cons. 66. col. 3. & cons. 103. col. 3. lib. 3. Ias. l. principalibus col 3. ff. si cert petat. Ias. l. 1. §. si quis ita. in fin. ff. de verb. obligat. Ias. cons. 82. col 3. vers. tertium principale. lib. 3.*

Et † per clausulas, præsertim accessorias 313 in investitura, instrumento vel contractu aliquo positas, investitura, contractus sive dispositio principalis nunquam, neque alienatur, neque mutatur, neque augetur, neque extenditur, *Clem 1. & ibi Dd. de præbend. Anton. de Butr cons. 29. Chalder. in cons. 16. tit. de præb. Abb c. cùm in nostris. col. pen. extr. de concess. præbend. Rom. cons. 498 nu. 19. Alex. l. qui Romæ §. duo fratres. & ibi Imol. nu. 28. vers. tempus hoc tertiò facit. & Rip. nu. 45. & 84. ff. de verb. obligat. Ias. l. ius autem. nu. 8. ff de justit. & jur. Ias. l. ex pupillar. ff. de vulgar. & pupillar. Felin c. nonnulli in princ. nu. 27. extr de rescript. Dec. cons. 428. nu. 19. & 20. Cassan cons. 65. nu. 60. Laur. Sylvan. cons. 97. nu. 20. & 21.*

Sed in investitura Regis G. præcipuè & principaliter fit mentio de Baronia F. & de dimidia parte Baroniæ F, S. & T. atque de illis Baroniis in ista investitura principaliter agitur.

Et clausula in ista investiturà posita, Auch alle vnd jegliche ihre Freyheit / Herrligkeit/ Lehenschafft/ Recht/ Gerichte/ Privilegia, Handfesten/ Lehenbrieffe/ vnd andere Brieffe / zu vnd Angefelle vnd gute Gewonheiten/ in ista investitura ponitur accessoriè.

Igitur sequitur, quòd tam ista clausula quàm omnes aliæ clausulæ atque verba restringi debeant ad Baroniam F. & dimidiam partem Baroniæ F, S & T.

Rursus ex hoc infertur, quòd neque prædicta clausula, neque aliæ clausulæ, vel verba ipsius investituræ id operari possint, ut investitura Regis G. extendatur ad Baroniam M. S. B. S.

Præterea quoque in investiturà Regis L. principaliter agitur de Baronià F. & de oppidulo S.

Et illa

Et illa clausula, Wir haben auch hiermit alle die Brieffe / so des von B Voreltern und Eltern von unsern Vorfahrenden / Keysern / Königen / Marggraffen / auch andern Fürsten / geistlichen und weltlichen / und sonsten alle und jegliche ihre Freyheit / Herrligkeit / Lehenschafft / Rechte und Gerechtigkeiten / besondern Gnaden / Alt herkommen / und gute Gewonheit / erworben / von newem vernewert / confirmiret und befestiget / in ista investitura po[...]r accessurie.

Igitur sequitur, quòd tàm prædicta clausula quam etiam aliæ clausulæ positæ in investitura Regis L. ad Baroniam F. & oppidulum S. restringi debeant.

Iterum ex hoc infertur, quòd neq; prædicta, neque aliæ clausulæ positæ in investitura Regis L. hoc operari possint, ut illa investitura extendatur ad Baroniam F. B. S. M. S. T.

314 Trigesimo, † unius inclusio, est aliorum omnium exclusio, *l. maritus. & ibi Dd. C. de procur. c. nove. & ibi Dd. & Felin. extr. de præscript. l. cùm Prætor. ff. de judic. l. ex eo. ff. de testib. cum multis similib. allegat. suprà.*

Sed investitura Regis G. includit expressè, & in specie Baroniam F, & dimidiam partem Baroniæ F. S. & T.

Investitura verò Domini H. Burggravii Misnensis, tunc temporis Præfecti inferioris Lusatiæ, tantùm includit Baroniam F. & dimidiam partem Baroniæ T.

Investitura verò Regis L. tantùm includit Baroniam F. & oppidulum S.

Imperatoris verò F. investitura includit tantum Baroniam F.

Igitur sequitur, quòd illæ investituræ omnes alias Baronias, de quibus in illis non fit mentio, excludant, & minimè comprehendant, quòdque eam ob causam investitura Regis excludat Baroniam S, B. S. M.

Et in investiturâ Burggravii Misnensis, tunc temporis Præfecti inferioris Lusatiæ, præter has excludat Baroniam F. investitura verò Regis L. & Imperatoris F. excludat Baroniam F. S. B. S. M. T.

315 Trigesimo primo, † sub dispositione generali non comprehenduntur bona, vel feuda Regalia, sive Regalem dignitatem annexam habentia, sicut hoc docui suprà in 13. ratione decid.

Et confirmatur per id, quod Dd. tradunt sub dispositione, sive clausulis generalibus non comprehendi personas constitutas in dignitate regali, sive Regalem dignitatem habentes, *Pet. de Anchor. cons. 296. incip. pro clariori evidentia. & cons. 298. incip. efficaciùs. Rom cons. 498. incip. in casu, quo quæritur. nu. 6. Rip. Respons. 2. nu. 4. Respons. 15. circa fin. lib. 1. Gozad. cons. 76. nu. 11. cons. 10c. nu. 15. Card. Paris. cons. 141. nu. 8. lib. 4. Pet. Rebuff. super concordat. tit. de collat. §. si quis verò. verb. cardinalatus. Barbat in tract. de præstant. Cardin. par. 1. quæst. 7. circa fin. Ias. cons. 117. col. 3. vers. tertiò principaliter. lib. 4. Hieron. Gig. in tract. de pension quæst. 9. nu. 7. & 8. & quæst. 59. nu. 13. & 14. Quintil. Mandos. in Regul. Cancellar. Apost. Reg. 69. quæst. 2. num. 4.*

Et certum est, † quòd bonum sit argu- 316
mentum à personis ad res, quòdque dispositum de personis etiam ad res extendatur, *l. qui fuêre. & ibi Alberic. de Rosat. & Bald. ff. de stat. hom. l. si quis inquilinos. §. si ita legatum. ff. de legat. e. gloss. l. cùm quid. ff. si cert. pet. Nicol. Everhard. in sua Topic. in loco à persona ad res*, ubi ipse etiam alia ad hoc allegat.

Quinimò † cùm in 13. ratione decid. do- 317
cui, & comprobavi, quòd etiam sub clausulis vel dispositionibus conceptis verbis universalibus Regalia non cumprehendantur.

Et licet † quoad hoc, contrarium tene- 318
ant aliqui Dd. citati in rationibus dubitandi vulentes & decidentes, sub verbis universalibus, præsertim geminatis, etiam Regalia includi & comprehendi.

Attamen illi Dd. loquuntur tantùm in illis terminis, quando illa Regalia sunt accessoria illorum, quæ principaliter concessa sunt, sive quando illa Regalia in dispositione aliquâ veniunt tanquam accessoria illius, quod principaliter concessum est.

Ideoque illorum Dd. decisio nullo modo extendi debet ad ista Regalia, quæ non sunt accessoria eorum, quæ expressè concessa sunt, neque considerantur, ut accessoria, sed ut per se, & principaliter subsistentia.

Tum quia clari juris est, quòd nullius dictionis decisio extra verba ipsius extendi debeat, *l. quod constitutum. ff. de testam. militar.*

Tum, quia clari juris est, quòd cessantibus verbis alicujus decisionis vel dispositionis, & ipsa quoque dispositio, sive decisio cesset, *l. ita autem, in princ. & ibi Bart. ff. de administra. tutor. l. 4. §. toties. & ibi Dd. ff. de dam. infect.*

infect. Tiraq. Rep. l. si unquam. verb libertas. nu. 2. 3. & 4. C. de revoc. donat. ubi ipse multa alia ad hoc citat.

Tum, quia quid faciliùs permittitur, in consequentiam, sive tanquam accessoriam, quàm per se principaliter sive tanquam principale.

Et multa veniunt in consequentiam sive tanquam accessoria, quæ principaliter prohibita sunt, *l. 1. in princ. ibi Bart. ff. de auther. inter. l. si unus. §. illud. & ibi Iaf. ff. de pact. l. fin. C. ubi & apud quos, c. 1. extr de restient. in integr. l. Quoties. & ibi Cyn. Salycet. Paul. Castr. & Iaf. C. de iudic. Iaf. l. si quis nec causam in princ. ff. si cert. petatur.*

Sed certum est, nec non & superiùs comprobatum, quòd Baroniæ sint feuda regalia, & inter feuda regalia referantur, præsertim in nostro & similibus casibus, quando illæ Baroniæ cum Regalibus concessæ sunt.

Similiter indubitatum est, quòd Baroniæ F. B. S. S. M. T. non sint accessoriæ Baroniæ F. vel alterius Baroniæ, sed per se & principaliter Baronias constituant.

Igitur etiam ex hoc sequitur, quod sub verbis generalibus, & vniuersalibus inuestituræ Regis G. non comprehendantur Baroniæ B. S. M. S.

Similiter ex hoc infertur, quòd sub verbis generalibus & universalibus investituræ Regis L. non comprehendantur Baroniæ F. M. S. B. S T.

319 Trigesimo secundo, dispositio clausulæ, vel verba quantumvis generalia, universalia, & geminata non extenduntur ad illa neq; comprehendunt ea, in quibus concedendis Princeps se solet difficilem reddere, *Ioan. Monach. c. 1. glos. 2. verb. notatum de fid. presbiter. lib. 6. Cranet. cons. 172. nu. 4. lib. 1. Laur. Sylvan. cons. 56. nu. 24.* cum multis similibus allegat suprà.

Sed certum est, quòd Imperatores, Reges & Principes, se soleant difficiles reddere in concedendis Baroniis vel aliis feudis Regalem dignitatem annexam habentibus.

Igitur etiam ex hoc sequitur, quòd sub sub verbis generalibus & universalibus investituræ Regis G. & Regis L. non comprehendantur aliæ Baroniæ, præter illas, quæ in istis investituris expresse, & specificè nominatæ sunt.

Rursus ex hoc infertur, quòd sub verbis generalibus & universalibus investituræ Regis G. non comprehendantur Baroniæ M. S. B. S. quòdque sub verbis generalibus, & universalibus investituræ Regis L. non comprehendantur Baroniæ F. M. S. B. T. S.

Trigesimo tertio, † sub verbis quantumvis universalibus generalibus & geminatis non comprehenduntur illa, quæ sunt admodum notabilia vel cum gravi præjudicio conjuncta, sed requiritur, ut illa specialiter & nominatim exprimantur, *Bart. l. filiusfamilias. ff. de donat. Alex. l. Titius. & ibi Iaf. n. 5. & 16. ff. de liber. & posthum. Salycet. l. 1. C. de sponsalibus. Alex. cens. 146. lib. 5. Tiraquel. in tract. de ll. connubial. gloss. 7. nu. 111.* 320

Et requiritur, ut de iis, quæ sunt vel admodum notabilia vel cum magno præjudicio conjuncta, fiat specialis nominata & expressa mentio, *l. item apud Labeonem. §. ait Prætor. ff. de jurejur.*

Nec in iis clausula generalis sufficit, sed specifica, nominata & expressa adhibenda est, *gloss. c. qui ad agendum de procur. lib. 6. Iaf. Rub. ff. solut. matrim.*

Sed certum est, quòd Baroniæ reliquaq; feuda Regalia, sive Regalem dignitatem annexam habentia, præ cæteris sint admodum notabilia & præeminentia, quódque illorum concessio cum magno præjudicio conjuncta sit.

Igitur sequitur, sub dispositione quantumvis generali, universali, & geminata non comprehendi Baronias vel alia feuda habentia annexam dignitatem Regalem.

Rursus ex hoc infertur, quòd sub verbis generalibus, universalibus & geminatis investituræ Regis G. non comprehendantur Baroniæ S. B. S. M. de quibus in illa investitura specialis mentio facta non est.

Ulteriùs ex hoc infertur, quòd sub verbis universalibus generalibus & geminatis investituræ Regis L. non comprehendantur Baroniæ F. S. B. S. M. T. de quibus in ista investitura specialis & expressa mentio facta non est.

Trigesimo quarto, † verba generalia, sive clausula generalis, non sufficit eo casu, quando aliquid specialiter fieri debet, *gloss. lib. 1. verb. specialiter. ibi Bart. Bald. Salycet. Fulgos. Iaf. & Dd. ff. si quis injus voc. non ier. gloss Clem. 1. verb specialiter. & ibi Card. Florent. notab. 7. de judic. Ioan. Andr. c. 1. de except. lib. 6. Bart. l. legitimos circa fin. princ. ff. de legit. entor. Anton. de But. & Imol. Clem. constitutionem. col. 2. de Elect. Bertram. cons. 28. nu. 7. lib. 1. Francisc. Rip. lib. 1. col. 9. vers. ista limitatio. ff. de vulgar. & pupillar.* 321

Similiter generalis clausula, sive verba generalia non sufficiunt eo casu, quando requi-

requiritur certitudo sive expressio respectu certæ speciei, sed isto casu necesse est, ut fiat specialis & nominata mentio & expressio, *Philip. Franc. c. si Episcopus. circa fin. de præb. lib. 6.*

Eodem modo & clausula generalis, sive verba generalia non sufficiunt, eo casu, quando lex vel statutum requirit, ut aliquid nominatim exprimatur, *Barbat, cons. 44. col.4. lib.1. fac. id quod tradit Paul. de Leaz. in tract. de appellat. quæst. 10. Bald. l. eos. §. fin autem. C. de appellat. Socin. cons. 45. col. 4. lib. 1.*

Deinde etiam clausula generalis non sufficit, sed specialis expressio necessaria est, eo casu, quando à lege vel statuto requiritur, ut quid verbis exprimatur, sive ut quid fiat verbis expressis, *Bart. & Alex. l. Prætor. in princ. ff. de opere nov. nu. 6. Alex. cons. 129. col. 2. lib. 1. Anton. de But. Dominic. & Felin. c. translato. extr. de constitut. Guilhel. Benedict. c. Raynutius. verb. si absq; liberis. nu. 15. vers. secundo limitabis. extr. de testam.*

Sed secundum consuetudinem juris Saxonici, ad hoc, ut simultanea investitura renovata intelligi possit, requiritur, ut illa renovatio fiat specialiter & nominatim, nec non & verbis expressis.

Illaque expressio requiritur respectu certæ speciei sive certarum specierum, nempe respectu illarum Baroniarum, de quibus quis simultaneè investitus est, atq; quorum respectu renovatio simultaneæ investituræ petitur.

Igitur sequitur, quòd hoc casu non sufficiant clausulæ generales, sive verba generalia, sed requiratur specialis, & expressa mentio, sive nominatio.

Rursus ex hoc infertur, cùm in investitura Regis G. nulla sit facta expressa mentio de Baronia M. S. B. S. & in investitura Regis L. nulla sit facta expressa & specifica mentio de Baroniis F. M. B. S. S. T. quòd verba generalia sive clausulæ generales istarum investiturarum illud operari nequeant, ut sub illis contineatur renovatio simultaneæ investituræ in investitura Regis G. respectu Baroniæ S. B. S. M.

Et in investitura Regis L. respectu Baroniæ F. S. M. S. B. T.

322 Trigesimo quinto, † Clausulæ generales sive verba generalia non sufficiunt, sed specifica & nominata expressio requiritur eo casu quando lex nova correctoria juris antiqui requirit, ut aliquid expressè fiat, *Ang. § si verò expressum. arg. ill. text. Auth. de triente & semisse. Ang. §. illud quoq;. arg. ill. text. Auth. eod. tit. Ang. Auth. sed cùm testator post princ. C. ad l. Falcid. Rom. cons. 74. & ibi Horat. Mandos. in add. Rom. cons. 79. & cons. 239. Alex. cons. 122. col. 3. lib. 4. Barbat. cons. 19 col. fin. lib. 1. Socin. cons. 14. col. fin. lib. 1. Socin lib. 1. col. 8. vers. hanc tamen regulam ff. de vulgar. & pupillar. Felin. c. auditis. col. 3. extr. de præscript. Ruin. cons. 59. circa fin. lib. 2. Hieron. Grat. cons. 103. nu. 14. lib. 2. Bertrand. cons. 37. lib. 1. cons. 75. dub. 5. lib. 2.*

Illamque sententiam communiter receptam esse attestatur *Horat. Mandos. in add. ad Rom. cons. 75.*

Sed consuetudo juris Saxonici requirit ad hoc, ut simultanea investitura renovata censeri possit, ut illa renovatio expressè fiat.

Illaque consuetudo juris Saxonici respectu feudi antiqui est juris communis correctoria. Cùm secundùm dispositionem juris communis ad successionem feudi antiqui admittantur omnes illi, qui a primo acquirente originem trahunt, licet ipsi ultimo defuncto lineà transversali conjuncti sint, & simultaneam investituram non habeant, ejusque renovationem neque petierint neque obtinuerint.

Igitur sequitur, quòd secundùm consuetudinem juris Saxonici clausulæ generales, sive verba generalia non sufficiant ad hoc, ut simultanea investitura renovata censeri possit.

Ex quo infertur, quòd verba generalia investituræ Regis G. hoc operari nequeant, ut per illa simultanea investitura renovata intelligi possit, respectu Baroniæ S.B.S.M. de quibus in ista investiturà expressa & specifica mentio facta non est.

Similiter ex hoc infertur, quòd verba generalia atque clausulæ generales, investituræ Regis L. hoc operari nequeant, ut per illa simultanea investitura renovata esse censeatur, respectu Baroniæ F.S.B.S M.T. de quibus in istà investiturà expressa & specifica mentio facta non est.

Trigesimo sexto, † Consuetudo & jus est, & appellatione juris venit, & derogat omni juri positivo, eaque potior censetur. 323

Et consuetudo in cunctis peragendis & inspicienda & sequenda est, sicut hoc latè docui supra in 20. ratione decid.

Et ultrà

Et ultrà ibidem adducta hæc ſententia, etiam confirmatur per id, quod tradit *Arius Pinel Rep. l. 2. part. 2. cap. 4. nu. 2. C. de reſcind. vendit.*

Sed in ſpecie facti mihi transmiſſa narratur, conſuetudine juris Saxonici introductum eſſe, quòd ad hoc, ut renovatio ſimultaneæ inveſtituræ facta cenſeri poſſit, non ſufficiat clauſula generalis, ſed ſpecialis expreſſio & requiratur, & neceſſaria ſit.

Igitur ſequitur, hanc conſuetudinem in iis locis, in quibus jus Saxonicum viget, omninò & ſervandam & attendendam.

Ex quo infertur, quòd clauſulæ generales, ſive verba generalia inveſtituræ Regis G. nullo modo hoc operari poſſit, ut per illa ſimultanea inveſtitura renovata cenſeatur, reſpectu Baroniæ B. S. S. M. de quibus in illâ inveſtiturâ expreſſa mentio facta non eſt.

Rurſus ex hoc infertur, quòd clauſulæ generales, ſive verba generalia inveſtituræ Regis L. non ſufficiant, ad hoc, ut per illa ſimultanea inveſtitura renovata cenſeri poſſit reſpectu Baroniarum F. S. B. S. M. T. de quibus in illâ inveſtiturâ expreſſa mentio facta non eſt.

324 Trigeſimo ſeptimo, † clauſula generalis & verbà generalia non ſufficiunt eo caſu, quando expreſſio requiritur pro forma, *Iaſ. l. Prætor. in princ. col. 4. verſ. ex qua diligenter nota. ff. de oper. nov. nunciat. Felin. c. ad aures. col. 2. verſ nihilominùs ſequenda eſt. extr. de reſcript. Tiraquel. in tract. de ll. connubial. gloſſ. 7. num. 98.*

325 Et confirmatur, tum, † quia forma debet adimpleri, præcisè, ſpecificè, verè, propriè, & ad unguem, *gloſſ. Clem. 1. verb Qum etiam de conceſſ. præb. Bald. Ang. Imol. Alex. & Iaſ. l. 1. ff. de liber. & poſthum. Felin. c cum dilecti. col 17. verſ. amplia. undecimo. extr. de reſcript. Tiraquel. in tract. de V. R. par. 1. §. 1. gloſſ. 21. nu 10. Ioan. Baptiſt. Aſin. in ſua prax. judic. §. 3. cap. 36. cum ſeqq.*

Tum, quia in iis caſibus, in quibus requiritur expreſſio alicujus rei, pro forma non ſufficit, eam fieri per relationem ad aliud, *Franciſc. Aret. l. ſi is, ad quem col. fin. ff. de acquir. hæred. Franciſc. Aret. l. 1. col. 1. ff. de liber. & poſthum. Socin. conſ. 24. col. 7. lib. 1. Iaſ. l. Gallus. §. idem credendum. col. 4 ff. de liber. & poſthum Iaſ. l. ait Prætor. §. 1. ff. de re judicat. Franciſc. Rip. l. 1. nu. 64. ff de vulgar. & pupill. Bertrand. conſ. 181. col. 2. lib. 1. Grat. conſ. 28. col. 1. lib. 1. Tiraquel. in tract. de ll. connubial. gloſſ. 7. nu. 188.*

Sed † conſuetudo juris Saxonici pro forma renovationis ſimultaneæ inveſtituræ requirere videtur, ut in iſtà renovatione ſimultaneæ inveſtituræ fiat ſpecialis & expreſſa mentio de omnibus illis bonis, quorum reſpectu renovatio ſimultaneæ inveſtituræ petitur vel fit. 326

Tum, † quia conſuetudo eſt forma rei, 327
& requiſita a conſuetudine regulariter pro forma rei requiſita intelliguntur, *Bald. conſ. 439. col. 4. in fin. lib. 3. Cravett. conſ. 238. nu. 9.*

Tum, quia hæc conſuetudo juris Saxonici reſpectu feudi antiqui eſt juri communi contraria.

Et certum eſt, quòd requiſita à ſtatuto, conſuetudine, ſive jure municipali, vel præter, vel contra juris communis diſpoſitionem pro forma ſive ſolennitate formali & ſubſtantiali requiſita intelligantur, *Pet. de Anchor. conſ. 36. nu. 1. & conſ. 241. nu. 6. Felin. c. cùm dilecta num. 6. verſ. novum ſignum. extr. de reſcript. Hip. de Marſil. conſ. 65. nu. 14. conſ. 133. nu. 16. Natt. conſ. 32. nu. 7. lib. 1. Ioan. Baptiſt. Aſin. in ſua Prax. judic. §. 3. cap. 36. nu. 4 verſ. quineo & ultimo, non modicum. Socin. conſ 9. col. 3. circa fin. lib. 4. Cravett. conſ 182. nu. 10. Dec. conſ. 434. nu. 1 conſ. 532. nu. 1. conſ. 612. nu. 2.*

Tum, quia, quantum ex ſpecie facti mihi transmiſſa colligere potui, conſuetudine juris Saxonici receptum eſt, quòd renovatio ſimultaneæ inveſtituræ non aliter valeat & rata ſit, niſi illa facta fuerit verbis ſpecialibus.

Et indubitatum eſt, † pro forma requi- 328
ſita cenſeri illa, ſine quibus actus, geſtus valere nequit, *Bald. Imol. Raph. Cum Paul. Caſtr. Franciſ. Aret. & Iaſ. l. 1. ff. de lib. & poſthum. Alex. l hac conſultiſſima. col. 2. C. qui teſtam. fac. poſſ.*

Tum, quia expreſſio ſpecifica & nominata illorum bonorum, quorum reſpectu quis renovationem ſimultaneæ inveſtituræ petit vel acquirit, in ipſo actu renovationis ſimultaneæ inveſtituræ requiritur.

Et certum eſt, † quòd requiſita in actu 329
aliquo in dubio pro forma requiſita eſſe intelligantur, *gloſſ. Clem. 1. verb. inhibentes de jure patron. Bart. l. univerſi. nu. 4. & 5. & ibi Bald. & Iaſ. nu. 7. & 8. C. de precib. Imper. offer. Bald. Rub. C. de reſcindend. vendit. Paul. Caſtr. conſ. 325. col. 1. lib. 2. Franciſc. Aret. conſ. 69. col. 1. Cravett. conſ. 182. nu. 10.*

Tum, † quia forma requiſita à ſtatuto, 330
vel conſuetudine in dubio cenſetur eſſe ſubſtantialis, *Bald. l. comparationes, oppoſ. 3. circa*

fin.

fin. C. de fid. instrum. Tiraquel. in tract. de utroq. Retract. par. 1. §. 36. glos. 2. nu. 29. Dec. cons. 10. nu. 2. cons. 429. num. 5. cons. 434. nu. 2. cons. 465. nu. 12. & 13. cons. 532. num. 2. cons. 612. nu. 3. Cravet. cons. 182. num. 9. circa fin. Laur. Sylvan. cons. 40. n. 17. Ioan. Bap. Asin. in prax judic. §. 3. cap. 30. num. 5.

Igitur etiam ex hoc sequitur, quòd secundum consuetudinem juris Saxonici verba generalia vel universalia non sufficiant ad hoc, ut simultanea investitura renovata esse intelligi possit.

Ex quo infertur, quòd verba & clausulæ generales tam investituræ Regis G. quam investituræ Regis L. non sufficiant ad hoc, neque etiam operentur hoc, ut simultanea investitura renovata intelligi possit, respectu illarum Baroniarum, de quibus in illis investituris expressa mentio facta non est.

331 Trigesimo octavo, † omnis dispositio, omnis actus, omniaque verba, secundum subjectam materiam & naturam rei, de qua agitur, intelligenda sunt, *c. solitæ. & ibi Dd. extr. de major. & obed. l. Si vero in prin. ff. de loc. & conduct. l. si oleo. C eo tit. l. Damni infecti quidam, in prin. ibi Ang. ff. de dam infect. l. fin. C. de non num pec. clem. exivi. de verb. significat. Alex. cons. 26. n. 6. lib. 3.* cum multis similib. allegatis, *per Georg. Nattam. Clem. sæpe col. 4. & col. 64. ff. de verb. significat. Nevisan. cons. 92. num. 12. usq. ad nu. 42. Nicol. Everhard. in loca. subject. mater.*

Quòd usque adeò verum est, ut tam verba quam dispositio quælibet secundum subjectam materiam intelligenda sit, etiamsi verba ad significationem impropriam detorquere oporteat, *d. l. si uno in prin. ff. de locat. & conduct. c. 1. §. porro. & ibi Domin. de stat. regular. lib. 6. glos. l. eas. ff. de condict. & demonstrat. Salycet. l. quoniam multa facinora. C ad l. jul. de vi publ. Imol. l. fin. ff. de hæred. instit. Dec. & Dd. c. nam concupiscentiam, extr. de constitut. cum multis similib. allegat. per Tiraquel. Rep. l. si unquam verb. revertatur. nu. 37. C. de revocat. donat.*

Quinimò, ut serviamus subjectæ materiæ, verba impropriissimè sivè in impropriissima significatione accipienda sunt, *Alex. l. 1. in prin. col. 4. ubi ponderat. Bart. etiam hoc ibi velle. ff. ad l. falcid. Iaf. l. liber. homo, in prin. la. 2. num. 3. ff. de verb. obligat. Nicol. Everhard. in loc. à subjecta mater.*

Et prædicta usq; adeò vera sunt, ut procedant, etiamsi illa verba sint prægnantia,

Alex. cons. 35. nu. 10. & 11. lib. 4. Dec. l. quoties idem sermo ff. de Reg jur.

Universalia, *Bald. cons. 67. col. 2. lib. 5. Bald. c. 1. §. donare. col. 2. & ibi Mart. Laur. & Præpos. qualiter. feud. olim. Francis. Aret. & Socin. l Gallus § etiamsi à parente. ff. de liber. & posthum. Barbat. cons. 63. lib. Iacob. de S. Georg. in tract. feud. verb. & quibuscunq. hæredibus. Curt. Sen. cons. 83. col. 5. Dec. cons. 185. col. 3. Corn. cons. 199. col. 4. lib. 2. Dec. lib. 1. num. 15. C. qui admitti Nevizan. cons. 22. num. 27.*

Geminata, *Alciat. Respons. 103. num. 28.* Vel apta infinitatem comprehendere, *Castel. Cott. Memor. incip. quandocunq. ubi ipse attestatur eandem opin. amplecti, Bald. & Corn in loc. ab ipso citat.*

Et prædicta confirmantur, tùm per id, quod tradit, *Gammar. in tract. de extens. chart. 6. col. 2.* Ubi ipse formaliter dicit, quòd subjectum & materia, de qua loquimur, declarant, quo sensu verba capienda sint, in tantùm, ut quandoque relicta propria significatione ad impropriam recurramus, & econtra quia sufficit disponentem ostendere secundum subjectam materiam quid velit.

Tùm, per id quòd tradit, *Alex. cons. 216. num. 5. lib. 6.* ubi inquit, quòd propter subjectam materiam verba capiantur, quandoque largius, quandoque strictius.

Tùm, quia verba universalia restringuntur secundum naturam rei in materiam subject. *glos. c. 1. extr. de constitut. glos. c. dilecto de sentent. excom. lib 6. Genni cons. 29. circa fin. Laur. Sylvan. cons. 56. num. 19.*

Tùm, quia verba universalia restringuntur ad ea, quæ sunt de natura dispositionis, cui adjiciuntur, *Bald. cons. 67 in ap. quia ex facto. col. 1 post. mod. lib. 3. Calcan. cons. 1. col. 15. Dec. l. 1. C. qui admitti Laur. Sylvan. cons. 57. nu. 19. Cravet. cons. 144. num. 7. lib. 1.*

Tùm, quia verba quantumcunq; præcisa, recipiunt, interpretationem, limitationem, & restrictionem, *Bart. Ang. Iaf. & Dd. l. stipulatus sum. Damam. ff. de verb. obligat. Bald. & Iaf. l. quamvis arg. ill. text. ff. de in jus voc.*

Etiamsi illa verba sint universalia & geminata simul, *Iaf. l. stipulatus sum. Damam. num. 3. ff. de verb. obligat.*

Quinimò potiùs admittendum est, ut verba sint supervacua, nihilque operentur, quam ut aliquid operentur contra subjectam materiam, sive naturam rei, *Bald. Rub. q. 9. c. de contrah empt. Dec. con. 477. num. 11. Iohan. Nemzan. cons. 92. num. 31.*

K Præterea

Præterea quoque in quâlibet permissione vel alia dispositione mens sive voluntas promittentis, disponentis, sive contrahentis ex subjecta materia colligitur, *L. si fundus. in princ. ff. solut. matrim. l. si duo & ibi Bald ff. de acquir. hæred. l ficut. § non videtur. ff. quib. mod pig. Georg. Nati. Rep. c. quamvis. col. 36. de pact. lib. 6. Paul. de Mont. Pico. Rep. l. in quantum. col. 28 ff ad L. Falcid. Iohan Nevizan. cons. 50. num. 26.*

Et consuetudo est quasi altera natura, illaque, quæ secundum consuetudinem in actu aliquo requiruntur, de natura illius actus esse censentur, *glos. l. actor. verb. cum per rerum naturam. C. de probat. Bald. l. 1. C. de his qui testam fac. poss. Roch. Curt. Rep. c. fin. num. 144. extr de consuetud.*

Sed consuetudo juris Saxonici requirit, ut in renovatione simultaneæ investituræ expresse & specifice fiat mentio de omnibus illis locis, quorum respectu renovatio simultaneæ investituræ fit.

Igitur sequitur, verba & clausulas generales tam investituræ Regis G. quam investituræ Regis L. secundum hanc naturam renovationi simultaneæ investituræ per consuetudinem attributam intelligenda & ita accipienda esse, ut sub illis verbis non comprehendantur Baroniæ controversæ, de quibus in illis investituris specialis & expressa mentio facta non est, quódque Regum G. & L. illa mens & voluntas fuerit, quód sub verbis & clausulis generalibus comprehendere voluerint Baronias controversas, de quibus in istis investituris specialis & expressa mentio facta non est.

332 Trigesimo nono, † contrahentes, vel actum aliquē celebrantes censentur se conformare statutis sive consuetudinibus loci, omnesque contractus, & actus secundum statuta atque consuetudines loci intelligi, & ab iis interpretationem recipere debent, *Bart. l. ut Iurisiurandi. §. si liberi. ff. de oper. libertor. Dd. L. Gallus. §. quidem recte. ff. de liber. & posthumb. Cyn & Bald. L. liberti, libertæq; C. de oper. libertor. Innocent. c. potuit. extr. de loc. & conduct. Bart. cons. 183. incip. quæstio ita se habet. Pet. de Anchor. cons. 125. & cons. 433. Ang. l damni infecti quidem. §. cum pariete m ff. de dam. infect. Bald. L. fin. arg. ill. text. C. ad l. Falcid. Rainer. & Alex. L. post dotem. & ibi Ias. num. 32. 33. & 34. ff. solut. matrim. Petr. de Anchor. Clem. 2. de jur. Patron. Alex. cons. 15. num. 6. lib 4. & cons. 133. lib. 5. Alex. L. hæredes mei, §. cum ita. num. 9. ff. ad S. C. Trebell. Guilhelm. Benedict. Rep. c. Raiuutius, verb. duas habens filias. num. 177 extr. de Testamentis. Paul. Castr. & Ias. l. conscriptione. C. si contra jus. vel utilit. Publio. Felin. c. cum M. Ferranensis. num. 6. extr. de constitut. fac. l. certi condictio. §. si Nummos. ff. si cert. petat. Nicol. Everbard. in loc. ab usitât.*

Et prædicta locum habent, † non tan- 333
tùm in aliis actibus, & contractibus, sed procedunt etiam in investituris.

Namque & illæ secundùm consuetudines, & statuta illius loci, in quo feuda sita sunt, intelliguntur, *Oldrad. cons. 159. nu. 9. Albert. Brun. cons. 81. nu. 6. Matth de Afflict. c. 1. num. 10. at agnatus. Card Paris. cons. 21. nu. 48. lib. 1. ubi ipse attestatur. idem tenere. Bald & Dec. in loc. ab ipso citatis. Alciat. in tract. de Præsumpt. Reg 3. Præsumpt. 32. nu. 15. ubi ipse attestatur idem tenere Andr de Iser. & idem tenet. Ronchegal l. nemo est qui nesciat. n. 28. verb. investitura. ff. de duob. reb fac. id quod tradit Ludov. Rom. cons. 59. col. 2.*

Cùm itaque consuetudine illorum locorum, in quibus Baroniæ controversæ sitæ sunt, nec non & omnium illorum locorum, in quibus jus Saxonicum viget, receptum & introductum sit, quòd ad hoc, ut simultanea investitura renovata esse intelligatur, non sufficiant clausulæ generales vel verba generalia, sed requiratur expressa & specifica mentio omnium illorum bonorum, quorum respectu renovatio simultaneæ investituræ fit, sequitur, verba & clausulas generales & universales in investitura Regum G. & L. secundum illam consuetudinem esse intelligendas & ita accipiendas, ut sub illis non intelligatur simultanea investitura renovata respectu Baroniarum controversarum, de quibus in illis investituris expressa & specifica mentio facta non est.

Quadragesimo, † una investitura per 334
aliam declaratur, *Dec. cons. 113. nu. 8. Cephal. cons. 3. nu. 27. cum multis simlib. allegat. suprà in 11. ratione dubit.*

Similiter clari juris est, quòd tàm investitura quàm quilibet alius actus, ab observantia postea secuta declarationem recipiat, quòdque illi declarationi, quæ ex observantia postea secuta, resultat, omninò & standum & inhærendum sit, *sicut hoc latè docui suprà. in 18. ratione decid*

Sed ex investituris Domino U. juniori Baroni à B ejusque filiis a Rege U. & L. & ab Imperatore F. concessis, respectu Baroniarū controversarum liquet atque patet, quòd Dominus

Dominus U. ejusque filii tantùm per se atque ipsorum hæredibus feudalibus ex corpore ipsorum descendentibus de Baroniis controversis & investiti & simultaneè investiti fuerint.

Similiter & ex investitura Domini H. Burggravii Misnensis tunc temporis Præfecti inferioris Lusatiæ clarè liquet atque patet, quòd Dominus M. avus Domini A. A. tantùm investitus fuerit de Baronia F. & de dimidia parte Baroniæ T. non autem de aliis Baroniis controversis.

Eodem modo ex investitura Imperatoris F. clarè liquet, quòd patrui Domini A. A. tantùm sint investiti de Baronia F. quòdque Domino A. A. tantùm sit concessa simultanea investitura respectu Baroniæ F.

Igitur sequitur per illas investituras Regis G. & Regis L. investituras etiamsi de intellectu illarum probabiliter dubitari posset, ita declaratas, ut sub verbis & clausulis generalibus & universalibus illarum investiturarū non comprehendantur Baroniæ controversæ de quibus in illis investituris expressa mentio facta non est.

Præterea quoque ex actis mihi transmissis liquet, quòd Rex U. Dominum M. avum Domini A. A. propter defectum simultaneæ investituræ semel exclusrit à Baronia S. B. S. M. T. illasque Cancellario Regiæ suæ Majestatis concesserit.

Igitur sequitur per hanc observantiam postea secutam, investituram Regis G. & Regis M. ita declaratam, ut sub verbis & clausulis generalibus illarum investiturarum non comprehendantur Baroniæ M. S. S. B.

335 Quadragesimo primo, † mens est radix verborum substantia prima, & cor est Imperator linguæ, & habet eam sicut mancipium sub sua jurisdictione, & lingua cedit cordi, & sub jugo mentis verba consistunt tanquam sub suo proprio originali, *Bald. c. mandatum. col. 1. extr. de rescript. Ias. l. 3. C. de liber. præter.*

Atque mens est præponenda verbis, ut præponitur animus corpori, *c. sedulo. dist. 38. Ias. l. 3. C. de liber. præter. Tiraquel. Rep. l. si unquam verb. libertis. num. 60. C. de revoc. donat.*

Eamque ob caussam ll. sancitum est, quòd verba menti, non autem mens verbis subjecta sit, *c. intelligentia extr. de verb. significat. l. in conditionibus. ff. de condit. & demonstrat.*

Atque debebamus pedetentim sequi voluntatem testatoris vel alicujus disponentis, sicut canis leporem insectatur, *Bald. l. fin. C. de impub. & aliis subst.*

Atque non sit curandum de qualitate verborum, dummodò de mente constet, *Bald. l. quoniam indignum C. de testamentis.*

Et sicut voluntas testatoris in omnibus ex suo testamento dependentibus dominatur, ita quoque & voluntas contrahentium dominatur in omnibus ex contractu dependentibus, *Bald. cons. 417. incip. in facto proponitur. col. 2. lib. 5.*

Ideòque receptum est, quòd in omnibus contractibus, promissionibus reliquisque dispositionibus, potissimùm mens, voluntas, & intentio promittentis, sive disponentis attendenda, atq; etiam verbis præferenda sit, *l. fin. C. quæ res pignor. obligar. poss. l. ita stipulatus. §. item si quis stipulatus. ff. de verb. obligat. l. si in venditione in fine. & ibi glos. Bald. & Paul. Castr. ff. com. prædior. l. promittendo. in prin. ff. de jur. dot. l. sed & celsus §. si fundum. ff. de contrah. empt. l. 1. C ut act. ab hæred. & contra. hæred. incip. cum similib. allegat. per Tiraquel. Rep. l. si unquam verb. libertis num. 58. C. de revoc. donat.*

Quodque standum sit intentioni contrahentium quicquid verba sonent, *Bald. cons. 17. col. 2. lib. 5.*

Atq; secundum mentem sive intentionem promittentis vel aliter disponentis effectus verborum semper limitandus & restringendus est, *Ang. cons. 170. arg l. cum pater. §. dulcissimis. ff. de legat. 2. l. nomen. §. fin. ff. de legat. 3.*

Quinimò mens & intentio disponentis consideranda est, etiamsi verba repugnent vel contrarium suadeant, *Ang. cons. 2. col. pen. & cons. 169. col. 1.*

Et ex verisimili sive conjecturata mente disponentis receditur à vi & natura conjectionis verbalis, *Bald. l. fin. col. 2. C. de repub. & aliis substitut.*

Et hoc usque adeò verùm est, ut procedat etiamsi illa voluntas, mens, sive intentio non sit verbis expressa, neque ex verbis colligi possit, sed à jure præsumpto sive conjecturata ex indiciis nempe, conjecturis, & circumstantiis.

Namque & illa similiter attendenda, & verbis præferenda est, & tantundem operatur, atque si esset verbis expressa, *Bald. l. 1. § si is qui. ff. de exercitor. act. Tiraquel. Rep. l si unquam, verb. libertis. num. 43. C. de revoc. donat.*

Deinde

336 Deinde quoque † verba generalia restringi debent ad verisimilia, *Alberic. de Rosat. l. fin. col. 1. C. de remission. pig.*

Et ad cogitata disponentis sive ad illa de quibus cogitatum est, *Bald. cons. 159. col. 3. lib. 3. Alex. cons. 76. col. 1. lib. 1. Cravet. cons. 3. nu. 11. nu. 3. cons. 33. n. 9. lib. 1. Laur. Sylvan. cons. 56. n. 26. Card. Paris. cons. 88. n. 31. lib. 1. arg l. solutum §. solutam ibi non enim credibile est convenisse. ff. de pignorat act. l. obligatione generali. ff. de pignor. l. si quis ita §. fin. ff. de testam. tutel. l. non omnis in prin. ibi Ias. ff. si cert. petatur.*

Similiter & verba generalia restringuntur & ex verisimili mente & intentione contrahentium, *Dec. cons. 532. col. 2. Cravet. cons. 70. num. 25. lib. 1.*

Et secundùm mentem disponentis, *Dec. cons. 532. col. 2 Cravet. cons. 3 nu. 12. cons. 33. n. 9. cons. 70. nu. 25. Card. Paris. cons. 20. nu. 29 lib. 1.*

Etiamsi verba sint præcisa, *Ang. cons. 248 Paul. Castr. cons 322. col. 1. lib. 1. Cravet. cons. 70. nu. 25. lib. 1.*

Nec ulla dispositio est adeò generalis universalis vel lata, ut extendatur, sive porrigatur ad id, quòd verisimile non est, sive de quo quis verisimiliter non cogitavit, *Ang. cons 249. incip. super primo quæsito. col. 2. Ias. cons. 141. col. 9. & cons. 142. col. 3. lib. 3. Ias. l. cum res col. 3. ff. de legat. 1. Laur. Sylvan cons. 56 nu. 26. Tiraquel. Rep. l. si unquam in præfat. nu. 59. C. de revoc. donat. Cravet. cons. 70 num. 25. lib. 1. vel ad ea, quæ verisimile non est loquentem sive disponentem inclusurum. Oldrad cons. 95. col. 2. Cravet. cons. 160. num. 50.*

Sed in casu præsenti ex multis judiciis & conjecturis liquet, quòd Regis G. & L. mens atque voluntas illa fuerit, quòd sub verbis generalibus & universalibus investituræ Baronias controversas, de quibus in illis investituris non est facta mentio, comprehendere noluerint.

Tùm, quia in iis locis, & in quibus Baroniæ controversæ sitæ sunt, & in quibus jus Saxonicum viget, consuetudine receptum est, quòd sub verbis generalibus & universalibus non intelligatur facta revocatio simultaneæ investituræ, sed quòd ad hoc requiratur specialis & expressa mentio.

Et certùm est, quòd præsumatur illam esse & mentem & voluntatem, & investituram facientis, & alium actum celebrantis, quòd ipse se voluerit conformare consuetudini.

Tùm, quia tàm Baroniis controversis, quàm aliis feudis, quæ sita sunt in iis locis in quibus jus Saxonicum viget, per consuetudinem talis naturæ attributa est, quòd renovatio simultaneæ investituræ eorum respectu non inducatur, per verba generalia & universalia, sed specialia ad hoc requirantur.

Et certùm est, quòd præsumatur tàm investituram facientis, quam alium actum celebrantis, illam mentem & voluntatem fuisse, ut voluerit se conformare subjectæ materiæ sive naturæ illius rei, de qua agitur.

Tùm, quia tempore investituræ Regis G. penitus fuit extinctum jus simultaneæ investituræ, quòd Dominus W. proavus Domini A. A. habuit in Baroniis 6. B. S. M.

Et tempore investituræ Regis L. penitùs fuit extinctum jus simultaneæ investituræ quòd prædecessores Domini A. A. in Baronus F. S. M. S. B. T. habuère, sicut hoc partim ex supra dictis liquet, partim etiam ex infra dicendis liquebit.

Et certùm est, quòd non sit verisimile, quòd quis sub verbis generalibus, vel universalibus voluerit includere vel renovare jus semel extinctum.

Tùm, quia jure communi cautum est, quòd sub dispositione generali vel universali non comprehendantur Baroniæ vel alia, quæ vel dignitatem Regalem annexam habent, vel in quibus concedendis quis se difficilem reddere solet.

Et certùm est, quòd præsumatur talem fuisse mentem & voluntatem tam investituram facientis, quàm alium actum celebrantis, quòd se voluerit conformare dispositioni juris communis, *l. sed nisi hoc junct. glos. ff. de jur. dot. l. si duo. & ibi Bald ff. de acquir. hæred. Socin. jun. cons. 72. num. 55. lib. 1. Dec. c. cum super. num. 4. text. de offic. delegat. Cravet. cons. 186. num. 1. lib. 1. Laur. Sylvan. cons. 78. num. 5. lib. 2.*

Tùm, quia Rex U. post mortem Domini J. Baronis à B. istas Baronias tanquam sibi apertas accusavit, & Cancellario suæ Regiæ Majestatis concessit, nec non & de illis tanquam de feudis novis Dominum U. juniorem patrem Domini N. N. qui ista feuda à Cancellario Regis acquisivit, de novo investivit.

Tùm,

Tùm quia in investituris Regis U. Regis L. & Regis F. ratione Baroniarum controversarum factis & concessis Domino U. patri Domini N. N. ultimi possessoris Baroniarum controversarum dicitur, de istis Baroniis tantùm investitum esse Dominum U. ejusque filios nec non & hæredes feudales & corporibus ipsorum descendentes.

Igitur etiam ex hoc sequitur, quòd sub verbis & clausulis generalibus & universalibus investituræ Regis G. & L. Baroniæ controversæ non comprehendantur.

338 Quadragesimo secundo, expressio † unius, etiam duorum individuorum, sub certa specie contentorum hoc operatur, ut præter individua expressa tota species omniaque alia individua sub ista specie contenta, a generali dispositione exclusa esse intelligantur, *l. cum de lamnis. §. cui fundum. ff. de fund. instruct. l. hæres meus. §. 1. ff. de legat. 3. l. ii. §. idem si duæ statuæ. ff. de aur. & argent. leg. Bart. l. quæsitum. §. si quis fundum. col. pen. ff. de fundo instruct.*

Sed in casu præsenti in investituris mihi transmissis agitur de duplici specie feudorum, nempe primò, de iis feudis, quorum possessionem proavus, avus, pater, & patrui, Domini A. A. habuêre, & de quibus ipsi investiti sunt. Secundò verò de iis feudis, quorum possessionem, proavus, avus, pater, & patrui Domini A. A. non habuêre.

Et sub ista specie feudorum, quorum possessionem, proavus, avus, pater, & patrui Domini A. A. non habuerunt, præsertim tempore investituræ Regis G. & Præfecti inferioris Lusatiæ, continentur Baroniæ F. S. B. S. M. T.

Sub illa verò specie feudorum, quorum possessionem, proavus, avus, pater, & patrui Domini A. A. habuêre, continetur Baronia F.

Et in investitura Regis G. de illa specie feudorum, quorum possessionem proavus, avus, pater, & patrui Domini A. A. non habuerunt, exprimuntur tantùm duo individua, videlicet dimidia pars Baroniæ F. & Baroniæ T.

In investitura verò Præfecti inferioris Lusatiæ unum tantùm individuum illius speciei exprimitur, nempe dimidia pars Baroniæ T.

Igitur etiam ex hoc colligitur, quòd & mens Regis G. & Præfecti inferioris Lusatiæ, nec non etiam proavi, & avi Domini A. A. istas investituras recipientis talis fuerit, quòd sub verbis generalibus illarum investiturarum aliæ Baroniæ, quas proavus, & avus Domini A. A. tunc temporis non possedêre, nempe Baronia M. S. B. S. cum dimidia parte Baroniæ F. & T. minimè comprehendi debeat.

Quadragesimo tertio, † verba quantumvis generalia, universalia & geminata nunquam extenduntur ob illud jus, quòd semel extinctum fuit. 339

Tùm per *text. l. fin. C. de remis. pig.*

Tùm quia jus semel extinctum non reviviscit, *l. inter stipulantem. §. sacram. & ibi Dd. ff. de verb. oblig. l. qui res §. aream. ff. de solut. l. cum qua. §. fin. ff. de furt. l. ejus qui. §. fin. ff. de jur. fisc.*

Tùm quia à privatione ad habitum non datur regressus, *Ias. l. 1. nu. 13. ff. de re judic.*

Tùm quia id, quod semel præditum vel amissum est, postea non recuperatur, *Bald. c. 1. §. fin. num. 7. & ibi Alvarot. circa fin. Mart. Laud. col. 3 Præpos. circa fin. de controvers. invest. Tiraquel in tract. de jure primogen. quæst. 86. num 3.*

Tùm quicquid faciliùs de novo inducitur sive conceditur, quàm extinctum resuscitatur vel renovatur, *l. qui cum uno. §. ignominiæ ff. de re militar. l. 2. & ibi gloss. Bart. Bald. & Dd. C. de libert. & eor. liber. l. 2. & ibi Bart. & Alex. C. de divers. affir. & apparit. lib. 12. c. gratum. & ibi Bald. extr. de offic. delegat. c. commissa. §. porro de elect. lib. 6.*

Huc accedit, † quòd Doctor semel degradatus, sive privatus gradu Doctoratus, iterum Doctor creari nequeat, *Bald. l. 2. num. 6. C. de libert. & eor. liber. Alex. in add. ad Bart. l. 2. C. de dimiss. offic. lib. 12. Barbat. c. ex literis. num. 105. & ibi Felin. num. 19. extr. de constitut. Pet. Gerardi. sing. 1. num. 4. Ias. l. 3. §. idem est, num. 7. ff. de condict. ob caus.* 340

Quòdque † Tabellio sive Notarius semel officio privatus iterum per Comitem Palatinum tabellio creari nequeat, *Bald. l. 2. num. 2. & ibi Andr. Barbat. in add. C. de vindict. libertat. Bald. c. gratum num. 4. extr. de postulat. Prælator. Bald. c. at si clerici in prin. num. 10. & ibi Barbat. nu. 60. extr. de judic. Rom. l. si ex eo §. de viro fol. 38. ff. solut. matrim. Alex. in add. ad Bald. l. 2. C. divers. offic. lib. 12. Barbat. c. ex literis. num. 160. & ibi Felin. num. 19. extr. de constitut. Petr. Gerardi sig. 1. num. 7. Ias. l. 3. §. idem C. num. 8. ff. de condict. ob causam.* 341

His adde quòd † Cardinalis privatus dignitate Cardinalatus amplius Cardinalis 342

creari nequeat, *Barbat. c. ex hu num. 106. extr. de constitut. Host. in tit. de pœnitent. & remiss. §. cui confitendum. Barbat. in add. ad Bal. l. 2. num. 6 C. de libert. & eor. lib*

343 Quòdque † filius legitimatus & propter ingratitudinem revocatus in pristinum statum per Comitem Palatinum iterum legitimari nequeat, *Iaf. l. 3 §. idem est. num. 9. ff. de condict. ob caus.*

344 Sententia quoque † arbitratoris semel cassata, de novo ferri non potest, *Bald. c. gratum num. 4. circa fin extr. de postulat. Prælator.*

Sed & in figuratione casus & in actis mihi transmissis narratur, quòd post simultaneam investituram respectu Baroniarum controversarum impetratam à Rege L. Dominus W. proavus Domini A. A. ejusque fratres Dominus U. & Dominus F. vivo adhuc Rege L. bona sua feudalia inter se eà lege diviserint ut Baronia F. Domino U. Baronia verò F. Domino W. & F. fratribus obvenerit & applicata fuerit.

Nec hactenus probatum est, quòd Dominus W. proavus Domini A. A. ejusque frater Dominus F. post illam divisionem factam respectu Baroniarum controversarum simultaneam investituram à Rege L. petierint, & impetraverint.

Igitur sequitur, per illam divisionem secundum dispositionem juris Saxonici, jus simultaneæ investituræ, quòd Dominus W. & F. fratres in Baroniis controversis habuerunt, penitùs extinctum esse.

Rursus ex hoc infertur, quòd verba atque clausulæ generales atque universales investituræ Regis G. nullo modo extendi possint ad jus simultaneæ investituræ respectu Baroniarum controversarum semel extinctum.

Similiter quoque omni dubio caret, quòd eo tempore quo Rex L. patrem atque patruos Domini A. A. Baronis in B. de Baronia F. & oppidulo S. investivit, jus simultaneæ investituræ respectu Baroniarum controversarum concessum à Rege L. Domino W. proavo Domini A. A. penitùs extinctum fuerit.

Tùm, quia simultanea investitura fuit interrupta per divisionem factam vivo adhuc Rege L. inter Dominum W. proavum Domini A. A. ejusque fratres.

Tùm, quia simultanea investitura respectu Baroniarum controversarum nunquam obtenta fuit, contingente casu mortis in personam possessorum Baroniarum controversarum.

Tùm quia simultanea investitura ratione Baroniæ S. B. S. M. neque a Rege G. neque à Rege M. neque à Rege U. obtenta fuit.

Tùm quia respectu Baroniæ F. simultanea investitura neque à Rege M, neque à Rege U. obtenta & renovata fuit.

Igitur sequitur, clausulas & verba generalia investituræ Regis L. nullo modo extendi posse ad jus simultaneæ investituræ ratione Baroniarum controversarum ante illud tempus extinctum.

Quadragesimo quarto † sub generali investitura, renovatione, vel confirmatione tantùm comprehenduntur & includuntur ista feuda & jura feudalia, quæ quis justè & legitimè habet, tenet, & possidet, *cap. 1. in princ. & ibi Bald. Mart. Laud. Alvar. Præpos. & Matth. de Afflict. per quos fiat investitur. Iaf. l. omnes populi. lect. 2. nu. 36. ff. de justit. & jur. Iaf. l. more. num. 38. ff. de jurisdiction. judicum.* 345

Et confirmatur, namque † sub generali renovatione & confirmatione privilegiorum & statutorum comprehenduntur tantùm illa privilegia & statuta, quæ justa sunt, *Wilh. de Cug. Bart. Bald. Ang. & Dd. l. 1. ff. de hu quæ sunt sui vel alien. jur. Bald. l. 1. col. 1. ff. de constitut. princip. Bald. l. 3, C. de precib. impe. offer. Bald. l. 1. C. de monopol. Bald. l. cum oportet. in prin. C. de bon. quæ liber. Bald. c. in præsentia. col. 5. ext. de probat. Rom. cons 218. & ibi Horat. Mandos. in add. Guid. de Susar. l. privilegia C. de SS. Ecclesiis. Bald. l. omnes populi. col. 1. & ibi Iaf. lect. 2 num. 38. ff. de just. & jur. Bald. Matth. de Afflict. & Dd. c. 1. in prin. per quos fiat invest. Francisc. Aret. l. quod servus. ff. de acquir. poss. Alex. cons 59. num. 9. lib. 1. cons. 125. col. 1. lib. 3. Iaf. l. more. nu. 38. ff. de jurisdictio. judic. Felin. c. 2. col. 17. extr. de rescript. Dec. cons. 17. col. 2. Hip. de Marf. cons. 10. num. 54.* 346

Igitur etiam ex hoc sequitur, quòd sub verbis & clausulis generalibus investituræ Regis G. & L. nullo modo comprehendi & includi possint ista feuda, vel jura feudalia, quæ tempore illarum investiturarum extincta fuêre, vel quorum contemplatione Barones à B. tunc temporis nullum jus habuêre.

Sed superiùs comprobatum est, quòd tempore investituræ Regis G. omne jus simultaneæ investituræ, quòd Barones à B. respectu Baroniarum M. S. B. S. antea habuerunt, penitùs extinctum fuerit.

Similiter sæpiùs comprobatum est, quòd tempore investituræ Regis L. penitùs fuerit

fuerit extinctum omne jus simultaneæ investituræ, quòd Barones a B. antea habuêre in Baroniis F. M. S, B. S. T.

Igitur etiam ex hoc sequitur, quòd verba & clausulæ generales investituræ Regis G. nullo modo extendi possit, & ad jus simultaneæ investituræ, respectu Baroniæ M. S. B. S.

Eodem modo ex hoc infertur, quòd verba generalia, & universalia investituræ Regis L. nullo modo comprehendant jus simultaneæ investituræ respectu Baroniæ F. B. S. S. M. T.

347 Quadragesimo quinto, † Clausula salvo jure nostro investituræ inserta, hoc operatur, ne investiens, sive Dominus feudi, jus sibi semel quæsitum, remisisse intelligatur, *Joan. de Fer. l. hæc conditio. §. fin. ff. de condit. & demonstrat. Cels. Hug. in tract. clausul. nu. 254. Rolan. à Vall. cons. 78. nu. 31. lib. 2. fac. text. l. si debitor. §. 1. ff. quib. mod. pign. Matth. de Afflict. c. 1. §. quid ergo. nu. 5. circa fin. de invest. de re alieni fact.*

348 Et licet † in hunc contrarium teneant antiqui Dd. volentes, quòd Dominus feudi, qui alium de feudo sibi aperto investit, jus sibi quæsitum remittere intelligatur, etiamsi illi investituræ fuerit inserta, clausula salvo jure investientis, *Bald. c. quæ in Ecclesiarum. nu. 33 extr. de constitut. Ias. l. 2 in princ. nu. 5. ff. si quis caut. Ias. l 2. nu 131. C. de jur. emphyt. Dec. cons. 185. nu. 11. Molin. in consuetud. Paris. tit. 1. §. 30. nu. 119.*

349 Attamen illi Dd. † contrariam sententiam amplectentes tantùm loquuntur in illis terminis, quando Dominus feudi Vasallum expressè & specialiter investivit, cùm clausula salvo jure nostro de illis feudis, quæ Vasallus propter feloniam, vel aliam causam amittere meretur, vel quæ Domino aperta fuêre, nec ullam faciunt mentionem de hoc, quòd sub investitura generali sive sub verbis generalibus facta, comprehendantur illa feuda sive jura feudalia, quæ vel Vasallus amisit, vel Domino feudi quolibet modo acquisita sunt.

Ideoque illorum decisio ad istum casum minimè extendi debet.

350 Cùm sit clari & indubitati juris, † quòd nulla decisio Dd. extra verba illius extendi vel porrigi debeat, *l. quod constitutum. ff. de testam. militar.*

Quódque specialia sint efficaciora generalibus, *l. item apud Labeonem. § ait Prætor, ff. de injur. Francisc. Aret. cons. 13. col. 1. vers. circa primum, cons. 29. col. 7. circa medium. & cons. 106. col. 3. in princ. 3. dub Cravett. in tract. de antiquit temp. par. 3. §. vidimus in genere. nu. 1.*

Et dubio omni caret, quòd clausulæ generales sive verba generalia illius investituræ, cui est inserta clausula, salvo jure nostro, non extendantur ad illa feuda sive jura, quæ extincta sunt. Cùm clausulæ atque verba generalia investituræ simplicis, & absque ista clausula facta sive concessa, non extendantur ad feuda sive jura feudalia extincta.

Sed investituræ Regis L. est inserta clausula, jure nostro salvo & reservato, sicut hoc patet ex sequentibus verbis, **Doch in allwege vns vnd vnserer Kron B. an Lehen vnd Diensten / auch sonsten menniglichs Rechten / vnschädlich.**

Et jus simultaneæ investituræ respectu Baroniarum controversarum concessum à Rege L. Domino W. proavo Domini A.A. neque à Rege G. neque a sequentibus Regibus est renovatum. Et sic liquet illud jus antequam Rex L. illam investituram Baronibus a B. fecit, penitùs & extinctum, & Regi L. hoc jus acquisitum fuisse, ut mortuo Domino N.N. ejusque fratribus absque filiis masculis, Baroniæ controversæ non ad patrem Domini A.A. ejusque fratres transmitti, sed suæ Regiæ Majestati, ejusque successoribus tanquam Domino feudi aperiri & acquiri debeant.

Igitur sequitur, prædictam clausulam investituræ Regis L. insertam hoc operari, ne Rex L. hoc jus sibi suisque successoribus acquisitum, remisisse, & jus simultaneæ investituræ respectu Baroniarum controversarum semel extinctum renovasse intelligi possit.

Quadragesimo sexto, † ubicunque de intellectu vel interpretatione beneficii, privilegii, vel investituræ Principis dubitatur, ad ipsum Principem recurrendum est, & soli Principi permittitur privilegium, beneficium, vel investituram suam declarare, *l. ex facto. in princ. & ibi Ias. & Dd. ff. de vulgar. & pupillar. l. Neratius. & ibi Dec. Cognol. & Dd. ff. de Reg. Iur. c. ut venissent. & ibi Felin. Dec. & Dd. extr. de judic.* 351

Et licet † facultas declarandi sive interpretandi regulariter ad successores sive hæredes transitoria non sit, *gloss. Bart. & Dd. l. idem Pomponius scribit. §. fin. & ibi Hieron. Card. in add. ad Bart. ff. de rei vendic gloss. l. inter stipulantem. §. si Stychum. & ibi Bart. & Dd. & Ias. nu. 6 ff. de verb. obligat. Innocent. c. fin. extr. de success. ab intest. Bart. Bald. & Ang. l. si quis* 352

 inter-

intentione ambiguâ. ff. de judic. Bart. Bald. & Ang. l. ſi quis à filio. §. ſi quis plures. ff. de legat. 1. Felin. c. cùm veniſſent. nu. 2. & ibi Dec. nu. 4. extr. de judic. Iaſ. l. poſt dotem. ff. ſolut matrim.

353 Attamen † facultatem declarandi, ſive interpretandi, ad ſuceeſſores in dignitate tranſire multi tradidêre, *Bart. l. ab executore. & ibi Imol. nu. 5. ff. de appell. Alex. in add. ad Bart. l. idem Pomponius. §. Si plures. ff. de rei vendic. ubi Alexand. atteſtatur eandem opinionem amplecti. Innocent. & Bald. in loc. ab ipſo citato.*

Illudque potiſſimùm & abſque omni dubio procedit in tali interpretatione, quæ fuit ex veriſimilibus ſive probabilibus conjecturis, talem enim interpretationem ſive declarationem nemine penitùs reſtagante facere poteſt quilibet ſuceeſſor, *Imol. l. ab executore. nu. 5. ff. de appellat, Felin. c. cùm veniſſent. nu. 2. extr. de judic.*

Ex quo infertur, etiamſi probabiliter dubitari poſſit de hoc, quando verba & clauſulæ inveſtituræ Regis G. & Regis L. accipi & intelligi debeant.

Attamen interpretationem ſive declarationem illorum verborum & clauſularum, non ad Dominum A. A. Baronem à B. ſed ad Imperat. Majeſtatem tanquam ſucceſſorem Regis G. & L ſpectare atque Imperatoriam Majeſtatem iſtas inveſtituras ita declarare & interpretari poſſe, quòd ſub illis verbis & clauſulis generalibus illarum inveſtiturarum Baroniæ controverſæ, ſive jus ſimultaneæ inveſtituræ reſpectu Baroniarum controverſarum non comprehendatur, illamque interpretationem in caſu noſtro eam ob cauſam abſque omni dubio amplectendam, cùm hæc interpretatio multis probabilibus & veriſimilbus conjecturis adjuventur.

354 Quadrageſimo ſeptimo, † quælibet clauſula regulariter retinet illum intellectum illamque interpretationem, quem intellectum, ſive quam interpretationem illa clauſula ſemel adepta eſt, ſicut hoc ſatis probatur per ſeqq. rationes.

355 Namque † qualitas, quæ ſemel cœpit inesse rei ſemper perdurat, *Bald. c. 1. nu. 1. de benefic fœm. Iaſ. l. clam poſſidere. in prin. nu. 15. ff. de acquir. poſſeſſ.*

Et mutatio qualitatis perinde ut mutatio ſubſtantiæ vel quantitatis non præſumitur, *Bald. l ex perſona C. de probat. Petr. de Anchor. c. ſemel malus. de Reg. Iur. lib. 6. Felin c. ſcribebam. nu. 2. & 3. extr. de præſumpt. Alciat. in tract. de præſumpt. Regul. 2. præſumpt. 25. Nicol. Everhard in ſua Topic. in loc. à tempore ad tempus. nu. 6.*

Ideoque traditum eſt, † quòd res ſemel facta alienabilis, transmiſſibilis, delegabilis, ceſſibilis, diviſibilis, ſemper illam qualitatem retineat, ad quamcunque tandem perſonam illa res transferatur, vel tranſeat, prout hoc, quòd res facta ſemel alienabilis ſemper illam qualitatem retineat, probat, *text. l. pater. §. quindecim. ff. de legat. 3. c. ex parte. extr. de feud.* 356

Et quòd res facta ſemel transmiſſibilis, ſemper illam qualitatem retineat, probat, *text. l. videamus. & ibi Bart. ff quod met. cauſ. Bart. l. qui duos. nu. 11. ff. de reb. dub.*

Quòd verò res facta ſemel delegabilis, ſemper illam qualitatem retineat, tradit *Bart. Bald. Ang. & Paul. Caſtr. l. 1. arg. ill. text. C. qui pro ſua juriſdict. Bart. Bald. & Ang. l. 1. in princ. & ibi Iaſ. nu. 63. ff. de offic. eius, cui mandat. eſt juriſdict. Bald l. 2. C. de pœn. judic. qui mal. judic. Imol. c. fin. extr. de offic. delegat.*

Illud verò, quòd res facta ſemel ceſſibilis, ſemper illam qualitatem retineat, tradit *Iaſ. l. ſi ſic. §. fin. ff. de legat. 1.*

Et quòd res facta ſemel diviſibilis, ſemper illam qualitatem retineat, tradit *Socin. conſ 67. lib. 1. conſ. 165. col. 8. verſ. ſexto reſpondetur lib. 2. Tiraquel. in tract. de jur. primogen. quæſt. 4. nu. 58.*

Huc accedit, quòd res ſemel facta collationabilis, ſive illam qualitatem ſortita, quòd conferri debeat, eam ſemper retineat, apud quamcunque perſonam, prout hoc tradit, *Bald. L. Cato. in princ. ff. de alien. & cib. leg.* ubi ipſe pulchrè dicit, ſi pater, qui filio ſuo literis operam danti libros dedit eâ lege, ut illos libros poſt obitum ſuum conſeret, defuncto iſto filio eos libros alii filio ſimpliciter dedit, illum filium, licet is ſtudium abſolverit & perfecerit, eos libros conferre cogi, illosq; libros cum iſto onere conferendi in alium filium translatos conferri, licet de hoc in conceſſione facta ſecundo nulla penitùs mentio facta fuerit.

His adde, quòd res ſemel facta emphyteutica vel feudalis, ſemper illam qualitatem retineat, ſemperque duret, atque permaneat, ut emphyteutica & feudalis, *Bart. l. 1. nu. 9. C. de in pon Lucrat. deſcript. lib. 10. Matth. de Afflict. c. 1. nu 300. ex quib. cauſ. feud. amitt.*

Deinde quoque clari juris eſt, quòd interpretationi ſive declarationi ſemel factæ, ſemper inhærendum ſit; *Bald. c. fin. col. fin. verſ. idem dicimus. extr. de translat. Prælator.*

eum

tum multis similib. allegat. per Tiraquel. Rep. l. boves. §. hoc sermone, nu. 40. ff. de verbor. significat.

Sed Rex U. post obitum Domini J. Baronis in B. filii Domini W. possessoris Baroniæ S. M. S. B. T. istas Baronias tanquam sibi apertas Cancellario suæ Regiæ Majestatis concessit.

Atque Cancellarius Regis U. illas Baronias alienavit, & transtulit in Dominum U. Baronem a B. patrem Domini A. A. ultimi possessoris.

Nec non & Rex U. vigore illiûs alienationis & concessionis factæ solùm Dominum U. Baronem a B. pro se atque hæredibus suis feudalibus ex corpore suo descendentibus, excluso Domino M. avo Domini A. A. de istis quoque Baroniis unà cum Baronia F. investivit.

Et sic Rex U ipso facto declaravit, quòd sub clausulis atque verbis generalibus investituræ Regis G. non comprehendantur illæ Baroniæ, quæ in ista investitura expressè & specificè nominata non sunt.

Illaque declaratio sive interpretatio etiam multis evidentissimis conjecturis suprà relatis adjuvatur.

Igitur sequitur, quòd clausulæ generales nec non & verba generalia investituræ Regis G. istum intellectum, sive illam declarationem, quem intellectum, sive quam declarationem semel adepta fuerit in omnibus seqq investituris, retinuêre.

Rursus ex hoc infertur, quòd etiam clausulæ generales sive verba generalia posita in investiturà Regis L. hunc intellectum, atque hanc declarationem habeant, ut sub illis verbis atque clausulis non comprehendantur Baroniæ in ista investiturà specialiter & nominatim expressa.

Iterum ex hoc infertur, quòd sub clausulis atque verbis generalibus investituræ Regis L. non comprehendantur Baroniæ F. S. B. S. M. T. de quibus in ista investitura mentio facta non est.

357 Quadragesimo octavo, † dubio omni caret, quòd Domino feudi licitum atque permissum sit, illud feudum, quòd Vasallus quolibet modo amisit, quòdque Domino apertum fuit etiam ante sententiam diffinitivam prolatam alteri concedere, & de illo alium investire, *Bald. c. quæ in Ecclesiarum. extr. de constitut. Bald. c. 1. §. fin. nu. 3. de feud. sine caus. non amitt. Bald. cons. 141. Cal. cons. 258 nu. 2. lib. 2. Rom. cons. 212. Alex. cons. 124. lib. 1. cons. 6. & cons. 44. lib. 3. Præpos. c. 1. in princ de feud. sine culp. non amitt. Socin cons. 167. nu. 24. lib 2. Ias. l. 2. nu. 20. C. de jur. emphyteu. Ruin. cons. 166. nu. 14. lib. 1.*

Quinimò eo casu, quando feudum Domino apertum est propter generationem finitam, quia videlicet vasallus decessit absque filiis, & simultaneè investitis, Domino feudi permittitur etiam ante sententiam diffinitivam prolatam feudum propria authoritate occupare, *Bald. c. quæ in Ecclesiarum. nu. 31. extr. de constit. Præpos. c. 1. §. fin. nu. 4. de his qui feud. dar. poss. Præpos. c. 1. in princ. de feud. sine culp non amit. Andr. de Isern. & Matth. de Afflict. c. 1 §. fin. quo tempor. mil. Tiraq. Rep. l. si unquam verb. revertatur. nu. 340 C. de revoc don.*

Et si Dominus feudi feudum sibi apertum alteri concesserit, vel etiam propria authoritate occupaverit, Dominus feudi eo ipso intelligitur voluntatem suam declarasse, quòd videlicet & vasallus feudo privatus sit, & quòd velit illum vasallum sive hæredes illius feudo privatos esse, *Rom. cons. 284. & ibi Horat. Mandos. in addit. Alex. cons. 106. nu. 4. lib. 4 Corn. cons. 237. lib. 1. Ruin cons. 166. nu. 14 lib. 1. Rip. Rep. l. fin. nu. 205. C. de revoc. donat. Rip. Respons 8. col. 3. lib. 3. Socin. Iun. cons. 111. nu. 16. lib. 2.*

Et confirmatur, † namq; voluntas non 358 tantùm verbis, sed etiam factis declaratur, *l. de quibus. & ibi gloss. ff. de ll. l. accusari. & l. duo fratres. ff. de acquir hæred. l. 1. §. divus. vers & qui hominem. ff. ad l Corn. de Sicar. l. repudianda. C. de institut & substitut. §. servos. instit. de rer. divis. c significasti. circa fin extr. de homicid. Rom. cons. 94. nu. 4. cons. 291. nu. 3. Tiraquel. in tract. de utroq; Retract. part. 2. in fin. nu. 75.*

Quinimò illa declaratio voluntatis, quæ fit facto, est longè efficacior illa declaratione voluntatis, quæ verbis fit, *l. si lanam. §. et qui servum. ff. de ædit. edict. c. dilecti, & ibi gloss. & Dd extr. de appell. Petr. de Anchor. cons. 351. Rom. cons. 291. nu. 4. Thom. Gram. inter cons. civil cons. 154 nu. 24. & cons. 13. nu. 3. inter cons. crim cons. 13. num. 3. cap. 31. num. 3. Thom. Gram. voto. 10. nu. 1. Tiraquel. in tract. de utroq. Retract. part. 2. in fin. nu. 75.*

Sed ex supra dictis liquet, quod jus simultaneæ investituræ, quod Dominus W. proavus Domini A. A. ejusque frater Dominus F. in Baroniis M. S. B. S. & in dimidià parte Baroniæ F. & T. habuêre, & per divisionem inter illos fratres Barones factam, & quia illius simultaneæ investituræ renovatio, neque a Rege G. neque a Rege M. obtenta, penitùs extinctum fuerit.

Igitur

Igitur ſequitur, quòd Regi U. licitum atque permiſſum fuerit poſt obitum Domini J. Baronis à B. abſque filiis illas Baronias, quæ ipſe poſſidet, nempe Baroniam M. S. B. S. T. Cancellario ſuo concedere, & etiam propriâ authoritate occupare.

Rurſus ex hoc infertur, Regem U. eo ipſo, quòd ſua Regia Majeſtas poſt obitum prædicti Domini J. iſtas Baronias Cancellario ſuæ Regiæ Majeſtatis conceſſit declaraſſe illas Baronias ſuæ Regiæ Majeſtati apertas, & quòd ſua Regia Majeſtas voluerit illas Baronias ſibi apertas eſſe.

360 Quadrageſimo nono, † Conceſſio generalis & indefinita præcedens per traditionem ſive executionem ſubſecutam declaratur, *Bald. l. ſi ex majore arg. ill. text. C. de Except. Iaſ. l. ſi de certa. nu. 3. C. de tranſactu ſac. id quod tradit Bart. l. emptor. & ibi Dd. ff. de uſucap. pro emptor. Alex. l. ſi ſic. §. 1. & ibi Iaſ. nu. 20 ff. de legat. 1. Alex. l. locus. nu. 4. ff. de acquirend. poſſeſſ.*

361 Et confirmatur, † Tum quia per effectum cauſa declaratur, & talis cenſetur eſſe cauſa, qualis eſt effectus ſubſequens, *Bald. Rubr. col. pen. ff. ſi cert. petatur. Alberic. de Roſat. l. quicunq. nu. 3. C. de ſerv. fugit. Card. Florent. c. cùm dilecti. col. 1. verſ. & noe. arg. extr. de accuſat. Matth. de Afflict. in conſtit. Regni incip. Si quis aliquem. col. 3 quæſt 5. circa fin. Tiraquel. in tract. ceſſ. cauſſ. par. 1. nu. 144.*

362 Tum, † quia per actum ſubſequentem declaratur, qualis fuerit animus præcedens, & actus ſubſequens manifeſtat præcedentem voluntatem eſſe ipſi actui ſubſequenti conformem, *l. ſed Iulianus. §. proinde. ff. ad Senatusconſ. Macedon. l. lib. C. de agricol & cenſit. lib. 11. Rom. conſ. 291. nu. 2. Petr. de Anchor. conſ. 251. nu. 3. Dec. l. quàm diu. lect. 2. nu. 24 C. qui admitti. Dec. conſ. 336. conſ. 476. nu. 3. conſ. 490 nu. 9. Bertrand. conſ. 39. nu. 11. lib. 2. Alciat. in tract. de præſumpt. regul. 2. præſumpt. 26. nu. 8.*

363 Tum, quia † actus ſequens præſumitur eſſe factus in executionem tractatus præcedentis, *l. 3. §. verum quæri poterit. ff. de manumiſſis. l. qui in aliena. § ſiu, qui putabat. ff. de acquir. hæred. Alciat. in tract. de præſumpt. Regul. 2. præſumpt. 24.*

364 Tum, † quia poſſeſſio præſumitur eſſe acquiſita & continuata vigore tituli præcedentis, *l. 1. §. 1. ff. de except. rei vendit. l. 2 C. de acquir. poſſeſſ. gloſſ. & Dd. l. quædam. mulier. ff. de rei vendicat. Alciat. in tract. de præſumpt. Reg. 2. præſumpt. 23.*

Sed licet conceſſio facta à Rege U. poſt mortem Domini J, & Domini F. Baronum à B. de Baroniis controverſis Cancellario ſuæ Regiæ Majeſtati ſit generalis, indefinita, & quodammodo incerta.

Et ſimiliter conceſſio facta à Domino J. Barone à S. tunc temporis Cancellario Regis U. in Regno B. Domino U. juniori Baroni à B. de Baroniis controverſis ſit generalis indefinita, & quaſi dubia & incerta.

Attamen illud certum eſt, quòd vigore illarum duarum conceſſionum præcedentium Dominus U. Baro à. B. pater Domini N. N. ultimi poſſeſſoris adeptus ſit poſſeſſionem Baroniarum S. B. S. M. T. quódque in executionem illarum conceſſionum præcedentium Rex U. Dominum U. juniorem Baronem in B. patrem Domini N. N. ultimi poſſeſſoris inveſtierit de omnibus illis Baroniis.

Igitur ſequitur, per illam & acquiſitionem poſſeſſionis, & inveſtituram ſubſequentem conceſſiones præcedentes factas, & à Rege U. Domino J. Baroni à S. tunc temporis Cancellario ſuo Regiæ Majeſtatis, & à Domino J. Barone à S. Domino U. juniori Baroni à B, ita declaratas, quòd Rex U. Cancellario ſuæ Regiæ Majeſtatis, & Cancellarius Domino U. juniori à B. conceſſerit Baronias M. S. B. S. T.

Rurſus ex hoc infertur, quòd per illam conceſſionem, executionem & inveſtituram ſubſequentem Rex U. declaraverit, quòd poſt mortem Domini J. filii Domini W. iſtæ Baroniæ ſuæ Regiæ Majeſtati apertæ fuerint, quódque Domino F. Baroni in B. non licuerit iſtas Baronias occupare vel ſibi arrogare.

Quinquageſimo, † Res judicata habetur pro veritate, *l. ingenuum. ff. de ſtat. hom. l. res judicata. & ibi Dec. & Cognol. ff. de R. I.* 365

Et res judicata eſt quaſi altera natura, jus faciens & originem creans, *Curt. Iun. conſ. 23. nu. 8. Cognol. l. res judicata nu. 2. ff. de Reg. Iur.*

Atque de albo nigrum, & de nigro album facit, *Bald. c. noſti. extr. de Elect. Curt. Iun conſ. 23. nu. 8. Cognol. d. l res judicata. num. 2.*

Quinimò res judicata & falſum mutat, & verum, non eſſentialiter, ſed quoad effectum, *Bald. c. in præſentia. extr. de renunciat. Curt. Iun. conſ. 23. nu. 8. Cognol. d. l. res judicata. nu. 2. Cravett. conſ. 79. nu. 1.*

Ideóque de eo, quod per sententiam, quæ transivit in rem judicatam, decisum est, ulterius dubitare vel disputare non licet, *l. causas. & ibi Dd. C. de transact. l. fin. C sententiam rescind. non poss. Curt. Iun. conf. 23. num. 8.*

Et hoc usque adeò verum est, ut post sententiam diffinitivam, quæ in rem judicatam transivit, instrumenta etiam de novo reperta, produceere vel allegare non permittatur, *c. inter tertium. c. suborta. extr. de sent. & re judicat. l. Imperatores. & ibi Iaf. ff. de re judicat. l sub specie. & ibi Bald. Salycet. & Dd. C. eodem tit.*

Quinimò instrumenta nec post conclusionem quidem in causa produci posse traditum est, *c. cùm dilectus. extr. de fide instrumentor. Bald. cons. 351. nu. 7. lib. 5. Paul. Castren. l. oratione. nu. 77. ff. de ferijs Augustin. Berous c. quoniam contra. nu. 209. extra de probation. Cephal. cons. 77 nu. 34. Ioan. Baptista. Asin. in sua praxi judicial. §. 22. cap. 2. nu. 1.*

Et si instrumentum ante sententiam productum fuerit, illoq; non obstante, contrarium pronunciatum sit, illud instrumentum reprobatum intelligitur, ita ut illud instrumentum ulteriùs allegari vel produci nequeat, *c. inter Monasterium & ibi Dd. extr. de sentent. & re judicat. c. suborta. & ibi Felin. & Dd. extr. eod. tit.*

Sed in lite morâ inter Barones à B. in F. actores ex unâ, & Barones in B. in F. & S. reos ex alterâ parte, ratione Baroniæ B. S. S. Barones a B. in F. pro comprobando hoc, quòd pater ipsorum habuit, ipsique habeant simultaneam investituram, in istis tribus Baroniis, produxerunt in investituram Regis L. sed ista investitura non obstante in judicio inferioris Lusatiæ Anno 1551. per sententiam diffinitivam pronunciatum est, probatum non esse, actoribus simultaneam investituram in istis tribus Baroniis competere.

Igitur sequitur, eo ipso reprobatum esse instrumentum investituræ Regis L. & pronunciatum esse, per investituram Regis L. non esse probatum, quòd jus simultaneæ investituræ Baronibus à B. hodiè competat, vel ipsis aut parentibus illorum antea competierit in istis tribus Baroniis.

Rursus ex hoc infertur, quòd illa sententia cum eâ transiverit in rem judicatam, pro veritate habeatur, quòdque neque Domino A. A. neque aliis Baronibus a B. permittatur pro comprobanda ista prætensâ simultaneâ investiturâ allegare investituram Regis U. vel alias investituras.

Quinquagesimo primo, † licet res inter alios acta, alijs regulariter neque noceat, neque prosit, *l. sæpè & ibi Bart. Alex. & Dd. ff. de re judic. L. Modestinus. ff. de except. l. 1 ff. de except. rei judic. l. si cus. §. iisdem ff. de accusat. l. 2. C. de fid. instrum. l. 1. & 2. C. res inter alios acta. c. inter dilectos. extr. de fid. instrum. c. cùm super. extr. de sentent. & re judicat.* 366

Attamen illud certum & indubitatum est, quòd sententia lata pro vasallo ratione feudi Domino feudi prosit, licet illa sententia respectu Domini feudi sit res inter alios acta, & Dominus feudi ad illam litem non fuerit neque vocatus neque citatus, *c. 1. §. si vasallus el. 3. & ibi Andr. de Isern. Bald. Mart. Laud. Alvar. Præpos. Matth. de Afflict. Frideric. Schenck. & Dd. si de feud. defunct. content. c. 1. & ibi Dd. de controvers. inter Vasall. & alium de beneficio.*

Sed certum est, quòd Dominus N. N. Baro a B. ejusque fratres, pro quibus prædicta sententia contra patruos Domini A. A. Barones a B. est prolata, fuerint vasalli Imperatoris F. tanquam Regis B. & quidem respectu Baroniarum controversarum.

Igitur sequitur, illam sententiam latam pro Domino N. N. Barone a B. ejusque fratribus absque omni dubio, ut imperatoriæ Majestati, tanquam Regi B. & Domino feudi opitulari & prodesse, nec imperatoriæ Majestati quicquam obesse, quod Imperator F. tanquam Rex B. & Dominus feudi ad illam litem neque citatus neque vocatus fuit, quòdque illa sententia & respectu Imperatoris F. & respectu suæ Cæsareæ Majestatis successoris Moderni nempe Imperatoris sit res inter alios acta.

Quinquagesimo secundo, † Licet res inter alios acta alteri regulariter non noceat neque præjudicet, *l. 1. & 2. C. res inter alios acta.* cum similibus allegatis suprà. 367

Nisi quoad quale quale præjudicium tantùm, *gloss. Guilhelmus de Cug. Fulgos. & Dd. l. si duo patroni. ff. de jurejur and. gloss. l. 2. C. quib. res indic. non nocet. gloss. l. 1. verb. præjudicium. ff. de Except. rei iudicat. gloss. l. à sententia in princ. ff. de appellat. gloss. l. 1. C. de fals. gloss. c. cùm insuper. verb. interpositam extr. de sentent. & re iudicat. gloss. c. dilectus. verba dantes. extr. de Simon. gloss. c. ordinata distinct. 56. gloss. c. interrogatum. 2. q. 5. Ant. de But. & Panor. c. penult.*

penult. & ibi Felin. extr. de sententia & re judicat. Bart. l. Lucius. ff. de his qui not. infam. Bart. l. admonendi. col. 3. & ibi Dd. ff. de jurejurand. Alex. l. sæpè. col. 21. ff. de re judic. Socin. conf. 9. col. pen. lib. 3. Tiraquel. in tract. res inter alios acta limitat. 19. Anton. Gab. Rom. in tract. Regular. lib. 2. tit. de citat. conclus. 1. nu. 402.

Attamen hoc non habet locum in sententia lata respectu feudi, contra Vasallum, illa enim sententia etiam quoad plenum præjudicium, nocet omnibus agnatis illius Vasalli, etiam illis, qui non fuerunt consortes ejusdem litis, neque etiam ad illam litem citati vel vocati, prout hoc expressè & in specie tradit *Alex. l. filiusfamiliás. §. divi. ff. de legat. 1. Alex. l. sæpè. nu. 110. ff. de sentent. & re judic. Iacob. de S. Georg. in tract. feud. verb. & dicti Vasalli. nu. 33 Ar. Pinel. Rep. l. 1 par. 3. nu. 43. C. de bon. matern. ubi Ar. Pinel.* attestatur, hanc eandem opinionem amplecti etiam *Oldradum Alberic. de Rosat. Mart. Laud. Boer. Dec. Duaren Gomes. Tiraquel. aliosq. Dd.*

Similiter *Ar. Pinel.* ibidem testatur, hanc sententiam & veriorem & receptiorem esse.

Ideóque dubio omni caret, hanc sententiam in judicando sequendam.

368 Cùm † judex in judicando semper sequi teneatur illam opinionem, quæ receptior est, sive quæ est communiter approbata, *l. 1. & ibi Bald. ff. de senator. l. 1. ff. de offic. quæst. l. Athletas. ff. de his qui not. infam. Abb. Felin. & Dec. c. 1. extr. de constitut. Bald. c. 1. § judices de par. jur. firm. & Abb. c. novimus. arg. ill. extr. de verbor. significat.*

Et hoc usque adeò verum est, ut is judex, qui contra communem opinionem judicat, & imperitus præsumatur, *Alex. cons. 95. nu. 6. lib. 6.*

Et faciat litem suam, atque parti læsæ ad id, quod interest, condemnetur, *Bart. l. fin. C. de pœ. judic. qui malè judic. Ang. l. terminato. C. de fruct. & lit expens. Abb. c. prudentiam in princ. extr de offic. delegat. Felin. c. 1. nu. 54 extr. de constitut. Ias. l. cum prolatis. ff. de re judic.*

Et prædicta opinio, quòd videlicet statuta contra Vasallum ratione feudi, omnibus agnatis illius, quoad plenum præjudicium & obsit & noceat, etiamsi illi neque consortes ejusdem litis fuerint, neque etiam citati ad illam causam sint potissimùm, & nemine penitus discrepante, procedit eo casu, quando agnati illius Vasalli sciverunt, istam litem motam illamque causam agitari, *Andr. de Isern. Alvarot. Præpos. & Matth. de Afflict. c. 1. §. Si vasallus, si de feud. def. content. Felin. c. fin. nu. 5. extr. de major. & obed. Dec. cons. 445. nu. 29. Curt. Iun. in tract. feud. part. 7. nu. 29. Zas. in tract. feud. par. 9. nu. 21. Capis. Decis. 20. nu. 23.*

Sed in casu præsenti contra Dominum M. B. W. & J. Barones à B. patruos Domini A. A. Anno 1551. in judicio inferioris Lusatiæ pronunciatum est, quòd ipsi nullum jus, neque etiam simultaneam investituram in Baroniis S. B. S. habeant, quódque per literas investituræ Regis L. simultanea investitura probata non sit.

Illaque sententia in rem judicatam transierit.

Igitur sequitur, illam sententiam Domino A. A. Baroni a B. nocere, non tantùm quoad quale quale præjudicium, sed etiam quoad plenum præjudicium, præsertim respectu illarum portionum, quas prædicti Domini M. W. B. & J. in istis Baroniis ad se pertinere prætenderunt.

Quinquagesimo tertio, † Illi, de quorum præjudicio agitur, non principaliter, sed in consequentiam tantùm ad causam sive litem motam citari non debent, & sententia lata etiam illis, de quorum præjudicio in consequentiam agitur, non citatis neque vocatis, valet & rata est, *gloss. l. de unoquoq. & ibi Aug. Imol. Alex. & Hip. de Marsi. ff. de re judic. Bart. l. in diem ff. de acquis. pluv. arcend. nam ita divus. ff. de adopt. Bald. l. ab eo. col fin. C. quomodo & quando Iudex. Ang. Imol. & Dd. l. filiusfamilias. §. divi. ff. de legat. 1. Dominic. c. fin. de elect. lib. 6. Alex. cons. 26 col. 1. & 2. & cons 156. col. 1. lib. 2. cons. 58. col. 2. lib. 5. Barbat. cons. 1. col. 3. lib. 2. Felin. c. de causis. col. 4. extr. de offic. delegat. Felin. c. illa extr. de accus. Ias. l. rescriptum. col. 2. ff. de pact. Ias. l. nequaquam. §. ubi decretum. col. 7. limitat. 9. ff. de offic. Proconsf. Dec. cons. 387. col. fin. Tiraq. in tract. Res inter alios act. limitat. 1. Anton. Gab. Rom. in tract. Regul. lib. 2. tit. de citat. conclus. 1. nu. 300. Ioan. Baptist. Asin. in Praxi judic. §. 7. c. 6. limitat. 2. in quib. locis Tiraq. Anton. Gab. Rom.* & multos alios Dd. pro hac sententia citant. 369

Et licet multi Dd. velint † sententiam latam non citatis illis, de quorum præjudicio tantùm in consequentia agitur, valere quidem, sed nullum præjudicium parere iis, de quorum præjudicio in consequentia agitur, nisi ipsi ad hanc causam citati fuerint, *Bart. l. si eo tempore. C. de remiss. pig. Bart. in extravag. ad reprimend. verb. per edictum. Bart. l. filiusfamiliás. §. divi. & ibi Socin. nu. 12. Ias. col. 13.* 370

col. 13. ff. de legat. 1. Bald. l. ab eo circa fin. C. quomodo & quando jud. Bald. l. fin. §. 1. col. pen. ff. si cert. pet. Ioan. Fab. §. & licet. Instit. de adopt. Paul. Castr. l si patroni. §. fin. circa fin. ff. ad S C. Trebell. Paul. Castr. l. decem. col. pen. & ibi Alex. col. 4. Ias. num. 41. ff. de verb. obligat. Rom. l. peregre. §. quibus. ff. de acquir. possess. Alex. l. de unoquoq. circa fin & ibi Hip. de Mars. col. 28. ff. de re judicat. Alex. cons. 86. col. 1. lib 2. cons. 84. col 3. lib. 3. cons. 85. col. 2. lib. 6. Ias. l. nequicquam § ubi decretum. limitat. 9. ff de offic. proconsf. Ias. l. rescriptum. col. 1. & seq. ff. de pact Socin. cons. 282. col. 3 lib. 2. Curt. jun. in tract. feud. par. 7. quæst. 9. Felin. c. fin. col 2. extr. de major. & obed Felin. c. ad petitionem. col. 5 extr. de accusat. Felin. c. fin. col. pen. extr. de rescript. Ioan. Baptist. Asin. in sua prax. judic. §. 7. cap. 5. limitat 2. Tiraquel. in tract. res inter alios act. limitat. 1. Anton. Gab. Rom. in tract. Regul. lib. 2. tit. de citat. conclus. 1. num. 310.

371 Attamen † in hoc contrarium tenent
multi alii Dd. volentes sententiam talem non citatis neque vocatis illis de quorum præjudicio in consequentiam agitur, non tantùm valere & ratam esse, sed etiam iis, de quorum præjudicio in consequentiam agitur, nocere & obesse, *Imol. l. filiusfamilias §. vivi. & ibi Rip. num. 60. Ferd. de Leaz. num. 126. Crott. num. 38. ff. de legat. 1. Ang. & Imol. l. de unoquoq. ff. de re judic. Bald. l. qui duobus § qui juravit. ff. de jurejurand. Bald. l. 3. col. 13. C. de conven. fisc. debitor. lib. 10. Ang. l in cognitione. ff ad S C. Sylvan. Bald. l. 2. notab. 3. C. de fid. instrum. Alex. cons. 133. num. 3. lib. 1. cons. 156. lib. 2 Dec. cons. 342. col. fin. Capit. decis. 17. Xuar. allegat. 21. Xuar. l. post rem judicatam ff. de re judic. Ar. Pinel. Rep. l. 1. par. 3. num. 48. & 49. C. de bon. matern.*

Illaque sententia satis probatur, *per text. l. Papinianus. § si ex causa. ff. de inoffic. test. l. si superatus. §. 1. ff. de pignor. l 1. §. denuntiari ff. de ventr. inspic. l. contractu. ff. de re judicat.*

Et hanc posteriorem sententiam communem esse attestatur, *Francisc. Rip. Crott. Ferd. Loaz. & Ar. Pinel. in loc. suprà citat.*

Sed certum est, quòd lis sive causa mota ratione Baroniæ S. B. S. inter Dominum M. B. W. & J. fratres a B. patruos Domini A. A. Actores ex una, & Dominum J. H. N. N. S. & J. Barones a B. agnatos Domini A. A. Reos ex altera parte, ratione quatuor partium quos actores in istis Baroniis ad se spectare prætenderunt, principaliter spectaverit ad illos actores, quòdque ratione illarum quatuor partium ista lis ad Dominum A. A. in consequentiam pertinuerit.

Igitur sequitur, quòd sententia lata in ista lite contra istos actores Domino A. A. absque omni dubio noceat & præjudicet, respectu illarum portionum, quos in istis Baroniis ad se spectare actores prætenderunt, quòdque Dominus A. A. se contra illam sententiam ex eo capite tueri vel juvare non possit, quòd illa sententia ipsius respectu sit res inter alios acta.

Quinquagesimo quarto, † declaratio 372
nihil novi inducit, *l. hæredes palam. §. si quid post & §. sed et si notam. & ibi Paul. Castr & Dd. ff. de testam. l. adeo. §. cum quis. ff. de acquir. rer. domin. c. literæ. extr. de dilat. c. cum dilecti extr. de accus. Rom. cons. 45. num. 1. cons. 65. num. 3. cons. 482. num. 8. Calcan. cons. 16. num. 26. Dec. l. edita nu. 48 l. edicta nu. 45. C. de edend. Dec. c. pastoralis. circa fin. extr. de except. Card Paris. cons. 5. num. 98. lib. 4.*

Et declaratio etiam postea superveniens rei declaratæ inesse censetur, *Paul. Castr. l. hæredes palam. §. si quid post. ff. de testam. Card. Paris. cons. 65. nu. 6. lib. 1.*

Et declaratio etiam postea facta retrotrahitur ad illud tempus, quo actus declaratus, gestus est, atque eodem tempore censetur emisisse, *Ioan. Andr. in add. ad Spec. tit. de testam. § nunc. videndum. vers. l. mota in add. incip. plus dico Bald. l. non dubium. notab. 3. & Ias. num. 10 C. de ll. Ioan. And. c. fin. de verb. significat. lib. 6. Ias. l. si is qui pro emptore. num. 5. ff. de usur. Dec. c. fin. num. 13. extr. de constitut. Rom. cons. 45. nu 1. cons. 65. nu. 4. cons. 482. num. 9. Ioan. de Mil. in suo Repertor. verb declaratio. Card. Paris. cons. 65. num. 5. lib. 1. Pet. Rebuff. supra Reg. de non tol. jur. quæ glos. 5. vers. limitatur. quando Papa.*

Ideoque traditum est, † quòd in actu 373
declaratorio non requiratur illa solennitas quæ in actu sive dispositione ab initio celebranda requisita est, *l. hæredes palam. §. si quid post. ff. de testam. Rom. cons. 482. num. 7.*

Et citatio † tantùm requiritur ad illum 374
actum, per quem aliquid de novo constituitur & inducitur, non autem ad illum actum per quem id quod prius gestum sive intro-

introductum sive constitutum est, declaratur, *Caltan, cons. 16. num. 27.*

Atque sententia illa, qua declaratur id, quòd jam ipso jure suberat, sive jam a jure introductum erat, etiam absenti & non citatio præjudicat. *Abb. c. reprehensibilis arg. ill. text. extr. de appel. Rom l. is cui bos. & ibi Barbat. col. 17. vers. & circa prædicta. ff. de verb. obligat. Rom cons. 482. num. 6. Socin Rub. col. 3. vers. decimus quintus casus. extr. de dilat. Anton. de Bue. c. vestra. 1. memb. extr. de cohibr cleric. & mulier. Domino. à S. Gemini. c. quæ Lotharius quæst. 1. Card. Zabar. c. extirpandæ extr. de præbe. Hip. de Marsil l. de unoquoq. nu. 88 ff. de re judic. Bald c. 1. de feud. sive culpa amit. Nizel in 52. Concord. glos. fal. 45. Bart. d cons. 189. col. 3. lib. 2. Dec. c. pastoralis. §. verum. num. 3. extr. de appell. fac. id quod tradit. Bart. l. Theophilus, num. 9. ff. de dot. prælegat. Francisc. Nicol. c. quoniam contra. num. 94. extr. de probat. Ioan. Baptist. Asin. in Prax. judic. §. 7. c. 5. limitat. 41.*

Et confirmatur, tùm quia sententia, qua pronunciatum, sive declaratum excommunicatum esse illum, qui ipso jure in pœnam ex communicationis incidit etiam absenti & non citato præjudicat, *Rom. & Barbat d. l. is cui bonis. ff. de verb. obligat. Rom. cons. 482. num. 6.*

Et idem tenent ferè omnes Dd. proximè allegati.

Tùm, quia citatio non requiritur, sed sententia etiam absenti & non citato præjudicat eo casu, quando propter contumaciam in non respondendo positionibus quis pro confesso & pro convicto declaratur, *Ioan. de Imol l si finita. §. si plures. ff. de damn. infect. Ias. l. ne quicquam §. ubi decretum. col. 9 ff. de offic. proconf. Hip. de Mars. de unoquoq. num. 89 ff de re judic. Ioan. Baptist. Asin. in prax judic. §. 7. cap. 5. limitat. 85. Spec. in tit. de prob. §. nono. col. 2. Philip. Francis. c. 2. col. 3. de confes. lib. 6. Calcan. cons. 16. col. 4. Socin. in tract. de citat. col. 55. casu. 15. Nizol in 52. Concord. glos. fal. 11. & fal. 99. Anton. Gab. Rom. in tract. Regul. lib. 2. tit. de citat. conclus. 1. num. 365.*

Tùm, quia citatio non requiritur eo casu, quando testis dictum sive dubium & obscurum declarat, sed ista declaratio & absenti, & non citato præjudicat, *Bald. Apol. hodie C. de juram Calumnia. Rom. cons. 482. num. 8. Rom l. is cui bonis. ff de verb. oblig Alex. l. ejus qui delator. ff. de jur. fis. Hip. de Mars. l de unoquoq. num. 16. ff. de re judic. Hip. de Mars. l. 1. §. fin. num. 50. ff. de qq. Ioan. Baptist. Asin. in prax. judic. §. 7. cap. 5. limitat. 25. Anton. Gab. Rom. in tract. Reg. lib 2. tit. de citat. conclus. 1. num. 351. & num. 407.*

Tùm, quia citatio non requiritur ad illam sententiam declaratoriam, quà judex pronunciat sive declarat, processum nullum esse, qui revera & ipso jure nullus est, sed talis sententia etiam absenti & non citato præjudicat. *Abb. c. antiqui c. causam. qua arg. ill. text. & ibi Anton. de But. extr. de rescript. Frantis. Nicont. c. quoniam contra. num. 62. extr de probat. Hip. de Mars l. de unoquoq. nu. 54. ff. de re judic. Ias l. nec quicquam. §. ubi decretum. col. 6 vers. quinto singulariter. limita. ff. de offi. proconf. Rumi. cons. 425. num. 46. lib. 3. Tiraquel. in tract. Res inter alios acta. limitat. 8. Ioan. Baptista. Asin. in sua prax. judic. §. 7. cap. 5. limitat. 60. Dominic. c. in tantum distinct. 21. Socin. in tract. de citat. col. 52. Anton. Gab. Rom. in tract. Regul. lib. 2. tit. de citat. conclus. 1. num. 296.*

Tùm quia illa sententia, qua alicui tanquam furioso administratio rerum suarum interdicitur. Citationem non requirit, sed illa absenti & non citato præjudicat, eam ob causam, quia furioso ipso jure administratio interdicitur, & sic illa sententia profertur super eo, quòd jam ipso jure introductum erat, *Ang. Paul. Castr. & Rom. l. is cui bonis. ff. de verb. obligat. Alex. l. de unoquoq. col. fin. vers. item fallit. quando interdicitur. & ibi Hip. de Mars. num. 55. ff. de re judic. Alex. cons. 86. col. 2. lib. 2. Tiraquel. in tract. Res inter alios acta limitat. 42. Ioan. Baptist. Asin. in prax. judic. §. 7. cap. 5. limitat. 64.*

Sed superiùs comprobatum est, quòd jus simultaneæ investituræ Domino W. proavo Domini A. A. respectu Baroniarum controversarum à Rege L. concessum, jamdudum & expiravit, & extinctum sit, quòdque investitura Regis L. Regis G. Regis M. item Burggravii Misnensis, aliæque investituræ hunc sensum & intellectum habeant, quòd per illas investituras renovatio simultaneæ investituræ respectu Baroniarum controversarum, præsertim verò respectu Baroniæ B. S. S. facta non fuerit.

Et sic sententia prolata, Anno 1551. in judicio inferioris Lusatiæ contra

patruos

pro nos Domini A.A. Baronis a B. quatenus in illa pronunciatum est, illis simultaneam investituram in Baronia B. S. & S. non competere, continet tantum declarationem illius sensus, quem istæ literæ Investiturarum secundum dispositionem legitimam antea habuere.

Igitur etiam ex hoc capite sequitur, illam sententiam Domino A.A. Baroni a B. nocere & obesse, & quidem indistinctè, nón tantum respectu portionum, quas in Baronis controversis patrui sui ad se pertinere prætenderunt, sed etiam respectu suæ prætensæ portionis, nec Dominum A. A. se juvare posse per id, quòd ista sententia respectu illius est res inter alios acta, quódque is ad illam causam citatus vel non citatus non fuerit.

375 Quinquagesimo quinto, † in rebus individuis sententia lata contra unum, aliis non absentibus, & ad illam causam non citatis, nocet, & præjudicat, *glos leg qua in aliena. §. fin. verb. prædio. ff. de negoc. gest. glos. l. locus corpus. §. si fundus, verb. proderit. col ibi Ang. ff. si servit. vendic. glos. l. si de communi in prin. & ibi Bart. ff. eo tit. Ang. Imol & Rom. l. 2. §. si tamen. ff. de verb obligat. Anton. de Bat. c. causam el. 2. ext qui filii sint legit. Imol. l. sæpe. & ibi Alex. col. 13. ff de re. judic. Tiraquel. in tract. Res inter alios acta limitat. 33. Ioan. Baptist, Asin. in sua praxi judic. §. 7. cap. 5. limitat. 130.*

376 Quinimò multi Dd. tradunt, † quòd in causis connexis sententia lata contra unum, alteri absenti & non citato, præjudicet, *glos. c. pen & ibi Innocent. Host. & Panor. extr. de sentent & re judicat, glos. c. ad petitionem verb. per consequentiam. extr. de accusat. Innocent. & Anton de But. c. dudum. el. 2. extr. de elect. Alex. l sæpe. ff. de re. judic. Tiraquel. in tract. res inter alios acta. limitat 22. Ioan. Baptist. Asin in sua prax. judic. §. 7. cap. 5. limitat. 129 fac. text. c. tantis distinct. 81. c. hoc quoq; 3. quæst. 6. c. dilectus. & 2. & ibi glos. verb. dantes. extr. de senior. c. pen. extr. de purgat. Canon.*

377 Deinde quoque certi juris est, † quòd Baroniæ sint res individuæ, & divisionem perinde non recipiant, *Oldrad. cons. 273. num. 2. Anton. Rub. cons. 132 num 10. Cravet. cons. 135. num. 1. lib. 1. Cels. Hag. cons 400. num. 1.*

378 Sicut & alia † feuda Regalia, sive Regalem dignitatem annexam habentia, individua sunt, *c. 1. §. Præterea si ducatus. & ibi Dd. de probib. feud. alien. per Frideric. c. licet. & ibi glos. Host. Ioan. Andr. Panor. & Dd. extr. de voc. Tiraquel. in tract. de jur primogen. quæst. 4. nu 21.*

Et hæc sententia verior est, † licet contrarium, quòd videlicet Baroniæ dividuæ sint, habeat, sed malè, *Præpos. de c. 1. §. Præterea ducatus. num. 2. Martin. Fract. in tract. de sub feud. lib. 1. in prin. nu. 15.* 379

Igitur sequitur, sententiam latam contra Dominum M. B. W. & J. ratione Baroniarum S. B. S. tanquam rerum individuarum in Domino A.A. Baroni in B. nocere, & quidem totaliter etiam respectu jure prætensæ portionis, nec Dominum A. A. Baronem a B. se juvare posse per id, quod ab ipso prætenditur, illam sententiam, quoad ipsum, esse rem inter alios actam, quódque ipse ad istam litem neque vocatus neque citatus fuerit.

Quinquagesimo sexto, † licet per appellationem interpositam sententia lata extinguatur. 380

Attamen si appellatio interposita fuerit deserta, perinde habetur, atque si appellatio nunquam interposita fuisset, & sententia prolata perinde executioni mandatur, atq; si nunquam appellatum fuisset, *l. si contra majorem. & l. quoniam non multi C. de appell. l. 2. §. fin. l. fin. §. illud. & ibi Dd. C. de tempor. appellat. Auth. ei qui. & ibi Bart. & Dd. C. eo tit. l. furti. §. sed si furti & ibi Bart. ff. de his qui not. infam. c. cum sit Romana. & ibi Dd. extr de appellat. glos l. 1. & ibi Ias. n. 14 ff. de re judic. glos l. eos in princ. & ibi Bart. & Dd. C. de appellat.*

Sed in casu præsenti, licet Dominus M. & Dominus B. Barones a B. a sententia contra ipsos eorumque fratres lata appellaverint, Attamen ipsi illam appellationem non sunt prosecuti, sed illam deseruere.

Igitur sequitur, istam appellationem perinde habendam & sententiam latam perinde in rem judicatam transivisse, atque si illa appellatio interposita non fuisset.

Quinquagesimò septimo † dubio omni caret, quod instantia ratione feudi cepta cum Vasallo etiam ad Dominum feudi transeat eo casu, quando ante litem finitam feudum controversum Domino aperitur, sive applicatur. Tum per *text. c. 1. §. si Vasallus. & ibi Dd si de feud def. content. c. 1. & ibi Dd. de controvers. inter Vasall. & alium de benefic.* Tùm quia certum est, quòd illud feudum, quòd Domino aperitur, ad Dominum transeat ex causa præcedenti, quæ necessariò 381

illum transitum inducit, quódque eam ob causam, feudum Domino apertum ad illum dicatur transire de necessitate, juxta tradita per *Socin. jun. cons. 34. num. 13. lib. 3. Ioan. Baptist. Asin. in prax. judic. §. 2. cap. 13. num. 36.*

Et certum est, quòd instantia litis motæ etiam ad successorem singularem transeat & transferatur tàm activè quam passivè, eo casu, quando illa res, de qua controvertitur, de necessitate sive ex causa necessaria transit ad singularem successorem, *Bart. & Ang. l. Lucius. §. pen. ff. ad SC. Trebell. Bart. l. si cum hominem. num. 4. & ibi Paul. Castr. ff. de fidejussor. Iacob. de Aren. l. inter quos § 1. ff. si dam infecti. Bald c quia verò col. 2. & ibi Barbat num. 52. extr. de judic. Ang. & Paul. Castr. l. tàm ex contractibus ff de judic Matthesil. l 1. C. si pendent appell. mors intervenerit Nicol. de Mil. in suo Repertor. verb. instantia Socin jun. cons. 34. num. 13. lib. 3. Ioan. Baptist. Asin. in prax. judic. §. 2. c. 13 nu. 36. cum. 3 seqq.*

Et prædictam sententiam communem esse attestatur, *Socin. jun. & Ioan Baptist. Asin. in loc. præalleg.*

Illaque sententia locum habet non tantùm in instantia causæ principalis, sed etiam procedit in instantia causæ appellationis, namque & illa perindè ut instantia causæ principalis tam activè quam passivè transit ad successores, qui vel sunt universales, vel singulares, sed tales ad quos res controversa de necessitate transit, *Salycet. & Matthes. l. 1. arg. ill. text. C. pendent appell. mors interven Ioan. Baptist. Asin. in sua prax. judic. §. 2 cap. 12. num. 43.*

Ex quo infertur, cum pendente appellatione interposita a Domino M, & B. Baronibus a B. Dominis N, N. ultimus possessor Baroniarum controversarum mortuus fuerit, atque Baroniæ controversæ Imperatori F. tanquam Regi B. apertæ fuerint, instantiam appellationis ad Imperatorem F. tanquam Regem B. & sic Dominum feudi transiisse, nec Barones à B. negligentiam suam & desertionem appellationis eo protextu excusare posse, quod a Domino A. A. prætenditur, per obitum Domini N. N. instantiam expirasse. Eamque ob causam patruos suos obligatus non fuisse, appellationem prosequi, quodque illis propter non prosecutam appellationem nulla culpa imputari possit.

382 Quinquagesimo octavo, † terminus probatorius est peremptorius atque nemini permittitur post terminum probatorium elapsum probationes facere vel producere, *Bart. l. fin. arg. ill. text. & ibi Ias n. 6 ff. de fer. Bart. l. mancipiorum. ff. opt. legat. Bart. l si finita. §. Iulianus col. 4. ff. de dam infect Bart l. Titia. §. usurae. ff. de legat. 2. Bart. l 1. arg. ill. text. C. de dilat. Bart. l. cessante C. quomodo & quando judex. Bart. in constitut. ad reprim. verb. super dicto crimine. Spec. in tit. de dilat. §. 1. vers. & nota quod si datus est terminus & §. fin. vers. quod si data est dilatio. Imol. & Paul. Castr. l. oratione, arg. ill. text. ff. de fer. Bald. cons. 67. num. 7. lib. 3.*

Et hoc usque adeo verum est, ut post terminum probatorium elapsum nec instrumenta quidem produci, neque probatio per instrumenta fieri possit, *Bald Anton. de But. Card. & Abb. c. cum dilectus. & ibi Felin. num. 34. extr. de fid. instrum. Bald. cons. 351. num. 7. lib. 5. Ioan. Baptist. Asin. in prax. judic. §. 22 cap. 2. num. 2, & 3.*

Sed licet in sententia prolata in judicio inferioris Lusatiæ, Anno Domini 1551. die Mercurii post Dominicam Misericordias Domini Baronibus a B. patruis Domini A. A. permissum sit de jure simultaneæ investituræ respectu Baruniarum S. B. S intra tempus præfixum in ordinatione judicii provincialis inferioris Lusatiæ, & sic intra sex septimanas fidem facere. Attamen is terminus ante 22. annos elapsus est.

Igitur sequitur, quòd Domino A. A. ejusve patruis minimè permitti debeat post lapsum hujus termini de prætensa simultanea investitura in prædictis Baroniis fidem facere.

Et insuper superius comprobatum est, quòd prætensa simultanea investitura in Baroniis controversis, per illa quæ ex parte Domini A. A. producta & allegata sunt, nullo modo probata sit.

Quinquagesimo nono, in aliquibus locis consuetudine receptum est, & ita observatur, quòd is qui contra simultaneam investituram reciprocam delinquit, quique illud tacitè vel expressè agit, ut illi, in quorum feudis quis simultaneam investituram habet a simultanea investitura, respectu feudorum suorum sive a se possessorum, excludantur, vel qui negligit, renovationē simultaneæ investituræ etiam petere pro illis, in quorum feudis is simultaneam investituram habet, eodem modo excludatur & a jure simul-

ſimultaneæ inveſtituræ reciprocæ quòd ipſi videlicet in bonis aliorum competiit.

Illamque conſuetudinem in iis locis, in quibus illa viget, & leges authoritatem obtinere, & omninò ſequendam eſſe dubio omni caret.

Et inſuper illam conſuetudinem etiam legis authoritate comprobari videtur.

83 Namque clari & indubitati juris eſt, † quòd is, qui contra jus vel obligationem reciprocam tacitè vel expreſsè quid agit vel delinquit, ſe iſto jure ſivè obligatione reciproca juvare nequeat, quòdque is omni commodo, & emolumento vigore illius obligationis reciprocæ ſibi competente privetur, *c. cum beatus diſtinct. 45. c. eſto ſubditus. & ibi gloſ. diſtinct. 95. c. ſi debuit. & ibi gloſ. 32. quæſt. 6. c. ſignificaſti. circa. fin. & ibi gloſ. 32. extr. de elect. c. ad decorem. & ibi gloſ. extr. de inſtitut. l. Mænius. l. cum fundus. & l. in teſtamento ita erat ſcriptum. ff. de condit. & demonſtrat. l. ſi nota fuit remiſſam ff. de jurejur. l. quæro. §. inter locatorem. ff. de locat. & conduct. c. provenit. & ibi Panor. extr. de jurejur. c. 1. circa fin. de form. fidelitat. Auth. dos dota. C. de donat. ante nupt. Panor. conſ. 61. col. 2. lib. 2. Roni. conſ. 517. Barbat. conſ. 36. col. 12. & col. 15. lib. 2. conſ. 74. col. 11 lib. 3. Corn conſ. 373. col. 2. lib. 1. Dec. conſ. 380. Iaſ. conſ. 81. col 1. lib 1. Tiraquel. in tract de ll. connubial. gloſ. 1. part. 13. nu. 42. huc accedit. quòd qui non facit. quod debet. non recipiat quod oportet. Bald c. 1. qual. Dominus præp feud. privet. Bald l. poſt legatum. ff. de his quib. ut indig.*

Quòdque nemo ſe juvare poſſit ex eo, quod ipſe tacitè vel expreſsè impugnavit, aut ex parte ſua non adimplevit, *c. ex eo. & ibi Dii. & Dd. de Reg jur. lib. 6. l. cum proponas. la 2. & ibi Alex. Iaſ. Dec. & Dd. C de pact. l. quæro. § inter locator. & ibi Bar. de loc. & & cond. His adde quòd frangenti fidem, fides licitè frangatur c. fruſtra. & ibi gloſ Dii. & Dd. Bar. Bald. Alex. Iaſ. Dec. & Dd. c. de pact Bart l. pollicitationem arg. ill text. ff. de jur dot. Imol. conſ. 15. in prin. conſ. 81. Bald. conſ. 316. lib. 3. Rom. conſ. 155. nu. 7. conſ. 204. nu. 9. conſ. 244. nu. 2. Alex conſ. 32. num. 9. lib. 2.*

Deinde etiam hanc ſententiam confirmat, namque inveſtituræ ſimultaneæ reciprocæ ſunt quaſi connexæ.

84 Et certum eſt, † quòd diſpoſitum de uno connexorum etiam in alio locum habeat, Quòdque uno ex connexis ſublato etiam aliud tollatur, *c. translato. & ibi Bald Abb. Dec. & Dd extr. de conſtitut. c. quanto extr. de judic. l. libellum. C. de diverſ. reſcript. l ſi ita §. Regula ff. de liber. & poſthum. Bald. l quid ergo §. ſufficit. arg. ill. text. ff. de contrar. judic. gloſ. c. quia in tantum extr. de præbend.*

Sed ex inveſtituris mihi transmiſſis, nempe ex inveſtitura Regis G. & Regis L. ite ex inveſtitura Præfecti inferioris Luſatiæ facta nomine Regis U. ex nec non inveſtitura Regis L. etiam ex inveſtitura Imperatoris F. liquet atque patet; quòd pater avus atque proavus, nec non & patrui Domini A. A. Baronis in B. nomine Domini N. N. Baronis a B. ejusque fratrum, patris & avo etiam ad eorum utilitatem petere neglexerunt renovationem ſimultaneæ inveſtituræ reſpectu Baroniæ F. aliorumque bonorum ab ipſis poſſeſſorum, & ſic quòd ipſi deliquerint contra jus ſimultaneæ inveſtituræ reciprocum.

Similiter etiam ex illis inveſtituris liquet quòd ſimultanea inveſtitura in Baronia F. aliisque bonis a patre, avo, & proavo Domini A. A. poſſeſſoris non fuerit renovata in favorem Domini N. N. ejusque fratrum avi, & proavi, quòdque Dominus N N. ultimus poſſeſſor Baroniarum controverſarum, ejusque fratres, pater, & avus, penitus fuerint excluſi à jure ſimultaneæ inveſtituræ reſpectu Baroniæ F. aliorumque bonorum a patre, avo, & proavo Domini A. A. poſſeſſorum.

Et quòd amplius eſt, in actis mihi transmiſſis narratur, quòd Dominus M. Baro à B. avus Domini A. A. id egerit & innixus fuerit, ut excluſis agnatis ſuis quidam Dominus in P. cum illo ſimultaneè inveſtiretur de Baronia F.

Et ſic etiam ex hoc apparet, Dominum M Baronem a B patrem Domini A. A. contra jus reciprocum ſimultaneæ inveſtituræ deliquiſſe.

Igitur etiam ex hoc ſequitur, quòd Dominus A. A. ejusque pater, avus & proavus, a jure ſimultaneæ inveſtituræ reciprocæ, ſi quod in Baroniis contruverſis competiit, penitùs excluſus ſit.

Sexageſimò † Renunciatio & refutatio feudi facta a Vaſallo, ſi illa ſit vel realis vel omnimoda; illius naturæ & efficaciæ eſt, ut illa ſemper & perpetuò duret, & renunciantem ejusque deſcendentes ab iſto feudo, cui renunciatum eſt, perpetuò excludat, nec expiret; etiamſi is, cui renunciatio facta eſt, vel liberi, aut deſcendentes illius abſque filiis maſculis mortui fuerint, *c. 1 & ibi gloſ. Iacob. de Belvis. Andr. de Iſer. Bald. Alvarot. Mart. Laud. Præpoſ. Matth. de Afflict.* 85

Frideric. Schenck. & Dd. de eo qui fin. fecit agnat. de feud. patern. glos. c. si quis miles. & ibi Iacob. de Belvis. Alvar. Præpos. Imper. Lothar. Eugen. glos. c. 1. & ibi Iacob. de Belvis. Andr. de Iser. Mart. Laud. Alvar. Præpos. & Matth. de Afflict. & Frideric. Schenk. de Vasall. decrepit. ætat. Alex. cons. 13. num. 4. 5. & 6. lib. 5. Ruin. cons. 11. num. 10. lib. 1. Iacob. de S. Georg. in tract. feud. verb. & unus ex dictis Vasallis. num. 7. Tiraquel. in tract. de jur. primogen. q. 86. n. 7. Curt. jun. in tract. feud. 2. par. 3. par. prin. q. 13. num. 35. Thom. de Marin. in tract. de gener. & qualit. feud. lib. 1. tit. 6. nu. 32. Rom. cons. 22. Paul. Cast. Alex. Francis. Aret. Cravet. & Dd. l. qui Romæ. § duo fratres. & ibi Addit. ad Bart. nu. 24. Rip. num. 88. Socin. jun. nu. 140. ff. de verb. obligat.

Huc accedit, quòd nemini detur regressus ad illa, quibus ipse semel renunciavit, *l. quæritur. §. si venditor. ff. de ædit. edict. l fin. C. de remiss. pignor. c. quàm periculosum 7. q. 1. Socin. jun. cons. 94. nu. 32. cons. 119. nu. 21. lib. 3. Card. Paris. cons. 135. nu. 20. lib. 4.*

Sed Dominus M. Baro à B. avus Domini A. A. per translationem ritè & legitimè initam Anno Domini 1497. Baronias controversas cessit & refutavit Domino U. juniori Baroni à B. patri Domini N. N. ultimi possessoris omnes Baronias controversas, illamque cessionem, renunciationem, refutationem anno sequenti reiteravit & geminavit.

Nec non etiam illa renunciatio, & refutatio est realis, & omnimoda, sicut hoc inferiùs docebimus.

Igitur sequitur, Dominum M. ejusque filios, & nepotes, nec non & omnes descendentes illius, & inter cætera Dominum A.A. per istam renunciationem, refutationem, & cessionem in perpetuum exclusos esse, ab omni penitùs jure, si quod ipsis forsan in Baroniis controversis competiit, nec illam renunciationem, & refutationem, ideò expirasse, quòd filii Domini U. cui ista renunciatio & refutatio facta est, absque liberis masculis decessère, & Baroniæ controversæ Domino feudi apertæ fuère.

386 Sexagesimo primo, † illa renunciatio & refutatio feudi dicitur esse realis, & omnimoda, quæ est generalis, sive quæ est concepta verbis generalibus, *And. de Iser. c. 1. n 1 & ibi Alvar. in expos text. verb omnino Iacob. de Belvis. Præpos. Matth de Afflict. n. 2. & Frideric. Schenk de eo qui fin. fecit agnat. de feud pater.*

Multò verò magis renunciatio sive refutatio feudi dicitur esse Realis & omnimoda eo casu, quando illa est facta verbis & universalibus, *Iacob. de Belvis. c. 1. de eo qui fin. fecit. agnat. de feud. patr.*

Quinimò Dd. tradunt, renunciationem sive refutationem feudi, factam simpliciter, realem & omnimodam censendam, *And. de Iser. c. 1. circa prin. & ibi Mart. Laud. n. 5. Matt. de Afflict. nu. 15. & 39. de Vasall. decrepit. ætat. Alex. cons. 13. num. 5. lib. 5. Matth. de Afflict. c. 1. num. 2. de eo qui fin fecit. agnat. de feud pater.*

Idem quoque juris est, si renunciatio sive refutatio feudi fuerit absoluta, namq; & illa realis & omnimoda esse censetur.

In dubio quoque, † refutationem sive 387
renunciationem feudi realem & omnimodam censendam tradit, *Matth. de Afflict. c. 1. num. 3. de eo qui fin. fecit.*

Licet quoad hoc ultimum contrarium teneat, *Ruin. cons. 11. lib. 1.*

Sed renunciatio & refutatio, quæ de Baroniis controversis à Domino M. avo Domini A.A. Anno Domini 1497. facta & Anno 1498. reperita, reiterata, est concepta non tantùm verbis simplicibus absolutis vel generalibus, sed etiam universalibus.

Igitur sequitur, dubio omni carere, quòd illa renunciatio sit & Realis & omnimoda, atq; hoc operetur, ut per illam renunciationem & refutationem Dominus M. ejusque filii, nepotes & descendentes, à Baroniis controversis in perpetuum exclusi sint, utque ad illas Baronias ipsis non detur regressus, propter hoc, quòd filii Domini U. cui ista renunciatio & refutatio facta est, absque filiis masculis decessère.

Sexagesimo secundo, † dubio omni 388
caret, refutationem & renunciationem feudi dici & realem & omnimodam eo casu, quando verba instrumenti hoc sonant, denorant, sive important, *Rom. cons. 22. nu. 3. Alvar. c. 1. nu. 2. vers. oppono. cum glossa. de Vasall. decrepit. ætat. Matth. de Afflict. c. 1. nu. 2. circa. fin. de eo qui fin. fecit. agnat. de feud. pater.*

Similiter & renunciatio sive refutatio feudi dicitur esse omnimoda & realis, quando verba renunciationis sive refutationis sunt concepta in rem, *Alex. cons. 13. n 5. lib. 5.*

Illaque sententia confirmatur, tùm per 389
id, quòd traditur, renunciationem hæreditatis sive successionis censeri perpetuam, omnimodam, & omnes omninò casus comprehendere, quādo ista renunciatio est concepta in rem & respicit ipsam hæreditatem, sive successionem, *Card. Paris. cons. 26. num. 44. l. 3 & est de mente Corn. cons 291 col. 3. lib. 4. Covarru. Rep. c. quamvis. §. 3. num. 4. vers. decimo, est omninò, de pact. lib. 6.*

Tùm,

390 Tùm, † quia & statutum conceptùm in rem omnes omninò casus, omnesque personas comprehendit, *Pet. & Cyn. l. cunctos populos. col. fin. C. de sancta Trinitat. & fide catholic. Petr. de Anchor. cons. 163. dub. 1. Imol. c. cùm olim ad fin. extr. de Cleric. conjugat. Chalder. in sua disputat. incip. statuto cavetur. Chalder. c. quod Clericis. & ibi Panor. col. 5. & 6. Barbat. col. 14. extr. de for. compet. Panor. c. postulasti. cól pen. extr. eod. tit. Tiraquel in tract. de jur. primogen. quæst. 46. nu. 5. & 6.*

391 Eodem modo & secundum aliquorum Dd. sententiam † renunciatio sive refutatio feudi realis & omnimoda esse censetur, si in ista renunciatione sive refutatione hæredum mentio facta fuerit, *Thom. de Marin. in tract. de generib. & qualitat. feud. lib. 1. tit. 6. n. 32.*

Et licet hæc sententia refragari videatur textui, *c. 1. de eo, qui fin. fecit.*

Eamque ob causam minimè videatur tenenda esse.

Attamen ego illam sententiam absque omni dubio locum habere judico, eo casu, quando renunciatio sive refutatio feudi est facta ipsi recipienti, & omnibus sive quibuscunq; hæredibus & successoribus illius, sicut hoc satis probatur.

Tùm per id, quod suprà docui, dispositionem loquentem de omnibus sive quibuscunque hæredibus & successoribus comprehendere omnes omninò hæredes & successores tàm singulares quàm universales.

Tùm per id, quod tradit *Rum. conf. 11. nu. 10. lib 1.* ubi ipse concludit, illam renunciationem feudi censeri realem & omnimodam, quæ facta est non tantùm pro recipiente, & hæredibus, sed pro omnibus.

Tum per id, quod tradit *Francisc. Aret. l. qui Roma. §. duo fratres. quæst 10. & ibi Crat. nu. 150. Francisc. Rip. nu. 88. ff. de verb. obligat.* Dum videlicet ibi tradunt illam renunciationem censeri omnimodam & realem, quæ cujuscunque favorem & utilitatem respicit.

Deinde etiam Dd. tradunt, renunciationem sive refutationem feudi censeri realem & omnimodam, eo casu, quando quis renunciat juri competenti & competituro, *Rom. cons. 22. nu. 3. Matth. de Afflict. c. 1. nu. 3. de eo, qui fin. fecit agnat. de feud. pater.* Licet quòd hoc contrarium teneat *Ruin. conf. 11. nu. 11. lib. 1. arg. illorum, quæ tradit Bart. l. qui Romæ. §. duo fratres. nu. 24. & ibi Alex. Francisc. Aret. Ias. nu. 78. cum 2. seqq Cratt nu. 146 cum 4. seqq Francis. Rip. nu. 88. & 89. Socin. Iun. nu 140. ff. de verb. obligat. Frideric. Sen cons. 77. Rom l. 1. quæst. 12. C. quando non pet. part.*

Præterea quoque renunciatio sive refutatio censetur esse realis & omnimoda, quando in ista renunciatione sive refutatione intervenit acceptatio sive Aquiliana stipulatio, *Rom. cons 22. nu. 3. Matth. de Afflict c. 1. num. 3. de eo, qui fin. fec. agnat. de feud. patern.*

Sed ex renunciatione & refutatione facta a Domino M. avo Domini A.A. Anno 1497. clarè liquet, quòd Dominus M. Baroniis controversis omninò renunciaverit, quòdque voluerit, ut Dominus U. quoad suum præjudicium istas Baronias habere, tenere & possidere debeat, tanquam bona merè allodialia & hæreditaria, iisque tanquam bonis merè allodialibus & hæreditariis uti & frui debeat, Sicut hoc patet ex iis verbis, **zu rechten Erben/als Erbes recht ist.**

Et verba renunciationis sive refutationis, præsertim illius, quæ Anno 1498. repetita est, clarè demonstrant, illam renunciationem esse in r[illegible] conceptam, & principaliter respicere rem, Baronias nempe controversas, atque Dominum M. etiam interveniente acceptatione Domino U. remisisse omne jus, quod ipse in illis Baroniis habuit vel habere potuit, & sic jus tam competens quam competiturum.

Deinde etiam ex illâ renunciatione sive refutatione, præsertim ex illis verbis, **Allen seinen Erben und Erbnemen** / in ista renunciatione non semel, sed bis positis, clarè liquet atque patet, illam renunciationem sive refutationem esse factam ipsi Domino U. atque omnibus, sive quibuscunque hæredibus & successoribus, nec non & hæreditatis sive successionis illius capacibus. Eamque ob causam illam renunciationem commodum sive utilitatem omnium & quorumcunque respicere.

Igitur etiam ex hoc sequitur, illam renunciationem a Domino M. patre Domini A.A. factam Anno 1497. & repetitam, Anno 1498. esse realem & omnimodam & hoc operari, ut Dominus M. ejusque filii, nepotes & descendentes a Baroniis controversis penitùs, & in perpetuum exclusi sint, nec illis ad istas Baronias ullus regressus detur propter hoc, quòd filii Domini U. absque liberis masculis mortui sunt.

Sexagesimo tertio, † Refutatio sive renunciatio relativa sive respectiva, realis & omnimoda censetur, eo casu, quando & illa renunciatio reciproca, cujus respectu ista renunciatio facta est, similiter est & realis & omnimoda, *Bald. c. 1. §. si quis miles. n. 10. Imperat. Lothar. Eugen.* 392

Sed illa renunciatio sive refutatio, quam Dominus M. Anno 1497. fecit, & Anno Domini 1498. repetiit, est respectiva sive reciproca. Cùm Dominus M. Baro à B. illam renunciationem & refutationem fecerit eo respectu & contemplatione; quòd Dominus U. Baro in B. vicissim ipsi Domino M. renunciavit, refutavit & cessit omne jus, sive quod ipse in Baronia F. habuit, vel habere poterat.

Et illa renunciatio reciproca, quam Dominus U. Domino M. respectu Baroniæ F. fecit, est realis & omnimoda, prout in actis mihi transmissis narratur.

Igitur sequitur, & illam renunciationem sive refutationem, quam Dominus M. avus Domini A. A. Domino U. respectu Baroniarum controversarum fecit, realem & omnimodam esse.

393 Sexagesimo quinto, † Renunciatio feudi absque omni dubio censetur esse realis & omnimoda, atque [illegible] operatur, ut renuncians, ejusque filii & descendentes in perpetuum a successione illius feudi excludantur, nec ad successionem illius feudi admittantur, etiamsi is, cui ista renunciatio sive refutatio facta est, vel descendentes illius, absque liberis masculis mortui fuerint; eo casu, quando ista renunciatio illo pacto facta est, ut is, cui ista renunciatio facta est, de illo feudo tanquam de feudo novo investiatur, *c. 1. & ibi gloss. Iacob. de Belvis. Andr. de Isern. Bald. Mart. Laud. Alvar. Præpos. Matth. de Afflict. Frideric Schenk. & Dd. de eo, qui fin. fecit agnat. de feud. patern. gloss. c. si quis miles. & ibi Iacob. de Belvis. Andr. de Iser. Mart. Laud. Bald. Alvar. Præpos. & Matth. de Afflict. Imperator Lotharius Eugen. gloss. c. 1. & ibi Iacob de Belvis. Andr. de Isern. Bald. Mart. Laud. Alvar. Præpos. & Matth. de Afflict. de vasall. decrepit. ætat gloss. c. 1. verb. de novo beneficio. & ibi Iacob. de Belvis. Mart. Laud. & Præpos. an agnatus. Alex cons. 13. nu. 4. lib. 5. Rum. cons. 11. nu. 10. lib. 1. Præpos. c. 1. §. præterea, quib. mod. feud. amittitur. Iacob. de S. Georg in tract. feud. verb. & unus ex dictis vasallis. nu. 7. Tiraquel. in tract. de jur. primogen. quæst. 26. nu. 4. & quæst. 86. nu. 7.*

Et hoc habet locum, sive expresè sive tacitè id actum fuerit, ut is, cui ea renunciatio sive refutatio facta est de isto feudo tanquam de novo feudo investiatur: Cùm taciti & expressi sit eadem virtus & efficacia, *l. cùm quid. & ibi Ias. & Dd. ff. si cert. petat.*

Idem quoque juris est, si vel ex iis, quæ vel postea secuta sunt, sive ex observantia postea secuta sive ex aliis conjecturis vel præsumptionibus constet id actum & conventum esse, ut is, cui renunciatio sive refutatio feudi facta est, de isto feudo tanquam de feudo novo investiatur.

Namque clari juris est, quòd ex iis, quæ postea sequuntur, colligatur, qualis fuerit animus in præcedentibus, *l. sed & Iulianus. §. perinde. ff. ad Senatuscons. Macedon.*

Quodque ab observantia postea secuta actus quilibet declarationem recipiat, sicut hoc supra comprobavi.

Similiter clari juris est, † & conjecturas sive præsumptiones vim probationis manifestæ obtinere, illudque, de quo constat, per conjecturas pro expresso habendum, sicut hoc inferiùs docebo. 394

Sed in casu præsenti ex iis, quæ postea secuta sunt, sive ex observantia postea secuta, nec non ex multis aliis indiciis & conjecturis liquet, inter Dominum M. avum Domini A. A. & Dominum U. patrem Domini N. N, ultimi possessoris Baroniarum controversarum initum esse, ut Dominus U. de Baroniis controversis tanquam de feudo novo investiatur.

Tum; quia Dominus M. renunciavit Baroniis controversis in favorem Domini U. omniumque hæredum & successorum, nec non & successionis ipsius capacium, &c, quidem ea lege, ut Dominus U. ejusque hæredes & successores tam universales quam singulares istas Baronias habeant & possideant, ut bona merè allodialia, quòd feudi antiqui naturæ refragari dubio omni caret.

Tum, quia ex literis cessionis sive traditionis, vel potius reiteratæ renunciationis factæ Anno 1498. clarè liquet atque patet, quòd Dominus M. avus Domini A. A pro se atque hæredibus suis incolis Baroniarum controversarum remiserit omnia juramenta tam fidelitatis quam assecurationis, quibus ipsi incolæ Domino M. obstricti fuere, aut ipsi vel hæredibus ipsius obstricti esse possint.

Quod similiter feudi antiqui naturæ refragari dubio omni caret.

Cùm certum sit, quòd in feudis antiquis, præsertim Baroniis, illi, qui habent jus succedendi in talia feuda, semper retineant tale jus, quod subditi & incolæ feudorum ipsis saltem in eventum præstare tenentur juramentum & fidelitatis & assecurationis.

Tum, quia jure Saxonico, quod in iis locis, in quibus Baroniæ controversæ sitæ sunt, expresè cautum & dispositum est,

quòd

quòd respectu agnatorum transversalium sive collateralium omnia feuda censeantur esse nova, ita ut agnati transversales ad successionem illorum feudorum non admittantur, nisi agnati transversales de illis feudis simultaneè nec investiti fuerint.

Et ex investituris a Rege U. & a Rege L. nec non & ab Imperatore F. post illam renunciationem sive refutationem concessis Domino U. ejusque filiis clarè liquet atque patet, quòd de Baroniis controversis tantum investiti sint ipse Dominus U. ejusque filii pro se atq; hæredibus ipsorum feudalibus ex corpore ipsorum descendentibus, quòdque in illis investituris nulla fiat mentio, quòd Dominus M. ejusque filii, nepotes & descendentes de Baroniis controversis simultaneè investiti sint.

Similiter & in investituris concessis Domino M. ejusque filiis & filiis & nepotibus, post istam renunciationem sive refutationem factam nulla penitus mentio fit, Dominum M. ejusque filios, nepotes & descendentes de Baroniis controversis simultaneè investitos.

Tum, quia per sententiam latam Anno 1551. in judicio inferioris Lusatiæ contra patruos Domini A.A. pronunciatum est, ipsos in Baroniis controversis simultaneam investituram non habere.

Et sic ex illâ observantiâ postea secutâ, nec non & ex aliis conjecturis clarè liquet atque patet, in renunciatione sive refutatione facta de Baroniis controversis a Domino M illud saltem tacitè actum esse, ut Dominus U. ejusque filii, & descendentes de illis Baroniis tanquam de feudo novo investirentur.

Igitur etiam ex hoc capite sequitur, renunciationem sive refutationem respectu Baroniarum controversarum factam a Domino M. avo Domini A.A. realem & omnimodam censeri atque hoc operari, ut & Dominus M. & filii, nepotes, atque descendentes ejus ab illis Baroniis in perpetuum exclusi esse censeantur, utque ipsis ad illas Baronias regressus non detur propter hanc causam quòd filii Domini U. cui ista renunciatio facta est, absque liberis masculis decessere.

Sexagesimo quinto, Refutatio sive renunciatio feudi censetur esse & realis & omnimoda, si in ista renunciatione sive refutatione tacitè vel expressè dictum vel contractum fuerit, quòd is, cui ista renunciatio facta est, de isto feudo facere & disponere possit, prout voluerit, sicut hoc satis probatur.

395 Namque clari juris est, nec non & à Dd. communiter traditum, † quòd feuda æquiparentur fideicommissis sive rebus restitutioni subjectis, *Andr. de Iser c. 1 §. hoc quoq. nu.9.& ibi Matth. de Afflict. nu.3. de success. feud. Andr. de Iser. c.1.§. quid ergo nu.7. & ibi Matth. de Afflict. nu. 20. de investitur de re alien. fact. Andr de Iser. c. 1. nu. 10 de alien. feud. pater. Bald. cons. 38. nu. 5. lib. 1. Matth de Afflict. in prælud. feud. nu. 178. Card Paris. cons. 65. nu. 16. lib. 3 Socin. jun. cons. 72. nu. 27. lib. 1.*

396 Et Dd. tradunt, quòd † realis & omnimoda renunciatio fideicommissi inducatur, si in divisione hæreditatis, ex qua fideicommissum relictum est, dictum vel conventum fuerit, quod quis de rebus divisis facere possit, prout voluerit, *Alex cons. 62. col. 1 lib. 7. Ang. l. qui Romæ. §. duo fratres. q. 5 & ibi Crot. q. 3. ff de verb. oblig. et Card Paris. cons. 46. col. 5. lib. 2. cons. 71. col. 2. lib. 3 Ruin. cons. 133. col. 1 lib. 2.*

397 Similiter & renunciatio † sive refutatio feudi censetur esse realis & omnimoda, si in ista renunciatione sive refutatione dictum sive conventum fuerit, quòd is, cui ista renunciatio facta est, illud feudum debeat habere pleno jure, sicut hoc in simili in fideicommisso decidit, *Anton. Gab. Rom. in tract. Regul. lib. 4. tit. de fideicommiss. conclus. 1. nu. 36. ubi ipse affirmat, idem velle & sentire. Alexand. cons. 36 col. 2 in fin. lib. 4 Socin. cons. 43. col. 3. lib. 4 Ruin cons. 137. col. 1 & 4. cons. 138. col. 1. & seq lib. 2. & cons. 99. col. 5. lib. 4.*

Sed in illa renunciatione sive refutatione, quam Dominus M. avus Domini A. A. de Baroniis controversis fecit, illud & actum & conventum est, quòd Dominus U. cui ista renunciatio facta, ejusque hæredes & successores tam universales quam singulares illas Baronias debeant habere & possidere pleno jure, sicut hoc patet ex illis verbis, Zu rechtem Erbe / als Erbens Recht ist.

Ex quibus verbis clarè liquet, illud actum esse, quòd Dominus U. istas Baronias debeat habere & tenere tanquam res merè allodiales & hæreditarias, & sic pleno jure.

Similiter ex ista renunciatione clarè liquet, illud actum esse, quòd Domino U. cui ista renunciatio facta sit de Baroniis controversis facere & disponere possit, prout voluerit.

Tum, quia in illâ renunciatione id actum est, quòd Dominus U. Baronias controversas tanquam res merè allodiales & hæreditarias habere, tenere & possidere debeat.

Et cer-

Et certum est, quòd de rebus merè allodialibus & hæreditariis quis possit facere & disponere, quæ ipse vult, *l. in re nostra data. C. mandat.*

Tum, quia ista renunciatio sive refutatio est facta Domino U. atque omnibus sive quibuscunque hæredibus & successoribus, nec non & hæreditatis illius capacibus, sicut patet ex illis verbis, Vnd allen seinen Erben vnd Erbnehmen.

398 Et certum est, † quòd de feudo concesso alicui, & omnibus sive quibuscunque hæredibus & successoribus illius quis possit disponere sive facere tàm in vivos quam in ultimâ voluntate, prout voluerit, sive pro liberæ voluntatis arbitrio, *Bald. c. 1. in princ. col. pen. de prohib. feud. alien. per Frideric. Bald. l. 1. quæst 34. ff. de rer. divis. Alex. & Ias. l. quadam. §. nihil interest. ff. de edend. Alex. l. etiam. ff. solut. matrim. Alex. l. Gallus. §. etiamsi à parent. ff. de liber. & posthum. Alex. l. si patroni. in princ. ff. ad Senatuscons. Trebellian. Ias. in prælud. feudor. nu. 47. Ias. l. 1. § nunciatio. num. 6. ff de oper. nov. nunc. Ias. l. cùm filiusfamiliàs. col. 15. ff. de legat. 1. Alex. cons. 7. lib. 7. Corn. cons 16 & cons. 236. lib. 1 Iacob. de S. Georg. in tract feud. verb. & cum pacto nu. 11. Curt. in tract. feud. 2. par 3. par. princ. nu. 62. & 4 par. nu. 130. Card. Paris. cons 65. lib. 3.*

Igitur etiam ex hoc sequitur, illam renunciationem sive refutationem, quà Dominus M. avus Domini A. A. de Baroniis controversis Domino U. fecit, esse & realem & omnimodam, & hoc operari, ut Dominus M. ejusque filii & descendentes à Baroniis controversis in perpetuum sint exclusi, neque illis ad eas regressus non detur propter hanc causam, quòd filius Domini U. absque liberis masculis decesserit.

399 Sexagesimo sexto, † Renunciatio, sive refutatio feudi absque omni dubio censetur esse realis & omnimoda, eo casu, quando ex aliquibus indiciis, conjecturis, sive præsumptionibus liquet, illud actum esse, ut ista renunciatio sive refutatio sit & realis & omnimoda.

400 Namque certum est, † quòd præsumptio dicatur esse probatio evidens, *l. quidam testamento. ff. de vulgar. & papillar. l. licet Imperator. & ibi Ias. ff. de legat. 1. Abb. c. licet. causam notab. 11. extr. de probat. Abb. c. cùm dilecti notab. 1 extr. de donat. manifesta c. 2. & ibi Ias notab. 2. extr. de censib. c. 1. & ibi Abb. notab. 2. extr. de Cleric. non resident. Bart. l si quis ex argumentariis. §. pen ff de edend. Bald. l. cùm proponebatur. arg. ill. text. ff. de legat. 2.*

Patens, *Abb. c. ad nostram no. ab. ... ill. text. extr. de empt. & vendit. Ias. d. l. ... Imperator. nu. 7.*

Certa & indubitata, *gloss. c. quoniam. §. sin autem. verb præsumatur extr. ut lite non contestat. Felin. Rub. nu 2. extr. de probat.*

Liquida, *lib. 1. & ibi. Ang. Alex. & Ias. C. de testam. militar.*

Liquidissima, *gloss. l. si tutor petitus. & ibi Bart. C. de pet. tut. Imol. l. quæsitum. ff. de re judic. Imol. l. in tempus. §. 2. & l. si ita quis hæres. ff. de hæred. instit. Florian. l. patronus. in princ. ff. de probat. Barbat. l. sciendum. col. 10. ff. de verb. obligat. Bald. l. ita demum. col. fin. C. de procur. Bald. l. 1. oppos. 3. C. si in fraud. patr. Bald. cons. 193. col. 2. lib. 2. cons. 483. lib. 5. Paul. Castr. cons. 116. col. 3. lib. 1. & cons 74. col. 2. lib. 2. Alex. l. manifestæ notab. 2. ff. de jurejur. Ias. l licet Imperator. nu. 8. ff. de legat. 1. Felin. Rub. nu. 2. & ibi Dd. Dec. nu. 13. extr. de probat. Ias l. 1 nu. 9. C de testam. militar. Tiraquel. Rep. l. si unquam. verb. donatione largitus. nu. 158. C. de revoc. donat.*

Lucidissima, *Fulgos. l. 1. C. de testam. milit. Alciat. in tract. de præsumpt. par. 3. nu. 3. & 4.*

Et pro veritate habeatur, *gloss. fin. l. pen. ff. de probat. Ias. l. 1. nu. 9. C. de testam. militar.*

Atque ad reportandam victoriam sufficiat, *Felin. Rubr. nu. 2 extr. de probat. Ioan. Nicol. in add. ad Alciat. in tract. de præsumpt. par. 3. nu. 4.*

Præterea quoque illa probatio, quæ fit per præsumptionem, sive conjecturam, æquipollet probationi instrumentali sive instrumento publico, *Bald. l. 1. §. & ut plenius. nu. 4. C. de rei uxor. act. Bald. l. 1. nu. 18. C. de fideicommiss. Bald. l. cùm acutissimi. col. 7. C. eod. tit. Ias. l. sciendum nu. 23 ff. de verb. obligat. Ias. l. 1. nu. 10. C. de testam militar. Ias. cons 25. col. 2. lib. 1. Alciat. in tract. de præsumpt. par. 3. nu. 4. Dec. Rub. nu. 13. extr. de probat. Tiraquel. Rep. l. si unquam. verb. donatione largitus. nu. 159. C. de revoc. donat. Alex. cons. 126. nu. 9. lib. 6. Hip. de Marsil. Rub. nu. 71. C. de probat. Hip. cons. 44.*

Illaque sententia ut verior & communior est, licet contrarium, & malè meo judicio teneat, *Ias. l. certi condictio. in princ. col. 8. post medium. ff. si cert. petatur. Ias. §. præjudiciales nu. 7. instit. de Act. Rom. l. 1. C. de testam. militar.*

Et hoc penitùs indubitatum est, plures conjecturas, sive præsumptiones simul junctas plenam probationem facere, *gloss. l. 2. §. 1. ff. de excus. tutor. gloss l. 3. §. ejusdem. ff. de testib. gloss. l. instrumenta. C. de probat.*

gloss.

gloss. c. cùm dilectus. extr. de success. ab intestat. gloss. c. cùm causam extr. de probat. gloss. c. accedens. el. 1 extr. ut lit. non contestat. Rom. cons. 7. col. 1. cons. 8. & cons. 54. Bald. & Hip. de Marsil. Rub. C. de probat. Calcan. cons. 8. nu. 9. & cons. 77. nu. 4. Aym. & Cravett. cons. 73. nu. 19. & 158. nu. 11. Hip Rub. nu. 330 C. de probat.

Deinde etiam illud, de quo constat, per conjecturas sive præsumptiones dicitur expressum, & pro expresso habetur, *l. Prætor. in princ. vers. interdictum hoc junct. gloss. & ibi Bart. Bald. Imol. Rom. Alex. Jas. & Dd. ff. de oper. nov nunc. Alex. cons. 126. col. fin. lib. 6. Rom. cons. 271. circa fin. Bal. Barbat. c. Rainaldus. c. 144. extr. de testamentis Barbat. cons. 25. col. pen. lib. 1. cons. 89. col. 4. lib. 4. Tiraquel. in tract. de ll. connubial. gloss 7. nu. 162. cum seqq.*

Quinimò aliqui Dd. tradunt, illud censeri nominatim, & factum & expressum, de quo ex conjecturis vel præsumptionibus constar, *Bart. l. 1 ff. vi bon. rapt. Barbat. cons. 89. col. 3. lib. 1.*

Huc etiam accedit id, quod traditur, realem & omnimodam renunciationem, sive refutationem fideicommissi etiam per conjecturas & præsumptiones probari, *Bald. l. qui cum tutoribus. ff. de transact. Alex. l. qui Romæ. §. duo fratres. col. 11. ff. de verb. obligat. Anton. Gab. Rom. in tract. Regul lib. 4. tit. de fideicommiss. conclus. 1. nu. 36.*

Sed in casu præsenti ex multis evidentissimis indiciis, conjecturis, & præsumptionibus liquet, quòd illa renunciatio & refutatio, quam Dominus M. avus Domini A. A. de Baroniis controversis facit, sit & realis, & omnimodà.

Tum, quia Dominus M. istam renunciationem fecit Domino U. pro se atque omnibus sive quibuscunque hæredibus & successoribus, nec non & capacibus successionis Domini U.

Tùm, quia illa renunciatio est facta non tantùm verbis generalibus, sed etiam verbis universalibus.

Tùm, quia Dominus M. renunciavit omni juri & competenti, & competituro.

Tum, quia in ista renunciatione actum est, ut Dominus U. ejusque successores tam universales, quam singulares istas Baronias tanquam res merè allodiales sive merè hæreditarias habere, tenere, & possidere debeat.

Tum, quia in ista renunciatione id actum est, ut Dominus U. ejusque successores Baronias controversas habere & possidere debeant, pleno jure, & cum potestate de iis faciendi & disponendi pro suo libitu.

Tùm, quia ista renunciatio sive refutatio per præstationem fidei, quæ jurejurando æquipollet, confirmata & roborata est.

Tùm, quia ista renunciatio post intervallum anni reiterata & repetita est, & quidem cum verbis non tantum generalibus, sed etiam cum verbis universalibus.

Tùm, quia in istà reiterata sive repetitâ renunciatione Dominus M. vasallos & incolas Baroniarum controversarum ab omni obligatione juramenti tam fidelitaris quam assecurationis, qua ipsi obstricti fuère, aut ipsi, aut hæredes ipsius obstricti esse possent, liberavit.

Tùm, quia post istam renunciationem & refutationem, Reges B. Dominum U. cui ista renunciatio facta est, & filios ipsius rantum investierunt, de Baroniis controversis, pro ipsis & hæredibus ipsorum feudalibus ex corpore ipsorum descendentibus, nec in istis investituris ulla est facta mentio, quòd Domino M. ejusve filiis, nepotibus & descendentibus simultanea investitura in Baroniis controversis concessa vel renovata fuerit.

Er clari juris est, quòd secundùm dispositionem juris Saxonici, quis jus succedendi in feudo etiam antiquo, non retineat, nisi ipsi simultanea investitura in istis feudis concessa, atque semper eveniente casu petendæ investituræ renovata fuerit.

Tùm, quia nec in investituris quidem quas Dominus M. ejusque filii a Regibus B. post illam renunciationem sive refutationem impetrarunt, ulla facta est mentio, quòd Dominus M. ejusve descendentes de Baroniis controversis simultaneè investiti sint.

Tùm, quia ista renunciatio, quam Dominus M. de Baroniis controversis fecit, est respectiva, sive reciproca, & ideò facta, quia Dominus U. Domino M. refutavit omne jus suum, quod ipse in Baroniis F. habuit, illaque renunciatio facta a Domino U. de Baroniis F. est realis & omnimoda.

Et certum est, quòd renunciatio respectiva sive reciproca censeatur esse ejusdem naturæ proprietatis & efficaciæ, cujus naturæ proprietatis & efficaciæ est illa renunciatio, cujus respectu illa renunciatio reciproca facta est.

Tùm,

Tùm, quia post illam renunciationem Dominus U. ejusque filii Baronias controversas respectu Domini M. ejusque descendentium, ultra quinquaginta annos possederunt, tanquam feudum novum; & in quo Domino M. nullum jus succedendi competeret.

Et certum est, quòd respectu temporis longissimi, quòd videlicet is, cui refutatio facta est, feudum refutatum respectu renunciantis, ejusque descendentium tanquam feudum novum possedit, probetur & præsumatur, renunciationem feudi factam esse realiter & omninò.

Tum, quia suprà comprobatum est, in renunciatione factà à Domino M. de Baroniis controversis, saltem id tacitè factum esse, ut Dominus U. ejusque filii & descendentes de Baroniis controversis tanquam de feudo novo investirentur.

Igitur sequitur, per hasce conjecturas & præsumptiones satis superque probari, quòd renunciatio de Baroniis controversis facta à Domino M. sit realis & omnimoda, quòdque per illam Dominus M. ejusque filii, nepotes, & descendentes à Baroniis controversis perpetuò exclusi fuerint, nec illis ad istas Baronias ullus regressus detur, propter hoc, quòd filii Domini U. absque filiis masculis mortui sunt.

401 Sexagesimo septimo, † Renunciatio sive refutatio feudi, in qua intervenit consensus Domini feudi absque omni dubio valet & tenet, sive is consensus Domini intervenerit in ipsa renunciatione vel refutatione sive ante vel post refutationem, *Andr. de Iser. Alvar. & Præpos. c. 1. in princ. & ibi Matth. de Afflict. quæst. 24. nu. 1. cum seqq. de prohib. feud. alien. per Frideric. Iacob. de S. Georg. in tract. feud. verb. & cum pacto. el. 2. nu. 19. Zas. in tract. feud. par. 9. nu 32. Curt. Iun. in tract. feud. par 4. nu. 138. Rol. à Vall. cons. 97. dub. 1. lib. 1. Minsing. observat. 27. cent. 4.*

402 Et hic † consensus Domini feudi in refutatione sive renunciatione intervenisse absq; dubio probatur per id, quòd Dominus feudi eum, cui refutatio sive renunciatio feudi facta est, de isto feudo investivit.

Quinimò, quòd in refutatione sive renunciatione feudi consensus Domini intervenerit per lapsum temporis longi vel longissimi, etiam cessantibus omnibus aliis conjecturis probatur, *Alex. cons. 113. col. pen. lib. 4. Ias. l. si certis annis. col. 3. in princip. C. de pact. Ias. l 1. col 6. vers. quinto limitat. C. qui admitti. Ias. l sciendum. col. 6. vers. sexto. facit. ff. de verb. obligat. Felin. c. illud nu. 5. extr. de præsumpt. Tiraquel. in tract. de ll. connubial. gloss. 7. nu. 40. Cravett. in tract. de antiquit. tempor. par. 3. §. vidimus in genere. nu 36. Anton. Gab. Rom. in tract. Regnl. lib. 1. tit. de præsumpt. conclus. 1.*

Præterea quoque & † renunciatio sive 403
refutatio feudi etiam absque consensu Domini facta illi, qui in isto feudo habet vel simultaneam investituram vel jus succedendi valet & tenet, *c. 1. §. & si clientulus de alien. feud. c. 1. §. sed & res. & ibi Dd. per quos fiat invest. c. 1. & ibi Dd. de alien. feud. patern. Bald. l. voluntas. nu. 4. C. de fideicomiss. Bald. c quæ in Ecclesiarum. nu. 33. extr. de constitut. Alvar. c. 1. §. fin. nu 21. & ibi Præpos. quæ fuit 1. causa. Alvar. c. 1. circa princ. & ibi Matth. de Afflict. nu. 11. de eo qui fin. fecit. Oldrad. cons. 270. Alex. cons. 189. nu. 7 lib. 2. Practic. Pap. in form. libell. ad revocat. feudi. verb. nec superstitibus. nu. 22. Iacob. de S. Georg. in tract. feud verb. & cum pacto. el. 2. nu. 31. Card. Paris. cons. 1. nu. 131. cons. 2. nu. 4. lib. 1. cons. 71. nu. 24. lib. 3.*

Multò verò magis refutatio sive renunciatio feudi, etiam absque consensu Domini facta illi, qui jam feudum à Domino acquisivit sive de feudo a Domino investitus est, valet & tenet.

Deinde quoque & renunciatio sive refutatio facta de feudo interveniente, transactione etiam absque consensu Domini, valet & tenet, eo casu, quando per istam refutationem possessio feudi relinquitur penes eum, qui illam antea habuit, *Bald & Alvar. c. 1. de controvers. inter vasall. & al. de beneficio. Bald. c. 1. in princ. de prohib. feud. alien per Frideric. Alvarott. c. 1. §. si vasallus. el. 3. si de feud. def. content. Alex cons. 41. lib. 6. Ias. l fin. nu. 131. C. de jur. emphyteu. Iacob. de S. Georg. in tract. feud. verb. & cum pacto. el. 3. nu. 7. & 8. Curt. in tract. feud. par. 4. nu. 96. Card. Paris. cons 32. nu. 108. lib. 3.*

Et licet in hoc contrarium teneant multi Dd. volentes refutationem feudi factam, interveniente transactione absq; consensu Domini non valere, etiamsi per illam possessio relinquatur penes illum, qui eam anteà habuit.

Attamen præcedens opinio absque omni dubio procedit eo casu, quando is, penes quem possessio relinquitur, illam possessionem acquisivit cum consensu sive permissione Domini.

Sed Rex U. ante istam renunciationem sive refutationem factam, Baroniàs controversas

versus concessit Cancellario suæ Regiæ Majestatis, atque is Cancellarius denuò istas Baronias cum consensu Regis U. concessit Domino U.

Atque Dominus U. & ante renunciationem sive refutationem factam, possessionem Baroniarum controversarum adeptus est.

Et renunciatio sive refutatio facta à Domino M. est facta, interveniente transactione, atque per illam transactionem Baroniæ controversæ relictæ sunt penes Dominum U. qui antea illorum possessionem habuit.

Nec non & Rex U. Rex L. & Imperator F. Dominum U. ejusque filios de Baroniis controversis investivêre.

Et ab eo tempore, quo ista renunciatio sive refutatio facta est, elapsi sunt plures quam 70. anni.

Et sic per istas tàm investituras quàm lapsum temporis satis probatur, Reges B. tanquam Dominos feudi ad hanc refutationem & renunciationem consensum præstitisse.

Igitur sequitur, istam tàm renunciationem quàm refutationem absque omni dubio valere & ratam esse.

404 Sexagesimo octavo, † Renunciatio sive refutatio feudi realis vel omnimodæ in præjudicium renunciantis atque descendentium ab ipso, omnibus tàm Domino feudi quàm aliis, ad quos illud feudum morruo eo, cui renunciatio facta est, ejusque descendentibus, absque liberis masculis, exclusio renunciante atque descendentibus illius reversurum est, patrocinatur, etiamsi illa renunciatio vel refutatio feudi facta fuerit absente Domino vel aliis, illaq; renunciatio sive refutatio respectu Domini & aliorum sit res inter alios acta, *Iacob. de Belvis. Mart. Laud. Alvar. Præpos. & Matth. de Afflict. c. 1. de eo qui fin. fecit agnat. de feud. pater. gloss. c. 1. & ibi Andr. de Isern. Alvar. Mart. Laud. Præpos. & Matth. de Afflict. de Vasall. decrepit ætat. Francisc. Aret. l. qui Romæ. §. duo fratres. nu. 30. Crat. nu. 150. Rip. nu. 88. circa fin. ff. de verb. obligat.*

Sed sæpius comprobatum est, illam renunciationem sive refutationem, quàm Dominus M. avus Domini A. A. de Baroniis controversis fecit esse & omnimodam, & realem.

Igitur sequitur, illam renunciationem sive refutationem absque omni dubio Imperatoriæ Majestati tanquam Regi B. & Domino feudi patrocinari & prodesse, nec suæ imperatoriæ Majestati quicquam obstare, quòd ista renunciatio sive refutatio sit res inter alios acta.

Sexagesimo nono, † omne illud feudum, in cujus concessione est facta mentio hæredum, hæreditarium esse dicitur & censetur, *Andr. de Iser. c. 1. in princ. & §. hoc quoq; de success. feudi. Andr. de Iser. c. 1. col. fin. qui success. teneantur. Andr. de Isern. Alvar. & Bald. c. 1. ne agnat. Alex. cons. 19. nu. 4. & cons. 26. lib. 5. Curt. jun. in tract. feud. 1. par. 8. quæst. nu. 19. & 20. Curt. jun. cons. 1. nu. 12. cons. 138. & cons. 155. Matth. de Afflict. in prælud. feud. nu. 166. usq; ad nu. 179. Card. Paris. cons. 3. nu. 8. lib. 1. Cravett. cons. 197. nu. 5. Ar. Pinel. Rep. l. 1. par. 3. nu. 86. & 87. C. de bon. matern. Thom. de Marin. tract. de generib. & qualitat. feud. lib. 1. tit. 5. nu. 6. 7. & 8. In quib. locis Cravett. Ar. Pinel. & Thom. de Marin. attestantur hanc opinion. communiter receptam.* 405

Similiter & illud quoque feudum hæreditarium esse debet & censetur, quod alicui concessum est pro ipso recipiente liberis & hæredibus ipsius, usque adeò, ut ad successionem illius feudi liberi & descendentes non aliter admittantur, nisi ipsi hæredes sint, *Bart. l. ut jurisjurandi. §. si liberi. ff. de oper. libert. Bald. l. tale pactum. §. fin. ff. de pact. Bald. cons. 70. lib. 2. cons. 475. lib. 5. Paul. Castr. cons. 461. lib. 1. Alex. cons. 44. nu. 1. cons. 128. num. 6. lib. 1. cons. 9. nu. 7. lib. 2. Corn. cons. 13. lib. 4. Dec. cons. 185. cons. 390. Ias. l. 2. nu. 188. C. de jur. Emphyt. Ias. l. si non sortem. §. libertus. nu. 35. ff. de condict. indeb. Ias. l. Gallus. §. etiamsi à parente. ff. de liber. & posthum. Covarr. variar. resolut. lib. 2. cap. 18. Ar. Pinel Rep. l. 1. par. 3. nu. 86. 87. & 90. Thom. de Marin. in tract. de generib. & qualitat. feud. lib. 1. tit. 7. num. 10. & 21. Thom. Ferrat. Caut. 37. Illamq; opinionem communem esse, attestatur Thom. Ferrat. & Ar. Pinel. in loc. præallegat.*

Et licet feudum concessum alicui & generi sive posteris suis dicitur feudum ex pacto & providentia, *Bald. c. 1. §. fin. quæ fuit 1. caus. Curt. jun. in tract. feud. 5. par. nu. 5.* sicut etiam feudum concessum alicui pro se & illis de domo sua feudum ex pacto & providentia est, *Socin. jun. cons. 103. nu. 11. & 24. lib. 2.*

Attamen feudum concessum alicui, hæredibus & posteris ipsius, hæreditarium est, & esse censetur, *Ar. Pinel. Rep. l. 1. par. 3. nu. 90. verb. præfertur ei sexto. C. de bon. mater. Thom. de Mar. tract. de gener. & qualit. feud. lib. 5. tit. 1. n. 8.*

Sed in investitura Regis L. per quam jus simultaneæ investituræ in Baroniis controversis est concessum Domino W. proavo Domini A. A. est facta mentio hæredum, atque in illa investitura dicitur, Barones à B. de Baroniis controversis esse & investitos & simultaneè investitos pro ipsis recipientibus, & omnibus hæredibus & posteris ipsorum, sicut hoc patet ex illis verbis:

Vnd haben vns mit demütigem Fleiß gebeten/daß wir jhnen/jhren Erben/ vnd Nachkommen alle jhre Schloß vnd Städte/mit Namen F. J. H. S. B. S. M. vnd alle andere jhre Güter/etc.

Idem etiam patet ex illis verbis, Vnd haben darumb mit wolbedachtem Muth/gutem Raht/vnd rechtem Wissen/ den obgenandten/ B. W. vnnd F. Gebrüdern/ vnnd W. jhrem Vettern/etc. vnd allen jhren Erben vnd Nachkommen alle jhre Städte vnd Schloß rc.

Similiter quoque & in investitura Regis G. est simul facta mentio hæredum & posterorum.

In omnibus quoque investituris concessis possessoribus Baroniarum controversarum est facta mentio hæredum.

Igitur sequitur, Baronias controversas esse feuda hæreditaria.

Rursus ex hoc infertur, & jus simultaneæ investituræ in Baroniis controversis à Rege L. concessum Domino W. proavo Domini A. A. esse hæreditarium.

406 Septuagesimo, † in feudo hæreditario, renunciatio, sive refutatio facta à Vasallo omnibus descendentibus illius nocet & præjudicat, & quidem indistinctè, etiamsi ipsi hæreditatem defuncti confecto inventario adivissent, *Alex. cons. 13. nu. 13. nu. 11. cons 19 & cons 26. lib. 5. Matth. de Afflict. c. 1. nu. 25. vers. & adverte, de eo qui fin. fec. Iohan. Campeg. inter cons. Albert. Brun. cons. 11 nu. 4. Card. Paris. cons. 16. nu 43. lib. 1. Marin. Frect. in tract de subfeud. lib. 3. vers. undecimo potest renunciari.*

Illamque sententiam communem esse attestatur *Ioan. Campeg. in loc. præallegat.*

Et hæc sententia generaliter quidem procedit, potissimum autem locum habet, quando illa refutatio sive renunciatio est facta per transactionem vel alium contractum, atque renuncians sive refutans pro se atq; hæredibus suis promisit, quod istam refutationem, renunciationem & contractum servare velit, Namque certum est, in feudis hæreditariis quemlibet & contractum, & factum quodlibet indistinctè filiis, & descendentibus Vasalli obesse, & filiis, & descendentibus Vasalli non permitti, contra illum contractum vel factum venire, etiamsi ipsi hæreditatem illius, qui contractum illum celebravit, confecto inventario adivissent, *Andr. de Iser. c. 1. nu. 18. qui success. ten. Andr. de Iser. c. 1. in princ. & ibi Matth. de Afflict. nu. 7. & 8. de alien. feud patern. Alex. cons. 19. & cons. 28. nu. 28. lib. 5. Matth. de Afflict. c. 1. nu. 4. & 5. an agnat. Matth. de Afflict. decis. 112. nu. 3. & decis. 240 nu. 11. Rum. cons. 38. nu. 15. lib. 1. Sigismund. Loffred. cons. 14. nu. 43. Cravet. cons. 256. nu. 3. Cravet. cons. 4. nu. 30. lib. 1. Rubr. cons. 18. Curt. jun. cons 138. nu. 20 & cons. 155. nu. 6. Card. Paris. cons. 3. nu. 18. cons. 16. nu 43. lib. 1. Rol. à Vall. cons. 2. nu. 41. lib. 1. Ar. Pinel. Rep. l. 1. par. 3. nu. 93. C. de bon. matern. Thom. de Marin. in tract. de generib. & qualitat. feudor. lib. 1. tit. 5. nu. 39. & 40. Marin. Frect. in tract. de subfeud. lib. 3. vers. septimo, in feudo hæreditar.*

Illamque sententiam communem esse attestatur *Ar. Pinel. & Thom. de Marin. in loco proximè allegat.*

Sed Baroniæ controversæ sunt feuda hæreditaria, prout supra docui.

Similiter & jus simultaneæ investituræ, quod Domino W. proavo Domini A. A. à Rege L. in Baroniis controversis concessum est, hæreditarium esse suprà docui.

Illaque renunciatio sive refutatio non est simplex, sed per contractum, transactionem nempe factam, & Dominus M. pro se atque hæredibus suis promisit, & se obligavit, quòd illam transactionem, renunciationem & refutationem inviolabiliter servare velit.

Igitur sequitur, transactionem & refutationem sive renunciationem de Baroniis controversis factam a Domino M. avo Domini A. A. absque omni dubio nocere & obesse omnibus filiis & descendentibus dicti Domini M. & inter cætera etiam ipsi Domino A. A.

Septuagesimo primo † tam transactio 407
quam alius contractus de feudo, sive illud sit feudum hæreditarium, sive feudum ex pacto, & providentia initus indistinctè nocet, & filiis, & descendentib. & etiam agnatis illius, qui istum contractum inivit eo casu, quando illi filii descendentes vel agnati hæreditatem illius contra istum contractum inivit, non confecto legitimè inventario adivêre, *Andr. de Iser. c. 1. in prin. nu 1. & ibi Alvar. nu. 8. Præpos. nu. 3. Matth. de Afflict. & Fredericus Schenck de alien. feud. pater. Andr. de Isern. c. 1. nu. 18. qui success. ten. Andr. de Isern.*

c. 1. §.

c. 1. §. hoc quoq; nu. 6. & 7. & ibi Matth. de Afflict. nu. 58. de success. feud. Mars. Laud. c. 1. §. Titiu. & ibi Dd. si de feud. def. content. Bald. l. qui se patris. nu. 31. C. und. liber. Matth. de Afflict. c. 1. nu. 4. & ibi Dd. de ugnat. Alex. cons. 20. nu. 19. lib. 5. cons. 15. nu. 3. cons. 29. nu. 14. lib. 5. Iacob. de S. Georg. verb. & cum pacto. & 2. nu. 35. Curt. jun. in tract. feud. par. 4. nu. 148. & 150. Card. Paris. cons. 16. nu. 41. lib. 1. Ruin. cons. 25. nu. 10. lib. 2. Zas. in tract. feud. par. 9. nu. 28.

Et cùm confectio Inventarii facti sit & in facto consistat, illa non præsumitur, sed is, qui Inventarium confectum esse affirmat, illud probare tenetur, *arg. l. in bello. §. facta. ff. de captiv. & postlim. revers.*

Sed filii Domini M. & inter cætera etiam pater Domini A. A. Baronis à B. hæreditatem Domini M. adivère.

Similiter quoque & Dominus A. A. Baro à B. absque omni dubio hæreditatem patris sui adivit.

Nec hactenus probatum est, quòd vel pater atque patrui Domini A. A. adeuntes hæreditatem Domini M. Baronis in B. vel ipse A. A. adiens hæreditatem patris sui Inventarium legitimè conscripserit.

Igitur ex hoc sequitur, transactionem, refutationem & renunciationem de Baroniis controversis factam à Domino M. avo Domini A. A. nocere & præjudicare, & Domino A. A. ejusque patruis, & quidem indistinctè, etiamsi fides fieri possit, illas Baronias non esse feuda hæreditaria, sed esse feuda ex pacto, & providentia.

Septuagesimo secundo, Licet multi Dd. tradant, quòd transactio facta de feudo antiquo non noceat agnatis transigentis, *Andr. de Iser. Alvar. & Prapos. c. 1. §. si vasallus. cl. 3. & ibi Matth. de Afflict. nu. 47. Si de feud. defunct. content. Iacob. de S. Georg. in tract. feud. verb. & cum pacto. 10. Curt. in tract. feud. par. 4. nu. 47. Dec. cons. 285. nu. 5. Rol. à Vall. cons. 97. num. 45. lib. 1. Card. Paris. cons. 16. nu. 37. lib. 1. Cephal. cons. 133. nu. 78. cum seqq.*

Attamen transactio super feudo hæreditario facta, perinde ut quilibet contractus super feudo hæreditario initus, absq; omni dubio præjudicat filiis, & descendentibus transigentis, sicut hoc ex supra dictis patet.

Similiter & transactio inita respectu feudi, non tantùm hæreditarii, sed etiam ex pacto & providentia indistinctè nocet, & præjudicat, illis & filiis, & agnatis transigentis, qui hæreditatem transigentis non confecto Inventario adivére, sicut hoc ex supradictis liquet.

Eodem modo hoc non habet locum, si illa transactio vel fuerit inita cum authoritate aut consensu Imperatoris vel Regis, aut ab Imperatore sive Rege confirmata.

Tunc enim illis indistinctè nocet, & agnatis, & descendentibus transigentis, prout hoc expressè & in specie tradit *Ar. Pinel. Rep. l. 1. par. 3. nu. 50. circa fin. vers. sed hoc de transactione. C. de bon. matern. arg. c. 1. extra de transact.*

Et idem est de mente *Card. Paris. cons. 10. nu. 21. & cons. 16. nu. 35. lib. 1.*

Et confirmatur, Namque † transactio 408
facta à Prælato Ecclesiæ cum authoritate vel consensu superioris indistinctè valet atque tenet *Dec. cons. 564. nu. 17. Rol. à Vall. cons. 15. nu. 44. & 52. lib. 1.*

Et ex † lapsu temporis longi vel lon- 409
gissimi præsumitur tàm in transactione, quam in alio contractu intervenisse consensus Principis sive superioris, *Francisc. Aret. cons. 36. Alex. cons. 101. col. 1. in fin. lib 7. Felin. c. sicut. col. 19. extr. de sentent. & re judic. Ias. l. sciendum. col. 6. ff. de verbor. obligat. Ias. l. qui in aliena. col. 5. ff. de acquir. hæred. Mantua cons. 83. Albert. Brun. in tract. de fama. fol. 80. col. 2.*

Similiter & ex lapsu temporis longi vel longissimi præsumitur, in actu aliquo intervenisse authoritas Principis sive superioris, *Bald. & Paul. Castr. l. si filius. C. de petit. hæredit. Ang. Cuman. & Ias. l. qui in aliena. ff. de acquir. hæredit. Bald. l. sive possideris. col. 1. C. de probat. Gemin. c. ordinarii. §. 1. col 3. de offic. ord. lib. 6. Ias. l. sciendum. col. 6. ff. de verb. obligat. Pet. de Anchor. Rep. c. 1. q. 8. de Reg. Iur. lib. 6. Anton. de But. c. ex insinuatione. col. pen. extr. de procurator. Dec. cons. 118. col. 1. Dec. l. 1. lect. 3. col. 8. C. qui admitt. Socin. cons. 15. col. pen. lib. 1. Curt. Sen. cons. 77. col. 3. cum multis similibus allegat. ab Anton. Gab. Rom. in tract. Reg. lib. 1. tit. de præsumpt. conclus. 1. nu. 10.*

Illudque meo judicio penitùs indubitatum est, quòd Princeps sive superior intelligatur, transactionem initam respectu feudi confirmare, atque consensum suum ad illam præstare eo ipso, quòd is Princeps sive superior eum, cui per transactionem bona feudalia obvenerunt, vel penes quem relicta sunt, de illis bonis investit.

Cùm sit clari juris, quòd consensus inducatur non tantùm verbis, sed etiam facto

sive reipsâ, *l. de quibus. circa fin. ff. de ll. l. si tamen. §. ei qui servum. ff. de ædil. edict. l. Labeo. ff. de pact. l. Paulus. Respondit. ff. rem rat. haber. l. reprehendenda. C. de instit. & substitut. cum similib. vulgaribus.*

Sed Rex U. L. & Imperator F. Dominum U. Baronem à B. cui Dominus M. Baronias controversas refutavit, ejusque filios investivêre de Baroniis controversis.

Et ab eo tempore, quo ista transactio inita est, sunt elapsi plures quam 76. anni.

Igitur sequitur, ex hisce tam investituris, quam lapsu temporis satis superque probari, quòd Reges B. tanquam Domini feudi ad istam transactionem consensum & authoritatem suam præstiterint, illamque transactionem confirmaverint.

Præterea quoque suprà comprobavi, & Baronias controversas, & jus simultaneæ investituræ, quòd Rex L. in Baroniis controversis concessit Domino W. proavo Domini A. A. esse hæreditaria.

Et absque omni dubio pater & patrui Domini A. A. hæreditatem Domini M. & ipse Dominus A. A. hæreditatem patris sui adivit inventario non conscripto.

Nec hactenus probatum est, Dominum A. A. ejusque patrem vel patruos adeuntes prædictas hæreditates inventarium legitimè conscripsisse.

Igitur sequitur, doctrinam illorum Dd. qui volunt, transactionem de feudo factam agnatis transigentis non nocere, in casu præsenti locum non habere, nec Dominum A. A. ejusque patruos se illa doctrinâ juvare posse, sed transactionem initam à Domino M. absque omni dubio valere etiam in præjudicium Domini A. A. ejusque patruorum.

410 Septuagesimo tertio, † transactio de feudo facta filiis & descendentibus transigentis præjudicat eo casu, quando per transactionem feudum relinquitur penes eum, qui antea illius possessionem habuit.

411 Sicut hoc satis probatur, cùm per id, quod Dd. tradunt, † transactionem de feudo factam à Vassallo indistinctè præjudicare Domino feudi etiam ignoranti, eo casu, quando feudum per transactionem factam relinquitur penes illum, qui antea habuit possessionem illius feudi, *Bald. Mart. Laud. Alvar. & Præpos. c. 1. de controv. inter Vasall. & al. de beneficio. Bald. c. 1. in princ. nu. 17. de prohib. feud. alien. per Frideric. Alvar. c. 1. §. si Vasallus. el. 9. si de feud. defunct. content. Alex. cons. 41. lib. 6. Ias. l. jusjurandum quod ex conventione. §. Pupillus. nu. 4. ff. de jurejur. Ias. l. fin. nu. 121. C. de jure Emphyteut. Francisc. Aret. cons. 14. nu. 10. Iacob. de S. Georg. in tract. feud. verb. & cum pacto. col. 3. num. 7. & 8. Curt. in tract. feud. par. 4. num. 96. Card. Parisiens. cons. 32. num. 108. lib. 1. Rol. à Vall. cons. 15. nu. 43. lib. 1. Card. Molin. in consuet. Paris. §. 21. nu. 67.*

Tum quia, & † transactio facta à patre legitimo administratore bonorum filii in præjudicium filii valet, eo casu, quando per illam transactionem, res filii relinquitur, penes illum, qui antea illius possessionem habuit, *Bald. l. 1. num. 2. C. de bon. matern. Stephan. Bertrand. cons. 18. nu. 6. lib. 7.* 412

Tum, quia multi Dd. concludunt, † quòd tutor etiam sine decreto possit transigere de rebus minoribus, quodque ista transactio minori indistinctè præjudicet eo casu, quando tempore transactionis initæ minor possessionem illius rei non habuit, *Ruin. cons. 11. col. 2. lib. 4. Roland à Vall. cons. 15. num. 44. lib. 1.* 413

Tum, quia secundum antiquorum Dd. sententiam, & Prælatus Ecclesiæ de rebus Ecclesiæ transigere potest, & transactio Prælati in præjudicium Ecclesiæ valet & tenet eo casu, quando Ecclesia tempore transactionis initæ istas res, super quibus transigitur, non possidet, *Dec. cons. 474. nu. 1. cons. 564. nu. 16.*

Tum quia, † per illam transactionem, qua transigens dimittit rem controversam penes adversarium, qui prius illius possessionem habuit, etiam præjudicatur illi, qui respectu illius rei jus protimiseos, sive jus redimendi habet, usque adeò, ut ipsi istam rem repetere sive redimere non permittatur, *Cassan. in consuetud. Burgund. tit. de Retroict. §. 1. verb. vendit. col. 2. vers. quid si dimittatur.* 415

Sed ut opinor, Dominus M. avus Domini A. A. tempore transactionis initæ, non habuit possessionem Baroniarum controversarum, sed Baronias F. M. & T. tunc temporis possedit Dominus U. Baro in B. cui ista refutatio facta est, Baronias verò S. B. S. tunc temporis possederunt Duces Saxoniæ, vel jure pignoris, vel titulo emptionis cum pacto retrovendendo.

Igitur

Igitur etiam ex hoc sequitur, transactionem initam à Domino M. cum Domino U. respectu Baroniarum controversarum valere & ratam esse, & descendentibus Domini M. nempe Domino A. A. ejusque patruis præjudicare.

416 Et licet multi Dd. velint, † transactionem, per quam Res controversa dimittitur, penes possessorem fieri non posse, neque a patre legitimo administratore, *Ar. Pinel. Rep. l. 1. par. 3. nu. 46. vers. sed dum Baldus hic. C. de bon. matern.*

Neque etiam à vasallo in præjudicium Domini, vel agnatorum, *Tiraquel. in tract. de utroq. Retract. par. 1. §. c. gloss. 14. nu. 66.*

Neque à Tutoribus & Curatoribus in præjudicium pupillorum, vel minorum, neque a Prælatis in præjudicium Ecclesiæ, neque à reliquis administratoribus in præjudicium Domini, *Bart. & Ias. l. nulli. ff. de transact. Panor. c. contingit. extr. eod. tit. Tiraquel. in tract. de utroq. Retract. par. c. §. 1. gloss. c. 4. nu. 66. usq. ad nu. 74. ubi ipse ad hoc multos alios Dd. citat. Idem tenet Matth. de Afflict. decis. 87. nu. 4. Ar Pinel. Rep. l. 1. par. 3. nu. 46. vers. sed dum Baldus hic C. de bon. mater.*

Neque etiam à quolibet in præjudicium illius, qui in re aliqua jus protimiseos habet, *Tiraquel. in tract. de utroq. Retract. par. c. §. gloss. 14. nu. 46. usq. ad nu. 76.*

Attamen præcedens opinio, absque omni dubio procedit in nostro, & similibus casibus, vel quando feudum, de quo transigitur, est hæreditarium, vel filii & descendentes transigentis hæreditatem illius non confecto inventario adivere, vel quando ulla transactio est intra interveniente consensu, aut authoritate Regis vel Principis, vel à Rege, aut Principe confirmata.

Cùm ut ex suprà dictis liquet, in istis casibus transactio respectu feudi à vasallo inita in præjudicium filiorum & descendentium indistinctè valeat. & rata sit, etiamsi vasallus tempore transactionis inita feudum possedisset, illudque adversario suo tradidisset.

417 Septuagesimo quarto, Transactio † de feudo inita sincerè & bona fide in præjudicium filiorum & descendentium, indistinctè valet, prout hoc expressè, & in specie tradit *Ioan. Compeg. inter cons. Albert. Brun. cons. 1 c. nu. 5. vers. ad sextum dubium. Card. Parisiens. cons. 10. num. 22. cons. 16. num. 36 cons. 23.*

Illaque sententia confirmatur. Tum quia & transactio à vasallo de feudo inita Domino feudi indistinctè nocet, & præjudicat eo casu, quando illa transactio à vasallo est inita sincerè & bonâ fide, *c. 1. §. si vasallus. el. 3. & ibi Dd. si de feud. def. content. c. 1. & ibi Bal. Mart. Laud. alvar. & Præpos. de controvers. inter vasall. & al. de benefic. Francisc. Aret. cons. 14. nu. 10. Iacob. de S. Georg. in tract. feud. verb. & cum pacto. nu. 8. Curt. in tract. feud. part. 4 nu. 96. Zas. in tract. feud. par. 6. nu. 46. & par. 9. nu. 19.*

Tum, quia pacta, & transactiones per capitalia & priores locorum facta sincerè & bonâ fide indistinctè valent, etiamsi in illis superiorum licentia non interveniret, *Bald. cons. 261. lib. 4. Rol. à Vall. cons. 15. nu. 45. lib. 1.*

Tum, quia & transactio facta à monialibus sincerè & bonâ fide, quia verò jus Monasterii erat dubium & incertum, valet & tenet, *Pet. de Anchor. cons. 135. Rol. à Vall. cons. 15. nu. 47. vers. quarto. accedit lib. 1.*

Tum, quia transactio sincerè & bonâ fide inita valet etiam in præjudicium illius, qui istam rem, de qua transactum est, jure protimiseos redimere potuit, *Ioan. Corras. Miscell. lib. 3. cap. 3. nu. 5.*

Tum, quia ut transactio & remissio facta à Tutore, Curatore, aliisque administratoribus sincerè, & bonâ fide, si videlicet jus principalis sit dubium & incertum, valet, & tenet *gloss. l. contra jus. §. si filius. ff. de pact. gloss. l. Imperatores. ff. eod. tit. gloss. l. pactum Curatoris. & ibi Bart. & Ang. C. eod. tit. Bald. l 1. col. 1. C. de bonis matern. Bald. c. contingit. extra de transact. Bart. cons. 47. ante fin. Ang. l. pen. col. 2 ff. de duobus reis. Rom. cons. 50. nu. 3. & ibi Horat. Mandos. in addit. Pet. de Anchor. cons. c 36. Alciat. l. dedisse. ff. de verb. significat. Tiraquel. Rep. l. si unquam. verb. donatione largitus. num. 196. C. de revoc. donat.*

Et sincerè, † atque bonâ fide transactio 418 dicitur esse facta, si fiat de re dubiâ & lite incerta, vel si jus transigentis sit dubium & incertum, *Iacob. de Belvis. c. 1. & ibi Bald. nu. 3. Mart. Laud. nu. 3. Alvar. in exposit. text. verb. fraudulenter. & ibi Præpos. col. 1. de controvers. inter vasall. & al. de benefic. Bald. c. 1. in princ. nu. 17. de prohib. feud. alien. per Frederic. Franc. Aret. cons. 14. nu. 10. Ioan. Compeg. inter cons. Albert. Brun. cons. 10. num. 16. Curt. jun. in tract. feud. par. 4. nu. 96. Card. Paris. cons. 16. nu. 36. lib. 1.*

Similiter & transactio bona fide inita esse censetur, si illa fuerit inita præsentibus bonis, & honestis viris, *Bart. l. frater à fratre. nu. 51. ff. de condict. indeb. cum similib. allegand. infrà.*

Ex lapsu quoque temporis longi vel longissimi absque omni dubio præsumitur & probatur transactionem sincerè & bona fide initam, præsertim in favorem illius qui rem ex transactione quæsitam possidet.

419 Namque certum est, † quod ex lapsu longi temporis præsumatur quem possessionem alicujus rei licitæ, & bona fide, & acquisivisse & continuasse, *Innocent. c. e. extr. de restitut. in integr. Abb. & Dd. c. de consultationibus. extr. de Iur. patron. Alex. conf. 143. in princ. lib. 1. conf. 200. lib. 2. conf. 24. & conf. 69. lib. 5. Dec. conf. 268. nu. 5.*

420 Multò verò magis † ex possessione, sive lapsu 30. annorum bona fides præsumitur, *Bart. l. fin. num. 17. C. und. vi. Bald. & Ang. l. super longi. C. de long. temp. præscript. Alex. conf. 6. lib. 1. conf. 151. col. 2. lib. 2. Alex. conf. 89. & conf. 102. lib. 1. Rom. conf. 107. Ias. §. sed istæ. num. 100. Instit. de Act. Ias. conf. 57. conf. 72. col. 2. lib. 1. conf. 209. col. 2. lib. 2. Dec. conf. 267. & conf. 272.*

Quod usque adeo verum est, ut possessio 30. annorum præsumatur habere justitiam & bonam fidem promanentem, *Cyn. l. si solennibus C. de rei vendit. Bald. c. 1. §. cum autem de contro. invest. Matth. de Afflict. decis. 277. num. 6. Card. Paris. conf. 23. nu. 258. lib. 1.*

Utque post lapsum 30. annorum malam fidem allegare non permittatur, *Bart. l. fin. num. 17. C. und. vi. Paul. Cast. conf. 169. col. 2. lib. 1.*

421 Et hoc quod † transactio sincerè & bona fide inita in præjudicium filiorum & descendentium valeat & rata sit, generaliter quidem verum est, multo verò magis procedit eo casu, quando illa transactio est juramento confirmata, *Card. Paris. conf. 10. nu. 23. lib. 1.*

Similiter hæc decisio multò magis locum habet eo casu, quando illa transactio est confirmata geminato consensu, cum geminatus consensus maximæ efficaciæ sit, sicut hoc satis probantur ex iis, quæ tradit *Nicol. Everhard. in sua Topic. in loc. à vi. geminat.* Et posset comprobari multis rationibus, quas brevitatis causa omitto.

Eodem modo hæc decisio multò magis locum habet eo casu, quando ista transactio fuit observata diu, sive lapsu temporis roborata, cum ex observantia sive lapsu temporis qualibet transactio regulariter maximum robur accipiat, *c. contingit. extr. de transaction. Pet. de Anchor. conf. 135. Dec. conf. 474. num. 9. conf. 564. nu. 17.*

Absque omni dubio verò hæc decisio locum habet eo casu, quando illud feudum, de quo transactio facta, est hæreditarium, vel filii & descendentes hæreditatem transigentis inventario non conscripto adivere, vel quando ad illam transactionem accessit consensus, Authoritas, vel confirmatio superioris, Regis nempe vel Principis.

Sed ex actis mihi transmissis, & ex superius deductis liquet atque patet, quod tempore transactionis initæ inter Dominum M. & Dominum U. Barones à B. jus Domini M. respectu Baroniarum controversarum non tantùm fuerit admodum dubium & incertum, sed etiam quod Dominus M. in Baroniis controversis nullum penitus jus habuerit.

Et ista transactio inter Dominum M. & Dominum U. est inita præsente & Præfecto inferioris Lusatiæ & aliis Baronibus atque nobilibus viris.

Nec non à tempore illius transactionis initæ sunt elapsi anni plusquam septuaginta sex.

Igitur sequitur, ex his satis superque probari, illam transactionem sincerè & bona fide initam.

Præterea quoq; illa transactio est confirmata & præstatione fidei, quæ juramento æquipollet, & consensu non tantùm geminato, sed etiam sæpius reiterato, & autoritate, consensu & confirmatione Regum B. & lapsu temporis non modo longi & longissimi, sed 76. annorum, & sic temporis quodammodo immemorialis.

Insuper etiam Baroniæ controversæ sunt feuda hæreditaria.

Et jus simultaneæ investituræ, quod Dominus W. proavus Domini A. A. in Baroniis controversis habuit, hæreditariũ fuit.

Nec non & pater atque patrui Domini A. A. hæreditatem Domini M. & Dominus A. A. hæreditatem patris sui non conscripto inventario adivere.

Igitur etiam ex hoc liquet atque patet, transactionem initam inter Dominum M. avum Domini A. A. & Dominum U.

etiam

etiam in præjudicium Domini A.A. ejusque patruorum valere, & ratam esse.

422 Septuagesimo quinto, Transactio † de feudo facta à Vasallo indistinctè obligat filios & descendentes illius Vasalli eo casu, quando illa transactio commodum filiorum descendentium respicit, sicut hoc satis probatur.

Tum per id, quod Dd. communiter tra-
423 dunt, † quòd transactio facta tam a procuratore Cæsaris, quam ab aliis administratoribus rerum alienarum, quales sunt Prælati, Curatores, Tutores, & cæteri, Dominos indistinctè obliget eo casu, quando illa transactio ad commodum sive utilitatem Dominorum redundat, *gloss. l. multi. & ibi Dd. ff. de transact. 2. Petr. de Anchor. Panor. & Bart. c. contingit. extr. de transact. Panor. cons. 62. lib. e. Tiraquel. in tract. de ll. connubial. gloss. 8. nu. 80. Rom. cons. 50. nu. 3. Dec. cons. 297. circa fin. Ruin. cons. 11. nu. 4. lib. 4.*

Tum, quia transactio facta à procuratore generali Dominum indistinctè obligat eo casu, quando illa transactio utilitatem Domini respicit, *Petr. de Anchor. c. qui ad agendum. de procur. lib. 6. Francisc. Curt. in addit. ad Alex. l. transactionis. C. de transaction. Tiraquel. in tract. de ll. connubialibus. gloss. 8. nu. 81.*

Et in dubio præsumitur per transactionem transigentis, ejusque descendentium conditionem meliorem, & non deteriorem effectam, *Alex. cons. 61. col. 3. in fin. lib. 6. Anton. de But. c. pen. extr. de empt. & vendit. Rol. à Vall. cons. 15. nu. 51. lib. 1.*

Illudque potissimùm procedit eo casu, quando illa transactio est inita sincerè & bonâ fide, præsentibus bonis & honestis viris, & confirmatâ authoritate, consensu, vel confirmatione superioris, præstatione fidei, lapsu temporis longi vel longissimi aliisve adminiculis.

Sed ex illis, quæ mihi transmissa sunt, liquet, quòd tempore transactionis initæ Dominus M. avus Domini A. A. nullum penitùs jus habuerit in Baroniis controversis.

Similiter etiam ex actis mihi transmissis liquet, illud indubitatum esse, quòd Dominus F. Baro in B. pro patruis Domini A.A. post mortem suam dimidiam partem illius juris, quod ipse habuit in Baronia F. reliquorumque suorum bonorum transire fecit in Dominum U. & sic quòd dimidia pars illius juris ad Dominum U. Baronem a B. absque controversia pertinuerit.

Deinde etiam ex actis mihi transmissis liquet, quòd in prædicta transactione Dominus U. Baro in B. Domino M. avo Domini A. A. remiserit partem suam in Baronia. F. quæ citra controversiam ad illum pertinuit, quodque eo respectu Dominus M. Domino U. refutaverit Baronias controversas, in quibus tunc temporis Dominus M. nullum penitùs jus habuit.

Et sic liquet per illam transactionem conditionem Domini M. ejusque filiorum & descendentium meliorem factam.

Præterea quoque illa transactio est inita ante 76. annos bona fide præsentibus bonis, & honestis viris, & confirmata, & præstatione fidei, & consensu geminato, non semel sed sæpiùs, nec non authoritate, consensu, & confirmatione superioris, aliisque adminiculis.

Et sic liquet, etiamsi probabiliter dubitari possit, transactionem inter Dominum M. & Dominum U. utilitatem Domini M. ejusque descendentium respicere. Attamen ex his circumstantiis & præsumi & probari, illam transactionem commodum & utilitatem Domini M. ejusque descendentium respicere.

Igitur etiam ex hoc sequitur, istam transactionem descendentibus Domini M. & inter cætera Domino A. A. nocere & obesse.

Quinimò ex supradictis liquet, illam transactionem in præjudicium Domini A. A. ejusque patruorum indistinctè ratam esse, etiamsi probari possit, illam transactionem esse conductam, cum maximo detrimento & incommodo Domini A. A. ejusque patruorum.

Septuagesimo sexto, † Transactio facta 424
de feudo à Vasallo absque omni dubio descendentibus transigentis nocet atque præjudicat eo casu, quando illi descendentes istam transactionem tacitè vel expresse approbarunt, *c. 1. §. preterea. & ibi Dd. quib. mod. feud. amitt. c. 1. §. Titius. & ibi Dd. si de feud. defunct. content. c. 1. in princ. & ibi Dd. de alien. feud. pater.*

Et confirmatur. Namque clari juris est, quòd consentiens sive ab initio sive ex intervallo jus suum perdat, eique ad illud jus per consensum suum remissum, regressus non detur, *l. si debitor. §. 1. l. si consensu. in princ. l. sicut. §. si debitor. l. Titius. §. 1. l. Lucius. & l. Paulus. in princ. ff. quib. mod. pign. l. quidam ex parte. ff. de evict. l. si feudum. per fideicommissum. l. nihil. §. 2. ff. de legat. 1.*

l. si servus communis. ff. de donat. inter vir. & uxor. l. cum pater. §. libertis. & ibi Bart. ff. de legat. 2. l. codicillis. §. 1. ff. eo tit. l. non videtur. ff. si quid in fraud. patron. l. apud Celsum §. quæsitum est, si cum fundum. ff. de except. dol. l. mater. C. de rei vendit. l. si consentiente. C. de don. ante nupt. l. cum quidam. C. de administrat. tutor. l. quoties ab omnibus. & ibi Dd. C. de fideicommiss. l. si probaveris. l. cum 11. & ibi Bart. & Salycet. de remiss. pig. l. fin. & ibi Bald. & Salycet. C eo tit. l. si debitor. C. de distract. pignor. c. pastoralis. extr. de donat. Rom. cons. 87. Dec. cons. 255. Card. Paris. cons. 2. num. 21. lib. 3. Socin. Iun. cons. 94. num. 31. cons. 119. num. 21. lib. 3. Tiraquel. Rep. l. si unquam. verb. donatione largitus. num. 348. C. de revoc. donat. Tiraquel. in tract. de ll. connubial. gloss. 5. num. 145. cum 3. seqq. Tiraquel. in tract. de utroq. retract. par. 1. §. 1. gloss. 9. nu. 133. usq. ad num. 138.

425 Et certum est, † quod consensus, approbatio, sive ratificatio inducatur non tantum verbis, sed etiam factis, *l. de quibus. circ. fin. ff. de ll. l. Labeo. ff. de pact. l recusari ff. de acquir. hæred. l. reprehendenda. C. de institut. & substitut. l. Paulus, ff. rem. rat. habere.*

Quinimò illa declaratio voluntatis, consensus, vel ratificatio, quæ fit facto, est longè firmior illa declaratione voluntatis, consensu, & ratificatione, quæ verbis fit, *l. si tamen. §. ei qui servum, ff. de ædil. edict. c. dilecti. & ibi gloss. & Dd. extr. de appell. Pet. de Anchor. cons. 351. Rom. cons. 291. num. 4. & ibi Horat. Mandos. in add. Thom. Gram. cons. civil. 150. num. 24. & cons. crim. 13. num 3. cons. 31. num. 3. Thom. Gram. vot. 10. num. 1. Tiraquel in tract. de utroq. Retract. par. 2. in fin. num. 75.*

426 Et consensus, † sive ratificatio & approbatio inter cætera inducitur per hoc, quod quis illam rem qui ipsi per transactionem, vel alium contractum reciprocè acquisita est, possidet, & ex illa fructus vel reditus percipit, *Bald. cons. 184. lib. 2. Alex. cons. 117. col. 2. lib. 5. Dec. cons. 58. num. 2. cons. 237. nu. 4. & 5. Dec. l. quod in initio. col. fin. ff. de Reg. jur. Aret. cons. 137. col. 1. & 2. Card. Paris. cons. 49. nu. 17. & 18. lib. 1.*

Similiter consensus, ratificatio, & approbatio transactionis, vel alterius contractus à Vasallo initi, eo ipso fit & inducitur, quod filii & descendentes transigentis inventario non confecto hæreditatem illius adiit. *Card. Paris. cons. 16. num. 41. lib. 1. arg. l. cum à matre C. de rei vendic.*

Et in prædicto loco Cardinalis Parisius attestatur hanc sententiam communiter receptam.

Sed pater atque patrui Domini A. A. adivere hæreditatem Domini M. inventario non conscripto.

Similiter & ipse Dominus A. A. hæreditatem patris sui adivit inventario non confecto.

Deinde etiam Dominus M. ejusque filii, & nepotes illam partem Baroniæ in F. quam Dominus U. Baro à B. in ista transactione Domino M. reciprocè remisit & concessit, usque in hunc diem retinuere, possedere, & ex illa omnes fructus & reditus percepere.

Insuper etiam à tempore illius transactionis initæ, est elapsum non tempus longum vel longissimum, sed etiam plures quàm 76. anni.

Et aliqui Dd. tradunt, ex lapsu temporis longissimi præsumi in transactionem, aliove contractu respectu feudi inito, intervenisse etiam consensum agnatorum, *Albert. Brun. cons. 40. col fin. vers. septimo.*

Igitur sequitur, ex his satis superque liquere, quod Dominus A. A. ejusque patrui transactionem initam à Domino M. approbavere, & ratificavere.

Rursus ex hoc infertur, quod neque Domino A. A. neque patruis ipsius permittatur illam transactionem impugnare, quodque illa transactio in illorum præjudicium valeat & rata sit.

Quinimò ex supradictis liquet, illam transactionem in præjudicium Domini A. A. ejusque patruorum, nec non & reliquorum descendentium à Domino M. indistinctè & valere & ratam esse, etiamsi probari non posset, Dominum A. A. ejusque patruos illam transactionem ratam habuisse.

Septuagesimo septimo, † Transactio facta a Vasallo de feudo, & in præjudicium filiorum & descendentium absque omni dubio valet & rata est, eo casu quando per sententiam diffinitivam, quæ in rem judicatam transivit, pronunciatum & declaratum est, illam transactionem etiam in præjudicium illorum qui à transigente descendunt, ratam esse. 427

Namque certum est, quod res judicata pro veritate habeatur, *l. res judicata, & ibi Dd. ff. de Reg. jur. cum similibus allegat. suprà.*

Sed

Sed per sententiam diffinitivam latam anno 1551. in judicio provinciali inferioris Lusatiæ contra patruos Domini A. A. pronunciatum est, illam transactionem in præjudicium patruorum Domini A. A. & sic descendentium Domini M. valere & ratam esse, sicut hoc patet ex sequentibus verbis illius sententiæ.

Und darumb mit solchem Eide billich verschonet / auch von angestalter Klage absolviret werden / inmassen wir sie hiemit absolviren, Es würden denn Kläger ihrem anzeigen in Acten beschehen nach / weitere bestendige Gründe und Ursachen ihres Intents der gesampten Hand an Herrn F. von B. seligen nachgelassenen Lehengüttern / Sonderlich aber an S. B. und S. oder daß der Vertrag Sonabends nach Corporis Christi, anno 97. zu Prag datiret, nichtig / in geordenter Frist der Landgerichts Ordnung einbringen und vorfahren.

Itaque sententia in rem judicatam transivit, sicut hoc suprà comprobavi.

Et licet in illa sententia patruis Domini A. A. permissum sit intra tempus præfinitum in ordinatione judicii provincialis inferioris Lusatiæ, & sic intrà sex septimanas à die illius sententiæ latæ deducere & probare, illam transactionem in præjudicium illorum nullam vel invalidam esse.

Attamen ille terminus est absque dubio, & peremptorius, & exclusivus.

Et cum à tempore illius sententiæ latæ jam sint elapsi viginti duo anni, & amplius dubio omni caret, Barones à B. nullo modo audiendos esse, etiamsi ipsi vellent deducere & probare, illam transactionem nullam esse.

Quam tamen probationem, & deductionem facere illis omnino impossibile est, etiamsi prædictum tempus elapsum nondum esset.

Et licet prædicta sententia tantùm sit lata contra patruos Domini A. A. Baronis à B. nec in illâ ulla fiat mentio Domini A. A.

Attamen illam sententiam etiam Domino A. A. quoad plenum præjudicium obstare, ex suprà deductis liquet.

Igitur etiam ex hoc sequitur, istam transactionem initam inter Dominum M. & Dominum U. Baronem à B. absque omni dubio præjudicare, Domino A. A. & hoc operari, ne Domino A. A. ejusve patruis & Baronias controversas ullius regressus detur.

Septuagesimo octavo, omnis † con- 428
trahens præsumitur tempore contractus
initi, legitimæ & perfectæ ætatis fuisse, *Bald.*
l. 1. C. si minor. se major. dixer. Dec. c. in præ-
sentia. num. 11. extr. de probat. Dec. cons. 686. 429
num. 14.

Et is † qui prætendit, vel ad impugnandum, vel ad annullandum contractum, vel ad alium finem transigentem, sive contrahentem tempore transactionis vel alterius contractus initi, minorem fuisse, hoc probare debet, illaque probatione non adimpleta, ipse repellitur, *l. si minorem & ibi Dd. C. de in integ. restitut. l. cum te. & ibi Pet. de Bell. Pet. Cyn. Salycet. & Dd. C. de probat. Ioan. And. c. infantib. de R. I. l. 6. Bart. cons. 92. Bald. cons. 19. lib. 5. Alciat. in tract. de Præsumpt. Reg. 2. Præsumpt. 14. glos. c. Præsbyter. distinct. 78. Bart. l. 1. n. 14. ff. de except. Bart. l. de ætat. quæst. 3. ff. de minor. Chalderin. cons. 5. tit. de probat. Bald. cons. 264. circa. fin. lib. 3. cons. 133. circa fin. lib. 3. Imol. cons. 23. Abb. c. in præsentia. & ibi Dec. num. 50. extr. de probat. Abb. c. 1. in fin. extr. de reg. Dominic. si eo tempore. col. 2. de rescript. lib. 6. Alex. cons. 149. num. 16. lib. 5. Dec. cons. 682. num. 16. Francis. Hercul. in tract. quib. teneat. probar. negat. illat. 39.*

Sed licet in actis mihi transmissis, patrui Domini A. A. contra transactionem initam à Domino M. inter cætera allegaverint Dominum M. tempore illius transactionis initæ minorem fuisse.

Attamen illa allegatio minoris ætatis à patruis Domini A. A. hactenus probata non est.

Igitur sequitur, illam allegationem minimè attendendam, nec per illam transactionem initam infringi posse.

Septuagesimo nono, † licet secundum 430
dispositionem juris Saxonici agnati proximiores, vasalli defuncti filiorum impuberum tutores esse cogantur, *art. 23. in princ.* Landtrecht.

Itaque dispositio, † juris Saxonici con- 431
sentanea sit ll. duodecim tabularum quibus cautum est, quod agnati proximiores pupillorum tutores esse debeant, *l. 1. & tot. tit. ff. de legitim. tutel. 1. & tot. tit. C. eo tit. in princ. & §. 1. nec non & tot. tit. Institution. de legit. agnator.*

Attamen illud penitus indubitatum est, † quod tam secundum juris
communis quàm juris Saxonici dispo- 432
sitio-

sitionem tutores testamentarii, tutoribus legitimis præferantur, & præferri debeant.

433 Quodque tutelæ † non aliter locus sit, nisi constet atque liqueat, patrem pupillorum intestatum decessisse & in testamento suo filiis suis impuberibus nullos tutores dedisse, *Auth. matri & aviæ. & ibi Dd. C. quando mulier tutel. offic. fungi poss. l. si quis sub conditione. & ibi Bart. ff. de testam. tutel. Instit. de legit. agnator. success. in princ. & ibi Sylvest. Aldobrand. nu. 12. & 13.*

434 Ideoque is, † qui allegat sive prætendit præsertim ad impugnandam transactionem vel contractum, eum, qui cum aliquo contraxit, sive transegit tempore illius transactionis vel contractus initi tutorem vel curatorem fuisse illius cum quo transactio vel contractus initus est, probare tenetur, non tantum quod is, cum quo transactio vel contractus initus est, tempore transactionis sive contractus initi impubes vel minor fuerit, quodque is transegit sive contraxit cum minore ipsius agnatus proximior fuerit, sed etiam quod pater illius impuberis, absque testamento decesserit, nullumque in testamento suo filiis suis impuberibus tutorem dederit.

Tum quia certum est, quod quilibet teneatur probare id, quod est fundamentum suæ intentionis sive agendo sive excipiendo, sive replicando, *l. qui accusare & ibi Dd. C. de edend. l. actor C. de probat. l. in Exceptionibus ff. de except.*

Tum quia etiam is, qui dicit vel prætendit aliquem intestatum decessisse, nullumque in testamento suo liberis suis tutorem dedisse, hoc probare tenetur, *Rom. l. si emancipati. & ibi Dec. num. 2. C. de collat. Francis. Aret. l. sed etsi de sua col pen. & seq. ff. de acquir. hæred. Corn. cons. 125. col. pen. lib. 4. Anton. Gab. Rom. in tract. Reg. lib. 1. tit. de probat. conclus. 6. num. 29. Idemq. sentit Bart. cons. 90. num. 12. Spec. in tit. de testam. §. sequitur videre. num. 16.*

435 Tum quia etiam † is, qui se in negativa fundat, negativam probare tenetur, *Bart. Alex. Ias. & Dd. l. in illa ff. de verb obligat. Bart. l. ita stipulatus, vers. quod si ab initio. ff. de verb. obligat. Alex. cons. 23. col. 1. lib. 1. cons. 26. cons. 44. in princ. lib. 2. cons. 116. in prin. lib. 3. Dec. cons. 78. circa fin. Card. Paris. cons. 58. col. 2. lib. 3. Cravet. cons. 1. col. fin. Tiraquel. in tract. de utroq. Retract. par 1. §. 32. glos. 1. num 94. Francis. Herculan. in tract. quis tene. probar. negati. num. 2. Anton. Gab. Rom. in tract. Reg. lib. 1. tit. de probat. conclus. 6.*

In quibus locis Tiraquel. Anton. Gab. Rom. & Francis. Herculan. multos alios Dd. ad hoc citant.

Et licet multi Dd. velint † quem in dubio præsumi intestatum mortuum, eumque, qui allegat quem intestatum sive nullo testamento condito mortuum hoc probare non cogi, *Bart. l. ex potest. & ibi Alex. & Ias. n. 84. ff. de acquir. hæred. Alex. Ias. Corn. & Reinold. l. si emancipati. & ibi Curt. Iun. num. 5. Cagnol. in Rep. num. 34. usq. ad num. 40. Sebast. Sap. num. 29. C. de collat. Guilhelm. Benedict. c. Raynutius verb. & uxorem nomine Adelasiam. num. 3. & verb. testamentum el. 1. in princ. extr. de testamentis. Curt. Sen. cons. 27. col. 9. Guid. Pap. in tract. de præsumpt. num. 118. Covarru. variarum Resolut. lib. 2. cap. 6. num. 5. Rom. cons. 45. Corn. l. 2. C. qui admitti. Corn. cons. 197. nu. 3. lib. 4.* 436

Illamque sententiam communem esse attestatur, *Cagnol. & Covarru. in loc. præalleg.*

Attamen illa contraria sententia, posito illam veram esse, procedit tantum eo casu, quando illa allegatio, quod quis intestatus decessit, respicit solum commodum allegantis, nec cum alterius præjudicio conjuncta est.

Secus etiam est, quando illa allegatio respicit præjudicium tertii, sive cum præjudicio tertii conjuncta est.

Tunc enim, † absque omni dubio non præsumitur istum intestatum decessisse, sed is qui hoc allegat, illud probare tenetur, sicut hoc satis probatur per id, quod in simili traditur, licet quilibet præsumatur esse bonus, hoc tamen non procedere in præjudicium tertii, sive eo casu, quando de præjudicio tertii agitur, *Felin. c. cum in jure col. 1. extr. de off. delegat. Dec. c. super literis. num. 6. extr. de rescript. Godzad cons. 66. col. 2. Alciat. in tract. de præsumpt. Reg. 3. præsumpt. 2. num. 2. Anton. Gab. Rom. in tract. Reg. lib. 7. tit. de criminal. conclus. 2. num. 11.* 437

Sed certum est, quod illa allegatio, quia ad infringendum contractum vel transactionem prætenditur, eum qui cum aliquo contraxit vel transegit, tempore illius transactionis vel contractus initi ipsius, cum quo contraxit agnatum proximiorem, & sic tutorem illius fuisse, cum præjudicio alterius conjuncta sit.

Igitur

Igitur sequitur, quod is qui hoc allegat, teneatur probare, & eum, cum quo contractus sive transactio inita est, tempore illius contractus, sive transactionis fuisse impuberem, & patrem illius intestatum decessisse, neque in testamento suo nullos tutores reliquisse.

Sed licet in actis mihi transmissis prætendatur, Dominum M. tempore transactionis initæ fuisse minorem, & Dominum U. fuisse ipsius & agnatum proximiorem, & tanquam agnatum proximiorem tutorem illius Domini M.

Attamen hactenus probatum non est, nec etiam ex actis mihi transmissis liquet, quod Dominus W. pater Domini M. intestatus decesserit, atque nullum in testamento Domino M. tutorem dederit vel reliquerit.

Igitur sequitur, licet patrui Domini A. A. Barones à B. in actis mihi transmissis prætenderint, Dominum M. tempore transactionis initæ fuisse minorem, & Dominum U. fuisse ipsius & agnatum proximiorem, & tutorem, hanc tamen allegationem minimè admittendam esse, nec per illam transactionem initam infringi posse.

438 Octuagesimo, is † qui actionem aliquam realem, vel personalem contra pupillum vel minorem habet, illius tutor, vel curator esse nequit, etiamsi ipse sit & agnatus illius proximior, & pater illi impuberi sive minori in testamento nullum tutorem dederit, *Auth. minoris. & ibi Bart. Bald. & Dd. C. quando mulier tut. offic. fung. possit.*

439 Similiter clari juris est, † quod etiam is agnatus proximior, qui non habet domicilium habitationis in isto territorio, in quo pupillus, sive minor degit tutelam, vel curam ipsius pupilli vel minoris suscipere non tenetur, sed se ab illo excusare potest, *l. idem Vlpianus §. fin. & l. fin circa. fin. ff. de excus. tutor. Sylvest. Aldobrand. §. non esse num. 5. Instit. de excus. tutor.*

Sed ex actis mihi transmissis liquet, quod Dominus U. tempore transactionis initæ non tantum habuerit actiones contra Dominum M. sed etiam illas actiones contra Dominum M. ante istam transactionem initam instituerit, illaque lis, & tempore transactionis duraverit, & per transactionem initam sopita fuerit,

Deinde quoque ut opinor tempore transactionis initæ Dominus M. habuit domicilium habitationis suæ in Baronia F. & sic in Marchia inferioris Lusatiæ, Dominus verò W. U. eo tempore, ut opinor, habuit domicilium habitationis suæ in Baronia F. vel in Baronia M. & sic in alio territorio.

Igitur sequitur, etiamsi probari posset, Dominum M. avum Domini A. A. tempore transactionis initæ & minorem sive impuberem fuisse, & ei a patre suo in testamento nullum tutorem datum.

Attamen ex hoc inferri non posse, quod Dominus U. tempore illius transactionis initæ tutor Domini M. fuerit, quodque ista transactio tanquam inter tutorem & pupillum inita sit vel nulla vel invalida.

Octuagesimo primo, dubio omni caret, † quod secundum dispositionem tam juris civilis quàm juris Saxonici tutela finiatur, statim atque pupillus puberes annos attigit, *l. nisi finita. ff. de tutel. & ration. distrah. l. fin. C. quando tutor esse desin. Instit. quib. mod. tutel. finitur. in princ. & ibi Sylvest. Aldobrand. fac. text. art. 23. in princ. ibi.* **Und ist der Kinder Vormunder dabey / biß sie zu ihren Jahren kommen / Landrecht / lib. 1.** 440

Similiter clari juris est, † quod secundum dispositionem juris civilis masculi statim, atque illi 14. ætatis annum complevere, puberes efficiantur, *l. fin. C. quando tutor. esse desin. Instit. quibus. mod. tutel. finiatur in princ.* 441

Et secundum dispositionem, † juris Saxonici respectu bonorum feudalium masculi efficiuntur puberes, post 13. annum, & 6. menses completos, *art. 26.* **Lehenrecht** */ & traditur. in differ. inter jus civil. & Saxonicum. lib. 1. differ. 16.* 442

Deinde quoque indubitati juris est, † quod is qui alicujus tutor fuit, legitimus testamentarius vel dativus finita tutela curam illius suscipere, vel curator ipsius fieri non cogatur, *l. curator. C. de excusat. tutor. §. qui tutelam. Institut. eod. tit.* 443

Illudque penitus indubitatum est, † quod tutor finita tutela cum pupillo suo perinde ut quilibet extraneus transigere & contrahere possit, quodque contractus initus inter tutorem & pupillum post finitam tutelam perinde ratus sit, atque si is contractus cum quolibet extraneo initus fuisset. 444

Sed

Sed ex actis mihi transmissis liquet atq; patet, quod Dominus M. tempore transactionis initæ ad minimum pubes fuerit, & 14. annum ætatis suæ compleverit.

Igitur sequitur, etiamsi probari posset Dominum M. tempore transactionis initæ fuisse, & minorem & ei in testamento patris nullum tutorem datum, nec non etiam Dominum U. antea fuisse tutorem illius legitimum. Attamen illam tutelam finitam pubertate Domini M.

Rursus etiam ex hoc infertur, quod Dominus U. tempore transactionis initæ Domini M. neque tutor neque curator fuerit, quodque illa transactio ex illo capite impugnari nequeat, quasi ista inter tutorem & pupillum inita sit.

445 Octuagesimo secundo, † tam transactio, quàm alius contractus initus inter tutorem & pupillum, palam & bona fide & intervenientibus legitimis requisitis valet & tenet, *l. pupillus. §. fin. & ibi Bart. & Dd. ff. de authoritat. tutor. l. non existimo, ff. de administrat. tutor. l. cum ipse. & ibi glos. Bald. Alberic. de Rosat. & Salycet. C. de contrah. empt. Fab. de Mont. in tract. de empt. & vendit. 3. quæst. princ. q. 4. Sylvest. Aldorand. §. si inter num. 5. & 6. Instit. de author. tutor. Bertachin. in suo Repertor. verb. tutor licet regulariter.*

446 Et contractus † inter tutorem & pupillum initus, præsumitur esse initus palam & bona fide; si ille contractus fuerit initus vel præsente judice vel magistratu vel præsentibus bonis & honestis viris, *Bart. l. frater à fratre. num. 57. ff. de condict. indeb.*

Similiter & ex eo; quod is tutor, qui cum pupillo palam transegit, vel contraxit, Baro vel nobilis fuit, præsumitur istam tam transactionem quàm contractum bona fide initum, *Castal. in tract. de Imper. milit. designand. 17. privileg. nobilitat. num. 31. Bon. de Curtil. in tract. de nobilitat. par. 5. nu. 60. Ioan. Lup. Rep. Rub. Chart. 4. extr. de donat. inter vir. & uxor. Tiraquel, in tract. de nobilitat. cap. 20. nu. 40.*

Sed Dominus U. qui cum Domino M. transegit, fuit & Baro & nobilis.

Illaque transactio est inita & præsente Præfecto inferioris Lusatiæ, & sic magistratu sive judice & præsentibus multis aliis Baronibus atque nobilibus.

Igitur sequitur, eo ipso præsumi & probari illam transactionem esse initam palam & bona fide, nec impugnari posse, etiamsi fides fieri possit, quod & Dominus M. tempore illius transactionis initæ impubes vel minor fuerit, quodque Dominus U. tunc temporis illius tutor vel curator fuerit.

Octuagesimo tertio, † ex lapsu temporis longi vel longissimi præsumitur, quod in transactione aliove contractu cum pupillo vel minori inito, intervenerint omnes solennitates à lege requisitæ, *Corn. cons. 109. in fin. lib. 3. Cravet. in tract. de antiquit. tempor. par. 3. §. venio nunc ad tertiam.* 447

Et confirmatur, tum quia propter antiquitatem temporis lapsum nempe 10. vel 30. annorum, & in transactione, aliove contractu celebrato, cum ecclesia sive in alienatione rerum Ecclesiarum præsumuntur intervenisse omnes solennitates, omniaque requisita legitima, *c. ea nascitur. extr. de his quæ fiunt à Prælat. sin. consens. Capit. c. pervenit. & ibi glos. extr. de empt. & vendit. Alex. cons. 79. col. 3. lib. 1. cons. 45. col. fin. lib. 3. cons. 92. col. 2. lib. 6. Socin. cons. 15. col. pen. lib. 1. cons. 208. col. 3. & cons. 266. col. 12. lib. 2. Dec. l. 1. col. 4. C. qui admitti. Dec. cons. 36. col. 6. & cons. 409. col. 1. Ias. l sciendum. num. 17. vers. septimo facit. ff. de verb. obligat. Bald. cons. 511. lib. 7.*

Tum quia ex lapsu temporis longi vel longissimi præsumitur in contractu quolibet atque alienatione qualibet intervenisse omnes solennitates à lege requisitas, *l. si filius. & ibi Bart. & Dd. C. de pet. hæred. l. qui in aliena. in princ. & ibi Ang. Imol. Rom. Alex. & Ias. ff. de acquir. hæred. c. continebatur. extr. de his quæ fiunt à Prælat. sin. consens. Capit. Host. Ioan. And. Abb. & Dd. c. Albericus extr. de testibus. Hostiens. Card. Anton. de But. Imol. & Felin. c. illud. num. 29. extr. de sentent. & re judicat. Ang. Imol. Raph. Cuman. Alex. & Ias. l. sciendum. ff. de verb. obligat. Ias. & Dec. l. 1. C. qui admitti. Cravet. in tract. de antiqnitat. tempor. par. 3. §. venio nunc ad tertiam. Anton. Gab. Rom. Reg. in tract. Reg. lib. 1. tit. de præsumpt. conclus. 1.*

Et hoc usque ad adeò verum est, † ut ex lapsu 30. annorum præsumatur tam in contractu vel transactione minoris, quàm in quolibet alio contractu vel transactione intervenisse omnes solennitates à lege requisitas, etiam in iis in quibus agitur de gravissimo præjudicio, *Alex. l. qui in aliena, in princ. col. 3. ff. de acquir. hæred. Alex. cons. 179. col. 3. lib. 7. Felin. c. illud num. 5. extr. de præsumpt. Cravet. in tract. de antiquitat. tempor.* 448

tempor. part. 3. §. venio nunc ad tertiam, num. 6.

Et prædicta procedunt, etiamsi de illis solennitatibus in instrumento super venditione vel alio actu confecto nec renunciativè quidem fuerit facta mentio, *Alex. cons. 79. lib. 1. Felin c. sicut nu. 33. vers. septimo & ultimo, extr. de sentent. & re judic. Ias. l. sciendum. nu. 16. vers. quid tenendum. ff. de verb. obligat. Dec. cons. 341. col. 6. & cons. 558. col. 2. Cravet. in tract. de antiquitat. tempor. par. 3. §. venio nunc ad tertiam. nu. 11.*

Item etiamsi agatur de præjudicio tertii, *Alex. cons. 179 col. 3. lib. 7. Socin cons 270. col. 2. lib. 2. Corn. cons. 181. col. 6. lib. 2. Curt. Sen. cons. 77. col. 2. Dec. cons. 442. col 5. Ias. cons. 54. col. 5. lib. 1.*

449 Præterea quoque indubitati juris est, † quòd præsumptio, & eum, pro quo militat, ab onere probandi relevet, atque onus probandi in adversarium transferat, quodque præsumptioni semper standum sit, donec contrarium probetur, *l. fin. in princ. ff. quod met. caus. l. sive possidetis. C. de probat. Bart. l. in illa. ff. de verb. obligat. Hip. de Marf. sing. 451. Alciat. in tract. de præsumpt. par. 3.*

Quinimò præsumptio censetur esse probatio evidens, liquida & manifesta, atq; pro veritate habetur, sicut hoc suprà docui.

Potissimùm autem hoc locum habet in præsumptione descendente ex lapsu temporis immemorialis.

Illa enim præsumptio secundum multorum D. sententiam vel præsumptio juris & de jure contrariam probationem non admittens, *Anton. de But. & Felin. l. cum nobis. extr. de præscript. Anton. Rub. cons. 13. col. 3. Godzad. cons. 8. nu. 37. Cephal. cons. 129. nu. 3.*

Sed ab eo tempore, quo prædicta transactio est inita inter Dominum M. avum Domini A. A. & Dominum U. patrem Domini N. N. ultimi possessoris, & in qua transactione Dominus M. Domino U. refutavit Baronias controversas, sunt elapsi non tantùm decem vel triginta anni, sed 76. anni, & sic tempus non modò longissimum, sed quodammodò immemoriale.

Igitur sequitur, ex lapsu illius temporis & præsumi & probari, quòd ista transactio sit inita intervenientibus omnibus solennitatibus à jure requisitis, quodque illa transactio & valeat & rata sit, etiamsi fides fieri possit, Dn. U. tempore illius transactionis initæ vel pupillum vel minorem fuisse, quod tamen neque hactenus probatum est, nec unquam probari poterit.

Octuagesimo quarto, † Consensus sive authoritas Regis vel Principis omnem defectum solennitatis supplet, & actum etiam à minori vel pupillo celebratum nullis intervenientibus solennitatibus legitimis firmum & validum efficit, *l. 2. & ibi Bald. & Salycet. C. quando decret. opus non est. l. omnium. & ibi Dd. C. de testamentis. Ioan. Plot. l. fin col. 2. C. de vendend. reb. civitat. lib. 11. Rol. à Vall. cons. 15. nu. 4. & 5. lib. 1.* 450

Et confirmatur per id, quod Dd. tradunt, quòd etiam decretum sive authoritas Judicis inferioris hoc operetur, ut omnia præsumantur ritè, rectè & solenniter gesta, *Spec. §. nunc. dicendum. vers. & breviter. tit. de empt. & vendit. Bald. l. cùm tamen. §. si prætor. ff. de transact. Bald. c. sicut. col. 2. extr. de sentent. & re judic. Alex. cons. 103. lib. 2. Dec. cons. 209. cons. 541. nu. 11. cons. 536. nu. 4. Rum. cons. 189. nu. 11. lib. 1. Ias. l. pacta novissima. nu 6. & 7. C. de pact. Ias. c. 1. in princ. nu. 8. de his, qui feud. dar. poss.*

Sed in casu præsenti tum ex eo, quòd Rex U. Rex L. & Imperator F. Dominum U. ejusque filios de Baroniis controversis investivère, tum ex lapsu temporis non modò longi vel longissimi, sed quodammodò immemorialis satis superque probatur, quòd ad istam transactionem accesserit consensus & authoritas Regum Bohemiæ.

Illaq; transactio inita est præsente Præfecto inferioris Lusatiæ, & præsentibus aliis Baronibus, Nobilibus, & honestis viris.

Igitur sequitur, illam transactionem absque omni dubio valere & ratam esse, etiamsi fides fieri possit, quòd Dominus M. tempore illius transactionis initæ fuerit minor vel pupillus, & Dominum U. habuerit Tutorem vel Curatorem, quodque in illa transactione nulla omninò solennitas adhibita fuerit.

Rursus ex hoc infertur, quòd illa transactio multò magis valeat, cùm nec hactenus probatum sit, nec unquam probari possit, Dominum M. tempore illius transactionis initæ fuisse pupillum vel minorem, & Dominum U. ipsius Tutorem vel Curatorem fuisse, atq; tamen ex lapsu temporis, tum ex aliis indiciis & circumstantiis liquet, illam transactionem ritè, rectè & solenniter, sincerè, palam, & bonâ fide initam.

Octuagesimo quinto indubitati juris est, † tam transactionem, quàm alium contractum à minore initum jurejurando minoris confirmari, *auth. sacramenta puberum. C. si advers. vendit.* 451

Quòd procedit, etiamsi iste contractus, & nullis intervenientibus solennitatibus legitimis celebratus fuerit, & alioquin per se & ipso jure nullus esset, *gloss. Auth. sacramenta puberum. verb. contractibus. & ibi Iacob. Butrigar. col. 1. Odofred. col. fin. vers. sed denuò quaero. Alberic. de Rosat. col. 1. & col. fin. vers. & expone. Bart. circa princ. col. 2. Bald. in princ. Salycet. col. 2. vers. quaero juxta Iohan. Fab. col. 6. vers. in glossa magna. Paul. Castr. col. 2. Ias. num. 3. 33. & 46. C. si advers. vendit. gloss. §. item sacramenta. & ibi Iacob. de Belvis. Alvar. Praepos. & Matth. de Afflict. de pac. juramento firm. Bart. l. si quis pro eo in princ. membr. 5. & ibi Ang. & Paul. Castr. ff. de fidejussor. Ioan. de Imol. c. cùm contingat extra de jurejur. Nicol. Everhard. in sua Topic. in loc. à vi energia sive efficacia juramenti nu. 7. Anton. Gab. Rom. in tract. Regular. lib. 2. tit. de minor. conclus. 5. nu. 20. Covarr. Rep. c. quamvis par. 1. §. 2. nu. 1. circa fin. de pact. lib. 6.*

Deinde hoc locum habet, etiamsi contractus minoris meram donationem contineat, *gloss. auth. sacramenta puberum. verb. contractibus. ibi Bart. nu. 18. Bald. col. pen. Alberic. de Rosat. col. 3. vers. super contractibus. & col. 3. vers. quid de donatione Odofredus. col. 3. vers. super eo. Ang. col. 2. vers. item nota. Salycet. col. 2. in fin. vers. quaero cùm glossa. Ias. nu. 71. C. si advers. vendit. Ioan. Andr. c. cùm contingat. vers. item quod habeat locum & ibi Imol. col. 51. vers. item attende quod voluit. extr. de jurejur. Andr. de Isern. c. 1. §. item sacramenta. col. 4. in fin. vers. item sive sit contractus. & ibi Alvar. & Praepos. col. pen. Matth. de Afflict. notab. 6. nu. 1. de pac. juramento firm. Francisc. Aret. l. qui superstites. col. 4. ff. de aquir haered. Francisc. Aret. c. in praesentia. col. 3. notab. 6. ibi Felin. col. 4. extr. de probat. Imol. cons. 123. col. 2. in fin. Alex. cons. 125. col. 6. lib. 1. cons. 58. col. 6. vers. ad secundum respondetur. lib. 3. cons. 39. col. fin. lib. 4. Socin. cons. 53. col. fin. lib. 4. Dec. cons. 180. col. 3. cons. 281. col. 1. cons. 639. col. 1. Curt. jun. cons. 140. col. 1. Ruin. cons. 60. col. pen. lib. 3. Grammat. decis. 103. num. 54. Anton. Gab. Rom. in Tract. Regul. lib. 2. tit. de minor. conclus. 5. nu. 5.*

Illamque sententiam communem esse, attestatur *Dec. cons. 181. col. 2. vers. & hoc confirmatur. Gramm. decis. 113. nu. 54. Anton. Gab. in tract. Regul. lib. 2. tit. de minor. conclus. 5. nu. 5.*

Idem quoque juris est, si ille contractus contineat meram renunciationem, sive refutationem. Namque nihilominus talis contractus jurejurando minoris confirmatur, prout hoc volunt omnes Doctores modò citati. Et ultra illos idem expressè tenet *Mart. Laudens. in tract. de primogen. col. 6. vers. quaero à primogenitis. Iacob. de S. Georg. l. cum antiquioribus. C. de jur. deliber. Francisc. Aret. c. in praesentia. nu. 10. & ibi August. Bero. nu. 168. extr. de probat. Card. Paris. cons. 26. nu. 15. lib. 3. Georg. Nat. Rep. c. quamvis. limitat. 4. & ibi Covarr. nu. 3. par. §. 1. nu. 2. vers. septimo eidem verbo filia. & §. 2. num. 6. vers. quinto conclusio. de pact. lib. 6. Tiraquel. in tract. de primogen. quaest. 26. num. 8.*

Et licet multi Dd. velint † contractum minoris per juramentũ non aliter confirmari, nisi illud juramentum fuerit praestitum 452
tactis SS. Evangelus vel aliis sacris scripturis, *gloss. 1. c. 1. §. item sacramenta. & ibi Andr. de Iser. Alvar. Praepos. & Matth. de Afflict. de pac. juramento firm. Cyn. Bart. Odofred. Bald. Ang. Iacob. de S. Georg. & Dd. Auth. sacramenta puberum. C. si adversus venditionem. Bald. l. 1. C. eod. tit. Capel. Tholos. decis. 161. Anton. Gab. Rom. in tract. Regular. lib. 2. tit. de minor. conclus. 5. nu. 34.*

Attamen haec opinio, quòd per juramentum minoris contractus ab illo initus non aliter confirmetur, nisi illud juramentum fuerit praestitum tactis sacrosanctis Evangeliis vel aliis scripturis sacris, procedit tantùm de jure civili, secus autem est de jure caconico.

Namq; secundum juris Canonici dispositionem contractus a minori initus per juramentum ab ipso praestitum confirmatur, etiamsi illud fuerit praestitum non tactis sacrosanctis Evangeliis nec aliis scripturis, *Bart. d. auth. sacramenta puberum. nu. 8. & ibi Francisc. Curt. in Rep. nu. 6. C. si advers. vendit. Alciat. Rub. nu. 29. extr. de jurejurand. Covarru. Rep. c. quamvis. par. 1. nu. 1. de pact. lib. 6.*

Illamque sententiam communiter receptam esse, attestatur *Alciat. & Covarru. in loc. praeallegat.*

Illamque decisionem † Canonistarum 453
non tantùm in foro Canonico, sed etiam in foro civili servandam esse, dubio omni caret, *Francisc. Curt. Rep. d. Auth. sacramenta puberum. nu. 6.*

Sed in casu praesenti transactio inita inter Dn. M. & Dominum U. est confirmata sive roborata, & authoritate & consensu Regum Bohemiae & Imperatoris F. & praesentia Praefecti inferioris Lusatiae aliorumque Baronum & Nobilium & consensu non

non tantùm semel, sed sæpiùs geminato & reiterato.

454 Quæ † geminatio sive reiteratio, vim, vigorem, & efficaciam Juramenti obtinet, *Nicol. Everhard. in loc. à vi geminationis.*

Similiter & illa transactio est roborata & confirmata præstatione fidei, quæ eodem modo vim & vigorem Juramenti obtinet, sicut hoc inferius docebimus.

Igitur sequitur, transactionem initam inter Dominum M. & U. respectu Baroniarum controversarum absque omni dubio valere & ratam esse, etiamsi probari possit, Dominum M. tempore illius transactionis initæ fuisse minorem, & in illa transactione non intervenisse solennitates à jure requisitas.

455 Octuagesimo sexto, Dd. communiter tradunt, † quòd præstatio fidei sive promissio per fidem facta, regulariter æquiparetur jurejurando, atque eandem vim atque efficaciam habeat, *Spec. in tit de arbitr. §. fin. col. 23. vers. sed pone quod compromissum. Ioan. Andr. & Anton. de But. c. cum tempore extr. de arbitr. Ioan. Fab. & Alex. l. si quis major. & ibi Ias. nu. 28. C. de transaction. Guid. Pap. cons. 31. Archid. c. 1. de sepultur. lib. 6. Ias. cons. 91. col. 2. lib. 3. Ias. §. item si quis postulante, Instit. de action. Ias. l. ait prætor. §. jurari. ff. de jurejur. Host. c. per tuas. extra de arbitr. Felin. c. querelam. col. 2. extr. de jurejur. Felin. c. 2. col. 5. extr. de sponsal. Rip. c. 2. col. 2. extr. de rescript. Ruin. cons. 9. col. 1. lib. 3. Stephan. Bertrand. cons. 162. col. 5. lib. 1. Anton. Gab. Rom. in tract. Regul. lib. 3. tit. de transact. conclus. 1. nu. 28. Minsing. observat. 17. cent. 1.*

Illamque sententiam communiter receptam esse, attestatur *Stephan. Bertrand. & Anton. Gab. Rom. in loc. præallegat.*

Et licet multi Dd. velint, hoc non habere locum eo casu, quando agitur de confirmando contractu alioquin invalido, quodque isto casu fidei præstatio sive promissio per fidem facta, non æquiparetur jurijurando, *Innocent. & Bald. c. etsi Christus. extr. de jurejur. Bald. Auth. sacramenta puberum q 5. C. si advers. vendit. Ias. l. Prætor ait. §. jurari. nu. 1. & 2. ff. de jurejur. Covarr. Rep. c. quamvis par. 1. §. 2. nu 2. de pact lib. 6. Ar. Pincl Rep. l. 2. par. 2. cap. 1. nu. 13. C. de rescindend. vendit.*

Attamen in hoc contrarium tenent multi alii Dd. volentes præstationem fidei sive promissionem per fidem factam etiam eo casu, quando agitur de confirmando contractu alioquin invalidum, jurijurando æquiparari, idemq; operari, prout hoc tradit *Matth. de Afflict. decis. 339. nu. 2. Minsing. observat. 17. cent. 1.*

Illamque opinionem † in Germania 456
consuetudine receptam esse attestatur *Minsing. observat. 17. cent. 1.*

Ideoque hæc opinio in Germania in judicando absq; omni dubio observanda est.

Cùm sit clari & indubitari juris, quòd illa opinio Doctorum, quæ consuetudine approbata est, absque omni dubio in judicando sequenda sit, etiamsi Dd. magis communiter contrarium tenent, *Bald. c. 1. de feud. sin culp. non amit. Pet. de Anchor. cons. 177. incip. visis. Dec. c. 1. nu 22. extr. de constitut. Carol. Molin. in consuetud. Paris. tit. 1. §. 31. nu. 11. arg l. omnimè ff. de ll. c. cùm dilectus. extr. de consuetud.*

Nec etiam dubitandum est Minsingero attestanti de consuetudine Germaniæ fidem adhibendam esse.

Cùm Doctori † attestanti de consuetu- 457
dine regulariter fides adhiberi debeat, *Bart. l. de quibus in Rep. q. 4. ff. de ll. Bald. c. cùm dilectus col. 2. extr. de consuetud. Raph. Cuman. cons. 57. & cons. 166. cons. 58. Barbac. cons. 8. col 9. lib. 1. cons. 23. col. peu. lib. 2. Socin. cons. 29. nu 10. cons. 118. nu. 2. cons. 150. nu. 39. lib. 1. cons. 275. nu. 4 lib. 2. Dec. cons. 559. col. 2. cons. 691. col. 2. cons. 694. col. 1. Godzad. cons. 59. col. 4. Socin jun. cons. 60. col. pen. lib. 2. Curt. jun. cons. 60. col. 2. Rol. à Vall. cons 71. nu. 21. 22 & 23. & cons. 87. nu. 12. lib. 1.*

In quibus locis *Dec. Godzad. Curt. jun. Socin. jun. & Rol. à Vall.* attestantur, hanc opinionem communiter receptam.

Et hæc sententia, quòd † videlicet præ- 458
statio fidei sive promissio sub fide vel per fidem facta, vim & efficaciam juramenti habeat, etiam quoad confirmandum contractum alioquin invalidum, multò magis procedit in promissionibus factis à Baronibus, & Principibus, sicut hoc expressè tradit *Minsing. observat. 17. cent. 1.*

Tum quia Barones & Principes ex promissionibus suis longè fortius & efficacius obligantur quàm privati, *Mart. Land. in tract. de confœder. Princip. q. 46. fac. id quod tradit Bald. c. 1. col. fin. extr. de pact. Ias. l. jurisgentium. §. si cùm nulla. nu. 23. ff. eod. tit. Cravet. in tract. de antiquitat. tempor. par. 1. §. non omitto.*

Tum, quia verbum simplex Baronis & Principis æquipollet juramento privati, *Ioan. Baptist Caccialup. Rep. l. omnes populi. nu. 107. ff. de justit. & jur.*

Et secundum illam opinionem, quòd videlicet promissio facta a Baronibus vel Principibus sub fide sua, nempe, Bey Fürst-

lichen Ehren vnd Würden / obtineat vim juramenti, etiam quoad confirmandum contractum, sive actum, gestum in Camera imperiali pronunciatum esse, attestatur *Minsinger, observat. 17. cent. 1.*

Sed transactio inita inter M. & Dominum U. respectu Baroniarum controversarum, est confirmata præstatione fidei, sicut hoc patet ex sequenti clausula illius transactionis, Das hat vnser einer dem andern bey vnsern guten waren Trewen stet vnd fest vnuerbrüchlich vnd vnwiederrufflich mit Mund vnd Hand geredt vnd gelobt zu halten.

Insuper illa transactio est confirmata non tantum præstatione fidei, sed etiam consensu non tantum geminato, sed sæpius reiterato.

Ulterius etiam illa transactione roborata & confirmata, & authoritate sive consensu Regum Bohemiæ & imperatoriæ Majestatis, & præsentia, & Præfecti inferioris Lusatiæ, & multorum aliorum Baronum, & Nobilium, & lapsu temporis non modo longi & longissimi, sed fere immemorialis.

Igitur etiam ex hoc sequitur, illam transactionem & valere, & ratam esse, etiamsi doceri vel probari possit, Dn. M. tempore illius transactionis initæ fuisse & minorem & pupillum, & in illa transactione nullas solennitates legitimas intervenisse, vel adhibitas fuisse, quod tamen hactenus probatum non est.

459 Octuagesimo septimo, † tam pupillus quam minor, nec non & hæredes illorum, absque omni dubio tenentur observare, & ratum habere, illam tam transactionem, quam contractum, ex qua transactione sive contractu minor sive pupillus locupletior effectus est, licet illa transactio, vel contractus fuerit initus, non intervenientibus legitime solennitatibus, *l. si id quod. §. fin ff. de rescind. vend. l. si minoris. ff. de administr. st. tutor. l. pupillus. §. 1 ff. de author. & consens. tutor. l. in pupillo. ff. de solut. l. fin. C. pro emptor. gloss. in princ. verb. obligant. & ibi Sylvest. Aldobrand. nu. 24. cum 4. seqq. Instit. de Author. tutor. Card. Paris. cons. 33. nu. 28. lib. 2.*

Sed ex supra deductis liquet, quod Dn. M. tempore transactionis initæ nullum penitus jus habuerit in Baroniis controversis.

Præterea quoque patrui Domini A. A. in actis mihi transmissis in Replica nempe expresse fatentur, quod Dominus F. propatruus Domini A. A, illa bona feudalia, quæ ipse jure successionis a patre suo acquisivit, inter quæ fuit Baronia F. post mortem suam transtulerit pro dimidia parte ad Dn. U. & pro alia dimidia parte ad Dn. M.

Et sic dimidia pars illius juris, quod Dominus F. in Baronia F. habuit ante istam transactionem citra controversiam pertinuit ad Dominum U.

Deinde quoque tam ex transactione Initi, quam ex actis mihi transmissis liquet, quod per transactionem istam Dn. U. Domino M. cesserit, atque refutaverit illud jus, quod ipse in Baronia F. citra omnem controversiam habuit, quodque eam ob causam Dominus M. Domino U. vicissim cesserit, & refutaverit Baronias controversas, in quibus tunc temporis Dominus M. habuit, vel nullum penitus jus, vel illud jus saltem controversum fuit.

Et sic liquet, Dominum M. per illam transactionem completorem effectum.

Igitur etiam ex hoc sequitur, quod tam Dominus A. A. quam illius patrui tanquam successores Domini M. istam transactionem inviolabiliter observare teneantur, etiamsi fides fieri posset, Dominum M. tempore illius transactionis initæ fuisse impuberem vel minorem, & in illa transactione non intervenisse solennitates a lege requisitas.

Octuagesimo octavo † dubio omni caret, quod contractus a pupillo vel minore initus etiam nullis intervenientibus legitimis solennitatibus confirmetur atque validus, firmus, & inexpugnabilis efficiatur, si minor postquam is major effectus fuerit vel etiam hæres illius istum contractum ratificaverit, approbaverit vel ratum habuerit, *l. 1. & 2. & ibi gloss. Salycet. Paul. Castr. & Dd. C. si major fact. rat. habuer. l. 1. & 2. & ibi Bart. Bald. Salycet. & Dd. C. si major fact. alien. fact. ratum habuer. Rom. cons. 54. nu. 3. vers. tertio ista pars. Francisc. Aret. cons. 128. nu. 1. Card. Paris. cons. 33. nu. 29. cons. 49. nu. 14. & 15. lib. 1. fac id quod tradit Matth de Afflict. dec. 220. n. 20.* 460

Illaque † ratificatio sive ratihabitio fit & inducitur, non tantum verbis, sed etiam factis sive reipsa, *l. pactu respondit. ff. rem ratam haber. gloss. l. 1. verb. ratam fecerint. & ibi Salycet. & Dd. C. si major fact. ratum habuer. Francisc. Aret. cons. 128. nu. 6. Dec. cons. 231. nu. 4. & 5. Card. Paris. cons. 33. nu. 29. & 30. cons. 49. nu. 14. 15. & 16. lib. 1. Horat. Mandos. in addit. ad Rom. cons. 54. nu. 3.* 461

Illaque ratificatio inter cætera inducitur pro hoc, quod minor fact⁹ major ista bona, quæ ipse per istam transactionem acquisivit, retinuit, & ex illis fructus & reditus percepit, *Bald. cons. 184. lib. 2. Alex. cons. 117. col. 2. lib. 4. Francisc.*

Francisc. Aret. cons. 108. nu. 6. Dec. cons. 58. nu. 2. & cons. 232. num. 4. & 5. Card. Paris. cons. 33 nu. 29. & 30. cons. 49 nu. 17. & 18. lib. 1.

Et hæc ratificatio sive approbatio contractus, quæ fit facto eo ipso, nempe quòd minor major factus bona acquisita per transactionem vel alium contractum etiam ab initio nullum & inutilem retinuit, & ex illis fructus & reditus percepit, dicitur expressa ratificatio, *Card. Paris. cons. 49. n. 16. lib. 1.*

Sed in casu præsenti, Dominus M. ejusque filii & descendentes illa bona, quæ Dominus M. per istam transactionem acquisivit post illam transactionem initam & perfectam ultra 76. annos retinuerunt, & ex illis omnes fructus & reditus perceperunt, & adhuc etiam retinent, & ex illis fructus & reditus percipiunt.

Igitur sequitur, quòd Dominus M. ejusque filii, & descendentes illam transactionem eo ipso non semel sed sæpiùs singulis nempe annis, & singulis actibus, quibus isti fructus & reditus percepere, approbaverint, & ratificaverint.

Rursus ex hoc infertur, per istam approbationem, ratificationem & ratihabitionem istam transactionem validam, firmam & inexpugnabilem effectam, etiamsi doceri vel fides fieri possit, Dominum M. tempore illius transactionis initæ fuisse minorem, & in illa transactione non intervenisse solennitates legitimas, eamque ob caussam illam transactionem ab initio nullam & invalidam fuisse.

462 Octuagesimo nono, clari juris est, † quòd tàm transactio quàm alius contractus omninò gratuit⁹ à minore initus etiam nulliter & non intervenientibus legitimis solennitatibus confirmetur, ut validus, firmus atque inexpugnabilis efficiatur, si minor intra quinquennium, postquam ipse majorem ætatem attigit, hunc contractum non impugnaverit, *l. fin. & ibi Bart. Bald. Salycet. & Dd. C. si major fact. alien. fact. rat. hab. gloss. l. 1. verb. ratam fecerint. & ibi Salycet. C. si major fact. ratum habuer. gloss. l. 3. §. 1. verb. comprobaverit. ff. de minor. Bald. cons. 45. in princ. lib. 2. Alex. cons. 117. nu. 2. lib. 5. Dec. l. quod in initio. nu. 11. & ibi Cagnol nu. 2. ff. de Reg. Iur. Francisc. Aret. cons. 127. col. 3. Rum. cons. 63. col. 2. lib. 1. cons. 141. col. 2. lib. 4. Albert. Brun. cons. 51. circa fin. Alber. Brun. in tract. de form. fol. 49. col. 2. Francisc. Baldus in tract. de præsumpt. 1. part. 6. princ. nu. 45. Card. Paris. cons. 33. nu. 22. cons. 49. lib. 1. cons. 16. nu. 95. lib. 2. Anton. Gab. Rom. in tract. Regular. lib. 2. tit. de minor. conclus. 4.*

Sed ab eo tempore, quo hæc transactio inter Dominum M. & Dominum U. inita est, sunt elapsi 76. anni.

Et hactenus probatum non est, quòd Dominus M. tempore transactionis initæ minor fuerit.

Et ex actis mihi transmissis liquet, quòd Dominus M. ab eo tempore, quo ipse etiam secundum propriam confessionem patruorum Domini A. A. absque controversia major factus est, non modò intra quinquennium, sed nec intra decennium quidem istam transactionem impugnavit.

Igitur sequitur, illam transactionem etiam per hoc confirmatam, validam, firmam, irrevocabilem & inexpugnabilem effectam, etiamsi probari, vel fides fieri possit, Dominum M. tempore transactionis initæ fuisse & minorem, & in illa transactione non intervenisse solennitates legitimas.

Eamque ob caussam illam transactionem ab initio nullam, & inutilem fuisse.

Nonagesimo, † In contractibus initis 463
tàm à majoribus, quàm à minoribus non præsumitur intervenisse læsio, sed is, qui allegat sive prætendit in contractu aliquo læsionem intervenisse, istud probare tenetur, *l. verum. §. sciendum. ff. de minor. l. minoribus. C. de in integr. restitut. l. nam & postea. §. si minor. & ibi Bart. Bald. Ang. Salycet. Rom. Alex. & Ias. ff. de jurejur. c. cum causa. & ibi Dd. extr. de testib. Corn. cons. 181. lib. 2. & cons. 50. nu. 3. lib. 3. Alberic. de Rosat. l. minor. viginti quinq. annis si omissam. ff. de minor. Imol c. auditu. notab. 1. extr. de in integr. restitut Socin. cons. 115. nu. 13. Card. Paris. cons. 33. nu. 36. cons. 49. nu. 26. cons. 96. nu. 69. lib. 1. Capell. Tholos. q. 54. & q. 99. Boër. decis. 79. nu. 6. ubi Boër. attestatur, hanc opin. veriorem & communiorem esse.*

Sed hactenus probatum non est, Dominum M. avum Domini A. A. in ista transactione læsum esse.

Multò verò minùs probatum est, Dominum M. in ista transactione esse læsum enormiter vel enormissimè.

Quinimò ex actis mihi transmissis liquet, Dominum M. in ista transactione non modò læsum non esse, sed ex ista transactione maximè commodum percepisse. Cùm per illam transactionem ipse acquisiverit illam partem Baroniæ F. quæ absque controversia ad Dominum U. pertinuit.

Igitur sequitur, illam transactionem initam inter Dominum M. & Dominum U. prætextæ læsionis impugnari vel infringi non posse.

464 Nonagesimo primo, † si minor major factus contractum in minori ætate initum tacitè vel expresſè ratificaverit, vel approbaverit, minori non permittitur, postea contra illum contractum, restitutionem in integrum petere, etiamsi ipse probare possit, se in isto contractu læsum, *l.3.§.1.& ibi Dd.ff. de minor. l.1.& 2.& ibi Dd. C. si major fact. rat. habuer. Card. Paris. conf. 33. n.34. lib.1.*

Similiter contra contractum jurejurando confirmatum minori in integrum restitutionem petere non permittitur, etiamsi minor docere possit, se in isto contractu læsum esse, *l.1.& ibi Dd. C. si advers. vendit. Auth. sacramenta puberum. & ibi Dd. C. eod. tit. Bald. l. generaliter. col. 2. in princ. C. de reb. credit. Felin. c. cùm sit generale. col. 6. in fin. vers. intellige dupliciter. extr. de form. compet. Mart. Laud in tract. primogen. col. 5. vers. quæro an primogenitus. Iacob. de S. Georg. l. cum antiquioribus. q.28. C. de jur. deliber. Tiraquel. in tract. de jur primogen. q.26. nu.6.& q.28. nu.2. Cravett. conf. 7. nu. 3.*

Et idem quoque dicendum est; Si renunciatio minoris fuerit confirmata per præstationem fidei, cùm præstatio fidei idem quod juramentum operetur.

Præterea quoque & authoritas sive consensus Principis tantam firmitatem tribuit tàm transactioni, quàm alii contractui, ut non possit quis dicere, se ex illo contractu læsum, nec etiam contra illum contractum, restitutionem in integrum petere, etiamsi is, qui contractum vel transactionem inivit, talis sit, cui alioquin in integrum restitutionem petere permittitur, *Archidiac. & Ioan Andr. c.1. de pact. lib.6. Alex. conf. 240. n.10 lib.6. Cravet. conf. 5. nu.2. conf 253. n.8.*

Sed transactio inita inter Dominum M. & Dominum U. a Domino M. est confirmata per præstationem fidei, Item etiam per consensum non semel, sed sæpiùs reiteratum, quæ tàm præstatio fidei quàm geminatio sive reiteratio consensus vim & vigorem juramenti obtinet, sicut hoc supra docui. Et tam Dominus M. postquam is citra controversiam major effectus fuit, quàm filii, & descendentes illius istam transactionem, & expresſè, & tacitè approbavêre, & ratificavêre.

Illamq; transactionem consensu & authoritate Regum Bohemiæ roboratam ex investituris Regum B. & ex lapsu temporis nō modò longi vel longissimi, sed quodammodò immemorialis liquet & præsumitur.

Igitur sequitur, neque Domino A. A. neque patruis ipsius permitti contra illam transactionem, restitutionem in integrum petere, etiamsi ipsi docere vel probare possent Dn. M. in ista transactione læsum fuisse.

Nonagesimo secundo, † Etiam in iis casibus, in quibus minori permittitur, contra transactionem vel alium contractum propter læsionem sufficienter probatam restitutionem in integrum petere, illa restitutio in integrū peti non potest, nisi intra quadriennium ab eo tempore numerandum, quo is minor majorem ætatem attigit, *l. fin. & ibi Dd. C. de tempor. in integr. restit.* 465

Et licet Dd. citati in rationibus dubitandi velint restitutionem in integrum non tantùm intra quadriennium, sed etiam semper & quandocunque peti posse, eo casu, quando læsio est enormissima.

Attamen videtur, illam opinionem veram non esse. Namque & ll. cautum est, & à Dd. communiter traditum est, contra præsumptionem, per quam tamen quis totaliter læditur, minorem restitutionem in integrum petere non posse, nisi tantùm intra quadriennium ab eo tempore computandum, quo is major effectus fuit, *Clem. 1. de restitut. in integr. gloss. fin. c. Auditis. & ibi Dd. extr. de præsumpt. Ioan. Fab. §. rursus. Instit. de Act. Matth. de Afflict. decis. 175.*

Quinimò multi Dd. tradunt, minori neque adversus præsumptionem neq; adversus alium lapsum temporis, per quem tamen minor totaliter læditur, non posse petere restitutionem in integrum, nisi tantùm intra illud tempus, per cujus lapsum ipse læsus fuit eo casu, quando illud quadriennio minus est, *gloss. l. sed etsi per Prætorem. §. quoties. ff. ex quib. caus. maior. gloss. l. interdum. verb. planè & ibi Bart. & Bald. ff. de minor. gloss. l. divus. verb. restituere. vers. sed an hoc casu. ff. de in integr. restit. gloss. l. inter minores. verb. appellare. ff. eod. tit. gloss. l. supervacuam. verb. continue. & ibi Bart. Bald. Ang. & Salycet. C. de tempor. in integr. restit. Spec. §. restat, nu. 1. tit. de in integr. restit. Iacob. Butr. & ibi Dyn. §. rursus. & ibi Ang. n.6 Ias. n.58. Inst. de act. Azo in sum. tit. de tempor. in integr. restit. vers. item fiunt. Iacob. de Aret. & Paul. Castr. l. quod tempore. C. de restit. milit. Bart. l. ab hostibus. §. sed quod simpliciter. ff. ex quibus caus. maior. Bart. l. ait prætor. §. si conditionalis ff. de his qui in fraud. credit. Francis. Balb. in tract. de præscript. 1. par. 6. part. prin. n 28. Tiraq. in tract. de utroq. retract. par. 1. §. 35. gl. 2. n. 12.*

Et posito veram esse illorum Dd. sententiam, qui concludunt, restitutionem in integrum non tantùm intra quadriennium, sed etiam semper & quandocunq; peti posse eo

casu,

casu quando læsio est enormis vel enormissima. Attamen isto casu absque omni dubio petitio restitutionis in integrum finiretur intra 30. annos ab eo tempore quo is minor majorem ætatem attigit, prout hoc expressè & in specie tradit *Covarru. variar. resolut. lib. 1. c. 3. nu. 12. vers. sed ut rem à qua divertimus. cum 2. nu. seqq.*

Illaq; sententia confirmatur, tum quia certum est, quod restitutio in integrum non per viam actionis, sed tantum per implorationem officii judicis petatur, *l. quod si minor. §. fin ff. de minor. Bal. l. 1. nu. 12. & ibi Dd. ff. de jurisdiction. judic. Dd. §. rursus Inst. de act.*

Et clari juris est, quod officium judicis sive improbatio officii judicis etiam eo casu, quo illud quadriennium excedit, 30. annis expiret, & extinguatur, *glos. l. sicut in princ. verb. persecutione. & ibi Bald. C. de præscript. 30. vel 40. annorum glos. l. querelæ C. de fals. Bart. l. prætor. §. fin. & ibi Ias. ff. de oper. no. nunc. Bald. l. 2. col. fin. C. de execut. rei judic. Ias. §. rursus. col. 2. & 3. Instit. de Act. Ias. §. fuerat. col. 8. Institution. eo tit. Francis. Balb. in tract. de præscript. 4. par. 4. princ. q. 30. nu. 1. Drag. in tract. de utroq. Retract. par. 1. §. 35. glos. 4. nu. 40. & § 36. glos. 2. nu. 40.*

Tum quia eo casu, quando illa remedia quib⁹ alioquin minus tempus quam 30. anni præfiniti sunt, ex causa justa & probabili ultra illud tempus extenduntur, illa non durant ultra 30. annos, *c. 1. § porro quali feud. olim.*

Sed hactenus probatũ non est, quòd Dn. M. tempore transactionis initæ minor fuerit, vel quod ipse in ista transactione læsus sit.

Et insuper illud indubitatum est, quod ab eo tempore, quo ista transactio inita est, & Dominus M. majorem ætatem attigit, sint elapsi plures quam 70. anni.

Igitur sequitur, quod neque Domino A. A. neque patruis Domini A. A. permittatur contra istam transactionem, restitutionem in integrum petere, etiamsi Dom. A. A. vel patrui ipsius probare possent, Dominum M. & in ista transactione etiam enormiter vel enormissimè læsum & tempore illius transactionis initæ minorem fuisse.

465 Nonagesimo tertio, Dd. magis communiter tradunt, † quod transactio etiam in qua quis enormiter vel enormissimè læsus est, retractari nequeat, sed nihilominus inviolabiter observari debeat, *glos. c. cum causa, & ibi Innocent. Ioan. Andr. Pet. de Anchor. & Abb. extr. de empt. & vendit. Spec. in tit. de empt. & vendit. § nunc vidend. restat. vers. quid de transactione. Bald. l. 2 col. 1. ad fin. & ibi Slycet. n. 7. C. de rescindend. vendit. Bald. Rub. col. 2. extr. de transact. Ang. in sum. ff. de condict. indeb. Raph. Cuman. l. si quis cum aliter. & ibi Alex. col. 4. Ias. n. 13. vers. contrariũ. ff de verb. oblig. Abb. cons. 12. lib. 2. Ioan. de Anon. cons. 33. Alex. cons. 42. lib. 1. Alciat. l. quãvis. C. de transact. Catel. Cot. in memor. incip. venditor. Curt. Sen. cons. 66. n. 27. Ruin. cons. 132 n. 8 lib. 1. Gomes. in Reg. de annal. Posses. q. 2. Bertrand. cons. 225 lib. 1. Connan. lib. 7. c. 9 in fin. Matth. de Afflict. dec. 220. Curt. l. sub prætextu nu. 2. C. de transact. Grat. cons. 118. n. 9 lib. 2. Card. Paris. cons. 96 n. 60. lib. 1. Dec. cons. 216. num. 33.*

Et in præallegat. loc. Dd. attestantur, hanc opin. communiter receptam.

Sed ille contractus, per quem Dominus M. avus Domini A. A. Baronias controversas refutavit, Domino U. est contractus transactionis.

Igitur sequitur, quod neq; Domino A. A neq; aliis descendentibus Domini M. permittatur illam transactionem impugnare, quodq; illa transactio in illorum præjudicium absque omni dubio valeat, & rata sit, etiamsi ipsi fidem facere possit, Dominum M. in ista transactione enormiter vel enormissimè læsum.

Multò verò magis Domino A. A. ejusve patruis permitti non debet, illam transactionem impugnare, cum hactenus de læsione fides facta non sit, & ex actis mihi transmissis liqueat, Dominum M. in ista transactione non modò non læsum sed etiam commodum ex ista transactione percepisse.

Nonagesimo quarto, † contractus jurejurando confirmatus, nec prætextu, læsionis enormis vel enormissimæ oppugnari vel infringi potest, *glos. & Panor. c. cum causa. & ibi Anton. Butrig. num. 47. extr. de empt. & vendit. Bart. l. 2. n. 9. & ibi Bald. nu. 12. Salycet. q. 10 Alberic. de Rosat n. 9. Paul. Castr. n. 10. & 15. Pantal. de Crem. nu. 175. Cagnol. q. 8. n. 91. C. de rescindend. vend. Cagnol l. si quis major. num 38. C. de transact. Alex. cons. 125. nu. 9. lib. 1. cons. 133. lib. 5. Cravet. cons. 188. n. 3. Bover. in tract. de virtut. Iuramenti. nu. 12 Covarru. Rep. c. quamvis par. 3 § 4. n. 4 de pact. lib. 6.* 467

Idemque juris est, † si ille contractus fuerit confirmatus præstatione fidei, cum præstatio fidei jurejurando æquiparetur, sicut hoc suprà docui. 468

Multò verò magis hæc opinio locum habet eo casu, quando contractus ultra præstationem fidei est confirmatus, & authoritate sive consensu superioris, & lapsu temporis non modò longi vel longissimi, sed immemorialis vel quasi, & consensu non tantum semel sed sæpius reiterato & præsentia bonorum virorum.

Sed transactio inita inter Dominum U. & Dominum M. est confirmata præstatione fidei, nec non & ultra præstationem

fidei authoritate & consensu superioris, & consensu Domini M. non semel sed sæpius geminato, & præsentia bonorum virorum, & lapsu temporis non tantùm longi vel longissimi, sed quodammodo immemorialis.

Igitur etiam ex hoc sequitur, illam transactionem prætextu læsionis enormis vel enormissimæ impugnari non posse, etiamsi de læsione fides fieri possit.

Multò verò minus illa transactio impugnari potest, cum de læsione enormi vel enormissima hactenus fides facta non sit, nec etiam unquam fieri poterit.

469 Nonagesimo quinto, † ille contractus, in quo intervenit consensus geminatus prætextæ læsionis enormis vel enormissimæ, rescindi nequit, *Paul. Castr. cons. 386. col. 2. in fin. lib. 2. Dec. cons. 181. col. 2. in fin. cons 216. col. fin. Anton. Rub. cons. 133. nu. 9. cons. 139. cons. 143. & cons. 147. Abb. cons. 71. col. 1. lib. 1. Cravet. cons. 54. num. 7. cons. 114. circa fin. cons. 151. num. 31. & 32. Cassan in consuetud. Burgund. Rub. 7. §. 12. num. 37. Covarru. Rep. c. quamvis par. 3. §. ulti. num. 6. vers. octava conclusio. de pact. lib. 6. Bell. cons. 24. col. 5. Mantuan. lib. 1. locor. cap. 6. Anton. Gab. Rom. in tract. Reg. lib. 3. tit. de empt. & vendit. conclus. 1. num. 124. Rolan. à Vall. cons. 59. nu. 33. lib. 1.*

Sed transactio inita inter Dominum M. & Dominum U. est confirmata consensu geminato non semel sed sæpius.

Namque ista transactio est inita anno 1497. & Dominus M. in ista transactione non tantùm simpliciter, sed etiam verbis geminatis, & sub præstatione fidei promisit, quòd illam transactionem neque de jure neque de facto impugnare, vel contra illam, quid attentare velit.

Et anno sequenti, nempe anno 1498. Dominus M. illam transactionem expressè & ratificavit & approbavit.

Insuper etiam Dominus M. ejusque filii & descendentes illa bona, quæ ipsis per transactionem & in recompensationem renunciationis factæ acquisita sunt, ultra 76. annos tenuere, possidere, & ex illis fructus & reditus percepere.

Ex quibus actibus similiter singulis annis vel singulis vicibus ratificatio, & approbatio transactionis factæ introducta est, sicut hoc suprà docui.

Igitur etiam ex hoc sequitur, Dominum A. A. ejusque patruos transactionem initam inter Dominum M. & Dominum U. impugnare non posse, etiamsi Dominus A. A. fidem facere posset, Dominum M. in ista transactione enormiter vel enormissimè læsum.

Multò verò minus Dominus A. A. illam transactionem impugnare potest, cum de læsione nec hactenus fides facta sit, nec unquam fieri poterit.

Nonagesimo sexto, † beneficium *l. 2. C. de rescindend. vendit.* per quod beneficium succurritur illi, qui in contractu aliquo enormiter vel enormissimè læsus est, non habet locum in feudis sive in rebus vel bonis feudalibus, *Spec. tit. de empt. & vendit. §. nunc videndum. vers. sed nunquid. Pet. de Bel. Pertio. Guid. de Suzor. & Ang. l. de quibus. & ibi Ias. num. 27. ff. de ll. Bald. l. 2. num. 6. & ibi Salycet. num. 10. Paul. Cast. col. 4. & Pantal. de Crem. in repetit. num. 34. C. de rescind. vendit. Rom. l. si quis cum. alter. col. 1. ff. de verb. obligat. Alex. cons. 79. num. 6. lib. 1. Fab. de Mant. in tract. de empt & vendit. quæst. 8. princ. num. 14. Everhard. in sua Topic. in loc. à ratione legis larga. 4. cap. princ. Matth. de Afflict. c. 1. in princ. nu. 50. de feud. cognit. Anton. Gab. Rom. in tract. Reg. lib. 3. tit. de empt. & vendit conclus. 1. num. 74.* 470

Sed Baroniæ controversæ sunt feuda sive bona feudalia.

Igitur etiam ex hoc sequitur, illam transactionem infringi non posse, etiamsi fides fieri possit, Dominum M. in illa transactione enormiter vel enormissimè læsum.

Nonagesimo septimo, † Decretum judicis etiam inferioris in contractu aliquo interpositum hoc operatur, ne ille contractus prætextu læsionis enormis vel enormissimæ impugnari vel infringi possit, *Bart. & Bald. l. 1. C. de præd. Curial. lib. 10. Ang. cons. 142. Ang. l. pretia rerum ff. ad l. Falcid. Socin. cons. 207. col. fin. lib. 4. Socin. Reg. 220. limitat. 2. & Reg. 436. limitat. 2. Paul. Cast. l. 2. col. 1. limitat. 2. C. de rescind. vendit. Ang. l. 1. C. de præscript. 30. vel. 40 annor. Ang. Rep. l. sciendum. col. 6. ff. de verb. obligat. Felin. c. quoniam contra. col. 7. extr. de probat. Ias. c. 1. col 3. de his qui feud. dar. poss. Ias. cons. 119. col. 2. vers. accederet. etiam lib. 1. Dec. cons. 210. num. 8. vers. tertio principaliter. Albert. Brun. cons. 41. col. 9. Bertrand. cons. 18. col. 2. lib. 1. Mantua cons. 82. col. 1. illamq; opin. communem esse, attestatur Dec. cons. 210. nu. 8.* 471

Eamque magis communem esse dicit *Anton. Gab. Rom. in tract. Reg. lib. 3. tit. de empt. & vendit. conclus. 1. nu. 57.*

Et

Et certum est, quod consensus sive authoritas Imperatoris vel Regis, idem & plus operetur quam decretum judicis inferioris operatur, *l. 2. C. quando decret. op. non est.*

Huc accedit, quod authoritas sive consensus magistratus superioris sit longè efficacior, & plus roboris atque virium habeat quam authoritas Judicis inferioris, *Azo. in sum. C. de tutor. vel curator. qui non satisd. Bald. l. tutorem. ff. de confir. tutor. Ias. l. pacta novissima. C. de pact. Ias. c. in princ. de his qui feud. dar. poss.*

Et in specie, quod nemo prætendere possit, se per istum contractum vel transactionem læsum, in quo contractu, sive in qua transactione intervenit consensus vel authoritas Principis, quodq; talis contractus prætextu læsionis impugnari nequeat, tradit *Archidiac. & Ioan. Andr. c. 1. de pact. lib. 6. Alex. cons. 240. nu. 10. lib. 6. Cravet. cons. 5. nu. 2. cons. 253. num. 8.*

472 Præterea quoque ex † lapsu temporis longi vel longissimi præsumitur, in actu aliquo intervenisse decretum Judicis, *Calcan. cons. 11. col. 5 circa med. Dec. l. 1 col. 4. circa med. C. qui admitt.*

Sed in casu præsenti à tempore transactionis initæ inter Dn. M. & Dn. U. est elapsum non tantùm tempus longum vel longissimum, sed quodammodò immemoriale.

Et tam ex lapsu illius temporis longissimi, & quodammodò immemorialis, quàm ex investituris Regis U. Regis L. & Imperatoris F. nec non etiam ex aliis indiciis & conjecturis præsumitur & probatur, illam transactionem roboratam esse consensu & authoritete Regum Bohemiæ.

Igitur etiam ex hoc sequitur, Dn. A. A. non permitti istam transactionem impugnare, etiamsi Dn. A. A. fidem facere posset, Dn M. avum suum in ista transactione enormiter vel enormissimè læsum.

Multò verò minus Dn. A. A. permittitur illam transactionem impugnare, cum de læsione nec hactenus fides facta sit, nec unquam fieri possit.

473 Nonogesimo octavo, † ei qui in contractu aliquo enormiter vel enormissimè læsus est, nec non & hæredi & successori illius non permittitur, illum contractum prætextu illius læsionis impugnare vel ad rescissionem illius agere, nisi tantùm intra 30. annos, *glos. l. 2. & ibi Bart. col. 1. Bal. col. 3. Ang. col. 1. & ibi Cagnol. & Ar. Pinel. in Rep. par. 2. c. 1. n. 26. C de rescind. vendit. glos. c. cum causa. & ibi Abb. col. pen. extr de empt. & vendit. Fulgos. l. in contractibus. ex quib. caus. major. Anton. de But. cons. 45. col. pen. Corn. cons. 17. col. 5 lib. 4. Francis. Balb. in tract. de præscript. 4. par. 4. par. princ. q. 26. Anton. Gab. Rom. in tract. Reg. lib. 3. tit. de empt. & vendit. conclus. 1. nu. 108.*

Similiter quoq; & prætextu nullitatis contractum aliquem nemini impugnare permittitur, nisi usque ad 30. annos tantum, *Bart. l. filio præterito col. antepen. & ibi Bald. col. ult. Ang. col. ult. Paul. Castr. & Pet. de Bell. ff. de injust. rupt. irritoq; fact. testam. Bald. cons. 410. lib. 4. cons. 189. lib. 5. Francis. Balb. in tract. de præsumpt. 4. par. 4. par. princ. q. 11. Tiraquel. in tract. de utroq; Retract. par. 1. § 36. glos. 2. n. 38.*

Sed ab illo tempore quo transactio inter Dn. M. & Dn. U. inita est, sunt elapsi non tantùm 30. anni, sed etiam 76. anni.

Igitur etiam ex hoc sequitur, quod Dn. A. A. Baroni a B. non permittatur illam transactionem impugnare, neque prætextu læsionis enormis vel enormissimæ neque prætextu nullitatis, etiamsi ipse fidem facere posset Dominum M. in illa transactione enormiter vel enormissimè læsum, vel illam transactionem propter defectum legitimarum solennitatum vel ob aliam causam ab initio nullam fuisse.

Nonagesimo nono, † tam transactio 474
quàm alius contractus quilibet pro se præsumptionem habet, *l. cum precibus. C. de probat. Bart. cons. 65. col. 2. vers. sed ad hoc dicendum. Bald. c. 1. in princ. de feud. dat. in vic. legis commissor. Bald. cons. 189. col. 2. lib. 4. Paul. Castr. cons. 261. lib. 2. Cravet. cons. 156. num. 1.*

Et contractus quilibet præsumitur esse justus, legitimus & licitus, atq; justè, legitimè & licitè, & bona fide initus, *Bald. Rub. col. 4. extr. de offic. delegat. Ias. cons. 153. lib. 4. Ludovic. Bologinus. l. legitima ff. de pact. Tiraquel. l. in fin. tract. de utroq; Retract. par. 2. in fin. nu. 126.*

Huc accedit, quod quilibet contractus præsumatur esse licitus & justus, & non præsumatur esse fraudulentus, *l. sed si maritus. §. si constante. ff. quæ & a quibus. l. quamvis. & ibi glos. & Bald. C. si quis alien. vel sol. Bald. c. illud Paul. ante fin. extr. de præsumpt. Paul. Castr. 388. col. 2. lib. 1. & cons. 261. lib. 2. Barbat. cons. 76. col. 1. lib. 3. Dec. cons. 491. nu. 4. Tiraquel. in tract. de utroq; Retract. par. 2. in fin. num. 125.*

Vel usurarius, *Bald. l. rogasti. §. si tibi. circa fin. & ibi Dec. col. fin. ff. si cert. petatur. Alex. cons. 222. col. 2. lib. 2. cons. 200. col. 2. lib. 6. Ias. l. 1. col. 5. vers. tertio multum nota. C. de ser fugit. Tiraquel. in tract. de utroq; Retract. par. 2. in fin. num. 126.*

Et prædicta generaliter quidem vera sunt, potissimum autem procedunt in contractib⁹

initis

initis à bonis & honestis viris, illi n. multò magis præsumuntur justi & legitimi, *Ioan. Andr. in add. ad Spec. Rub. circa fin. de usur. Tiraquil. in tract. de utroq; Retract. par. 2. in fin. num. 131.* Et tunc præsumptioni quoad videlicet contractus justus, & legitimus sit, standum & in hærendum est, donec contrarium probetur, *arg. l. fin. in princ. ff. quod. metus caus. l. sive possidetis. C. de probat. Hip. de Mars. sing. 451. Alciat. in tract. de præsumpt. par. 3.*

Igitur ex hoc sequitur, quod transactio inita inter Dominum M. & Dominum U. justa, legitima & licita reputari & præsumi debeat, præsertim cum & Dominus M. & Dominus U. qui illam transactionem inivere, fuerint, & Barones, & boni atque honesti viri, & à tempore illius transactionis initæ, sint elapsi 76. anni.

Rursus ex hoc infertur, huic præsumptioni standum esse, donec contrarium probetur.

475 Centesimo, † in transactione, vel alio contractu non præsumitur intervenisse dolus, sed is, qui dolum allegat, dolum probare tenetur, *l. quoties. §. qui dolo, ff. de probat. l. 3. §. fin. ff. de tributar. act. c. 1. de renuntiat. lib. 6. Cravet. cons. 8. num. 1. & cons. 319. nu. 1. Tiraquel. in tract. de utroq; Retract. par. 1. §. 26. glos. 1. num. 32. ubi Tiraquel. multa alia ad hoc citat.*

476 Similiter quoq; non † præsumitur metus, sive quod quis metu ad transigendû vel alium actum celebrandum inductus fuerit, sed is qui metum allegat, illum probare tenetur, *Bald. cons. 82. lib. 1 Cravet. cons. 115. num. 13. Card. Paris. cons. 10. num. 33. cum multis seqq. lib. 1.*

Et prædicta usq; adeò vera sunt, ut locum habeant etiam in contractibus initis a majori cum minori, nam nec in talibus quidem præsumitur dolus vel metus intervenisse, sed is qui prætendit, in talibus contractibus dolum vel metum intervenisse, illud probare tenetur, *Card. Paris. cons. 49. nu. 27. & 28. lib. 1.*

477 Et propter † læsionem etiam enormem regulariter non probatur impressio vel metus, *Alex. Ias. & Dd. l. interpositas arg. ill. text. C. de transact. Card. Paris. cons 5 nu. 191. lib. 4. Capol. in tract. de simulat. contract. in 2. præsumpt. 1. conclus. Pantal. de Crem. rep. l. 2. num. 154. C. de rescind. vendit.*

478 Præterea quoque certum est, † quod vani timoris nulla sit excusatio, quodque non quilibet metus ad rescindendum contractum sufficiens sit, *ll. vani timoris. ff. de Reg. Iur. l. metuum. 1. ff. quod metu caus. Ias. cons. 71. nu. 1. lib. 1.*

Sed quod adhoc, ut propter metum contractus rescindi possit, requiratur, ut ille metus sit metus mortis, vel cruciatus corporis, *l. inter positas. & ibi Dd. C. de transact. l. continet. ff. quod met. caus. Ias d. cons. 71. nu. 1. lib. 1.*

Et quidem talis qui constantissimum quemlibet movere possit, *l. metum. ff. quod met. caus. c. cum. dilect. extr. eo tit. c. veniens. & c. consultationi. extr. de sponsal. Card. Paris. cons. 5. num. 171. lib. 4. Ias. cons. 71. num. 1. lib. 1.*

Nec sufficit metus in genere, sed requiritur metus in specie, *Bald. & Salycet. l. interpositas. arg. ill. text. c. de transact. Steph. Bertrand. cons. 193. num. 37. lib. 5. Ias. d. cons. 71. nu. 1. lib. 1. Fran. Bersat. cons. 72. num. 6. lib. 1.*

Et insuper necesse est, ut metus sit causa proxima & immediata, non autem remota actus celebrati, *Bald. in cons. schismat. §. sed in contrarium. num. 16. arg. l quia latronibus. ff. de testam.*

Et metus † alleganti non aliter patroci- 479
natur, nisi ille metus probatus fuerit, & formiter & cum omnibus qualitatibus a jure requisitis, *l. interpositas. & ibi glos. verb. qualitas. C. transact. l. si major. C. eo tit. Card. Paris. cons. 10. num. 34 lib. 1. & cons. 5. num. 68. lib. 4.* Et per indicia non extrinseca vel remota, sed propinqua, & necessariò concludentia, *Salycet. l. inter positas. & ibi Ias. num. 4. C. de transact.*

Sed in casu præsenti, licet patrui Domini A. A. in lite mota inter Dominum M. Dom. B. W. & J. fratres, Barones à B. Actores ex unà, & Dom. C. Baronem à B. ejusque fratres Reos ex altera parte, allegarint Dominum M. dolo & metu ad transigendum inductum, eamque ob causam illam transactionem vel esse nullam vel saltem rescindendam.

Attamen iste dolus & metus, sive quod Dominus M. dolo & metu ad transigendum inductus fuerit, hactenus probatum non est.

Multò verò minus probatum non est, quod ille prætensus metus fuerit talis, qui posset movere constantem virum.

Igitur sequitur, quod ista allegatio Domino A. A. non patrocinetur.

Centesimo primo, clari & indubitati 480
juris est, † quod consensus vel authoritas, Princi-

Principis aut Regis, hoc operetur, ut omnis sinistra suspicio doli & metus removeatur, *Bald. l. fin. C. de contrah. empt. Andr. Barbat. inter consil. Alex. cons. 64. n. 3. lib. 4. var. text. l. 1. & ibi Bart. & Bal. C. de his qui propter. met. judic. non appella. l. probatorios C. de divers. offic. lib. 10. Socin. cons. 59. in princ. lib. 3. Bald. cons. 447. lib. 1. Petr. de Anchor. cons. 382. circa fin. Curt. jun. cons. 34. coll. 2. cons. 67. coll. 2. Cravet. cons. 124. nu. 2.*

Similiter tam præsentia quàm licentia judicis vel superioris omnem sinistram suspicionem doli, metus, fraudis, læsionis & deceptionis excludit, *Barbat. inter cons. Alex. cons. 64. nu. 2. & cons. 36. nu. 8. lib. 4. Card. Paris. cons. 10. nu. 53. lib. 1.*

Huc accedit, quod præsentia consensus vel autoritas Principis faciat cessare omnem omninò præsumptionem & fraudis sive deceptionis, *Abb. cons. 36. col. 2. circa med. lib. 2. Cravet. cons. 5. n. 2. cons. 253. n. 9.*

Et doli, *Bald. l. rescript. col. 2. C. de precib. Imp. offer. Ias. cons. 72. n. 1. lib. 1. Cravet. cons. 253. n. 9.*

Et machinationis, *Socin. l. si mihi & tibi §. in legatis. col. pen. vers. septimo solec. inferri. ff. de legat. 1. Cravet. cons. 253. nu. 9.*

Et metus, *Calcan. cons. 2. cons. fin. Ias. cons. 72. nu. 1. lib. 1. Cravet. cons. 253. nu. 9.*

Huc accedit, quod decretum sive authoritas judicis faciat cessare omnem præsumptionem doli & metus, *Bald. l. 0. arg. ill. text. C. de præd. decur. lib. 10. Bald. Paul. Castr. Alex. & Iason. l. pacta novissima C. de pact. Curt. jun. cons. 67. col. 2. in fin. cons. 118. col. 3. in princ. Rol. à Val. cons. 90. nu. 12. lib. 1.*

Nec non etiam omnem aliam sinistram suspicionem, *Bald. l. jubemus. C. ad SC. Trebellian. Barbat. inter cons. Alex. cons. 64. num. 2. lib 4.*

Et illud quod fit coram judice vel magistratu sive authoritate judicis vel magistratus, palam & bona fide factum confitetur, *Bart. l. frater à fratre. nu. 52. & ibi Cagnol nu. 275. ff. de condict. indeb. Ang. & Imol. l. 1. §. fuit quæsitum. ff. ad SC. Trebell. Alex. l. transactionem. & ibi Ias. n. 1 C. de transact. Ias. l. pacta novissima. num. 9. C. de pactis. Ias. c. 1. in princ. nu. 9. de his qui feud. dar. poss.*

Et hoc usque adeo verum est etiam in iis, quæ coram judice gesta sunt, cessationis præsumptio metus etiamsi probetur minas intervenisse, *Dec. cons. 232. coll. 3. vers. nec obstat si dicatur. Socin. jun. cons. 67. num. 40. lib. 2.*

481 Deinde quoque † præsentia omnium illarum personarum, quæ in dignitate constitutæ sunt, hoc operatur, ut actus coram illis gestus, omni sinistra suspicione careat, *Card. Paris. cons. 10. nu. 55. lib. 1.*

Præsentia quoque amicorum & consanguineorum omnem præsumptionem doli, metus, læsionis & deceptionis excludit & hoc operatur, ut contractus alioquin invalidus confirmetur & robur accipiat, *l. transactionem. & ibi Bart. Bal. Ias. & Dd. C. de transact. Bal. Bart. l. Frater à fratre, num. 52. & ibi Cagnol, num. 275. ff. de condit. indeb. Ang. cons. 215. col. fin. Alex. l. si cum dotem. §. eo autem tempore. col. 3 ff. solut. matrim. Francis. Aret. cons. 24. col. 4. Socin. cons 263. num. 10. lib. 2. Ang. Aret. §. quadrupli. ibi Ias. num 63. Inst. de Act. Tiraquel. in tract. dell. connubial. glos. nu. 37. Fab. de Mont. in tract. de empt. & vendit. col. 9. Ruin. cons. 47. col. fin. lib. 1. Card. Paris. cons. 139. num. 23. cum seqq. lib. 4. Stephan. Bertrand. cons. 4. nu. 32. & 33. lib. 3. par. 1. Dec. cons. 232. col. 2. Cravet. cons. 214. num. 2.*

Et idem quoque operatur præsentia quorumlibet honestorum virorum. Namque & illa omnem sinistram suspicionem doli & metus removet & excludit, *Ang. l. quæro. §. servum. ff. d. ædil. edict. Stephani Bertrand. cons. 193. nu. 138. lib. 5.*

Loci quoque † qualitas omnem sinistram suspicionem doli & metus excludit, 482
& actus gestus in tali civitate, in qua Rex vel Princeps cum sua curia residere solet, vel quæ alioquin legibus & judiciis constituta est, omni sinistra suspicione caret, *l. 1. & ibi Bart. & Bald. C. de his qui propter met. judic. non app. l. fin. in princ. & ibi Bart. ff. quod met. caus. Ias. cons. 72. nu. 1. lib. 1.*

Pro nobilibus quoque præsumitur, † 483
quod in actibus suis nullum dolum, fraudem vel metum adhibuerint, *glos. c. illud distinct. 40 Ioan Andr. c. constitutus. el. 2. col. pen. extr. de appellat. Ang. l. si à bonæ fidei. arg. ill. text. ff. de rei vendit. Ias. auth. jubemus nu. 12. vers. sexto facit. C. de judic. Ias. l. si penuria. §. fin. circa fin. ff. de condict. indeb. Petr. Gerbard sing 30. Rom. sing. 73. Alciat. in tract. de præsumpt. Reg. 1. præsumpt. 48. Socin. jun. cons. 39. nu. 26. lib. 2. Thom. Grammatti. cons. 33. num. 16. Cattel. Cott. Memor. incip. Nobilitas habetur. Tiraquel. in tract. de nobilitat. c. 20.*

Huc accedit, quod in nobilibus præsumatur simplicitas, amor nempe recti & veri, qui fraudi opponitur, *c. ex merito. 6. q. 1. c. si cupis. 16. q. 1.*

Similiter & bonitas, integritas sive innocentia, nec non & fama bona omnem sini-

sinistram suspicionem removet & excludit, *Bald. l. 1. nu. 4. C. de locat. & conduct. Bald. l. fin. C. de probat. Bald. cons. 262, num. 2. lib. 2. Angel. l. 3. §. sed si ex improviso. arg. ill. text. ff. de re militar. Dec cons. 189. Hip. de Marsil. cons. 129. cons. 118. cons. 120. Tiraquel. in tract. de pœn. cons. 51. nu. 3. Curt. cons. 65. nu. 12. & cons. 319. nu. 1.*

Sed Dominus U. qui cum Domino M. de Baroniis controversis transegit, fuit & Nobilis & Baro & bonæ & honestæ vitæ & famæ: Illaque transactio est inita Pragæ, quæ civitas & ll. & judiciis constituta est, & in illa Reges Bohemiæ cum sua curia residere solent.

Præterea quoque illa transactio est inita præsente Præfecto inferioris Lusatiæ aliisque & Baronibus & Nobilibus & viris honestissimis.

Et tam ex investituris Regis U. Regis L. & Imperatoris F. nec non & ex lapsu temporis longissimi & quodammodo immemorialis præsumitur & probatur, quod ad istam transactionem accesserit consensus Regum Bohemiæ.

Igitur sequitur, quod hæ circumstantiæ omnem sinistram suspicionem doli, metus, fraudis, & deceptionis penitus & excludant & removeant.

484 Centesimo secundo, † reiteratio sive geminatio consensus anni intervallo facta, hoc operatur, ut omnis præsumptio & suspicio metus tollatur & elidatur, *Card. Rom. cons. 10. num. 56. lib. 1. Cravet. cons. 114. nu. 8. lib. 1.*

Et idem tenere, *Card. Par. & Cravet. tradidit. Bald. in cond. schism. pos. sub. Rub. C. si quis aliquem testar. prohibuer. §. sed in contrarium. num. 15 ubi Bald. formaliter inquit.*

Nam qui bis vel sæpius quid facit, videtur velle quodque contra id nihil possit opponi, quia ubi secunda intervenit consideratio, ibi esse præsumitur plena deliberatio, *§. & has vero jubemus. & ibi glos. Auth. ut nulli jud.* Non enim est retractandum sed commendandum & observandum quod sæpè factum est, *c. non sine, extr. de arbitr. c. olim. extr de rescript.*

Et confirmatur ex eo, namque geminatio actus importet firmitatem consensus, *l. quinquaginta, ff. de probat. l. balista. ff. ad SC. Trebell. l. si mulier. la. 2. C. ad SC. Vellejan. l. cum fimus. & ibi Bart. & Alex. C. de agricol. & cens. lib. 11. cum similib. allegat. per Nicol. Everhard. in loc. à locut. geminat.*

Et ostendit enixam voluntatem, *Card. Paris. cons. 10. num. 57. cons. 32. num. 52. lib. 1. cons. 9. num. 43. lib. 2. cons. 3. num. 43. lib. 3. & cons. 10. num. 31. lib. 4.*

Et inducit deliberatam & appensatam mentem disponentis, *Ias. Rub. num. 11. ff. de verb. obligat. Card. Paris. cons. 89. num. 23. lib. 3.*

Et ex patientia sive observantia postea secuta præsumitur actum ab initio sponte & absque vi vel metu celebratum, cum ex iis, quæ postea fiunt, declaratur, qualis fuerit animus in præcedentibus, *l. sed & Iulianus. §. proinde. ff. ad SC. Maced. l. si servus plurium. §. fin. ff. de legat. 1. Crant. cons. 101. num. 3.*

Et in specie, quod ex patientia longi temporis 10. annorum nempe, præsumatur & probetur contractum absque metu & libera voluntate initum, tradit *Card. Paris. cons. 10. nu. 80. lib. 1.*

Ex lapsu quoque temporis longi vel longissimi præsumitur bona fides, & quod contractus absque dolo & fraude initus sit, *Alex. cons. 69. col. 1. lib. 5. Anton. Gab. Rom. in tract. Regul. lib. 1. tit. de præsumpt. conclus. 1. num. 41. Ias. cons. 72. num. 2. lib. 1.*

Sed ab eo tempore quo transactio inter Dominum M. & Dominum U. inita est, sunt elapsi anni 77. & per illud tempus ista transactio tanquam justa & legitima semper observata fuit.

Et licet ex parte Domini A. A. Baronis à B. prætendatur, quod Dominus M. istam transactionem impugnare nixus fuerit, attamen illud penitus indubitatum est, post illam transactionem plures quam decem annos elapsos, antequam Dominus M. illam transactionem impugnare cepit.

Deinde quoque illa transactio à Domino M. & descendentibus illius non semel sed sæpius tam verbis quàm factis confirmata est.

Tum quia Dominus M. anno 1498. illam transactionem expresse ratificavit, approbavit & pro executione illius transactionis Baronias controversas omneque jus, quod in illis habuit, cessit Domino U.

Tum, quia Dominus M. ejusque descendentes illam partem Baroniæ F. quæ antea competiit Domino U. quanquam Dominus U. in ista transactione Domino M. vicissim & reciprocè concessit & refutavit, jam ultra 76. annos possederunt, tenuerunt,

eruint, & ex illa omnes fructus & reditus perceperunt.

Per quos actus similiter ratificationem transactionis initæ, inductam, superiùs comprobavi.

Igitur sequitur, etiam per hoc satis sufficienrerque probari, illam transactionem neque metu, neq; dolo, sed sponte & liberâ voluntate, nec non & bona fide initam.

485 Centesimo tertio, † tàm transactio quàm alius contractus ab initio metu inirus confirmatur, si quis illum contractum postea, præsertim ex intervallò ratum habuerit, *l. 2. & ibi Dd. C. de his quæ vi, metuvè causa. l. pen. & ibi Las. & Dd. ff. de condit. ob turp. cauß.*

Similiter & ille contractus, cui dolus malus causam dedit, quodque eam ob causam per se & ipso jure nullus est, confirmatur, & validus, irrevocabilis & inexpugnabilis efficitur, si quis ex certa scientia illum contractum tacitè vel expeeßè ratificaverit vel approbaverit, *gloß. l. 1. verb. ratum haberet. & ibi Bart. Salycet. & Dd. C. si major fact. ratum habuer. Card. Parif. conf. 49. nu. 44. lib. 1. ubi Card. Parif.* attestatur, illam opinionem indifferenter omnes Doctores amplecti.

Et clari juris est, quòd in factis propriis scientia præsumatur, *l. quanquam. ff. ad Senatuscons. Vellejan. l. fin. & ibi Bartolus ff. pro suo.*

Sed Dominus M. transactionem initam inter ipsum & Dominum U. Anno 1497. sequente anno expreßè approbavit & ratam habuit.

Præterea etiam Dominus M. ejusque descendentes illam partem Baroniæ F. quam Dominus U. in ista transactione Domino M. concessit & refutavit, à tempore illius transactionis initæ ultra 76. annos retinuère, possedère & ex illa omnes fructus & reditus percepère, per quos actus non semel, sed sæpiùs ratificationem illius transactionis introductam supra docui.

Igitur sequitur, transactionem initam inter Dominum M. & Dominum U. confirmatam, & validam, firmam & irrevocabilem effectam, etiamsi doceri posset, Dominum M. ad illam transactionem dolo vel metu inductum: & eam ob causam illam transactionem vel esse nullam vel rescindendam.

486 Centesimo quarto, † jus impugnandi contractum prætextu metus sive impreßionis ultra 30. annos non durat, *Bald. conf. 189. lib. 5. Tiraquell. in tract. de utroq. retract. part. 1. §. 39. gloß. 2. num. 41. Las. conf. 72. nu. 2. lib. 2.*

487 Ex capite quoq; † nullitatis contractus ultra 30. annos impugnari nequit, *Bald. conf. 410. lib. 4. & conf. 189. lib. 5. Francisc. Balb. in tract. de præscript. 4. par. 4. par. princ. quæst. 21. Tiraquel. in tract. de utroq. retract. par. 1. §. 36 gloß. 2. nu. 89.*

488 Sicut † etiam post lapsum 30. annorum ex capite nullitatis impugnari nequir, neque sententia neque arbitrium neque decretum, *gloß. in summa. 35. quæst. 9. in fin. Spec. in tit. de sententia. §. juxta verf. ultim. Bald. l. 2. col. 2. verf. quæro quid esset. C. de jur. fisc. lib. 10. Bald. conf 67. col. 2. lib. 3. Salycet. l. si præses. col. fin. C. quando & quomod. judex. Imol. c. ex parte. col. 4. extr. de testib. Guid. Pap. conf. 61. col. 2. Ruin. conf. 62. num. 14. lib. 5.*

489 Et † exceptio præscriptionis, ab initio & ad processum opposita, litis ingressum impedit, *Bart. l. fratris. arg. illius text. C. de transact. Bart. l. fin. arg. illius text. ff. pro suo. Bart. & Salycet. l. omnes. arg. illius text. C. de præscript. 30. vel 40. annor. Bald. l. sicut. & ibi Alex. in addit. C. de præscript. 30. vel 40. annorum. Alex. conf. 213. in princ. lib. 2. Las. conf 72. nu. 2. lib. 1. Francisc. Balb. in tract. de præscript. 1. part. quæst. 9.*

Sed a die transactionis inita inter Dominum M. & Dominum U. sunt elapsi non tantùm 30. sed 76. anni.

Igitur sequitur, per lapsum illius temporis sublatam esse omnem omninò actionem, si qua forsan Domino M. ejusque hæredibus contra istam transactionem competere potuisset vel prætextu metus vel prætextu nullitatis.

490 Centesimo quinto † ad illud jus illasvè exceptiones, quæ semel per sententiam diffinitivam, quæ in rem judicatam transivit, reprobatæ vel rejectæ sunt, nemini regressus detur, *c. inter monasterium. & c. suborta, & ibi Dd. extr. de sentent. & re judic. l. quòd non diem. §. 1. ff. de compensat. Bart. & Dd. l. qui Romæ. §. duo fratres. ff. de verb. obligat.*

Sed in lite mota inter Dominum M. B. W. & J. Barones à B. Actores ex una, & Dominum C. ejusque fratres Reos ex alterà parte, Actores, contra transactionem initam inter Dominum M. & Dominum U. objecère & alligavère omnes prædictas exceptiones, nempe exceptionem minoris ætatis, doli, metus, deceptionis, læsionis enormis

enormissimæ: item quòd Dominus U. tempore illius transactionis initæ Domini M. Tutor vel Curator fuerit, Et tamen istis exceptionibus non obstantibus in judicio inferioris Lusatiæ Anno Domini 1551. pronunciatum est, illam transactionem ratam & firmam esse, nisi Actores intra sex septimanas docere possent, alias ob causas istam transactionem non valere.

Illaque sententia in rem judicatam transivit, Et licet prædicta sententia non sit lata contra Dominum A. A. sed tantum sit lata contra patruos Domini A. A.

Attamen illam sententiam Domino A. A. perinde præjudicare, atque si contra illum expressè lata esset, supra docui.

Igitur sequitur, si forsan Dominus A. A. contra transactionem initam inter Dominum M. & Dominum U. prædicta sive excipiendo sive agendo allegare vellet Dominum A. A. nullo modo audiendum vel admittendum esse.

491 Centesimo sexto, † etiam in iis casibus, in quibus permittitur partibus de viribus transactionis initæ disputare, & probabiliter dubitari potest, utrum transactio sit valida, an verò non, pronunciandum est, transactionem esse ratam, validam & firmam, nec rescindendam, *Alex. conf. 157. col. 1. lib. 7. Corn. conf. 155. lib. 2. Dec. conf. 168. col. 2. Cravet. conf. 151. nu. 33.*

Ex quo infertur, nisi ponamus in casu præsenti, Domino A. A. permitti de viribus transactionis initæ inter Dominum U. & Dominum M. disputare, & de ista transactione utrum illa sit valida an verò non, probabiliter dubitari posse.

Attamen pronunciandum esse istam transactionem & valere & nullo modo rescindi posse.

492 Centesimo septimo dubio omni caret, † quòd de communi consensu Domini & Vasalli, ea, quæ in prima investitura dicta vel disposita sunt, in sequentibus investituris mutari, alterari & ab illis recedi possit, quodque mutatio facta in sequentibus investituris cum consensu Domini & Vasalli, rata sit & valeat, *Alex. conf. 51. nu. 17. & 18. lib. 4.*

Similiter clari juris est, quòd sequentes investituræ derogent prioribus, atque prioribus investituris præferendæ sint, eo casu, quando in sequentibus investituris cum consensu Domini & Vasalli prima investitura mutata, sive à prima investitura recessum est, *Paul. Castr. conf. 462. col. pen. in fin. lib. 1.*

Et confirmatur. Namque posteriora regulariter semper derogant prioribus, *l. pacta novissima. & ibi gloss. & Dd. C. de pactis. l. cùm in plures. §. locator horrei. ff. de locat. & conduct. l. 1. §. fin. ff. de stipul. servor. l. clari. & ibi Bald. C. de fideicommiss. Ias. l. duobus. §. fin. arg. illius text. ff. de jurejurand.*

Et dubio omni caret, quòd quis intelligatur consentire omnibus illis, sive consensum suum præstare ad omnia illa, quæ ipse in petitione investituræ expressit, *arg. l. cùm precium. C de liber. caus.*

Eodem modo clari juris est, † quòd Vasallus eo ipso, quòd is recipit literas investituræ, intelligatur consentire omnibus illis, & approbare omnia illa, quæ in istis literis investituræ continentur, vel posita sunt, *l. si filiusfamilias. & ibi Bart. ff. ad Senatusconf. Maced. Clem. 1. & ibi Dd. de procur. Bart. l. Titius. in fin. ff. de constitut. pec. Bald. l. cùm tabernam. §. 1. in fin. ff. de pignor. Bart. l. quo enim. §. 1. ff. rem ratam habere. Bald. l. si absentes. col. 2. C. si cert. petat. Bald. l. fin. col. 1. C. ad Senatusconf. Maced. Bald. Rubr. col. pen. C. de fid. instrum. Alex. conf. 78. & ibi Carol. Molin. in addit. lib. 1. Alex. l. non solùm. § morte. nu. 23. & ibi Ias. nu. 20. ff. de oper. nov. nu. Felin. c. cum M. Ferrariensis nu. 36. & ibi Dec. nu. 23. Rip. nu. 131. extr. de constitut. Ias. l. quæ dotis. nu. 91. & 92. ff. solut. matrim. Ias. Repet. l. admonendi. nu. 138. ff. de jurejur. Card. Paris. conf. 1. nu. 3. conf. 127. nu. 32. lib. 1. conf. 5. nu. 205. & 206. lib. 4. Gab. Sar. in addit. ad Mathesil. sing. 22. nu. 5. Anton. Gab. Rom. in tract. Regul. lib. 1. tit. de præscript. conclus. 2. num. 1.* ubi ipse multos alios Dd. ad hoc citat. 493

Is quoque † qui aliquod instrumentum sive scripturam producit, sive qui aliquâ scriptura utitur, intelligitur consentire omnibus illis, & approbare omnia illa, nec non & fateri omnia illa, quæ in ista scriptura sive instrumento continentur, *gloss. l. 1. §. editiones. & ibi Iason nu. 12. 13. & 14. ff. de edend. Bald. c. in præsentia. col. 1. extr. de testib. Bald. l. alia. col. 2. C. de his quibus ut indign. Alex. conf. 187. col. 2. lib. 7. Ang. conf. 132. Cravet. in tract. de antiquit. temp. part. 1. §. visa. de verbis nunciativis. nu. 36.* 494

Et hoc usque adeò verum est, ut illa approbatio, consensus & confessio, quæ descendit ex eo, quòd quis scripturam aliquam sive instrumentum aliquod produxit, revocare nequeat, *Spec. in tit. de instrument. edit. §. Videndum restat. col. 3.*

col. 3. vers. quid. si aliquis produxit. Guid. Pap. quæst. 131. & q. 244. Rom. cons. 433. col. fin.

Ex lapsu quoque & patientia longi temporis 10. nempe annorum præsumitur consensus, *Bald. l. si filius. arg. illius text. C. de petit. hæredit. Ang. l. quæ in aliena in princ. arg. illius text. & ibi Alex. Iason & Dd. ff. acquir. hæred. Alex l. 2. §. voluntate. ff. solut. matrim. Ias. l. quæ dotis. nu. 85. ff. solut. matrim. Anton. Gab. Rom. in tract. Regul. lib. 1. tit. de præsumpt. conclus. 7.*

495 Per reiterationem † quoque sive geminationem actus absque omni dubio probatur consensus. Cùm sit clari & indubitati juris, quòd geminatio sive reiteratio ostendat voluntatem enixam & præcisam, *Bald. c. cum te. col. 2. extr. de præscript. Curt. Sen. cons. 52. col. 21. cons. 63. col. 16. Anton. Corset. in tract. de verb. geminat. Card. Paris. cons. 10. nu. 57. cons. 32. nu. 52. & cons. 131. nu. 1. lib. 1. cons. 9. nu. 43. cons. 12. nu. 145. lib. 2. cons. 3. nu. 43. cons. 10. nu. 29. cons. 15. nu. 20. lib. 3. cons. 1. nu. 26. cons. 10. nu. 31. & cons. 45. num. 24. lib. 4. Laur. Sylvan. cons. 64. num. 4.*

Nec non etiam deliberatam & appensatam, *Card. Paris. cons. 39 nu. 23. lib. 3. Aim. Cravett. cons. 105. nu. 4. & cons. 201. nu. 44. Paul. de Castr. cons. 115. col. 2. lib. 1. Laur. Sylvan. cons. 64. nu. 4.*

Sed in investitura Regis G. narratur, quòd Dominus W. proavus Domini A. A. pro se atque fratre suo petierit, se tantùm investiri de Baronia F. & de dimidia parte Baroniarum F. S. & T. Et sic ex illa investitura liquet, quòd Dominus W. non petierit se investiri de Baronia M. S. & B.

In investitura verò Domini H. Burggravii Misnensis, & tunc Præfecti inferioris Lusatiæ narratur, quòd Dominus M. avus Domini A. A. se tantùm petierit investiri de Baronia F. & de dimidia parte Baroniæ T.

In investitura verò Regis L. narratur, quòd pater atque patrui Domini A. A. se tantùm petierint investiri de Baronia F. & de oppidulo S.

In Imperatoris F. autem investitura narratur, quòd patrui Domini A. A. petierint, se tantùm investiri de Baronia F.

Et illas investitutas Regis G. Regis L. & Præfecti inferioris Lusatiæ, in quibus Barones à B. non de omnibus Baroniis expressis & nominatis in investitura Regis L. sed tantùm de certis & limitatis Baroniis ad limitatam illorum petitionem limitatè investiti sunt, & proavus & avus & pater atque patrui Domini A. A. recepêre, legêre, & penes se retinuêre.

Similiter & patrui Domini A. A. investituram Regis F. in quo ipsi tantùm limitatè investiti sunt de Baronia F. recepêre, legêre, & penes se retinuêre.

Præterea quoque Dominus M. avus Domini A. A. investituram Regis G. in qua investitura Regis L. in hoc mutata est, quòd in illa amissæ sunt Baroniæ M. S. B. & S. Anno 1493. quo tempore ipse investituram a Præfecto inferioris Lusatiæ petiit, coram illo Præfecto produxit.

Ipse quoque Dominus A. A. dum petiit sibi Baronias controversas tanquam sibi apertas, tradi investituram Regis G. Regis L. & Præfecti inferioris Lusatiæ coram imperatoria Majestate produxit, isque non semel, sed reiterato usus est.

Et ab eo tempore, quo per investituram Regis G. investitura Regis L. in hoc mutata est, quòd in illa est omissa renovatio investituræ sive simultaneæ investituræ, respectu Baroniarum M. S. & B. & dimidiæ partis F. & T. sunt elapsi anni 113.

Ab illo verò tempore, quo per investitutam Præfecti inferioris Lusatiæ ab investitura Regis L. in hoc recessum est, quòd in illa renovatio investituræ, & simultaneæ investituræ respectu Baroniæ M. S. B. F. & dimidiæ partis Baroniæ T. amissa est, sunt elapsi anni 80.

Investitura verò Regis L. in qua penitùs est omissa renovatio simultaneæ investituræ respectu Baroniæ S. B. S. M. F. & T. emanavit Anno 1526.

Et sic ab illo tempore sunt elapsi 47. anni. Et ex investitura Regis G. Regis L. Imperatoris F. & Præfecti inferioris Lusatiæ satis liquet atque patet, quòd hic actus, quòd videlicet per investituras subsequentes investitura Regis L. & sit mutata, & ab illo recessu non semel, sed sæpiùs repetitus & reiteratus fuerit.

Igitur sequitur, per hanc petitionem, receptionem, retentionem & productionem investiturarum, nec non & reiterationem, repetitionem, sive geminationem & lapsum temporis non modò longi vel longissimi, sed immemorialis satis superque probari, illud, quod per sequentes investituras respectu Baroniarum controversarum est recessum ab investitura Regis L. de communi consensu & Regum Bohemiæ tan-

quam Dominorum feudi & proavi, avi, patris, & patruorum Domini A. A. Baronis à B. tanquam vasallo factum esse.

Rursus ex hoc infertur, quòd illa mutatio, & recessus ab investitura Regis L. factus, in sequentibus investituris sit factus licitè & jure permittente, nec non etiam firmiter & efficaciter, quodque in decidenda præsenti lite non sit inspicienda nec attendenda investitura Regis L. sed investituræ posteriores sive postremæ, ex quibus liquet atque patet, renovationem simultaneæ investituræ, non esse neque petitam neque obtentam respectu Baroniarum controversarum, & sic quòd Dominus A. A. in Baroniis controversis nullum penitùs jus habeat.

496 Centesimo octavo, † in facto proprio non præsumitur error neque ignorantia, *l. quanquam. ff. ad SC. Vellejanum. l. fin. & ibi Bart. ff. pro suo. Socin. junior. cons. 39 nu. 82. cons. 80. nu. 22. lib. 3. Card. Paris. cons. 31. nu. 118. lib. 1. Cravett. cons. 6. nu. 26.*

497 Ex eo quoque, † quòd quis instrumentum vel scripturam sibi oblatam vel præsentatam recipit, ipse præsumitur habere notitiam omnium contentorum in isto instrumento, sive in istis literis, *Pet. de Anchor. Clem. 1. col. 2. de procurat.*

Quod potissimùm procedit eo casu, quando quis illud instrumentum sive scripturam per tantum temporis penes se retinuerit, ut verisimile sit recipientem istas literas, sive instrumentum legisse, *Imol. Clem. 1. circa fin. de procur. Anton. Gab. Rom. in tract. Regul. lib. 1. tit. de præsumptionib. concl. 2. nu. 12.*

Per hoc quoque, quòd quis instrumentum sive scripturam producit, vel instrumento sive scripturâ utitur, non tantùm probatur, quòd quis habuerit notitiam omnium illorum, quæ in isto instrumento sive scriptura continentur, sed etiam producens talem scripturam sive instrumentum, intelligitur confiteri & approbare omnia illa, quæ in isto instrumento sive scriptura continentur, *gloss. l. 1. §. editiones. & ibi Ias. nu. 12. 13. & 14. ff. de edend. cum similibus allegatis suprà.*

Præterea quoque jura præsumunt quem habere sive habuisse notitiam & scientiam omnium illorum, quæ continentur in isto instrumento sive scriptura, quod instrumentum sive scripturam quis penes se habet vel habuit, *l. non est ferendus. ff. de transact. c. constitutus. & ibi gloss. verb. depositus. Hostiensis. Abb. & Dd. extr. de testibus. Felin. c. cum L. & A. nu. 1. extr. de sententia & re judicata. Anton. Gab. Rom. in tract. regul. lib. 1. tit. de testibus. conclus. 21. nu. 30. Bertrand. cons. 7. col. 2. in fin. lib. 1.*

Quinimò eo ipso, quòd quis habuit notitiam sive scientiam alicujus instrumenti sive scripturæ, ipse præsumitur habuisse notitiam & scientiam omnium contentorum isto instrumento sive scriptura, *Paul. Castr. cons. 1. nu. 4. lib. 1. Card. Paris. in addit. ad Bart. l. non est ferendus. ff. de transact.*

498 In facto quoque † valdè notabili non præsumitur error sive ignorantia, *Ruin. cons. 391. nu. 7. cons. 381. nu. 3. Cravet. cons. 6. nu. 26. cons. 9. nu. 28. cons. 148. nu. 9. Thom. Grammat. cons. 104. nu. 304.*

Et confirmatur per id, quod Dd. tradunt, quòd ex facti qualitate, scientia sive notitia præsumatur & probetur, *c. quanto. extr. de translat. Prælator c. illud. extr. de Cleric. excom. Corn. cons. 268. col. 2. lib. 4. Card. Paris. cons. 111. nu. 51. lib. 3. Cravet. cons. 168. nu. 5. Rol. à Vall. cons. 19. lib. 1.*

499 Ex reiteratione † quoque sive geminatione actus & præsumptio ignorantiæ sive erroris excluditur, & præsumptio scientiæ sive notitiæ inducitur, *l. 1. C. de plus petit. Rom. cons. 546. nu. 9. Hip. de Marsil. l. 1. §. servi. nu. 13. ff. de quæst. Hip. de Mars. l. 1. n. 44. C. ad l. Corn. de Sicar. Hip. de Mars. cons. 113. n. 6. Hieron. Grat. cons. 82. nu. 43. & 68. lib. 1. Curt. Sen. cons. 65. n. 13.*

Ex cursu quoque sive lapsu longi temporis, præsumitur & probatur scientia & notitia, *Salycet. l. authoritate. C. unde vi. Calderin. cons. 15. col. 1. tit. de præbend. Rapsir. Cuman. cons. 162. col. pen. Dec. cons. 185. col. 6. Cravet. in tract. de antiquit. tempor. par. 2. §. ex præmissis. nu. 40. Laur. Sylvan. cons. 96. nu. 5.*

500 Clausula quoque † ex certa scientia investituræ vel alii instrumento inserta, hoc operatur, ut & scientia præsumatur, & omnis præsumptio erroris & ignorantiæ penitùs & excludatur & removeatur, *Bart. l. si dari. & ibi Alex. ff. de verb. obligat. Alex. l. qui Romæ. §. duo fratres. ff. eod. tit. Alex. l. sed et si quis. §. fin. si quis caut. Alex. cons. 15. num. 19. lib. 6. Ias. l. fin. §. idem quæsiit. ff. de condict. indeb. Socin. l. 1. col. 1. ff. eo. tit. Socin. cons. 79. nu. 47. lib. 4. Anton. Gab. Rom. in tract. Regul. lib. 6. tit. de claus. conclus. 1. nu. 56.*

501 Similiter & clausula † consulto sive deliberato investituræ vel alii instrumento inserta & præsumtionem scientiæ inducit, & præsumptionem erroris sive ignorantiæ removet & excludit, *gloss. c. ex literis. extr. de divort. Archidiac. c. fin. de jurejur. lib. 6. Bald. l. siquidem. C. de except. Bald. l. cum precum. circa fin. C. de liber. caus. Bald. l. unica. col. 10. C. de confess. Bald. c. dudum, col. pen. extr. de Elect.*

Anton.

Anton. de Butr. c. fin. col. 16. extr. de confess. Ferrar. l. de ætate. §. fin. ff. de interrogat. act. Rom. conf. 346. nu. 10. Hip. de Marf. l. 1. §. ferv. nu. 13. & §. fin. nu. 99. ff. de quæstionib.

Sed Dominus W. proavus Domini A. A. de Baroniis controversis de novo simultaneè investitus est à Rege L.

Et is idem Dominus W. proavus Domini A.A. bona sua feudalia cum fratre suo Domino U. vivo adhuc Rege L. divisit, & post illam divisionem factam, renovationem simultaneæ investituræ respectu Baroniarum controversarum à Rege L. petere penitùs amisit.

Præterea quoque is idem Dominus W. proavus Domini A. A. post mortem Regis L. tantùm petiit renovationem investituræ, & simultaneæ investituræ respectu Baroniæ F. & dimidiæ partis Baroniarum F. S. & T. & in illa petitione amisit Baronias M. S. B. S. & dimidiam partem Baroniæ F. & T.

Et sic hæc omnia continent factum proprium Domini W. proavi Dn. A. A.

Igitur sequitur, eo ipso probari illud, quod Dominus W. proavus Domini A. A. renovationem simultaneæ investituræ, respectu Baroniarum M. S. B. S. & dimidiæ partis Baroniæ F. & T. non petiit, neque obtinuit non per errorem, sed ex certa scientia factum.

Deinde quoque & Dominus M. avus Domini A. A. petens investituram à Domino H. Burggravio Misnensi, tunc temporis Præfecto inferioris Lusatiæ, coram illo Præfecto produxit & investituram Regis L. in qua pater ipsius simultaneè investitus est, de omnibus Baroniis controversis, & in investitura Regis G. in qua renovatio simultaneæ investituræ respectu Baroniarum S. B. M. S. & dimidiæ partis Baroniæ F. & T. omissa est.

Et tamen Dominus M. avus Domini A. A. tunc temporis tantùm petiit & impetravit, se investiri de Baronia F. & de dimidia parte Baroniæ T.

Igitur sequitur, per hoc satis superque probari, quòd Dominus M. avus Domini A. A. eo tempore, quo iste petiit se investiri de Baronia F. & de dimidia parte Baroniæ T. habuerit scientiam & notitiam, quòd pater ipsius Dominus W. à Rege L. de omnibus Baroniis controversis fuerit investitus, quodque ipse ex certa scientia in petitione investituræ amiserit, petere renovationem investituræ & simultaneæ investituræ respectu Baroniarum F. M. S. B. S. & dimidiæ partis Baroniæ T.

Rursus ex hoc infertur, cùm Præfectus inferioris Lusatiæ eo tempore, quo ipse Dominum M. avum Domini A. A. de Baronia F. & de dimidia parte Baroniæ T. investivit, & legerit, & viderit, & præ manibus habuerit investituras Regis L. & Regis G. etiam per hoc probari, quòd Præfectus inferioris Lusatiæ non per errorem, sed ex certa scientia in ista investitura amiserit renovationem simultaneæ investituræ respectu Baroniæ F. M. S. B. S. & dimidiæ partis Baroniæ T.

Illud quoq; factum Regis L. quum Rex L. Dominum W. de Baroniis controversis simultaneè investivit, est admodum notabile.

Et ille actus, in quo per sequentes investituras ab investitura Regis L. recessum, illaque investitura & mutata & alterata, non semel, sed sæpiùs reiteratus & repetitus est.

Præterea quoque proavus, avus, pater, & patrui, Domini A. A. investituram Regis L. Regis G. Regis L. & Præfecti inferioris Lusatiæ, & receperit, & legerit, & penes se retinuerit, & ut opinor, adhuc penes se habet & retinet.

Similiter & patrui Domini A. A. investituram Imperatoris F. & recepêre, legêre, & penes se retinuêre, & adhuc penes se habent & retinent.

Et investituræ Regis G. Regis L. & Imperatoris F. est inserta clausula & certa scientia consulto & deliberato.

Deinde quoque à tempore datæ investituræ Regis L. anni 120. & à tempore datæ investituræ Regis G. anni 113. à tempore datæ investituræ Præfecti inferioris Lusatiæ anni 80. à tempore investituræ Regis L. anni 47. & à tempore datæ investituræ Imperatoris F. anni 24. elapsi sunt.

Igitur sequitur, per hæc satis superque probari illud, quod in posterioribus investituris investitura Regis L. mutata & alterata, nec non ab investitura Regis L. recessum est, quòdque in posterioribus investituris renovatio simultaneæ investituræ respectu Baroniarum controversarum amissa est non per errorem, sed ex certa scientia factum.

Centesimo nono, † Error sive ignorantia nemini patrocinatur in iis casibus, in quibus agitur de acquirendo sive conse- 501

quendo aliquid, *l. si quis in gravi. §. & locum. & ibi Bart. ff. ad SC. Syllejan. Bart. l. genero. ff. de his qui not. infam. Bald. l. fin. ff. de dol. Pet. de Anchor. c. statuum de praeb. lib. 6. Stephan. Freder. in tract. de ll. interpretat. par. 2. char. 4. vers. sexto cavetur, quòd Syndicus. Alex. l. si servum. in princ. col. 1. ff. de verb. obligat. Alex. cons. 70. col. fin. lib. 7. Dec. l. qui in alterius. col. 2. ff. de Reg. jur. Tiraquel. in tract. de utroq. retract. part. 1. §. 15. gloss. 4. nu. 26. & 44.*

Sed certum est, quòd secundum dispositionem juris Saxonici, secundum quod hanc causam decidendam esse, supra docui, jus simultaneae investiturae neque activè neque passivè ad haeredes transitorium sit, quodque illud tam morte Domini feudi quam vasalli expiret & extinguatur.

Et sic liquet, quòd petitio nec non & concessio renovationis simultaneae investiturae respiciat non conservatione juris jam quaesiti, sed acquisitionem juris novi.

Igitur sequitur, quòd illi, qui renovatione simultaneae investiturae petere omisit vel neglexit, error sive ignorantia patrocinari vel prodesse non debeat.

Rursus ex hoc infertur illud, quòd proavus, avus, pater atque patrui Domini A. A. renovationem simultaneae investiturae respectu Baroniarum controversarum petere neglexerunt, quodque in posterioribus investituris renovatio simultaneae investiturae respectu Baroniarum controversarum facta non est, Domino A. A. aliisque Baronibus a B. indistinctè & nocere & obesse, etiamsi fides fieri posset, illud non ex certa scientia, sed per errorem factum.

Centesimo decimo, † Paria sunt scire
503 & scire debere, & ignorantia illius, quod quis scire debet, neminem excusat, *l. quòd. & ibi Dd. ff. si cert. petatur. l. si duo. & ibi Alberic. de Rosat. & Ang. ff. de acquir. haredit. l. si Titius in princ. ff. de fidejussor. l. peu. & ibi Alberic de Rosat. ff. ad SC. Maced. l. quisquis. & ibi gloss. fin. ff. de rescind. vendit. l. idem. §. 1. ff. ad l. Aquil. l. qui fundum. §. servus. & ibi Dynus & Alberic. ff. pro emptor. l. 1. C. de pericul. tutor. l prohibero. §. fiu. ff. quod vi aut clàm cum multis similibus allegatis per Tiraquel. in tract. de utroq. retract. part. 1. § 12. gloss. 1. n. 9.*

504 Sicut etiam † paria sunt scire & facilè scire posse, *l. regula. §. sed. juris ignorantiam. ff. de jur. & fact. ignor. Tiraquel. in tract. de utroq. retract. par. 1. §. 12 gloss. 1. nu. 9.*

Nemini quoque patrocinatur ignorantia illius, quod ipse investigare debuit, *Aym. Cravett. cons. 168. nu. 4.*

Et certum est, quòd quilibet debeat habere scientiam illius, quod vel est facti proprii, vel continet factum notabile, vel continetur in investituris aut instrumentis, quae ipse vel recepit, vel legit vel penes se habuit vel produxit.

Similiter quis indagando facilè potest adipisci scientiam & notitiam illorum, quae vel sunt facti proprii, vel continentur in illis instrumentis, quae ipse penes se habuit.

Sed illud, quod Dominus W. proavus Domini A. A. a Rege L. obtinuit, simultaneam investituram in Baroniis controversis respici factum proprium Domini W.

Et tam Dominus W. quàm illius filii, nepotes, & descendentes semper penes se habere istam investituram Regis L.

Igitur sequitur, quòd & Dominus W. & illius filii, nepotes, & descendentes, & scire debuerint, & facilè scire potuerint, quòd Dominus W. de Baroniis controversis a Rege L. investitus fuerit.

Rursus ex hoc infertur, quòd neque Dominus A. A. neque ejus patrui contra hoc, quod in posterioribus investituris investituram Regis L. alterata & mutata est, allegare ignorantiam investiturae Regis L. nec praetendere possint illud, quòd ista investitura per sequentes alterata & mutata est per errorem vel ignorantiam factum.

Centesimo undecimo, † Rex atq; Prin- 505
ceps quilibet praesumitur justitia plenus, *Bald. cons. 395. num. 3. lib. 2. Cravett. cons. 5. nu. 2. cons. 95. nu. 9. cons. 166. nu. 6. cons. 172. nu. 1.*

Et actus † gestus a Principe nec non & contractus initus vel à Principe vel cum Principe pro se maximam praesumptionem 506
habet, *Cyn. l. fin. C. si contra jus vel utilitat. public. Abb. c. in causis notab. extr. de sententi. & re judic. Dec. cons. 125. nu. 4. Cravett. cons. 253. nu. 7. circa fin.*

Et licet quilibet contractus etiam à privatis sive inter privatos initus, pro se talem praesumptionem habeat, quòd ille contractus sit licitus, legitimus, ratus, firmus, quodq; sit initus, & bona fide & spontè absq; dolo & metu, sicut hoc suprà comprobavi.

Majorem tamen praesumptionem pro se habet actus gestus à Principe, dicitur contractus celebratus vel à Principe vel cum Principe, *Cravet. cons. 253. nu. 8.*

Et in actibus gestis à Principibus, nec non & in contractib. celebratis vel à Principibus vel cum Principibus, cessat omnis omninò sinistra suspicio, & doli, *Bald. l. rescripto. col. 1. C. de precib. Imper. offer. Ias. cons. 72. nu. 1. lib. 2.*

lib. 2. Cravet. conf. 253. num. 9. Et fraudis sive deceptionis, *Abb. conf. 36. col. 2. lib. 2. Cravet. conf. 5 n. 2. conf. 253. nu. 9. & machinationis. Socin. l. si mihi & ibi §. in legatis col. pen. in fin. vers. septimo soles inferri. ff. de legat. 1. Cravet. conf. 253. nu. 9.* Et metus, *l. 1. & ibi Bald. C. de bis qui met. judic. non appellar. Iaf. conf. 72. n. 1. lib. 2. Calcan. conf. 2. col. fin. Cravet. conf. 253. nu. 8. & 9.* Et injuriæ, *Cravet. conf. 253. nu. 8. arg. l. meminerint. C. und. vi.* Et læsionis, *Archidiac. & Ioan. And. c. 1. de pact. lib. 6.*

Ideoque traditum est, quod contra gestum à Principe, item & contractum celebratum vel a Principe vel cum Principe, allegari nequeat læsio, quodque actus gestus a Principe vel contractus initus à Principe vel cum Principe, prætextu læsionis neq; per restitutionem in integrum, neque per aliud quodlibet remedium impugnari possit, *Archidiac. & Ioan. And. c. 1. de pact. lib. 6. Alex. conf. 240. nu. 10. lib. 1. Cravet. conf. 5. nu. 2. conf. 253. nu. 8.*

Et prædicta potissimùm procedunt in talibus Regibus sive, Principibus qui probitate, prudentia, & sapientia excellunt, Namq; pro actibus gestis ab illis, nec non & pro contractib⁹ ab illis sive cum illis initis multo magis præsumitur, qui omnia sint rectè, ritè, & legitimè acta, quodque in illis cesset omnis sinistra suspicio deceptionis, fraudis, doli, metus, injuriæ, & læsionis, *Socin. jun. conf. 60 nu 36. lib. 5.*

Namque omnis actus à viro provido & honesto celebratus, ritè, legitimè, & in casu à jure permisso celebratus censetur, licet, prima fronte appareat injustus vel inutilis, *Abb. c. nisi essent notab. 1. extr. de præb. Innocent. c. 1. extr. de Cleric. peregrinator. Fran. Aret. l. in illa ff. de verb. oblig. Iaf. l. ex quacunq. num. 33. ff. si quis in jus. voc. non ier. Ioan. de Sylvan. in tract. de benefic. par. 2. q. 23. nu. 2. Socin. conf. 164. vol. 2. lib. 2. Barbat. l. sciendum. col. 40. ff. de verb. obligat. Bartholo de Bolog. Rep. Auth. habita. nu. 97. C. ne filius pro patr. Felin. c. sicut. nu. 34. extr. de sentent. & re judic. Tiraquel. in tract. de pæn. cauf. 51. nu. 49. & 50.*

Et in dubio omnes Principes atque in dignitate constituti probitate, prudentia, & sapientia excellere præsumuntur, *Ioan. de Imol. Clem. pastoralis extr. de rescript. Dec. c. quoniam. Abb. nu. 6. extr. de offic. delegat Fac. text. l. 2. C. de offic. civil. judic. l. 1. C. de suscept. & arcar lib. 10. Bart. l. damni §. Sabini. ff. de dam. infect. Bal. l. errorem C. de testam.*

507 Deinde † prædicta generaliter quidē vera sunt, potissimū autem procedunt in actibus à Principibus gestis & contractibus à Principibus initis cum consilio Consiliariorum.

Namq; pro illis multò magis præsumitur, qui illi actus sint gesti & contractus initi ritè, rectè, legitimè, sincerè, bona fide, absque dolo & metu, quodq; in illis nulla intervenerit fraus, deceptio, injuria, dolus, metus, vel læsio, *Socin. jun. conf. 60. nu. 37. lib. 3. Claud. de Seisell. in Spec. feud. Rub. qui feud. dar. poss pag. 130. in par. verb. unde posset dici.*

Præterea, † prædicta multò magis locum habeant eo casu, quando actus a Principe gestus, confirmatus lapsu temporis longi vel longissimi vel consensu reiterato. 508

Cum sit clari juris, nec non, & supra comprobatū, quod & solus lapsus temporis longi vel longissimi item & sola geminatio & reiteratio actus hoc operetur, ut & omnem sinistram suspicionē doli, fraudis, deceptionis, metus & læsionis excludat atq; præsumi debeat, contractum esse initum & actum, gestum, bona fide, ritè, rectè, legitimè, & absque dolo, metu vel fraude.

Igitur sequitur, per hæc satis sufficienterque probari illud, quod investitura Regis L. in posterioribus investituris Regis G. Regis L. Imperatoris F. & Præfecti inferioris Lusariæ mutata & alterata est, quodq; per posteriores investituras recessum est, præsumi esse factum ritè, rectè, legitimè, absq; dolo, fraude, & injuria, quodq; Dn. A. A. minimè audiri debeat, si ipse allegare velit, hoc esse factum dolo, metu vel injuria.

Rursus ex hoc infertur, quod Dn. A. A. non permittatur contra illam mutationē sive potius amissionē allegare læsionem, & posteriores investituras prætextu læsionis vel per commodum restitutionis in integrum vel per aliud remedium impugnare.

Illudq; eam ob causam magis dicendum est, cum hic actus mutationis investituræ Regis L. sit munitus & roboratus, & consensu reiterato sive geminato, & lapsu temporis non modò longi vel longissimi, sed immemorialis vel quasi, & tam in investitura Regis A. concessum Dn. B. in qua Rex N. excluso penitus Dn. M. ejusq; descendentibus Dn. U. ejusq; filios & descendentes tantū de Baroniis controversis investivit, nec non & in investitura Regis L. concessa ratione Baroniæ F. & oppiduli S. patrui & patruis Dn. A. A. & in investitura Imperatoris F. concessa patruis Dn. A. A respectu Baroniæ F. expressè dicatur, illas investituras ita & conceptas & concessas habita deliberatione & consilio cum Consiliariis,

Centesimo duodecimo, dubio omni caret,
509 † quod vasallus filiis, pronepotibus, & descendentibus suis in feudu præjudicare possit respectu juris quærendi, *l. si. Sponsus. §. si maritus. el. 2. ff. de don. inter vir. & uxor. l. 1. §. confertur. ff. de collat. bonor. l. 1. §. utrum. ff. si quis in fraud. patr. l. qui autem in princ. ff. d. his qui in fraud. cred. l. cum quidam. ff. de jur. fisc. l. non fraudantur in princ. & ibi Dec. de Reg. jur. Dec. l. servus C. de part. Dec. c. Ecclesia S. Mariæ. n. 53. extra de constitut. Dec. c. in præsentia, nu. 8. extra de probat Bald. l. maximum vicium. num. 12. C. de lib. præter. Alex in add. ad Bart l patrem. ff. quæ in fraud cred Barba. cons. 59. lib. 2. Dec. cons 260. Card. Paris. cons. 126. n. 17 lib. 1. Socin jun. cons. 114. lib. 1. cons. 109. num. 1. 4. & 5. lib. 3.*

Sed certum est, quod jus simultaneæ investituræ secundum dispositionem juris Saxunici neque activè neq; passivè ad hæredes vel successores transitorium sit.

Et sic liquet, quod petitio renovationis investituræ in iis locis, in quibus jus saxonicum viget, potius tecipiat jus acquirendum quam acquisitum conservandum.

Igitur sequitur, quod factum sive negligentia vasalli respectu simultaneæ investituræ, sive respectu petendi renovationem simultaneæ investituræ distinctè noceat & præjudicet filiis, nepotibus, pronepotibus & descendentibus illius.

Rursus ex hoc infertur, illud quod proavus, avus pater & patrui Domini A. A. neglexerunt, renovationem simultaneæ investituræ petere respectu Baroniarum controversarum, quodque ipsi passi fuêre, ut in investituris ipsis factis & concessis omitteretur renovatio simultaneæ investituræ respectu Baroniarum controversarum Domino A.A. absque omni dubio præjudicare.

Centesimo decimo tertio, factum vasalli respectu feudi sive juris feudalis filiis & descendentibus illius præjudicat eo casu, quandu illud feudum sive jus feudale est feudum novum, *Andr. de Iser. Præpos. Matth. de Afflict. c. 1. §. Titius si de feud. def. content. Andr. de Isern. Alvar. Præpos. & Matth. de Afflict c. 1. in princ. de alien. feud. pater. Matth. de Afflict. c. 1 in princ. n. 75. de prohib. feud. alien per Frideric. Barbat. inter cons. Alex. cons. 56. nu. 17. lib. 4. Alex. cons. 12. n. 4. cons. 18. n. 5. cons. 28 nu. 19. lib. 5. Franc. Curt. cons. 25. coll. pen. Card. Paris. cons. 2. n. 9. cons. 3. n. 15. & 27. lib. 1. Bald. c. 1. de vas. decrepit. ætat. 2. Zas. in tract. feud. part. 3. num. 1. & part. 8. num. 62. Iason. l. 2. n. 114. Cod. de jur. emphyt. Matth. de Afflict. decis. 112. nu. 6. Cravet. cons. 135. n. 8.* Sed in iis, quæ mihi transmissa sunt, narratur, quod Dominus W. proavus Domini A. A. simultaneam investituram respectu Baroniarum controversarum primus impetraverit & acquisiverit a Rege L.

Et sic ex hoc liquet, quod jus simultaneæ investituræ in Baroniis controversis respectu Domini W. atque descendentium ab illo sit jus feudale novum.

Similiter etiam ex iis, quæ mihi transmissa sunt, liquet, quod ipse Dominus W. qui hanc simultaneam investituram in Baroniis controversis à Rege L. impetravit, post illam impetrationem factam & vivo adhuc Rege L. bona sua feudalia cum fratre suo F. diviserit, & per hoc effecerit, ut jus simultaneæ investituræ extinctum fuerit, quodque ipse post hanc divisionem factam a Rege L. renovationem simultaneæ investituræ neque petierit neque obtinuerit.

Præterea quoque ex illis, quæ mihi transmissa sunt, liquet, quod post mortem Regis L. qua similiter illud jus simultaneæ investituræ extinctum est, Dominus W. simultaneam investituram respectu Baroniarum controversarum neque petierit neque obtinuerit.

Igitur sequitur, hoc factum & hanc negligentiam Domini W. Baronis à B. proavi Domini A. A. absque omni dubio omnibus descendentibus & posteris ipsius, & inter cætera etiam ipsi Domino A. A. nocere & præjudicare ita, ut Dominus A. A. propter defectum simultaneæ investituræ ad successionem Baroniarum controversarum nullo modo admitti possit, nec etiam admissus fuerit.

Centesimo decimo quarto, quilibet tenetur probare id, quod est fundamentum suæ intentionis, sive illud agendo sive excipiendo sive replicando in judicium deductum fuerit, *l. qui accusare. C. de edend. l fin. C. de rei vendic. l. actor. C. de probat. l. nec codicil. C. de codicil. l. 2. l. ab ea parte. & l in except. ff. de probat. c. inter dilectos extr. de fid. Instrum. c. fin extr. de jurejur. c. 1. extr ut Ecclesiast. bon. sit sine diminut. conferantur cum multis similibus allegatis per Francis. Herculan. in tract. quis teneatur probare negativum nu. 3.*

Præterea quoque clari juris est, † quod 510
allegatio illius, quod verisimile non est, non admittatur, *Pet. de Anchor. cons. 330. col. 4.*

Quodque

Quodque etiam judex non debeat dare fidem non verisimilibus, *Petr. de Anchor. cons. 257. col. fin.*

Similiter clari juris est, quod probatio rei non verisimilis, non debeat admitti, *Imol. c. quia verisimile arg. ill. text. ex. de praesumpt. Tiraquil. Rep. l. si unquam in praefat. num. 39. C. de revoc. donat.*

Sed licet in lite mota inter Dominum M. B. W. & J. fratres, Barones à B. Actores ex una, & Dominum C. ejusque fratres Reos ex altera parte ab Actoribus allegatum fuerit, quod etiam Rex M. Dominum W. proavum Domini A. A. de Baroniis controversis investierit, eademque allegatio à Domino A. A. repetatur.

Attamen illa allegatio neque à patruis Domini A. A. neque ab ipso Domino A. A. hactenus probata est.

Praeterea quoque illa allegatio non est verisimilis.

Namque in investitura Praefecti inferioris Lusatiae narratur, quod Dominus M. avus Dn A. A. praefecto inferioris Lusatiae exhibuerit tres investituras, nempe investituram Regis L. Regis G. & Regis M. atque petierit, se de feudis à patre & patruo suo ipsi vigore istarum investiturarum delatis & acquisitis nempe de Baronia F. & dimidia parte Baroniae T. investiri.

Et sic ex narratione illius investiturae liquet, quod ipsemet Dominus M. confessus fuerit, quod vigore investiturae G. & Regis M. ad ipsum fuerit delata tantum Baronia F. & dimidia pars Baroniae T.

Igitur sequitur, illam allegationem quod Rex M. Dominum W. proavum Domini A. A. de Baroniis controversis simultaneae investierit, non modò non esse verisimilem, sed etiam veritati refragari.

Rursus ex hoc infertur, illam allegationem nullo modo admittendam esse.

511 Centesimo decimo quinto, † factum vasalli indistinctè nocet filiis, nepotibus, pronepotibus, & descendentibus illius in feudo haereditario, sicut hoc suprà docui.

Similiter & factum vasallis filiis, nepotibus, pronepotibus, & descendentibus illius indistinctè praejudicat eo casu, quo illi filii nepotes & descendentes haereditatem vasalli non conscripto inventario adivêre, sicut hoc docui similiter supra.

Sed Baroniae controversae, sunt feuda haereditaria, sicut hoc suprà etiam probatum est.

Et absque omni dubio Dominus M. haereditatem Domini W. patris sui, & pater atque patrui Domini A. A. haereditatem Domini M. nec non & ipse Dominus A. A. haereditatem patris sui adiit.

Nec hactenus probatum est, quod vel Dominus M. adeundo haereditatem Domini W. vel pater atque patrui Domini A. A. adeuntes haereditatem Domini M. vel ipse Dominus A. A. adiens haereditatem patris sui, inventarium legitimè conscripserint.

Igitur etiam ex hoc sequitur, quod factum & negligentia proavi, avi, patris & patruorum in non petendo renovationem simultaneae investiturae respectu Baroniarum controversarum absque omni dubio praejudicet ipsi Domino A. A.

Centesimo decimo sexto, dubio omni caret, † quod Dominus feudi Princeps vel Rex, ex causa justa & legitima possit alteri etiam non consentienti conferre jus quaesitum tam ex investitura quam ex alio contractu, *Bald. l. fin. in princ. ff. de Senat. Bald. l. fin. ff. de poenis Bald. l. penult. C. de donat. inter vir. & uxor. Anton. de But. c. cum omnes col. 5. extr. de constitut. Anton. de But. Imol. c. cum M. Ferrariensis extr. eo tit. Rom. consil. 352. col. fin. Alex. cons. 101. col. 5. lib. 1. cons. 216. col. 5. lib. 2. & cons. 50. col. 4. lib. 4. Socin. cons. 58. col. 1. lib. 3. Felin. cap. 1. col. 5. in fin. versu, quinto declara. extr. de probat. Card. cons. 85. vers. & superior. Nicol. concord. glos. 121. Ioan. Crat. Rep. l. omnes populi col. 21. ff. de justi. & jur. Gomes. cap. 1. Chart. 47. de constitut. lib. 6. Ruin. cons. 21. col. 5. lib. 1. Gozad. cons. 5. col. 6. Anton. Rub. cons. 146. col. 3. Matth. de Afflict. decis. 361. num. 6. Tiraquel. in tract. de poen in praefat. num. 41. Anton. Gab. Rom. in tract. Regul. lib. 3. tit. de jur. quaesit. non toll. conclus. 5. num. 42.* 512

Et hoc generaliter quidem verum est, potissimum autem procedit respectu illorum, quibus ex investitura vel alio contractu est jus quaesitum; non re sed spe tantum, quales sunt filii & descendentes illius vasalli, qui adhuc in vivis est, & feudum possidet.

Namque

513 Namque illis † multò facilius præjudicari potest, usque adeo, ut secundum multorum Dd. sententiam, Princeps illis etiam absque causa in isto jure præjudicare possit, *Curt. jun. cons. 1. col. 1. vers. præterea Albert. Brun. cons. 8. vers. item quod dicitur cons. 221 col. 7. vers. aliquando etiam & quarto: Socin. inter cons. Albert. Brun. cons. 10. col. 8. vers. sed ad prædicta respondeo. Dec. cons. 269. col. 4. cons. 490. col. 5. vers. 4. Quia Gotzad. cons. 9. col. 8. vers. tertia conclusio est. Rol. à Val. cons. 3. num. 142. lib. 1. Anton. Gab. Rom. in tract. Regul. lib. 3. tit. de jure quæsit. non tollend. conclus. 3. num. 40.*

Deinde quoque absque omni dubio Princeps etiam absque causa aliqua in jure quærendo alicui indistinctè potest præjudicare, *Ruin. cons. 7. col. 2. cons. 36. col. 2. cons. 9. col. 1. 3. & 4. cons. 153. col. 4. cons. 167. col. 6. lib. 1. Dec. cons. 269. num. 8. & cons. 390. num. 11. Curt. jun. cons. 1. Albert. Brun. cons. 1. cons. 2. cons. 3. cons. 4. cons. 5. cons. 10. & 11. Felin. c. quæ in Ecclesiam. 49. extr. de constitut. Socin. jun. cons. 134. num. 76. & 77. lib. 3. Roll. à Vall. cons. 3. num. 146. lib. 1. arg. l. fin. C. de acquir. possess. l. qui autem in princ. ff. de his quæ in fraud. creditor. l. si Sponsus. §. si maritus el. 2. ff. de donat. inter vir. & uxor. l. 1. §. content. ff. de collat. glos. & Dd. l. servus C. de pact.*

514 Præterea quoque Dd. tradunt † quod in Principe aliquid faciente vel disponente etiam in præjudicium alterius semper præsumatur causa justa & legitima, *Cyn. & Bald. l. rescripta. C. de precib. Imper. offerend. Anton. de But. c. quæ in Ecclesiarum, col. pen. & ibi Imol. col. 4. Card. Zabarel. col. 6. q. 6. extr. de constit. Ant. de But. c. quia plerig, extr. de immunitat. Ecclesiarum idem Anton. de But. c. constitutus col. 3. vers. circa tertium extr. de religios. domib. Abb. c. cum inter col. 2. extr. de except. Abb. c. cum olim. col. 1. extr. de sentent. & re judic. Alex. cons. cons. 136. col. 2. lib. 1. Curt. Sen. cons. 7. col. 9. Ioan. de Anan. cons. 81. Guid. Pap. cons. 65. num. 10. Felin. c. qualiter & quando. el. 1. col. 23. versu septimo fallit, extr. de accusat. Bertrau. cons. 192. coll. 5. lib. 2. Ias. cons. 236. col. 2. lib. 2. Socin. jun. cons. 56. in fin. lib. 1. Zas. cons. 12. num. 42. lib. 2. Ruin. cons. 9. col. 1. Matth. de Afflict. decis. 51. in fin Anton. Gab. Rom. in tract. Regul. lib. 3 tit. de jur. quæsit. non toll. conclus 3. num. 4.* Ubi ipse attestatur, hanc sententiam magis communem esse.

Et licet quoad hoc contrarium teneant multi Dd. volentes, quod eo casu, quando Princeps alicui aufert jus quæsitum, non præsumatur Principem hoc facere ex causa justa & legitima.

Attamen præcedens opinio meo judicio absque omni dubio procedit eo casu, quando Princeps talem actum gessit præhabita deliberatione & consilio cum Consiliariis suis.

Tunc enim multò magis in Principe præsumitur causa justa & legitima, *Socin. jun. cons. 60. num. 37. lib. 3. Claud. de Seisel. in Spec. feud. Rub. qui feud. dar. pos. pag. 130. in princ. vers. unde posset dici.*

Deinde etiam prædicta opinio multò magis procedit eo casu, quando ille actus à Principe gestus est, confirmatus lapsu temporis longi, longissimi vel immemorialis.

Namque lapsus illius temporis maximam præsumtionem inducit, & quemlibet actum roborat & confirmat, sic ut ex supra dictis liquet, Sed certum est, quod jus simultaneæ investituræ neque activè neque passivè ad successores transitorium sit.

Et sic liquet, quod filii descendentes & posteri vasalli respectu juris simultaneæ investituræ vasallo competentis agant non de jure quæsito, sed agant de jure quærendo.

Igitur sequitur, quod Rex G. Rex L. Rex N. ac Imperator F. etiam absque causa aliqua potuerit præjudicare filiis & descendentibus Domini W. respectu simultaneæ investituræ ipsi Domino W. in Baroniis controversis a Rege L. concessæ.

Similiter ex hoc infertur, cum per divisionem factam inter Dominum W. proavum Domini A. A. ejusque fratrem Dominum U. per quam Domino U. Baronia in F. obvenit, jus succedendi in Baroniam F. respectu Domini W. ejusque descendentium penitus extinctum sit, atque Dominus W. ejusque descendentes in ista Baronia tantum retinuerint jus simultaneæ investituræ, si modò illud jus intra tempus debitum post divisionem factum à Domino W. & petitum & obtentum fuerit, quod Reges Bohemiæ absque omni dubio descendentibus Domini W. in isto jure simultaneæ investituræ etiam absque causa aliqua præjudicare potuerint.

Et posito, dici posse, quod per investituram Regis L. filiis, nepotibus, pronepotibus & descendentibus Dni. W. in Baroniis controversis aliquod jus quæsitum esset, attamen illud jus fuisset illis quæsitum non re sed spe tantum.

Igitur etiam ex hoc sequitur, quod Reges Bohemiæ tanquam Domini feudi posteris & descendentibus Domini W. & inter cætera Domino A. A. præjudicare potuissent, præsertim ex causa justa & legitima. Et in casu præsenti præsumi debet illam mutationem investituræ Regis L. factam, in sequentibus investituris esse factam ex causa justa & legitima, tum inspecta persona Regum Bohemiæ, quæ hanc præsumptionem pro se habet.

Tum quia illæ investituræ, in quibus ista mutatio facta est, sunt missæ & concessæ a Regibus Bohemiæ præhabita deliberatione & consideratione cum Consiliariis suis.

Tum, quia illæ investituræ posteriores sunt munitæ lapsu temporis, non modo longi sed longissimi, & quodammodo immemorialis, nec non etiam reiteratione sive repetitione actus.

Centesimo decimo septimo, dubio
515 omni caret, † consuetudine induci posse, quod mutatio investituræ a Domino & vasallo facta, posteris & descendentibus vasalli etiam in jure quæsito præjudicet, sicut hoc ultra superius adducta, satis probatur, *per text. l. venditor. §. si constat. & ibi Bart. & Bald. ff. com. prædior.*

516 Et similiter clari juris est, † quod regulariter Domino actus extra judiciales ad consuetudinem inducendam sufficiant, *Bart. l. de quib. in lect. num. 10. & Rep. nu. 11. & ibi Bald. num. 15. Iaſ. nu. 51. ff. de ll. Ang. §. ex non scripto, num. 11. Inst de jur. nat. gent & civil. Bart l. 2. num. 12. C. quæ sit long. consuet. Bald. l. 3. C. de episc. and. Alex. cons. 45. cons. 121. lib. 2. cons. 173 lib. 6. Corn. cons. 179. lib. 3. cons. 125. cons. 247. num. 7. & cons. 295. num 5. lib. 4. Socin. cons. 7. num. 8. lib. 1. Dec. cons. 215.*

Sed ut opinor in omnibus illis locis, in quibus jus Saxonicum viget, præsertim verò in illis locis, in quibus Baroniæ controversæ sitæ sunt, consuetudine receptum est, quod negligentia sive factum in non petendo renovationem simultaneæ investituræ filiis, nepotibus pronepotibus reliquisque descendentibus vasalli noceat atque præjudicet.

Illaque consuetudo, eo ipso probaretur, si fides fieri posset, illud in duobus casibus observatum fuisse, accedente tamen cursu temporis legitimi.

Igitur etiam ex hoc sequitur, quod factum sive negligentia proavi, avi, patris atque patruorum Domini A. A. in non petendo renovationem simultaneæ investituræ respectu Baroniarum controversarum absque omni dubio ipsi Domino A. A. noceat atque præjudicet.

Centesimo decimo octavo, † dubio 517
omni caret, valere latè tam statutum, quam quamlibet aliam ordinationem generalem, quod tam factum quam negligentia vasalli descendentibus ipsius nocere & præjudicare debeat, tam in jure quæsito quam in jure quærendo.

Cum sit clari juris, valere latè statutum sive ordinationem generalem per quam alteri præjudicatur, non tantum in jure quærendo, sed etiam in jure quæsito, *Bart. l. Antiochiensium ff. de privil. credit. Bart. l. toties. ff. de pollicitat. Felin. c. cum omnes nu. 5. extr. de constit.*

Sed in privilegio Imperatoris F. concesso statibus atque ordinibus inferioris Lusatiæ generaliter cautum, ordinatum & sancitum est, quod negligentia circa petitionem investituræ vel renovationis simultaneæ investituræ descendentibus atque posteris vasalli præjudicare debeat, sicut hoc satis probatur per id, quod in illo privilegio cautum est, Daß die verschwiegene Lehn der königlichen Majestet in Böhem als dem Lehnherrn eroffnet werden sollen.

Igitur etiam ex hoc sequitur, quod negligentia sive factum proavi, avi, patris atque patruorum Domini A. A. in non petendo renovationem simultaneæ investituræ respectu Baroniarum controversarum ipsi Domino A. A. citra omnem controversiam nocere & præjudicare debeat.

Centesimo decimo nono, Dominus M. B. W. & J. Barones à B. in lite mota inter ipsos Actores ex una, & Dominum A. A. Baronem à B. ejusque fratres reos ex altera parte produxere investituram Regis L. in qua Dominus W. proavus Domini A. A. de Baroniis controversis & investitus & simultaneè investitus est, & ex illa investitura astruere conati sunt, & Dn. W. proavum Dn. A. A. & Dn.

& Dn. M. nec non & ipsos Actores de Baroniis controversis semper investitos fuisse, sed illa investitura & allegatione non obstante anno Domini 1551. in judicio inferioris Lusatiæ pronunciatum est, continuationem & retentionem simultaneæ investituræ per illam investituram probatam non esse.

Et sic in effectu pronunciatum est, quod negligentia circa petendam renovationem simultaneæ investituræ commissa à Domino W. & Domino M. ipsis Actoribus noceat, præjudicet, illaque sententia in rem judicatam transivit.

Et dubio omni caret, quod negligentia circa petendam investituram vel simultaneam investituram posteris & descendentibus vasalli noceat, eo casu, quando hoc per sententiam diffinitivam, quæ in rem judicatam transivit, declaratum & pronunciatum est, cum res judicata pro veritate habeatur, *l. res judicata ff. de Reg. jur. cum similibus allegat.*

Et licet illa sententia sit prolata tantùm contra patruos Domini A. A. atque in illa sententia nulla fiat mentio Domini A. A. Attamen illam sententiam etiam ipsi Domino A. A. obesse, suprà comprobavi.

518 Centesimo vigesimo, † Doctores magis communiter tradunt, quod in feudis hæreditariis præscriptio lapsa contra vasallum, omnibus posteris atque descendentibus illius noceat, *Andr. de Iser. cap. 1. §. præterea ducatus, num. 38. & ibi Matth. de Afflict. num. 45. de prohibit. feud. alien. per Frid. Paul. Cast. cons. 44. lib. 2. Marin. Freck. in tract. de subfeud. lib. 3. quæst. 94.* ubi ipse attestatur, hanc opinionem amplecti & sequi indifferenter omnes scribentes.

519 Similiter quoque & præscriptio † lapsa contra vasallum, etiam respectu feudi ex pacto & providentia indistinctè nocet & præjudicat omnibus omninò successoribus & descendentibus vasalli in omnibus illis casibus, in quibus contractus vasalli descendentibus nocet & præjudicat, *Roll. à Val. cons. 3. nu. 89. lib. 1. Ar. Pinel. in Rep. auth. nisi triennale nu. 51. C de bon. mater.*

Et suprà comprobatum est, quod contractus ratione feudi non ex pacto & providentia à vasallo initus, illis descendentibus & posteris vasalli noceat & præjudicet, qui hæreditatem vasalli defuncti inventario non conscripto adivêre.

Sed certum est, nec non & superius comprobatum, Baronias controversas esse feuda hæreditaria.

Nec hactenus probatum est, quod Dominus M. ad eundem hæreditatem Domini W. & pater atque patrui Domini A. A. adeuntes hæreditatem Domini M. & ipse Dominus A. A. adiens hæreditatem patris sui inventaria conscripserint.

Similiter quoque certum est, quod ab eo tempore, quo investitura Regis L. per sequentes investituras mutata & alterata est, transiverit non tantum tempus ad præscriptionem sufficiens, sed tempus quodammodo immemoriale, igitur ex hoc sequitur, illam præscriptionem absque omni dubio nocere & Domino A. A. & patruis Domini A. A.

Centesimò vigesimo primo, † clari 520 & indubitati juris est, quod privilegium quodlibet strictissimè intelligendum sit, *l. si quis in princ. C. de inoffic. testament. gloss. cap. 1. de constitut. lib. 6. Archidiac. c. frater, 16. quæst. 1. Bald. l. quæ ex relationibus in princ. C. de II. Bart. l. fin. num. 3. & ibi Ias. num 33. ff. de constitut. Princip.* Similiter II. expressè cautum est, tenorem privilegiorum inspiciendum, considerandum, attendendum, *c. Porro extra de privileg. c. recepimus extra eod. tit. c. consideravimus. extra de elect.*

In universum sequendum, *Petr. de Anchor. cons. 71. Locellos Anton de But. & Panor. c. per venerabilem extra qui filii sint legitimi. Paul. Castr cons 34. post. princ. lib. 2. Cæpol. consil. civil. cons. 66. vol 2. Bald. cons. 355. lib 1. gloss. cus apostolicæ de privileg. lib. 6. gloss. Clem. 1. verb. excolendas ad fin. de decim.*

Singulaque verba ipsorum esse ponderanda, *Bald. c. fin. arg ill. text. extra de translat. Prælatorum Bald. l. 2. el. 2. vers. ulterius quæritur Cod. de constitut. pecun.*

Usque adeo ut à verbis sive à tenore privilegiorum ne latum quidem unguem recedere liceat, *Bald. l. 1. §. si is qui. ff. de exercitor. act.*

Nec etiam privilegium permittatur porrigere ad illum casum, ad quem verba ipsius non porriguntur, *Bald. c. naturale. col. 3. extr. de rescript.*

Sed

Sed privilegium Regis L. est tantùm concessum statibus, incolis & subditis inferiotis Lusatiæ, sicut hoc satis patet ex verbis positis in initio, sive procemio illius privilegii, nempe ex illis verbis: So daß die Andechtigen/Edlen/Ehrnvesten/Gestrengen/Erbarn und Ersamen Prelaten/Herren/Mannen und Städten unser Unterthanen und lieben Getrewen/ die vier Stände des Marggraffthumbs Niederlausnitz.

Ex quibus verbis clarè liquet, quod mens atque intentio Regis L. talis fuerit, quod Rex L. illud privilegium tantùm concedere voluerit subditis, incolis & statibus inferiotis Lusatiæ. Namque clari & indubitati juris est, quod ex iis quæ in præfatione sive procemio vel in initio alicujus privilegii posita sunt, colligantur & mens sive voluntas concedentis, *l. item quia §. fin. ff. de pact. l. cum hi in in princ. & ibi Bart. ff. d. transact. l. regula. §. si quis. & ibi Bart. ff. de jur. & fact. ignor.*

Et causa finalis dispositionis, *Bartol. Bald. & Ias. l. fin. argument. ill. text. ff. de hæred. instit.* Quodq; eam ob causam privilegium quodlibet, secundum illa quæ in præfatione sive procemio dicta sunt, restringi debeat. *Rom. conf. 16. col. 1. & ibi Horat. Mandos. in addit. Tiraquel. in tract. cessante caus. limita. 1. num. 65.*

Idem quoque quod privilegium Regis L. tantùm sit concessum statibus, subditis & incolis inferioris Lusatiæ, probant & verba dispositiva illius privilegii, nempe illa: Auch auff daß dieselben unsere Unterthanen dieses Marggraffthumbs Niederlausnitz hinfüro sich unserer Begnadung frewen.

Præterea quoque illud privilegium est tantùm concessum subditis & incolis inferioris Lusatiæ respectu der Ritterlehen/ sicut hoc inferius comprobabo.

Igitur sequitur, illud privilegium non patrocinari illis qui non sunt subditi, neque incolæ inferioris Lusatiæ.

Similiter ex hoc infertur, illud privilegium nullo modo posse extendi ad Baronias vel alia feuda, quæ non sunt simpliciter feuda nobilia sive Ritterlehen/ sed sunt diversæ speciei.

121 Centesimo vigesimo secundo † privilegium loquens de certis personis sive certis personis concessum, ad alias personas non extenditur, ne ex identitate rationis quidem, *Anton. de But. c. sane. argum. ill. text. ext. de privileg. Bald. l. 1. in princ. C. de ll. Dominic. c. ne aliqui. argument. ill. text. de privileg. lib. 6. Card conf. 135. circa fin. Dec. l. in omnibus causis. num. 6. & ibi Cag. num. 8. ff. de reg. jur.*

Et hoc usque adeò verum est, ut neque privilegium neque alia dispositio de certis personis loquens, sive certas personas respiciens, ad alias personas extendatur, nec ex verisimili quidem sive præsumpta mente concedentis sive disponentis, *Raph. Comens. l. commodissimè. ff. de liber. & posthum. Franc. Aret. & Ias. l. Gallus. §. & quid si tantùm. ff. de liber. & posthum. Ias. l. cum res. ff. de legat. 1. Ias. conf. 220. col. 4. conf. 228. lib. 2. Dec. conf. 211. conf. 218. col. 3. conf. 273. & conf. 288. col. 3. Hipp. sing. 499. Ant. Rub. conf. 31. col. 2. in fin.*

Deinde secundum multorum Dd. sententiam hoc locum habet, nisi illud privilegium vel alia dispositio favorabilis sit, Namque nec tale privilegium quidem vel dispositio de certis personis loquens, ad alias personas extenditur, *Francisc. Aret. l. Titius. ff. de liber. & posthum. Socin. conf. 93. vol 4. lib. 4.* Multò verò magis hoc locum habet in privilegiis sive dispositionibus juris communis correctoriis, namque illa multò minus de persona ad personam extenduntur, *Card. Paris. conf. 47. num. 77. cum 4. seqq. lib. 3.* Præterea quoque privilegium certo loco concessum, ad alium locum non porrigitur, *Bald. l. 1. C. d. ll. Dec. in omnibus causis id observatur. num. 6. & ibi Cagnol. num. 8. ff. de reg. jur.*

Idque traditum & receptum est, quod privilegium concessum subditis & incolis alicujus loci, ad illos qui non sunt subditi neque incolæ illius loci minimè porrigatur, *Bartol. l. 1. num. 24. & ibi Bald. & Salicet. col. 3. vers. sed tantùm quæro. & Caccialup. in Rep. nu. 21. col. 2. vers. super primo. C. de summ. Trinitat. & fid. Cathol. Bartol. l. fin. nu. 3. C. de testam. Card. Paris. conf. 12. numer. 10. lib. 3.*

Et hoc generaliter quidem verum est, potissimum autem procedit in tali privilegio, quod habilitat personas alioquin inhabiles sive non capaces, namque illud multò minus ad forenses extenditur, *Bart. l. cunctos populos. num. 25. ibi Bald. num. 13. Ias. lect. 1. num. 19. Caccialup. in Rep. num. 89. C. de summ. Trinitat. & fid. Cathol. Cornel. conf. 162. nu. 6. lib. 3. Socin. conf. 131. num. 2. lib. 4. Card. Paris. conf. 12. num. 11. lib. 3.*

Sed privilegium Regis L. admittens ad successionem feudi quoslibet agnatos, nisi ipsi investiti vel simultaneè investiti non sint, est tantùm concessum subditis & incolis inferioris Lusatiæ, sicut hoc ex tenore illius privilegii liquet, illudq; privilegium est juris Saxonici, quod in inferiori Lusatia juris communis vim & vigorem obtinet correctorium, cum jure Saxonico expressè cautum sit, quod ad successionem feudi agnati transversales non aliter admittantur, nisi illi de illo feudo simultaneè investiti sint.

Illudq; privilegium ad successionem feudi contra juris Sax. dispositionem habilitat personas alioquin inhabiles, nempe agnatos non simultaneè investitos.

Iure n. Saxon. expressè cautum est, quod agnati transversales, qui non sunt simultaneè investiti, ad successionem feudi inhabiles sint.

Igitur etiam ex hoc sequitur, privilegiũ Regis L. non extendi ad illos, qui non sunt subditi, neq; incolæ inferioris Lusatiæ.

522 Centesimo vigesimo tertio, † beneficio privilegiorum sive statuorum alicujus loci non fruuntur illi, qui non sunt neq; incolæ neq; subditi illius loci, *Ang. conf. 73. Alberic. de Rosat in tract. stat. Part. 2. q. 9. Bal. in tract. de Repressal. 1. q. 5. quæst. prin. Bald. Rub. ad fin. C. qui admitti. Paul. Cast. l. omnes populi circa fin. ff. de just & jur. Rom conf. 224. n. 6. Alex. conf. 44. col. 3. lib. 5. conf. 41. col. 1. conf. 111. lib. 7. Barbat. conf 51. col. 2. lib. 2. conf. 53. col. 1. lib. 4. Barbat. in tract. legat. à later. quæst. 2. col pen. vers. tertio limita. Socin conf 241. n 5. conf. 292. n 1. lib 2. Ruin conf 119. circa fin. lib. 1. conf. 195. in fin. conf. 200. n 12. lib. 2. Dec conf 114. Hip. de Mars. Rep l. fin. n. 116. & 130 ff. de jurisdict. omnium judic. Hip. de Mars. sing. 253. & sing. 519. Card Paris. conf. 12. n 26. lib 3.*

Eamq; opinionem communiter receptam esse attestatur *Card. Paris. conf 12. nu. 26. lib 3. Horat. Mandos. in addit. ad Rom. conf 224. num. 6.*

Sed privilegium Regis L. est concessum inferiori Lusatiæ sive statibus & ordinibus inferioris Lusatiæ, & quidem restrictivè subditis nempe tantùm & incolis inferioris Lusatiæ.

Igitur etiam ex hoc sequitur, quod illud privilegium minimè extendatur ad illos, qui non sunt subditi neq; incolæ inferioris Lusatiæ.

523 Centesimo vigesimo quarto, clari & indubitati juris est, † quod appellatione subditi alicujus loci is tantùm comprehendatur, qui in aliquo loco domicilium habitationis habet, quodq; is, qui in aliquo loco domicilium habitationis non habet, subditus illius loci dici nequeat, *gl. Clem 1. §. eadem. verb. subditoe & ibi Ioan. de Ligna, Card. Zabar. n. 1. Ioan. de Imol. n. 32. & Pet. de Anchor n. 12. de for. compet. Panor. c. dilectus. col. 2. & ibi Felin. n. 13. ext. de rescript. Bal. l. omnes. §. si verò. C. de Episc & Cler. Dec. c. 3. col 1. ext. de appell. Alex. l cum quædam puella in pr n 12. & ibi Franc. Curt. in addit. & Socin. ff de jurisd. omnium judic Alex. conf. 120. n. 10. lib. 7. Pet. de Anch. conf 437. Ant de But. conf. 21. in fin. Socin. c. 1. col 2. ext. de for. competent Socin. conf. 79. n. 15. lib. 4. Ruin conf 120. n. 9. Card. Paris. conf. 12. n 4. lib. 3. Laur Sylv conf 25. n. 15. lib. 1. Ægid. Boss. in tract. de crim. les. Majest. n 95. Plot. inter consilia. Corn. conf. 108. n 40. lib 1. Pet. de Anch. c. Romana. §. contrahentes de for. compet lib. 6. Paul. Cast conf. 44. col fin. lib 1. Et conf 89. n. 2. lib. 2. Corn conf. 323 col 2. lib. 4. Barbat. in proœm. Clem. §. hoc sanè. col 3. vers quis autem propriè.*

Et hoc usq; adeò verum est, ut etiam is, qui in aliquo loco feudum habet sive possidet, aut de feudo aliquo investitus vel simultaneè investitus est, subditus illius loci dici nequeat eo casu, quando is domicilium habitationis in alio loco habet, *Matt. de Afflict c. 1. n. 1. arg. ill. text. qualiter vasall. jurar. debe.*

Deinde quoque & is, qui originem ex loco aliquo trahit, si ipse in alio loco domicilium habeat, non dicitur subditus illius loci, ex quo originem trahit, *Ægid. Boss. in tract. de crim. læs Majest. nu 95.*

Præterea & is, qui non sustinet onera in aliquo loco tanquam subditus cum aliis subditis, illius loci subditus dici vel reputari nequit, *Bald. conf. 445. col 1. circa fin. lib. 4. Ægid. Boss. in tractat. de crim. læs. Majest. num. 99.*

Similiter clari juris est, quod is qui non subit in loco aliquo ista onera, quæ reliqui subditi sustinent & subeunt, & forensis esse censeatur, & beneficio statutorum privilegiorum vel consuetudinum illius loci non fruantur, prout hoc expressè tradit *Card. Paris. conf. 12. numer. 24. lib 3.* ubi ipse attestatur, eandem opinionem etiam amplecti *Bart. & Socin. in loc. ab ipso citat.*

Incola quoque is dicitur, qui in loco aliquo habet domicilium habitationis, *L. cives. C. de incol. lib. 10.*

Sed

Sed Dominus A. A. Baro in B. ut opinor, non habet domicilium habitationis in inferiori Lusatia, neque non in inferiori Lusatia aliqua onera sustinet.

Igitur sequitur, quod Dominus A. A. subditus vel incola inferioris Lusatiæ dici nequeat.

Rursus ex hoc infertur, quod Dominus A. A. se privilegio Regis L. tueri vel juvare non possit.

Centesimo vigesimo quinto, dubio
524 omni caret, † quod tàm privilegia, quàm quælibet aliæ dispositiones secundum communem usum loquendi intelligi debeant, *l. ut Alphenus. & l. anniculus. ff. de verbor. significat. Bart. Rub. & ibi Iason. num. 7. ff. de oper. nov. nunc. Tiraquel. in tractat. de utroque retract. par. 1. §. 2. gloss. 1. num. 5. & 6. in quibus locis Iason. & Tiraquel. multa alia ad hoc citant.*

525 Similiter certum est, † quod secundum communem usum loquendi appellatione **der Rittergüter oder Ritterlehengüter** comprehendútur tantùm feuda nobilium, non autem Baroniæ vel alia feuda regalem dignitatem annexam habentia.

Igitur sequitur, privilegium Regis L. quatenus facit mentionem, **von den Ritterlehengütern**, secundum communem usum loquendi, tantum esse intelligendum de feudis nobilium, nec ullo modo extendi posse ad Baronias, Comitatus, aliaque feuda regalem dignitatem annexam habentia.

Centesimo vigesimo sexto, clari
526 juris est, † quod eo casu quis in privilegio absque dispositione simul & conjunctim in eadem oratione ponuntur genus & species, sive verbum generale & verbum speciale, quod per expressionem speciei genus sive generalis dictio ita restringatur, ut istud privilegium sive dispositio tantùm comprehendat speciem, sive intelligatur tantùm de specie, *l. sed si adjiciatur. ff. pro soc. l. cum dilationis. §. quidam. ff. de fund. instruct. l. si cum fundum. ff. de verborum significatione. Bald. l. quæsitum. §. fin. ff. de fund. instruct. Cagnol. l. in toto jure, numer. 1. ff. de reg. jur. facit text. l. 1. in princ. ff. de pactis.*

Sed certum est, quod verbum **Lehengüter**/ sive verbum feudum sit verbum generale tanquam genus comprehendens omnia feuda.

Similiter certum est, quod verbum **Rittergüter**/ sit verbum speciale, & denotat tantùm feuda nobilium, & in privilegio Regis L. ista duo simul in oratione conjunguntur, sicut hoc patet ex clausula sequenti nempe: **Daß nun hinfüro vnd zu ewigen zeiten ohn alle Mittel vnnd weitere Belehnung alle vnnd jede ihrer vnd ihrer Erben vnnd Nachkommen Ritter vnd Lehengüter etc.**

Igitur sequitur, ista verba **Ritter vnd Lehengüter** posita in privilegio Regis L. ita accipienda esse, ut illud privilegium tantùm habeat locum in **Ritterlehengütern**/ sive in feudis nobilium.

Rursus ex hoc infertur, illud privilegium ita accipiendum, ut non habeat locum in Baroniis vel aliis feudis regalem dignitatem annexam habentibus.

Cum sit certi juris, nec non & suprà comprobatum, quod privilegium sit stricti juris & strictè intelligendum, nec de una re ad aliam est, nec de uno casu ad alium casum extendendum.

Cum itaque bona controversa sint Baroniæ, & sic feuda regalia sive regalem dignitatem habentia, ex hoc sequitur, quod privilegium Regis L. in bonis controversis locum non habeat, quod Dominus A. A. se illo privilegio in casu præsenti tueri vel juvare nequeat.

Centesimo vigesimo septimo, clari juris est, nec non & est comprobatum, quod sub dispositione generali sive generaliter de feudis loquente, non comprehendantur feuda regalia, quodque feuda regalia sub dispositione aliqua non aliter comprehendantur, nisi de illis expressa mentio facta fuerit, sicut hoc suprà comprobavi.

Sed in privilegio Regis L. nulla est facta mentio de Baroniis absque feudis regalibus sive annexam regalem dignitatem habentibus.

Igitur sequitur, illud privilegium nullo modo comprehendere Baronias vel alia feuda regalia sive regalem dignitatem annexam habentia, nisi illud privilegium ita accipi posset, quod illud privilegium generaliter comprehenderet

 omnia

omnia feuda, nec sit tantùm restrictum ad feuda nobiliū sive zu den Ritterlehengütern.

Rursus ex hoc infertur, cum illa bona, de quibus in casu præsenti agitur, sint Baroniæ, & sic feuda regalia privilegium Regis L. in casu præsenti locum non habere, nec Dn. A. A. Baroni à B. quicquā opitulari.

527 Centesimo vigesimo octavo, † privilegium simplex subdito concessum, etiam absque causa aliqua à Rege sive superiori revocari potest, *Franc. Aret. c. novit. col. 4. & ibi Dec. nu. 15. Felin. nu. 10. ext. de judic. Felin. c. 1. col. 2. ext. de prob. Ant. Gab. Rom. in tract. reg. lib. 3. Rub. de jur. quæsit. non tollend. conclus. 7. nu. 1. ubi ipse multos alios Dd. ad hoc citat.*

528 Et licet Dd. velint, † illud privilegium, quod conceditur propter bene merita seu servitia præcedentia, in contractum transire, *Ruin. cons. 217. col. 3. lib. 1. Thom. Gram. cons. 156. col. 2.*

Attamen hoc non habet locū in illis servitiis sive obsequiis, quę vigore obligationis præcedentis præstita sunt, illa n. nihil penitus operantur, nec etiam id præstant, ut privilegium propter illa concessum vel remuneratorū efficiatur, vel in contractū transeat, *Bal. Salyc Paul Cast. Corn. Ias. & Dd. l si donat. C de collat Bal. l. si tibi decem. §. si quis ff. de pa.l Salyc. l. filiæ col. 10. C. famil hercis Curt. Sen cons. 67. col 2. Corn. cons. 144. col. 2. lib. 2. Ias. Lex hoc jure circa fin. tertii effectus. ff. de just. & jur Frau Rip Rep. l. si unquam q. 13. eod. tit. Tiraqu l verb. donatione largitus. num. 106. & 107. C. de revoc donat.*

529 Et aliqui Dd. tradunt, † quod in dubio servitia præstita à subdito Regi vel Principi suo, præsumantur esse præstita vigore illius obligationis, ad quam Dn. vel Principi suo obstrictus est, cumq; ob causam privilegium propter illa servitia concessum nō censeri remunerationem nec in contractum transire, *Ar. Pinel. l. Rep. l. 1. par. 3. nu. 62. vers. infertur decimo quarto. C. de bon. mater.*

Sed in casu præsenti videl. in privilegio Regis L. dicatur illud privilegium esse concessum statibus, ordinib. & incolis inferioris Lusatiæ propter servitia fidelia ab ipsis Regibus Bohemiæ præstita.

Attamen status, ordines atq; incolas inferioris Lusatiæ Regis L. subditos fuisse, & adhuc Imperatoriæ Majestati, tanquam Regis Bohemiæ subditos esse.

Igitur sequitur, præsumendum esse, illa servitia esse præstita à subditis & incolis inferioris Lusatiæ vigore illius obligationis, quæ ipsi Regi Bohemiæ obstricti sunt.

Illud n. apparet ex verbis illius privilegii, nempe ex illis verbis: Sollen vn wollen/ quod verbum † Sollen/necessitatem denotat, *l. 1. in prin. ff. de edend. l. 1. in prin. ff. quod quisque jur. l. debitor. ff. de verb. signif. Bart. l. creditores. num. 3. C. de pignor.* 530

Rursus ex hoc infertur, dici non posse, illud privilegium esse remunerationem, vel in contractum transivisse.

Ulterius ex hoc infertur, Imperatori F. licitum & permissum fuisse, illud privilegium pro suo libitu etiam absq; caussa aliqua revocare.

Centesimo vigesimo nono, † Rex vel Princeps quilibet etiam tale privilegium, quod in contractum transivit, ex caussa revocare potest, *Ant. de But. c. novit col. peu vers. dic. Frauf Aret. col. 4. Felin. nu. 9. vers. 9. & ultim. ext. de jud. Rom. cons. 436. col. 3. Alex. cons. 101. col. 5. lib. 1. cons. 217. col. 4. lib. 2. cons. 16. col peu. lib. 5. Ant. Gab. Rom. in tract. regul lib. 3 tit. de jur. quæsito. conclus. 6. num. 19. ubi ipse multos alios Dd. ad hoc citat.* 531

Et multi Dd. superius relati concludunt, quod Princeps alicui auferens etiam jus quæsitum habeat, hanc præsumptionem pro se, quod illud ex caussa justa & legitima fiat, quæ præsumptio multò magis locum habet eo casu, quando tempore illius revocationis facta est elapsum tempus longum vel longissimum, sicut hoc ex suprà dictis liquet. Potissimùm v. hoc procedit, quando illa revocatio est facta cum consilio sive deliberatione regni aut statuum regni, sicut hoc similiter ex suprà dictis liquet.

Deinde etiam multi Dd. volunt, quod Princeps vel Rex latè privilegium quod in contractū transivit, de plenitudine potestatis & absq; causa auferre possit, *Alex. cons. 1. col. 2. lib. 2. Ant. Gab. Rom. in tract. reg. lib. 3. tit. de jur. quæsit. non toll. conclus. 6. num. 12.*

Et dubio omni caret, quod Rex vel Princeps usus fuerit plenitudine potestatis eo casu, quo hæc clausula in dispositione Principis expressa est.

In dubio quoq; præsumitur, quod Princeps voluerit uti plenitudine potestatis eo casu, quando actus a Principe gestus aliter non valet, nisi illud in dispositione Principis expressum non fuerit, *Paul. de Cast. l. ex imperfecto C. de test. Paul. de Cast. l. quanquam. C. de test am. milit. Alex. l. centur. col. 12. ff. de vulg. & pupil subst. Felin. c. 1. nu. 26. ext. de const. Felin. c. cum dil'cta. col. 16. vers. limitata regulam. ext. de rescript. Felin. c. in caussa el. 2. ext. de sen-*

de sentent. & re judic. Hip. de Marsl. l. 1. §. si tertius num. 19. ff. de quæst. Sebast. Vant. in tract. de nullitat. Rub. ant qualibet sententia possit dici nulla. num. 26.

Sed præter hoc, quod Imperator F. sapientiâ, prudentiâ, justitia, omnibusq; virtutibus summis & regiis excelluit, atque hæ qualitates maximam præsumptionem inducant, ex tenore privilegii concessi anno 1538. statibus, ordinibus, incolis & subditis inferioris Lusatiæ clarè liquet atque patet, quod sua Imper. Majestas in isto privilegio Regis L. privilegium revocaverit, præhabita prius deliberatione cum statibus atque ordinibus Regni Bohemiæ.

Illiq; privilegio revocationis est inserta clausula ex certa scientia & de plenitudine potestatis. Et à tempore illius revocationis factæ, sunt elapsi 35. anni.

Igitur ex hoc sequitur, & præsumendum esse, Imperatorem F. privilegium Regis L. revocasse ex caussa justa, & illam revocationem absque omni dubio valere & ratam esse.

Centesimo trigesimo, dubio omni caret, † quod quilibet Rex & Princeps illud privilegium, quod transivit in contractum, etiam absque omni causa revocare possit, accedente consensu illorum, quibus istud privilegium concessum est. *Innocent. & Anton. de But. c. in nostra ext. de injur. Gemin. c. 1. col. 4. de constitut. lib. 6. Felin. c. novit. num. 9. vers. quinto limita. ext. de judic.*

532

Idem quoque juris est, quando majores sive superiores illius populi, quibus istud privilegium concessum est, huic revocationi consentiunt, *Innocent. & Ant. de But. c. in nostra. ext. de injur. Gemin c. 1. col. 4. de constitut. lib. 6. Felin. c. novit. num. 9. vers. quinto limita ext. de judic*: Idem quoque juris est, quando majores sive superiores illius populi, quibus istud privilegium concessum est, huic renunciationi consentiunt, *Innocent, & Ant. de But. c. in nostra. extra de injur. Gemin. c. 1. col. 4. de constit. lib. 6.* Eodem quoque jure utimur, quando major pars illius populi, cui tale privilegium, quod in contractum transivit, concessum est, revocationi illius privilegii consentit, *Anton. Gab. Rom. in tract. Regul. lib. 5. tit. de jur. quæsit. non toll. conclus. 6. num. 16.*

Deinde quoque clari juris est, quod is qui accipit atq; penes se retinet, illud privilegium scriptum vel aliud instrumentum, in quo revocatio sive alteratio præcedentis privilegii, quod in contractum transivit, continetur, ipse intelligatur, illi revocationi & alterationi consentire eamque approbare, sicut hoc suprà docui.

Ex lapsu quoque temporis longi decem annorum nempe præsumitur & probatur, quem tàm revocationi privilegii, quod in contractum transivit, quàm alteri actui consensisse, *Bald. l. si filius. C. de petit. hæred. Ang. Alex. Ias. & Dd. l. qui in aliena in prin. ff. de acquirend. hæred. Ang. & Imol. l. stiendum. ff. de verb. obligat. Alex. l. 2. §. voluntatem. ff. de solut. matrim. Ias. l. quæ dotis. num. 85. ff. eo tit. Tiraquel. in tract. de ll. connubial. gloss. 7. num. 39. usque ad num. 49.*

Sed in casu præsenti status atq; ordines inferioris Lusatiæ privilegium Imperatoris F. in qua sua Imp. Majestas prædictum privilegium Regis L. revocavit, & receperunt & penes se retinuerunt.

Et Imperator F. illud privilegium, in quo sua Imp. Majestas privilegium Regis L. revocavit, misit & promulgavit, anno 1538. Et sic ab illo tempore, quo Imperator F. privilegium Regis L. revocavit, jam sunt elapsi anni 35. Et sic non tantùm tempus longum sed etiam tempus longissimum.

Et ab eo tempore quo Imperator F. illud privilegium revocatorium remisit, illud in inferiori Lusatia semper in observantia fuit.

Igitur sequitur, per hoc satis superq; probari, quod status, ordines atque incolæ inferioris Lusatiæ revocationi privilegii Regis L. ab Imperatore F. facta, consenserint, rursus ex hoc infertur, quod Imperator F. absque omni dubio privilegium Regis L. revocare potuerit, quodq; talis revocatio & valeat & teneat, nisi fides fieri possit, illud privilegium in contractum transivisse. Ulterius ex hoc infertur, quod Dominus A.A. se privilegio Regis L. revocato & reprobato juvare nequeat.

Centesimo trigesimo primo, privilegium Imperatoris F. per quod privilegium Regis L. revocatum est, quodq; status, ordines atque incolæ inferioris Lusatiæ & acceptârunt & approbârunt, est promulgatum anno Domini 1538.

Et in illo privilegio expressè cautum est, quod tantum casus præteriti debeant decidi & determinari, secundum privilegium Regis L. casus autem sequentes & futuri debeant decidi & determinari secun-

cundum privilegium Imperatoris F. Et insuper clari juris est, quod privilegio reprobato sive revocato, nemo se tueri vel juvare possit, *arg. c. suborta ext. de sent. & re judic.*

Sed Dominus C. Baro à B. qui ultimus possessor Baroniarum controversarum decessit Anno 1550.

Et sic hic casus, de quo nunc agitur, evenit, postquam jam duodecim anni à die promulgationis privilegii Imperatoris F. & revocationis privilegii Regis L. elapsi fuere.

Igitur sequitur, hunc casum non secundum privilegium Regis L. sed secundum privilegium Regis F. decidendum, nisi fides fieri possit, Dn. A. A. sub privilegio Regis L. comprehendi.

533 Centesimo trigesimo secundo, jure civili expresse cautum est, † quod quilibet vasallus postquam is pubes factus fuit, & 14. ætatis suæ annum complevit, intra annum & diem investituram petere teneatur, quod is vasallus qui intra annum & diem post completum 14. annum ætatis suæ investituram petere negligit, omni jure, quod ipse in feudo habuit, privetur, *c. 1. §. præterea si quis infeudatus. de prohib. feud. alien. per Frider.*

Jure verò Saxonico cautum est, quod vasalli postquam illi 13. annum & 6. menses suæ ætatis adimplevere, tam investituram quàm simultaneam investituram intra annum & diem petere teneantur, quodq; si ipsi hoc facere neglexère, ipsi & feudum & omne jus, quod ipsi in isto feudo habent, amittant, *c. 26. & ibi glos. & addit. Lehenrecht.*

Et is qui vel agendo vel excipiendo prætendit, se postquam is pubes effectus fuit, investituram vel simultaneam investituram intra annum & diem petiisse, hoc probare tenetur, illaq; probatione non adimpleta, ipse feudo & omni jure, quod in feudo habuit, privatur. *Franc. Herc. in tract. quis teneatur probare neg. n. 35.*

Et confirmatum est, quia Emphyteuta qui prætendit, se canonem emphyteuticum solvisse, hoc probare tenetur, alioquin ipse emphyteusi privatur, *gl. l. 2. verb. repellere vers. item quis probavit. ibi Cyn. Bald. & Dd. & Bart. nu. 9. Ias. nu. 132. & 133. C. de jure emphyteut. Specul. §. nunc aliqua. vers. 31. & ibi Ioan. And. in add. de locat. & conduct. Imol. c. potuit. ext. eo tit. Comes. cons. 79. in princ. Bart. l. in illa stipulatione. la. 1. nu. 4. & ibi. Ias. nu. 15. limitat. 2. ff. de verbor. obligat. arg. l. 1. C. de probat.*

Tum quia regulariter omnis is qui prætendit, se fecisse vel expedivisse id, ad quod faciendum sive expediendum ipse obligatus est, hoc probare tenetur, *l. 1. C. de probat. l. qui commeatus. ff. de re milit. Alex. cons. 131. vol. 2. lib. 4. cons. 39. col. 1. cons. 120. vol. 1. lib. 5. Corn. cons. 11. col. fin. lib. 2. Rip. l. fin. q. 55. C. de revoc. donat. Franc. Hercul. in tract. quis tenetur probare negativam. num. 35.*

Sed in privilegio Regis F. promulgato anno 1538. Et privilegium Regis L. revocatum & expresse cautum est, quod quilibet Vasallus quocunque tempore exigente hoc necessitate & sic tempore debito investituram & simultaneam investituram petere teneatur, quodq; illa feuda quarum ratione sine contemplatione investitura vel simultanea investitura debito tempore petita non fuit, Regibus Bohemiæ tanquam Dominis feudi aperiri debeant, sicut hoc satis patet ex sequentibus verbis illius privilegii: Daß ein jeder Landvoigt daselbst in Niederlaußnitz/ von einem zum andern/ so jmmer seyn würden/ allen vnd jeglichen Einwohnern was Wesens die vnser Königlichen Majestat verwandt vnd belehnt seyn/ auch deren Erben vnd Nachkommen/ Brüder vnd Brüder Kinder/dergleichen welche das redlich erworben/ vnd sonst eines Stammes/ Geschlechtes vnd Schildes/ vnd Helms von Geblüt weren/ jhre Lehen vnd gesampte Hand allda im Land zu Niderlaußnitz jederzeit/ wenn es die Notturfft erfordert vnd gesucht würde/ vollmechtigen thun vnd pflegen sollen/ doch mit der Condition vnd Vorbehalt/ ob die Lehen verschwiegen/ vorwandt/ vnd sonst durch Absterben obgenanter Blutsfreunde sich ledigten vnd fellig würden/ daß dieselbigen verschwiegene vorwandte vnd durch Absterben erledigte Lehen auff vns/ vnsere Erben vnd Nachkommen, Königs in Böhem/ vnd sonst auff niemands anders fallen/ erledigen vnd zustehen sollen.

Et Dominus A. A. anno 1542. complevit 13. annum & 6. menses suæ ætatis anno 1543. ipse complevit 14. annum ætatis suæ.

Et sic Dominus A. A. post illud tempus, quo privilegium Imperatoris F. promulgatum & privilegium Regis L. revocatum est, tam secundum juris Saxonici quàm secundum juris civilis dispositionem

hem pubes effectus est, & puberes annos suæ ætatis attigit.

Igitur sequitur, quod Dominus A. A. Baro à B. tàm secundum juris civilis quàm secundum juris Saxonici dispositionem, nec non etiam secundum tenorem privilegii Imperatoris F. obligatus fuerit, & quidem sub pœna privationis juris simultaneæ investituræ omnisque alterius juris, quod ipse in Baroniis controversis habuit, petere renovationem simultaneæ investituræ respectu Baroniarum controversarum, quodque Domino A. A. incumbat onus probandi, se renovationem simultaneæ investituræ respectu Baroniarum controversarum intra annum & diem, postquam is pubes effectus fiat, petiisse.

Quod tamen hactenus à Domino A.A. probatum non est.

Imò exActis mihi transmissis liquet, indubitatum esse, quod Dominus A. A. neque intra annum, postquam is puberes annos attigit, neque post annum toto tempore pubertatis suæ renovationem simultaneæ investituræ respectu Baroniarum controversarum petierit.

Igitur ex hoc rursus infertur, etsi fides fieri possit, Dominum A. A. in Baroniis controversis habuisse jus simultaneæ investituræ vel aliud quod jus. Attamen Dominum A. A. per hoc, quod ipse renovationem simultaneæ investituræ respectu Baroniarum controversarum non petiit, intra annum & diem postquam ipse pubes factus est, omne jus simultaneæ investituræ omneque [illegible]d jus, si quod ipse forsan in Baroniis controversis habuit, amisisse.

534 Centesimo trigesimo tertio, † licet minori, qui intra tempus debitum tempore minoris ætatis investituram petere neglexerit, contra hanc negligentiam restitutionem in integrum petere permittatur, *gloss. Bald. Alvar. Præposit. Matth. de Afflict. c. 1. §. si quis infeudatus. de prohib. feud. alien. per Frider. Matth. de Afflict. c. 1. in princ. quæ fuit prima causa. Alex. cons. 79. lib. 1. Curt. jun. in tract. feud. par. 4. num. 46. Socin. jun. cons. 115. num. 23. Rol. à Vall. cons. 18. num. 21. lib. 1.*

Attamen ista restitutio in integrum à minore peti debet intra annum & diem ab illo tempore computandum, quo ipse major effectus est.

Cum secundum communem Dd. sent. etiam eo casu, quando quis petit restitutionem in integrum, contra lapsum temporis minoris quadriennio illa restitutio debeat peti intra tantum tempus, quantum est illud, adversus quod lapsum quis se in integrum restitui petit, sicut hoc supra comprobavi.

Illudque penitus indubitatum est, quod illa restitutio non possit peti post quadriennium elapsum, postquam is minor major effectus fuit, *l. fin. C. de tempor. in integr. restituit. Clem. 1. de in integrum restitut.*

Deinde quoque certum est, quod secundum dispositionem juris civilis quis major efficiatur statim atque is 25. annum ætatis suæ complevit, *l. fin. C. de tempor. in integrum restitut. l. 1. ff. de minor. 25. annor.* Secundum vero dispositionem juris Saxonici quis major efficitur, statim atque is 21. annum ætatis suæ complevit, *art. 21. Landrecht. lib. 1. cap. 26. circa prin. Lehenrecht. Differ. jus civil. & Saxon. diff. 9. lib. 1. par. 1.*

Sed hactenus probatum non est, quod Dominus A, A. intra annum & diem vel etiam intra quadriennium, postquam ipse 21. annum ætatis suæ complevit, & sic major effectus est, restitutionem in integrum petierit, contra hoc, quod ipse postquam pubes effectus fuit, renovationem simultaneæ investituræ petere neglexit.

Igitur sequitur, Domino A. A. non patrocinari, neque Dominum A. A. se juvare posse ex eo, quod minoribus contra hoc, quod ipsi intra tempus legitimam investituram & simultaneam investituram petere neglexêre, restitutio in integrum concedi debeat.

Centesimo trigesimo quarto, † paria sunt & à pari procedunt, aliquid vel non fieri, vel non aptè sive minus idoneè aut minus legitimè fieri, & illud quod legitimè sive minus aptè vel idoneè fit, perinde habetur, atque si illud nullo modo factum fuisset, *l. quoties. & ibi Jas. ff. qui satisd. cogantur. l. quamvis. & ibi Bart. ad SC. Vellejanum. l. non putavit. §. non quævis. ff. de bon possess. contra tabul. l. nulla. ff. de authorit. præstand. c. Nicolao. & ibi Dd. ext. de appellat.* 535

Similiter clari juris est, † quod actio rescissoria sive remedium rescissorium institui nequeat, nisi restitutio in integrum 536

prius & petita & obtenta fuerit, quodque is qui remedium rescissorium instituit, & sic investituram alicujus petitione per negligentiam ipse exclusus fuit, petiit ante restitutionem in integrum & petitam & obtentam, inepte agat. *glos. §. rursus. & ibi Ioan. Fab. num. 15 Ias. num. 81. Instit. de Act. glos. l. si ab hostibus. §. sed quod simpliciter. ff. ex quib. caus. major. glos. in inhonorarijs. §. sed cum rescissa arg. ill. text. ff. de act. & oblig. Bart. & Bald. l. fin. C. ex quib. caus. major.*

Et hoc generaliter quidem verum est, 537 potiss. †. aut procedit eo casu, quo illud jus, ad quod quis se in integrum restitui petit, ipso jure extinctum fuit, & multi Dd. tradunt, propter investituram non petitam Vasallum ipso jure amittere, & jus petendi investituram, & esse aliud jus, quod ipse in isto feudo, cujus contemplatione ipse simultaneam investituram petere neglexit, antea habuit, *Bald. c. 1. in princ. ibi Præposi. num. 3. quo tempore mil. Bald. cons. 301. num. 1. & 3. cons. 429. num. 3. & cons. 466. col. 2. lib. 1. Præpos. c. 1. in prin. num. 2. quib. mod. feud. amit. Calder. Rub. de feud. Feln. c. ex tenore. num 17. & c. Rudolphus. num. 24. ext. de rescript. Iacob. de S. Georg. in tract. feud. verb. qui quidem investiti num. 42. Curt. in tract. feud. 4. par. num. 155. Card. Zaborel. cons. 128. num. 8. cons. 74. in prin. cons. 92. col. 5. Ruin. cons. 35. num. 28. lib. 1.*

Illudq; penitus indubitatum est, jus simultaneæ investituræ ipso jure extingui & amitti, si ejus revocatio intra tempus debitum petita non fuerit, sed in casu præsenti constat & manifestum est, quod Dn. A. A. Baro in B. intra tempus legitimum, nempe intra annum vel quadriennium, postquam ipse 21. annum ætatis suæ complevit, restitutionem in integrum non petierit contra id, quod ipse postquam pubes effectus fuit, renovationem simultaneæ investituræ petere neglexit.

Et licet Dominus A. A. prætendat, se statim atque is 21. annum ætatis suæ complevit, petiisse & investituram & simultaneam investituram respectu Baroniarum controversarum. Attamen ex prædictis liquet, quod Dn. A. A. illam investituram vel simultaneam investituram petere non potuit, ante restitutionem in integrum petitam & obtentam, atque ista petitio Domini A. A. fuit & inepta & præpostera.

Igitur sequitur, Domino A. A. patrocinari non posse, nisi ipse probare vel fidem facere posset, se postquam is major effectus fuit, respectu Baroniarum controversarum statim petiisse & investituram & simultaneam investituram.

Centesimo trigesimo quinto, † licet 538 Dd. concludant, quod tempus petendi investituram filiis Vasalli non currat, nisi ab illa die qua illi hæreditatem Vasalli defuncti adivêre, *Bald. c. 1. in princ. num. 4. & ibi Mart. Laud. num. 6. Matth. de Afflict. num. 15. de capit. Corrad. Guid. Pap. decis. 165. Alvar. c. 1. in prin. & ibi Præposi. num. 4. quæ fuit 1. caus. Alex. cons. 79. num. 11. lib. 1. Iacob. de S. Georg. in tract. feud. verb. ita quod ipsi nu. 14. & verb. qui quidem investiti. nu. 35. Curt. jun. in tract. feud. par. 4. num. 57. Matth. de Afflict. c. 1. in princ. num. 1. quo tempor. mil. Carol. Molin. in consuet. Paris. tit. 1. §. 1. glos. 7. num. 2. circa fin. Marinus in tract. de subfeud. lib. 2. §. tertia authoritas num. 8. 9. & 10. Thom. de Mar. in tract. de generib. & qualitat. feud. lib. 1. tit. 2. num. 64. Albert. Brun. cons. 38. col. 2.*

Atque illi idem Dd. illum Dominum feudi, qui prætendit, filium sive agnatum Vasalli intra tempus legitimum investituram non petiisse, eamq; ob caussam feudum amisisse, probare cogi, quod filius hæreditatem patris adiverit, & à die aditæ hæreditaris intra tempus legitimum investituram non petierit.

Illaq; decisio confirmetur per id quod Dd. tradunt, eo casu, quo agitur de præjudicio filii, non præsumi filium hæreditatem patris adiisse, aut se hæreditati patris immiscuisse, sed illum, qui hoc allegat, illud probari cogi. *Bart. Bald. Salycet. & Dd. l. 1. C. si minor se hæred. [illegible] abstinue. Bart. l. necessarijs. ff. de acquir. [illegible]red. Hieron. Grat. cons. 146. num. 9. lib. 2. Socin. jun. cons. 94. nu. 36. lib. 1.*

Attamen dubio omni caret, aditionem hæreditatis sive in mixtionem induci & per actus acquisitivos & per actus translativos & per possessivos. *Bald. cons. 224. lib. 2. Gab. Sarath. in addit. ad Mathesil. sing. 35.*

Et inter cætera aditio hæreditatis sive immixtio inducitur per hoc, quod quis per se vel per alium domum vel fundum defuncti possidet, *l. 1. & ibi Bart. Bald. & Dd. C. de repud. hæredit. Bart. l. gerit. num. 24. & ibi Ioan. de Imol. & Franc. Aret. de acquir. hæred. Bart. cons. 207. lib. 1. Socin. jun. cons. 69. num. 7. lib. 1. Laur. Sylvan. cons. 49. num. 86. Bald. l. 1. C. si quis se ab hæreditate abstineat. Card. Paris. cons. 16. nu. 40. lib. 2. Bartachin. in suo Repertor. verb. filius hæres. nu. 23.*

Simi-

Similiter & aditio hæreditatis sive immixtio etiam per hoc inducitur, quod quis fructus, reditus sive lucra vel commoda ex hæreditate patris percipit, *Ioan. de Imol. & Francisc. Arct. l. gerit. ff. de acquir. hæred. Socin. iun. conf. 69. num. 7. lib. 1. Card. Parif. conf. 16. nu. 45. lib. 2. Lur. Sylvan. conf. 49. num. 86.*

Eodem modo & aditio hæreditatis inducitur per hoc, quod quis bona defuncti per se vel per alium administravit, *Ioan. de Imol. & Franc. Aret. l. gerit. ff. de acquir. hæredit. facit text. §. fin. verf. pro hærede Instit. de hæred. qualitat. & differ.*

Si itaq; in casu præsenti fides fieri possit, quod Dn. A.A. Baro a B. tempore minoris ætatis per se vel per alium bona paterna aut aliqua ex illis possiderit aut administraverit, vel fructus aut emolumenta ex illis percepit, eo ipso probatum esset, quod Dn. A. A. hæreditatem patris sui adivisset.

Illaq; probatio est adimpleta absq; omni dubio, Dn. A. A. se præ allegata doctrina Doctorum tueri vel juvare non posset.

539 Centesimo trigesimo sexto, † Baldus, qui est autor præcedentis opinionis, quæ vult, quod annus & dies præfinitus ad petendam investituram nõ incipiat currere, nisi à tempore aditæ hæreditatis, alibi contrarium tenet, volens tempus petendæ investituræ cursum suum incipere indistinctè, non à die aditæ hæreditatis, sed à die mortis vasalli, prout hoc expresſè tradit *Bald. conf. 361. lib. 3.*

Illaq; opinio confirmatur, tum quia text⁹ *in c.1. in pr. quo temp. miles. & c.1. in pr. quæ fuit 1. cauf.* expresſè decidunt, quod post mortem vasalli filius vel agnat⁹ illius intra annum investiturã petere debeat, nec ullam sinè mentionem hæredis vel hæreditariæ successionis aut hæreditatis aditionis.

Tum quia licet text. *in c.1. in pr. de cap. Corr.* faciat mentionem heredis & decidat, quod hæres vasalli post mortem vasalli intra annum & diem investiturã petere teneatur.

540 Attamen clari juris est, † quod verbum hæres in materia feudali non accipiatur pro hærede hæreditatis, sed tantùm pro successore sanguinis, *c.1. §. etsi. de alien. feud.*

541 Et cum hæc opinio verior sit, † illa absq; omni dubio sequenda est nõ obstante hoc, quod plurimi contrarium tenent, *l. 1. §. sed neq. C. de veter. jur. enucl. c. castellanus. & ibi Abb. & Dd. ext. de fer. Ioan. Andr. Abb. Felin. & Dec. c. 1. ext. de constit. Abb. c. prudentiam in pr. ext. de offic. deleg. Alex. & Iaf. l. cum prolatus. ff. de re judic. Iaf. Auth. nov. n. 22. C. de inoffic. testam. Ioan. Nevif. in sylvula nuptiali. lib. 5. nu. 67.*

Et sic etiam ex hoc liquet, quod Dn. A.A. Baro à B. se opinione contraria relata in præcedenti ratione tueri nequeat.

Centesimo trigesimo septimo, † etiam 542 illi Dd. qui volunt, tempus petendi investituram filiis vasalli defuncti non currere, nisi à die aditæ hæreditatis, concludunt, illud non habere locũ eo casu, quando filius vasalli maliciosè differt hæreditatem defuncti adire, *Bald. c. 1. n. 4. & ibi Mart. Laud. n. 6. Matth. de Afflict. n. 15. de cap. Corrad.*

Quinimò veri⁹ esse videtur, quod etiam eo casu, quo tempus petendi investituram non currit, nisi à die aditæ hæreditatis illud tempus statim currere incipiat ab eo die, quo fili⁹ vasalli defuncti hæreditatẽ ipsius adire potuit, illudq; facere neglexit, prout hoc est de mente *Bald. conf. 361. lib. 3.*

Dum videl. ibi concludit, tempus petendi investituram currere à die scientiæ & potentiæ.

Et confirmatur tum, quia clari juris est, quod is qui potest facere ut possit, jam posse videatur, *l. qui potest. & ibi Bart. & Cagn. ff. de reg. jur. l. sed etsi per prætorem. §. 1. ff. ex quibus cauf. major. l. quib. in prin. ff. de condit. & demonstrat. c. fin. & ibi Abb. ext. de elect.*

Tum quia legibus expresſè cautum est, quod in præjudicium illius, cui quid facere sive expedire potest, illud pro facto habeatur, si ipse illud facere vel expedire potuerit, illudq; facere neglexerit, *l. Labeo scribit, si mihi Bibliothecam ff de contrahen. empt. l. si ideò §. præsente. & l. si dictum. §. præsente. ff. de evict. l. jure civil ff. de cond. & demonst. l. in executione. §. fin. ff. de verb. obl. Tiraq. in tract. de utroque retract. par. 1. §. 15. gl. 2. n. 7.* ubi ipse multos alios & textus & Dd. ad hoc citat.

Sed dubio omni caret, quod Dn. A A. Baro à B statim post mortẽm patris sui etiam adhuc minorennis fuit; in minori ætate hæreditatem patris sui adire potuerit.

Igitur sequitur, etiamsi à Dn. A.A. fides fieri posset, se eo tempore, quo ipse minor fuit, hæreditatem patris sui non adivisse.

Attamen illud Dn. A.A. nullo mŏdo prodesse posse, sed illi nihilominus tempus petendi investituram sive simultaneam investituram ratione Baroniarum controversarum elapsum fuisse, statim atq; is puberes annos attigit, etiam patris sui hæreditatem adire potuit.

Centesimo trigesimo octavo, eo casu, quo filio vel agnato vasalli defuncti vigore statuti consuetudinis vel pacti injungitur, nulla facta mentione hæredis, ut is post mortem vasalli investituram petat, tempus petendi investituram absq; omni dubio currit non à die aditæ hæreditatis, sed à die mortis vasalli.

Sicut

Sicut hoc satis probatur per id, quod
543 Dd. tradunt, † in feudis ex pacto & providentia quę filiis & agnatis deferuntur, non tanquam hæredibus sed tanquam successoribus sanguinis tempus petendi investituram non à dio aditæ hæreditatis sed statim à die mortis vasalli defuncti labi & currere, prout hoc tradit *Matth. de Afflict. c. 1. in princ. num. 15. de cop. Corrad. Marin. Frec. in tract. de subfeud. lib. 3. differ. 29. Thom. de Marin. in tract. de subfeud. tit. 2. num. 64.*

544 Et licet aliqui Dd. tradunt, † in feudis ex pacto & providentia tempus petendi investituram cursum suum non incipere nisi ab eo tempore, quo filius vel successor se pro vasallo vel successore feudali gessit, *Præpos. c. 1. in princ. num. 4. quæ fuit 1. caus.*

Attamen illa sententia magis communiter reprobata est, & Dd. magis communiter concludunt, in feudo ex pacto & providentia tempus petendi investituram labi & cursum suum incipere ab eo die, quo ultimus possessor feudi defunctus est, sicut hoc ex suprà dictis liquet.

Illaque communis & recepta Dd. sententia satis probatur, per id quod Dd. communiter tradunt, per mortem vasalli defuncti filio & successori feudali in feudo jus acquiri & feudum ad ipsum transmitti ipso jure etiam absque aditione, immixtione vel gestione aliqua, *Bald. l. generaliter. §. in his. C. de secundis nupt. Laur. Sylvan. cons. 15. num. 11. lib. 1. Nat. cons. 507. num. 34. cum 3. seq. lib. 3.*

Et posito, veram esse illorum Dd. sententiam, qui volunt etiam eo casu, quo successoribus feudalibus injungitur, ut ipsi petant renovationem vel investituræ vel simultaneæ investituræ, non sub nomine hæredum, sed sub nomine filiorum, agnatorum vel successorum feudalium, tempus petendi investituram non currere neque labi, nisi ab illo die, quo filii agnati vel alii successores feudales se pro vasallis gesserint.

Attamen illorum Dd. sententia ita intelligenda & accipienda esset, ut illi filii vel agnati qui se pro vasallis gerere potuère, proinde habeantur, atque si ipsi se pro vasallis gesserint, atque tempus petendi investituram currat ab illa die, qua ipsi se pro vasallis sive successoribus feudalibus gerere potuère, juxta textum, *l. qui potest facere. & ibi Dec. & Cognol. ff. de reg. jur. cum simil. allegat. suprà.*

Sed jus Saxonicum disponens, quod post mortem vasalli filii & agnati illius investituram nec non & simultaneam investituram petere teneantur, nullam facit mentionem hæredum vel hęreditariæ successionis, sed tantùm facit mentionem vasallorum, & successorum feudalium, sicut hoc paret *ex cap. 6. 26. 32. & 50.* **Lehenrecht.**

Igitur sequitur, quod secundum dispositionem juris Saxonici tempus petendi investituram vel simultaneam investituram absque omni dubio cursum suum incipit à die mortis vasalli.

Rursus ex hoc infertur, cum casus præsens non secundum jus civile, sed secundum jus Saxonicum decidendus sit, tempus petendi investituram sive simultaneam investituram Domino A. A. Baroni à B. elapsum fuisse, statim à die mortis patris sui & ab illo tempore quo ipse pubetes annos attigit.

Illudq; eam ob causam multò magis obtinet, cum in casu præsenti Dominus A. A. Baro à B. statim post obitum patris sui se gerere potuerit, & pro vasallo Regum Bohemiæ & pro hærede patris sui.

Centesimo trigesimo nono, † aditio 546
hæreditatis non requiritur in iis quæ non sunt transitoria ad hæredes, quæq; non deferuntur jure hæreditario, *l. pro hærede. §. Papinianus. ff. de acquir. hæred. l. si pulchri violati actio. & l. quæsitum. ff. de sepul. viol. Bald. l. generaliter. §. in his. C. de secund. nupt. Anton. Nat. cons. 507. num. 34. & 35. lib. 3.*

Sed certum est, quod secundum dispositionem juris Saxonici jus simultaneæ investituræ, neque activè neque passivè ad hæredes transitorium sit, quodq; illud jure hæreditario non deferatur, *capit. 26. §.* **am Angefell.** *& cap. 58. §.* **an den Angefell/ Lehenrecht.**

Igitur ex hoc sequitur, quod secundum dispositionem juris Saxonici respectu petitionis simultaneæ investituræ non debeat considerari tempus aditæ hæreditatis, quodq; tempus petendi simultaneam investituram statim currat atque labatur, atq; vasallus mortuus est, non expectata aditione hęreditatis vasalli defuncti, rursus ex hoc infertur, quod Dn. A. A. nullo modo patrocinari possit, id quod ipse prætendit, se hæreditatem patris sui non adivisse, nisi tantùm illo tempore quo ipse major effectus fuit, quodq; illa allegatione non obstante, Dominus A. A. propter negligentiam commissam, postquam is pubes effectus fuit, ab omni jure, si

si quòd ipse habuit in Baroniis controversis, exclusus fuerit, nisi ipse fidem facere possit, se hæreditatem parris sui non adivisse, antequam ipse major factus est.

547 Centesimo quadragesimo, † privilegium concessum subditis, incolis, ordinibus vel statibus certi loci, non extenditur ad forenses sive extraneos, aut illos qui non sunt subditi vel incolæ illius loci, sicut hoc suprà comprobavi.

Similiter & beneficio privilegiorum concessorum certo loco sive incolis vel subditis certi loci non fruuntur illi, qui non sunt incolæ sive subditi illius loci, sicut hoc suprà comprobavi.

Eodem modo & illi, qui in loco aliquo unà cum reliquis subditis onera non sustinent, beneficio privilegiorum, quæ illi loco sive subditis aut incolis illius loci concessa sunt, non fruuntur, sicut hoc suprà comprobavi.

Sed certum est, quod privilegium Imperatoris F. sit tantùm concessum statibus, ordinibus, subditis & incolis inferioris Lusatiæ, sicut hoc satis patet, tum ex sequenti clausula posita in verbis narrativis, sive in proœmio illius privilegii, nempe ex illis verbis:

Vnd thun kund allermenniglich / daß für vns erschienen sind/ die Wirdigen/ Wolgebornen/ Gestrengen/ Ehrnuesten vnd Ersamen vnsere Vnterthanen vnnd lieben Getrewen/ Prælaten/ Herren/ Ritterschafft/ vnd die von den Städten/ vnsers Marggraffthumbs Niederlaußnitz. Vnd haben vns vielfeltig vnterheniglich vnnd gantz demütig gebeten / daß wir jhnen vnd jhren Nachkommen alle jhre Priuilegien/Gerechtigkeiten/Begnadungen vnd alte Gewonheiten / ꝛc.

Tum quia in isto privilegio nō semel sed sæpiꝰ fit mentio der Einwohner vnd der Landsassen des Marggraffthumbs Niederlaußnitz.

Tum quia inter cætera in ista clausula, in qua subditis & incolis inferioris Lusatiæ confirmantur omnia illorum instrumenta, Scripturæ, privilegia, beneficia, cōsuetudines & statuta expressa fit mentio incolarum, & dicitur, illam confirmationē sive concessionem tantum esse factam incolis inferioris Lusatiæ, sicut hoc patet ex illis verbis:

Vnd dann zu mehrer gnedigem Willen / so wir insonderheit zu vielgedachten Einwohnern des Marggraffthumbs der Niderlaußnitz haben vnd tragen/ Bestettigen vnd confirmiren wir jhnen alle jhre Brieffe vnd Handfesten vnd Begnadungen/ deßgleichen jhre alte Güter vnd löbliche Gewonheiten vnd Statuten.

Præterea quoque suprà comprobatum est, quod Dn. A.A. Baro à B. non sit neque subdtius neque incola inferioris Lusatiæ.

Et ut opinor, Dominus A. A. in inferiori Lusatia multa penitus onera sustinet.

Igitur sequitur, privilegium Imperatoris F. quatenus in illo statibus, ordinibus, subditis atque incolis inferioris Lusatiæ confirmantur omnia illorum instrumenta, scripturæ, consuetudines & statuta, quæ ipsi vel majores illorum impetravere, Dn. A.A. minimè patrocinari, nec ex illo inferri posse, quod per illud privilegium Dn. A.A. confirmata & renovata sit, & investitura Regis L. per quam simultanea investitura in Baroniis controversis proavo Domini A.A. concessa est.

Centesimo quadragesimo primo, certi
atq; indubitati juris est, † quod aliud sint 548
singuli, aliud rerum universi, quodq; concessio sive dispositio respiciens universos, ad singulos non extendatur, *l. in tantum. §. universitatū. & ibi gl. Bart. & Dd. ff. quod cujusq; universitat. nom. l. sed si hac. §. qui manumittitur. & ibi Bartol. Bald. Ias. & Dd. ff. de in jus vocand. l. si municipes. & ibi glos. Bald. & Ang. ff. quod cujusque universit. nom. l. sicut. §. si quid universitati. & ibi Paul. Castr. & Dd. ff. eo tit. l. 1. §. si autem collegium. & ibi Franc. Rip. ff. ad S.C. Trebell. l. 1. §. servus municipum. & ibi Hip. de Mars. ff. de quæstionib. è tertio loco. ext. de probat. c. cum nuncius. & ibi glos. & Dd. ext. de testibus. c. insuper. & ibi Abb. Feln. Dec. & Dd. ext. notat. Bart. l. aut facta. §. fin. ff. de pœnis. Francis. Aret. l. 1. §. fin. col. 1. ff. de acq. possess. Felin. c. eam te. col. 13. & ibi Dec. nu. 7. & Francis. Rip. n. 43. ext. de rescript. Felin. c. dilectus. el. 2. ext. de Simon. Corn. cons. 148. n. 25. lib. 1. cons. 63. n. 4. lib. 4. Dec. cons. 61. col. 2. in fin. Ruin. cons. 202. col. 3. lib. 2. Card. Paris. cons. 27. nu. 102. & cons. 111. n. 61. lib. 1. Ant. Gab. Rom. in tract. reg. lib. 6. tit. de cujusq. univers. nom. concl. 1.*

Sed & totum privilegium Imperatotis F. & inter cætera ista clausula, qua incolis, statibus, ordinibus, & subditis inferioris Lusatiæ omnia illorum instrumenta, Scripturæ, privilegia, beneficia, consuetudines & statuta, qua ipsi vel majores illorum impetravere, respicit ipsam universitatem sive corpus subditorum, incolarum & statuum inferioris Lusatiæ, atque per illam clausulam tantùm sunt confirmata atque renovata illa instrumenta, scripturæ, privilegia, beneficia,

con-

consuetudines & statuta, quæ universitas sive corpus subditorum incolarum vel statuum inferioris Lusatiæ impetravere, non autem illa instrumenta, scripturæ, beneficia vel privilegia, quæ singulares personæ vel singulares familiæ impetravere.

Igitur sequitur, dici vel prætendi non posse per istam clausulam generalem Baronibus à B. confirmatam & renovatam esse investituram Regis L. per quam proavo Domini A. A. simultanea investitura est concessa in Baroniis controversis vel alia instrumenta, privilegia vel beneficia, non a toto corpore incolarum inferioris Lusatiæ, sed tantùm à Baronibus à B. tanquam particularibus sive singularibus incolis impetrata.

549 Centesimo quadragesimo secundo, † exempla declarant, regulam sive generalem dispositionem tantum locum habere in casibus similibus expressis, *glos. c. quod Dilectionem ext. de stat Monach. Bald. cons. 357. col. pen. lib. 1. Card. Paris. cons. 110. numer. 62. lib. 1. cons 67. numer. 7. lib. 3. cons. 158. numer. 15. lib. 4. Tiraquel. Rep. l. si unquam verb. libertis. num. 39. C. de revocand. donat.*

Similiter & expressio speciei generalem clausulam sive dispositionem ita declarat, non generalis dispositio tantùm habere locum in iis, quæ sunt similia speciei expressæ, *l. fin. §. cui dulcia. ff. de vin. ole. & tritic. legat l. sed etsi adjiciatur. ff. pro soc. Cagnol. l. 1. num. 32. ff. de reg. jur.*

Exceptio quoque regulam sive generalem dispositionem ita declarat, ut regula tantùm habeat locum in iis, quæ sunt similia sive ejusdem naturæ vel qualitatis, cujus naturæ sive qualitatis est species excepta, *l. quæsitum §. 1. junct. glos ff. de legat. 3. l. nam quod liquidè. §. fin ff de pen. legat. 1. Imol l. initio præterito. ff. de injust. rupt irrito q. fact. testam. Dec. l. 1. & ibi Cagnol. num. 32. ff. de regul. juris. Dec. cons. 520. vol. 2. Cornel cons. 195. col. 1. lib. 1. Felin c. quoniam frequenter. in prin. col. 5. extr. ut lit. non contest. Card. Paris. cons. 78. numer. 26. lib. 1.*

Sed in ista clausula generali Imperator F. facit specialem mentionem de privilegio Regis U. atque attestatur, se potissimùm & præcipue illud privilegium confirmare.

Præterea etiam Imperator F. ab illa generali confirmatione excipit privilegium Regis L.

Et certum est, quod privilegium Regis U. de quo in ipsa clausula generali specialis mentio fit, sit concessum non Baronibus à B. vel aliis particularibus sive singularibus incolis inferioris Lusatiæ, sed sit concessum universitati sive corpori incolarum inferioris Lusatiæ.

Similiter quoque certum & notorium est, quod privilegium Regis L. quod ab ista generali confirmatione specificè exceptum est, sit concessum non Baronibus a B. vel aliis particularibus personis aut incolis inferioris L. sed ipsi universitati sive corpori incolarum.

Igitur sequitur, per hanc & specialem mentionem privilegii Regis U. & per exceptionem factam de privilegio Regis L. istam clausulam generalem positam in privilegio Imperatoris F. etiamsi de intellectu illius clausulæ probabiliter dubitari posset, ita declarari, ut illa clausula generalis nullo modo intelligi possit de instrumentis, privilegiis vel beneficiis à Baronibus à B. vel aliis particularibus sive singularibus personis impetrata & obtenta, sed ut illa restringi debeat tantùm ad privilegia, beneficia & instrumenta spectantia ad totum corpus sive totam universitatem incolarum, atque à toto corpore, sive à tota universitate incolarum impetrata vel obtenta.

Rursus ex hoc infertur, nullo modo dici vel prætendi posse, per istam clausulam generalem Baronibus à B. confirmatam vel renovatam jus simultaneæ investituræ respectu Baroniarum controversarum concessum a Rege L. proavo Domini A. A.

Centesimo quadragesimo tertio, privilegium, quodlibet strictè intelligi, nec extra verba terminos vel limites suos extendi debet, sicut hoc supra comprobavi.

Sed in ista clausula generali Imperator F. statibus, ordinibus, subditis atque incolis inferioris Lusatiæ tantum confirmat & renovat ista instrumenta, scripturas, privilegia, beneficia, consuetudines & statuta, quæ ipsi vel majores illorum impetravère, quæque ipsi semper in viridi observantia retinuère, aut saltem illis propter calamitatem bellicam,

incen-

incendia vel alios casus fortuitos debilitata fuêre, sicut hoc satis patet ex sequentibus verbis:

Die sie vnd ihre Vorfahren wol erworben/besessen vnd gebraucht haben/nicht anderer Gestalt/als ob das von Wort zu Wort hierinnen begrieffen/ vnd klärlichen ausgedruckt were/ Vnd so sich daran eine zeitlang in Kriegsleufften mit Brand oder sonst anderer Vrsach Schwechung erlitten / solches gäntzen.

Ex quibus verbis, **Erworben/besessen vnd gebraucht haben /** clarè liquet atque patet, Quòd Imperator F. illa tantùm instrumenta, scripturas & privilegia statibus, ordinibus & incolis inferioris Lusatiæ confirmavit, quæ ipsi in viridi observantia retinuêre.

Et ex illis verbis, **Vnd so sich daran eine zeitlang in Kriegsleufften mit Brand oder sonst anderer Vrsachen Schwechung erlitten/** clarè liquet, quòd Imperator F. statibus, ordinibus & incolis inferioris Lusatiæ tantùm confirmaverit & renovaverit illa privilegia & beneficia, quæ ipsis casu fortuito debilitata fuêre, Tunc quia in ista clausula in specie fit mentio de duobus casibus fortuitis, nempe de calamitate bellica, & de incendio, & postea subjungitur generale verbum nempe, **Oder sonst anderer Vrsachen.**

350 Et clari juris est, † quòd eo casu, quo simul fit mentio de genere & specie, genus per speciem & declaretur & restringatur, *l. sed etsi adjciatur. & ibi Bart. ff. pro soc. l. fin. §. cui dulcia, ff. de vin. oleo & trit. legat.*

351 Tùm ponderando dictionem † **anderer/** quæ dictio æquipollet dictioni Aliæ sive Aliis, Cujus dictionis Aliæ sive Aliis illa natura atque proprietas est, ut dispositionem quamlibet restringat ad casus similes expressis, utque sub dispositione nullo modo comprehendi possint casus dissimiles expressis, *c. cùm non ab homine. & ibi Dd. extr. de judic. gloss. l. si fugitiv. C. de serv. fugitiv. gloss. l. quidem relegatus. ff. de reb. dub. gloss. & Dd. c. sedes apostolica. extr. de rescript. Bald. l. conventicula. C. de Episcop. & Cleric. Card. Paris. cons. 29. nu. 77. lib. 2.*

Igitur sequitur, prædictam clausulam generalem nullo modo referri posse ad illa privilegia, beneficia & jura, quæ ipsi non retinuêre in viridi observantia, quæque ipsis non sunt debilitata casibus fortuitis, sed quæ ipsis sunt debilitata vel non debilitata, vel non penitùs ablata vel extincta negligentia propria, vel quia illi iis renunciavêre.

Sed Barones à B. jus simultaneæ investitutæ proavus Domini A. A. à Rege L. respectu Baroniarum controversarum impetravit, amisêre non casu fortuito, sed illorum propria negligentia, cùm ipsi simultaneæ investituræ renovationem neque petierint neque impettaverint.

Deinde etiam Dominus M. avus Domini A. A. omni jure, quod ipse in Baroniis controversis habuit vel habere potuit, & inter cætera etiam juri simultaneæ investituræ renunciavit, Illudque jus penitùs & realiter & refutavit & à se abdicavit, sicut hoc suprà comprobavi.

Et per illam tàm negligentiam in non petendo renovationem simultaneæ investitutæ quàm renunciationem Domini M. omne jus simultaneæ investituræ, quod Barones à B. in Baroniis controversis unquam habuêre, penitùs est extinctum.

Igitur sequitur, illam clausulam generalem privilegii Imperatoris F. nullo modo hoc operari, ut per illam Baronibus à B. jus simultaneæ investituræ, quod proavus Domini A. A. in Baroniis controversis habuit, renovatum intelligatur, nisi probari posset, per istam clausulam generalem non tantùm illa instrumenta, scripturas, privilegia & beneficia, quæ ad totum corpus sive totam universitatem incolarum pertinent, sed etiam illa, quæ ad particulares sive singulares incolas spectant, renovata & confirmata.

Centesimo quadragesimo quarto, clari juris est, nec non ut suprà comprobatum, quòd sub verbis sive dispositionibus generalibus vel etiam universalibus non comprehenduntur regalia.

Similiter clari juris est, nec non & superiùs comprobatum, quòd sub verbis sive dispositione generali aut universali Principis vel Regis non comprehendantur illa, in quibus Rex vel Princeps se solet difficilem reddere, qualia sunt Regalia, sive regalem dignitatem annexam habentia.

Eodem modo clari juris est, & superiùs comprobatum, quòd sub verbis generalibus vel sub clausula sive dispositione generali non comprehenduntur illa, quæ penitùs extincta sunt.

Deinde quoque superiùs comprobatum est, quòd sub verbis generalibus sive sub clausula & dispositione generali non comprehendantur illa, in quibus pro forma specifica expressio requiritur.

Sed certum est, quòd Baroniæ sint feuda Regalia, & Regalem dignitatem annexam habeant, quodque Reges & Principes in concedendis Baroniis se soleant difficiles reddere.

Et suprà comprobatum est, quòd secundum dispositionem juris Saxonici renovatio simultaneæ investituræ pro forma requirat specificam expressionem & mentionem.

Nec non & illud penitùs indubitatum est, quòd illud jus simultaneæ investituræ, quod proavus Domini A. A. in Baroniis controversis habuit, tum per negligentiam in non petendo renovationem simultaneæ investituræ, tum per renunciationem Domini M. avi Domini A. A. penitùs extinctum fuerit longè ante illud tempus, quo prædictum privilegiis Imperatoris F. statibus atque ordinibus, nec non & subditis & incolis inferioris Lusatiæ concessum est.

Igitur etiam ex hoc sequitur, quòd per istam clausulam generalem Baronibus à B. non sit renovatum jus simultaneæ investituræ, quòd proavus Domini A. A. in Baroniis controversis à Rege L. obtinuit & impetravit.

Centesimo quadragesimo quinto, clari juris est, nec non & superiùs comprobatum, quòd res judicata habeatur pro veritate.

552 Similiter clari juris est, † quòd per sententiam subsequentem contrariam privilegio præcedenti vel ejus derogatorium privilegium præcedens, penitùs evertetur, & quidem indistinctè sive illud privilegium ante sententiam productum fuerit, sive non usque adeò, ut post sententiam diffinitivam prolatam illud privilegium ulteriùs producere aut obligare non permittatur, *c. inter monasterium. & ibi Dd. extr. de sentent. & re judic. c. suborta & ibi Dd. extr. eod. tit. l. Imperatores. & ibi Dd. ff. de re judic. l. sub prætextu. C. eod. tit.*

Sed prædictum privilegium Imperatoris F. promulgatum est Anno Domini 1538.

Et per sententiam latam in judicio inferioris Lusatiæ Anno Domini 1551. Et sic post illud privilegium datum sive concessum pronunciatum est Baronibus à B. jus simultaneæ investituræ in Baroniis controversis, præsertim verò in Baronia S. B. & S. non competere.

Illaque sententia in rem judicatam transivit, sicut hoc suprà sæpiùs docui.

Igitur sequitur, nisi probari possit per prædictam clausulam generalem in privilegio Imperatoris F. positam, Baronibus à B. renovatum esse jus simultaneæ investituræ respectu Baroniarum controversarum.

Attamen illam sententiam sub secutam privilegio Regis F. quòd hunc articulum derogatum esse, ita ut Barones à B. jure prætendere nequeant, per illud privilegium ipsis renovatum fuisse jus simultaneæ investituræ respectu Baroniarum controversarum, nec Baronibus à B. quicquam opitulari, quòd istud privilegium extrà sententiam prolatam, in judicio inferioris Lusatiæ neque allegatum neque productum fuerit.

Et licet illa sententia tantùm sit lata contra patruos Domini A. A. nec in illa sententia ulla fiat mentio Domini A. A.

Attamen illam sententiam etiam Domino A. A. obesse, neque plenum præjudicium generare, suprà comprobavi.

Centesimo quadragesimo sexto, clari & indubitati juris est, † quòd qualibet verba atque clausulæ qualibet, quantumvis generaliter universales geminatæ & prægnantes, secundum subjectam materiam intelligi debeant, *l. si uno in princ. ff. de locat. & conduct. l. damni infecti. l. quidam in princ. ff. de damno infect.* cum multis similibus suprà allegatis. 553

Sed certum est, † natura atque subjecta materia simultaneæ investituræ illa sit, ut impuberes postquam ipsi pubertatem attigere, revocationem simultaneæ investituræ petere teneantur. 554

Ex quo infertur, etiamsi fides fieri posset per prædictum privilegium Imperatoris F. Baronibus à B. renovatum esse jus simultaneæ investituræ, quod proavus Domini A. A. in Baroniis controversis habuit.

Atta-

Attamen illud privilegium ita accipiendum esse, ut Dominus A.A. qui tum temporis impubes fuit, obligatus fuerit, postquam ipse puberes annos attigit, renovationem illius simultaneæ investituræ petere.

Sed certum est, quòd Dominus A.A. postquam is puberes annos attigit, renovationem simultaneæ investituræ respectu Baroniarum controversarum intra tempus debitum non petierit.

Igitur ex hoc sequitur, etiamsi probari posset per illud privilegium Imp. F. Baronibus à B. jus simultaneæ investituræ respectu Baroniarum controversarum renovatum esse.

Attamen Dominum A.A. propter non petitam renovationem simultaneæ investituræ, postquam is puberes annos attigit, ab isto jure simultaneæ investituræ penitùs exclusum.

555 Centesimo quadragesimo septimo, † in omnibus omnino negociis & dispositionibus generi per speciem derogatur, & generalis dispositio nunquam extenditur ad illa, quæ specialem determinationem habent, *l. in toto jure. & ibi Dec. & Cagnol. ff. de reg. jur. l. sanctio. ff. de pœn. l. doli clausula. & ibi Iason ff. de verb. oblig. l. cohæredi. §. cohæres. ff. de vulgar. & pupillar. l. uxorem. §. Felicissimo. ff. de legat. 3. c. dudum. & c. quamvis de præbend. lib. 6. c. generi. & ibi Ioan. Andr. Dinus, & Dd. de reg. jur. lib. 6.*

Et specialia sunt efficaciora generalibus tàm ad declarandum voluntatem quàm quoad alios effectus, *l. item apud Labeonem. §. hoc edictum. ff. de injur. Francisc. Aret. cons. 23. col. 1. cons. 29. col. 7. cons. 16. col. 3. Aym. Cravett. in tract. de antiquit. tempor par. 3. §. vidimus in genere. nu. 1.*

Sed Imperator F. in concessione investituræ facta Baronibus à B. respectu Baroniæ F. & specialiter & expressè declaravit, quòd sua imperatoria Majestas Baronibus à B. noluerit renovare jus simultaneæ investituræ respectu Baroniarum controversarum.

Eodemque specialis declaratio colligitur ex literis investituræ ab Imperatore F. respectu Baroniarum controversarum concessis Domino A.A. Baroni à B. ejusque fratribus.

Igitur etiam ex hoc sequitur, quòd prædicta clausula generalis posita in privilegio Imperatoris F. nullo modo ita accipi possit, ut sub illo Domino A.A. ejusq; patruis Baronibus à B. intelligatur renovatum jus simultaneæ investituræ respectu Baroniarum controversarum.

556 Centesimo quadragesimo octavo: † eo casu, quo de intellectu privilegii dubitatur, ejus interpretatio tantùm ad concedentem ejusque successores pertinet, *l. Neratius. & ibi Dec. & Cagnol. ff. de reg. jur. c. cùm venissent. & ibi Felin. Dec. & Dd. extr. de judic. cum similib. allegatis suprà.*

Sed Imperator F. & re sive facto & verbis declaravit, quòd sua Imp. Majestas sub istis verbis generalibus Domino A.A. ejusque patruis non renovaverit jus simultaneæ investituræ respectu Baroniarum controversarum.

Igitur sequitur, huic declarationi sive interpretationi ab Imperatore F. factæ, omninò inferendum esse, etsi de intellectu illius privilegii alioquin probabiliter dubitari posset, Rursus ex hoc infertur, si Imperator F. istam declarationem non fecisset, quòd tamen interpretatio illius privilegii ad solum Imperatorem M. spectaret.

Centesimo quadragesimo nono, † licet 557 secundum multorum Dd. sententiam feudum amissum propter investituram non petitam non applicetur Domino feudi, sed devolvatur ad filios illius vasalli, qui investituram petere neglexit, *Andr. de Iser. c. 1. in princ. & ibi Alvar. & Præpos. num. 15. quo tempore mil. Andr. de Iser. c. 1. §. fin. & ibi Alvar. conclus. 20. num. 18. Præpos. num. 4. qua fuit 1. causs. Sonc. cons. 66. nu. 18. lib. 3. Curt. jun. in tract. feud. par. 1. nu. 12. Rol. à Vall. cons. 64. nu. 30. lib. 2. Marin. in tract. de subfeud. lib. 2. §. tertia autoritas. nu. 47. Thom de Mar. in tract. degenerib. & qualitat. feudor. lib. 1. tit. 2. num. 46. Laur. Sylv. in tract. de feud. recognit. quæst. 87.*

558 Attamen in hoc contrarium † tenent multi Dd. volentes feudum amissum propter investituram non petitam, exclusis in filiis & agnatis illius vasalli, qui investituram petere neglexit, ad Dominum feudi devolvi, atque Domino feudi applicari, *Ioan. Andr. in addit. ad Specula. tit. de feud. in addit. incip. directè tradit Odofred. in sua Rub. ad quos feudum revertitur. quando mittitur. Paul. Castr. l. adoptivum. §. patronum. nu. 4. ff. de in jus voc. Alvar. & Ioan. Rainaud. c. 1. §. præterea si quis infeudatus. arg. illius text. de prohib. feud. alien. per Frider. Alex. cons. 10. nu. 6. & 7. lib. 3. Curt. Sen. cons. 47. col. 5. Iacob. de S. Georg. in tract. feud. verb. qui quidem investiti præstiterunt juramentum fidelitatis. col. 12. vers. rursus quæro. Socin. jun. cons. 115. nu. 1. lib. 2.*

Q 2 Et illud

519 Et illud penitùs indubitatum est, nec non & à Dd. communiter traditum, † negligentiam petendi investituram ejusvè renovationem respectu feudi novi sive juris feudalis novi indistinctè præjudicare filiis descendentibus & agnatis vasalli, *Andr. de Iser. & Alvar. c. 1. in princ. & ibi Præpos. num. 15. Matth. de Afflict. col. 2. vers. sed quæro quo tempor. mil. Andr. de Iser. c. 1. §. fin. & ibi Alvar. conclus. 20. nu. 18. & Præpos. nu. 4. quæ fuit 1. causs. Alvar. c. 1. §. Domino si de feud. defunct. content. Mart. Laud. c. 1. §. Præterea si quis infeudatus de probib. feud. alien. per Frider. Curt. jun. in tract. feud. par. 5. nu. 12. Thom. de Marin. in tract. de generibus. & qualitat. feud. lib. 1. tit. 2. nu. 46.*

Similiter & in feudo hæreditario negligentia petendi investituram absq; omni dubio & descendentibus & agnatis vasalli præjudicat, & feudum hæreditarium amissum propter negligentiam petendi investituram, exclusis filiis & agnatis vasalli Domino feudi aperitur, & ad Dominum devolvitur, *Thom. de Marin. in tract. de generibus & qualitat. feud. lib. 1. tit. 2. nu 46.*

Deinde quoq; & illud penes me indubitatum est, quòd negligentia petendi renovationem simultaneæ investituræ secundum dispositionem juris Saxonici indistinctè præjudicet filiis & agnatis vasalli. Tum quia juris simultaneæ investituræ neque activè neque passivè ad successores transitorium est, & in persona cujuslibet vasalli novum esse reputatum.

Et certum est, quòd respectu feudi novi sive juris feudalis novi negligentia petendi investituram descendentibus & agnatis vasalli indistinctè præjudicet.

Tum quia descendentes vasalli respectu simultaneæ investituræ non habent jus aliquod quæsitum, nec certant de jure quæsito, sed certant de jure quærendo, sicut hoc suprà comprobavi.

Et similiter suprà docui, quòd tàm factum quàm negligentia vasalli indistinctè præjudicat descendentibus & agnatis suis.

Sed Baroniæ controversæ sunt feuda hæreditaria, sicut hoc suprà comprobavi.

Et similiter suprà docui, quòd Dominus A. A. nullum penitùs jus in Baroniis controversis habuerit, sed quòd illud jus simultaneæ investituræ, quod proavo Domini A. A. à Rege L. in Baroniis controversis concessum est, jam ante multos annos & per negligentiam petendi renovationem juris simultaneæ investituræ & per renunciationem Domini M. avi Domini A. A. penitùs extinctum fuerit. Et posito, Dominum A. A. in Baroniis controversis jus simultaneæ investituræ habuisse, Attamen Dominus A. A. illud jus amisit propter negligentiam petendi revocationem simultaneæ investituræ.

Igitur sequitur, Baronias controversas absque omni dubio imperatoriæ Majestati tanquam Regi Bohemiæ esse apertas, & nullo modo elici vel prætendi posse, illas filiis Domini A. A. restituendas.

Centesimo quinquagesimo, dubio omni caret, † quòd per statutum vel ordinatio- 560
nem generalem illud effici possit, ut negligentia circa petitionem investituræ vel simultaneæ investituræ indistinctè noceat filiis & descendentibus vasalli, utque feudum amissum propter non petitam investituram vel simultaneam investituram neque filiis descendentibus neque agnatis vasalli, sed Domino feudi applicari debeat. Cùm sit clari & indubitati juris, nec non & suprà comprobatum, valere tale statutum atque talem ordinationem generalem, quæ alicui omne jus quæsitum aufert, *Bart. l. Antiochens. ff. de privileg. conditor. Bart. l. toties. ff. de pollic. Felin. c. cum omnes. nu. 5. extr. de constitut. Bart. l. venditor. §. si constat. & ibi Florian. arg. illius text. ff. com. prædior.*

Illudque generaliter quidem verum est, potissimum autem locum habet eo casu, quando ille populus sive major pars illius populi aut etiam majores illius populi huic statuto sive ordinationi consentiunt.

Namque clari juris est, quòd omne jus quæsitum ex contractu vel ex statuto aut privilegio, quod in contractum transivit, alicui indistinctè auferri possit eo casu, quo intervenit consensus illorum vel majoris partis illius populi, de quorum jure, de cujus præjudicio agitur, *Innoc. & Anton. de But. c. in nostra extr. de jurejur. Felin. c. novit. nu. 9. limit. 5. & 6. extr. de judic. Anton. Gab. Rom. in tract. Regul. lib. 3. tit. de jur. quæsit. non toll. conclus. 6. nu. 16.*

Sed Imperator F. in privilegio suo concesso statibus, ordinibus & incolis inferioris Lusatiæ promulgato Anno 1538. talem generalem ordinationem & constitu-

constitutionem fecit, quòd feuda amissa propter non petitam investituram vel simultaneam investituram exclusis filiis descendentibus & agnatis vasalli Regibus Bohemiæ tanquam Dominis feudi aperiri debeant, sicut hoc satis liquet ex sequenti clausula illius privilegii: **Doch mit der Condition vnd Vorbehalt/ob die Lehen verschwiegen/ verwartet/oder sonst durch Absterben obgenanter Blutsfreunde sich ledigten vnd fellig würden / Daß dieselbige verschwiegene / verwarte vnd durch Absterben erledigte Lehen auff vns/ vnsere Erben vnd Nachkommen Könige zu Böhemen vnd sonst auff niemand anders fallen/erledigen vnd zustehen sollen.**

Ponderando videlicet ista verba, **Ob die Lehen verschwiegen/ Item/ Die verschwiegene Lehen**/sub quibus verbis absque omni dubio comprehenditur negligentia petendi investituram vel simultaneam investituram, nec non & feuda amissa propter non petitam investituram, vel simultaneam investituram.

Nec non etiam ponderando ista verba, **Auff vns / vnsere Erben vnd nachkommende Könige in Böhemen / vnd sonsten auff niemand anders fallen / erledigen vnd zustehen sollen.**

Ex quibus verbis clarè liquet, in isto privilegio generaliter constitutum & depositum esse, quòd feuda omissa propter non petitam vel investituram vel simultaneam investituram exclusis filiis descendentibus & agnatis vasalli Regibus Bohemiæ tanquam juris feudi aperiri & applicari debeant.

Igitur sequitur, Baronias controversas in casu præsenti absque omni dubio esse apertas imperatoriæ Majestati tanquam Regi Bohemiæ & Domino feudi nec dici vel prætendi posse, illas filiis vel descendentibus Domini A. A. applicandas vel restituendas esse.

561 Centesimo quingentesimo primo † Reges & Principes nullis penitus tutelis vel curis gravari debent, sed illi ab omnibus tutelis atque curis excusantur, Namque ll. generaliter sanciunt, quòd omnes illi, qui Magistratum vel potestatem aliquam habent, a tutelis & curis immunes sint & excusentur, *l. Athletæ §. 1. l. non tantum. § sanè. ff. de excus. tutor. §. & qui potestatem aliquam. & ibi Ioan. Fab. Ang. Sylvester. Aldobrand. & Dd. Instit. eod. tit.*

Et cùm textus *in d. §.* Et qui potestatem generaliter disponat, illos, qui potestatem aliquam habent, à tutela & cura immunes esse, Ex generalite illius textus liquet, omnes omnino, qui potestatem vel Magistratum aliquem habent, à tutela immunes esse.

Namque clari juris est, † quòd dictio aliqua sit dictio universalis omnes omninò casus multis penitùs exceptis comprehendens, *gloss. Clem. 1. verb. aut earum parte. & ibi Card. Paris. quæst. 9. Paul. de Leaz. & Imol. de form. compet. Bald. c. quoniam. & ibi Dec. col. 2. extr. de testibus. Bald. l. aliqua in princ. C. ad Senatuscons. Vellejan. Bald. Mart. Laud. & Præpos. c. 1. §. cùm autem de controvers. investitur. Pet. de Anchor. cons. 160. col. 2. Tiraquel. Rep. l. si unquam. verb. omnia vel partem aliquam nu. 14. C. de revoc. donat. ubi ipse multos alios Dd. ad hoc citat.* 562

Et sic liquet, quòd in Reges & Principes, qui supremam potestatem & Magistratum tenent & habent, a tutelis & curis & excusentur & immunes sint.

Præterea quoque clari juris est, † quòd & Consiliarii & Secretarii Regum & Principum, nec non & illi, qui res Regum atq; Principum administrant, a tutelis & curis & excusentur & immunes sint, *§. item divus Marcus. & ibi Ioan. Fab. Ang. Sylvest. Aldobrand. Instit. de excus. tutor. l. Mensores l. Iurisperitos. l. administrantes. & l. Geometræ. ff. de excus. tutor. l. fin. C. qui dar. tutor vel curator poss. l. exactores tributorum. & l. fin. C. de excus. tutor.* 563

Et hoc locum habet † non tantum in Imperatore Romano aliisque Regibus vel Principibus superioris vel recognoscentibus, sed etiam locum habet, in Regibus & Principibus superiorem recognoscentibus. 564

Namque & illorum Consiliarii, Secretarii & Administratores bonorum immunitatem & excusationem à tutelis habent, prout hoc expressè & in specie tradit *Ang. in §. Item divus Marcus. & ibi Sylvest. Aldobr. nu. 18. & 19. Instit. de excus. tutor.*

Dum videlicet ibi expressè concludunt, Factores & Administratores bonorum Ducis Ferrariæ & Marchionis Astensis immunitatem à tutelis & curis habere.

Et tamen indubitatum est, Ducem Ferrariensem & Marchionem Astetensem superiorem recognoscere.

Illaque sententia præ hoc authoritatem *Ang. & Sylvest. Aldobrand.* multis fit mis-

ſimis rationibus probari poſſit, quas ſciens prudensque omitto.

Et cum Conſiliariis, Secretariis & adminiſtrantibus res Regum & Principum immunitas à tutelis & curis concedatur, propter ipſos Reges ſive Principes dubio omni caret, quòd hac immunitate multò magis fruantur ipſi Reges & Principes.

565 Tum quia tutiſſima Regula eſt, † Propter quod unum quodque tale eſt, illud multò magis tale eſſe, *Auth. multò magis. & ibi Iacob. Butrigar. Bart. Bald. Salycet. Paul. Caſtr. & Dd. C. de ſacroſanct. Eccleſiis. Socin. conſ. 268. num. 3. verſ. confirmatur extr. præmiſſa. lib. 2.*

566 Tum quia † diſpoſitio quælibet potentiùs operatur in cauſſa quam in cauſato, *Iacob. Butrigar. Bald. Salycet. & Paul Caſtr. d. Auth. multò magis. Socin. conſ. 268. nu. 3. verſ. confirmatur. lib. 2.*

567 Et † Reges atque Principes ipſo jure à tutelis & curis immunes eſſe, ita ut ipſi excuſationem proponere vel ſe excuſare non teneantur, multis rationibus comprobari poteſt, quas propter brevitatem omitto.

Igitur ſequitur, allegationem Domini A. A. Baronis à B. quatenus is prætendit, Imperatorem F. tutorem ſuum fuiſſe, & tanquam tutorem ſuum fuiſſe obligatum Dominum A. A. de Baroniis controverſis inveſtire, vel Domino A.A. ſaltem Curatores conſtituere ad petendam inveſtituram vel ſimultaneam inveſtituram, quodque ſi quid forſan à Domino A. A. in pupillari vel minori ætate neglectum ſit, Imperator F. tanquam tutor Domini A. A. & obligatus fuerit, & Imperator M. tanquam ſucceſſor Imperatoris F. adhuc obligatus ſit, Domino A. A. omnia damna propter hanc negligentiam perpeſſa, omneque id, quod intereſt, reſarcire, juri manifeſto contrariam eſſe, nec ullo modo admittendam.

568 Centeſimo quinquageſimo ſecundo, † ſub diſpoſitione quantumvis generali nunquam comprehenduntur Reges vel Principes aut aliæ perſonæ Regalem dignitatem habentes, niſi de illis expreſſa mentio facta fuerit, prout hoc tradunt omnes Dd. ſuprà citati.

Et ultro illos idem tenet *Card. Pariſ. conſ. 141. nu. 21. lib. 4. fac. text. c. ne aliqui de privileg. lib. 6.*

Similiter clari juris eſt, quòd diſpoſitio generalis non includat neque comprehendat tales perſonas, quæ reſpectu illius negocii, de qua agitur, ſpecialiter privilegiatæ ſunt, *l. fin. §. exceptis, ubi quis decuriali vel cohortali. l. decurionibus. & ibi gloſſ. Bart. & Ioan. de Plat. C. de ſilentiar. lib. 12. Bald. l. 1. ante med. C. de nov. C. confirm. Bald. l. non plures circa fin. C. de ſacroſanctis Eccleſiis. Bald. l. fin. circa fin. C. ſi jus vel utilitatem publicam. Bald. l. 1. col. 1. ff. de conſtitut. Princip. Bald. c. Eccleſia S. Mariæ. col. 2. verſ. item generalis extr. de conſtitution. Tiraquel. in tract. de utroque retract. par. 1. §. 1. gloſſ. 14. nu. 104 Tiraquel. in tract. de præſcript. §. 1. gloſſ. 11.* In quibus locis Tiraquel. multos alios Dd. ad hoc citat.

Ideoque traditum eſt, quòd ex generali impoſitione tutelarum vel onerum non tollatur immunitas alicui ſpecialiter conceſſa, *Bald. c. 1. col. pen. verſ. pono Princeps extr. de reſcript.*

Quodque per conſtitutionem ſive ſtatutum generale nunquam tollatur privilegium ſpeciale præcedens, *Bald. c. cùm ordinem. col. fin. verſ. decimo expono extr. de reſcript. Tiraquell. in tract. de præſcript. §. 1. gloſſ. 11.*

Deinde quoque clari juris eſt, quòd tàm jus Saxonicum quam quodlibet aliud jus municipale ſive ſtatutarium ſecundum jus commune intelligi, declarari, reſtringi, & ita accipi debeat, ut quanto minùs fieri poteſt, jure communi deroget, *l. 2. & ibi Bart Bald. Salycet. & Dd. C. de noxal. act. l. præcipimus. §. fin. & ibi Bart. C. de appell. c. cùm dilectus. & ibi Anton. de Butr. Abb. Imol. & Dd. extr. de conſuetud. c. ad audientiam. & c. cùm dilectus extr. de Cleric. non reſidentibus. Godzad. conſ. 74. nu. 11. Cravett. conſ. 197. nu. 6. Tiraquel. in tract. de utroq. retract. par. 1. §. 9. gloſſ. 1. nu. 55.*

Præterea quoque certum eſt, quòd etiam in iis locis, in quibus jus Saxonicum viget, jus commune ſervandum ſit in omnibus illis caſibus, in quibus jus Saxonicum expreſsè contrarium non diſponit, *gloſſ. artic. 36.* Landrecht. *lib. 2. gloſſ. artic. 44.* Landrecht. *lib. 3.*

Sed licet jure Saxonico certum ſit, quòd Dominus feudi vaſalli ſui tutor eſſe debeat, *cap. 26. verſ.* Der Herr iſt ja immer Lehenrecht.

Attamen ille textus juris Saxonici nullam facit mentionem de Regibus vel Principibus,

cipibus, nec disponit, quod Dominus feudi ut Rex vel Princeps vasalli sui tutor esse debeat.

Et certum est, Reges & Principes secundum dispositionem juris communis specialiter in hoc privilegiatos esse, ut ipsi ab omnibus tutelis & curis immunes sint.

Igitur sequitur, illam dispositionem juris Saxonici ita accipiendam esse, ut non habeat locum eo casu, quo Dominus feudi est Rex vel Princeps, utque per istam dispositionem neque Regibus vel Principibus privilegium immunitatis speciale ablatum, neque jus commune concedens hanc immunitatem Regibus & Principibus correctum esse intelligatur.

Rursus ex hoc infertur, quod in iis locis in quibus jus Saxonicum viget, Domini feudi, quando illi sunt Reges vel Principes, à tutelis & curis vasallorum suorum immunes sint.

Ulterius ex hoc infertur, allegationem Domini A. A. prætendentis Imperatorem F. tutorem suum fuisse nullo modo admittendam esse.

169 Centesimo quinquagesimo tertio, jure Saxonico cautum est, † quod agnati pupillorum tutores esse debeant, quodque tutela pupillorum ad agnatum illorum proximiorem spectet, *Art. 23. in princ.* **Landtrecht** / *lib. 1. & tradit in Differ. inter. jus Saxonic. & civil. lib. 1. par. 2. differ. 15.*

Et cum ille textus generalis sit, nec in illo textu ulla fiat distinctio inter illos pupillos, qui sunt vasalli, & inter illos, qui non sunt vasalli, ego credo illum textum generaliter intelligendum & ita accipiendum, ut locum habeat indistinctè, sive illi pupilli sint vasalli, & feudum habeant sive non.

Cum sit clari & indubitati juris, quod lex generaliter & indistinctè loquens, non debeat distingui, *l. 3. ff. de offic. præsid. l. de precio ff. de public. in rem. act.*

Sed generaliter intelligi ita ut omnes omninò casus comprehendat nullis penitus exceptis, *l. regula. §. fin. ff. de jur. & fact. ignor. l. 1. ff. de legat. præstand. l. 1. §. Ait ergo. ff. de his quæ in fraud. cred l. fin. C. de hered. & act. vendit. Tiraquel. Rep. l. si unquam in Præfat. num. 118. C. de revoc. donat. cum similibus supra allegatis.* Et cum jura juribus concordari debeant, *l. 1. C. de inoffic. donat. c. cum expediat. de elect. lib. 6.*

Ego credo textum, *in d. cap. 26. vers.* **Der Herr ist ja immer Lehenrecht** / *juxta textum. art. 23. in princ.* **Landtrecht** / esse intelligendum & ita accipiendum, ut non habeat locum eo casu, quo vasallus pupillus agnatos habet, quodque eo casu quo vasallus pupillus agnatos habet, agnati quoad tutelam Dno. præferendi sint, prout hoc, quod agnatus proximior secundum dispositionem juris Saxonici pupilli & vasalli tutor sit & esse debeat, expresse fatentur patrui Domini A. A. in actis mihi transmissis, illudque absque omni dubio locum habet, quando illi agnati vasalli pupilli de feudis ab ipso possessis simultaneè investiti sunt.

Namque secundum dispositionem juris Saxonici Dominus feudi nunquam est tutor vasalli sui impuberis eo casu, quo de feudis a vasallo impubere possessis alius simultaneè investitus est, *juxta. text. clar. & express. c. 26. vers.* **Der Herr ist ja immer Lehenrecht.**

Ponderando videlicet illum textum in istis verbis: **Dieweil er das Angefell nicht ... lichen hat.**

Sed Dominus A. A. tempore pupillaris ætatis suæ habuit agnatos patruos nempe suos Barones à B. in F. illique, ut opinor, sunt simultaneè investiti de Baroniis à Domino A. A. possessis.

Igitur etiam ex hoc sequitur, quod tutela Domini A. A. non ad Imperatorem F. tanquam Dominum feudi, sed ad patruos Domini A. A. tanquam agnatos illius proximiores pertinuerit & spectaverit.

Centesimo quinquagesimo quarto, † 170 tutorem sive curatorem pupillis sive minoribus dare tenetur non Imperator Romanus, neque Rex Bohemiæ vel alii Reges, sed Magistratus inferiores, Præsides nempe sive Præfecti aut Capitanei provinciarum vel locorum, *l. 1. & l. jus dandi ff. de tut & curator. dat ab his. l. 1. & tot. tit. ff. de Magistratib. conveniend §. sed hoc jure. & ibi Ioan. Fab. Ang. & Sylvest. Aldobrand. Inst. de Attil. tutor.*

Etsi pupilli vel minores damnum perpessi fuere, ideo quod ipsis tutor vel curator datus non fuit, ipsi propter hoc neque Imperatorem neque Regem sed tantum Magistratus inferiores, ad quorum officium pertinuit, tutorem vel curatorem dare, convenire possunt, *l. 1. §. Magistratibus ff. de conven. Magistrat.*

Præterea quoque clari juris est, quod is qui prætendit se damnum perpessum propter hoc quod ipsi in minori vel pupillari ætate tutores vel curatores dati non fuere, hoc probare teneatur, *arg. l. qui accusare C. de edend. l. actor. C. de probat. l. 2. & l. in exceptionibus. ff. eo tit. cum multis simillib. allegat. per Fran. Herculan. in tract. quis ten. probare negat. nu. 2.3.& 4.*

Sed Dominus A. A. à B. hactenus non probavit, quod ipse ullum dammum accepit eam ob causam, quod ipse in pupillari vel minori ætate nulli tutores vel curatores dati fuere, imò ex supra dictis liquet, quod Dominus A. A. in Baroniis controversis nunquam habuerit ullum jus, sed quod & ipse & proavus & avus & pater ipsius nec non & patrui & propter negligentiam petendi renovationem simultaneæ investituræ & propter renunciationem realem & omnimodam ab avo suo Domino M. factam etiam antequam Dominus A. A. natus fuit, penitus exclusi fuerint ab omni jure simultaneæ investituræ, alioqui si quod ipsi forsan in Baroniis controversis habuere, & sic quod Dominus A. A. conqueri non possit, se tempore minoris vel pupillaris ætatis ullum damnum passum propter hoc, quod ipse renovationem simultaneæ investituræ respectu Baroniarum controversarum non petiit, cum etiamsi ista renovatio petita fuisset, Dominus A. A. nihil obtinere potuisset.

Igitur sequitur, etiamsi probari posset, Dominum A. A. tempore minoris vel pupillaris ætatis nullos habuisse tutores vel curatores, quod tamen eam ob causam præsertim illo prætextu, quod ipse renovationem simultaneæ investituræ in Baroniis controversis non petiit, ipsi nulla actio, ad id, quod interest, competat, neque adversus imperatoriam Majestatem, neque adversus alios Magistratus.

571 Centesimo quinquagesimo quinto, † Magistratus propter hoc, quod ipsi pupillis vel minoribus tutores vel curatores non dederunt, ad id quod interest conveniri non possunt, nisi vel ipsi moniti pupillis sive minoribus tutores vel curatores non dederint, vel si ipsi sciverint, illos tutoribus vel curatoribus indigere, & tamen nihilominus neglexerint, illis tutores vel curatores dare, *l. 1. Magistratibus imputatur. ff. de Magistratibus conveniendis Bart. l. 4. §. hoc autem judicum. nu. 2. & ibi Alex. Rip. & Dd. ff. de dam. infect.*

Et cum monitio facti sit & in facto consistat, illa perinde in alia qualibet facta, non præsumitur, sed ab alleganre probari debet, *l. deniq. ff. ex quibus caus. major. l. quæcunq. §. 1. ff. de public. in rem act. l. in bello §. facta. ff. de cap. & postlim. reversf. cap. 1. §. ut autem æquitas. & ibi Bald. nu. 19. Præpos. num. 2. Alvar. num. 3. & Matth. de Afflict. num. 34. de Alod. c. quod sicut ibi. quod si omnes vocatos non fuisse constaret. & ibi glos. verb. vocatos extr. de elect. c. pene. el 1. & ibi glos. verb. singulares. & Panor. col. pen. extr. eod. tit. Dd. c. Albertus extr. de testib. Sebast. Vant. in tract. de nullit. Rub. extr. de defectu Citationis num. 12.*

Similiter quoque † in dubio non præsumitur scientia, sed præsumitur ignorantia, & is qui prætendit quem aliquid scivisse, hoc probare tenetur, *l. verius ff. de probat. §. quod autem Instit. de legat. l. super servis. C. qui militar. non poss. lib. 12. c. præsumitur. Et ibi Dyn. Ioan. And. & Dd. de Reg. jur. lib. 6. glos. 1. ff. de receptator. glos. §. quod autem verb. cognoverit. Instit. de Excus. tutor. Anton. Gab. Rom. in tract. Regul. lib. 6. tit de Reg jur. conclus. 5. nu. 1.* 572

Quod potissimum procedit in † Regibus & Principibus, namque illi propter multiplices occupationes multò magis præsumuntur facta & qualitates singularum personarum ignorare, *cap. 1. de constitut. lib. 6.* 573

Sed hactenus probatum non est, quod Imperator F. sciverit, Dominum A. A. Baronem à B. tempore pupillaris & minoris ætatis tutores & curatores non habuisse.

Similiter hactenus probatum non est, quod Imperator F. monitus fuerit, ut Domino A. A. tutores vel curatores daret.

Igitur sequitur, in casu præsenti, Domino A. A. adversus imperatoriam Majestatem actionem ad id, quod interest, non competere, etiamsi Dominus A. A. probare & fidem facere posset, quod ipse tutores & curatores non habuit, quodque jus dandi ipsi tutores & curatores, non ad alios Magistratus, sed ad imperatoriam Majestatem pertinuerit, atque is propter hoc, quod ipsi tutores & curatores creati non sunt, quod neglexerit vel damnum aliquod acceperit.

Multò

Multò verò minus Dominus A. A. contra Imperatoriam Majestatem ad id quod interest, agere potest, cum eo casu quo ipse tutoribus vel curatoribus caruit, jus dandi illos tutores vel curatores non ad Imperatoriam Majestatem, sed ad alios Magistratus pertinuerit, atque neque Dominus A. A. neque vel avus ipsius unquam ullum jus in Baroniis controversis habuerit.

374 Centesimo quinquagesimo sexto, † licet Dd. citati in rationibus dubitandi communiter concludant, quod Dominus feudi obligatus sit, feudum sibi apertum agnatis vasalli defuncti de novo concedere, illosque de isto feudo iterum investire, atque aliqui Dd. citati, in rationibus dubitandi velint illud habere locum, etiamsi illi agnati ultimo vasallo sive ultimo possessori illius feudi non linea descendente sed linea transversali conjuncti sunt, item etiamsi Dominus feudi illud feudum pro se atque usibus suis retinere velit.

Attamen quod hoc tenent contrarium aliqui Dd. volentes, quod Dominus obligatus non sit, feudum sibi apertum agnatis vasalli defuncti renovare, sive de novo concedere, sed quod de illo pro suo arbitrio liberè disponere possit, *Imol. l. si mihi & Titio ff. de verb. obligat. Imol. c. pen. extr. de postul. Prælator. Fulgos. cons. 222. circa fin. Bald. & Alvar. cap. 1. quemadmodum feud. ad fil. pertin. Paul. Castr. cons. 32 lib. 1. Rom. cons. 70. Barbat. c. 1. col. pen. extr. de locat. & conduct. Godzad. cons. 39. col. pen. Grat. cons. e eo. col. 5. lib. 1 Zas cons. 11. lib. e. Matth. de Afflict. decis. 392 nu. 20.*

Et hanc opinionem multò magis procedere volunt eo casu, quo illi agnati, qui petunt feudum Domino apertum sibi de novo concedi, ultimo possessori non linea descendenti sed linea transversali conjuncti sunt, *Petr. de Anchor. cons. 134. dub. 2. Ioan. Staphil. in tract. de grat. & expectati sub. tit. de modis provis. in princ. Fulgos. cons. 218. col. 1. Corset. in add. ad Abb. c. bonæ el 2. extr. de postu. Prælatorum Ias. cons. 24. col. fin. lib. 3. Godzad. cons. 39. col. fin. Ruin. cons. 45. col. pen. lib. 1. Socin. jun. cons. 9. n. 11 lib. 3. Tiraquel. in tract. de utroq. Retract. par. 1. in Præfat. num. 42.*

375 Deinde quoque Dd. volunt, † hanc contrariam opinionem multò magis procedere eo casu, quo illud feudum finitum vel apertum, Dominus feudi pro se atque usibus suis retinere, vel in usus suos convertere vellet, quodque isto casu Dominus feudi non teneatur feudum sibi apertum agnatis ultimi possessoris rursus de novo concedere, prout hoc tradit *Abbas in c. bonæ. el. 2. nu. 28. & ibi Corset. in add. extr. de postul. Prælator. Ias. cons. 24. col. pen. lib. 3. Ioan. Staphil. in tract. de liter. grat. & justit. fol. 79. Zas. cons. 8. lib. 2. Godzad. cons. 39. col. pen. Ruin. cons. 151. el. 5. cons. 152. col. 1. & cons. 195. col. fin. lib. 1. Curt. Sen. cons. 47. Rip. l. 1 col. 2 n. 9 ff. de privileg. credit. Nicol. de Miln. in suo repertorio verb. emphyteusis finita. Anton. Gab. Rom. in tract. Regul lib. 3. tit. de jur. emphyteut. n. 14 Horat. Mandos. in add. ad Rom cons. 22. n. 5. verb. communis opinio limitat. 5.* ubi ipse attestatur, hanc opinionem communiorem esse.

Similiter quoque Dd. tradunt, quod Dominus feudi, feudum sibi apertum agnatis ultimi possessoris de novo concedere non teneatur eo casu, quo extraneus paratus est Domino feudi pro isto feudo plus ei dare, quam agnatus vasalli defuncti, *Imol. cons. 98. Rip. l. 1. nu. 13. ff. de privileg. cred. Rip. in tract. de Remed. præservat. contra pestem. col. fin.*

Centesimo quinquagesimo septimo, etiam illi Dd. † qui volunt, quod Dominus feudi obligatus sit, feudum sibi apertum agnatis vasalli ultimi possessoris iterum sive de novo concedere, tradunt quod hoc jus petendi renovationem feudi Domino apertum non possit instituti, nisi intra annum ab illo tempore, quo ultimus possessor feudi mortuus est, & feudum Domino apertum, quodque agnatus post annum elapsum hanc renovationem petens, nullo modo audiri debeat, prout hoc expressè & in specie tradit *Rom. & Ias. l. Prætor. §. fin. ff. de oper. novi nunc. Rom. Rub. ff. de arbitr. Rom. cons. 22. Alex. l. & mihi & Titio. in princ. n. 21. ff. de verb. oblig. Alex. in add. ad Bart. l. sicut. C. de præscrip. 30. vel 40. annorum Alex. in add. ad Bart. l. 1 §. permittitur ff. de aq. quotid. & æstiva. Barbat. c. 1. col. pen. extr. de locat. Curt. Sen. cons. 48. col. 4. Rom. cons. 70. Præpos. c. 1. & ibi Matth. de Afflict. n. 4. quemadmodum feud. ad. fil. pertin. Ias. l. petens n. 10. C. de pact. Ias. l. 2. n. 23 C. de jur. emphyteut. Ias. cons. 92. lib. 1. cons. 159. lib. 2. & cons. 7. lib. 3. Matth. de Afflict. in constitut. Sicil. incip. ut de successionibus col. 16. q. 17. Franci. Bald. in tract. de Præscript. 4. par. 4 par. princ. q. 30. col. ult. Rip. l. 1. ff. de privileg. creditor. Godzad. cons. 7e. Socin. jun. cons. 9. nu. 17. lib. 3. Corset. in add. ad Abb. c. bonæ. el. 2. num. 28. extr. de postul. Prælator. Rol. à Vall. cons. 3. nu. 151. lib. e.*

576 (right margin, beside "etiam illi Dd. † qui volunt")

Simili-

Similiter illi ipsi Dd. qui volunt, quod Dominus feudi teneatur & obligatus sit, agnatis vasalli ultimi possessoris feudum sibi apertum de novo concedere, tradunt & concludunt, hoc habere locum eo casu, quando res non est integra, quando videlicet jam alteri a Domino feudum concessum est, *Rom. cons. 70. Alex. cons. 10. num. 12. lib. 2. cons. 83. num. 3. lib. 7. Dec. cons. 131. Godzad. cons. 39. col. fin. vers. quinto. & cons. 71. num. 1. Ruin. cons. 5. num. 6. lib. 1. & cons. 25. col. 2. lib. 2. Præpos. c. 1. num. 3. & ibi Matth. de Afflict. num. 4. quemad. feud. ad fil. pertin. Corset. in add. ad Abb. c. bonæ. el. 1. num. 18. extra de postul. Prælator. Tiraquel. in tract. de utroq. Retract. par. 1. in præfat. num. 42. Anton. Gab. Rom. in tract. Regul. lib. 3. tit. de jure emphyt. conclus. 1. nu. 20.*

Illamque sententiam communem esse, attestatur *Godzad. cons. 71. nu. 1.*

Sed ab eo tempore quo Dominus C. Baro à B. ultimus possessor Baroniarum controversarum defunctus est, sunt elapsi plures quàm viginti anni.

Et in casu præsenti res non est integra, cum Imperatoria Majestas omnes Baronias controversas aliis concesserit.

Insuper etiam Dominus A. A. Baro à B. Domino C. ultimo possessori Baroniæ controversæ est conjunctus non in linea descendenti sed in linea transversali.

Igitur etiam ex hoc sequitur, si Dominus A. A. peteret sibi Baronias controversas Imperatoriæ Majestati apertas, rursus de novo concedi, ipsum minime audiendum esse.

Centesimo quinquagesimo octavo,
577 illorum Dd. opinio, † qui volunt, quod Dominus feudi obligatus sit, feudum sibi apertum per murtem vasalli agnatis ipsius de novo concedere, absque omni dubio lucum non habet eo casu, quando illi agnati vel majores ipsorum antea habuere in isto feudo vel jus simultaneæ investituræ vel jus succedendi, sed ab illo jure exclusi fuêre, vel per renovationem vel per negligentiam vel per culpam, aut propriam aut majorum sive partium.

578 Namque clari & indubitati juris est, † quod nemini detur regressus ad illa, quibus ipse vel majores ipsius renunciarunt, *l. quæritur. §. est venditor. ff. de ædil. edict. l. 1. §. §. qui semel. ff. de successor. edict. l. postquam liti. C. de pact. l. fin. C. de remis. pig. c. quàm periculosum & c. hoc nequaquam 6. q. 1. c. 1. §. præterea quib. mod. feud. amit.*

Similiter clari juris est, quod nemini detur regressus ad illa, a quibus ipse semel etiam aliter quàm per renunciationem exclusus fuit, *l. in rem. §. item quæcunq. ff. de rei vendic. l. sed etsi §. arbor. ff. de acquir. rer. domin.*

Præterea quoque clari & indubitati juris est, nec non & à Dd. communiter traditum, † quod agnatis vasalli ultimi pos- 579
sessoris feudum Domino apertum de novo minimè concedi debeat eo casu, quando ultimus possessor isto feudo fuit privatus propter culpam vel negligentiam suam, *Rom. cons. 212. in princ. Alex. l. si mihi & Titio. col. pen. vers. & similiter dico. ff. de verb. oblig. Socin. cons. 67. num. 23. lib. 2. Ias. l. 2. nu. 21. & seq. C. de jure emphyt. Felin. cons. 32. num. 9. Dec. cons. 329. Rip. l. e. col. 3. ff. de privil. cred. Godzad. cons. 46. num. 16. Card. Paris. cons. 101. num. 132. lib. 1. Petr. de Anchor. cons. 174. col. pen. Ruin. cons. 152. col. fin. cons. 155. col. fin. lib. 1. Hieron. Grot. cons. 96. col. 3. lib. 1. Corset. in add. ad Abb. c. bonæ. el. 2. num. 28. extr. de postul. Prælator. Curt. jun. in tract. feud. 1. par. 2. par. princ. quæst. 15. circa fin. Anton. Gab. Roman. in tract. Regul. lib. 3. tit. de jur. emphyt. conclus. 1. num. 8. & 9. Horat. Mandos. in addit. ad Rom. cons. 22. nu. 5. verb. communis opinio. limitat. 3.*

Et cum negligentia propria, item & parentum sive majorum suorum, quibus ipse hæres exiltit, citra omnem controversiam alicui plus noceat, quàm negligentia sive culpa agnati transversalis, cui ipse hæres non existit, *arg. l. si quis in suo. §. fin. & ibi Ias. C. de inoffic. testam. l. eum qui. ff. de interdict. & relegat. c. non debet de Reg. jur. lib. 6.*

Dubio omni caret, quod feudum apertum Domino multò minus de novo concedi debeat iis agnatis, quia jure succedendi vel a jure simultaneæ investituræ exclusi fuêre per negligentiam vel culpam propriam aut majorum suorum.

Sed proavus Domini A. A. Baronis à B. habuit simultaneam investituram in omnibus Baroniis controversis.

Et ab illo jure simultaneæ investituræ propter negligentiam petendi renovationem ejusdem simultaneæ investituræ, exclusi fuere & proavus & avus & pater patrui Domini A. A. nec non ipse Dominus A. A.

Similiter avus, pater & patrui Domini A. A. nec non & ipse Dominus A. A. ab illo jure simultaneæ investituræ sive jure succedendi

dendi in Baronias controversas exclusi sunt per renunciationem & refutationem realem & omnimodam factam a Domino M. avo Domini A. A.

Igitur etiam ex hoc sequitur, opinionem illorum Dd qui volunt, quod Dominus feudi obligatus sit feudum sibi apertum agnatis ultimi possessoris de novo concedere, sive agnatos ultimi possessoris de isto feudo iterum investire, in casu præsenti locum non habere, quodque Dominus A. A. petens hanc renovationem sive novam concessionem, nullo modo audiendus, sed omnino repellendus sit.

580 Centesimo quinquagesimo nono, † agnatis vasalli ultimi possessoris feudi non aliter permittitur petere, ut ipsis feudum Domino apertum de novo concedatur, & sicque ipsi petentes renovationem feudi Domino aperti aliter audiendi sunt, nisi ipsi vasallo ultimo possessori vel ex testamento vel ab intestato hæredes extiterint, *Imol. cons. 38. col. 2. Petr. de Anchor. cons. 134. Alex. in addit. ad Bart. l. 1. § permittitur ff. de aq. quotid. & æstiva. Alex l. si mihi & Titio reprenc. n. 19 ff. de verb. oblig. Alex cons. 10. nu 11 lib. 2. cons. 161 num. 2. lib. 7 Dec. cons. 31. n 2. Corset. in add. ad Abb c bon. e. el. 2. n. 28. ext. de postul. Prælator. Matth. de Afflict. c. 1. n. 4. quemadmod. feud. ad fil. per. in Tiraquel. in tract. de utroq. retract. par. 1 in Præfat. n. 42. Francis. Rip. l. 1 n. 8 ff. de privileg. creditor. Anton Gab. Rom in tract. leg. lib. 3 tit. de jure emphyteut. conclus. 1. n. 18. Horat. Mandos. in add. ad Rom. cons. 22. n 5. verb. communis opinio limitat. 7. Rol. à Vall. cons. 3. num. 151. lib. 1.*

Et licet quod hoc contrarium teneant Dd. citati in rationibus dubitandi,

Attamen hæc nostra opinio absque omni dubio procedit in feudis hæreditariis, namque agnatis vasalli ultimi possessoris feudi hæreditarii Domino aperti nunquam permittitur petere, ut sibi illud feudum de novo rursus concedatur, nec Dominus agnatis ultimi possessoris feudum hæreditarium sibi apertum de novo concedere obligatus est eo casu, quando illi agnati non sunt hæredes ultimi possessoris, prout hoc tradunt omnes Dd. communiter modò citati.

Sed Dominus, ut opinor, Dominus A. A. neque ex testamento neque ab intestato est hæres Domini C. ultimi possessoris Baroniarum controversarum.

Igitur etiam ex hoc sequitur, quod Imperatoria Majestas nullo modo obligata sit Domino A. A. vel illius filiis Baronias controversas de novo concedere, aut illum vel filios illiusque de istis Baroniis de novo investire.

Centesimo sexagesimo, dubio omni 581
cerer, † valere talem consuetudinem, quod Dominus feudi nullo modo obligatus sit agnatis vel descendentibus vasalli feudum ipsi Domino apertum renovare vel de novo concedere, namque clari juris est, quod consuetudo omni juri positivo deroget, quodque consuetudo in omnibus negociis potissimum attendi debeat, *l. de quibus. ff. de ll. §. sed naturalia. Instit. de jur. natur. gent. & civil. cum multis similib. supra allegata.*

Quinimò & illa quoque consuetudo valet, qua alicui jus jam quæsitum aufertur, *l. venditor. §. si constat. & ibi Bart. ff. com. prædior.*

Et indubitati juris est, per duos actus etiam extra judiciales puncto cursum legitimi temporis consuetudinem induci, sicut hoc supra comprobavi.

Si itaque fides fieri posset in iis locis, in quibus Baroniæ controversæ sitæ sunt, intra triginta annos annum & diem saltem bis ita observatum fuisse, ut Imperatoria Majestas tanquam Rex Bohemiæ de feudis sibi apertis pro suæ Imperatoriæ Majestatis arbitrio disposuisset, nec illa agnatis vasallorum defunctorum de novo concessisset, & a tempore primi actus 30. annos annum & diem elapsos, eo ipso satis superque probaretur, consuetudine receptum esse, ne Imperatoria Majestas tanquam Rex Bohemiæ feuda sibi aperta agnatis vasalli defuncti de novo concedere cogatur, sed quod sua Imperatoria Majestas de illis pro libitu disponere possit.

Et sic nec hoc casu quidem Domino A. A. permitteretur petere, ut ipsi Baroniæ controversæ de novo concederentur, & posito hanc consuetudinem probari non posse, Attamen ex supra dictis liquet, quod etiam non extante tali consuetudine, Imperatoria Majestas obligata non sit, Dominum A. A. vel filios illius de Baroniis controversis de novo investire, vel illos Baronias controversas de novo concedere.

Centesimo sexagesimo primo & 582
ultimo, † etiam in iis casibus, in quibus Dominus feudi obligatus est, feudum sibi apertum agnatis vel descendentibus ultimi possessoris iterum & de novo concedere, Imperatoria Majestas huic juri derogare, & contra-

contrarium tàm facere quàm aliis faciendum permittere potest, *Card. Parif. conf. 23. num. 250. lib. 1. Anton. Gab. Rom. in tract. Regul. lib. 3. tit. de jur. emphyteut. conclus. 1. num. 22.*

Igitur sequitur, etiamsi Dominus A. A. fidem facere possit, quod in casu præsenti Imperatoria Majestas obligata esset ipsi vel filiis illius Baronias controversas Imperatoriæ Majestati apertas rursus de novo concedere, quod tamen Imperatoria Majestas præsertim de plenitudine potestatis huic juri derogare, & illa derogatione interveniente Domino A. A. eisque filiis hanc renovationem denegare possit.

Et sic ex his liquet, nostram decisionem superius factam, quod videlicet per obitum Domini N. Baronis à B. Baroniæ controversæ excluso Domino A. A. ejusque patruis Imperatori F. tanquam Domino feudi apertæ fuerint, quodque neque Imperator F. obligatus fuerit, neque Imperator M. obligatus sit, Domino A. A. ejusvè patruis aut filiis Baronias controversas restituere, aut illis eam ob causam aliquod interesse refundere verissimam esse & jure aperto niti.

Nec obstant huic nostræ verissimæ decisioni ea, quæ in rationibus dubitandi adducta sunt, namque ad illa omnia facilis est responsio.

Et ad primam rationem dubitandi
583 respondeo, † illud quod in prima ratione dubitandi adductum est, quodlibet feudum in dubio præsumi esse antiquum, non habere locum eo casu, quando is qui prætendit feudum antiquum esse, illius feudi possessionem non habet, sed illius possessio est vel penes Dominum feudi vel penes alium, prout hoc tradunt Dd. communiter citati, *in l. prima ratione dubitandi.*

Cum itaque possessionem Baroniarum controversarum in casu præsenti habeat Imperatoria Majestas, non autem Dominus A. A. quod ad Baronias controversas agit.

Sequitur illud quod in prima ratione dubitandi adductum est, quodlibet feudum in dubio antiquum præsumi, in casu præsenti locum non habere.

Et licet aliqui Doctores citati in prima ratione dubitandi velint, † in dubio
584 quodlibet feudū præsumi antiquum etiam Domino existente in possessionem illius feudi, eo casu, quando possessio Domini est vitiosa.

Attamen illud apud me non est penitus indubitatum, sed meo judicio multas declarationes recipit.

Præterea quoque clari juris est, † quod 585
in dubio qualibet possessio præsumatur esse justa & legitima, *Bart. & Alex. l. communi dividundo. §. inter prædones. ff. com. divid. Alex. conf. 33, lib. 4. Corn. conf. 185. in fin. lib. 2. Cravet. conf. 150. num. 5. lib. 1.*

Similiter qualibet possessio præsumitur esse bona fide & acquisita & continuata, *Bart. l. Celsus. & ibi Franf. Balb. in Rep. par. 3. num. 9. ff. de usucap. Anton. de But. Abb. & Felin. c. si diligenti extr. de rescript.*

Et hoc potissimum procedit in tali possessione, quam quis longo tempore decem nempe annis habuit & continuavit.

Illa enim multò magis præsumitur, esse justa, legitima & bona fide acquisita & continuata, *Innocent. c. 2 extr. de restitut. in integr. Abb. & Dd. c. consultationibus extr. de jure patron. Alex. conf. 142. in princ. lib. 1. conf. 200. lib. 2. conf. 24. & conf. 69. lib. 5. Dec. conf. 267. num. 5.*

Absque omni dubio verò prædicta locum habent in Regibus & Principibus, namque pro Regibus & Principibus magis præsumitur quàm pro privatis, & in Regibus & Principibus omnis sinistra suspicio cessat, prout hoc in rationibus decidendi docui.

Sed hactenus neque allegatum multo verò minus probatum est, nec etiam nunquam probari potuerit, quod illa possessio quam vel Imperatoria Majestas vel illi qui ab Imperatoria Majestate causam habent, in Baroniis controversis vitiosa sit.

Igitur sequitur, illud quod de vitiosa possessione in prima ratione dubitandi adductum est, in casu præsenti locum non habere.

Et licet Dd. citati † in prima ratione 586
dubitandi velint, ex possessione, item & ex investitura antiqua probari feudum controversum antiquum esse.

Attamen Dd. citati in prima ratione dubitandi nolunt, illam tantum possessionem & investituram dici antiquam, quæ centum annos excedit. Nec hactenus probatum est, quod familia Baronum à B. Baronias controversas ultra centum

centum annos possederit, nec etiam illud per investituras mihi transmissas probatur.

Namque investitura Regis L. est concessa sive facta anno 1454.

Dominus verò C. ultimus possessor Baroniarum controversarum decessit anno 1551, Decembris 15.

Atque illo mortuo Imperator F. jure permittente illas Baronias tanquam suæ Imperatoriæ Majestati apertas statim occupavit.

Et sic à tempore datæ investituræ Regis L. usque ad illud tempus, quo Dominus C. ultimus possessor Baroniarum controversarum vita functus est, quoque Imperator F. Baronias controversas tanquam sibi apertas occupavit, non sunt elapsi centum anni integri.

Igitur sequitur, per illas investituras probari non posse, quod possessio Baroniarum controversarum centum annos & sic per tempus antiquum fuerit penes Barones à B.

Præterea quoque aliqui Dd. tradunt, illud quod ex antiqua possessione præsumatur feudum antiquum esse, tantùm habere locum eo casu, quando tempore litis motæ nunquam ex familia illius qui prætendit hoc feudum antiquum esse, illud feudum possidet, aliudque esse, quando tempore litis motæ possessio illius feudi est vel penes Dominum vel alium, qui non est de familia illius, qui feudum antiquum esse prætendit, prout hoc tradit *Bald. cons. 351. num. 6. lib. 1. & cons. 310. nu. 5. lib. 3.*

Et licet *Alex. consil. 15. num. 6. lib. 3. relatus à Dec. cons. 395. num. 1.* tradat, feudum etiam ab extraneo possessum præsumi antiquum ex eo, quod probatur illud feudum per tempus antiquissimum à familia agentis possessum.

Attamen Alexand. loquitur in illis terminis, quando is qui prætendit, feudum antiquum esse, probat illud feudum per tempora antiquissima possessum non à quodam agnato transversali, sed ab eo, à quo ipse actor qui prætendit feudum antiquum esse, originem tradit.

Deinde quoque illud quod ex possessione vel investitura antiqua præsumatur & probatur feudum antiquum esse, non habet locum eo casu, quando de contrario constat, vel contrarium verè vel præsumptivè probatur.

Namque certi juris est, quod in claris sive manifestis non sit locus neque conjecturæ neque præsumptioni, *l. continuus §. cum ita. ff. de verb. oblig.*

Similiter quoque certum est, † quod præsumptio descendens ex antiquitate temporis, per probationem contrariam tollatur, *Abb. cons. 61. col. fin. lib. 1. Anton. Gab. Rom. in tract. Regul. lib. 1. tit. de præsumpt. conclus. 1. num. 62.* 587

Sicut & regulariter quælibet alia præsumptio per probationem contrariam tollitur, *l. fin. in princ. ff. quod met. caus.*

Quin imò præsumptionem ex lapsu temporis aliqui dependentem per præsumptionem contrariam fortiorem elidi, Dd. tradunt, *Abb. c. Albericus extr. de testib. Corn. cons. 144. col. 1. lib. 4. Cravet. in tract. de antiquitat. temp. par. 3. §. venio nunc ad tertiam n. 30.*

Prout regulariter quælibet alia præsumptio per præsumptionem fortiorem contrariam tollitur, *l. divus ff. de restit. in integr. l. non solum. ff. de rit. nupt. l. quia autem. §. non simpliciter. & ibi Aug. ff. si quis omissa caussa testamenti.*

Et probatio fortior probationem debitorem vincit & excludit, *l. ob carmen. § si testes. ff. de testibus. Bart. & Dd. l. admonendi. ff. de jurejur. Socin. cons. 266. col. 19. lib. 2. Cravet. cons. 6. nu. 50.*

Illud quoq; † quod ex possessione vel investitura aliqua probatur sive præsumitur, feudum antiquum esse, non habet locum contra illum, qui istud feudum ultra 10. annos tanquam novum respectu actoris possedit. 588

Namque certum est, quod feudum sit quasi quædam servitus, *glos. l. si ususfructus in princ. verb. oportere. & ibi Bald. ff. de usufruct.*

Similiter clari juris est, quod antiquum vel novum esse, sit quædam qualitas feudi.

Legibus quoque expressè cautum & à Dd. communiter traditum est, quod servitus sive præsumptio vel probatio servitutis introducta, per lapsum temporis antiqui vel antiquissimi indistinctè tollatur per lapsum longi temporis decem annorum, nempe per hoc, quod quis illam rem ultra decem annos tanquam liberam possedit, *Paul. Castr. l. si sic. ff. quemadmod. servit. amitt. Cæpol. in tract. de servit. urban. prædior. c. 24. Frauc. Balb. in tr. de Præscript. 3. par. 4. par. princ. q. 1. & 3.*

Multò verò magis qualitas servitutis per lapsum temporis antiqui vel antiquissimi inducta, præsumpta vel probata, per lapsum decem annorum extingui debet.

Cùm regulariter qualitas facilius & inducatur & extinguatur quàm substantia, *gloss. l. Titia textores. ff. de legat. 1. Iaf. l. stipulatio ista. §. alteri. nu. 15. ff. de verb. obligat. Cravett. in tract. de antiquitat. temp. part. 2. num. 64. & part. 3. §. venio nunc ad tertiam. num. 22.*

Sed in casu præsenti possessio Baroniarum controversarum non est penes aliquem de familia Baronum à B. sed est penes imperatoriam Majestatem.

Nec hactenus probatum est, quòd parentes vel majores Domini A. A. a quibus ipse Dominus A. A. descendit, Baronias M. S. D. B. & T. nunquam possederint, Multò verò minùs probatum, quòd parentes vel majores Domini A. A. à quibus ipse descendit, illas Baronias per tempora antiquissima possederint.

Insuper etiam ex iis, quæ mihi transmissa sunt, liquet, quòd Dominus A. A. non trahat originem ab illis Baronibus à B. qui Baronias prædictas primitùs acquisivêre, & sic, quòd illæ Baroniæ respectu Domini A. A. sint feuda nova.

Præterea & Imperator F. & Imperator M. tanquam Reges Bohemiæ & Domini feudi, illique, quibus suæ imperatoriæ Majestates istas Baronias concesêre, Baronias controversas tanquam feuda nova respectu Domini A. A. ejusque patruorum & per mortem Domini B. suæ imperatoriæ Majestati aperta possederunt, non tantùm ultra decem, sed etiam ultra viginti annos.

Igitur sequitur, illud, quod in prima ratione dubitandi adductum est, quod ex possessione vel investitura antiqua probatur, feudum antiquum esse, in casu præsenti locum non habere.

139 Deinde etiam Dd. tradunt, † quòd neque per possessionem neque per investituram antiquam probetur, feudum antiquum esse, eo casu, quando constat atque liquet, quòd tempore illius investituræ, quæ ex productis antiquior est, atque in qua plures simul de pluribus rebus investiti fuêre, illas res non omnes investiti simul, sed unusquisque aliquos ex illis separatim possedit, illique, qui feudum antiquum esse prætendunt, non descendunt ab iis, qui istas res tunc temporis possidêre, illudque locum habere volunt, etiamsi antiquior investitura se ad alias & quidem antiquiores, sed non extantes referat, prout hoc expressè tradit *Paul. Castr. cons. 461. nu. 1. lib. 1.*

Sed certum est, ut ex confessione & Domini A. A. & patruorum illius liquet, quòd tempore investituræ Regis L. in qua omnes Barones à B. & de Baroniis controversis & de Baronia F. simul & investiti & simultaneè investiti, sicut proavus Domini A. A. ejusque fratres tantùm Baronias F. & G. Dominus W. aut illorum Baronias S. B. S. M. & T. possederint.

Igitur etiam ex hoc sequitur, quòd in casu præsenti per prætensam investituram & possessionem antiquam non probetur, Baronias S. B. S. M. & T. feuda antiqua esse.

In rationibus quoque decidendi comprobavimus, quòd per renunciationem & refutationem realem & omnimodam feudum ut antiquum novum efficiatur, respectu renunciantis sive refutantis atque descendentium ab eo, ita ut refutans sive renuncians ejusque descendentes à successione illius feudi perinde ut à successione feudi novi excludantur.

Similiter & in rationibus decidendi comprobavi, quòd Dominus M. avus Domini A. A. Domino U. patri Domini C. ultimi possessoris realiter & omnimodò refutaverit omnes omninò Baronias controversas.

Ex quo infertur, licet constet atque liqueat, Baroniam F. antea fuisse feudum antiquum Baronum à B. & ab eo, à quo Dominus A. A. originem trahit, acquisitam.

Attamen istam Baroniam per talem renunciationem realem & omnimodam factam à Domino M. avo Domini A. A. respectu Domini M. & descendentem ab ipso, & sic inter cætera respectu Domini A. A. feudum novum effectum.

Rursus ex hoc infertur, etiamsi probari posset, Baronias M. S. B. S. & T. à primo conditore familiæ Baronum à B. & ab illo, à quo Dominus A. A. descendit, acquisitas esse.

Attamen per prædictam renunciationem & refutationem realem & omnimodam etiam illas Baronias factas esse feuda nova respectu

respectu Domini M. & descendentium ab illo.

190 Præterea quoque clari juris est, † quod feudum etiam antiquum efficiatur novum propter novam formam investituræ, sive feudo adjectam, *Bald. cap. 1. §. insuper. num. 8. circa fin. de prohib. feud. alien. per Frider. Bald. l. 1. num. 4. ff. de rer. divis. Matth. de Afflict. decis. 112. num. 5. & decis. 248. num. 8. Iaf. l. si mihi & Titio in princ. col. fin ff. de verb. oblig. Albert. Brun. conf. 68. num. 9. Cravet. in tract. de antiquit. temp. par. 5. §. jam vidimus, num. 23.*

Et ex mutatione formæ investituræ feudum etiam alioquin antiquum efficitur novum, *Cæpol. conf. 31. Cravet in tract. de antiquit. temp par 5. §. jam vidimus. num. 23.*

Causa quoque nova feudum etiam alioquin antiquum novum reddit, *Bald. cap. 1 num 19. circa fin. an. agnat Matth. de Afflict decis. 112. num. 5. & decis. 248. num 8.*

Similiter & nova qualitas investituræ vel feudo adjecta, feudum alioquin antiquum, novum efficit, *Matth. de Afflict. decis. 112. num. 5. Thom de Marin. in tract. de generib. & qualitat. feud. lib. 1. tit. 2 num. 37. & tit. 3. num. 3. Ioan. Crot. Rep l 1 § si quis simpliciter. num. 13. ff. de verb. oblig. Lud. Bolog. consi. num. 6. & 7.*

Novus quoque tenor investituræ feudum etiam alioquin antiquum novum reddit, *Bald. conf. 249. num. 1, vers. in contrarium lib. 2.*

Eodem modo & nova pacta investituræ adjecta, feudum etiam alioquin antiquum novum reddunt, *Oldrad. conf. 178. nu. 2. & ibi Quintil Mandosi in add Alberic. de Rosat. in suo Repertor. verb. novum Crot. Rep. l. 1. §. si quis simpliciter. nu 13 ff. de verb. obligat. Curt. Sen conf 49. nu. 70. Alber. Brun. conf. 76. nu. 5. Matth. de Afflict. decis. 112. n. 5. Cravet. in tract. de antiquit. tempor. par. 5. §. jam vidimus. n. 23, Thom de Marin. in tract de generib. & qualitat. feud. lib. 1. tit. 3, num. 3.*

Et inter cætera feudum etiam alioquin antiquum efficitur novum, per hoc quod in investituris posterioribus tacitè vel expressè cavetur, quod investiti eorumque hæredes in illud feudum succedere debeant, cum secundum tenorem primæ & præcedentis investituræ etiam alii præter investitum sive investitos in illud feudum succedere potuisset, *Oldrad. conf. 178. num. 2. Curt. Sen. conf. 49. num. 70. Albert. Brun. conf. 78. num. 5. Alberic. de Rosat. in suo dict. verb. novum.*

Et eo casu quando investitura fit sub novis pactis qualitate vel forma aut ex nova causa, illi qui has investituras ita recipiunt vel permittunt, alios ita investiri intelliguntur, feudum tacitè in manibus investitis refutare, & id agere non ipsi vel alii de isto feudo tanquam de feudo novo investiantur, prout hoc pulchrè tradit *Matth. de Afflict. decis. 112 num. 5. Affirmans eandem opinionem etiam amplecti Baldum & Franciscum Aretinum, in locis ab ipso citatis.*

Sed in casu præsenti investituræ Regis G. Regis U. Regis L. & Imperatoris F. nec non & Præfecti inferioris Lusatiæ respectu investituræ Regis L. habent novam formam & novam qualitatem & novam causam & nova pacta.

Namque in investitura Regis L. expressa & specifica mentio facta est de Baroniis F. G. H. S. B. S. & M.

Similiter & in ista investitura vel facta expressa mentio Domini U. W. & F. fratrum Baronum in B. eorumque agnati Domini W. Baronis a B.

Et in illa investitura expressè dicitur, illos quatuor Barones a B. pro se atque hæredibus ipsorum de omnibus istis Baroniis & investitos & simultaneè investitos.

In investitura verò Regis G. tantum est facta mentio de Baronia F. & de dimidia parte Baroniæ G. S. & T.

Nec in illa ulla est facta mentio Baroniarum S. B. C. & H.

Similiter in investitura Regis G. est tantum facta mentio Domini W. & Domini F. fratrum, nec ulla est facta mentio Domini U. fratris & Domini W. agnati illorum.

Sed in illa investitura tantùm dicitur, Dominum W. proavum Domini A. A. ejusque fratrem Dominum F. nec non & hæredes eorum de Baronia F. & de dimidia parte Baroniæ F. S. & T. investitos.

Et sic in illa investitura hoc saltem tacitè actum est, ut tantum filii hæredes & descendentes Domini W. proavi Domini A. A. ad successionem illarum Baroniarum admitterentur, cum tamen

secundum tenorem investituræ Regis L. ad successionem illarum Baroniarum admitti debuissent, non tantùm descendentes à Domino W. proavo Domini A.A. ejusque fratre, sed etiam descendentes ab U. propatruo, & à W. agnato Domini A. A.

In investitura verò, quam Præfectus inferioris Lusatiæ nomine Regis U. Domino M. avo Domini A.A. concessit, nulla fit mentio Baroniæ F. M. S. B. & C. nec etiam agnatorum Domini M.

Sed in illa investitura tantùm dicitur, quòd Dominus M. pro se & hæredibus suis feudalibus ex corpore suo descendentibus de Baronia F. & de dimidiâ parte Baroniæ T. sit investitus.

Et neque in investitura Regis L. neque in investitura Imperatoris F. facta & concessa patri & patruis Domini A.A. est facta mentio Baroniæ F. B. S. C. & T. nec etiam agnatorum illorum.

Sed in investitura Regis L. tantùm est facta mentio Baroniæ F. & oppiduli S. & in investitura Imperatoris F. est tantum facta mentio Baroniæ F.

Et in istis investituris dicitur, patrem atque patruos Domini A. A. de Baronia F. esse investitos pro se & hæredibus suis feudalibus ex corpore illorum descendentibus.

Et sic eo ipso tacitè actum est, quòd alii præter descendentes à patre & patruis Domini A. A. ad successionem Baroniæ F. minimè admitti debeant.

Quinimò in investitura Regis F. expressè cautum est, quòd nec ipse Dominus A. A. quidem ad successionem Baroniæ F. admitti debeat, nisi omnibus patruis suis absque filiis masculis defunctis.

Præterea quoque in investituris à Rege U. Rege L. & Imperatore F. ratione Baroniarum controversarum concessis Domino U. Baroni à B. ejusque filiis nulla est facta mentio, neque de Baronia F. neque etiam de avo, patre vel patruis Domini A. A. sed in omnibus illis investituris dicitur, Dominum U. ejusque filios pro se & hæredibus suis feudalibus ex corpore ipsum descendentibus de Baroniis controversis investitos esse.

Et sic eo ipso in istis investituris hoc saltem tacitè actum est, quod præter descendentes à Domino U. ejusque filiis nullus ad successionem Baroniarum controversarum admitti debeat. Igitur ex his omnibus patet, investitura Regis G. Regis U. Regis L. Imperatoris F. & Præfecti inferioris Lusatiæ respectu investituræ Regis L. habeant novam & formam & qualitatem & pacta nova.

Quod etiam ex aliis multis comprobari posset, investitura quoque Regis U. Regis L. & Imperatoris F. de Baroniis controversis facta Domino U. ejusque filiis habet causam novam. Namque Rex U. post obitum Domini J. à B. Baronias S. D. B. M. & T. tanquam suæ regiæ Majestati apertas Cancellario suæ regiæ Majestatis concessit, atque is Cancellarius illas Baronias rursus Domino U. vendidit, tradidit & concessit.

Nec non & Rex U. propter hanc novam caussam, quia videlicet Dominus U. istas Baronias a Cancellario suæ regiæ Majestatis emit & acquisivit, Dominum U. de istis Baroniis investivit.

Et licet hoc, quòd ista investitura sit facta propter hanc novam causam in investitura Regis U. expressa non sit. Attamen jura præsumunt, quòd actus sequens intelligatur esse factus vigore sive in consequentiam actus præcedentis, *l. si à te. & ibi Bald. ff. si servi. vindic. l. qui in aliena. §. si is qui putabat. ff. de acquir. hæred. l. 1. §. 1. ff. de except. rei vendit. l. 3. §. verum quæri poterit. ff. de manumiss. l. 2. C. de acquir. possess. Alvar. in tract. de præsumpt. Regul. 2. præsumpt. 23. in præsumpt. 24.*

Igitur ex hisce omnibus liquet atque patet, quòd propter novam formam, qualitatem & caussam, nec non & propter nova pacta sequentem investituram Baroniæ controversæ respectu Domini A.A. ejusque patruorum sint facta feuda nova, etiamsi fides fieri posset, illas Baronias antea fuisse feuda antiqua.

Deinde etiam Dd. tradunt, † quòd etiam secundum dispositionem juris civilis feudum antiquum efficiatur novum per separationem bonorum investituræ & fidelitatis, quòd videlicet illi, qui de aliquibus bonis in una eademque investitura sive uno eodemque instrumento pro se & hæredibus suis investiti fuêre, ista bona inter se dividunt & separatim possident, atque tacitè vel expressè consentiunt in hoc, ut unusquisque pro se atque hæredibus suis masculis de istis bonis separatim investiatur, quòdq; hæc separatio bonorum 598

inve-

Investiturae & fidelitatis hoc operetur, ut agnati transversales ultimi defuncti ad successionem feudi minimè admitti possint, licet ipsi à primo acquirente descendunt, & prout hoc expressè in specie & notabiliter tradit *Bald. cons. 249. num. 1. vers. in contrarium videtur. lib. 2. Ludovic. Bolog. cons. 1. nu. 1. 2. 3. 4. 5. usq; ad num. 10.*

Sed Rex L. in uno eodemque instrumento omnes Barones à B. nempe Dominum U. W. & F. fratres, & Dominum W. agnatum ipsorum investivit & simultaneè investivit de omnibus Baroniis controversis.

Sequentes verò Reges non investiverunt omnes Barones à B. in uno eodemque instrumento de omnibus Baroniis controversis, sed separatim investiêrunt & de Baronia F. patrem, patruos, avum & proavum Domini A. A. & de Baroniis controversis possessores illarum.

Et praecipuè Rex U. Rex L. & Imperator F. separatim investiêrunt Dominum U. ejusque filios pro se & haeredibus feudalibus ex corpore illorum descendentibus de Baroniis controversis.

Similiter & Imperator Rex U. Rex L. & Imperator F. separatim & in diversis instrumentis investiêrunt de Baronia F. avum, patruum & patruos Domini A. A. pro se & haeredibus suis feudalibus ex corpore suo descendentibus.

Et cùm Barones à B. istas investituras ita separatim petierint, prout ex verbis narrativis illarum investiturarum liquet, illasque investituras ita separatim & unicuique pro se & descendentibus suis factas receperint, & penes se retinuerint, nec non ab illo tempore, quo ista separatio fieri incepit, jam sint elapsi plures quàm centum anni, dubio caret, per hoc satis sufficienterque probari, quòd omnes Barones à B. ad hanc separationem tàm bonorum quàm investiturae & ad hoc, ut unusquisque de bonis a se possessis pro se & haeredibus suis separatim investiretur, consensum suum praestiterint.

Quinimò, ut opinor, etiam separatim & distinctim & fidelitas & servitia sunt praestita, & respectu Baroniarum controversarum à possessoribus ipsarum & respectu Baroniae F. à patruo, avo, patre & patruis Domini A. A.

Igitur etiam ex hoc sequitur, per hosce actus Baronias controversas respectu Domini A. A. ejusque patris, patruorum, avi & proavi esse effecta feuda nova, etiamsi fides fieri posset, illa priùs feuda antiqua fuisse.

Ulteriùs quoque indubitati juris est, † quòd feuda etiam alioquin antiqua efficiantur nova per sententiam diffinitivam, quae in rem judicatam transivit, quaque pronunciatum est, vel illa feuda nova esse, vel certis personis, quae praetendunt ista feuda antiqua esse, jus succedendi in ista feuda non competere. 592

Cùm sit clari juris, quòd res judicata habeatur pro veritate usque adeò, ut de albo nigrum, & de nigro album efficiat, sicut hoc suprà docui.

Sed in sententia lata Anno Domini 1551. in judicio provinciali inferioris Lusatiae contra patruos Domini A. A. Baronis à B. pronunciatum est, quòd patruus Domini A. A. Baronis à B. jus simultaneae investiturae, sine qua secundum dispositionem juris Saxonici nemo transversalis ad successionem feudi admittitur, in Baroniis S. B. & T. non competat, illaque sententia in rem judicatam transivit.

Igitur sequitur, Baronias S. B. & T. per illam sententiam feuda nova effecta, etiamsi probari posset, illa antea feuda antiqua fuisse, & ab eo, quod est agnationis communis parens, originem trahere.

Et licet illa sententia tantùm sit probata contra patruos Domini A. A. atque in illa de Domino A. A. Baroni à B. nulla sit facta mentio.

Attamen illam sententiam Domino A. A. perinde praejudicare, atque si Domini A. A. in ista sententia mentio expressè facta fuisset, in rationibus decinendi comprobavi.

Et sic ex his omnibus liquet, ea, quae in prima ratione dubitandi adducta sunt, nostrae decisioni nihil refragari.

Ad secundam rationem dubitandi respondeo, Ex praedictis satis superque liquere Baronias controversas respectu Domini A. A. non esse feuda antiqua, sed esse feuda nova.

Eamque ob caussam, ea, quae in secunda ratione dubitandi adducta sunt, de successione feudi antiqui in casu praesenti locum non habere, illudque penitus indubitatum esse, quòd Dominus A. A. ad successionem Baroniarum controversarum, cùm illa sine

feuda nova, nec secundum dispositionem juris communis admitti poterit, Cum sit clari juris, quod secundum dispositionem juris communis ad successionem feudi novi agnati transversales non admittantur, sicut hoc in prima ratione decidendi docui.

593 Secundò respondeo, † ea quæ in secunda ratione dubitandi adducta sunt, non habere locum secundum dispositionem juris Saxonici.

Namque secundum dispositionem juris Saxonici agnati transversales etiam a primò acquirente originem trahentes ad successionem feudi antiqui non admittuntur, nisi ipsi tempore mortis ultimi possessoris de istis feudis simultaneè investiti sint, sicut hoc in rationibus decidendi docui.

Præterea quoque in rationibus decidendi comprobatum est, quod ipsemet Dominus A. A. fatetur, quod hæc causa non secundum jus commune, sed secundum jus Saxonicum decidi debeat.

Similiter in rationibus decidendi comprobavi, quod Dominus A. A. de Baroniis controversis nunquam simultaneè investitus fuerit.

Igitur etiam ex hoc sequitur, ea quæ in secunda ratione dubitandi adducta sunt, in casu præsenti locum non habere.

Tertiò respondeo, illa quæ in secunda ratione dubitandi adducta sunt, nec secundum quidem juris communis dispositionem locum habere in nostro & similibus casibus, quando feuda antiqua fuerunt facta nova, vel per renunciationem vel refutationem, vel per novam formam, qualitatem, tenorem, aut pacta nova posterioribus investituris adjecta, vel qui separationem bonorum, investituræ & fidelitatis vel per sententiam, sicut hoc ex iis, quæ in responsione ad primam rationem dubitandi adduxi, liquet.

Ad tertiam dubitandi rationem respon-
594 deo, † *Baldum cap. 1. in princ. num. 6. & ibi Marr. Laud. Alvar. & Præpos. de feud. March.* nec non & reliquos Dd. citatos ibidem, quatenus concludunt, ad successionem Baroniarum admitti omnes agnatos vasalli in infinitum usque, tantum loqui de illis agnatis ultimi defuncti, qui a primo acquirente originem trahunt.

Secundò respondeo, opinionem illorum Dd. refragari textui expresso, *in t. 1. in prin. de feud. March.* dum videlicet in illo textu expressè deciditur, quod in feudis Marchiæ Ducatus, Comitatus Baroniæ aliisque feudis regalibus non habeat locum successio neque descendentium neque transversalium.

Ideo illa opinio contraria nullo modo tenenda vel sequenda.

Cum sit clari & indubitati juris, † il- 595
lam opinionem, quæ textui expresso refragatur, nullo modo tenendam vel sequendam, *l. 3. §. sed neq. C. de vet jur. enucl. c. Castellanus. & ibi Abb. extr. de fer. Ioan. And. Abb Felin. & Dec. c. 1. extr. de constitut. Abb. c prudentia. in princ. extr. de offic. delegat. Ias. l. cum prolatu ff. de re. judic.*

Tertiò respondeo, † in toto imperio 596
Romano consuetudine & quidem immemoriali receptum esse, quod ad successionem Baroniarum aliorumque feudorum realium non admittantur illi, qui à primo acquirente originem non trahunt, illaque consuetudo cum sit notoria, probatione non indiget, *Bal. l. 2. nu. 29. C. quæ sit long. consuetud. Ioan. Fab. §. extr. non scripto, nu. 13. & ibi Ang. n. 26. Inst de jur. nat. gent. & civil Bald. l. 1. C. ad SC. Vellejan. Bald. l. 2. C. quando provocar. non est necess. Dec. cons. 447. cons. 472 cons. 483. n. 20. cons. 544. n. 1. cons. 559. n 9. cons. 655. nu. 26. Card. Paris. cons. 13. n. 32. lib. 1. Ias. l. de quibus num. 88. ff. de ll. Nevisant. cons. 45. num. 38. Roll. à Vall. cons. 53. num. 30. & 34. lib. 1.*

Et dubio omni caret, illam consuetudinem omninò sequendam, etiamsi probari posset, jure scripto contrarium decisum esse, *l. de quibus ff. de ll. §. sed naturalia Instit. de jure nat. gent & civil.* cum multis similibus supra allegatis.

Multò vero magis illa consuetudo tenenda & sequenda est, cum illa nullo modo juri refragetur, sed juri scripto feudorum in omnibus & per omnia consentanea sit.

Quartò respondeo, jure Saxonico generaliter cautum esse, quod ad successionem feudi etiam antiqui agnati transversales nullo modo admitti debeant, nisi illi de isto feudo simultaneè investiti sint.

Nec in jure Saxonico ullam fieri distinctionem, utrum illa feuda habeant annexam regalem dignitatem an verò non.

Præterea quoq; consuetudine generali & notoria, omniũ illorum locorum, in quibus jus Saxonicum viget, receptum & introductum est, quod ad successioné Baroniarum aliorumq; feudorum habentium annexam regalem

regalem dignitatem non admittantur agnati transversales, etiam à primo acquirente descendentes, nisi cum ultimo defuncto de istis Baroniis & feudis regalem dignitatem annexam habentibus simultaneè investiti sint, Quam consuetudinem omninò servandam & sequendam esse; dubio omni caret.

Ad quartam rationem dubitandi re-
597 spondeo, † Ea, quæ in quarta ratione dubitandi adducta sunt, procedere tantùm secundum dispositionem juris civilis, nec habere locum secundum dispositionem juris Saxonici, præsertim quoad hoc, ut agnati transversales ultimi defuncti etiam à primo acquirente descendentes ad successionem feudi admitti possint.

Namque quoad hoc, non primam, sed ultimam investituram inspicimus, & agnati transversales secundum dispositionem juris Saxonici ad successionem feudi antiqui non aliter admittuntur, nisi ipsi in ultima investitura de isto feudo expressè & nominatim investiri sint, sicut hoc ex iis, quæ in rationibus decidendi adduxi, satis superque patet.

Secundò respondeo, quoad secundum dispositionem juris Saxonici nullus collateralis ad successionem feudi etiam antiqui admitti possit, nisi is de isto feudo antiquo nominatim simultaneè investitus fuerit, utque non sufficiat parentes vel majores suos de isto feudo simultaneè investitos fuisse.

Eam ob caussam, quia certum est, nec non & in rationibus decidendi comprobatum, quòd jus simultaneæ investituræ secundum jus Saxonicum neque activè neque passivè ad successores transitorium sit, nisi illius renovatio tempore legitimo & petita & impetrata fuerit.

Sed in casu præsenti, licet in investitura Regis L. proavi Domini A.A. de Baroniis controversis simultaneè investitus sit.

Attamen neque in ista investitura neq; in sequentibus investituris Dominus A. A. ejusque patrui de Baroniis controversis simultaneè investiti sunt.

Igitur ex hoc sequitur, quòd nec inspecta quidem primæ investituræ Regis L. Dominus A. A. ejusque patrui ullum jus habeant in Baroniis controversis, quodque nec prima quidem investitura Domino A. A. ejusque patruis quicquam opitulari vel prodesse possit.

Tertiò, respondeo, Ea, quæ in quarta ratione dubitandi adducta sunt, nec secundum dispositionem juris civilis quidem locum habere in nostro & similibus casibus, quando videlicet de communi consensu Domini & Vasalli prima investitura persequentes investituras, mutata vel alterata est.

Tunc enim non prima, sed posteriores investituræ inspiciendæ sunt, sicut hoc docui in 107. ratione decidendi.

Quartò respondeo, Ea, quæ in quarta ratione dubitandi adducta sunt, neque secundum juris communis neque secundum juris Saxonici dispositionem locum habere in nostro vel similibus casibus, quæ vel per renunciationem sive refutationem realem & omnimodam vel per præscriptionem vel per transactionem vel per sententiam, quæ in rem judicatam transivit, vel alio modo prima investitura est penitùs enervata & extincta, cùm illud, quod penitùs enervatum vel extinctum est, perinde habeatur, atque si illud nunquam extitisset, nec ullo modo considerari debeat, sicut hoc in rationibus decidendi docui.

Quintò respondeo, quòd neque secundum dispositionem juris civilis neque secundum dispositionem juris Saxonici prima investitura attendi vel considerari debeat in nostro & similibus casibus, quando sequentibus investituris vel adjecta nova forma, nova qualitas, vel nova pacta, vel quando sequentes investituræ novum tenorem sive novam causam habent, sicut hoc satis patet ex iis, quæ dixi in responsione mea ad primam rationem dubitandi.

Sextò respondeo, primam investituram minimè attendendam esse in nostro & similibus casibus, quando de communi consensu duorum vel plurium Vasallorum est facta separatio bonorum investituræ & fidelitatis, atque illi consentiunt in hoc, ut unusquisque de feudis à se possessis pro se atque hæredibus suis ex corpore suo descendentibus separatim investiatur, sicut hoc similiter patet ex iis, quæ in responsione ad primam rationem dubitandi adducta sunt.

Ad quintam rationem dubitandi respondeo, † quòd tam investitura quam omnes 598
alii contractus sive actus secundum juris communis dispositionem intelligi debeant, quodq; in investitura reliquisq; contract^us id cen-

censeatur esse actum, quod jure communi dispositum sive juri communi convenit, *l. cum quid. ff. si cert. petat l si duo. ff. de acquir. hered. l. sed nisi & ibi gl ff. de jur. dot. l. curatores. §. fin. ff. de administrat. rer. ad civit. pertinent. Paul. Castr. consil. 271. col. 1. lib. 1 consil. 371. col. 2. lib. 2. Cravet. consil. 77. num. 9. lib. 1.*

Et in iis in quibus statuta sive jura municipalia, illorum locorũ, in quibus ista feuda, de quibus quis investitus est, sita sunt, à jure communi discrepant, investitura est intelligenda secundum statuta, consuetudines & jura municipalia illorum locorum, illudque in investitura actum censetur, quod consuetudine, statuto vel jure municipali illorum locorum cautum vel dispositum est, *Oldrad. consil. 159. nu. 9. Albert. Brun. consil. 31. n. 6. Matth. de Afflict. c. 1. n. 10. an agnat. Card. Paris. consil. 21. n. 48. lib. 1. Alciat. in tract. de praesumpt. reg. 3. praesumpt. 32. nu. 15. Rongegallus l. nemo & l. qui nesciat. n. 28 verb. investitura ff. de duobus reis. facit id quod. Rom. consil. 59. col. 2. Felin. c. jus gentium col. 4. distinct. 1.*

Illud quod statuto, consuetudine sive jure municipali istius loci, in quo istud feudum, de quo quis investitur, situm est, perinde habetur, atque si illud in investitura expressum esset, *Matth. de Afflict. c. 1. n. 10 an agnat arg. excepto C. de locat. & conduct. l. Domini praediorum. C. de agricol. & censit. lib. 11.*

Similiter quoq; indubitati juris est, quod tam investitura quam alius quilibet actus secundum subjectam materiam sive secundum naturam illius rei, de qua agitur, intelligi debeant, quodq; in investitura id actum esse intelligatur, quod subjectae materiae convenit, sicut hoc latè docui in 7. ratione dubitandi.

Deinde quoq; penitus indubitatum est, quod de natura alicujus actus illa esse dicantur, quae lex de aliquo actu sive negocio disponit, prout hoc tradit *Alberic. de Rosat. Beringar. Ferd. & Dd. l. pacta conventa ff. de contrah. empt. Dd. l. cum quid. ff. si cert. petatur.*

Eodem modo & illud, quod consuetudo vel statutum de aliqua re sive de aliquo negocio disponit, natura illius rei sive negocii esse censetur, *gloss. l. actor. verb. ad partem nostram. C. de probat. Bald. c. caeterum in princ. extr. de judic.*

Sed jure communi expresse cautum & dispositum est, quod sub generali dispositione nunquam comprehendantur Baroniae aliaque bona realem dignitatem annexam habentia, nisi de illis expressa & specifica mentio facta fuerit, sicut hoc superius comprobavi.

Jure quoque Saxonico cautum nec non & consuetudine notoria receptum est, quod jus simultaneae investiturae neque activè neque passivè ad successores transitorium sit, quodque successores illius, qui jus simultaneae investiturae impetravit, se aliter isto jure juvare non possint, nisi ipsi expressè & nominatim renovationem illius juris simultaneae investiturae petierint & obtinuerint.

Similiter jure Saxonico expressè cautum, quod agnati transversales ultimi defuncti ad successionem feudi etiam antiqui nullo modo admitti debeant, nisi ipsi tempore mortis ultimi defuncti de isto feudo simultaneè investiti fuerint.

Deinde quoque jure Saxonico cautum est, quod per divisionem feudi factam inter vasallos jus simultaneae investiturae penitus extinguatur, nisi illius renovatio intra tempus legitimum & petita & obtenta fuerit.

Legibus etiam civilibus expressè cautum est, quod per separationem & bonorum & investiturae & fidelitatis, nempe per hoc, quod duo vel plures vasalli vel de uno vel de pluribus feudis investiti, ista bona dividunt, atque consentiunt in hoc, ut unusquisque pro se atque haeredibus suis ex suo corpore descendentibus, de bonis a se possessis separatim investiatur, & jus succedendi in talia feudi & jus simultaneae investiturae extinguatur.

Igitur sequitur, quòd investitura Regis L. secundum praedictam sanctionem juris tam civilis quam Saxonici, nec non & secundum naturam & Baroniis & juri simultaneae investiturae attributam per praedictam sanctionem juris Civilis & Saxonici, intelligi & ita accipi debeat, quod in ista investitura actum sit, quod jus simultaneae investiturae in isto instrumento concessum Domino W. proavo Domini A. A. posteris & successoribus illius minimè opitulari debeat, nisi posteri & successores renovationem simultaneae investiturae respectu Baroniarum controversarum expressè, nominatim & specificè petierint & obtinuerint, quodque non sufficiat, illam sub verbis generalibus petere.

Rursus

Rursus ex hoc infertur, quod inspectâ juris Saxonici dispositione investituram Regis L. intelligatur & censeatur actum esse, quod agnati transversales ultimi defuncti ad successionem Baroniatum controversarum minimè admitti debeant, nisi illi tempore mortis de istis Baroniis nominatim expressè & specificè simultaneè investiti fuerint.

Similiter ex hoc infertur, investituram Regis L. ita accipiendam, quasi in illa expressè actum & connectum fuisset, quod illud jus simultaneæ investituræ per divisionem factam, penitus debeat extingui, nisi illius revocatio intra tempus legitimum & petita & obtenta fuerit.

Eodem modo ex hoc infertur, investituram Regis L. ita accipiendam, quod in illa actum & connectum sit, quod illud jus simultaneæ investituræ & succedendi in Baronias controversas per separationem bonorum investituræ & fidelitatis penitus extingui debeat.

Sed investituris sequentibus investituram Regis L. nulla est facta mentio de Baroniis controversis, nec in illis expressè, specificè & nominatim est petita simultanea investitura sive renovatio simultaneæ investituræ respectu Baroniarum controversarum.

Igitur sequitur, illas sequentes investituras secundum illum sensum quem investituræ Regis L. & jus commune & jus Saxonicum & subjecta materia tribuit, intelligendas & ita accipiendas, quod in illis renovatio simultaneæ investituræ respectu Baroniarum controversarum neque petita neque obtenta fuerit, quodque sub verbis generalibus & universalibus posteriorum investiturarum renovatio simultaneæ investituræ respectu Baroniarum controversarum non comprehendatur neque includatur, præterea in sequentibus investituris est facta separatio & bonorum & investituræ.

Namque pater, patrui, avus & proavus Domini A. A. pro se atque hæredibus suis feudalibus ex corpore suo descendentibus separatim sunt investiti de Baronia F.

Similiter & Dn. B. ultimus possessor Baroniæ controversæ ejusque & fratres & pater pro se atque hæredibus suis feudalibus ex corpore suo descendentibus separatim sunt investiti de Baroniis controversis.

Igitur sequitur, illas investituras posteriores secundum illum sensum quem & jus Saxonicum & jus civile investituræ Regis L. attribuit, intelligendas & ita accipiendas esse, quod per illam separationem bonorum & investituræ nec non & jus succedendi in Baronias controversas penitus extinctum & extirpatum sit, & sic liquet, ea quæ in quinta ratione dubitandi adducta sunt, nostræ decisioni nihil obstare.

Secundò respondeo, illud quod in quinta ratione dubitandi adductum est, quod sequentes investituræ secundum primam intelligendæ sint, non habere locum secundum dispositionem juris Saxonici quoad hoc, ut in sequentibus investituris simultanea investitura, de qua in prima fit mentio, repetita vel renovata censeri possit, nisi illa expressè & specificè renovata fuerit.

Tertiò respondeo, illud non habere locum quoad hoc, ut sub verbis generalibus includatur Baroniæ aliævè res, quæ specialem expressionem requirunt.

Quartò respondeo, illud quod in quinta ratione dubitandi dicitur, omnes sequentes investituras esse intelligendas secundum primam investituram, non habere locum in nostro & similibus casibus, quando investitura prima vel penitus extincta & enervata vel per refutationem sive renunciationem realem & omnimodam, vel per admissionem novæ formæ, novæ qualitatis, novi temporis, aut novorum pactorum in sequentibus investituris factam, vel per præscriptionem vel per sententiam, quæ in rem judicatam transivit, vel transactionem, vel separationem bonorum & investituræ vel per alium modum.

Tunc enim sequentes investituræ secundum primam nullo modo intelligi debent, cum sit clari & indubitati juris, quod illud, quod nullum vel extinctum est, non debeat haberi in consideratione, sed perinde reputari, atq; si illud nunquã extitisset, sicut hoc in rationibus decidendi comprobavi.

Quintò respondeo, ea quæ in quinta ratione dubitandi adducta sunt, non habere locum eo casu, quando clarè liquet, quod per investituras subsequentes primæ investituræ derogatum sit.

Cum sit clari & indubitati juris, quod in claris sive manifestis vel liquidis non habeat locum interpretatio, ***l. ille aut ille §. cum in verbis ff. de legat. 3. l. continuus. §. cum ita. ff. de verb. oblig.***

Sed

Sed ex iis, quæ in rationibus decidendi & suprà in responsionibus adduximus, clarè liquet atque patet, quòd per sequentes investituras derogatum sit investituræ Regis L.

Igitur etiam ex hoc sequitur, ea, quæ in quinta ratione dubitandi adducta sunt, in casu præsenti locum non habere.

Et licet Dominus A. A. prætendat, posteriores investituras sese referre ad investituram Regis L. Attamen hoc ex verbis posteriorum investiturarum non liquet.

Et insuper notoriâ consuetudine juris Saxonici receptum est, quòd pro, forma, essentia & substantia renovationes simultaneæ investituræ requirantur, ut illa fiat verbis & quidem expressis, patentibus & singularibus, Ideoque dubio caret, quòd hoc casu non sufficiat relatio ad primam investituram.

599 Namque clari juris est, † quòd ubi aliquid pro forma requiritur, non sufficiat relatio ad aliud sive expressio per relationem ad aliud facta, *Francisc. Aret. l. si u, ad quem. col. fin. ff. de acquir. hæred. Socin. conf. 24. col. 7. lib. 1. Jas. l. Gallus. §. idem credendum. col. 4. ff. de lib. & posthum. Rip. l. 1. nu. 64. ff. de vulgar. & pupillar.*

Similiter & relatio ad aliud nihil operatur in iis casibus, in quibus verba expressa requiruntur, *Dd. c. pen. extr. de jurejur. Socin. conf. 99. lib. 3.*

Eodem modo & relatio sive expressio relativa nihil operatur eo casu, quando requiritur, ut quid exprimatur, sive fiat parenter, *Francisc. Aret. d. l. si u, ad quem. ff. de acquirend. hæred. Stephan. Bert. conf. 281. num. 5. lib. 2.*

Vel singulariter sive verbis singularibus, *Ruin. conf. 165. nu. 8. lib. 2.*

Ad sextam rationem dubitandi respon-

600 deo, † ea, quæ in sexta ratione dubitandi adducta sunt, non habere locum eo casu, quando manifestè constat, quòd Dominus & Vasallus per investituras sequentes sive posteriores primæ investituræ derogare voluerint, cùm in certis non sit locus neque conjecturæ neque præsumptioni, *l. continuus. §. cùm ita. ff. de verb. obligat. l. fin. in princ. ff. quod met. causs.*

Sed in casu præsenti liquidè constat, quòd & Reges Bohemiæ tanquam Domini feudi & Barones à B. tanquam Vasalli per posteriores investituras voluerint derogare investituræ Regis L.

Tum quia investituris posterioribus est adjecta nova forma, nova qualitas, novus tenor, novaque pacta, illas investituras Barones à B. taliter & petiêre & recepêre, & penes se retinuêre.

Et certum est, nec non & superiùs comprobatū, quòd per hoc, quod posterioribus investituris vel adjecta nova forma, nova qualitas, novus tenor, & nova pacta satis superque probetur, quòd & Dominus feudi & Vasallus primæ sive præcedenti investituræ derogare voluerint.

Tum quia in sequentibus investituris est facta separatio & bonorum & investituræ, & Barones a F. sunt separatim investiti pro se atque descendentibus suis de Baronia F. Barones verò à B. in F. & S. pro se & descendentibus suis sunt separatim investiti de Baroniis controversis.

Et certi juris est, quòd ex separatione bonorum & investituræ satis superiùs probetur, quòd & Dominus & Vasallus primæ investituræ derogare voluerint, sicut hoc suprà comprobavi.

Tum quia post mortem Domini J. filii Domini W. possessoris Baroniarum controversarum Rex U. Baronias controversas tanquam suæ Regiæ Majestati apertas, Cancellario suæ Regiæ Majestatis concessit.

Et certum est, quòd per istam concessionem sive illud factum Rex U. declaravetit, quòd sub verbis generalibus investituræ Regis G. & Regis M. Baroniæ controversæ non comprehendatur, quodque quod jus simultaneæ investituræ respectu Baroniarum controversarum per investituram Regis G. & Regis M. præcedenti investituræ Regis L. derogatum sit.

Tum quia Rex U. Dominum U. Baronem a B. de Baroniis controversis investivit ob novam caussam, quia videlicet Dominus U. illas Baronias a Cancellario Regiæ Majestatis emit & acquisivit.

Et certum est, quòd nova caussa novum feudum faciat, satisque probet, quòd Dominus U. veteri & primæ investituræ derogare voluerit.

Tum quia Dominus M. avus Domini A. A. Baronias controversas totaliter, realiter & omnimodò refutavit.

Et certum est, quòd per refutationem realem & omnimodam, nec non & per investituras illam refutationem subsequentes primæ investituræ totaliter derogetur.

Idemque probatur etiam per alias rationes & fundamenta suprà adducta, Igitur sequi-

sequitur, ea quæ in sexta ratione dubitandi adducta sunt, in casu præsenti locum non habere, nec nostræ decisioni quicquam refragari.

Præterea quoq; per investituram Regis L. posteris & descendentibus Domini W. proavi Domini A.A. jus succedendi in Baronias controversas acquisitum non est, præsertim absolutè & simpliciter.

Et licet Dominus W. proavus Domini A.A. à Rege L. de Baroniis controversis simultaneè investitus sit.

Attamen suprà docui, jus simultaneæ investituræ neque activè neque passivè ad successores transitorium esse, nisi illius renovatio tempore debito petita fuerit, quinimò illud jus simultaneæ investituræ nec penes illum quidem, cui id concessum est, perdurat, nisi is eveniente casu ejus renovationem petendi illa renovationem intra tempus legitimum petierit.

Sed Dominus W. proavus Domini A. A. post divisionem factam cum fratre suo U. per quam divisionem jus simultaneæ investituræ in Baroniis controversis secundum dispositionem juris Saxonici penitus extinctum fuit, renovationem simultaneæ investituræ à Rege L. neque petiit neque obtinuit.

Similiter quoque Dominus W. proavus Domini A, A. respectu Baroniæ M. N. S. B. & dimidiæ partis Baroniæ F. & T. simultaneam investituram à Rege G. & M. neque petiit neque obtinuit.

Multò verò minus avus, pater & patrui Domini A.A. vel ipse Dominus A. A. renovationem simultaneæ investituræ respectu Baroniarum controversarum petiêre & obtinuêre à Regibus Bohemiæ.

Igitur sequitur, dici non posse, quod descendentibus sive posteris Domini W. proavi Domini A. A. per investituram Regis L. aliquod jus successionis in Baroniis controversis acquisitum sit.

Ad septimam rationem dubitandi re-
601 spondeo, † licet natura feudi talis sit, quæ ei per primam investituram attributa est.

Attamen tam primam investituram quàm omnes alias investituras sequentes intelligi, declarari & restringi secundum statuta, consuetudines, & jura municipalia illius loci, in quo illud feudum, de quo quis investitur, situm est, illudque quod consuetudine, statuto vel jure municipali illius loci cautum est, perinde haberi, atque si illud investitura expressum esset, licet illud verbis omissum fuerit sicut, hoc supra docui.

Quinimò aliqui Dd. tradunt, quod consuetudo, statutum, & jus municipale illius loci, in quo feudum situm est, potius sit attendendum quàm tenor investituræ, *Matth. de Afflict. c. 1. nu. 10. an agnat.*

Et illa quæ statuto, consuetudine vel jure municipali de aliqua re cauta vel disposita sunt, similiter de natura illius rei esse censentur, sicut hoc suprà docui.

Sed jure Saxonico cautum est, quod simultanea investitura ad successores non sit translatoria, nisi à successoribus ejus renovatio nominatim & expressè & petita & obtenta fuerit, quodque ad illius renovationem verba generalia non sufficiant.

Similiter jure Saxonico cautum est, quod jus simultaneæ investituræ per divisionem facta, inter simultaneè investitos penitus extinguatur, nisi illius renovatio intra tempus legitimum & petita & impetrata fuerit.

Jure quoque tàm communi quàm Saxonico cautum est, quod per separationem bonorum & investituræ extinguatur & jus simultaneæ investituræ & jus succedendi in feuda.

Præterea quoque juri communi cautum & juri Saxonico conveniens est, quod jus tàm simultaneæ investituræ quàm succedendi in feudū per refutationem sive renunciationem realem & omnimodam per novam formam, qualitatem, tenorem & nova pacta posterioribus investituris inserta, item & per præscriptionem & per sententiam, quæ in rem judicatam transivit, penitus tollatur & extinguatur.

Igitur sequitur, per illam dispositionem juris tam communis quàm Saxonici investituram Regis L. nec non & Baronias, de quibus in illa investitura mentio fit, talem naturam & proprietatem adeptas, ut jus simultaneæ investituræ non conservetur, nisi illius renovatio quocunque tempore & petita & obtenta fuerit, quodque per prædictos modos jus simultaneæ investituræ in Baroniis controversis penitus extinguatur.

Sed certum est, quod post investituram Regis L. Dominus W. proavus Domini A. A. cum fratre suo U. bona feudalia ab ipsis possessa diviserit vivo adhuc Rege L.

Nec hactenus probatum imò nec allegatum est, quod post illam divisionem factam Dn. W. renovationem simultaneæ investi-

investituræ respectu Baroniarum controversarum à Rege L. petierit & impetraverit.

Præterea quoq; in investituris sequentibus nulla est facta mentio de Baroniis controversis, nec jus simultaneæ investituræ respectu Baroniarum controversarum expressè renovatum.

Quin imò per sequentes investituras est facta separatio & bonorum & investiturarum.

Nec non etiam per renunciationem & refutationem realem & omnimodam, per præscriptionem, per sententiam, quæ in rem judicatam transit, per novam formam, qualitatem, tenorem & nova pacta posterioribus investituris inserta, jus simultaneæ investituræ & successionis respectu Baroniarum controversarum à Rege L. Domino W. proavo Domini A. A. concessum, penitus est extinctum.

Igitur sequitur, quod consideratis his omnibus etiam sumpto argumento à subjecta materia sive natura rei, dici vel prætendi non possit, in posterioribus investituris parentibus atque majoribus Domini A. A. jus simultaneæ investituræ respectu Baroniarum controversarum renovatum esse, sed quod contrarium, videlicet illud jus simultaneæ investituræ renovatum non esse, animo tenendum & affirmandum sit.

Et sic liquet, ea quæ in septima ratione dubitandi adducta sunt, nostræ decisioni nihil refragari sed potius illam confirmare.

Præterea quoque indubitati juris est, quod per pactum contrarium derogari possit & subjectæ materiæ & naturæ rei, quodque illud quod dicitur, quamlibet dispositionem esse intelligendam secundum subjectam materiam vel naturam illius negocii de quo agitur, non habeat locum eo casu, quando tacitè vel expressè contrarium actum est, *glos. Bald. Alber. de Rosat. Berengar. Fernand. l. pacta conventa. ff. de contrah. empt. Bart. l. ubi ita donatur. ff. de donat. caus. mort. Bald. cons. 182. col. fin. lib. 1. Tiraquel. Rep. l. si unquam. verb. libertis. num. 5. C. de revoc. donat.*

Nec non supra comprobatum est, quod prima investitura non sit attendenda eo casu, quando manifeste liquet, illi derogatum esse, sed ex iis, quæ suprà deduxi, satis liquet atque patet, quod per posteriores investituras & actus posteriores primæ investituræ derogatum sit.

Igitur etiam ex hoc sequitur, ea quæ in septima ratione dubitandi adducta sunt, in casu præsenti locum non habere.

Ad octavam rationem dubitandi 602 ego respondeo primò, † illud quod in octava ratione dubitandi dicitur, omnia illa quæ in prima investitura dicta vel posita sunt, in sequentibus investituris repetita censeri, non habere locum eo casu, quando prima investitura est annullata vel extincta, cum sit clari & indubitati juris, illud quod nullum sive annullatum est, in consideratione non haberi, *l. 1. §. fin. ff. quod quisq; jur. l. quoties. & ibi Iason. ff. qui satisd. cog. l. non putavit. §. non quis. ff. de bon. possess. contra tabulas.*

Atque illud quod extinctum est, perinde habeatur, atque si illud nunquam extitisset, *l. item eorum. §. quod si actor. & ibi glos. ff. quod civis universit. nom. l. si pro parte. §. usum. juncta glos. ff. de in rem vers.*

Sed in casu præsenti investitura Regis L. penitus est extincta per renunciationem & refutationem realem & omnimodam, per adjectionem novæ formæ, qualitatis, tenoris, & novorum pactorum in posterioribus investituris facta, per præscriptionem, per transactionem, per decisionem & separationem bonorum & investituræ, nec non per sententiam, quæ in rem judicatam transivit.

Igitur sequitur, prædictam regulam in casu præsenti locum non habere.

Secundò respondeo, illam regulam locum non habere in iis, quæ ad successores transitoria non sunt, nisi illa expressè renovata fuerint, cum sit clari juris, dispositionem quamlibet restringi ad habilia sive apta, *l. ut gradatim. §. 1. ff. de muner. & honor. l. adigere. §. quamvis. ff. de jur. patro. l. 2. juncta. glos. C. de SS. Ecclesiis. Bart. l. 1. ff. de eo quod cert. loc. Bart. l. 1. §. nunciatio. num. 20. usq; ad num. 25. & ibi Alex. Ias. & Dd. ff. de oper. nov. nunc. Ang. §. in personam. & ibi Ias. num. 26. Inst. de act.*

Nec non etiam ll. cautum sit, quam libet dispositionem tam tacitam quam expressam secundum ejus rei de qua agitur naturam, sive secundum subjectam materiam intelligendam esse, *l. si uno in princ. ff. de locat. & conduct. cum similibus allegatis suprà,*

Sed

Sed certum est, quod jus simultaneæ investituræ neque activè neque passivè ad successores transeat, nisi illius renovatio expressè & petita & obtenta fuerit.

Igitur etiam ex hoc sequitur, prædictam regulam in casu præsenti locum non habere.

Tertiò respondeo, illam regulam locum non habere in iis, in quibus pro forma requiritur expressio verbalis, specialis, patens & singularis, sicut hoc satis probatur, cum per illa, quæ suprà de relatione sive de repetitione per relationem facta, diximus, tum quia forma præcisè, specificè & ad unguem adimpleri debet, nec per æquipollens adimpleri potest, *Bald. Ang. Imol. Paul. Cast. & Dd. l. 1. ff. de liber. & posthum.* cum similibus vulgaribus.

Sed certum est, quod secundum consuetudinem juris Saxonici pro forma renovationis simultaneæ investituræ præsertim respectu Baroniorum reliquorumque feudorum regalem requiratur expressio verbalis, specialis, patens & singularis.

Igitur ex hoc sequitur, præallegatam regulam in casu præsenti locum non habere.

Quartò respondeo, illam regulam locum non habere eo casu, quando tacitè vel expressè contrarium actum est.

Tum quia clari juris est, nec non & in 107. ratione decidendi comprobatum, quod de consensu Domini & vasalli prima investitura, sive illa, quæ in prima investitura dicta & posita sunt, per sequentes investituras alterari & mutari possint, quodq; eo casu, quando communi consensu Domini & vasalli prima investitura mutata vel alterata est, non prima sed sequentes investituræ considerandæ sint, Tum quia clari & indubitati juris est, quod per pactum tacitum vel expressum possit derogari & dispositioni legum, *l. pacisi. ff. de pact.*

Et consuetudinibus feudorum, *c. 1. §. hoc autem notandum. de his qui feud. dat. poss. c. 1. §. filii verò. de success. feud. c. 1. §. præterea quid sit investitura. c. 1. de success. fratrum. c. 1. §. fin. per quos fiat investitur. c. 1. & ibi Bald. de duob. fratrib. à cap. invest.*

Et naturæ tam feudi, quàm cujuslibet contractus sive actus, *l. 1. §. si convenit. ff. depositi. l. contractus. ff. de regulis juris. Bartol. l. ubi ita donatur. ff. de donat. caus. mort. gloss. Bald. Alberic. de Rosat. Berengar. Fernand. & Dd. l. pacta conventa. ff. de contrah. empt.*

Tum quia expressum est longè efficacius & potentius tacito, *Ioan. And. c. stricti, de reg. jur. lib. 6. Panor. c. Clerici. ext. de judic. Panor. c. si diligenti. col. 10. ext. de for. compet. Tiraquel. in tract. de ll. connubial. gloss. 7. num. 49. usq. ad num. 73. ubi ipse multos ad hoc & textus & Dd. citat.*

Tum quia expressum facit cessare tacitum, *l. fin. & ibi glos. C. de pact. convent.*

Sed ex iis, quæ suprà deduxi, satis liquet atque patet, quod & Reges Bohemiæ & Barones à B. primæ investituræ sive iis, quæ in prima investitura posita sunt, derogare voluerint.

Igitur etiam ex hoc sequitur, præallegatam regulam in casu præsenti locum non habere.

Quintò respondeo, in investitura Regis U. tantùm fieri mentionem Domini W. proavi Domini A. A. ejusque hæredum & posterorum, nec in illa ullam fieri mentionem de Domino A. A. ejusque patruis.

Et certum est, quod secundum dispositionem juris Saxonici ad hoc, ut quis ad successionem feudi ratione simultaneæ investituræ admitti possit, non sufficiat, majores ipsius simultaneam investituram habuisse, sed requiratur, ut is, qui se ad succesionem admitti petit, de illis feudis expressè, nominatim & specificè simultaneè investitus sit.

Ad nonam † rationem dubitandi respondeo, illam investituram quà quis pro se, hæredibus atque posteris suis simultaneè investitur, de feudo aliquo sive de feudis aliquibus, nec non & feudi, de quo quis simultaneè investitus est, illam naturam esse, ut illo simultanea investitura peruxis expiret, & neque ipsi recipienti, neque posteris ipsius parrocinetur, nisi illius renovatio eveniente casu mortis, vel in persona Domini feudi, vel in persona vasalli expressè, specificè & nominatim petita & obtenta fuerit, quodque hoc casu non sufficiant verba generalia vel generalis dispositio, sicut hoc in responsione ad 17. rationem dubitandi docui. 603

Similiter & in responsione ad septimam rationem dubitandi docui, quod in iis locis, in quibus jus Saxonicum viget, in-

vestituræ etiam antiquæ talis natura sit, ut collaterales ultimi defuncti ad successionem feudi etiam antiqui vel antiquissimi non admittantur, nisi ipsi de illo simultaneè investiti sint, & quidem nominatim expressè & specificè, Eodem modo & in responsione ad septimam rationem dubitandi comprobavi, quod & investituræ & simultaneæ investituræ talis natura atque proprietas sit, quod illa per separationem bonorum & investituræ penitus extinguatur.

Sed in casu præsenti in investiuris sequentibus nulla est facta mentio Baroniatum controversarum, & in illis est facta divisio & separatio bonorum & investituræ.

Igitur sequitur, quod inspecta natura & feudi, & tam investituræ quàm simultaneæ investituræ sequentes investituræ ita accipiendæ sint, atque si in illis expressum esset, quod proavus, avus, pater & patrui Domini A. A. nec non & ipse A. A. ulterius non debeat habere simultaneam investituram in Baroniis controversis.

Secundò respondeo, illud quod dicitur in nona ratione dubitandi, ea quæ in prima investitura cauta sunt, de natura atque proprietate feudi esse censeri, non habere locum, quando investitura prima per renunciationem & refutationem realem & omnimodam, aliosque modos superius relatos, penitùs est extincta & enervata.

Similiter indubitatum est, quod extincta sive enervata investitura prima, & omnis quoque præsumptio sive conjectura, tàm ex illa, quàm ob illam descendens tollatur & extinguatur.

Cum sit clari juris, quod sublato principali, & omnia quoque accessoria corruant, *l. cum principalis. & ibi Dec. & Cagnol. ad regul jur. gloss. l. si patronus. §. patronum. verb. Farian. ff. si quid in fraud. patron. cum multis similibus allegat. per Tiraquel. in tract. de constitut. possessor. part. 3. limitat. 7. num. 28.*

Sed in casu præsenti ex suprà deductis liquet, investituram Regis L. quæ pro prima allegatur, esse penitùs extincta, præsertim respectu simultaneæ investituræ per renunciationem realem & omnimodam, nec non & per alios modos suprà relatos.

Igitur sequitur, illud quod in nona ratione dubitandi adductum est, ea quæ in prima investitura disposita sunt, de natura feudi censeri, quodque pro iis, quæ in prima investitura cauta sunt, præsumatur, eamque ob caussam illa pro expressis habeatur, in sequentibus investituris in casu præsenti locum non habere.

Tertiò respondeo, ea quæ in nona ratione dubitandi adducta sunt, absque omni dubio non habere locum in nostris & similibus casibus, quando clarè liquet atque patet, quod tam Dominus feudi, quàm vasallus per sequentes investituras primæ investituræ derogare voluerit.

Ad 10. 11. & 12. rationem dubitandi patet responsio † ex iis, quæ adduxi in 23. decidendi & sequentibus rationibus usque ad 48. rationem decidendi. 204

Namque primò ista, quæ in istis tribus rationibus dubitandi adducta sunt, non habent locum in nostro & similibus casibus, quando verba generalia, universalia & geminata salva ratione texti sermonis, ad specificata restringi possunt.

Et hoc generaliter verum est, sive verba specialia præcedant sive sequantur, sicut hoc in 23. ratione decidendi docui.

Secundò respondeo, ea quæ in 10. 11. & 12. ratione dubitandi adducta sunt, non habere locum in nostro & similibus casibus, quando in dispositione aliqua, unà cum verbis generalibus, universalibus & geminatis reperiuntur verba modificativa, limitativa, restrictiva vel relativa, prout hoc docui in 24. 25. & 26. ratione decidendi.

Tertiò respondeo, ea quæ in 10. 11. & 12. dubitandi ratione adducta sunt, non habere locum in nostro & similibus casibus, quando præfatio sive mentio investituræ vel alterius dispositionis speciale est, sicut hoc docui in 27. ratione decidendi.

Quartò respondeo, quod in casu præsenti verba generalia, universalia & geminata investiturarum restrictionem recipere debeant, nec ita sint effusè & generaliter intelligenda, etiam probari per illa, quæ in 28. ratione decidendi adduxi.

Quintò respondeo, in investituris Regis G. & Regis L. principaliter tantùm agi de bonis in istis investituris expressis, atque clau-

clausulas sive verba generalia, universalia & geminata esse accessoria, sive in istis investituris accessoriè & minus principaliter poni.

Et certum est, quod omnes clausulæ omniaq; verba accessoria sint restringenda ad id, de quo principaliter agitur, nec principalem dispositionem arguant vel extendant, sicut hoc docui in 29. ratione decidendi.

Sextò respondeo, ex inclusione unius induci exclusionem omnium aliorum non obstantibus verbis generalibus, universalibus & geminatis dispositionis, sicut hoc in 30. ratione decidendi docui.

Septimò respondeo, sub verbis generalibus, universalibus & geminatis non comprehendi Baronias, reliquaq; feuda regalem dignitatem annexam habentia, præsertim eo casu, quando de illis principaliter agitur, sicut hoc docui in 31. ratione decidendi.

Similiter & verba quantumvis generalia, universalia & geminata non extenduntur ad illa, in quibus concedendis Princeps se solet difficilem reddere, qualia sunt Baroniæ & alia feuda regalia, sicut hoc docui in 32. ratione dubitandi.

Eodem modo sub verbis quantumvis generalibus, universalibus & geminatis non comprehenduntur illa, quæ sunt admodum notabilia, vel cum gravi præjudicio conjuncta, qualia sunt Baroniæ controversæ, sicut hoc docui in 33. ratione decidendi.

Octavò respondeo, quod verba generalia, universalia & geminata non sufficiant in nostro & similibus casibus, quando aliquid fieri debet vel specialiter vel nominatim vel verbis expressis, vel quando requiritur certitudo sive expressio respectu certæ speciei, prout hoc docui in 34. ratione decidendi.

Nonò respondeo, quod clausulæ generales sive verba generalia, universalia & geminata non sufficiant in nostro & similibus casibus, quando lex nova sive jus municipale novum aut consuetudo correctoria juris communis requirit, ut aliquid expressè fiat, prout hoc docui in 35. ratione decidendi.

Decimò respondeo, ea quæ in 10. 11. & 12. ratione dubitandi de verbis generalibus, universalibus & geminatis adducta sunt, non habere locum in nostro & similibus casibus, vel quando consuetudo expressè disponit, quod verba generalia, universalia & geminata non sufficiant, sed specialia necessaria sint, vel quando expressio specialis requiritur pro forma, vel quando etiam simpliciter consuetudo expressionem specialem requirit, cùm & hoc casu illa expressio specialis pro forma requisita esse censeatur, licet illud expressum non sit, sicut hoc docui in 36. & 37. ratione decidendi.

Undecimò respondeo, ea quæ in 10. 11. & 12. ratione dubitandi adducta sunt, non habere locum in nostro & similibus casibus, quando vel subjecta materia vel verisimilis mens disponentis contrarium suadet, vel quando ex aliis conjecturis alia interpretatio resultat, sicut hoc docui in 38. 39. 40. & 41. ratione decidendi.

Duodecimò ad illa, quæ in 10. 11. & 12. ratione dubitandi adducta sunt, patet & responsio ex iis, quæ in 42. ratione decidendi docui.

Decimo tertiò ad 10. 11. & 12. rationem dubitandi respondeo, verba generalia, universalia & geminata nunquam comprehendere jus semel extinctum, prout tempore investituræ Regis G. Regis L. & Imperatoris F. nec non & Præfecti inferioris Lusatiæ jus simultaneæ investituræ, quod proavus Domini A. A. in Baroniis controversis habuit, penitus extinctum fuit, sicut hoc docui in 43. 44. & 45. ratione decidendi.

Decimoquartò, ad illa patet etiam responsio ex iis, quæ adduxi in 46. & 47. ratione decidendi.

Decimoquintò respondeo, falsum esse, quod investitura Præfecti inferioris Lusatiæ sit generalis, atque ex tenore illius manifestè apparere, quod illa sit specialis, & tantùm restricta ad Baroniam F. & dimidiam partem Baroniæ T.

Et cum Dominus A. A. investituram Regis M. hactenus non produxerit nec probaverit, cujus tenoris illa fuerit, Dominus A. A. se illa investitura juvare nequit, sicut hoc suprà docui.

Ad decimam tertiam rationem dubitandi respondeo negando, quod sequentes investituræ se referant ad investituram Regis L.

Nec in ulla investitura hactenus producta, ulla fit mentio, quod ista se referat ad investituram Regis L.

Et licet in investitura Regis G. & Regis L. reperiatur talis clausula, quod Rex G,

& Rex L. proavo, patri & patruis Domini A. A. confirmaverit omnia illorum privilegia, investituras & instrumenta, quæ majores ipsorum & ipsi à Romanis Imperatoribus, Regibus Bohemiæ, & aliis Principibus impetravêre.

Attamen & in rationibus decidendi & in responsione ad 10. 11. & 12. rationem dubitandi comprobavi, quod ista clausula generalis restringatur tantùm ad illa privilegia, investituras & instrumenta, quæ proavus, pater & patrui Domini A. A. à Romanis Imperatoribus, Regibus Bohemiæ, & aliis Principibus impetravêre, respectu illarum Baroniarum, de quibus in istis investituris fit mentio, nempe respectu Baroniæ F. quodque talis clausula nullo modo extendatur ad Baronias controversas, vel ad jus simultaneæ investituræ, quod respectu Baroniarum controversarum Dominus W. proavus Domini A. A. à Rege L. impetravit.

Secundò respondeo, illam clausulam generalem non esse clausulam relativam, sed tantùm esse clausulam confirmativam, & quidem continentem confirmationem in forma communi.

605 Et certum est, † quod confirmatio nihil novi juris tribuat, *c. qua diversitatem ext. de concess. præb. c. examinata. ext. de confirmat. util. & inutil. l. & quia, & ibi Bart. Bald. Alex. Ias. Dec. & Dd. ff. de jurisd. om. judic.*

606 Similiter clari juris est, † quod confirmatio non augeat neque extendat confirmatum, *Bald. l. adversus. circa fin. C. si advers. rem. judic. Bald. l. nominationes. C. de appell. Bald. c. 1. in prin. per quos fiat investitur. Alex. conf. 122. col. 6. lib. 4. Ias. l. more. num. 41. ff. de Iurisd. omnium judic. Dec. Rub. num. 1. ext. de confirmat. util. & inutil.*

Ex quo infertur, quod ista clausula generalis confirmatoria, neque investituram Regis G. neque investituram Regis L. extendat ad alia bona, præter illa, quæ in illis investituris expressa sunt.

Deinde quoque jure Saxonico expressè cautum est, quod simultanea investitura non sit translatoria ad successores, neque activè neque passivè, sed quod mortuo vel Domino feudi vel vasallo illud jus expiret.

Similiter jure Saxonico cautum est, quod ad hoc, ut agnatus collateralis ultimi defuncti ad successionem feudi admitti possit, requiratur, ut is de isto feudo simultaneè investitus sit, quodque non sufficiat, parentes vel majores suos de isto feudo simultaneè investitos esse.

Eodem quoque modo jure Saxonico cautum & consuetudine receptum est, quod ad renovationem simultaneæ investituræ non sufficiat, illud jus simultaneæ investituræ, quod parentes vel majores alicujus habuêre, confirmari, sed requiratur & necesse sit, ut jus simultaneæ investituræ in personis successorum expressè nominatim & specificè confirmetur & de novo concedatur.

Et in investitura Regis L. nulla fit mentio avi, patris & patruorum Domini A. A. multò verò minus ipsius Domini A. A.

Igitur ex hoc infertur, etiamsi probari possit, illam clausulam generalem etiam comprehendere investituram Regis L. quod tamen per illam clausulam generalem non sit inducta renovatio simultaneæ investituræ de Baroniis controversis respectu patris & patruorum Domini A. A. & ipsius Domini A. A. quodque eam ob causam etiam ex hoc capite ista clausula generalis Domino A. A. patrocinari non possit.

Multò verò minus illa clausula Domino A. A. patrocinari potest, cum ut ex suprà dictis liquet, illa clausula minimè referatur ad jus simultaneæ investituræ, quod per investituram Regis L. in Baroniis controversis proavo Domini A. A. concessum est.

Tertiò respondeo, illam clausulam generalem, esse clausulam accessoriam.

Et certum est, nec non etiam superius comprobatum, quod clausulæ accessoriæ principalem dispositionem non extendant, nec hoc operentur in investitura, vel alia dispositio porrigatur ad alias res aliave bona, præter illa, quæ in ista investitura vel dispositione expressa sunt, & de quibus in illa dispositione sive investitura principaliter agitur.

Quartò respondeo, quod relatio sive clausula relativa nihil operatur in iis, quæ vel requiruntur pro forma, vel in quibus requiritur expressio verbalis, patens aut singularis.

Sicut hoc docui suprà in responsione ad 5. rationem dubitandi circa fin. Sed certum est, quod secundum dispositionem juris Saxonici pro forma renovationis simultaneæ investituræ requiratur, ut illa fiat & verbis expressis & specialibus & patentibus & singularibus.

Igitur sequitur, quod hoc casu non sufficiat expressio relativa sive per relationem ad aliud facta.

Rursus ex hoc infertur, nisi probari posset, istam clausulam generalem & relativam esse, & se inter cætera referre ad investituram Regis L. quod tamen per hoc renovario simultaneæ investituræ minimè inducta sit, quodq; ista relatio Dn. A.A. nihil patrocinetur.

Multò verò minus illa clausula generalis Domino A.A. patrocinari potest, cum illa non sit relativa, sed tantùm confirmativa & accessoria, neque etiam sub illa investitura Regis L. quoad juris simultaneæ investituræ respectu Baroniarum controversarum comprehendatur.

Quintò respondeo, quod neq; clausula confirmativa, neque clausula relativa extendatur ultra mentem & intentionem agentium, sicut hoc ex suprà deducto liquet.

Similiter suprà comprobavi, quod neque Regum Bohemiæ neque Baronum à B. mens & intentio fuerit, quod per istam clausulam generalem voluerint facere renovationem simultaneæ investituræ respectu Baroniarum controversarum.

Igitur etiam ex hoc sequitur, quod dici vel prætendi nequeat per istam clausulam generalem Baronibus à B. renovatum esse jus simultaneæ investituræ respectu Baroniarum controversarum.

Ad 14. rationem dubitandi respondeo,
607 illam clausulam, † ut omnia habeantur pro expressis, nihil penitus operari in contractibus vel actibus privatorum, *Alex. & Ias. l. sed etsi quis. §. quæsitum. ff. si quis caut. Ias. l. 1. circa fin. ff. si quis in ius voc. non ierit. Ias. l. prætor. col. 2. ff. de oper. nov. nunc. Tiraquel. in tract. de ll. connubial. glos. 7. num. 204.*

Et idem quoque juris est in contractibus celebratis inter Principem & privatum.

608 Namque clari juris est, † quod Princeps in contractibus suis utatur jure communi atque eodem jure quo utuntur privati, *Bal. & Ias. l. ex imperfecto. C. de testam. Bald. c. 1. §. fin. num. 3. de nov. form. fidel. Ias. l. quoties. num. 10. C. de rei vendic. Dec. c. 1. num. 1. & ibi Felin. num. 1. arg. ill. text. ext. de probat. Socin. jun. conf. 76. num. 3. lib. 1. Roll. à Vall. conf. 66. num. 37. lib. 2. Laur. Sylvan. conf. 44. nu. 28.*

Sed certum est, quod feudum nec non & investitura feudi sit contractus & quidem nominatus, *Bald. l. jur. gent. §. quin imò. num. 19. & ibi Ias. num. 16. & 17. ff. de pact. Bald. conf. 291. lib. 2. Socin. conf. 63. nu. 6. lib. 1. conf. 165. num. 5. lib. 2. Bald. c. quæ in Ecclesiarum. num. 21. ext. de constitut. Ias. in prælud. feudor. num. 34. Ias. inter conf. Albert. Brun. conf. 8. nu. 32. Ang. l. legitima. ff. de pact. Curt. jun. in tract. feud. 2. part. 2. part. prin. num. 52. Albert. Brun. conf. 2. num. 15. Card. Paris. conf. 23. num. 79. lib. 1. Roll. à Vall. conf. 3. num. 32. lib. 1.*

Ex quo infertur, prædictam clausulam positam in investitura Regis G. & Regis L. nihil operari, præsertim quoad renovationem simultaneæ investituræ respectu Baroniarum controversarum, in qua renovatione pro forma & essentia requiritur, ut talis renovatio fiat verbis expressis, specialibus & singularibus.

Secundò respondeo, † etiam in iis casibus, in quibus talis clausula aliquid operari potest, illam clausulam operari tantùm respectu illorum, ad quæ ista clausula refertur, sive quæ ista clausula comprehendit, non autem respectu aliorum. 609

Cum sit clari juris, quod limitata relatio sicut & limitata caussa limitatum effectum producat, nec ultra id extendatur vel porrigatur, *l. cancellaverat. ff. de his quæ in testamento delentur. l. in agris. ff. de acquir. rer. domin. l. age cum Geminiano. & ibi Ias. & Dd. C. de transact. cum multis similibus allegat. per Tiraq. in tract. cessante causs. part. 1. num. 142.*

Sed ex iis, quæ suprà deducta sunt, satis liquet atque paret, quod ista clausula generalis, cui est inserta ista clausula, ut omnia habeantur pro expressis, non comprehendat investituram Regis L. respectu Baroniarum controversarum.

Igitur etiam ex hoc sequitur, istam clausulam respectu Baroniarum controversarum nihil penitùs operari.

Tertiò respondeo, neque prædictam clausulam, neque ullam aliam clausulam quicquam operari, vel principalem investituram aut dispositionem extendere ad ea, quæ in investitura specificata non sunt eo casu, quando illa clausula est posita non principaliter sed accessoriè.

Sed in investituris Regis G. & Regis L.

 ista

ista clausula non est posita principaliter sed accessoriè.

Igitur sequitur, illam clausulam nihil operari respectu Baroniarum controversarum, de quibus in istis investituris nulla est facta mentio, neq; id efficere, ut illæ investituræ extendantur ad Baronias controversas.

Quartò respondeo, illam clausulam nihil operari ultra mentem & intentionem disponentis, sicut hoc ex suprà deductis liquet.

Sed certum est, nec non & suprà comprobatum, quod regnum Bohemiæ tanquam Dominorum feudi, nec non & Baronum à B. tanquam vasallorum mens & intentio non fuerit, sub illa clausula comprehendere Baronias controversas, sive renovationem simultaneæ investituræ respectu Baroniarum controversarum.

Igitur etiam ex hoc sequitur, illam clausulam generalem Dn. A. A. nihil patrocinari.

Quintò respondeo, etiamsi probari possit, istam clausulam generalem etiam investituram Regis L. comprehendere, & de illa intelligi posse.

Attamen istam relationem non operari plus, quàm ipsa investitura Regis L. operatur.

Sed certum est, quod in investitura Regis L. nulla sit facta mentio, neque avi, neque patris, neque patruorum Domini A. A. neque etiam ipsius Domini A. A.

Et jure Saxonico cautum est, quod ad hoc, ut quis vigore simultaneæ investituræ ad successionem feudi admitti possit, non sufficiat, parentes vel majores ipsius de isto feudo simultaneè investiros esse, sed requiratur, ut is, qui se ad talem successionem admitti postulat, de isto feudo nominatim & expressè simultaneè investitus sit.

Igitur etiam ex hoc sequitur, istam clausulam generalem Domino A. A. patrocinari non posse, etiamsi probari posset, sub illa clausula generali etiam investituram Regis L. comprehendi, Multò verò minus illa clausula generalis Domino A. A. patrocinari potest.

Cum certum sit, sub illa investitura Regis L. præsertim quoad simultaneæ investituræ respectu Baroniarum controversarum non comprehendi.

Ad 15. rationem dubitandi patet responsio ex iis, quæ adduxi in 21. ratione decidendi.

Ad 16. rationem dubitandi respondeo, † illud quod dicitur, pro expressis sive expressè dispositis haberi illa, quæ sunt solita sive consueta, in talibus vel similibus actibus exprimi non habere locum in illis, quæ pro forma actus requisita sunt, *Ang. l. licet. C. de locat. & conduct. Salyc. l. quod si nolit: §. quia assiduà. ff. de ædil. edict. Ias. l. ut liberis. C. de collat. Ias. l. certi condictio. §. si nummos. n. 26. vers. limita tamen prædicta. ff. si cert. petatur. Nicol. Everhard. in loc. ab usitat. num. 14.* 610

Sed certum est, quod secundum dispositionem juris Saxonici pro forma renovationis simultaneæ investituræ requiratur, ut illa fiat verbis expressis, specialibus, potentibus & singularibus.

Igitur sequitur, eo respectu pro expressis non haberi illud, quod in similibus casibus exprimi solet.

Rursus ex hoc infertur; cum in investitura Regis G. Regis L. Imperatoris F. & Præfecti inferioris Lusatiæ factis proavo, avo, patri & patruis Domini A. A. nulla sit facta expressa mentio, de Baroniis controversis dici vel reputari non posse, renovationem simultaneæ investituræ in illis investituris factam, etiamsi probari possit, in iis locis, in quibus Baroniæ controversæ sitæ sunt, usitatum & consuetum esse, ut in investituris posterioribus exprimantur nomina omnium illorum feudorum, de quibus in investitura prima mentio facta est.

Secundò respondeo, illud, quod in 16. ratione dubitandi dicitur, quod pro expresso habentur ea, quæ solita sunt exprimi, habere tantùm locum in iis, quæ respiciunt executionem vel clariorem elucidationem eorum, quæ in instrumento aliquo principaliter expressa sunt, non autem in iis, quæ respiciunt novam dispositionem vel novum effectum, *Carol. Molin. in additio. ad Alex. cons. 28. numer. 4. lib. 2.*

Similiter illud, quod in 16. ratione dubitandi adductum est, quod solita exprimi pro expressis habeantur, procedit tantùm in iis, quæ sunt accessoria sive qualitates eorum, de quibus principaliter agitur, non autem in iis, quæ non substantiam continent.

Nam.

Namq; clari & indubitati juris est, nec non & superius comprobatum, quod qualitas sive accidens facilius inducatur quam substantia, quodque facilius quid admittatur in consequentiam quàm principaliter.

Similiter clari juris est, quod qualitas sive accidens facilius præsumatur quàm substantia, *Alex. conf. 50. col. 2. lib. 5. cons. 179. col. 2. lib. 6. Dec. cons. 442. col. 4. in fin. Cravet. in tract. de antiquitat. tempor. par. 3. §. venio nunc ad tertiam. num. 22.*

Sed Baroniæ controversæ sunt per se Baroniæ principales, nec sunt accessoriæ Baroniæ F.

Igitur sequitur, neque investituram Regis G. neque investituram Regis L. neque investituram Regis F. neque investituram Præfecti interioris Lusatiæ ita accipi posse, ut in illis intelligantur expresse Baroniæ controversæ, etiamsi probari vel fides fieri posset, in illis locis, in quibus Baroniæ controversæ sitæ sunt, usitatum & consuetum esse, ut in investituris posterioribus exprimantur omnia illa bona, de quibus in prima investitura mentio facta est.

Tertiò respondeo, in casu præsenti ex renunciatione reali & omnimoda Domini M. avi Domini A. A. ex separatione bonorum & investituræ, nec non etiam ex multis aliis judiciis in circumstantiis suprà relatis, satis superque constare & liquere, quod neque Reges Bohemiæ, neq; Barones à B. sub investituris posterioribus comprehendere voluerint Baronias controversas.

Et indubitati juris est, illud quod dicitur, pro expressis haberi ea, quæ usitata sunt, exprimi, non habere locum eo casu, quando constat de contraria mente contrahentium vel alium actum celebrantium, *Ias. l. certi, condictio. §. si nummos. num. 26. vers. limita tamen prædicta. ff. si cert. petat. Nicol. Everhard. in sua Topic. in loc. ab usitat. num. 15.*

Ad 17. rationem dubitandi respon-
611 deo † negando, quod verisimile sit, quod Reges Bohemiæ & Barones à B. in posterioribus investituris de Baroniis controversis expressim mentionem facere voluerint, si de hac lite cogitassent.

Quin imò per id, quod Rex U. Baronias controversas tanquam suæ regiæ Majestati apertas, Cancellario suæ regiæ Majestatis concessit, & Dominum U. de istis Baroniis ex causa nova, quia videlicet is has Baronias à Cancellario suæ regiæ Majestatis de novo acquisivit, investivit, quodque Dominus M. avus Domini A. A. illis Baroniis omnimodò & realiter renunciavit, item & per id, quod sequentibus investituris est adjecta nova forma, nova qualitas, novus tenor, nova pacta, & per separationem bonorum investituræ, quodque Dominus U. ejusque filii de Baroniis controversis separatim & tantùm pro se atque descendentibus suis & avus, pater & patrui Domini A. A. separatim & tantùm pro se atque descendentibus suis sunt investiti de Baronia F. nec non etiam ex aliis indiciis & argumentis satis superque probari, quod neque Reges Bohemiæ neque Barones à B. in posterioribus investituris factis avo, patri & patruis Domini A. A. voluerint facere mentionem de Baroniis controversis.

Et sic liquet, ea quæ in 17. ratione dubitandi adducta sunt, nostræ decisioni non obstare.

Secundò respondeo, illud quod in 17. ratione dubitandi dicitur, pro expressis haberi, ea, quæ verisimiliter disponentes expressissent, si de illis cogitassent vel interrogati fuissent, non aliter habere locum, nisi verisimile sit, quod uterque contrahens illa expressus fuerit, si de hoc vel cogitasset vel interrogatus fuisset, nec sufficit, ex parte unius contrahentis hoc verisimile esse.

Sed in casu præsenti certum & indubitatum est, quod Reges Bohemiæ in posterioribus investituris noluerint facere mentionem de Baroniis controversis, nec Barones à B. in F. de Baroniis controversis investire.

Igitur etiam ex hoc sequitur, illud quod in 17. ratione dubitandi adductum est, pro expressis haberi id, quod quis verisimiliter expressisset, si de hoc vel cogitasset vel interrogatus fuisset, in casu præsenti locum non habere, etiamsi doceri posset, hanc verisimilitudinem ex parte Baronum à B. subesse, quod tamen nunquam

doceri poterit, imò contrarium ex suprà dictis liquet.

Tertiò respondeo, illa quæ in 17. ratione dubitandi adducta sunt, non habere locum eo casu, quando expressio requiritur pro forma, vel quando requiritur, ut expressio fiat verbis præsertim parentibus & singularibus, Tum quia certum est, quod forma debeat adimpleri præcisè, specificè & ad unguem, nec per æquipollens adimpleri possit, sicut hoc suprà docui.

Tum quia certum est, nec non & superius comprobatum, quod conjecturata voluntas non sufficiat in iis, in quibus requiritur expressio vel pro forma, vel verbis parentibus & singularibus.

Sed certum est, nec non & in rationibus decidendi comprobatum, quod secundum consuetudinem juris Saxonici pro forma renovationis simultaneæ investituræ requiratur, ut illa renovatio fiat verbis expressis, parentibus & singularibus.

Igitur etiam ex hoc sequitur, ea quæ in 17. ratione dubitandi adducta sunt, in casu præsenti locum non habere.

612 Ad 18. rationem dubitandi † patet responsio ex iis, quæ adduxi in 107. ratione decidendi.

Namque illud quod in 18. ratione dubitandi dicitur, quod primæ investituræ non derogetur per posteriores, quæ aliter quàm prima loquuntur, non habet locum in nostro & similibus casibus, quando constat, quod de communi consensu Domini & vasalli in sequentibus investituris prima investitura mutata, vel alterata fuit.

Secundò respondeo, ea quæ in 18. ratione dubitandi adducta sunt, non habere locum secundum dispositionem juris Saxonici respectu simultaneæ investituræ, Namque certum est, quod jus simultaneæ investituræ neque activè neque passivè ad successores transitorium sit, sed illud Domino vel vasallo mortuo expiret, nisi ejus renovatio in posterioribus investituris expresse, specificè & verbis parentibus & singularibus & petita & obtenta fuêre, sicut hoc suprà docui.

Et sic liquet, quod quoad jus simultaneæ investituræ, de quo est facta mentio in prima investitura secundum dispositionem juris Saxonici, per posteriores investituras primæ investituræ derogetur eo ipso, quod ista simultanea investitura in posterioribus sive sequentibus investituris expresse, specifice sive verbis expressis, parentibus & singularibus renovata non est.

Tertiò respondeò, in casu præsenti investituræ Regis L. esse derogatum non tantùm per posteriores investituras, sed etiam per renunciationem sive refutationem realem & omnimodam Domini M. avi Domini A. A. item & per separationem bonorum & investitura per præscriptionem & per sententiam quæ in rem judicatam transivit, quibus modis primæ investituræ derogari posse, dubio omni caret.

Ad 19. rationem dubitandi, † patet responsio ex iis, quæ adduxi in 108. 109. 110. 111. ratione decidendi. 613

Namque ex illis, quæ in 108. ratione decidendi adduxi, satis liquet, illud quod investitura Regis L. in sequentibus investituris alterata & mutata est, quodque sequentes investituræ primæ derogent, esse factum non per errorem, neque ignorantiam, sed ex certa scientia & Regum Bohemiæ & Baronum à B.

Ideoque illud, quod in 19. ratione dubitandi adductum est, si in posterioribus investituris contra formam & tenorem primæ investituræ quid mutatum fuerit, illud præsumi esse factum per errorem, in casu nostro locum non habere.

Cum sit clari & indubitati juris, quod in certis non sit locus conjecturæ vel præsumptioni, *l. continuus. §. cum ita. ff. de verb. obligat.*

Quodque præsumptio cedat veritati, *l. fin. in prin. ff. quod met. caus.* Præterea illud, quod in 19. ratione dubitandi adductum est, quod eo casu, quo in posterioribus investituris quid immutatum vel alteratum reperitur, præsumatur illud esse factum per impressionem, non habet locum in nostro & similibus casibus, vel quando illæ posteriores investituræ, in quibus ista mutatio sive alteratio facta est, sunt concessæ à Rege vel Principe, potissimùm si ille Rex vel Princeps, qui istam investituram fecit vel emisit, justitiâ, prudentiâ, aliisque Regiis virtutibus excelluit, vel quando posteriores investituræ sunt factæ habito consilio & deliberatione cum Consiliariis.

Similiter illud non habet locum in nostro & similib⁹ casibus quando videl. intervenit lapsus temporis longi, longissimi, vel

vel immemorialis, vel reiteratio sive geminatio actus, sicut hæc omnia docui in 111. ratione decidendi.

Præterea quoque Dd. nolentes mutationem sive alterationem in sequentibus investituris factam, præsens esse factam per impressionem, loquuntur tantùm in illis terminis, quando agitur de præjudicio juris quæsiti.

Ideoq; illorum Dd. decisio nullo modo extendi debet ad illum casum, quando agitur de præjudicio juris quærendi, cum facilius alicui præjudicetur in jure quærendo, quàm in jure quæsito, sicut hoc suprà docui.

Rursus ex hoc infertur, quod illa doctrina Doctorum non habeat locum in terris Saxonicis respectu juris simultaneæ investituræ, non sit ad successores transitorium, & sic successores tantùm agant de jure quærendo, non autem de jure quæsito, cum itaque ipsa mutatio sive alteratio facta in casu præsenti, in posterioribus investituris sit facta, non per errorem, neque per impressionem, sed ex certa scientia & sponte, dubio omni caret, illam alterationem & mutationem, & valere & ratam esse, & Baronibus à B. præjudicari, sicut hoc docui in 107. ratione decidendi.

Deinde etiam in 109. & 110. ratione decidendi comprobavi, quod in casu præsenti Baronibus à B. patrocinari non possit, etiamsi Dominus A. A. fidem facere posset, illam mutationem sive alterationem in posterioribus investituris esse factam, non ex certa scientia, sed per errorem.

Præterea quoque indubitatum est, quod secundum dispositionem juris Saxonici, neque Rex, neque Princeps, neque alius Dominus feudi vasallo, vel successoribus ipsius jure simultaneæ investituræ renovare obligatus sit, nisi illa renovatio intra tempus debitum petita fuerit.

Sed ex investituris mihi transmissis liquet atque patet, quod neque ipse Dominus A. A. neque proavus, avus, pater vel patrui, ejus renovationem simultaneæ investituræ respectu Baroniarum controversarum intra tempus legitimum petierint.

Igitur sequitur, quod Reges Bohemiæ non fuerint obligati Domino A. A. ejusque proavo, avo, patri & patruis jus simultaneæ investituræ respectu Baroniarum controversarum renovare, quodque eam ob causam illud, quod in 19. ratione dubitandi dicitur, quod Princeps revocans ea, vel faciens aliquid contra illa, ad quorum observantia ipse obligatus est, præsumatur esse circumventus, in casu præsenti locum non habeat.

Ulterius & ll. expressè cautum est, quod non tantùm Princeps, sed etiam privatus cum consensu partis adversæ, & à contractu & ab obligatione recedere possit, *l. ab emptione. & ibi Dd. ff. de pact. l. de contractu. & ibi Dd. C. de rescind. vendit. §. hoc amplius. Instit. quibus mod. tollitur obligat.*

Similiter clari juris est, quod Princeps ex caussa justa & legitima, etiam altera parte invita, à contractu recedere, & contractum revocare possit, sicut hoc docui in rationibus decidendi.

Sed in illa mutatio sive alteratio facta, in posterioribus investituris, de qua in casu præsenti agitur, est facta cum consensu & Regum Bohemiæ & Baronum à B. nec non ex caussa justa & legitima, sicut hoc in rationibus decidendi docui.

Igitur etiam ex hoc sequitur, illud quod in 19. ratione dubitandi dicitur, quod Princeps revocans ea vel faciens quid contra illa, quæ ipse observare tenetur, præsumatur esse circumventus, in casu præsenti locum non habere.

Insuper etiam in casu præsenti Dominus A. A. ejusque patrui à jure simultaneæ investituræ, quod proavus ejus in Baroniis controversis habuit, exclusi sunt, non tantùm per mutationem sive alterationem factam in sequentibus investituris, sed etiam per refutationem realem & omnimodam factam à Domino M. avo Domini A. A. item & per separationem bonorum, & investituræ per præscriptionem & sententiam, quæ in rem judicatam transivit.

Igitur etiam ex hoc sequitur, ea quæ in 19. ratione dubitandi adducta sunt, Imperatoriæ Majestati nihil obstare.

Ad 20. rationem dubitandi respondeo, illud quod in 20. ratione dubitandi adductū est, quod à prima investitura non sit recedendū propter investituras posteriores aliter quàm prima investitura loquentes,

tes, nisi in posterioribus investituris expresse dictum fuerit, quod posteriores investituras de communi consensu Dn. & vasalli, & omnium illorum quorum interest, à prima investitura recessum fuerit, non habere locum secundum dispositionem juris Saxonici, quoad jus simultaneæ investituræ.

Namque illud penitùs extinguitur, nisi illud in sequentibus investituris expresse repetitum & renovatum fuerit.

Idem quoque juris est, secundum dispositionem juris communis in omnibus illis, quæ ad hæredes transitoria non sunt, nisi illa expresse renovata fuerint, sicut hoc multis rationibus comprobari possit.

Secundò respondeo, ea, quæ in 20. ratione dubitandi adducta sunt, procedere tantùm, quando agitur de præjudicio juris quæsiti, prout etiam in illis terminis Dd. ibidem citati tantùm loquuntur.

Nec illa ullo modo locum habent in nostro & similibus casibus, quando agitur de præjudicio juris quærendi.

Tertiò respondeo, illa non habere locum in nostro & similibus casibus, quando aliis modis probari potest, illam mutationem sive alterationem esse factam de communi consensu Domini & vasalli.

615 Cum sit clari juris, † quod probationum facultas non debeat angustari, *l. quoniam. circa fin. C. de Hæret.*

Quodque regulariter non curetur,
616 † quid de æquipollentibus fiat, *l. mulier. in prin. ff. ad S.C. Trebell. l. si mater. C. de institut. & substitut. Bart. & Dd. l. Gallus. §. & quid si tantùm. ff. de liber. & posthum.*

Quod potissimùm procedit eo casu,
617 † quando ex conjecturis sive præsumptionibus satis superq; liquet, quod Dominus & vasallus de communi consensu à prima investitura recedere, eiq; derogare voluerint, cum ut superius docui, illa pro expressis habeantur, de quibus ex conjecturis sive præsumptionibus evidentibus liquet.

Multò verò magis hoc locum habet, quando illæ conjecturæ lapsu temporis adjuvatur, vel ex lapsu temporis præsumitur & probatur, illam mutationem vel alterationem factam esse de communi consensu Domini & vasalli.

618 Tum quia clari juris est, † quod consensus præsumptus ex lapsu temporis habeatur pro expresso, & idem quod expressus consensus operetur etiam in iis, in quibus expressus consensus pro forma requiritur, *Gadzad. cons. 73. num. 29. vers. ad quintum. Tiraquel. in tract. de ll. connubial. glos. 7. num. 47.*

Tum quia illud tantùm quod adjuvatur, lapsu temporis idem operatur, quod expressum imò fortius & efficacius est, *Ias. l. cum quid. lect. 2. num. 16. ff. si cert. petat. vers. secunda conclusio est.*

Sed in casu præsenti ex multis evidentissimis & manifestissimis indiciis, conjecturis & præsumptionibus constat, quod investitura Regis L. per sequentes investituras de communi consensu & Domini feudi & vasalli alterata & mutata sit, illæq; conjecturæ & præsumptiones adeuntur lapsu temporis non modò longi, sed etjam longissimi & quodammodo imme- 619
morialis.

Igitur etiam ex hoc sequitur, † ea quæ in 20. ratione dubitandi adducta sunt, Imperatoriæ Majestati nihil obstare.

Quartò respondeo, illa quæ in 20. ratione dubitandi adducta sunt, absq; omni dubio locum non habere in nostro & similibus casibus, quando per renunciationem realem & omnimodam vel per separationem bonorum & investituræ, vel per sententiam, quæ in rem judicatam transivit, primæ sive antiquiori investituræ derogatum est.

Ad 21. rationem dubitandi respondeo,
† ea quæ in 21. ratione dubitandi adducta 620
sunt, absque omni dubio locum non habere secundum dispositionem juris Saxonici, quoad jus simultaneæ investituræ.

Namque certum est, quod secundum notoriam consuetudinem juris Saxonici, si quis vel per mutationem investituræ, vel per renunciationem, vel per negligentiam petendi investituram, semel exclusus fuit à jure simultaneæ investituræ, quod illa exclusio sit realis & perpetua, omnibusq; posteris & descendentibus exclusi noceat & præjudicet.

Secundò respondeo, quod adducta in 21. ratione dubitandi absque omni dubio locum non habeant in nostro & similibus casibus, quando per mutationem sive alterationem investituræ primæ feudum alioquin antiquum est, effectum novum per adjectionem, nempe novæ formæ, novæ qualitatis, novi tenoris vel novorum pactorum, quodq; eo casu absque omni dubio ista alteratio sive mutatio præjudicet, non tantùm illi vasallo, qui istam alterationem

tionem sive mutationem vel fecit vel fieri passus est, sed etiam omnibus posteris & descendentibus illius, prout hoc tenent omnes Dd. citati in responsione ad primam rationem dubitandi.

Tertiò respondeo, ea quæ in 21. ratione dubitandi adducta sunt, nō habere locum in nostro & simili. casibus, quando vasallus realiter, totaliter & omnimodò feuda renunciavit, prout Dn. M. avus Domini A. A. Baroniis controversis, realiter, totaliter & omnimodò renunciavit.

Quartò respondeo, ea quæ in 21. ratione dubitandi adducta sunt, non habere locum in nostro & similibus casib. quando videlicet non est tantùm facta mutatio sive alterario primæ investituræ, talis enim separario absque omni dubio omnibus posteris & descendentibus præjudicat, prout hoc tradit Bald. & Ludovic. Bolong. citat. in respons. ad primam rationem dubitandi.

Quintò respondeo, ea quæ in 21. ratione dubitandi adducta sunt, absq; omni dubio locum non habere in nostris & similib. casibus, quando constat vel liquet, quod & Dominus feudi & vasallus propter alterationem & mutationem investituræ primæ sive antiquioris voluerit præjudicare non tantùm sibi, sed etiam posteris suis.

Illudq; in præsenti casu ultra conjecturas, præsumptiones & argumenta superius adducta, etiam colligitur ex eo, quod illa mutatio sive alteratio investituræ primæ non semel, sed sæpius & non tantùm respectu unius vasalli, sed respectu & proavi & avi, & patris & patruorum & ipsiusmet Domini A. A. Baronis à B. & facta & rata & cursu temporis non modò longi sed longissimi & memorialis roborata est, sicut hoc multis rationibus comprobari possit, quæ sciens prudensq; omitto.

Ad 22. 23. 24. & 25. rationem dubitan-
621 di, patet responsio † ex illis, quæ adduxi in 112. & omnibus sequentibus rationibus decidendi, usque ad 119. rationem decidendi inclusivè.

Namque primò illa non habent locum respectu juris quærendi, quale jus est jus simultaneæ investituræ, namq; respectu illius Dominus feudi cum consensu vasalli indistinctè præjudicare potest filiis & posteris vasalli, & factum Domini & vasalli indistinctè nocet filiis & posteris vasalli, sicut hoc docui in 112. ratione decidendi.

Secundò respondeo, illa non habere locum in feudo novo sive jure feudali novo, prout jus simultaneæ investituræ in Baroniis controversis de novo est acquisitum à Domino W. proavo Domini A. A. qui similiter illud jus rursus amisit, & per divisionem factam cum fratribus suis, & per negligentiam petendi renovarionem simultaneæ investituræ.

Eodem modo jus simultaneæ investituræ, cum illud non sit transitorium ad successores in persona cujuslibet successoris, etiam qui renovationem illius obtinuit novam, censetur, sicut hoc docui in 113. ratione decidendi.

Tertiò illa non habent locum in feudo hæreditario, prout feuda controversa, feuda hæreditaria sunt, sicut hoc docui in 115. ratione decidendi.

Quartò illa non habent locum in nostro & similibus casibus, quando filii vel descendentes hæreditatem illius vasalli, qui mutarionem investituræ fecit vel etjam consensit, non confectpro inventario adivêre, sicut hoc similiter in 115. ratione dubitandi docui.

Et licet quoad hoc contrarium teneat *Bald. & Ias. in loco citat.* in 15. ratione dubitandi.

Attamen illi tantùm loquuntur in jure quæsito & in feudo aliquo, nec illorum opinio locum habet in nostro & similibus casibus, quando agitur vel de jure quærendo vel de feudo novo & quidem hæreditario.

Similiter illa opinio Baldi & Jasonis non habet locum, quando vasallus non tantùm consensit mutationi investituræ primæ, sed etiam se obligavit sive promisit pro se & hæredibus suis, quod contra illud venire vel illud impugnare non velit.

Cum sit clari & indubitati juris, quod consensus obligatorius descendentibus & successoribus vasalli præjudicet eo casu, quando ipsi hæredes vasalli non confecto inventario extirêre, *Curt. in tract. feud. par. 4. num. 148. num. 154. Iacob de S. Georg. in tract. feud. verb. & cum pacto. el. 2. num. 36. Zas. in tract. feud. part. 3. num. 27.*

Sed in casu præsenti non tantùm proavus, avus, pater & patrui Domini A. A. mutationi investituræ Regis L. consensere, sed etiam avus Domini

mini A. A. Baroniis controversis realiter, totaliter & omnimodò renunciavit, & pro se, hæredibus & successoribus promisit, & quidem non simpliciter, sed sub præstatione fidei, quæ jurejurando æquipollet, quodque contra illam renunciationem nihil facere vel attestare velit.

Igitur etiam ex hoc sequitur, illam doctrinam Baldi & Jasonis in casu nostro locum non habere.

Quintò, illa non habent locum in nostro & similibus casibus, quando Rex vel Princeps Dominus feudi ex caussa justa & legitima primæ investituræ derogat, sicut hoc docui in 116. ratione decidendi.

Sextò, illa non habent locum in nostro & similibus casibus, quando vel consuetudine introductum vel statuto sive ordinatione generali cautum est, quod factum vel negligentia vasalli posteris & descendentibus ipsius nocere debeat, prout hoc docui in 117. & 118. ratione decidendi.

Septimò, illa non habent locum in nostro & similibus casibus, quando per sententiam, quæ in rem judicatam transivit, tacitè vel expressè pronunciatum est, quod factum sive negligentia vasalli, descendentibus & posteris ipsius noceat & præjudicet.

622 Ad 26. rationem respondeo, † ea quæ in 26. ratione dubitandi adducta sunt, non habere locum in nostro & similibus casibus, vel quando illud feudum de quo agitur, est feudum hæreditarium, vel quando descendentes illius, contra quem præscriptio lapsa est, hæreditatem illius adivere inventario non conscripto, prout hæc omnia docui in 120. ratione decidendi.

Similiter ea, quæ in 26. ratione dubitandi adducta sunt, procedunt tantùm respectu juris quæsiti, secus autem est respectu juris quærendi.

Namque eo respectu præscriptio lapsa contra vasallum descendentibus ipsius indistinctè præjudicat, cum quis facilius possit alteri præjudicare in jure quærendo, quàm in jure quæsito per jura superius allegata.

Deinde etiam superius comprobavi, mutationem investituræ Regis L. in casu præsenti factam, per sequentes investituras ab initio valuisse.

Ideoq; frustra de hoc disputatur, utrum illa per præscriptionem subsequentem confirmata fuerit.

Præterea quoque in casu præsenti Dn. A. A. obstat, & Dominum A. A. repellit non tantùm mutatio investituræ Regis L. in sequentibus investituris facta, & præscriptio sive lapsu temporis non modò longi, sed etiam longissimi & immemorialis, verùm etiam renunciatio sive refutatio realis & omnimoda ab avo Domini A. A. facta, item & separatio bonorum & investituræ, nec non & sententia contra patruos Domini A. A. prolata, quæ in rem judicatam transivit.

Ad 17. rationem dubitandi respondeo, primò, † illud quod dicitur per divisionem feudi, naturam feudi non mutari, nec dividentes filios aut posteros illorum extendi, à jure succedendi in feuda sit divisa, non habere locum secundum dispositionem juris Saxonici. 623

Namq; secundum dispositionem juris Saxonici per divisionem feudi inter fratres vel agnatos factam, & jus simultaneæ investituræ & jus succedendi in feudum penitùs extinguitur, nisi renovatio simultaneę investituræ intra tempus legitimum & petita & obtenta fuerit, sicut hoc in rationibus decidendi comprobavi.

Secundò respondeo, quod etiam secundum juris communis dispositionem, illa, quæ in 27. ratione dubitandi adducta sunt, non habeant locum in nostro & similibus casibus, quando facta est non tantùm simpliciter divisio feudi, sed etiam separatio & bonorum & investituræ, ita ut unusquisque de portione sua tantùm pro se & descendentibus suis separatim investitus fuerit, prout hoc docui in responsione ad [illegible]am rationem dubitandi.

Tertiò respondeo, quod etiam secundum juris communis dispositionem tàm jus succedendi in feudum, quàm jus simultaneæ investituræ penitùs extinguatur, quando post divisionem factam investituræ adjicitur nova forma, nova qualitas, novus tenor vel nova pacta, prout hoc in casu nostro factum est.

Quartò respondeo, quod renunciatio sive refutatio realis & omnimoda absq; omni dubio & renunciantem sive refutantem & descendentes illius à successione feudi excludat, sicut hoc docui in rationibus decidendi.

Sed Dn. M. avus Dn. A. A. totaliter, realiter & omnimodò renunciavit Baroniis controversis, sicut hoc similiter in rationibus decidendi comprobavi.

Igitur

Igitur sequitur, quod per hanc renunciationem sive refutationem realem & omnimodam & avus Domini A. A. & filii atque nepotes ipsius, & inter cætera ipse Dominus A. A. absq; omni dubio a successione Baroniarum controversarum exclusi fuerint.

Insuper etiam Domino A. A. obstat, sententia lata contra patruos ipsius, quæ in rem judicatam transivit, nec non & aliæ exceptiones, de quibus supra & in rationibus decidendi & in responsionibus ad rationes dubitandi mentio facta est.

Ad 28. rationem dubitandi respondeo, quod non tantùm jure Saxonico scripto cautum, sed in omnibus illis locis, in quibus jus Saxonicum viget, consuetudine immemoriali receptum sit, quod per divisionem feudi etiam antiqui & jus succedendi in illud feudum, & jus simultaneæ investituræ penitus extinguatur, nisi renovatio simultaneæ investituræ intra tempus legitimum & petita & obtenta fuerit.

Ideoque de iis, quæ in 28. ratione dubitandi adducta sunt, totus disputare supervacuum duxi.

Cum & consuetudo immemorialis sit optima legum interpres, nec non & omni juri contrario deroget, sicut hoc supra latè
614 comprobavi.

Ad 29. 30. 31. & 32. rationem dubitandi respondeo, primò, † quod in omnibus illis locis, in quibus jus Saxonicum viget, notoria consuetudine receptum nec non ultra tempus non modò longum vel longissimum sed immemoriali observatum fuerit, quod per divisionem etiam simplicem indistinctè extinguatur & jus simultaneæ investituræ & jus succedendi in feudum, quodque illa divisio quoad hoc præjudicet non tantùm ipsis dividentibus, sed etiam filiis descendentibus & successoribus ipsorum, sive illud feudum, de quo agitur, sit feudum novum sive antiquum, nec non, etiamsi illud feudum sit Baroniæ, item, sive quis illud feudum teneat ab Imperatore vel Rege sive ab inferiore, item, etiamsi in investitura divisionem præcedente cautum sit, ut uno mortuo, alius ipsi succedat, sive ut portio defuncti alteri accrescat, etiamsi in divisione neque tacitè neque expresse actum fuerit, quod unusquisque de sua portione tanquam de feudo novo investiri debeat.

Et cum illa consuetudo sit notoria, illa probatione non indigeat.

Illamque consuetudinem dispositionem juris Saxonici, qua generaliter cavetur, quod per divisionem & jus succedendi in feudum, & jus simultaneæ investituræ extinguatur, etiamsi de intellectu illius dispositionis alioquin dubitari posset, declarare atque huic declarationi omninò inhærendum, & dubio omni caret, & satis superque probatur, per ea, quæ adduxi in 19. ratione decidendi.

Similiter dubio omni caret, quod hæc consuetudo omninò servanda & sequenda sit, etiamsi fides fieri posset, eam & juri Saxonico & juri communi refragari, sicut hoc satis probatur per illa, quæ adduxi in 20. ratione decidendi.

Multò verò magis hæc consuetudo attendenda & sequenda est, cum illa juri Saxonico scripto sive in scriptis redacto non refragetur, sed in omnibus & per omnia consentanea sit, nec obstat quod *Henningus Gœden. cons. 21. num. 5. lib. 2.* velit, quod etiam secundum dispositionem juris Saxonici per simplicem divisionem feudi antiqui jus succedendi in feudum nec extinguatur.

Namque illa opinio *Henningi Gœden.* refragatur & generalitati textus, *cap. 32.* **Lehenrecht** / & receptæ consuetudini.

Eamque ob caussam illa opinio nullò modo tenenda vel sequenda.

Namque certum est, quòd illa opinio Doctoris, quæ textui alicui refragatur, nullo modo tenenda vel sequenda sit, *l. 1. §. fedneq; C. de veter. jur. enucl. Ioan. Andr. Abb. Felin. & Dec. c. 1. extr. de constitut.*

Similiter clari juris est, quòd illa opinio, quam consuetudo reprobavit, nullo modo tenenda vel sequenda sit, *Dec. cap. 1. num. 22. extr. de constitution. Carl. Molin. in consuetud. Parif. §. 31. num. 11.*

Quodque consuetudo non tantùm opinionibus Doctorum, sed etiam omni juri deroget & præferenda sit.

Secundò respondeo, ea, quæ in illis quatuor rationibus dubitandi adducta sunt, locum non habere, quando vasallus feudo renunciavit realiter, totaliter &

 omni-

omnimodò, tunc enim absque omni dubio, & ipse renuncians & filii atque descendentes illius generaliter & indistinctè in perpetuum excluduntur, & à jure succedendi & à jure simultaneæ investituræ, prout hoc docui in 60. ratione decidendi.

Sed in casu præsenti Dominus M. avus Domini A.A.Baroniis controversis renunciavit, illamque renunciationem realem & omnimodam esse, docui in 61. 62. 63. 64. 65. & 66. ratione decidendi.

Igitur etiam ex hoc sequitur, ea quæ in productis quatuor rationibus dubitandi adducta sunt, in casu præsenti locum non habere, quodque iis non obstantibus per istam renunciationem realem & omnimodam, & Dn. M. & omnes descendentes illius, & inter cætera Dominus A.A. exclusi fuerint ab eo omni jure & successionis & simultaneæ investituræ respectu Baroniarum controversarum.

Tertiò respondeo, licet *Baldus, Alvarotus, Præpositus & Matth. de Afflict. c. si quis morles Imper. Lothar. Eugen.* velint, per renunciationem sive refutationem, quem excludi a jure succedendi in feudum antiquum eo casu, quo renunciatio sive refutatio est facta ea lege, ut is, cui illud feudum refutatur, de eo tanquam de novo investiatur. Attamen in 65. ratione decidendi docui, in casu præsenti id actum esse, ut Dominus U. cui Dominus M. Baronias controversas refutavit, ejusque descendentes de Baroniis controversis tanquam de feudis novis investirentur.

Et ultra ea hoc comprobatur, namque in casu præsenti posterioribus investituris est adjecta nova forma, nova qualitas, novus honor, & nova pacta.

Et certum est, nec non in responsione ad primam rationem dubitandi comprobatum, eo ipso quod posterioribus investituris est adjecta nova forma, nova qualitas, novus tenor, vel nova pacta, satis probari illud actum esse, ut quis de feudo aliquo tanquam de feudo novo investiatur.

Nec etiam *Baldus, Alvar. Præpositus, Matth. de Afflict.* in præallegato loco requirunt ad hoc, ut per refutationem quis excludatur à jure succedendi, accrescendi & simultaneæ investituræ requiri, ut expresè agatur, ut quis de feudo, tanquam de feudo novo investiatur, sed illorum decisio generalis est.

Igitur sequitur, illorum decisionem generaliter intelligendam & ita accipiendam ut locum habeat, sive hoc tacitè sive expressè actum fuerit.

Tum quia divisio Doctorum generalis, generaliter intelligenda & ita accipienda est, ut omnes omninò casus comprehendat, *l. 1. §. ait ergo. ff. de his quæ in fraud. cred. cum similibus vulgar.*

Tùm, quia taciti & expressi regulariter eadem virtus & efficacia est, *l. cum quid. & ibi Dd. ff. si cert. petat.*

Deinde etiam *Baldus, Alvarotus, Præpos. & Matth. de Afflict.* non negant, per renunciationem realem & omnimodam extingui jus succedendi, jus accrescendi & jus simultaneæ investituræ.

Quinimò, textibus expressis cautum & à Dd. communiter traditum est, quod jus succedendi, jus accrescendi & jus simultaneæ investituræ extinguatur non tantum per hoc, quod expresè actum est, ut quis de feudo tanquam de feudo novo investiatur, sed etiam per renunciationem sive refutationem & realem & omnimodam, *juxt. text. clar. & express. cap. 1. & ibi Dd. de eo qui fin. fec. agnat. de feudis. cum multis similibus. allegat. in 60. ratione decidendi.*

Quartò respondeo, ea quæ in istis quatuor rationibus dubitandi adducta sunt, non habere locum in nostro & similibus casibus, quando investituræ est adjecta nova forma, nova qualitas, novus tenor, vel nova pacta.

Tunc enim per hoc feudum etiam antiquum efficitur novum, & quis excluditur ab omni jure & succedendi & simultaneæ investituræ & accrescendi, quod in illo feudo habuit, sicut etiam hoc comprobavi in responsione ad 1. rationem dubitandi.

Quintò respondeo, adducta in illis quatuor rationibus dubitandi non habere locum in nostro & similibus casibus, quando est facta divisio sive separatio & bonorum & investituræ: per illam enim tantùm secundum juris Saxonici, sed etiam secundum juris civilis dispositionem extinguitur & jus succedendi & jus accrescendi & jus simultaneæ investituræ, sic etiam hoc expresè tenet *Bald. & Ludov. Bolog. in locis citatis in responsione ad 1. rationem dubitandi.*

Et ultra illos item tenet *Henning. Gœd. cons. 21. nu. 5. lib. 2.*

Sextò

625 Sextò respondeo, † illud quod in 32. ratione dubitandi dicitur, quod in feudis antiquis factum patris vel alterius, filiis reliquisque descendentibus non noceat, non habere locum in nostro vel similibus casibus, quando illud feudum de quo agitur, est feudum hæreditarium, vel quando filii vel descendentes hæreditatem illius vasalli non confecto inventario adivêre, vel quando agitur de præjudicio non juris quæsiti sed juris quærendi. Præterea quoque ex iis, quæ adduxi in responsione ad primam rationem dubitandi, liquet atque patet, quod Baroniæ controversæ respectu Domini A. A. sint feuda nova.

Et certum est, nec non in rationibus decidendi comprobatum, quod in feudo novo factum patris sive alterius ascendentis omnibus posteris & descendentibus noceat & præjudicet.

Et tum consuetudo recepta & immemorialis textum *cap. 32.* Lehenrecht / ita interpretetur, quod per divisionem factam non tantùm dividentes sed etiam & filii & descendentes ipsorum excludantur ab omni jure & succedendi & accrescendi & simultaneæ investituræ, dubio caret, huic interpretationi, non obstantibus iis quæ in 32. ratione dubitandi adducta sunt, omninò inhærendum, *arg. l. minime. ff. de ll.*

Ad 33. rationem dubitandi respondeo, licet Dominus W. proavus Domini A. A. nusquam fratres F. & U. inter se tantùm diviserint Baroniam F. & Baroniam A. ita, ut Baronia A. Domino U. Baronia verò F. Domino W. & F. & obvenerit & applicata fuerit.

Attamen post illam decisionem ipsi fratres corumque descendentes fecerunt separationem & bonorum & investituræ respectu omnium Baroniarum controversarum.

Namque in investitura Regis G. concessa Domino W. proavus Domini A. A. nulla est facta mentio Domini W. agnati illorum trium fratrum, nec etiam Baroniæ M. S. B. & S.

Similiter in illa investitura nulla est facta mentio Domini U.

Igitur sequitur, per hæc satis superque probari, quod Dominus W. agnatus de istis quinque Baroniis, quæ ipse tunc temporis possedit, à Rege G. separatim investitus sit.

Rursus infertur, ex hoc probari, quod etiam Dominus U. de Baronia F. a Rege G. separatim investitus sit.

Præterea quoque ex investituris Regis U. Regis L. & Imperatoris F. nec non & Præfecti inferioris Lusatiæ clarè liquet & probatur, quod Rex U. Rex L. & Imperator F. avum, patrem & patruos Domini A. A. pro se atque hæredibus feudalibus ex corpore suo descendentibus separatim investierint de Baronia F. quodque illi iidem Reges separatim investierint de Baroniis controversis Dominum U. ejusque filios pro se & descendentibus suis.

Et sic ex hisce satis liquet, quod Barones à B. fecerint separationem & bonorum & investituræ respectu omnium Baroniarum controversarum.

Ex quo infertur, etiam posito, quod per divisionem factam inter illos tres fratres respectu Baroniæ F. & Baroniæ A. simultanea investitura & jus succedendi fuerit extinctum tantum ratione illarum duarum Baroniarum, quod tamen per istam separationem & bonorum & investituræ, jus simultaneæ investituræ & succedendi extructum sit ratione sive respectu omnium Baroniarum controversarum.

Præterea in casu præsenti jus simultaneæ investituræ & succedendi respectu Baroniarum controversarum est extructum, non tantum per divisionem & separationem bonorum, sed etiam per hoc, quod renovatio simultaneæ vestituræ à successoribus petita & obtenta non fuit, item & per renunciationem realem & omnimodam a Domino M. factam, item, quia in sequentibus investituris est adjecta nova forma, nova qualitas, novus tenor, & nova pacta, nec non & per sententiam quæ in rem judicatam transivit.

Et sic liquet, ea quæ in 33. ratione dubitandi adducta sunt, nostræ decisioni nihil obstare.

Ad 34. rationem dubitandi respondeo, † jure Saxonico expressè cautum esse, quod per divisionem feudi factam inter 626
fratres vel agnatos & jus succedendi in feudum & jus simultaneæ investituræ statim & ipso jure etiam absque ulteriori declaratione à Domino feudi facta extinguatur, nisi quis renovationem simultaneæ investituræ intra tempus legitimum petierit & obtinuerit, juxta *text. clar. & express. cap. 32.* Lehenrecht.

Nec obstant illa, quæ in 34. ratione dubitandi adducta sunt. Namque illa

 proce-

procedunt tantum secundum dispositionem juris civilis, nec in specie loquuntur in illis terminis quando per divisionem vel separationem bonorum & investituræ, jus simultaneæ investituræ sive jus succedendi in feudum extinguitur.

Secundò respondeo, quod declaratio voluntatis fiat non tantùm verbis sed etiam factis & reipsa, *l. de quibus. circa fin. ff. de ll. cum multis similibus suprà allegatis.*

Quinimo illa declaratio voluntatis quæ facto fit, est longè efficacior illa declaratione, quæ verbis fit, *l. si tamen. §. ei qui servum. ff. de edil. edict.*

Sed & Rex G. & Rex M. & Reges sequentes facto sive reipsa declaravêre, quod velint, Dominum W. proavum Domini A. A. ejusve descendentes jure succedendi & simultaneæ investituræ in Baronias controversas privatos esse.

Tùm, quia & Rex G. & reliqui Reges in investituris factis Domino W. proavo Domini A. A. nec non & ejus descendentibus nullam facere mentionem de Baroniis controversis.

Tùm, quia Rex G. reliquique Reges sequentibus investituris adjecere novam formam, novam qualitatem, novum tenorem, nova pacta.

Tùm, quia & Rex G. & sequentes Reges investiere & separatim de Baronia F. proavum, avum, patrem & patruos Domini A A. & separatim de Baroniis controversis Dominum W. agnatum Domini A. A. & Dominum U. seniorem & juniorem ejusque descendentes.

Igitur sequitur hanc declarationem nobis factam sufficere,

2. Et licet Dominus A. A. prætendat, Regem G. Dominum W. proavum suum post istam divisionem factam, sub verbis generalibus investivisse de Baroniis controversis,

Attamen hoc & negatur & suprà improbatum est, sub verbis generalibus investituræ Regis G. Baronias controversas non comprehendi.

Similiter, licet Dn. A. A. prætendat, Regem M. Dominum W. proavum Domini A. A. verbis specialibus investivisse de Baroniis controversis.

Attamen ista investitura hactenus producta non est, nec Dominus A. A. hactenus probavit, illam investituram Regis M. istius tenoris fuisse.

Et sic liquet, quod ista allegatio Domini A. A. nullo modo admittenda sit, cum non sufficiat aliquid allegare, nisi illud & probetur.

Tertiò respondeo, quod etiam in illis casibus in quibus ad hoc, ut vasallus feudo vel jure feudali privatus sit sive privetur, declaratio voluntatis Domini feudi requiritur illa facultas declarandi ad successores præsertim in dignitate transeat.

Tùm, quia multi Dd. volunt, quod facultas declarandi indistinctè transeat ad successores in dignitate, *Bart. l. centesimis §. fin. num. 9. & ibi Iaf. num. 13. Zaf. num. 10. ff. de verb. obligat.*

Tùm, quia hæc declaratio voluntatis Domini feudi requiritur non pro substantia actus, sed tantùm pro ejus executione, & certum est, quod jus declarandi voluntatem indistinctè transeat ad successores, eo casu, quando declaratio requiritur non pro substantia actus sed pro ejus executione, *Iaf. l. post dotem 1. num. 50. & 51. ff. solut. matrim. Anton. Gab. Rom. in tract. Regul. lib. 6. tit. de Reg. jur. clas. 3. nu. 78.*

Sed Rex U. non tantùm facto sed etiam verbis declaravit, quod velit Barones à B. Baroniis controversis privatos esse.

Igitur sequitur, hanc declarationem sufficere, etiamsi fides fieri posset, neque Regem G. neque Regem M. talem declarationem fecisse.

Ad 35. rationem dubitandi respondeo, quod neque hactenus probatum sit, nec unquam probari possit, quod Rex G. vel Rex M. Dominum W. proavum Domini A. A. post divisionem factam de Baroniis controversis, præsertim de Baronia S. B. S. M. generaliter vel specialiter investierit, eamque ob caussam illa quæ in 35. ratione dubitandi adducta sunt, imperatoriæ Majestati nihil obstare.

Ad 36. rationem dubitandi respondeo, Dd. communiter tradere, † licet quis Domino præstiterit juramentum fidelitatis pro se & successoribus suis, vel fuerit investitus aut simultaneè investitus, pro se & successoribus suis de feudo aliquo, quod tamen mortuo vasallo successores ipsius renovationem & investituræ & simultaneæ investituræ intra tempus legitimum petere & juramentum fidelitatis præstare teneantur, quodque si ipsi hoc non fecerint, illi amittant & feudum & jus simultaneæ investituræ, prout hoc 627

hoc expressè & in specie tradit *Curt. jun. in tract. feud. par. 4. num. 57. verf. secundo extende*, ubi ipse attestatur, hanc opinionem tenere *Ioannem Andreæ & Dd. communiter in c. veritatis, extr. de jurejur. Alvar. cap. 1. in princ. col. 4. quæ fuit prima caus.*

Idem etiam tenet *Iacob. de S. Georg. in tract. feud. verb. qui quidem investiti, num. 36.*

Ubi ipse attestatur, eandem opin. amplecti *Baldum. l. litigator. C. de fruct. & lit. expens.*

Et licet quoad hoc contrarium teneant *Bald. & Ias. in loc. citat. in 36. ratione dubitandi.*

Attamen illa contraria opin. est communiter reprobata, & præcedens opinio est communiter recepta, prout hoc attestatur *Curt. in loco præallegato.*

Ideoque non obstante opinione contraria, præcedens opinio absque omni dubio in judicando sequenda est.

628 Cum sit clari & indubitati juris, † quod judex in judicando semper teneatur sequi communem & receptam Dd. sententiam, non obstante hoc, quod aliqui contrarium tenent, *l. 1. & ibi Bal. ff. de Senator. l. 1. ff. de offic. quæst, Abb. Felin. & Dec. c. 1. extra de constitut.*

629 Præterea quoq; † notoria consuetudine totius Germaniæ receptum est, quod etiam eo casu, quando vasallus pro se & successoribus suis de feudo est vel investitus vel simultaneè investitus, successores ipsius mortuo vasallo intra tempus legitimum & investituram & simultaneam investituram petere teneantur, quodque si ipsi hoc facere neglexerint, illi priventur & feudo & jure simultaneæ investituræ.

630 Et certum est, quod † judex in judicando semper sequi teneatur illam opinionem, quæ consuetudine approbatur, *Dec. c. 1. nu. 22. extr. de constitut.*

Et insuper negatur, quod Dominus W. proavus Domini A. A. a Rege G. generaliter & à Rege M. specialiter de Baroniis controversis investitus fuerit.

Igitur sequitur, dici vel prætendi non posse jus simultanæ investituræ, quod Rex L. respectu Baroniarum controversarum concessit Domino W. proavo Domini A. A. transmissum fuisse ad Dominum M. avum Domini A. A. ita ut Dominus A. A. illius renovationem petere obligatus non fuerit.

Secundò respondeo, licet investitura Regis L. dicatur, Dominum W. proavuum Domini A. A. de Baroniis controversis pro se & hæredibus suis simultaneè investitum.

Attamen in ista investitura non dicitur, quod Rex L. pro se & successoribus suis talem investituram fecerit.

Igitur sequitur, quod Dominus W. proavus Domini A. A. absque omni dubio obligatus fuerit, post mortem Regis L. renovationem simultaneæ investituræ respectu Baroniarum controversarum à Rege G. petere.

Rursus ex hoc infertur, cum post mortem Regis L. Dominus W. proavus Domini A. A. renovationem simultaneæ investituræ respectu Baroniæ S. B. S. M. & dimidiæ partis Baroniæ F. & T. à Rege G. neque petierit neque obtinuerit, quod eo ipso jus simultaneæ investituræ, quod Dominus W. proavus Domini A. A. in Baroniis controversis habuit, extinctum fuerit, quodque eam ob causam Dominus W. illud jus extinctum ad Dominum M. filium suum transferre vel transmittere non potuerit.

Præterea clari & indubitati juris est, quod secundum jus Saxonicum per divisionem bonorum feudalium & secundum jus civile per separationem bonorum & investituræ jus succedendi in feudum jus accrescendi & jus simultaneæ investituræ penitùs extinguatur, etiamsi quis de feudo fuerit investitus, vel simultaneè investitus, pro se, hæredibus & posteris suis.

Cum itaque post investituram à Rege L. factam, Dominus W. proavus Domini A. A. bona sua feudalia unà cum fratre suo U. diviserit, atque etiam respectu omnium Baroniarum controversarum separationem fecerit & bonorum & investituræ, dubio omni caret, quod per hoc & jus succedendi & jus accrescendi & jus simultaneæ investituræ in Baronias controversas penitus fuerit extinctum, non obstante hoc quod ipse Dominus W. à Rege L. de Baroniis controversis pro se, hæredibus & successoribus suis investitus fuit, quodque etiam propter hanc causam Dominus W. hoc jus & succedendi & simultaneæ investituræ respectu Baroniarum controversarum ad filium suum Dominum M. transmittere non potuerit.

Deinde etiam illud quod prætenditur, quod incolæ civitatis S. vivo adhuc Domino J. possessore quinque Baroniarum ex Baroniis controversis præstiterint juramentum subjectionis sive assecurationis simul & Domino J. & Domino M. avo Domini A. A. nec non & literæ investiturarum, quas Barones à B. simul concessisse in actis mihi transscriptis, allegatur, respectu Regum Bohemiæ sunt res inter alias actæ, nec hactenus probatum est, quod illud juramentum assecurationis taliter præstitum & investituræ allegatæ taliter concessæ fuerint, multò verò minus probatum est, quod Reges Bohemiæ consensum suum ad illa præstitere.

Igitur sequitur, per hosce actus in præjudicium imperatoriæ Majestatis tanquam Regis Bohemiæ probari non posse, quod Dn. M. avus Domini A. A. de Baroniis controversis simultaneè investitus fuerit.

Cum sit clari & indubitati juris, quod res inter alias acta regulariter aliis non præjudicet, *l. si unus. §. ante omnia. ff. de pact.*

Quodq; factum vasalli regulariter Domino non noceat, nec ejus conditionem deteriorem reddat, *c. 1. §. è contrario, de invest. de re alien. fact.*

Cum itaque Dominus M. avus Domini A. A. de Baroniis controversis simultaneè investitus non fuerit, sequitur, quod Dominus M Domino J. absque filiis masculis defuncto in Baroniis controversis neque in totum neque pro parte successerit.

Neq; etiam illa prætensa successio probari potest per instrumenta divisionis factæ anno 1490. inter Dominum F. Dominum U. juniorem & Dominum M.

Eam ob causam, quia illud instrumentum respectu Regum Bohemiæ & sic Dominorum feudi est res inter alias acta.

Præterea, etiam Dominus M. post obitum Domini J. & post prædictam divisionem factam realiter & omnimodò refutavit Baronias controversas. Et insuper consensit in hoc, ut Dominus U. Baro in B. separatim investiretur de Baroniis controversis, & sic ut fieret & separatio bonorum & separatio investituræ.

Per quam renovationem realem & omnimodam item & separationem bonorum & investituræ Dn. M. proavus Domini A. A. ejusq; descendentes exclusi sunt ab omni jure, si quod forsan Dominus M. in Baroniis controversis habuit.

Ex quo infertur, quod Dominus M. neque Baronias controversas neque jus aliquod in Baroniis controversis ad filios suos transferre vel transmittere potuerit.

Insuper etiam filii Domini M. pater nempe atq; patrui Domini A. A. renovationem simultaneæ investituræ respectu Baroniarum controversarum neque a Rege L. neq; ab Imperatore F. petierunt vel impetraverunt, atque investituram pro se atque descendentibus suis seperatim petierunt & impetraverunt respectu Baroniæ F.

Ipse quoq; Dn. A. A. renovationem simultaneæ investituræ respectu Baroniarum controversarum tempore debito & legitimo non petiit.

Igitur sequitur, per hoc & patrem & patruos Domini A. A. ipsumque Dominum A. A. ab omni jure, si quod ipsi forsan habuere in Baronis controversis, exclusos fuisse.

Insuper etiam per sententiam latam in judicio provinciali inferioris Lusatiæ anno Domini 1551. in effectu pronunciatum est, quod patruis Domini A. A. in Baroniis controversis nullum penitus jus competat.

Illaque sententia & in rem judicatam transivit, & illam etiam Domino A. A. nocere suprà comprobavi.

Et sic liquet, quod per illam sententiam omne jus, si quod forsan Dominus A. A. ejusque patrui in Baroniis controversis habuerint, penitùs extinctum fuerit.

Ad 37. rationem dubitandi respondeo, quod in literis testimonialibus Regis U. nulla fiat mentio Baroniarum controversarum, nec dicatur, quod Dominus U. Baro à B. nomine & suo & Domini F. ac Domini M. petierit renovationem simultaneæ investituræ ratione Baroniarum controversarum, sed illæ literæ sunt conceptæ verbis indefinitis.

Igitur sequitur, per illas literas non probari quod Dominus U. renovationem simultaneæ investituræ ratione Baroniarum controversarum a Rege U. petierit.

Namque clari & indubitati juris est, † quod verba indefinita prolata vel in instrumento vel depositione testium non æquipolleant universali, nec ullam fidem vel probationem faciant, *Innocent. Panor. Felin. & Dd. c. auditis extr. de præscript. Pet. de Anchor. & Imol. c. quanto extr. de his quæ fiunt à Prælat. sine consens. Capit. Alex. cons. 110. col. 2. lib. 1. Curt. jun. cons. 17. col. pen. Dec. c. cum omnes. lect. 2. extr. de constitut. Ias. l. non hoc n. 14. C. unde legit. Cagnol. l. 1 nu. 16. ff. de Reg. jur. Cravet. cons. 33 nu. 16.* 631

Tiraquel.

Tiraquel. in tract. de utroq; retr. part. 1. §. 1. gloss. 13. nu. 1. Covarr. variar. resolut. lib. 1. cap. 13.

Sed verba indefinitè posita, in instrumento perinde ut alia quælibet verba obscura, generalia & non concludentia, semper contra producentem sive allegantem intelligi debent, *gloss. c. in præsentia. extr. de probat. Bart. l. inter stipulantem. §. 1. ff. de verb. obligat. Ias. d. l. non hor. num. 4. C. unde legit.*

Præterea quoque ex suprà deductis liquet, quòd etiam ante illam petitionem investituræ à Domino U. factam, & ipse Dominus M. & pater, patruus atque patruelis ipsius fuerint privati omni jure & simultaneæ investituræ & succedendi in Baronias controversas, & sic, quod tempore illius petitionis nullum penitùs jus in Baroniis controversis habuerint.

Igitur etiam ex hoc sequitur, quòd sub ista petitione indefinita investituræ Baroniæ controversæ minimè cōprehendantur.

Tum, quia ex literis testimonialibus liquet, quòd Dominus U. & suo & patrui & patruelis sui nomine petierit tantùm investituram respectu bonorum suorum feudalium, & sic respectu illorum bonorum, quorum dominium ipsi tunc habuêre, *juxt. text. l. servos. ff. de legat. 3.*

Ideoque sub petitione indefinita minimè comprehendi possunt Baroniæ controversæ, in quibus Dominus U. ejusque pater & patruelis tunc temporis neq; dominium, neque ullum aliud jus habuere.

Tum, quia clari juris est, quòd verba non modò indefinita, sed etiam generalia vel universalia non extendantur ad illud jus, quod antè extinctum vel annullatum fuit.

Deinde etiam Dominus M. avus Domini A.A. post hanc petitionem investituræ factam a Dn. U. à Præfecto inferioris Lusatiæ petiit, investituram respectu omnium bonorum feudalium, quæ ipsi à patre suo Domino W. & a patruo suo Domino F. delata fuêre & obvenêre, nempe respectu Baroniæ F. & dimidiæ partis Baroniæ T.

Et cùm hæc dictio *nempe, sive, Als nemlich* / sit dictio laxativa & restrictiva, Dominus M. eo ipso confessus est, quòd ipsi à patre & patruo suo jure successionis non obvenerint alia bona feudalia quàm Baronia F. & dimidia pars Baroniæ T.

Cùm itaque Dominus J. possessor Baroniarum controversarum, nempe Baroniæ S.B.S.M. & T. ante Dominum F. decesserit, sequitur, Dominum M. eo ipso confessum esse, quòd post mortem Domini J. Domino F. qui ipsius agnatus proximior fuit, in Baronia M.S B. & S. nullum penitùs jus acquisitum, sed illæ Baroniæ Domino feudi aperti fuerint.

Post illam quoque petitionem indefinitam à Domino U. factam Præfectus inferioris Lusatiæ vice & nomine Regis U. Dominum M. avum Domini A. A. tantùm investivit de Baronia F. & de dimidia parte Baroniæ T. tanquam de bonis a patre & patruo suo Domino F. ipsi delatis & acquisitis.

Per quam investituram specialem petitio indefinita Domini U. præcedens ita declaratur, quòd Dominus U. nomine Domini F. patrui sui & Domini M. patruelis sui investituram petierit tantùm respectu Baroniæ F. & respectu dimidiæ partis Baroniæ T.

Cùm sit clari & indubitati juris, quòd per sequentia declarentur præcedentia, *l. sed & Iulianus, §. proinde. ff. ad SC. Maced. l. si servus plurium §. fin. ff. de legat. 1.*

Quodque petitio indeterminata restringatur secundum limites & terminos concessionis determinatæ & specialis, *Panorm. c. 1. extr. de treug. & pac. Panor. c. inter dilectos. §. cæterùm extr. de fid. instrum. Ias. l. 1. nu 6. C. de divers. rescript.*

Et posito, illam petitionem investituræ factam a Domino U. nomine & suo & patrui atque patruelis sui ita accipi posse, ut ipse intelligatur investituram petiisse, etiam respectu Baroniarum controversarum.

Attamen, eo ipso, quòd Præfectus inferioris Lusatiæ Dominum M. tantùm specialiter investivit de Baronia F. & de dimidia parte Baroniæ T. Is intelligitur ei denegasse investituram respectu omnium aliarum Baroniarum, prout hoc in simili tradit *Corn. consf. 5 nu. 6. lib. 2 fac. text l. maritus. & ibi Dd. C. de procur. c. nomine. & ibi Felin. extr. de præsumpt. cum multis similibus.*

Et cùm Dominus M. illud instrumentum investituræ ita specialiter concessæ & receperit, & penes se retinuerit, is illam denegationem tanquam justè factam approbavit, sicut hoc ex iis, quæ suprà docui, satis liquet.

Rex quoque U. post illam petitionem indefinitam a Domino U. factam, Baronias S.B.S.M. & T. tanquam suæ regiæ Majestati apertas, concessit Cancellario suæ regiæ Majestatis.

Et ſic ſua regia Majeſtas eo ipſo atteſtata eſt, quòd Barones a B. nullum jus in illis quinque Baroniis habeant, quodq́ue de illis quinque Baroniis Barones a B. inveſtire nolit.

LL. quoque civilibus expreſsè cautum
632 eſt, † quòd ad hoc, ut petitio inveſtituræ vaſallo patrocinetur, non ſufficiat, illam petitionem eſſe factam ſemel atque iterum, ſed requiratur, ut vaſallus hanc petitionem proſequatur, & pro conſequenda Inveſtitura apud Dominum inſtet, *Andr. de Iſer. c. 1. in princ. nu. 10. & ibi Alvar. nu. 13. Matth. de Afflict. nu. 97. quo tempor. mil. petitionis.*

De qua proſecutione petitionis inveſtituræ & inſtantia petendi, neque ex literis teſtimonialibus Regis U. liquet, neque hactenus aliter fides facta eſt.

Igitur etiam ex hoc ſequitur, quòd Domino A. A. iſta prætenſa petitio inveſtituræ facta a Domino U. non patrocinetur.

Inſuper, etiam poſt hanc prætenſam petitionem inveſtituræ à Domino U. factam Dominus M. avus Domini A. A. realiter, totaliter & omnimodò renunciavit omnibus Baroniis controverſis, nempe Baroniæ F. S. B. S. M. & T. omniq́ue juri; quod in illis Baroniis habuit vel habere potuit, nec non & paſſus eſt fieri ſeparationem bonorum & Inveſtituræ, atque in ſequentibus inveſtituris adjiceretur nova forma, nova qualitas, novus tenor, novaq́ue pacta.

Per quam renunciationem, ſeparationem & mutationem, Dominus M. ejuſq́ue deſcendentes & inter cætera Dominus A. A. excluſi fuère ab omni jure, ſi quod ipſi forſan ex iſta prætenſa petitione acquiſivére, atque omni alio jure, ſi quod ipſi forſan in Baroniis controverſis habuere aut habere potuère.

Similiter quoque & per ſententiam latam in judicio provinciali inferioris Luſatiæ Anno 1551. omne jus, ſi quod forſan Dominus A. A. ejuſq́ue pattui in Baroniis controverſis, præſertim Baronia S. B. & S. habuère, penitùs extinctum fuit.

Ad 38. rationem dubitandi patet reſponſio ex iis, quæ adduxi in 49. ratione decidendi.

Ad 39. rationem dubitandi reſpondeo,
633 † multos Dd. velle, quòd aſſertio Regis vel Principis atteſtantis feudum aliquod ſibi apertum plenam fidem faciat, *Bald. conſ. 328. col. 4. lib. 1. Card. conſ. 128. col. 1. Socin. conſ. 4. col. 3. conſ. 87. col. 8. lib. 3. Godzad. conſ. 5. col. 5. Rum. conſ. 22. col. 6. lib. 1. conſ. 103. col. 3. lib. 5. Dec. conſ. 606. col. 2. Iaſ. conſ. 217. col. 8. in fin. lib. 2. Card. Pariſ. conſ. 1. nu. 41. lib. 1. Matth. de Afflict. c. 1. nu. 81. qui ſucceſſ. teneant.*

Et licet † quoad hoc contrarium te- 634
neant Dd. relati in 39. ratione dubitandi illaq́ue contraria opinio communiter recepta ſit.

Attamen illa contraria opinio à Dd. ita declaratur, ut procedat tantùm de jure ſcripto, quodq́ue ſecus ſit de conſuetudine generali totius mundi, & quòd ſecundum illam conſuetudinem generalem Imperatori Romano & Regibus aſſerentibus feudum aliquod ſibi apertum, plena fides adhiberi debeat, *Bald. conſ. 277. & conſ. 420. col. 2. lib. 3. Matth. de Afflict. c. 1 nu. 78. qui ſucceſſor. teneant. Rol. à Vall. conſ. 1. nu. 193. lib. 2.*

Secundò, hæc communis Dd. ſententia ita declaratur, ut non habeat locum in antiquis.

Namque in iis quoad hoc, ut feudum Imperatori vel Regi apertum ſit, aſſertioni Principis plena fides adhibetur, *Anton. de Butr. & Imol. Clem. 1. col. pen. de probat. Socin. conſ. 266. col. 11. lib. 2. Corn. conſ. 312. col. 5. lib. 1. Iaſ. conſ. 65. col. pen. lib. 3. Dec. conſ. 445. col. 4. Cravett. in tract de antiquitat. tempor. part. 1. §. non admitto. nu. 25. Anton. Gab. Rom. in tract. Regul. lib. 1. tit. de probat. concluſ. 2. num. 54.*

Idem quoque juris eſt, ſi tantùm longum tempus elapſum fuerit poſt illud factum, quòd Princeps meminiſſe aſſerit ſive aſſeruit, *Andr. de Iſern. in conſtitut. regni incip. Magiſtru. Procuratoribus. Chart. 24. Matth. de Afflict. c. 1. nu. 80. qui ſucceſſor. tenent.*

Tertio communis opinio Dd. non habet locum abſque omni dubio, quando aſſertio Regis vel Imperatoris affirmantis feudum ſibi apertum, aliis conjecturis indiciisq́ue & præſumptionibus adjuvatur, ſicut hoc ſatis probatur, tùm per id, quod Dd. tradunt, quòd aſſertioni Principis habenti ſubſcriptionem Quæſtoris plena fides adhibeatur, *Andr. de Iſer. c. 1. & ibi Matth. de Afflict. nu. 62. verſ unum tantùm de controverſ. feud. apud par. termin. Matth. de Afflict. c. 1. in princ. notat. 24. nu. 85. de probib feud. alien. per Frideric. Matth. de Afflict. c. 1. circa fin. qui teſtes ſunt neceſſar. Matth. de Afflict. deciſ. 166. nu. 7. Anton. Gab. Rom. in tract Regul. lib. 1. tit. de probat. concluſ. 2. nu. 34. Rol. à Vall. conſ. 1. nu. 84. & 85. lib. 2.*

Tùm, per id, quod traditur, quòd aſſertioni Principis prolatæ cum conſilio procerum plena fides adhibeatur, *Bald. l. humanum.*

C. de

C. de de B. Andr. de Isern. c. 1. & ibi Matth. de Afflict.nu.68. qui successor. tenen. Matth. de Afflict. c. 1. nu. 12. cap. quem vel quos. Rol. à Vall. cons. 1. nu. 36. cum multis seqq. & nu. 194. lib. 2.

Sed illud factum, de quo in casu nostro agitur, quòd videlicet post mortem Domini J. Baronis a B. Baroniæ M. S. B. S. & T. Regi U. tanquam Domino feudi apertæ sunt, contigit ante annos 80.

Et sic ab illo tempore est elapsum non tantùm tempus longum vel longissimum, sed quodammodò antiquum & immemoriale.

Et assertio Regis U. multis non modò indiciis & conjecturis, sed probationibus manifestissimis adjuvatur.

Quinimò, per hoc, quòd illi tres fratres Barones à B. post simultaneam investituram impetratam a Rege L. bona sua divisêre, & separationem non tantùm bonorum, sed etiam investituræ fecére, quodque in investitura Regis G. nulla est facta mentio de Baroniis S. B. S. M. & de parte Baroniæ F. & T.

Et investituræ Regis G. est adjecta nova forma, nova qualitas, novus tenor, & nova pacta, satis superque probatur, & assertionem Regis U. veram esse, & jus simultaneæ investituræ in Baroniis controversis à Rege L. concessum Domino W. proavo Domini A. A. etiam ante obitum Domini J. expirasse, eamque ob caussam per obitum Domini J. istas quoque Baronias non agnatis suis Baronibus nempe a B. acquisitas, sed Regi U. tanquam Domino feudi apertas.

Igitur sequitur, ea, quæ in 39. ratione dubitandi adducta sunt, in casu nostro locum non habere, nec nostræ decisioni quicquam obstare.

635 Ad 40. rationem dubitandi respondeo, † ea, quæ in 40. ratione dubitandi adducta sunt, non habere locum in eo casu, quando feudum ipso jure Domino apertum fuit, tunc enim Domino feudi indistinctè permittitur contra successores vasalli agere, eosque feudo privare, licet ipse vivo vasallo de hoc conquestus non fuerit, *Bald. Præpos. & Matth. de Afflict. c. 1. §. insuper de prohib. feud. alien. per Frideric. Præpos. c. 1. §. porrò quæ fuit prima caussa. Paul. Castr. l. omnimodò, in princ. C. de inoffic. testam. Panor. & Card. Florent. c. fin. extr. de all. Panor. cons. 3. lib. 2. Francisc. Aret. cons. 14. Hip. de Mars. l. 1. nu. 84. C. de rapt. virg. arg. gloss. l. 3. §. quod autem, & ibi Bart. Bald. & Dd. ff. quod quisq. jur.*

Similiter ea, quæ in 40. ratione dubitandi adducta sunt, tantùm procedunt eo casu, quando propter delictum sive feloniam vasalli feudum Domino aperitur, secus autem est, si propter generationem finitam feudum Domino apertum fuerit.

Tunc enim tam Domino feudi quàm successoribus ipsius permittitur, ista feuda semper & quandocunq; non tantùm a primo possessore, sed etiam ab hæredibus illius petere, sibique applicare.

Cùm regulariter omnes illæ actiones, quæ ex delicto non descendunt ad hæredes & contra hæredes, transitoriæ sint, *l. ex depositi. & l. ex contractib. ff. de act. & oblig. l. 1. C. ut ab hæred. & contra hæred. cum simil. vulgar.*

Sed in casu præsenti post obitum Domini J. Baronis a B. propter generationem finitam, & sic absque delicto, istæ quinque Baroniæ Regi U. ipso jure apertæ sunt.

Et licet post obitum Domini J. Dominus F. Baro a B. istas Baronias occupaverit, Attamen ipse in hoc injustè egit, nec in illis ullum jus habuit.

Et insuper multi Dd. tradunt, quòd propter investituram non petitam & propter servitia non præstita quis ipso jure feudum amittat, illudque penitùs indubitatum est, quod jus simultaneæ investituræ ipso jure extinguatur, si illius renovatio petita non fuerit.

Per divisionem quoq; & separationem bonorum & investitura, item & per adjectionem novæ formæ, novæ qualitatis, novi tenoris, & novorum pactorum & jus simultaneæ investituræ, & jus succedendi in feudum ipso jure extinguitur.

Igitur sequitur, etiamsi fides fieri posset, quòd res U. Domino F. Baroni in B. toto tempore vitæ suæ nullam quæstionem moverit ratione Baroniarum controversarum, quod tamen suæ regiæ Majestati licitū & permissum fuerit, etiam post mortem Dn. F. illas Baronias & occupare & alteri concedere.

Ad 41. rationem dubitandi patet responsio ex iis, quę docui in 48. ratione decidendi.

Namque certum est, † quòd Domino 636
feudi indistinctè permittatur feudum sibi apertum etiam non servato ordine judiciario neq; sententia, alteri concedere, quodq; talis concessio valeat & rata sit. Quinimò Domino feudi etiam non præcedente ordine judiciario neq; sententia, permittitur feudum sibi apertum propter generationem finitam non tantùm alteri concedere, sed etiam propriâ authoritate occupare.

Et sic

Et sic liquet, concessionem factam à Rege U. Cancellario suæ Regiæ Majestatis non obstantibus illis quæ in 41. ratione dubitandi adducta sunt, ratam & firmam esse.

Ad 42. rationem dubitandi respondeo, cùm concessio facta de quinque Baroniis controversis à Rege U. Cancellario suæ regiæ Majestatis fuerit rata & firma, atq; Rex U. in ista concessione Cancellario suæ regiæ Majestatis permiserit, illas quinque Baronias rursus alteri vendere & concedere, quòd concessio istarum Baroniarum facta à Domino Cancellario, Domino U. Baroni à B. absque omni dubio valeat & rata sit, præsertim cùm Rex U. ad hoc consensum suum præstiterit, & Dominum U. Baronem à B. de istis Baroniis investierit.

Ad 43. rationem dubitandi respondeo,
637 † multos Dd. velle, quòd propter investituram non petitam, vasallus ipso jure feudo privetur, *Bald. c. 1. in princ. & ibi Præpos. nu. 3. quo tempore mil. Bald. cons. 301. num. 1. & 3. cons. 429. nu. 3. & cons. 466. col. 2. lib. 1. Præpos. c. 1. in princ. nu. 2. quib. mod. feud. amit. Ioan. Chalderin. cons. 6. Rubr. feud. Felin. c. ex tenore. nu. 17. & c. Rudolphus. nu. 24. extr. de rescript. Iacob. de S. Georg. in tract feud. verb. qui quidem investiti. nu. 42. Curt. in tract. feud. par. 4. n. 155. Matth. de Afflict. decis. Neapol. 255.*

Similiter & multi Dd. tradunt, quòd propter servitia non præstita, vasallus ipso jure feudo privetur, *Ioan. Rainaud. c. 1. §. firmiter de prohib. feud. alien. per Frideric. Iacob. de S. Georg. in tract. feud. verb. & promiserunt. num 32.*

638 Illudq; penitus indubitatum est, † quòd propter generationem finitam feudum ipso jure Domino aperiatur, & Dd. relati in 53. ratione dubitandi magis communiter concludunt, si feudum ipso feudo amissum, ei, qui illud amisit, vel successoribus illius de novo à Domino concedatur sive renovetur, quòd illud feudum censeatur esse novum & non antiquum.

639 Præterea quoque dubio omni caret, † quòd feudum, quo quis vel ipso jure privatus fuit, vel quòd ipse per sententiam amittere meruit, per renovationem investituræ factam vel ipsi vel successoribus illius indistinctè novum efficiatur, eo casu, quando in investitura fiunt adjecta nova forma, nova qualitas, novus tenor, vel nova pacta, vel illa investitura est facta ex caussa nova, vel non est facta omnibus successoribus, sed uni tantùm, vel quando est facta separatio bonorum & investituræ.

Sed in casu præsenti post obitum Domini J. Baronis a B. Baroniæ controversæ Regi M. sunt apertæ propter generationem finitam & quidem ipso jure. Et Rex U. illas Baronias tanquam sibi apertas jure permittente Cancellariu regiæ suæ Majestatis concessit.

Qui Cancellarius cum consensu regiæ Majestatis illas Baronias Domino U. Baroni à B. vendidit. Atque Rex N. Dominum U. Baronem à B. investivit de istis Baroniis ex caussa nova, quia videlicet is illas Baronias de novo emit & acquisivit à Cancellario suæ regiæ Majestatis.

Nec non & investituræ factæ à Domino N. respectu Baroniarum controversarum Domino U. est adjecta nova forma, nova qualitas, novus tenor, & nova pacta.

Et in illa investitura, nec non & in sequentib[9] investituris Baroniæ controversæ a Baronia F. penitùs sunt separatæ, non tantùm ratione bonorum, sed etiam ratione investituræ & infeudationis.

Igitur sequitur, dici vel prætendi non posse, Baronias controversas per hoc, quod Rex N. illas concessit Domino U. naturam feudi antiqui retinuisse.

Rursus ex hoc infertur, quòd per obitum Domini C. ultimi possessoris illæ Baroniæ non sint delatæ ad Dominum A. A. ejusque patruos, sed sint apertæ Imperatori F. tanquam Domino feudi.

Jure quoque Saxonico expressè cautum est, quòd ad successorem feudi antiqui, agnati transversales ultimi vasalli non admittantur, nisi ipsi tempore mortis ultimi defuncti simultaneam investituram habeant in isto feudo, de quo agitur.

Sed certum est, quòd Dominus A. A. eo tempore, quo Dominus C. ultimus possessor Baroniarum controversarum vita functus est, non habuerit simultaneam investituram in Baroniis controversis.

Igitur etiam ex hoc sequitur, quòd Dominus A. A. mortuo Domino C. Barone à B. ultimo possessore Baroniarum controversarum ad successorem Baroniæ controversæ admitti non potuerit, sed quòd illæ Baroniæ Imperatori F. tanquam Domino feudi apertæ fuerint, etiamsi probare posset, illas Baronias etiam post investituram factam à Rege N. Domino U. naturam feudi antiqui retinuisse.

Præterea quoque certum est, quòd per renunciationem sive refutationem realem & omnimodam tam renuncians quam omnes

omnes descendentes illius à successione feudi etiam antiqui penitùs excludantur.

Sed Dominus M. avus Domini A. A. Baroniis controversis realiter, totaliter & omnimodò renunciavit, illasque Domino U. refutavit.

Igitur etiam ex hoc sequitur, quòd & Dominus M. & omnes descendentes illius & inter cætera Dominus A. A. per hanc renunciationem absque omni dubio exclusi sint à jure succedendi in Baronias controversas.

Nec etiam verum est, quòd investitura Regis U. se ad præcedentes investituras referat.

Ad 44. & 45. rationem dubitandi patet responsio ex iis, quæ adduxi in 78. & omnibus sequentibus rationibus dubitandi usq; ad 90. rationem dubitandi.

Ad 46. & 47. rationem dubitandi patet responsio ex iis, quæ adduxi in 100. & quinque sequentibus rationibus decidendi.

Namq; primò negatur, quòd in transactione inita inter Dn. M. & Dn. U. intervenerit dolus aut metus, aut quòd dolus illi transactioni caussam dederit.

Secundò negatur, quòd Dominus M. persuasionibus Domini U. ad transagendum inductus fuerit.

Tertiò negatur, quòd per istam transactionem Dominus M. læsus fuerit.

Multò verò magis negatur, quòd Dominus M. in ista transactione læsus fuerit enormissimè.

Quartò negatur, quòd Dominus M. tempore illius transactionis initæ & renunciationis factæ fuerit minor vel pupillus, & quòd in illa transactiune non intervenerunt solennitates a lege requisitæ.

Quintò negatur, quòd Dominus U. tempore illius transactionis initæ Domini M. tutor vel curator fuerit,

Neque illa hactenus probata sunt vel unquam probari poterunt.

Deinde quoque illa transactio est roborata authoritate & consensu Regum Bohemiæ saltem ex lapsu temporis longi & longissimi, item ex investituris præsumptp.

Et illa transactio est inita à Nobilibus & Baronibus, quorum uterque bonæ & honestæ vitæ & famæ fuit, præsentibus & Præfecto inferioris Lusatiæ, aliisque & Baronibus & Nobilibus & viris honestissimis, nec non & in dignitate constitutis. Et in civitate Pragæ, quæ & ll. & judiciis constituta est, & in qua Reges Bohemiæ cum curia sua residere solent, atque in qua tum temporis Rex U. præsens fuit.

Et certum est, nec non & in 111. ratione decidendi comprobatum, quòd authoritas sive consensus Regis, item nobilitas atque honestas & probitas illarum personarum inter quas actus gestus est, item præsentia Magistratus vel personarum honestarum aut in dignitate constitutarum, nec non & qualitas loci, quia videlicet is actus gestus est in loco, ll. & judiciis constituto, vel in quo Rex aliquis cum curia sua residere solet, omnem sinistram suspicionem doli, metus excludat & removeat.

Similiter quoque omnis sinistra suspicio doli & metus cessat in nostro & similibus casibus, quando intervenit vel reiteratio sive geminatio, consensus aut lapsus temporis longi aut longissimi, sicut hoc in 102. ratione decidendi comprobavi.

Præterea quoque tàm transactio, quàm alius contractus dolo vel metu initus confirmatur, si quis illum cuntractum postea præsertim ex intervallo tacitè vel expressè approbaverit vel ratum habuerit, prout in nostro casu ratihabitio & approbatio illius transactionis initæ, non semel sed sæpiùs facta est, sicut hoc tradidi in 103. ratione decidendi.

Ab eo quoque tempore, quo ista transactio inita est, sunt elapsi plures quàm 70. anni.

Et certum est, quòd nullus contractus prætextu metus vel nullitatis impugnari possit post elapsos 30. annos a die contractus initi, prout hoc docui 104. ratione decidendi.

Per sententiam quoque latam in judicio provinciali inferioris Lusatiæ Anno 1551. & hæ & omnes aliæ exceptiones, quæ contra istam transactionem adducuntur, rejectæ sunt; ideoque illas ulteriùs allegare non licet, prout hoc docui in 105. ratione decidendi.

Ad 48. rationem dubitandi respondeo negando, quòd Dominus M. tempore trans-

transactionis initæ fuerit minor vel pupillus, vel quòd Dominus U. ejus tutor vel curator fuerit, vel, quòd Dominus M. in ista transactione læsus fuerit.

Ad 49. rationem dubitandi respondeo negando, quòd tota Baronia F. tempore transactionis initæ ad Dominum M. pertinuerit.

Sed certum est, quòd tunc temporis dimidia pars illius juris, quòd Dominus F. in Baronia F. aliisque bonis suis habuit, ad Dominum U. pertinuerit.

Namque hoc, quòd Dominus F. patruus Domini U. Domini M. moriens, & illud jus, quod ipse in Baronia F. habuit, & omnia bona sua, quæ ipse a patre suo acquisivit, pro dimidia parte ad Dominum U. & pro alia dimidia parte ad Dominum M. transmiserit, patrui Domini A. A. in actis mihi transmissis in duplica expressè fatentur.

Illud quoque omni juri tàm Saxonico quàm civili conveniens est, & secundum dispositionem juris tàm civilis, quam Saxonici notorium.

Namque & Dominus M. & Dominus U. fuerunt filii fratrum Domini F. & sic in æquali gradu conjuncti.

Et certum est, quòd vasallus decedens feuda sua æqualiter transmittat ad omnes illos, qui illi æquali gradu conjuncti sunt, *c. 1. §. hu. verò deficientibus. & ibi Dd. de succes. fratr. c. 1. circ. fin. & ibi Dd. de natura success. feud.*

Deinde quoque ex actis mihi transmissis liquet, quod ante istam transactionem initam, Dominus F. contra Dominum M. egerit atque petierit declarari, quòd Dominus F. moriens, dimidiam partem illius juris, quòd ipse in Baronia F. habuit, nec non & aliorum bonorum feudalium ad Dominum U. transtulerit, quodque eam ob causam Dominus M. obligatus fuerit sibi istam dimidiam partem restituere.

Similiter quoque ex illis iisdem actis liquet, quòd in ista lite pro Domino U. contra Dominum M. pronunciatum sit, quòd dimidia pars illius juris, quod Dominus N. in Baronia F. habuit, nec non & aliorum bonorum suorum ad Dominum U. pertineat.

640 Præterea quoque clari juris est, † quòd is contractus, in quo quis alteri remisit vel promisit quid eam ob causam, ut illud quis, vel retineat vel consequatur, quod antea illius fuit, perinde, ut alius quilibet contractus nullus per ratihabitionem tacitam vel expressam confirmatur, sicut hoc probat *text. l. pen. ff de condict. ob turp. causs. nec non & alia suprà adducta.*

Insuper etiam ex prædictis liquet, quòd Dominus M. in Baroniis controversis nullum penitùs jus habuit, nec ante istam renunciationem sive transactionem.

Hæc quoque exceptio sicut & aliæ omnes per sententiam latam in judicio provinciali inferioris Lusatiæ Anno 1551. rejecta & reprobata est.

Ad 50. rationem dubitandi respondeo negando, quòd in ista transactione Dominus M. læsus fuerit.

Multò verò magis negatur, quòd Dominus M. in ista transactione fuerit læsus enormiter vel enormissimè.

Nec etiam illa prætensa læsio hactenus probata est.

Ideoque sequitur, quòd illa allegatio prætensæ læsionis nullo modo admittenda sit.

Nam clari & indubitati juris est, quòd læsio non præsumatur, quodque is, qui prætendit in contractu aliquo læsionem intervenisse illud & probare teneatur, & illa probatione non adimpleta repelli debeat, prout hoc docui in 90. ratione decidendi.

Secundò respondeo, Multos Dd. velle, etiam illam transactionem, in qua quis enormissimè vel valdè excessivè læsus fuit, rescindi non posse, prout hoc tradunt omnes Dd citati in 93. ratione decidendi; Eamque sententiam communem esse attestantur.

Et negatur, quòd tempore transactionis initæ Dominus M. minor fuerit.

Similiter negatur, quòd Dominus U. tunc temporis illius tutor vel curator fuerit.

Tertiò respondeo, † illam sententiam, 641 quòd transactio nec prætextu læsionis quidem enormis vel enormissimæ etiam valdè excessivæ rescindi possit, absque omni dubio locum habere in nostro & similibus casibus, in quibus transactio est confirmata vel jurejurando vel præstatione fidei, vel consensu geminato, vel authoritate sive consensu Regis vel Principis, vel quando illa bona, de quibus agitur, non sunt allodialia, sed sunt feudalia, prout hoc docui in 94. 95. 96. & 97. ratione decidendi.

Et licet

Et licet Dd. citati in 51. ratione dubitandi
642 tandi velint, † tàm transactionem quàm alium contractum ratione læsionis enormis vel enormissimæ impugnari posse, etiamsi in illo contractu decretum judicis intervenerit.

Attamen, illam sententiam magis communiter reprobatam esse, attestantur Dd. citati in 97. ratione decidendi.

Præterea quoque Dd. citati in ratione 51. dubitandi tantum loquuntur in decreto inferioris judicis.

Ideoque illorum Dd. decisio nullo modo extendi debet ad talem casum, quando in contractu intervenit authoritas sive consensus Regis vel Principis.

Cum sit clari & indubitati juris, quod consensus sive authoritas Principis vel Regis sit longè efficacior quàm decretum judicis inferioris, sicut hoc docui in 97. ratione dubitandi.

Et hoc usque adeò verum est, ut authoritas sive consensus Principis hoc operetur, ut contra transactionem vel alium contractum initum, læsio allegari, isque contractus ratione læsionis impugnari nequeat, sicut hoc docui in 91. ratione decidendi.

Absq; omni verò dubio opinio illorum Dd. qui volunt, quod non obstante decreto judicis tàm transactio quàm alius contractus ratione læsionis enormis vel enormissimæ impugnari possit, non habet locum in nostro & similibus casibus, quando ultra decretum judicis vel authoritatem superioris iste contractus est confirmatus vel jurejurando, vel præstatione fidei vel consensu geminato, vel lapsu temporis longi vel longissimi, vel quando illa bona, de quibus agitur, feudalia sunt.

Quartò respondeo, quod ab eo tempore quo ista transactio inita est, sint elapsi plures quàm 76. anni.

Et clari juris est, quod illa actio qua alicui permittitur transactionem vel alium contractum ratione læsionis enormis vel enormissimæ impugnare, non duret ultra 30. annos, prout hoc docui in 98. ratione decidendi.

Ad 51. rationem dubitandi, respondi suprà circa 50. rationem dubitandi.

Illudq; certum est, illam transactionem esse initam præsente Præfecto inferioris Lusatiæ, quodq; Præfectus inferioris Lusatiæ illam transactionem & consensu & authoritate & sigillo suo confirmaverit.

Insuper etiam ista transactio est confirmata authoritate & consensu Regum Bohemiæ, sicut hoc ex lapsu temporis longi & longissimi atq; quodammodo immemorialis, item ex investituris Regum Bohemiæ satis probatur.

Quæ authoritas sive consensus Regum Bohemiæ est longè efficacior & firmior decreto judicis inferioris.

Ad 52. rationem dubitandi respondeo primò negando, Dominum M. tempore transactionis initæ minorem fuisse.

Secundò respondeo, † hactenus probatum non esse, quod Dominus M. per istam transactionem læsus fuerit. 643

Et certi juris est, quod neq; minor neq; hæres ipsius petens restitutionem in integrum, non aliter audiatur, nisi ipse probet, se in contractu vel transactione læsum fuisse. *l. utrum. §. sciendum. ff. de minor. l. nam & postea. §. si minor. & ibi Bart. Bald. Ang. Salycet. Rom. Alex. & Iaf. ff. de jurejur. Imol. c. auditis. notab. 1. ext. de restitut. in integr. Alberic. de Rosat. l. minor. 25. annis. ff. de minor. Cornel. cons. 50. num. 3. lib. 3. Card. Paris. cons. 49. nu. 29. cons. 96. num. 69. lib. 1. Boër. decis. 79.*

Et modica læsio non sufficit ad hoc, ut minori restitutio in integrum concedi debeat, *l. scio. & ibi Dd. ff. de in integr. restitut. l. 1. C. si advers. vendit. pignor. gloss. 2. c. 1. & ibi Host. Anton. de But. Card. Pet. de Anchor. & Abb. ext. de integr. restitut. Host. Ioan. And. Card. & Abb. c. cum ex literis. extr. eo. tit. Alex. consil. 27. col. 2. lib. 1. Iaf. consil. 63. col. 5. lib. 3. Dec. consil. 616. Dec. c. majoribus in pr. extr. de præbend.*

Tertiò respondeo, quod minori vel hæredi illius etiam læsione probata restitutio in integrum minimè concedi debeat in nostro & similibus casibus, vel quando ille contractus est confirmatus jurejurando, aut præstatione fidei: vel quando ille contractus est confirmatus authoritate vel consensu Regis, vel quando minor major factus istum contractum tacitè vel expressè approbavit, prout hæc omnia docui in 91. ratione decidendi.

Quartò respondeo, à tempore transactionis initæ elapsos fuisse plures quàm 76. annos.

Et certum est, quod restitutio in integrum etiam in iis casibus, in quibus illa locum habere potest, peti nequeat, nisi tantùm intra quadriennium ab eo die quo is minor major effectus fuit, prout hoc docui in 92. ratione decidendi.

Et licet Dd. citati in 52. ratione dubitandi velint, restitutionem in integrum non tantùm intra quadriennium sed semper & quandocunque peti posse eo casu, quando in transactione vel alio contractu intervenit læsio enormissima.

Attamen negatur in ista transactione Dn. M. enormissimè læsum.

Et verior videtur esse illa opinio, 644 † quod restitutio non possit peti nisi intra quadriennium ab eo tempore quo minor major effectus fuit, etiamsi læsio fuerit enormissima, sicut hoc in 92. ratione decidendi docui.

Et posito, veram esse illorum Dd. sententiam, qui volunt, restitutionem in integrum etiam post quadriennium peti posse, eo casu, quando læsio est enormissima.

Attamen illa opinio ita declaratur, ut restitutio in integrum peti nequeat ultra 30. annos ab eo tempore computandos, quo is minor major factus est, sicut hoc docui in 92. ratione decidendi.

Sed hactenus probatum non est, Dn. M. Baronem à B. eo tempore quo ista transactio inita est, minorem fuisse.

Et Dn. M. haud dubiè isto tempore major fuit, aut saltem statim major effect⁹ est.

Cum itaque ab illo tempore quo ista transactio inita est, sint elapsi anni plures quàm 76. etiam ex hoc capite sequitur, quod Dn. A. A. minimè permitti debeat contra illam transactionem restitutionem in integrum petere, etiamsi probari posset, Dn. M. tunc temporis minorem fuisse.

Ad 53. rationem dubitandi respondeo, illud quod in ista ratione dubitandi adducitur, quod per jusjurandum contractus non aliter confirmetur, nisi illud jusjurandum fuerit præstitum tactis S.S. Euangeliis vel aliis Scripturis non habere locum secundum dispositionem juris Canonici, quod jus Canonicum in contractibus juratis omninò servandum & juri civili præferendum est, sicut hæc omnia docui in 85. ratione decidendi.

Et ad illud quod Dd. relati in 53. ratione dubitandi tenent, præstationem fidei non æquiparari jurejurando, eo casu, quando agitur de confirmando contractu alioquin invalidum, & de excludendo quem à beneficio restitutionis in integrum.

Respondeo primò, quod transactio, de qua in casu præsenti agitur, absq; omni dubio valeat & rata sit, etiamsi in illa non intervenisset neq; jusjurandum neq; præstatio fidei.

Secundò respondeo, illam opinionem, quæ vult, quod præstatio fidei non æquipolleat jurijurando eo casu, quando agitur de confirmando contractum, alioquin invalidum & de excludendo quem à beneficio restitutionis in integrum, consuetudine Germaniæ reprobatam esse, atq; consuetudine Germaniæ contrariũ observari.

Ideoque illam contrariam opinionem absq; omni dubio servandam & sequendam esse, sicut hoc docui in 86. ratione decidendi.

Tertiò respondeo, illam opinionem, quod præstatio fidei non æquipolleat jurejurando eo casu, quando agitur de confirmando contractum alioquin invalidum vel de excludendo quem à beneficio restitutionis in integrum, absq; omni dubio locum non habere in nostro & similibus casibus, vel quando agitur de contractibus initis inter Barones, vel quando ille contractus ultra præstationem fidei est confirmatus vel authoritate sive consensu Regis vel consensu geminato vel præsentia bonorum & honestorum virorum vel lapsu temporis longissimi vel immemorialis.

Ad 54. & 55. rationem dubitandi respondeo negando, † quod in transactione 645 inita inter Dn. M. & Dn. U. dolus vel metus intervenerit, nec enim illud, quod Dn. M. ad illam transactionem dolo vel metu inductus est, hactenus probatum non est, & nunquam probari poterit. Et certum est, quod contra illum qui prætendit in transactione vel alio contractu dolum malum vel metum intervenisse, præsumptio juris militet, quodq; illius allegatio nullo modo admittenda sit, nisi is manifestissimis probationibus de dolo & metu fidem fecerit.

Præterea quoq; illa transactio & à Dn. M. & à filiis illius non semel sed sæpius ratificata & approbata est.

Et certum est, quod etiam ille contractus, in quo contractu dolus vel metus intervenit, confirmetur, si ex intervallo ratificatus vel confirmatus fuerit. Perinde etiam in lite mota inter Barones à B. in S. & F. & patruos Domini A. A. illæ exceptiones & doli & metus allegatæ fuêre, & tamen illis non obstantib. pronunciatum est, prædictã transactionem

actionem valere & ratam esse, & sic liquet, eo ipso istas exceptiones rejectas esse.

Ideoque illas ulterius allegare non permittitur, aliæ quoque solutiones suprà datæ ad quadragesimam sextam & quadragesimam septimam rationem dubitandi, & hisce duabus rationibus dubitandi conveniunt.

Ad 56. rationem dubitandi respondeo: Primò, quod negetur in transactione inita inter Dominum M. & Dominum U. intervenisse læsionem aliquam.

Multò verò magis negatur, quod in illa transactione intervenerit læsio enormis vel enormissima.

Quinimò, ex actis mihi transmissis liquet, quod in illa transactione nulla penitùs intervenerit læsio, sed quod Dominus M. avus Domini A. A. ex ista transactione commodum senserit.

Similiter & negatur, quod Dominus M. tempore illius transactionis vitæ fuerit minor.

Eodem modo negatur, quod Dominus M. ad istam transactionem fuerit inductus dolo, metu vel persuasionibus Domini U.

646 Secundò respondeo, † multos Dd. relatos & in 56. ratione dubitandi, & in 95. ratione decidendi, velle, quod contractus jurejurando confirmatus prætextu læsionis enormis vel enormissimæ rescindi vel impugnari nequeat.

Illudque potissimùm locum habet in contractu transactionis, cum Dd. magis communiter teneant, quod transactio etjam non jurata prætextu læsionis enormis vel enormissimæ rescindi nequeat, prout hoc docui suprà in 93. ratione decidendi.

Tertiò, ad hanc rationem dubitandi accommodari possint omnes illæ solutiones, quas supra dedi ad 50. rationem dubitandi.

Ad 57. rationem dubitandi, patet solutio ex iis, quæ adduxi suprà in responsione ad 49. rationem dubitandi.

Ad 58. rationem dubitandi, respon-
647 deo † negando, quod Dominus M. in prædicta transactione enormiter vel enormissimè læsus fuerit.

Et sic liquet, illud, quod in 58. ratione dubitandi dicitur, per præsentiam amicorum consanguineorum vel aliorum honestorum virorum præsumptionem doli vel metus non tolli, quando in contractu aliquo intervenit læsio enormis vel enormissima, in casu præsenti locum non habere, & tamen Dd. citati in 58. ratione dubitandi velint, præsentiam consanguineorum, amicorum vel aliorum virorum honestorum nihil operari, nec præsumptionem doli vel metus excludere in contractu inito à liberis cum parentibus.

Attamen tantùm loquuntur in contractu inito à liberis cum parentibus, nec ullam faciunt mentionem de contractibus initis à minoribus natu, cum fratribus vel consanguineis, senioribus sive majoribus natu, aut cum aliis personis, quibus reverentia debetur.

Ideò illorum Dd. decisio nullo modo ad istum casum extendi potest.

Et Dd. communiter concludunt, quod præsentia consanguineorum, amicorum aliorumque virorum honestorum omnem præsumptionem doli & metus excludat, etiam in contractibus initis, cum illis personis, quibus reverentia debetur, prout hoc tradit *Bart. Alex. Jas. & Dd. l. transactionem. C. de transactionibus. Bart. l. fin. col. 1. ff. si quis aliquem testari prohibuerit. Bald. l. fin. C. eo tit. Ant. de But. c. causa matrimonii. ext. de offic. delegat.*

Similiter & Dd. tradunt, quod præsentia judicis sive magistratus omnem suspicionem doli & metus excludat, etiam in contractu inito cum tali persona, cui reverentia debetur, *Jas. l. transactionum. nu. 1. C. de transact.*

Quinimò multi Dd. volunt, quod præsentia consanguineorum, amicorum, aliorumve virorum honestorum præsumptionem doli & metus excludat etiam in contractibus initis à liberis cum parentibus, *Alex. & Jas. l. transactionem. C. transact. Barbat. c. caussam matrimonii. num. 3. ext. de offic. delegat.*

Præterea quoque in transactione inita inter Dominum M. & Dominum U. de qua in casu præsenti agitur, intervenit non tantùm præsentia amicorum & honestorum virorum, sed etiam præsentia magistratus, vel Præfecti inferioris Lusatiæ.

Insuper quoque illa transactio est confirmata & authoritate sive consensu Regum Bohemiæ, & consensu non tantùm geminato, sed etiam sæpius reiterato ipsorum contrahentium, eorumque successorum & præstatione fidei & lapsu temporis lungi, longissimi & quodammodo immemorialis.

Quæ omnia simul juncta tàm transactioni quàm aliis contractibus plus roboris tribuere, quàm solam præsentiam amicorum consangnineorum, vel aliorum honestorum virorum indubitati juris est.

Tum, quia rutissima juris regula est, quod ea, quæ non prosunt singula, multa collata juvent, *gloss. l. 1. in princ. vers. ætas verb. legitim. ff. de excus. tutor.*

Tum quia certum est, quod plura vincula sint efficaciora & fortiora uno, *Auth. itaque. C. commun. de success. auth. ut fratrum filii. in prin. c. 1. in prin. & ibi Dd. ext. de treug. & pac.*

Deinde quoque illa exceptio doli & metus & aliæ exceptiones, quæ contra hanc transactionem allegari possunt, sunt semel rejectæ per sententiam diffinitivam quæ in rem judicatam transiit.

Ideoq; neque Domino A.A. neque ulli alii permitti debet, illas exceptiones ulterius allegare vel opponere.

Ad 59. rationem dubitandi respondeo primò, quod neque hactenus probatum sit, nec unquam probari possit, quod Dominus M. tempore transactionis initæ minor fuerit, quodq; & Imp. Majestas hanc præsumptionem pro se habeat, quod Dominus M. tunc temporis major fuerit, & huic præsumptioni standum sit, donec contrarium probetur, sicut hoc in rationibus decidendi probavi.

Et certum est, quod in contractu majoris non requiratur decretum judicis, quodq; contractus à majori initus valeat & ratus sit, etiamsi in illo decretum judicis non intervenerit.

Igitur sequitur, transactionem initam à Domino M. valere & ratam esse, etiamsi fides fieri posset, in ista transactione non intervenisse decretum judicis.

648 Secundò respondeo, † quod ex lapsu temporis longi vel longissimi præsumatur & probetur, in contractu tam minoris quàm majoris intervenisse & decretum judicis & omnes alias solennitates requisitas, prout hoc in rationibus decidendi docui.

Sed à tempore illius transactionis initæ sunt elapsi plures quàm 76. anni, & sic tempus non tantùm longum vel longissimum sed quodammodo immemoriale.

Igitur sequitur, etiamsi probari posset, Dominum M. tempore illius transactionis initæ minorem fuisse, vel etiam quod ob aliam caussam decretum judicis aliæve solennitates in ista transactione requisitæ fuissent, quod tantum ex lapsu illius temporis longissimi & quodammodo immemorialis præsumatur, in ista transactione intervenisse & decretum judicis, & quidem ritè & rectè, nec non & omnes solennitates à jure requisitas.

Tertiò respondeo ex iis, quæ in rationibus decidendi adduxi, satis superq; probavi, quod illa transactio sit confirmata authoritate & consensu saltem præsumpto Regum Bohemiæ.

Et certum est, nec non in rationibus decidendi comprobatum, quod authoritas vel consensus verus vel præsumptus Imperatoris vel Regis, non modò idem, sed plus operetur quàm operatur decretum judicis.

Et licet Doctores citati in 59. ratione dubitandi velint, † decretum judicis etiam ritè & solenniter interpositum, contractum non confirmare eo casu, quandò in illo contractu intervenit læsio enormis vel enormissima. Attamen negatur, Dominum M. in ista transactione enormiter vel enormissimè læsum. 649

Præterea quoque Doctores citati in 97. ratione decidendi communiter concludunt, quod per decretum judicis etiam confirmetur is contractus, in quo intervenit læsio enormis vel enormissima. Multò verò magis authoritas sive consensus Regis vel Principis, etiam illum contractum, in quo intervenit læsio enormis vel enormissima, confirmat.

Ad 60. rationem dubitandi respondeo primò ex iis, quæ in rationibus decidendi adducta sunt, satis superq; probavi, transactionem initam inter Dominum M. & Dominum U. in qua transactione Dominus M. realiter & omnimodò refutavit Baronias controversas, statim & ab initio valuisse & ratam fuisse.

Ideoque necesse non esse de confirmatione illius contractus ex geminatione sive reiteratione inducta multa verba facere.

Secundò respondeo negando, quod Dn. M. tempore renunciationis factæ anno 1497. tempore reiterationis sive ratificationis subsecutæ anno 1498. minor fuerit.

Et Imperatoria Majestas hanc præsumptionem pro se habet, quod Dn. M. utroq;

utroq; tempore & major & perfectæ ætatis fuerit, illiq; præsumptioni standum, donec contrarium probetur.

Præterea quoque Dominus M. avus Domini A. A. transactionem initam non tantùm anno 1498. approbavit & ratam habuit, sed tam ipse quàm filii illius illam transactionem non semel sed sæpius & plus quàm centies approbavère & ratificavère, eo ipso videlicet, quod ipsi illam partem Baroniæ F. quam Dominus M. per istam transactionem consecutus est, jam ultra annos 76. retinuère, & ex illa omnes fructus & reditus percepère.

Et sic liquet, illa quæ in 60. ratione dubitandi adducta sunt, de geminatione sive reiteratione facta in minori ætate, in casu præsenti locum non habere.

Tertiò respondeo negando, quod Dominus M. ad istam transactionem incundam errore fuerit inductus, nec ille error hactenus probatus est.

650 Et † geminatio sive reiteratio actus & præsumptionem scientiæ inducit, & præsumptionem erroris sive ignorantiæ removet & excludit, sicut hoc docui in 108. ratione decidendi.

Et illud quod in 60. ratione dubitandi dicitur, quod geminatio nihil operetur eo casu, cum intervenit error vel defectus consensus, quodq; confessio etiam geminata prætextu erroris revocari possit, tantùm habet locum eo casu, cum manifeste probatur, errorem sive defectum consensus intervenisse, & in actu principali, & in actu geminato.

Nec obstat quod prætenditur, Dominum M. in prædicta transactione enormiter & enormissime læsum, quodq; per læsionem enormem & enormissimam error & ignorantia probetur.

Namque negatur, quod Dominus M. in ista transactione enormiter vel enormissimè læsus sit.

Nec illa læsio etiam præsumitur vel hactenus probata est, imò contrarium, quod videlicet Dominus M. per illam transactionem non sit læsus, multò verò minus enormiter vel enormissimè læsus, patet ex actis mihi transmissis.

Præterea quoque patrui Domini A. A. in lite mota contra Barones à B. in F. & S. contra illam transactionem inter cætera hanc exceptionem læsionis opposuère enormis vel enormissimæ.

Illaq; non obstante pronunciatum est, illam transactionem valere & ratam esse, & sic illa exceptio per sententiam diffinitivam, quæ in rem judicatam transivit, rejecta est. Ideoq; ulterius allegari nequit.

Insuper † præsumptio erroris sive ignorantiæ, quæ ex læsione enormi vel enormissima inducitur, non est præsumptio juris & de jure; sed est præsumptio juris tantùm, ideoq; illa præsumptio non habet locum eo casu, quando de scientia vere vel præsumptivè constat vel probatur, *Bart l. 2. num. 14. & 16. & ibi Bald num. 7. q. 4. Salycet. num. 11. q. 7. Paul. Cast. num 7. Fulgos. num. 11. Pant. de Crem. num. 86. Cagnol. nu. 124. C. de rescind. vendit. Azo. in sum. C. de rescind. vendit. num. 1. in fin. Paul Cast. l. majoribus C. com. utrinq. judic. Rom. l si quis cum aliter. num. 15. & ibi Francis. Arct. col. pen. num. 8. & Ias. num. 17. ff. de verb. oblig. Rom. cons. 475. num. 4. & ibi Horat. Mandos. addit. Panor. & Anton. Butr. c. cum causa ext. de empt & vendit. Bal. l. 1. ff. de act. empt. Spec. in tit. de emp. & vendit. §. nunc dicendum. el. 2. vers. quid si aliquis scienter. Alex. cons. 27. num. 4. cons. 42. num. 5. cons. 125. num. 7. lib. 1. cons. 127. lib. 2. cons. 14. num. 23. lib. 6. Socin. cons. 48. nu. 4. lib. 4. Dec. cons. 533. col. 1. Son jun. cons. 73. in fin. lib. 2. Barbat. cons. 21. col 3. lib. 4. Fab. de Mont. in tract. de empt. & vendit. q. 8. num. 19. & 20. Card. Paris. cons 128. num. 86. lib. 1. Loffred. cons 23. Boer. decis. 142. num. 3. Bero. c cum dilecti. num. 23. ext. de empt. & vendit. Curt. jun. cons. 41. num. 16. Cravet. cons. 151. num. 25. Mant. lib. 1. com. opin. Covar. variar. Resolut. lib. 2. cap. 4. num. 2. Tiraquel in tract. de utr. retract. par. 1. §. 1. glos. 18. num. 14.* 651

Et confirmatur, Namque regulariter quælibet præsumptio probationem contrariam admittit, *l. fin. in prin. ff. de præsumpt l. nuptura. in fin. ff. de jurisd. l. si chirograph. & l. cum de indebito. §. 1. ff. de probat. Cravet. cons. 6. num. 70. cons. 35. num. 50. cons. 146. nu. 7.*

Et una præsumptio per aliam præsumptionem, & tollitur & excluditur, *l. Divus. ff. de restit. in integr. l. non solùm. ff. de rit. nuptiar. Cravet. cons. 6. num. 70. cons. 145. num. 11. cons. 149. num. 17.*

Et plures præsumptiones regulariter annotat *Cravet. cons. 145. num. 11. & consil. 149. num. 17.*

Præterea quoque clari juris est, quod scientia probetur eo ipso, quod quis penes se habuit, sive habet instrumenta super isto negotio, sive super ista re de qua agitur confecta, vel quod quis ista instrumenta produxerit vel illis usus fuerit.

Similiter scientia præsumitur & in facto valdè notabili, & ex reiteratione sive geminatione actus, & ex lapsu temporis longi vel longissimi, prout hæc docui in 108. ratione decidendi.

In factis quoque Nobilium & Baronum scientia præsumitur, *Tiraquel. in tract. de nobilitat. cap. 37. nu. 103. Anton. Gab. Rom. in tract. regul. lib. 6. tit. de reg. jur. conclus. 5. num. 37.*

Ex eo quoque, quod in actu aliquo intervenit, juramentum præsumitur, illum actum ex certa scientia gestum, *Anton. Baver. in tractatu de jurejurand. col. 5. Anton. Gab. Rom. in tractatu regul. lib. 6. tit. de reg. jur. conclus. 1. num. 7.*

Sed Dominus M. avus Domini A. A. & tempore illius transactionis initæ, & ante illam transactionem initam, penes se habuit omnes investituras ratione Baroniarum controversarum parenti & patruis suis concessas, nempe investituram Regis L. investituram Regis G. investituram Regis M. & investituram Præfecti inferioris Lusatiæ ipsimet concessam.

Et Dominus M. anno 1494. & sic tribus annis ante transactionem initam, investitura Regis L. Regis G. Regis M. coram Præfecto inferioris Lusatiæ produxit. Illæ quoque investituræ omnes continent factum admodum notabile, quatenus recipiunt personam investientis, continent factum Regum, quatenus verò respiciunt personam illorum, qui investituram recepêre, continent factum Baronum.

Nec non & ab illo tempore, quo illa transactio inita est, sunt elapsi plures quàm 76. anni.

Igitur sequitur, ex his omnibus satis superq; probari, quod illa transactio à Domino M. inita fuerit non per errorem vel ignorantiam, sed ex certa scientia, quodque eam ob caussam illa, quæ in 60. ratione dubitandi adducta sunt, de geminatione sive reiteratione per errorem facta, in casu nostro locum non habeant.

Insuper quoque indubitati juris est, quod gesta per errorem sive per ignorantiam per ratihabitionem ex certa scientia factam, confirmentur.

Et dubio omni caret, quod & Dominus M. avus Domini A. A. & filii illius, eo tempore quo ipsi ex Baroniis controversis fructus & reditus percepêre, & per illam perceptionem istam transactionem approbavêre, habuerint scientiam & totius negotii & omnium circumstantiarum, & quis sit valor Baroniarum controversarum.

Igitur sequitur, per istam approbationem sive ratificationem subsequentem illam transactionem confirmatam, etiamsi fides fieri posset, Dominum M. errore vel ignorantia ductum, istam transactionem inivisse.

Et illa exceptio erroris sive ignorantiæ, perinde ut aliæ exceptiones per sententiam latam, in judicio provinciali inferioris Lusatiæ rejecta & reprobata est.

Quartò respondeo, † illud quod in 60. ratione dubitandi dicitur, quod per geminationem sive reiterationem non confirmetur ille actus, ad quem quis dolo vel metu inductus fuit, habere tantùm locum eo casu, quo constat sive probatur, quod quis metu vel dolo malo fuerit inductus, & ad contractum celebrandum & ad illum contractum reiterandum sive reiterato approbandum. 65

In dubio verò dolus & metus non præsumitur, & is, qui dolum vel metum allegat, non aliter ferendus vel audiendus est, nisi is de dolo & metu fidem fecerit.

Et reiteratio sive geminatio actus multò magis hoc operatur, ut præsumptio doli & metus cesset, sicut hoc in 102. ratione decidendi docui.

In casu quoque præsenti non tantùm geminatio sive reiteratio consensus vel ratificationis, sed multa alia evidentissimæ indicia adsunt, quibus suadetur, quod ista transactio non fuerit inita neque dolo neque metu, quodq; multò minus Dominus M. dolo & metu inductus fuerit ad illam transactionem ratificandam & approbandam.

Et insuper clari juris est, nec non & in 103. ratione decidendi comprobatum, quod tàm transactio quàm alius contractus, dolo malo vel metu initus confirmetur, si quis cessante dolo vel metu illam transactionem sive contractum approbaverit vel ratum habuerit.

Quintò respondeo, quod negetur, Dominum M. in ista transactione inita enormiter vel enormissimè læsum.

Et Dd. relati in 95. ratione decidendi magis communiter concludunt, quod per consensum geminatum confirmetur etiam

etiam is contractus, in quo quis enormiter sive enormissime læsus fuit.

Quæ sententia absque omni dubio procedit eo casu, quo quis illum contractum, in quo ipse enormiter vel enormissime læsus fuit, ex certa scientia approbat & ratum habet, prout in casu nostro hanc ratificationem sive approbationem ex certa scientia factam ex multis evidentissimis indiciis liquet.

Multò verò magis illa opinio locum habet in nostro & similibus casibus, quando ultra geminationem sive reiterationem actus & lapsus temporis longi, longissimi, vel quodammodò immemorialis, & alia adminicula superius sæpius relata concurrunt.

Sextò respondeo, quod neq; in transactione, de qua in casu præsenti agitur, neque in ejus reiterata approbatione intervenerit ullus defectus vel ulla sinistra suspicio.

Et ex lapsu temporis longi, longissimi & quodammodo immemorialis, nemo, ut ex aliis manifestissimis & evidentissimis instrumentis satis superque videtur, quod in hac transactione intervenerint omnes solennitates, omniaque requisita legitima.

Insuper quoq; clari juris est, nec non & in rationibus decidendi comprobatum, quod contractus initus à minori etiam non intervenientibus legitimis solennitatibus confirmetur eo casu, quando is minor major factus tacitè vel expressè illum contractum approbat vel ratum habet.

Ad 61. rationem dubitandi respondeo, ex iis, quæ in rationibus decidendi adducta sunt, satis superq; liquere, quod transactio inter Dominum U. & Dominum M. contracta, ab initio ritè, rectè & solenniter inita fuerit, quodq; omnis defectus solennitatis, si quis forsan intervenisset per autoritatem & consensum Regum Bohemiæ per præstationem fidei, per geminationem consensus approbationis & ratificationis, nec non & per alios modos suppletus & resarcitus fuerit.

Ideoq; supervacuum esset disputare de solennitatibus & requisitis legitimis ex lapsu temporis præsumendis.

Secundò respondeo, Doctores relatos in 83. ratione decidendi velle, præsumptionem descendentem ex lapsu temporis immemorialis esse præsumptionem juris, & de jure contrariam probationem non admittentem.

Sed à tempore illius transactionis, de qua in casu præsenti agitur, sunt elapsi plures quàm 76. anni, & sic tempus quodammodo immemoriale.

Igitur videtur dicendum, in casu præsenti contra præsumptionem descendentem ex lapsu illius temporis non admitti probationem contrariam, neque veram neque præsumptivam.

Tertiò respondeo, † licet Bart. & Anton. Gab. Rom. citati in 61. ratione dubitandi velint, præsumptionem ex lapsu temporis descendentem locum non habere eo casu, quando agitur de gravi præjudicio. 653

Attamen negari, in casu nostro agi de gravi præjudicio Domini A. A. cum Dominus A. A. in Baroniis controversis nullum jus unquam habuerit, atque Dominus A. A. agat non de damno vitando, vel de jure quæsito amittendo, sed ipse tantùm agat de jure quærendo sive de lucro captando.

Præterea quoque Bartolus & Antonius Gabrielius Romanus citati in 61. ratione dubitandi, loquuntur tantùm in illis terminis, quando agitur de præsumendo titulo, & sic de præsumenda substantia act⁹.

Ideoque [illegible] doctrina minimè extendi potest ad nostrum vel similes casus, in quibus constat de titulo, sed tantùm disceptatur de solennitate tituli.

Namque certum est, quod solennitas tituli ex lapsu longi temporis præsumatur facilius, quàm ipse titulus sive substantia tituli, *Alex. conf. 50. col. 2. lib. 5. conf. 179. col. 2. lib. 6. decis. 442. col. 4. in fin. Cravet. de antiquitat. tempor. part. 3. §. venio nunc ad tertiam. num. 22.*

Deinde quoque Dd. magis communiter concludunt, † quod etiam eo casu, quando agitur de gravi præjudicio, solennitates etiam extrinsecæ, & omnia alia requisita in actu aliquo intervenisse ex lapsu temporis diuturni sive longi præsumatur, prout hoc expressè & in specie tradit *Ruin. conf. 154. num. 7. lib. 3. ubi ipse hanc opin. communiter receptam attestatur.* 654

Et eo casu, quando cum antiquitate temporis concurrit possessio vel quasi illi⁹ in cujus favorem ista præsumptio allegatur vel aliud adminiculum, 10. anni sufficiunt ad hoc, ut præsumi debeat in actu aliquo intervenisse & omnes solennitates & alia requisita legitima, prout hoc tradit *Aym. Cravet.*

Cravet. in tract. de antiquit. temp. par. 3. §. venio nunc ad tertiam. num. 1. vers. primus casus, ubi ipse attestatur, eandem opinionem amplecti. Bald. Paul. Cast. Alex. & Cornel. in locis ab ipso citatis.

Et etiam eo casu, quando lapsus temporis neque possessione vel quasi illius in cujus favorem ista præsumptio allegatur, neque aliis adminiculis adjuvatur, ex lapsu temporis 30. annorum præsumitur, in actu aliquo intervenisse omnes solennitates omniaque requisita legitima etiam in iis, in quibus agitur de gravi vel gravissimo præjudicio alterius, prout hoc tradunt Dd. citati in 83. ratione decidendi.

Et ultra illos idem tenet *Ruin. cons. 154. numer. 7. lib. 3. Cravet. in tract. de antiquit. tempor. part. 3. §. venio nunc ad tertiam. numer. 6.*

Idemq; volunt & illi Dd. qui tradunt, ex lapsu temporis longi vel longissimi præsumi divisionem inter fratres factam, etiamsi maxima inæqualitas insurgeret, *Saly. l. pen. col. pen. C. com. divid. Alex. cons. 92. col. 2. lib. 2. Ang. Aret. §. fin. col. fin. Instit. de socier. Ant. de Butr. c. pervenit. col. 23. ext. de censib. Ias. cons. 2. col. 10. lib. 3. & cons. 172. col. 3. lib. 4. Ruin. cons. 117. col. fin. lib. 3.*

Sed in casu præsenti constat, illam transactionem, in qua Dn. M. realiter & omnimodò refutavit Baronias controversas atque omne illud jus, quod ipse in Baroniis controversis habuit vel habere potuit, initam esse anno 1497. & sic ab eo tempore elapsos esse annos 76.

Et lapsus temporis in casu præsenti adjuvatur, possessione non tantum longi vel longissimi, sed quodammodo immemorialis temporis.

Cum post illam transactionem initam Dn. U. ejusque filii Baronias controversas ultra 54. annos & Imperator F. atque Imperator M. nec non & illi, qui à Majestate illorum caussam habent, post obitum Domini C. illas Baronias ultra 22. annos possederint.

Similiter quoque in casu præsenti lapsus temporis adjuvatur, & per hoc, quod illa transactio est confirmata, & authoritate sive consensu Regum Bohemiæ, & præsentia Præfecti inferioris Lusatiæ, nec non & aliorum honestorum virorum, & consensu geminato sive reiterato contrahentium, & præstatione fidei.

Igitur sequitur, quod non obstantibus iis, quæ in 61. ratione dubitandi adducta sunt, in casu præsenti ex lapsu temporis majoris, quàm 76. annorum præsumi debeat, in transactione à Domino M. inita omnes solennitates, omniaq; requisita legitima intervenisse.

Quartò respondeo, † licet Dd. citati in 61. ratione dubitandi velint, ex lapsu longi temporis non præsumi intervenisse solennitates & requisita legitima, in tali actu, qui principaliter tendit ad exclusionem alterius. 655

Attamen quoad hoc contrarium tenete, *Alex. l. qui in aliena. in prin. num. 11. ff. de acquir. hæredit.*

Et Dd. citati in ratione 61. dubitandi, qui concludunt à lapsu temporis non præsumi solennitatem in tali actu, qui principaliter tendit ad exclusionem alterius, loquuntur tantùm de lapsu 10. annorum, & affirmant etiam in tali actu, qui principaliter ad exclusionem alterius tendit, ex lapsu temporis 30. annorum præsumi, omnes solennitates legitimas intervenisse, prout hoc expresse tradit *Imol. in loc. ibidem citat.*

Et ultra illum, idem tenet *Alex. cons. 179. num. 6. lib. 7. Felin. c. sicut. numer. 30. versu secundo adverte. extr. de sentent. & re jud. Ias. l. 1. num. 15. versu tertio singulariter. limita. C. qui admitti.*

Quinimò etiam eo casu, quando agitur principaliter de exclusione alterius, ego judico ex lapsu temporis 10. annorum omnes solennitates legitimas in actu aliquo intervenisse, præsumi, quando lapsus temporis adjuvatur possessione vel quasi illius in cujus favorem illa præsumptio allegatur aut aliis adminiculis.

Illudque penitus indubitatum est, quod etiam in iis, in quibus principaliter agitur de exclusione alterius, ex lapsu 10. annorum præsumantur omnes solennitates legitimæ eo casu, quando agitur de excludendo quem non à jure quæsito, sed à jure quærendo.

Tum quia Dd. allegati in 61. ratione dubitandi tantùm loquuntur, quando agitur de excludendo quem à jure quæsito.

Tum, quia quis facilius excluditur à jure quærendo, quàm à jure quæsito, sicut hoc in rationibus decidendi comprobavi.

Sed in casu præsenti agitur principaliter de præsumendo solennitates legitimas quoad hoc, quod contractus transactionis à Domino M. initus validus sit, quodq;

quodq; omne jus, si quod forsan Dominus M. in Baroniis controversis habuit, per istam transactionem fuerit translatum in Dominum U. ejusque filios, & per consequens in Imperatoriam Majestatem tanquam Dominum feudi, & sic in casu nostro agitur de exclusione Domini A. A. ejusque posteriorum, non principaliter sed in consequentiam.

Dominus quoque A. A. in casu præsenti non certat, neque de damno vitando, neque de jure quæsito amittendo, sed de lucro captando, sive de lucro acquirendo.

Et lapsus temporis in casu præsenti & possessione vel quasi & multis aliis adminiculis adjuvatur.

Nec non & in casu præsenti à tempore illius transactionis initæ non modò decem vel 30. sed plures quàm 75. anni elapsi sunt.

Igitur sequitur, illud quod in 61. ratione dubitandi dicitur, quod ex lapsu temporis longi non præsumantur solennitates legitimæ in tali actu, qui principaliter tendit ad exclusionem alterius, in casu præsenti locum nun habere.

Quintò respondeo, illam transactionem non esse initam cum Domino A. A. sed cum ejus avo, Domino M. nempe.

656 Et opinio illorum Dd. qui volunt † ex lapsu temporis longi vel longissimi non præsumi solennitates legitimas in actu aliquo intervenisse, eo casu, quando is cum quo actus celebratus, negat illam solennitatem intervenisse, vera non est, prout illam opinionem bonis rationibus reprobat *Cravet. in tract. de antiquitat. tempor. p. tri. §. Venio nunc ad tertiam. num. 16. & 17.*

Ideoque illa opinio nullo modo tenenda vel sequenda est, *arg. l 1. §. sed neque. C. de veter. jur. enucl.*

Et illa opinio absque omni dubio locum non habet in nostro & similibus casibus, vel quando agitur non de jure quæsito amittendo, sed de jure quærendo, vel quando intervenit lapsus temporis non modò longi sed longissimi, & quodammodo immemorialis.

Vel quando lapsus temporis adjuvatur possessione vel quasi aut aliis adminiculis.

657 Sextò respondeo, † licet patrui Domini A. A. in lite inter ipsos & agnatos eorum mota allegaverint, instrumentum confectum super ista transactione fidem non facere.

Attamen ista allegatione non obstante per sententiam diffinitivam anno 1571 prolatam in judicio provinciali inferioris Lusatiæ pronunciatum est, illam transactionem valere & ratam esse.

Et sic per illam sententiam illa allegatio rejecta & reprobata est.

Et cum illa sententia & in rem judicatam transierit, & etiam Domino A. A. præjudicet, sicut hoc in rationibus decidendi comprobavi, dubio omni caret, quod Domino A. A. ulterius non permittatur allegare, quod istud instrumentum fidem nun faciat.

Præterea quoque Dd. citati in 61. ratione dubitandi, qui concludunt, solennitatem ex lapsu temporis non præsumi, quando instrumentum super actu aliquo confectum fidem non facit, loquuntur tantùm in illis terminis, quando de actu gesto aliter quàm per instrumentum fides fieri nequit.

Secus autem est, si de actu gesto vel per testes vel aliter constet, tunc enim in tali actu ex lapsu temporis longi vel longissimi præsumitur intervenisse omnes solennitates legitimæ, etiamsi instrumentum super isto actu confectum fide careat.

Namque Doctores citati in 83. ratione decidendi, communiter concludunt, ex lapsu temporis longi vel longissimi præsumi in actu aliquo intervenisse omnes solennitates legitimas sive super isto actu instrumentum confectum sit, sive non.

Item, sive instrumentum super illo actu confectum, fidem faciat sive non.

Et insuper clari juris est, quod regulariter nullus actus valeat eam ob caussam, quod vel super illo nullum instrumentum confectum est, vel quod illud instrumentum super illo actu confectum est inutile, aut fide caret, *l. contrahentes. ff. de pignor. l. pactum. la. 2. C. de pact.*

Sed in casu nostro constat, illam transactionem initam esse.

Igitur sequitur, illud quod in 61. ratione dubitandi adductum est, solennitatem legitimam non præsumi intervenisse in actu aliquo, quando instrumentum super tali actu confectum fidem non facit, in casu nostro locum non habere.

Septimò

658 Septimò respondeo,† illud quod in 61. ratione dubitandi adductum est, ex lapsu temporis longi non præsumi, in actu aliquo intervenisse solennitates legitimas, eo casu, quando agitur de præjudicio pupillorum vel minorum procedere tantùm illo casu, quando is actus est celebratus cum illo minori vel pupillo, de cujus præjudicio agitur & tempus est lapsum adversus pupillum, vel minorem tempore pupillaris vel minoris ætatis, & agitur de præjudicio pupilli vel minoris principaliter, non autem in consequentiam, & quando minores vel pupilli certant, non de jure quærendo, sed de jure quæsito amittendo, prout in illis terminis loquuntur Dd. citati in 61. ratione dubitandi.

Ideoque illorum Doctorum decisio minimè extendi debet ad istum casum, quando actus est gestus cum majore, vel tempus est lapsum adversus illum majorem cui minor successit.

Namque clari juris est, quod illi minori, qui successit majori, non succurratur in iis, quæ cum majore gesta sunt, *l. 2. & ibi Bartol. C. si ad advers. vendit. pignor. Bartol. Alex. in d. l. cum filiusfamiliás. §. in hoc. ff. de verbor. obligat.*

Similiter & illorum Doctorum decisio minimè extendi debet ad illum casum, quando agitur non de jure quæsito amittendo, sed de jure quærendo.

Cum sit clari & indubitati juris, nec non & superius comprobatum, quod alicui facilius præjudicetur in jure quærendo, quàm in jure quæsito.

Eodem modo illorum Doctorum decisio extendi non debet ad illum casum, quando de præjudicio minorum non agitur principaliter, sed in consequentiam, eam ob caussam, quia in multis casibus illa, quæ principaliter fieri prohibita sunt, in consequentiam fieri possunt, *l. 1. in princ. ff. de authoritat. tutor.*

Deinde etiam Doctores citati in 61. ratione decidendi, loquuntur tantùm de lapsu temporis longi.

Ideoque videtur dicendum, illam decisionem minimè extendendam esse ad lapsum temporis longissimi, & quodammodo immemorialis.

Ulterius videtur dicendum, illorum Doctorum opinionem locum non habere eo casu, quando lapsus temporis aliis indiciis, conjecturis & adminiculis adjuvatur, sicut hoc satis probatur per id, quod Doctores in simili concludunt, licet ex lapsu temporis longi vel longissimi mandatum non præsumatur: Attamen hoc non habere locum, quando lapsus temporis aliis conjecturis, indiciis & adminiculis adjuvatur, *Curt. sen. consil. 73. coll. pen. versu tertia conclusio. Cravet. in tractat. de antiquitat. tempor. part. 2. num. 69.*

Sed illa transactio, de qua in casu præsenti agitur, non est inita, neque cum Domino A. A. neque cum filiis illius minoribus vel pupillis, sed cum Domino M. avo Domini A. A. qui tunc temporis major fuit.

Et tàm adversus Dominum M. quàm adversus filios illius patrem nempe & patruos Domini A. A. ab eo die, quo ipsi absque controversia majores fuêre, tantùm tempus elapsum est, quod ad inducendam hanc præsumtionem sufficiens est.

Et in casu præsenti non agitur principaliter de præjudicio filiorum Domini A. A: sed principaliter agitur de præjudicio ipsius Domini A. A. qui ante 20. & plures annos major effectus est.

Deinde etiam in casu præsenti Dominus A. A. & filii illius non agunt de jure quæsito amittendo, sed de jure quærendo.

Et à tempore transactionis initæ sunt elapsi non tantùm 10. vel 30. sed plures quàm 76. anni.

Nec non & in casu præsenti lapsus temporis adjuvatur multis aliis indiciis, conjecturis & adminiculis.

Igitur sequitur, illud quod in 61. ratione dubitandi dicitur, quod ex lapsu temporis non præsumantur solennitates in præjudicium pupillorum vel minorum, in casu præsenti locum non habere.

Octavò, ad illud † quod in 61. ratione dubitandi dicitur, præsumptionem ex lapsu temporis descendentem, non habere locum, nisi fides fiat, intervenisse scientiam & patientiam illius, de cujus præjudicio agitur, non procedere in lapsu temporis immemorialis, *Cravet. in tractat. de antiquitat. tempor. part. 3. §. venio nunc ad tertiam. num. 19.* 659

Quin-

660 Quinimò videtur dicendum, † hoc non habere locum in lapsu temporis 30. annorum, sicut hoc satis probatur per id, quod Doctores in simili tradunt, licet ad præscriptionem servitutis requiratur, ut probetur atque fides fiat, quod quis illa servitute usus fuerit sciente & patiente adversario.

Attamen hoc tantùm locum habere in præscriptione temporis longi 10. nempè vel 20. annorum, non autem in præscriptione temporis longissimi 30. nempè vel plurium annorum, *Paul. Castrens. l. 2. C. de servitut. & aq. pl. arc. Cepol. in tractatu de servitut. urb. prædiorum. c. 20. num. 5.*

661 Similiter videtur dicendum, † illud non habere locum eo casu, quando quis titulo munitus est, illudque probari videtur per id, quod tradunt Doctores, licèt in præscriptione servitutis scientia & patientia adversarii necessaria sit.

Attamen hoc non habere locum eo casu, quando is qui servitutem præscribere vult, titulo munitus est, *Petr. Cyn. Alberic. de Rosat. & Paul. Castr. l. 2. C. de servitut. & aq. Paulus Castrensis l. servitutes. ff. de servitut. Anton. de But. c. pervenit. collat. 5. ext. de censib. Cepol. in tractat. de servitut. urb. prædiorum. cap. 20. numer. 5. versu secundò fallit. Felin. c. de quarta collat. fin. extr. de præscript. Francisc. Rip. c. cum Ecclesia Sutrina. numer. 64. versu secundò declara. txt. de caus. poss. & proprietat.*

662 Deinde etiam videtur dicendum, præallegatam Doctorum opinionem locum non habere, quando ultra lapsum temporis adsunt aliæ conjecturæ sive adminicula, vel quando agitur non de jure quæsito, sed de jure quærendo: illudque penitus indubitatum, si adversus scientem & patientem fuerit elapsum tale tempus, quod ad inducendam hanc præsumptionem legitimarum solennitatum sufficiens est, illam præsumptionem non tolli neque excludi, licet iste, de cujus præjudicio agitur, post lapsum illius temporis actum vel contractum impugnaverit vel aliter in patientiam suam declaraverit, *argum. l. patre furioso. & ibi Iason. & Dd. ff. de his, qui sunt sui vel alieni juris. l. non est novum. & ibi Dec. & Cagnol. ff. de regulis juris. c. factum legitimè. & ibi Iohan. Andr. Dyn. & Dd. de regulis juris. lib. 6. Francisc. Balbus. in tractat. de præscript. 2. part. 3. part. princip. quæst. 7. num. 5.*

Sed in casu præsenti à tempore illius transactionis initæ, est elapsum non modò tempus longum vel longissimum, sed plures quàm 76. anni: Et sic tempus quodammodo immemoriale.

Et lapsus temporis est munitus titulo transactione nempe, inita à Domino M. & multis adminiculis, indiciis & conjecturis.

Nec non Dominus A.A. in casu præsenti agit non de jure quæsito amittendo, sed de jure quærendo.

Præterea quoque ex actis mihi transmissis liquet, quod Dominus M. illam transactionem initam anno 1497. primùm incepit impugnare anno 1513. & sic quod à tempore transactionis initæ, sciente & patiente Domino M. sint elapsi plures quàm 15. anni.

Et cum Dominus U. Baro in B. per illud tempus absque contradictione aliqua possessionem Baroniarum controversarum habuerit, dubio omni caret, illud tempus 15. annorum ad inducendam præsumptionem solennitatum legitimarum sufficiens esse.

Igitur sequitur, ea quæ in 61. ratione dubitandi adducta sunt, quod ex lapsu temporis non aliter præsumatur solennitas, nisi de scientia & patientia adversarii fides fiat, in casu præsenti locum non habere, nec nostræ decisioni quicquam obstare.

Nonò respondeo negando, quod per istam transactionem Dn. M. enormiter vel enormissimè læsus fuerit.

Insuper quoque ex suprà deductis liquet, quod etiam eo casu, quando adest læsio enormis vel enormissima, & sic quando agitur de gravi præjudicio ex lapsu temporis præsumantur in actu aliquo intervenisse omnes solennitates legitimæ, præsertim in nostro & similibus casibus, vel quando adest lapsus temporis non modò longi sed longissimi & quodammodo immemorialis, vel quando ille lapsus temporis aliis indiciis, conjecturis & adminiculis vel in possessione vel quasi adjuvatur.

Ad 62. rationem dubitandi respondeo, † ea quæ ibidem adducta sunt, tantùm habere locum eo casu, quando constat atque 663
probatur, illum actum, de quo agitur, ab initio nullum fuisse, secus autem est, si de hoc vel dubitetur vel illud probatum non fuerit, prout hoc tradit

Dec.

Dec. l. quod in initio. num. 8. & ibi Cagnol. nu. 8. ff. de reg. jur.

Et ad hoc, ut adducta in 62. ratione dubitandi locum habere possint, requiritur, ut probetur, quod ille actus per se & ipso jure nullus sit, nec sufficit probare, quod ille actus impugnari vel annullari potuisset, *Dec. d. l. quod in initio. num. 9.*

Deinde quoque regula adducta ibidem non habet locum, quando ultra lapsum temporis consensus, vel alia caussa confirmans intervenit, *gloss. Dyn. Ioh. And. Philip. Franc. & Dd. c. non firmatur. de regulis juris. lib. 6. Bartol. Baldus & Angel. per feudum. ff. de servitut. rusticor. prædior. Dec. & Cagnol. l. quod in initio. ff. de regul. jur.*

Sed hactenus probatum non est, transactionem, renunciationem & reiterationem factam à Domino M. avo Domini A. A. ab initio nullam fuisse. Multò verò minus probatum est, illam transactionem & renunciationem & reiterationem per se & ipso jure nullam fuisse.

Imò ex illis, quæ in rationibus decidendi adducta sunt, liquet, illam transactionem, renunciationem & reiterationem statim ab initio valuisse & ratam fuisse. Et hic adest non tantùm lapsus temporis, sed etiam consensus sive ratificatio, & sic caussa confirmans superveniens.

Igitur sequitur, ea quæ in 62. ratione dubitandi adducta sunt, in casu nostro locum non habere, nec decisionem nostram infringere.

Ad 63. rationem dubitandi respondeo primò negando, quod transactio inita & renunciatio facta à Domino M. nulla vel invalida fuerit, quodque Dn. M. illo tempore minor fuerit.

Secundò respondeo, quod in casu præsenti constet atque liqueat, quod Dominus M. transactionem initam anno 1497. sequenti anno expressè approbaverit & ratificaverit.

Igitur sequitur, per illam approbationem & ratificationem subsecutam, istam transactionem absque omni dubio confirmatam, etiamsi fides fieri posset, Dominum M. anno 1497. & sic tempore transactionis initæ fuisse, & minorem & in illa transactione legitimas solennitates non intervenisse, sicut hoc probavi in 88. ratione decidendi.

Tertiò respondeo, Doctores magis communiter tenere, † quod ratificatio 664
contractus initi tempore minoris ætatis non intervenientibus legitimis inducatur, quod is minor effectus major illam rem, quam vigore illius contractus acquisivit, retinuit, & ex illa fructus & reditus percepit, sicut hoc tradunt omnes Dd. citati in 88. ratione decidendi.

Et cum illi Dd. loquantur expressè in terminis nostris, illorum Doctorum decisio absque omni dubio tenenda & sequenda: non obstante hoc, quod Dd. alibi & in aliis terminis tradunt, ratificationem contractus dolo vel metu initi vel etiam à non Domino ratione rei alienæ celebrati per receptionem vel petitionem precii non induci.

Namque clari juris est, quod opinio illorum Doctorum, qui expressè & in specie loquuntur, in terminis quæstionis propositæ præferenda sit opinioni illorum Doctorum, qui in aliis terminis & similibus loquuntur.

Illaque opinio communis generaliter quidem vera est, potissimùm autem procedit eo casu, quando ultra perceptionem fructuum & redituum adsunt aliæ conjecturæ, hanc ratificationem sive approbationem suadentes.

Sed certum est, nec non & ex actis mihi transmissis liquet, quod per mortem Domini F. propartui Domini A. A. dimidia pars illius partis, quam Dominus F. in Baronia F. habuit, fuerit delata & acquisita Domino U. quodque Dominus U. per istam transactionem illam partem Domino M. concesserit.

Similiter manifestum & notum est, quod & Dominus M. & filii illius istam partem Baroniæ F. quam ipsi vigore illius transactionis acquisivêre, post illam transactionem ultra annos 76. possederint, retinuerint & ex illa fructus & reditus perceperint, nec non etiam adhuc illam partem retineant, & ex illa fructus & reditus percipiant.

Præterea etiam Dominus M. ejusq; filii post istam transactionem passi sunt, & ad hoc consensum suum præstitêre, ut secundum tenorem illius transactionis Baronia F. à Baroniis controversis penitùs tàm respectu investituræ quàm aliis respectib.

separa-

separaretur, atque Dominus M. ejusque filii pro se & descendentibus suis tantum & separatim de Baronia F. & Dominus U. ejusque filii pro se & descendentibus suis tantum de Baroniis investirentur.

Illamque investituram & Dominus M. & filii illius ita separatim petiêre, & literas investituræ ita separatim factas recepêre, & penes se retinuêre.

Per quam separationem & bonorum & investituræ vigore illius transactionis factæ non ratificationem illius transactionis inductam, penes me indubitatum est, *arg. l. Paulus respondet. ff. rem ratam habere.*

Igitur sequitur, per hæc satis superque probari, quod & Dominus M. & filii illius hanc transactionem non semel, sed sæpius approbaverint & ratam habuerint.

Rursus ex hoc infertur, etiamsi probari posset, & Dominum M. tempore transactionis initæ minorem fuisse, & in illa transactione non intervenisse solennitates legitimas.

Attamen per illas ratificationes subsecutas istam transactionem confirmatam.

Ad 64. rationem dubitandi respondeo, quod quilibet contractus præsumatur esse justus & legitimus, sive justè & legitimè initus, quodque illi præsumptioni standum & inhærendum sit, donec contrarium probetur, sicut hoc in 99. ratione decidendi comprobatum est.

Quod potissimum procedit eo casu, quando à tempore illius contractus est elapsum tempus longum vel longissimum.

Namque ex lapsu illius temporis præsumitur, in contractu aliquo intervenisse & formam debilem & omnes solennitates à lege requisitas, sicut hoc suprà docui.

Similiter præsumitur, quod quis tempore contractus initi major & legitimæ ætatis fuerit, illiq; præsumptioni standum, donec contrarium probetur, sicut hoc in rationibus decidendi docui.

Nec etiam præsumitur, vel quod quis in contractu aliquo fuerit læsus enormiter vel enormissimè, vel quod quis ad contrahendum fuerit inductus dolo vel persuasionibus adversarii, sed is qui læsionem enormem vel enormissimam, dolum vel persuasionem allegat, illud probare tenetur, eaque probatione non adimpletâ ipse repellitur.

Sed ab eo tempore, quo hæc transactio inita est, sunt elapsi plures quam 76. anni.

Nec hactenus probatum est, vel quod Dominus M. tempore illius transactionis initæ minor fuerit, vel quod in ista transactione forma vel solennitas legitima adhibita non fuerit, vel quod Dominus M. in ista transactione læsus fuerit enormiter vel enormissimè, vel quod Dominus M. ad istam transactionem sit inductus vel dolo vel persuasionibus Domini U.

Insuper etiam ex suprà deductis liquet, quod illa transactio sit inita ritè, rectè & legitimè, quodque in illa nulla intervenerit læsio, deceptio vel dolus.

Igitur sequitur, ea, quæ in 64. ratione dubitandi adducta sunt, in casu præsenti locum non habere.

Secundò respondeo, quòd actus nullus propter amissionem formæ vel solennitatis per consensum supervenientem confirmetur eo casu, quando illa forma sive solennitas personæ certæ favorem respicit, illaque persona cujus favorem illa forma sive solennitas respicit, illum actum amissâ formâ & solennitate requisitâ gestum, postea approbat, *Bart. l. 1. §. sed si filius. ff. de legat. 3. Rom. consil. 54. num. 3. fac. tex. l. filiò præterito. ff. de injust. rupt. irritoq; facto testam. l. si impubes. ff. de Carbon. edict.* 665

Tertiò respondeo, illud, quod in 64. ratione dubitandi dicitur, quod consensus superveniens non confirmet actum nullum propter amissionem formæ, habere locum tantum eo casu, quando actus continet perpetuam caussam prohibitionis: secus autem esse, si ille actus contineat tantum temporalem caussam prohibitionis: tunc enim cessante caussa prohibitionis per supervenientem consensum, actus etiam nullus propter defectum formæ confirmatur, *Rom. consil. 54. num. 3. vers. secundo idem probatur.*

Sed solennitas sive forma in contractibus minorum requisita, tantùm propter

favorem minorum inrroducta est, & leges disponentes, quod contractus minorum non nisi servata certa forma & solennitate celebrari possint, continent non perpetuam sed tantùm temporalem caussam prohibitionis, cum sit clari juris, quod in majoribus statim atque illi majorem ætatem attigere permittatur etiam non intervenientibus tali forma & solennitatibus contrahere.

Ex quo infertur, nisi probari posset, Dominum M. tempore illius transactionis initæ fuisse & minorem & in ista transactione non adhibitam formam & solennitates à lege requisitas.

Attamen illam transactionem per ratihabitionem factam à Domino M. in majori ætate, nec non à successoribus illius confirmatam validam & inexpugnabilem effectam.

Quartò respondeo, illud quod in 64. ratione dicitur, quod ille contractus, in quo intervenit dolus vel læsio enormissima, per ratificationem subsequentem non confirmetur, non habere locum eo casu, quando illa ratificatio sive approbatio est facta ex certa scientia, prout hoc docui in centesima tertia, ratione decidendi.

Sed ex iis, quæ supra deducta sunt, liquet, quod Dominus M. ejusque successores istam transactionem ex certa scientia non semel sed sæpius & approbaverint & ratificaverint:

Igitur sequitur, per istam & approbationem & ratificationem illam transactionem confirmatam & inexpugnabilem effectam etiamsi fides fieri posset, in illa transactione intervenisse dolum vel læsionem enormissimam.

Quod tamen neque hactenus probatum est, nec unquam probari poterit.

Ad 65. rationem dubitandi respondeo, primò, quod neque hactenus probatum sit, nec unquam probari poterit, quod Dominus M. tempore illius transactionis initæ minor fuerit, nec etiam minor ætas præsumitur, sed is qui prætendit, aliquem tempore transactionis initæ minorem fuisse, hoc probare tenetur, illâque probatione non adimpletâ repellitur.

Et sic liquet, ea quæ in 65. ratione dubitandi adducta sunt, quæque procedunt tantum eo casu, quando constat, quem tempore contractus initi minorem fuisse, in casu præsenti locum non habere.

Secundò respondeo, quod in casu præsenti ex lapsu temporis longi & longissimi & quodammodo immemorialis & probetur & præsumatur, in ista transactione intervenisse omnes solennitates legitimas.

Et sic etiam ex hoc sequitur, quod illa quæ in 65. ratione dubitandi adducta sunt, in casu nostro locum non habeant.

Tertiò respondeo, quod ista transactio sit confirmata & per præstationem fidei & per authoritatem sive consensum saltem præsumptum Regum Bohemiæ.

Et certum est, quod per præstationem fidei, nec non per consensum saltem præsumptum, Regum etiam in contractibus minoris omnes defectus suppleantur, atque contractus nisi alioquin confirmetur, ita ut ulterius nulla alia confirmatione indigeat, sicut hoc supra docui.

Quartò respondeo, quod tam Dominus M. quam etiam filii illius istum contractum & verbo & facto non semel sed sæpius ratificaverint.

Tum quia Dominus M. anno sequenti post transactionem initam illam verbis expressis approbavit.

Tùm, quia tam M. quàm ipsius filii jam ultra 76. annos istam partem Baroniæ F. quæ Domino M: per istam transactionem acquisita est, retinuêre, & ex illa singulis annis fructus & reditus percepêre.

Tùm, quia & Dominus M. & illius filii post istam transactionem factam consensere in hoc, ut vigore illius transactionis Baroniæ F. à Baroniis controversis penitùs etiam quoad investituram separaretur, & investituram ita & separatam petiêre & factam recepêre.

Et certum est, † quod illa quæ in sexagesima quinta ratione dubitandi adducta sunt, non habeant locum eo casu, quando minor factus major, contractum tempore minoris ætatis initum verbo vel facto expressè approbavit, prout hoc tradit 666

Card.

Card. Parif. conf. 49. num. 14. cum omnib. num. feqq. usq. ad fin. lib. 1.

Quintò respondeo, quod hactenus probatum non sit, quod Dominus M. intra quinquennium ab eo tempore quo ipse majorem ætatem attigit, illam transactionem impugnaverit, quodque contrarium ex actis liqueat.

Sextò respondeo, quod negatur istam transactionem initam propter defectum justæ causæ, vel solennitatum legitimarum, ab initio nullam fuisse.

Et in ista transactione nullus penitus intervenit defectus, multò verò minus in illa transactione interveniunt duo vel plures defectus.

Similiter & negatur, quod in ista transactione intervenerit dolus, mala fides, vel enormissima læsio. Eodem modo negatur, quod tempore illius transactionis initæ, Dominus U. Domini M. tutor vel curator fuerit, vel quod illa transactio ullo remedio majori vel minori competenti impugnari possit. Et insuper aliqui Dd. tradunt, quod contractus a minori initus, indistinctè confirmetur per silentium quinquennale, etiamsi is contractus non tantum propter defectum decreti judicis, sed etiam propter defectum aliarum solennitatum nullus sit, prout hoc tradit *Corn. consil. 36. col. fin. vers. nec obstat. lib. 2. Card. Parif. consil. 49. num. 58. lib. 1.*

Et sic, ut ex hoc liquet, ea quæ in 65. ratione dubitandi adducta sunt, in casu nostro locum non habere.

667 Septimò respondeo, † licet Dd. citari in 65. ratione dubitandi velint, dispositionem *d. l. fin. C. si major. fact. alien. fact. ratr. habuer.* non habere locum secundum dispositionem juris canonici.

Attamen me statuere, illam decisionem minimè veram esse eam ob causam, quia *d. l. fin.* cum qui major factus est per silentium quinquennale excludit ab hoc, ne ipse ulterius contractum in minori ætate gestum, propter defectum solennitatum legitimatum impugnare possit, propter præsumptum consensum sive ratihabitionem.

Et certum est, quod etiam secundum dispositionem juris canonici, præsumptio cum mala fide currat, quando lex civilis vel statutum quem ab actione aliqua excludit, propter præsumtum consensum sive præsumptam ratihabitionem vel præsumptum pactum, *Bald. cap. 1. §. si quis per triginta. si de feud. def. content. Panor. Rub. num. 6. extr. de præscript. Anton. Gab. Rom in tract. Reg. lib. 5. tit. de præscript. conclus. 4. num. 13.*

Octavò respondeo, omnes exceptiones, contra transactionem a Domino M. initam, supra allegatas, nec non etiam omnes exceptiones quæ contra ratificationem ex lapsu temporis præsumtam in 65. ratione dubitandi adductæ sunt, etiam in lite mota inter patruos Domini A. A. Barones a B. Actores ex una, & agnatos illius Barones a B. in S. & F. Reos ex altera parte, oppositos & adductos esse, & tamen illis non obstantibus per sententiam latam in judicio provinciali inferioris Lusatiæ anno Domini 1551. illam transactionem validam & firmam declaratam.

Ideoque neque Domino A. A. neque ulli alii permitti illas exceptiones iterum opponere vel allegare.

Ad 66. rationem dubitandi respondeo, † ea quæ in ista ratione dubitandi adducta sunt, non habere locum in nostro & similibus casibus, quando videlicet renunciatio feudi à vasallo facta est realis & omnimoda. 668

Tunc enim neque renuncians neque descendentes illius ad successionem illius feudi, cui renunciatum est, admittuntur, nisi is vel liberi illius, cui ista renunciatio facta est, absque filiis masculis discesserint, prout hoc docui in 60. nec non & in sex sequentibus rationibus decidendi.

Præterea quoque ex supra dictis liquet, quod etiam ante illam renunciationem factam, avus Domini A. A. in Baroniis controversis nullum penitus jus habuerit.

Ad 67. rationem dubitandi patet responsio ex iis, quæ docui in 70. 71. 72. 73. 74. 75. 76. & 77. ratione decidendi.

Ad 68. rationem dubitandi respondeo, † illam regulam, quod pactum vel transactio inita inter certas personas, aliis personis non prosit, non habere locum in renunciatione feudi reali & omnimoda à vasallo facta. 669

Illa enim Domino feudi prodest & opitulatur, etiamsi illa absente Domino facta fuisset, sicut hoc docui in 68. ratione decidendi.

Secundò respondeo, quod regulariter omne pactum atque omnis contractus à vasallo initus, per quod sive per quem Domini feudi conditio melior fit, Domino feudi patrocinetur & prosit, *cap. 1. §. è contrario. de invest. de re alien. fact.*

670 Ad 69. rationem dubitandi, † respondeo primò, quod Dominus M. etiam ante istam renunciationem factam, nullum penitus jus in Baroniis controversis habuerit, quodque eam ob caussam hic frustra tractetur, de jure revocandi feuda alienata.

Secundò respondeo, ea, quæ in 69. ratione dubitandi adducta sunt, non habere locum in nostro & similibus casibus, vel quando illud feudum, de quo agitur, est hæreditarium, vel quando illud feudum sive jus feudale est novum, vel quando illi filii vel agnati hæreditatem alienationis non confecto inventario adivêre, sicut hoc in rationibus decidendi docui.

Tertiò respondeo, ea, quæ in 69. ratione dubitandi adducta sunt, non habere locum in jure simultaneæ investituræ præsertim secundum notoriam consuetudinem omnium illorum locorum, in quibus jus Saxonicum viget.

Namque respectu illius juris vasallus filiis & descendentibus illius tam per renunciationem quam per alios modos indistinctè præjudicat, nec filiis vel agnatis jus revocandi conceditur.

Et certum est, quod Dominus M. avus Domini A. A. tempore illius renunciationis realis & omnimodæ, Baronias controversas non possederit, quodque is in illis nullum penitus jus habuerit.

Et si doceri posset, ipsum in illis Baroniis tunc temporis aliquod jus habuisse: (quod tamen nunquam doceri potest.) Attamen illud jus tantum fuisset jus simultaneæ investituræ.

Ad 70. rationem dubitandi respondeo,
671 † ea quæ ibidem adducta sunt, procedere tantum secundum dispositionem juris civilis, nec habere locum secundum dispositionem juris Saxonici.

Namque in jure Saxonico & receptissimâ consuetudine omnium illorum locorum, in quibus jus Saxonicum viget, cautum & receptum est, quod non tantum illi, qui feudum possident, sed etiam omnes illi, qui ad illud feudum aspirant vel jus succedendi in isto feudo habent, licet ipsi illud feudum non possideant, investituram sive simultaneam investituram ratione feudi petere teneantur, quodque si ipsi hoc facere omiserint, ipsi à successione illius feudi penitus excludantur, *cap. 32.* Schenrecht / *Hieron. Schurff. cons. 59. n. 3. lib. 2.*

Et licet Dd. citati in 70. ratione dubitandi velint, quod vasallus ratione feudi litigiosi investituram petere non teneatur, quamdiu lis pendet:

Attamen illud indubitatum est, quod vivo Domino W. proavo Domini A. A. de Baroniis controversis nulla penitus lis mota fuerit.

Igitur sequitur, quod posteris Domini W. & inter cæteros etiam Domino A. A. absque omni dubio hoc noceat & præjudicet, quod Dominus W. post divisionem factam inter ipsum & fratrem suum U. item & post mortem Regis L. renovationem simultaneæ investituræ respectu Baroniarum controversarum petere neglexit.

Præterea ab anno 1497. quo anno prædicta transactio inter Dominum M. & Dominum U. inita est usque ad annum 1513. inter Barones à B. respectu Baroniarum controversarum nulla penitus lis vel controversia fuit, & lis primum incepit anno 1513.

Ex quo infertur, quod filiis & nepotibus Domini M. & inter cæteros ipsi Domino A. A. absque omni dubio hoc noceat, quod Dominus M. avus Domini A. A. per illud tempus respectu Baroniarum controversarum simultaneam investituram petere neglexit.

Deinde quoque Dominus A. A. in lite motâ ratione Baroniarum controversarum anno Domini 1544. inter patruos Domini A. A. & Barones à B. in S. & F. non est comprehensus.

Igitur videtur dicendum, quod Dominus A. A. se prætextu illius litis motæ excusare nequeat à negligentia petendi renovationem simultaneæ investituræ ratione Baroniarum controversarum.

Et Dd. citati in 70. ratione dubitandi loquuntur tantum in illis terminis, quando ratione feudi inter Dominum & vasallum lis vertitur, nec ullam faciunt mentionem de isto casu, quando vasallus de isto feudo cum alio litigat.

Sed Dominus M. ejusque filii ratione Baroniarum controversarum non litigaverunt cum Regibus Bohemiæ tanquam Dominis feudi, sed inter se.

Igitur etiam ex hoc sequitur, quod prætextu illius litis motæ, avus, pater & patrui Domini A. A. nec non & ipse Dominus A. A. se excusare nequeant a negligentiâ petendi renovationem simultaneæ investituræ respectu Baroniarum controversarum.

Illud quoque penitus indubitatum est, quod pendentia litis neminem excuset à morâ sive negligentiâ petendi investituram vel simultaneam investituram, eo casu, quando quis in omnem eventum, sive videlicet sententia absolutoria sive condemnatoria prolata sit, investituram vel simultaneam investituram petere obligatus est, *argum. l. aliquando. §. fin. & ibi Bart. Bald. Alber. de Rosat. & Dd. ff. ad SCtum Vellejan.*

Sed certum est, si Dominus A. A. ejusque avus, pater, & patrui in Baroniis controversis aliquod jus habuissent, quod ipsi in omnem eventum, sive videlicet ipsi in lite mota obtinuissent, sive succubuissent, in investituram vel simultaneam investituram ratione Baroniarum controversarum petere obligati fuissent.

Igitur etiam ex hoc sequitur, quod neque Dominus A. A. neque patrui illius prætextu litis motæ & pendentis se tueri vel juvare nequeant.

Insuper etiam Dominus A. A. ejusque avus, pater & patrui a Baroniis controversis exclusi sunt, non tantum propter negligentiam petendi renovationem simultaneæ investituræ, sed etiam per renunciationem & refutationem realem & omnimodam Domini M. per superationem bonorum & investituræ, per adjectionem novæ formæ, novæ qualitatis, tenoris, & novorum pactorum in posterioribus investituris factam, item per sententiam, quæ in rem judicatam transivit.

Ad 71. rationem dubitandi † patet responsio ex iis, quæ docui in 43. 44. 45. & 46. ratione decidendi. 67.

Namque illud quod in 71. ratione dubitandi dicitur, quod Dominus feudi vasallo intelligatur remisisse feloniam, per hoc quod Dominus vasallum de feudo vel investit vel simultaneè investit, tantum procedit eo casu, quando Dominus vasallum de illo feudo, quod vasallus propter feloniam commissam vel amisit, vel amittere meretur, expressè, specialiter & verbis singularibus investit.

Sub verbis verò generalibus investituræ nunquam comprehenduntur talia feuda sive jura feudalia, quæ vel propter non petitam investituram aut simultaneam investituram vel propter aliam caussam vasallus amisit vel amittere meretur.

Quod generaliter quidem locum habet, potissimùm autem procedit eo casu, quando investituræ est inserta clausula salvo jure nostro.

Sed in investitura Regis L. nulla facta est mentio specialis & expressa de Baroniis controversis, illique investituræ est inserta clausula salvo jure nostro.

Insuper etiam in rationibus decidendi multis aliis rationibus comprobatum est, quòd sub verbis generalibus in investitura Regis L. Baroniæ controversæ non comprehendantur.

Igitur sequitur, ea, quæ in 71. ratione dubitandi adducta sunt, in casu præsenti locum non habere, nec dici vel prætendi posse, quòd Baronibus a B. per investituram Regis L. sit remissa negligentia petendi renovationem simultaneæ investituræ ratione Baroniarum controversarum.

X 3 Præterea

Præterea quoque suprà sæpius docui, quod Barones a B. non tantum propter negligentiam petendi renovationem simultaneæ investituræ, sed etiam propter alias justas & legitimas caussas, ab omni jure, si quod ipsi in Baroniis controversis habuêre, penitus exclusi fuerint.

Quinimò etiam ipsum Dominum A. A. in petendo renovationem simultaneæ investituræ negligentem fuisse, suprà docui.

673 Ad 72. † rationem dubitandi responsio patet ex iis, quæ docui in 149. & 150. ratione decidendi.

Namque illa, quæ in 72. ratione dubitandi adducta sunt, non habent locum in jure simultaneæ investituræ.

Namque negligentia petendi renovationem simultaneæ investituræ secundum dispositionem juris Saxonici indistinctè nocet posteris & descendentibus vasalli, prout hoc docui in 149. ratione decidendi.

Similiter illa, quæ in 72. ratione dubitandi adducta sunt, non habent locum in nostro & similibus casibus, vel quando illud feudum, de quo agitur, est hæreditarium, vel quando statuto aut ordinatione generali cautum est, quod negligentia petendi investituram filiis & descendentibus præjudicare debeat, sicut hoc in 149. & 150. ratione decidendi comprobavi.

674 Ad 73. rationem dubitandi † respondeo, illud quod ibidem dicitur feudum concessum propter bene merita vel egregia servitia, propter nullam feloniam, sive illa consistat in committendo sive omittendo, amitti, procedere tantum respectu feudi sive juris feudalis quæsiti, prout in illis terminis tantùm loquuntur Dd. ibidem citati.

Secus autem est respectu juris quærendi, illud enim meo judicio amittitur propter feloniam præsertim consistentem in non petendo investituram vel simultaneam investituram, etiamsi merita sive servitia huic juri caussam dederint.

Tum quia Dd. citati in 73. ratione dubitandi in illis terminis non loquuntur.

Et certum est, quod nulla decisio dictorum extra verba ipsius extendi debeat, *l. quod constitutum, ff. de testam. milit.*

Tum quia à jure quærendo quis facilius excluditur, quàm à jure quæsito, sicut hoc in rationibus decidendi docui.

Sed certum est nec non & superius comprobatum, quod secundum dispositionem juris Saxonici jus simultaneæ investituræ neque activè neque passivè ad successores transitorium sit.

Et sic liquet, quod renovatio simultaneæ investituræ potius respiciat jus quærendum, quàm jus quæsitum.

Igitur sequitur, quod secundum dispositionem juris Saxonici per negligentiam petendi renovationem simultaneæ investituræ quis à tali jure indistinctè excludatur, etiamsi ipse jus simultaneæ investituræ propter benemerita sive servitia egregia acquisiverit.

Secundò respondeo, † illa, quæ in 73. ratione dubitandi adducta sunt, non habere locum eo casu, quando tacitè vel expressè contrarium actum est, *argum. l. pacisci. ff. de ædil. edict. l. 1. §. si conveniat ff. depos. l. contractus. ff. de reg. jur.* 675

Similiter certum est, quod in contractibus illa præsumantur esse acta & conventa, & pro actis atq; conventis habeantur, quæ sunt de natura illius rei, de qua agitur, *l. cum quid. ff. si cert. petat.*

Vel quæ lex aut statutum de isto negocio disponit, *l. si duo. ff. de acquir. hered.*

Sed certum est, quod secundum dispositionem juris Saxonici, jus simultaneæ investituræ eâ naturâ sit, ut illud jus & per decisionem factam, & per mortem Domini vel vasalli, non tantum in præjudicium negligentis, sed etiam in præjudicium posterorum & descendentium, penitus extinguatur, si illius renovatio intra tempus legitimum petita non fuerit, illudque etiam jure Saxonico expressè cautum est.

Igitur sequitur, si alicui jus simultaneæ investituræ etiam propter benemerita concessum

concessum fuerit, illam concessionem sic accipiendam, quasi in illa actum sit, si is, cui illud jus concessum est, renovationem illius juris, quando casus contigit, non petierit, quòd is & descendentes ejus, ab isto jure penitùs excludi debeant.

Rursus ex hoc infertur, quòd etiam propter hanc caussam ea, quæ in 73. ratione dubitandi adducta sunt, locum non habeant in jure simultaneæ investituræ, præsertim secundum dispositionem juris Saxonici.

Tertiò respondeo, ea, quæ in 73. ratione dubitandi adducta sunt, non procedere eo casu, quando illa merita sive servitia, propter quæ feudum conceditur, sunt præstita vigore obligationis præcedentis.

Tunc enim talia merita nihil operantur, prout hoc docui in 128. ratione decidendi.

Et in dubio servitia sive merita præstita à subdito vel vasallo Regi vel Principi, præsumuntur esse præstita vigore obligationis præcedentis, prout hoc docui in 128. ratione decidendi.

Sed licet in investitura Regis L. dicatur, quòd Rex L. Domino W. proavo Domini A. A. propter servitia ab ipso præstita, concesserit jus simultaneæ investituræ in Baroniis controversis:

Attamen ex ista investitura ponderando illam in verbo Sollen/liquet ista servitia esse præstita vigore obligationis præcedentis.

Cùm hoc verbum Sollen / æquipolleat verbo Debent, Quod verbum Debent, & necessitatem importat, & obligationem sive necessitatem præexistentem denotat, *l. 1. in princ. ff. quod quisq. jur. l. 1. in princ. ff. de edend. l. debitor. ff. de verb. significat. Bart. l. creditores. C. de pignor.*

Præterea quoq; indubitatum est, quòd Dominus W. proavus Domini A. A. etiam ante illam investituram subditus & vasallus Regis L. fuerit.

Ex quo infertur, etiamsi aliter non constaret, ista servitia, propter quæ Rex L. jus simultaneæ investituræ in Baroniis controversis Domino W. concessit, vigore obligationis præcedentis præstita, Attamen hoc præsumendum esse, quòd illa servitia vigore obligationis præcedentis præstita fuerint.

Rursus ex hoc infertur, quòd ea, quæ in 73. ratione dubitandi adducta sunt, in casu præsenti locum non habeant.

Quartò respondeo, Licet feudum concessum propter benemerita & egregia servitia non præstita, vigore obligationis præcedentis propter feloniam non amittatur.

Attamen dubio omni caret, talia feuda amitti per renunciationem sive refutationem, cùm cuilibet liceat juri suo renunciare, *l. si quis in conscribendo. C. de Episcop. & Cleric. l. pen. & ibi Bart. Bald. Alex. Ias. Dec. & Dd. C. de pact. l. pactum inter hæredem. & ibi gloss. Ias. & Dd. ff. de pact.*

Sed Dominus M. avus Domini A. A. Anno 1497. realiter, omnimodè & verbis expressis renunciavit Baroniis controversis tam pro se, quam pro omnibus hæredibus & descendentibus suis.

Præterea quoque & proavus & avus & pater & patrui Domini A. A. renunciaverunt saltem tacitè omni juri, quod ipsi in Baroniis controversis habuêre, eo ipso, quod illi consensêre in hoc, ut fieret separatio bonorum & investituræ, utque sequentibus investituris adjiceretur nova forma, nova qualitas, novus tenor, novaque pacta.

Igitur sequitur, & proavum & avum, & patrem & patruos Domini A. A & ipsum Dominum A. A. per istam renunciationem tam tacitam quam expressam à Baroniis controversis penitùs exclusos, etiamsi probari posset, jus simultaneæ investituræ in Baroniis controversis Domino W. esse concessum propter talia servitia & merita, ad quæ Dominus W. obligatus non fuisset.

Quintò respondeo, dubio omni carere, quòd à talibus feudis, quæ alicui concessa sunt, propter benemerita & egregia servitia, & vasallus & descendentes ipsius per sententiam definitivam, quæ in rem judicatam transivit, penitùs excludantur & excludi possint, cùm talis sententia pro veritate habeatur, *l. res judicata. ff. de reg. jur.*

Sed in sententia lata Anno 1551. in judicio inferioris Lusatiæ in effectu pronunciatum est, quòd patrui Domini A. A. in Baroniis controversis nullum penitùs jus habeant, Illaque sententia & in rem judicatam transivit, & illam Domino A. A. perinde præjudicare, atque si contra illum prolata fuisset, suprà sæpius docui.

Igitur sequitur, per istam sententiam Dominum A.A. ejusque patruos à Baroniis controversis penitus exclusos, etiamsi fides fieri posset, illa servitia, propter quæ Rex L. Domino W. jus simultaneæ investituræ in Baroniis controversis concessit, fuisse præstita non vigore obligationis præcedentis.

Sextò respondeo, quòd in investitura Regis L. non reperiatur talis clausula, quòd Baroniæ controversæ sint concessæ Domino W. & hæredibus illius, eà conditione, ut de uno ad alium revertantur, vel omnibus principaliter vel attentis meritis singulorum, vel propter servitia, quæ ipse Dominus W. & hæredes ipsius Regi W. in posterum præstabunt.

Ideoque supervacuum est, de istis clausulis latè disputare, vel super illis verba facere.

Præterea quoque indubitatum est, quando tales clausulæ investituræ insertæ sunt, quòd nihilominus factum sive negligentia propria vasallo noceat.

Et ex iis, quæ in rationibus decidendi adduxi, satis liquet atque patet, quòd etiam ipse Dominus A. A. fuerit negligens in petendo simultaneam investituram respectu Baroniarum controversarum.

Ad illud, quod in 74. ratione dubitandi adducitur, si in posteriore investitura quid immutatum fuerit, illud præsumi factum esse, vel per errorem vel per impressionem, eamque ob caussam non nocere neque ei, qui talem investituram recepit, neque aliis, suprà sufficienter respondi.

Et negatur, quòd patrui Domini A. A. minis & metu inducti sive coacti receperint investituram Imperatoris F. in qua ipsi tantùm de Baroniis F. investiti sunt.

Nec de minis vel metu hactenus fides facta est.

Illaque non præsumuntur, sed ab allegante probari debent.

Præterea quoq; superiùs comprobavi, quòd & Dominus A. A. & patrui ipsius, ab omni jure, si quod ipsi aut majores ipsorum in Baroniis controversis unquam habuére, penitùs exclusi fuerint, Et per negligentiam petendi renovationem simultaneæ investituræ, & à proavo, avo, patre, & patruis Domini A. A. nec non & ab ipsomet Domino A. A. commissam, & per renunciationem sive refutationem realem & omnimodam à Domino M. factam, & per separationem bonorum & investituræ, & per mutationem factam in sequentibus investituris & per sententiam definitivam, quæ in rem judicatam transivit.

Igitur sequitur, neque Domino A. A. neque patruis illius ad Baronias controversas aspirare permitti, etiamsi fides fieri posset, & patruos Domini A.A. minis vel metu inductos investituram Imperatoris F. recepisse, & Dominum A. A. huic receptioni non consensisse.

Ad 75. rationem dubitandi respondeo, licet patrui Domini A. A. à sententia lata in judicio provinciali inferioris Lusatiæ Anno 1551. appellaverint, illos tamen hanc appellationem deseruisse, ideoque illam sententiam perinde in rem judicatam transivisse, atque si ab illa nunquam appellatum fuisset, prout hoc in 56. & 57. ratione decidendi comprobavi.

Ad 76. rationem dubitandi patet responsio ex iis, quæ docui in 51. 52. 53. 54. & 55. ratione decidendi.

Ad 77. rationem dubitandi † respondeo, ea, quæ ibidem adducta sunt, habere tantùm locum secundum dispositionem juris civilis, secus autem esse secundum dispositionem juris Saxonici. 676

Namque secundum dispositionem juris Saxonici jus accrescendi non habet locum nec in feudis antiquis quidem, prout hoc expressè probat *text. cap. 32 Lehenrecht.*

Secundò respondeo, quòd neque secundum dispositionem juris communis, neque secundum dispositionem juris Saxonici, jus accrescendi locum habeat, respectu illius feudi sive juris feudalis, à quo quis per sententiam definitivam, quæ in rem judicatam transivit, exclusus fuit.

Cùm sit clari & indubitati juris, sententiam latam contra vasallum non tantùm ipsi vasallo, sed etiam omnibus agnatis ipsius, præsertim in nostro & similibus casibus, prout hoc docui in 52. 53. 54. & 55. ratione decidendi.

Et insuper in istis rationibus decidendi multis firmissimis rationibus docui, quòd in casu præsenti sententia lata contra patruos Domini A. A. etiam ipsi Domino A. A. præjudicet.

Ad 78. rationem dubitandi respondeo, † ex iis, quæ in rationibus decidendi adducta sunt, satis superque liquere, quòd neque Dominus A. A. neque pater vel avus illius ullum unquam jus in Baroniis controversis habuerit, quodq; eam ob caussam frustra tractetur de petitione renovationis 677

tionis simultaneæ investituræ à Domino A. A. facienda.

Secundò respondeo, licet impubes investituram petere non teneatur.

Attamen tam secundum juris civilis, quàm secundum juris Saxonici dispositionem vasallus statim atque is puberes annos attigit, intra annum & diem investituram petere tenetur, alioquin ipse feudo privatur.

Et secundum dispositionem juris civilis quis pubes efficitur statim atque quis 14. annum ætatis suæ complevit, Secundum vero juris Saxonici dispositionem respectu feudalium quis pubes efficitur statim, atque quis 13. annum ætatis & sex menses complevit, sicut hoc docui in 132. ratione decidendi.

Sed Dominus A. A. post completum 13. annum & sex menses suæ ætatis ratione Baroniarum controversarum neque investituram neque simultaneam investituram petiit.

Igitur sequitur, etiamsi probari posset, Dominum A. A. in Baroniis controversis ullum jus habuisse:

Attamen Dominum A. A. propter negligentiam petendi investituram & simultaneam investituram ab isto jure penitùs exclusum.

Tertiò respondeo, licet Dd. citati in 78. ratione dubitandi velint, quòd tempus petendi investituram non currat neque in feudo hæreditario, nisi ab eo tempore, quo successor vasalli hæreditatem defuncti adivit, & se pro hærede gessit, neque in feudo ex pacto & providentia, nisi ab eo tempore, quo quis se respectu illius feudi pro vasallo gessit.

Attamen Dd. magis communiter concludunt, quòd in feudo ex pacto & providentia tempus petendi investituram statim incipiat currere à die mortis vasalli.

Et cùm hæc opinio communiter recepta & verissima sit, illa absque omni dubio in judicando sequenda est, sicut hoc docui in 138. ratione decidendi.

Similiter quoque verior est illorum

678 Dd. sententia, † qui volunt etiam in feudo hæreditario, tempus petendi investituram currere statim à die mortis, non autem à die aditæ hæreditatis, prout hoc docui in 136. ratione decidendi.

Et cùm hæc opinio verior sit, & melioribus rationibus nitatur, illa absque omni dubio in judicando sequenda.

Et posito, veram esse opinionem illorum Dd. qui volunt, tempus petendi investituram non currere, neque in feudo hæreditario, nisi à die aditæ hæreditatis, neque in feudo ex pacto & providentia, nisi ab eo tempore, quo successor vasalli se pro vasallo gessit.

Attamen illa opinio ita accipienda esset, ut is successor vasalli, qui potuit hæreditatem defuncti adire, vel se pro vasallo gerere, perinde habeatur, atque si is & hæreditatem defuncti adivisset, & se pro vasallo gessisset, sique ipsi a tempore, quo se pro hærede vel vasallo gerere potuit, tempus petendi investituram currat, prout hoc docui in 137. & 138. ratione decidendi.

Sed, ut opinor, in casu præsenti, & ex iis, quæ in 135. ratione decidendi retuli, nec non & ex aliis indiciis & conjecturis facilè probari poterit, quòd Dominus A. A. statim post mortem patris sui hæreditatem patris sui adiverit etiam in pupillari ætate, vel saltem statim, atque is puberes annos attigit.

Et posito, probari non posse, quòd Dominus A. A. vel in pupillari ætate vel statim atque is pubes effectus est, hæreditatem patris sui adiverit.

Attamen illud penitùs indubitatum est, quòd in potestate atque facultate Domini A. A. fuerit, statim atque is pubes effectus est, hæreditatem patris sui adire, & se pro hærede & vasallo gerere.

Igitur sequitur, quòd non obstantibus illis, quæ in 78. ratione dubitandi adducta sunt, Domino A. A. eo casu, quo ipse docere posset, se in Baroniis controversis jus aliquod habuisse tempus petendi investituram & simultaneam investituram respectu Baroniarum controversarum statim labi inceperit ab illo die, quo is puberes annos attigit, quodque cùm ipse ab eo die, quo puberes annos attigit, intra annum & diem, simultaneam investituram Baroniarum controversarum non petierit, is ab omni jure, si quod forsan in Baroniis controversis habuit, penitùs exclusus fuerit.

Quartò respondeo, quòd secundum dispositionem juris Saxonici, & tempus petendi investituram, & tempus petendi simultaneam investituram absque omni dubio labatur, vel statim à tem-

à tempore mortis vasalli, si successor illius pubes sit, vel si is sit impubes ab eo tempore, quo tempore is pubertatis annos attigit, prout huc docui in 138. 139. ratione decidendi.

Cùm itaque in casu præsenti jus Saxonicum servandum sit, & hic agatur de petitione renuvationis simultaneæ investituræ, dubio omni caret, illorum Dd. opinionem, qui volunt, tempus petendi investituram non currere in feudo hæreditario, nisi a die aditæ hæreditatis, in casu præsenti locum non habere.

Quintò respondeo, licet Dd. citati in 78. ratione dubitandi velint, quòd minori, qui investituram petere neglexit, contra hoc restitutionem in integrum petere permittatur.

Attamen restitutio in integrum peti non potest, nisi vel intra annum & diem, vel ad summum intra quadriennium ab eo die, quo is minor majorem ætatem attigit, sicut hoc docui in 133. ratione decidendi.

Nec etiam sufficit, quòd minor, postquam is major effectus fuit, prætermissa petitione restitutionis in integrum, petat investituram vel simultaneam investituram, sed necesse est, ut ipse petat, & se in integrum restitui, & sibi vigore illius restitutionis in integrum permitti investituram vel simultaneam investituram petere, prout hoc docui in 134. ratione decidendi.

Sed Dominus A.A. postquam is major factus est, neque intra annum & diem, neque intra quadriennium petiit se restitui in integrum adversus negligentiam commissam in petendo investituram vel simultaneam investituram.

Igitur sequitur, Si Dominus A.A. hodiè vellet petere restitutionem in integrum contra negligentiam petendi investituram vel simultaneam investituram, commissam in minori ætate, ipsum minimè audiendum esse, quodque Domino A.A. nihil patrocinari possit, etiamsi ipse probare posset, se statim atque is major effectus est, investituram vel simultaneam investituram petiisse.

678 Et licet aliqui Doctores velint, restitutionem in integrum etiam post quadriennium peti posse, eo casu, quando læsio est enormissima & valdè excessiva.

Attamen ex supra deductis liquet, quòd Dominus A.A. in Baruniis controversis nullum unquam jus habuerit, & sic quòd ipse per hoc, quòd is renovationem simultaneæ investituræ non petiit, nullo modo fuerit læsus, multò verò minus fuerit enormissimè læsus.

Supra quoque docui, veriorem esse sententiam, quòd per lapsum quadriennii quis indistinctè excludatur à petenda restitutione in integrum, etiamsi læsio sit enormissima, vel valdè excessiva.

Præterea quoque illi Dd. qui volunt, restitutionem in integrum etiam post quadriennium lapsum peti posse eo casu, quando læsio est enormissima & valdè excessiva, tantùm loquuntur in illis terminis, quando quis in contractu vel actu cum alio gesto enormissimè læsus fuit, nec ullam faciunt mentionem de isto casu, quando quis per lapsum temporis legalis sive a lege ad petendam investituram vel simultaneam investituram vel alium actum expediendum præfiniti, a jure suo exclusus & sic læsus est.

Ideoque illorum Dd. decisio nullo modo extendi debet ad istum casum, quando quis per lapsum temporis legalis læsus sive a jure suo exclusus fuerit.

Tum, quia nulla decisio Dd. extra verba ipsius extendi debet, *l. quod constitutum. ff. de testam. milit.*

Tum quia ll. expressè cautum est, quòd adversus lapsum temporis sive læsionem ex lapsu temporis descendentem restitutio in integrum non nisi intra quadriennium peti possit, etiamsi illa læsio sit enormis & enormissima, *Clem. 1 & ibi gloss. verb. læsa. & Dd. de restitut. in integr.*

Tum, quia exclusio legalis sive per lapsum temporis a lege præfiniti inducta, est longe fortior & efficacior quolibet contractu sive consensu expresso, & alicui magis præjudicat, quàm contractus sive consensus expressus, *l. 3 & ibi Bart. Bald. Paul. de Castr. & Dd. C. de jur. & fact. ignor. l. 1. & ibi Bart. ff. de acquir. hæred. l. si qui hæres. §. neq; filius. & ibi Bart. Rom. Alex. & Ias. ff. eod. tit. l. servus. §. fin. & ibi Bart. ff. de bonor. possess. l. 1 & ibi gloss. & Bart. Bald. oppos. 27 & Dd. C. qui admitti. gloss. l. sed si inter me. in princ. ff. de servit. urb. præd. Bald. l. Claudius. ff. de petit. hæred. Bald. l. eam quam. col. 4. C. de fideicommiss. Ias. l. cùm quid. lect. 2 nu. 16. vers. secunda conclusio est. ff. si cert. petat. Tiraq. in tract. de ll. connub. nu. 73 usq; ad nu. 81.*

Deinde quoque illi Dd. qui volunt, restitutionem in integrum peti posse, etiam post lapsum quadriennii, eo casu, quando læsio est enormissima & valdè excessiva, tantùm loquuntur in illis terminis, quando quis

quis læsus est, circa jus quæsitum, nec ullam faciunt mentionem de eo casu, quando quis est læsus in jure quærendo.

Ideoque illa decisio minimè extendi debet ad illum casum, quando quis in jure quærendo læsus est.

Cùm sit clari & indubitati juris, quòd circa jus quærendum alicui faciliùs præjudicetur, quam circa jus quæsitum, sicut hoc suprà docui, Quodque in iis, quæ jus quærendum respiciunt, alicui non ita facilè succurratur, prout alicui succurritur in iis, quæ jus quæsitum respiciunt, *Bart. l. genero. ff. de his qui notant. infam. Bald. l. fin. C. de dol. Tiraquell. in tract. de utroq; retract. part. 1. §. 35. gloss. 4. nu. 26. ubi ipse multos alios Dd. ad hoc citat.*

Ex quo infertur, cùm petitio renovationis simultaneæ investituræ respiciat jus quærendum, quòd prædicta Dd. decisio nullo modo extendi possit ad eum, qui a jure petendi renovationem simultaneæ investituræ per lapsum temporis legalis exclusus fuit.

Ad 79. rationem dubitandi patet responsio ex iis, quæ tradidi in 151. 152. 153. 154. & 155. ratione decidendi.

Namque primò illud, quòd jure Saxonico cautum est, quòd Dominus feudi vasalli sui tutor sit, non habet locum in nostro & similibus casibus, quando Dominus feudi est vel Imperator Romanus vel Rex, prout hoc docui in 151. & 152. ratione decidendi.

Secundò hoc non habet locum in nostro & similibus casibus, quando is vasallus habet agnatos, præsertim cum ipso simultaneè investitos, sicut hoc docui in 53. ratione decidendi.

Tertiò cura sive officium dandi tutores vel curatores pupillis vel minoribus non incumbit neque Imperatori Romano, neque Regibus Bohemiæ, sed magistratibus inferioribus, Et, si minores vel pupilli damnum aliquod perpessi fuerint, ideò quia ipsis tutores vel curatores dati non fuêre, illi propter hoc non Imperatorem Romanum vel Regem aliquem, sed tantùm magistratus inferiores convenire possunt, prout hoc docui in 154. ratione decidendi.

Quartò nullus penitùs magistratus propter hoc, quòd ipse pupillis vel minoribus tutores vel curatores non dedit, ad id, quod interest, conveniri potest, nisi probetur atque fides fiat, vel quòd is magistratus admonitus tutorem vel curatorem illis dare neglexit, vel sciverit, pupillos vel minores tutoribus & curatoribus indigere.

Quam admonitionem vel scientiam in casu nostro intervenisse, hactenus probatum non est.

Ad 80. rationem dubitandi patet responsio ex iis, quæ tradidi in 121. 122. 123. 124. 125. 126. & 127. ratione decidendi.

Namque in illis rationibus decidendi comprobavi, quòd privilegium Regis L. tantùm loquatur de subditis & incolis inferioris Lusatiæ, illosque tantùm comprehendat, quodque eam ob caussam illud privilegium minimè patrocinari possit Domino A. A. qui non est subditus neque incola inferioris Lusatiæ.

Similiter in illis rationibus docui, quòd privilegium Regis L. tantùm loquatur de feudis nobilium, & tantùm comprehendat feuda nobilium, nec ullo modo extendi possit ad Baronias reliquaque feuda dignitatem regalem annexam habentia, quodque eam ob caussam illud privilegium in bonis controversis, quæ omnia sunt Baroniæ, locum non habeat.

Et omnia verba generalia, universalia & geminata posita in privilegio Regis L. respiciunt tantùm & incolas inferioris Lusatiæ, & feuda nobilium, & ad illos tam incolas, quam feuda nobilium sunt restricta.

Insuper quoque clari juris est, quòd verba quantumvis generalia, universalia & geminata ad specificata sive expressa restringi, nec ultra illa extendi debeant in nostro & similibus casibus, quando illud salvâ ratione recti sermonis fieri potest, sicut hoc in rationibus decidendi latè comprobavi.

Deinde quoque suprà comprobavi, quòd neque sub dispositione generali neque sub dispositione universali comprehendantur Baroniæ aliaque feuda regalia sive regalem dignitatem annexam habentia.

Et licet aliqui Dd. velint, † sub dispositione concepta verbis universalibus, præsertim geminatis, etiam regalia comprehendi. 679

Attamen privilegium Regis L. respectu bonorum est speciale & tantùm restrictum zu den Ritter Lehengütern/ sive ad feuda nobilium.

Et sic

Et superiùs docui, opinionem illorum Dd. qui volunt, sub dispositione concepta verbis universalibus præsertim geminatis, comprehendi etiam regalia, tantùm habere locum eo casu, quando de regalibus accessoriè agitur, nec ullo modo extendi posse ad nostrum casum, in quo de omnibus Baroniis controversis principaliter agitur.

Et licet in ista ratione dubitandi dicatur, quòd sub dispositione generali etiam comprehendantur tales res atque bona, quæ habent annexam dignitatem majorem, magnam vel maximam eo casu, quando vel illa dispositio est favorabilis, vel respicit favorem publicum, vel est æquè proportionabilis rebus sive bonis habentibus annexam dignitatem magnam, majorem vel maximam, vel quando ratio dispositionis etiam in illis rebus locum habet, vel quando per istam dispositionem res naturæ suæ pristinæ redditur, vel ad jus commune antiquius redimus.

Attamen privilegium Regis L. quoad bona non est generale, sed speciale, & ad feuda nobilium tantùm restrictum.

Et dubio omni caret, quòd præallegata Theoria non habeat locum eo casu, quando illa dispositio specialis est, & ad certas res tantùm restricta.

Præterea negatur; quòd privilegium Regis L. favorem publicum respiciat, nec illud ex isto privilegio colligi potest.

680 Et cùm illud privilegium † juri Saxonico, quod in inferiori Lusatia juris vigorem obtinet, refragetur, eique deroget, illud privilegium favorabile dici nequit.

Namque certum est, quòd omnia illa, quæ sunt juri communi contraria, vel à jure communi exorbitant, sint & odiosa, *Panorm. in c. quia. notab. 3. extr. de privileg. Panorm. c. olim. extr. de verb. signific. Panorm. c. cum dilectus. extr. de consuetud. Panorm. c. 1. & 2. extr. de fil. presbyt. Panorm. conf. 1. col. 2. lib. 1. Corn. conf. 89. col. 3. lib. 3.*

Et stricti juris atq; strictè intelligenda, *l. quod verò. ff. de R. l. si verò. §. de viro. & ibi Dd. ff. solut. matrim. Bart. l. Cæsar. col. 8. ff. de Publican. Bald. l. non fine. col. fin. C. de bon. quæ liber.*

Præterea quoque certum est, quòd Baroniæ atque feuda regalia in materia successionis valdè discrepent a reliquis feudis, atque & inter illa & reliqua feuda respectu successionis maxima ratio diversitatis militet, & successio longè difficilius permittatur in Baroniis reliquisque feudis regalibus quàm in aliis feudis, nec non & Baroniæ reliquaque feuda regalia respectu successionis præ cæteris feudis multa privilegia habeant, *c. 1. in princ. de feud. March. c. 1. §. præterea Ducatus. & ibi Dd. de probib. feud. alien. per Frideric.*

Igitur sequitur, quòd dici vel prætendi non possit, quòd materia privilegii Regis L. admittens ad successionem feudi agnatos transversales etiam non simultaneè investitos, sit æquè proportionabilis Baroniis ut aliis feudis, quodque in Baroniis hoc casu eadem ratio, quæ in reliquis feudis, militet.

Rursus ex hoc infertur, illud, quod in 80. ratione dubitandi dicitur, sub dispositione generali etiam Baronias comprehendi, vel quando materia est æquè proportionabilis Baroniis, vel quando in Baroniis eadem ratio militat, in casu præsenti locum non habere.

Quinimò cùm Baroniæ respectu successionis specialiter privilegiatæ sint, & multa specialia privilegia habeant, sequitur, sub privilegio Regis L. Baronias non comprehendi etiam posito, quòd illud privilegium non esset tantùm restrictum ad feuda nobilium, sed generale vel etiam generalissimum & verbis latissimis & universalibus conceptum.

Namq; certum est, † quòd verba quantumvis generalia, universalia & geminata non extendantur ad illas res illavè bona, quæ in ista materia, de qua agitur, specialiter privilegiata sunt, *l. in testamentis. & ibi Raph. Fulgos. C. de testam. milit. l. hæc consultissima. & ibi Rom. Corn. & Dd. C. qui testam. fac. poss. l. si adulterium. §. liberto. ff. ad Leg. Iul. de adult. l. decurionibus. & ibi Bart. & Ioan. de Plat. C. de silentiar. lib. 12. gloss. Bart. & Dd. l. sciendum in princ. ff. qui satisd. cog. Ias. l. cohæredi. §. qui discretas. ff. de vulg. & pupill. substit. cum multis similibus allegatis per Tiraquell. in tract. de utroq; retract. part. 1. §. 1. gloss. 14. nu. 93. & nu. 104.* 681

Nec obstat, quòd in 80. ratione dubitandi adductum est, quòd dispositio generalis non comprehendat casus, personas & res privilegiatas, Namque hoc non procedit in nostro & similibus casibus, quando in ista materia, de qua agitur, illæ res specialiter privilegiatæ sunt.

Juri communi antiquiori quoque expressè cautum est, quòd in Baroniis reliquisque

quisque feudis regalibus nulla penitus successio locum habeat.

Igitur dici non potest, quod privilegium Regis L. si illud de Baroniis intelligi posset (quod tamen minimè verum est) vel Baronias reddat suæ pristinæ naturæ, vel nos ad jus commune antiquius reducat.

Et licet in illo privilegio dicatur, illud privilegium esse concessum propter servitia ab incolis inferioris Lusatiæ suæ regiæ Majestati præstitis:

Attamen in 128. ratione decidendi docui, ista servitia esse præstita vigore illius obligationis, quâ incolæ inferioris Lusatiæ Regi L. suæq; regiæ Majestatis prædecessoribus obstricti fuere, idque eam ob caussam illa merita sive servitia non sint habenda in consideratione, nec illud operari possint, ut propter illa privilegium Regis L. latius intelligi debeat.

682 Negatur † quoque, quod illud privilegium sit favorabile, vel utilitatem publicam respiciat, vel nos reducat ad jus commune antiquius præsertim respectu Baroniarum, imò contrarium ex suprà deductis liquet.

Eodem modo & ex suprà deductis liquet, quod & secundum verba & secundum mentem Regis L. privilegium sit restrictum, & ad incolas inferioris Lusatiæ, & ad feuda nobilium, nec ullo modo comprehendat Baronias vel illos, qui extra inferiorem Lusatiam domicilium habitationis habent.

Et certum est, quod nulla dispositio, quantumvis favorabilis, extendi debeat ultra mentem vel verba disponentis, etiamsi illa dispositio respiciat utilitatem publicam, vel nos ad jus commune reducat, vel sit facta propter benè merita, item etiamsi illi dispositioni sit inserta clausula, ex certâ scientiâ & de plenitudine potestatis.

Ad octuagesimam primam rationem dubitandi respondeo, licet privilegium Regis L. etiam Barones comprehendat, attamen illud non comprehendere Baronias, sed Baronibus ita demum opitulari, si agatur tantùm de feudis inferioibus, nempe Von den Ritterlehengütern / non autem si agatur de Baroniis.

Similiter quoque illud privilegium tantum habet locum in illis Baronibus, qui in inferiori Lusatia domicilium habitationis habent.

Cum itaque Dominus A.A. in inferiori Lusatia domicilium habitationis non habeat, & feuda controversa sint Baroniæ, & hoc sequitur, quod Dominus A. A. in casu præsenti se privilegio Regis L. tueri vel juvare nequeat.

Ad 82. rationem dubitandi respondeo, etiamsi privilegium Regis L. reale esset:

Attamen illud esse restrictum & ad certas tantùm & limitatas personas nempe ad incolas inferioris L. & ad certa tantùm bona, nempe ad illa feuda, quæ non sunt Baroniæ, nec regalem dignitatem annexam habent.

Ad 83. rationem dubitandi respondeo, ea, quæ in 83. ratione dubitandi adducta sunt, non habere locum in nostro & similibus casibus, quando privilegium vel statutum loquens de successione rerum allodialium vel feudalium, tantum respicit incolas & subditos illius loci, in quo illa res, de cujus successione agitur, sitæ sunt, prout hoc docui in 121, 122. 123. & 124. ratione decidendi.

Quod generaliter quidem verum est, potissimùm autem procedit eo casu, quando per privilegium vel statutum habilitantur personæ alioquin inhabiles, sicut hoc ibidem docui.

Insuper quòque in rationibus decidendi probavi, quod privilegium Regis L. non comprehendat Baronias, vel alia feuda regalem dignitatem annexam habentiâ, nec in favorem quidem illorum, qui in inferiori Lusatia domicilium habitationis habent.

Ad 84. rationem dubitandi patet responsio ex iis, quæ tradidi in 128.129. & 130. ratione decidendi.

Et cum privilegium Regis L. ab Imperatore F. revocatum sit anno 1538. & post illud privilegium revocatum Dominus A. A. sit effectus & pubes & Dominus C. ultimus possessor Baroniarum controversarum decesserit, dubio omni caret, hunc casum esse decidendum non secundum privilegium Regis L. sed secundum privilegium Imperatoris F.

Ad 85. rationem dubitandi patet responsio ex iis, quæ docui in 156. 157. 158. 159. 160. & 161. ratione decidendi.

Ad 86. rationem dubitandi patet responsio ex iis, quæ docui in 149. & 150. ratione decidendi, & in responsione ad 72. rationem dubitandi.

Ad 87. & ultimam rationem dubitandi respondeo, † illud penitus indubitatum 683

esse, quod responsa & consilia Dd. sive Jurisconsultorum, aut etiam Scabinorum vel Facultatum Jurisconsultorum neque legis neque rei judicatæ authoritatem obtineant, prout hoc tradunt omnes Dd. citati in ista ratione dubitandi.

Præterea quoque certum est, quod responsa atque consilia Doctorum vel Jurisconsultorum aut singularium aut collegiorum nec justam quidem litigandi caussam præbeant, nec etiam aliquid operentur eo casu, quando illud factum super quo ista responsa vel consilia impetrata sunt, vel non plenè, vel non rectè narratum est, prout hoc expresse probat *text. l. præscriptione. & ibi gl. & Dd. C. de precib. Imper. offer. l. etsi legibus. & ibi Dd. C. eo tit. l. ut. responsum. C. de transact. c. super literis. & ibi gl. & Dd. extr. de rescript.*

Sed ex illa facti narratione, quæ in actis mihi transmissis continetur, liquet, quod Dominus A. A. illis Jurisconsultis, Collegiis atque Facultatibus & Scabinorum & Jurisconsultorum a quibus ipse & consilia & responsa pro se impetravit, factum non plenè neque rectè proposuerit.

Igitur sequitur, illa responsa sive consilia neq; imperatoriæ Majestati quicquam obesse, neque Domino A, A, quicquam opitulari posse.

Et sic ex hisce omnibus liquet, quod non obstantibus iis, quæ in rationibus dubitandi adducta sunt, nostra decisio superius facta, & verissima & indubitata sit.

So viel die andere Frag anlanget / halte ich es dafür / daß dißfals da Herr A A in seinem Vorhaben weiter procedirn, vnd die Röm. Keys. Majest. obangezogener Herrschafften halber zu Recht fürzunemen oder zu besprechen bedacht / daß als denn dieselbe Sache / für die Pares curiæ gehöre / vnd an keinem andern Ort / denn allein für den Paribus curiæ vorgenommen vnnd ausgeübet werden könne.

Namque clari & indubitati juris est,
684 † quod lis sive controversia inter Dominum & vasallum ratione feudi mota, ad cognitionem Parium curiæ pertineat, *c. 1. §. præterea si inter & ibi Iacob. de Belvis. And. de Isern. Bald. Alvar. Præpos. Marc. Laud. Matth. de Afflict. & Dd. de prohib. feud. alien. per Frider. c. 1, & ibi Andr. de Isern. Bald. Alvar. Præpos. Matth. de Afflict. & Dd. de controv feud. ap. par. termin. cap. 1. & ibi Matth. de Afflict. de controv. inter vasall. & episc. cap. 1, in princ, de feud. sin. culp. non amitt. cap. 1 sancimus ut nemo miles. quo temp. miles invest. peter. deb. gl. c. cæterum. & ibi Host. Franc Aret. Card. Zabarell. collect. num. 1. Innoc. nu. 1. Anton. de Butr. num. 8. Bald. num. 2. Panorm. nu. 12. Ioan. de Imol. num. 6. & 7. Ægid. Bellam. nu. 4. Barbat. nu. 66. Felin. nu. 10. Dec. nu. 12. vers. quintus casus est. extr. de judic. Bald. c. 1. §. si qua controversia. de pac. Constant. Hen. Bosck. c. 2. num. 7. extr de feud. Marian. Socin. c. ex transmissa. nu. 9. extr de for. compet. Iacob de S. Georg. in tract. feud. verb. & dicti vasalli. nu. 2. Curt. jun in tract. feud. part. 7. num. 34. Rom. cons. 212. Zas. in tr. feud. part. 11. n. 12. Dec. c. cum venissent n. 6. extr. de judic. Iul. Clar. in tr. de feud. q. 90. Minsing. observ. 99. cent. 1. observ. 89. cent 4. Alex. cons. 79. circ. prin. lib. 1. Wurmser. pract. obser lib. 2. tit. de feud. obser. 22. tex. cap. 1. §. si inter. & ibi Iacob. de Belvis. Andr. de Isern. Bald. Mart. Laud. Alvar Præpos. Matth. de Afflict. & Frider. Schenck. de alien. feud. pater. Roll. à Valle. cons. 89. n. 19. lib. 2. Francis. Sonsbeck. in tr. feud. part. 14. nu. 30. Alvar. Præpos. & Dd. c. 1. apud quem vel quos. Matth. de Afflict. cap. 1. princ. qualis. Vasall. juvar. debeat. Menoch. in tract. de remed. retin possess. remed. 3. n. 432. cum seqq. Zas. cons. 13 n 36. lib. 1. cons. 8 nu. 2. & 3. cons. 22. n. 36. lib. 2. Bald. cons. 425. vers. 5. quæritur. lib. 3. Ioan. Blanch. in epit. feud. lib. 4. c. 1. n. 3. Iacob. de Ardizon. in sum feud. c. 130. fol. 1. & 2 in prin. Ægid. Boss. in tract. crim. rubr. de for. compet. num. 77. Host. in sum. tit. de feud. § apud quem.*

Et hoc locum habet sive Dominus feudi sit Reus sive Actor, item sive agatur sive conveniatur.

Namque utroque casu cognitio caussæ feudalis ad Pares curiæ spectat, *Iacob. de S. Georg. in tract. feud. verb. & dicti vasalli. nu. 5. circ. fin. Zas. cons, 13. nu. 35. lib. 1. cons, 22. n. 36. lib. 2.*

Et hanc sententiam quod videlicet cognitio caussæ feudalis etiam ad Pares curiæ spectet eo casu, quando Dominus feudi convenitur sive Reus est, expressè probat *text. cap. 1. de controvers. inter. episcop. & vasall. cap. 1. §. si vero. de milit. vasall. qui contum.*

Deinde hæc sententia locum habet, † 685
etiamsi Dominus feudi sit vel Imperator Romanus vel Rex.

Namque nihilominus caussæ feudales inter Dominum & vasallum motæ ad cognitionem Parium curiæ pertinent, *cap. 1. §. sententiæ quoq. vers. & si qua controversia, & ibi Bald. de pac. const. Bald. c. 1. §. Præ-*

terea.

terea.si inter. nu. 2. & ibi Matth. de Afflict. n. 41. de prohib feud. alien. per Frider. Alvarr. c. 1. col. 3. vers. idem dicendum, si Dominus feudi non recognosceret superiorem, & ibi Præpos. nu. 5. circ. fin. ap. quem vel quos. Curt. jun. in tr. feud. part. 7. n. 34 ampl. 2. Bald. Auth. omnes peregrini. C. com. de success. Cels. Hug. cons. 26. nu. 31. Dec. c. cæterum. n. 12. vers. quintus casus. extr. de judic. Matth. de Afflict. c. 1 u. 4. de invest inanit. fact. Menoch. in tract. de remed. retin. possess. rem. 3. nu. 435. & nu. 438. Iacob. de Ardiz in summ. feud. cap. 138. prope princ. Zas. in tr. feud. par. 11. nu. 12.

Et licet quo ad hoc contrarium teneant aliqui Dd. volentes, quod cognitio caussæ feudalis motæ inter Dominum & vasallum non ad Pares curiæ, sed ad Dominum feudi pertineat, eo casu, quando is Dominus feudi est Imperator Romanus vel alium superiorem non recognoscit, *Mart. Laud. c. 1. nu. 6. vers. quare solverem ap. quem vel quos. Præpos. c. 1. n. 1. de invest. manit. fact. Curt. in tr. feud. part. 1. q. 8. n. 25. Ægid. Boss. in tract. crim. rubr. de for. compet. n. 170. Menoch. remed. recup. possess. remed. 3. n. 436. Dec. c. cæterum. n. 12. vers. quintus casus. extr. de judic.*

Attamen præcedens opinio verior est, prout illam etiam legendo tenui.

Præterea hoc locum habet etiam secundum dispositionem juris Saxonici & in iis locis, in quibus jus Saxonicum viget.

Namq; etiam secundum dispositionem
686 juris Saxonici † caussæ feudales motæ inter Dominum & vasallum ad cognitionem Parium curiæ pertinent, *c. 65. & ibi gl.* Lehenrecht / *c. 68. & ibi gl.* Lehenrecht / *& traditur in processu feudali adjunct. Specul. Saxonic. & in different. inter jus civil. & Saxon. lib. 2. differ 66.*

Et secundum dispositionem juris Saxonici hoc procedit, sive Dominus feudi sit actor sive reus. Nam utroq; casu caussæ feudales ad cognitionem Parium curiæ pertinent, prout hoc quod cognitio caussæ feudalis inter Dominum & vasallum motæ secundum dispositionem juris Saxonici ad Pares curiæ pertineat, eo casu, quando Dominus feudi actor est, expresse probat *tex. cap. 65. & ibi gloss.* Lehenrecht.

Quod verò secundum dispositionem juris Saxonici caussæ feudales inter Dominum & vasallum motæ ad cognitionem Parium curiæ pertineant etiam eo casu, quando Dominus feudi reus est, expresse probat *tex. c. 68. & ibi gl.* Lehenrecht.

Et vasallo non permittitur hoc casu Domino invito vel non consentiente actionem suam contra Dominum ratione feudi coram alio judice, quàm coram Paribus curiæ instituere, & si ipse actionem coram alio judice institueret, Domino exceptionem fori declinatoriam opponere permittitur, *Panorm. c. cæterum n. 13 circ. fin. & ibi Felin. nu. 10. extr. de judic. Socin. c. ex transmiss. nu. 12. extr de for. compet.*

Gleicherweis erachte ich / daß dißfals / da der Herr A. Z. sich unterstehen würde / die Possessores berührter Herrschafften zu besprechen / oder mit Recht fürzunemen / daß dieselbe Klage an keinem andern Ort / denn allein für den Paribus curiæ angestalt unnd erhoben werden könne.

Namque licet † controversia ratione
feudi mota inter duos vasallos, regulariter 687
ad Domini feudi cognitionem pertineat, *c. cæterum & ibi Innoc. Bald. Anton. de Butr. Panorm. Card. Ioan. de Anan. Imol. Bellam. Felin. Dec. & Dd. extr. de judic. c. ex transmissa. & ibi Socin. & Dd. extr. de for. compet. c. vèrum. & ibi Socin. & Dd. extr. eo tit. c. novit. exer. de judic. c. 1. §. præterea si inter. & ibi Iacob. de Belvis. Andr de Iser. Mart. Laud. Alvarr. Præpos. Matth. de Afflict. & Raimund. de prohib. feud. alien. per Frideric. Iacob. de S. Georg. in tr. feud. verb. & dicti vasalli conventi. nu 1. Curt. jun. in tr. feud. part. 7. n. 3. Alex. cons. 1. n. 1. lib. 5. Iul Clar. in tr. de feud quæst. 90. Matth. de Afflict. c. 1 in princ. qualit. vasall jur. debeat. Ioan. Blanch. in epit. feudor. lib. 4. cap. 1. nu 4.*

Attamen hoc non habet locum † in 688
nostro & similibus casibus, quando mortuo vasallo absque filiis masculis Dominus feuda ab ipso possessa tanquam sibi aperta alteri de novo concedit, sive alium de istis feudis de novo investit, & agnatus vasalli defuncti agens contra istum vasallum novum sive possessorem bonorum, prætendit ista feuda esse feuda antiqua, atque per obitum vasalli ipsi acquisita.

Tunc enim cognitio illius litis sive caussæ non ad Dominum feudi sed ad Pares curiæ pertinet, *c. 1. & ibi Alvar. & Dd. an ap. jud. vel cur. Dom. Iacob. de Belvis. c. 1. § fin. & ibi Alvarr col fin. & Bald. n. 6. Matth. de Afflict. n. 10. de invest. inanit. fact. Alvar. & Præpos. c. 1. ap. quem vel quos. Mart. Laud c. 1. §. præterea si inter. n. 1. de prohib. feud. alien. per Frider. Iacob. de S. Georg. in tr. feud. verb. & dicti vasalli. n. 1. Curt. in tr. feud. part. 7. nu. 5. vers 3. fallit. Zas. in tr. feud. part. 11. n. 8. vers. 4 conclusio. Francis. Aret. c. cæterum. & ibi Felin. n. 9. Ioan. de Imol n. 6 extr. de judic. Socin. c. ex transmissa. num. 30. extr. de for. compet.*

Die dritte Frage anbetreffend / ist es bey mir vngezweiffelten Rechtens/ob wol vermüge der gemeinen beschriebenen Rechte/ die electio Parium vnd Bestellung des Lehengerichtes / zugleich dem Lehenherrn vnd Lehenmanne zustehet/Daß doch nach Sachsen Recht beyde die electio Parium, auch die Bestallung vnd Anordnung des Lehengerichtes allein dem Lehenherrn zustehe vnd gebühre / ohne Vnterschied/ vnd vngeachtet/ob der Lehenherr Kläger oder Beklagter ist.

689 Namque † licet secundum dispositionem juris civilis electio Parium non pertineat ad solum Dominum feudi, sed simul ad utrumque litigatorem, ad Dominum nempe & Vasallum, *c. 1. & ibi Iacob. de Belvis. Andr. de Isern. Alvar. Marc. Laud. Præpos. & Matth. de Afflict. de controvers. feud. ap. par. termin gloss. c. 1. §. praterea si inter. & ibi Alvar. nu. 5. Præpos. nu. 6. Ioan. Rainaud. nu. 8. nec non & reliqui Dd. de probib. feud. alien. per Frideric. Innoc. Ioan. Andr. Host. Card. Zabarell. & Dd. c. cæterùm & ibi Bald. nu. 3. Barbat. nu. 78. Panor. nu. 14. Ægid. Bellam. nu. 4. vers. sed quomodo tunc debebunt. Imol. nu. 7. Dec. nu. 14. Felin. nu. 13. extr. de judic. Iacob. de S Georg in tract. feud. verb. & dicti vasalli. n. 10 & 11. Alex cons. 79. circ. prin. lib. 1. Minsing. observ 98. cent. 4. Socin. c. ex transmissa. nu. 18. extr. de form. compet. Zas in tract. feud. part. 11. nu. 11. cum 3. seqq. Wurmser. pract. observ. lib. 2 tit. de feud observ. 22 & obser. 23. Bald. c. 1. n. 6. de controvers. int. vasall. & Episcop. Franc. Sonsbeck in tract. feud. part. 14 nu. 32. fac. text. l. apertissimis. & l fin. C. de judic. c. cum speciali & ibi Dd extr de appell.*

690 Et hoc habeat locum † sive Dominus feudi sit Actor sive Reus.

Tum quia *text. in c. 1. de controvers. feud. ap. par. termin.* generaliter decidit, quòd in lite mota inter Dominum & Vasallum ratione feudi, electio Parium curiæ simul ad Dominum & Vasallum pertineat, nec distinguit, utrum Dominus feudi sit Actor an verò Reus.

Et certum est, quòd textus generaliter & indistinctè loquens, a nobis non debeat distingui, *l. 3 ff. de offic. præsid. l. de pretio. ff. de public. & vect.*

Sed generaliter intelligi, ita ut omnes omninò casus comprehendat, *l. regula. §. fin. ff. de jur & fact. ignor. l. 1. ff. de legat. præst. l. 1. §. ait ergò ff. de his, quæ in fraud. cred. l fin. C. de act. empt. & vendit. Tiraq. rep. l. si unquam in præfat. nu. 18. C. de revoc. donat.*

Tum quia textus *c. 1. junct. gloss. verb. secundum præfatum modum, de controvers. inter Episc. & Vasall* expressè probat, quòd electio Parium curiæ ad utrumque litigatorem simul pertineat etiam eo casu, quando Dominus feudi Reus est.

Attamen † secundum dispositionem juris Saxonici electio Parium curiæ ad solum Dominum feudi spectat, *c. 65. §.* Findet man aber sein selbst nicht. *vers.* So soll denn der Herr zum mindesten bringen sechs seiner Manne/Lehenrecht. *& cap. 68. §.* Als der Herr sein Lehenrecht begrieffen hat. Lehenrecht. *& idem etiam traditur in Process. feud. adjecto Spec. Saxonic. & in differ. int. jus civil. & jus Saxon. lib. 2. sub rubr. de feud. differ. 66.* 691

Et hoc procedit, sive Dominus feudi sit Actor sive Reus, Namque utroque casu electio Parium curiæ secundum dispositionem juris Saxonici ad solum Dominum feudi pertinet, Prout hoc, quòd electio Parium curiæ & constitutio judicii feudalis secundum dispositionem juris Saxonici ad solum Dominum feudi pertineat, eo casu, quando Dominus feudi actor est, expressè probat textus *cap. 65. §.* Findet man aber sein selber nicht. *vers.* So soll denn der Herr zum mindesten bringen sechs seiner Manne/Lehenr.

Quòd verò secundum dispositionem juris Saxonici & electio Parium curiæ & constitutio judicii feudalis, ad solum Dominum feudi pertineat, etiam eo casu, quando Dominus feudi Reus est, expressè probat *text. cap. 68. §.* Wo aber der Mann/*junct. §.* Als der Lehenherr sein Lehenrecht begrieffen / *& ibi gloss.* Lehenrecht.

Namque textus *d. §.* Wo aber / expressè loquitur in illis terminis, quando vasallus contra Dominum feudi agit. Et textus *in d. §.* Als der Lehenherr/subjungit, Als der Herr sein Lehenrecht begrieffen hat/ *& gloss. ibid.* exponit istum textum, Das ist / wenn er die Banck mit seinen Mannen besetzet hat.

Et sic ex illo textu clarè liquet, quòd etiam eo casu, quando Dominus feudi Reus est, electio Parium curiæ & constitutio judicii feudalis, secundum dispositionem juris Saxonici ad solũ Dominum feudi pertineat.

Darauß denn folget / daß dis falls/da Herr A A sich vnterstehen würde / berührter Herrschafften halben / die Röm. Keys. Majest. mit Rechte fürzunemen oder zu besprechen / daß die electio Parium curiæ, vnd die Bestellung vnd Anordnung des Lehengerichts allein der Röm. Keys. Majest. als dem Lehenherrn zustendig.

Zum vierdten anlangend / wasser Gestalt das Lehengerichte nach Sachsen Recht zu bestellen vnnd anzuordnen / halte ich es dafür / daß es der Röm. Key. Majest. als dem Lehenherrn frey vnnd offen stehe/ so viel die Niederlausnitzsche Güter anlanget / aus denselben

J. Keys.

J. Keys. Majest. belehneten Mannen/so von J. Keys. Majest. im Marggraffthumb Niederlausinitz belehnet vnd Lehengüter haben/ dieselben / so J. Keys. Majest. selbst gefellig / zu eligirn, zu kiesen/vnd damit das Lehengerichte zu bestellen / auch im Fall / da gleich dieselben Herrn N. N. nicht ebenbürtig/vnd nicht Herrn Standes /, besondern schlechte vom Adel / oder andere Lehenleute weren / vnnd nicht Herrschafften/besondern andere Lehengüter in Besitz haben.

692 Namq; clari & indubitati juris est, † quod tam secundum juris civilis quam secundum juris Saxonici dispositionem Domino feudi licitum atque permissum sit, ex tota curia feudi controversi, pro suo libitu quem vel quos voluerit vasallos in Pares curiæ eligere, iisq; injungere, ut munus judicandi in caussa feudali inter ipsum & vasallum suum vertente suspiciant, illoque munere fungantur juxta tex.clar. & express. *c. 1. ibi quem aut quos voluerit. de controvers. feud. ap. par. termin.*

Et idem etiam satis probare videtur textus juris Saxonici, *cap. 65.* §. Findet man aber sein selber nicht/ Lehenrecht.

Et insuper clari juris est, quod in terris Saxonicis jus commune servandum & sequendum sit, in omnibus illis casibus, in quibus jus Saxonicum expresè contrarium non disponit, *gl. art. 36.* Landtrecht / *lib. 2. gl. art. 44.* Landtrecht/*lib. 3.*

Similiter clari & indubitati juris est, quod Domino feudi licitum atque permissum sit, vasallos cujuscunque dignitatis, qualitatis, conditionis & status in Pares curiæ eligere, etiamsi illi sint inferioris dignitatis, qualitatis, vel status, quam est is vasallus, qui cum Domino de feudo litigat, item etiamsi ipsi non æqualia sed minora feuda possideant, prout hoc expresè & in specie tradit *Bald. rubr. lect. 1 nu. 14. circ. fin. extr. de judic. Felin. c. cæterum. n. 11. vers. & adverte & ibi Dec. n. 13. extr. de judic. Curt. jun. in tr. feud. part. 7. n. 34. ampliat. 4. Menoch. in tract. de remed. recup possess. remed. 3. nu. 438. Franc. Sonsbeck in tr. feud. part. 14. nu. 3.*

Et licet in hoc contrarium teneant multi Doctores, volentes, illos tantum vasallos immediatos ejusdem Domini in numerum Parium curiæ referri, qui sunt ejusdem qualitatis, status & dignitatis, cujus qualitatis, status & dignitatis est is vasallus, cum quo Dominus de feudo litigat, quique consimilia feuda feudo controverso possident, prout hoc tradit *Innoc, Ioan. Andr. & Panor, nu. 14 c. cæterum & ibi Bald. n. 3. Barbat. n. 73. nu. 74. Anton. de Butr. nu. 12. Ægid Bellam. nu. 12. Card. Zabarell. Host. col. 3. Imol. n. 7 extr de jud. Odofred. in sum. tit. qui poss. de feud. cognosc. Socin. c. ex transmissa. n. 17. extr. de for. compet. Ioan Rainund. rep. c. 1 § præterea si inter. de prohib. feud alien. per Frider. Iacob. de S. Georg. in tr. feud. verb. & dicti vasalli. n. 10. Alex. cons. 79. circ. princ. vers. dicuntur autem Pares curiæ. lib. 1. Wurmser. pract. obser. lib. 2. tit. de feud. observ. 22. Henning. Gœd. cons. 29. n. 1. 2. 3 & 4 lib. 2. & cons. 2. n. 33. lib. 4.*

Attamen præcedens opinio verior est, & melioribus rationibus nititur, prout hoc latè docui in 10. part. mei Tract. feud.

Ideoque præcedens opinio non obstante hoc, quod multi contrarium tenuêre, in judicando sequenda.

Namq; clari & indubitati juris est, quod judex in judicando semper teneatur sequi illam opinionem quæ melioribus & firmioribus rationib⁹ nititur, etiamsi plurimi contrarium tenerent, *l. 1. §. sed neq; C. de vet. jur. enucl. c. Capellanus. & ibi Panorm. & Dd. extr. de fer. Ioan. Andr. Alb. Felin. Dec. & Dd. c. 1. extr. de constit Ias. auth. novissima. n. 22. C. de inoffic. testam. Ioan. Neviz. in sylv. nupt. lib 5. num 67.*

Et hanc decisionem locum habere sta-
tuo etiam † secundum dispositionem juris 693
Saxonici, & in iis locis, in quibus jus Saxo-
nicum viget, eam ob caussam, quia jure Sa-
xonico expresè cautum non repeiritur.

Et certum est; quod in foro Saxonico jus commune servandum sit in omnibus illis casibus, in quibus jus Saxonicum expresè contrarium non disponit. *gl. art. 36.* Landtrecht/ *lib. 2. gl. pen. circ. fin. art. 44.* Landtrecht/ *lib. 3.*

Nec obstat huic decisioni, *tex. art. 12.* Landtrecht / *lib. 2.* dum videlicet in illo textu dicitur: Es mag aber vber sie niemand Vrtheill finden / daß an ihrem Leib / oder an ihre Ehre oder Erbe schad/er sey jhn denn ebenbürtig.

Namque ille textus meo judicio tantum procedit; & loquitur in causis criminalibus, prout hoc etiam tradit *Henning. Gœd. cons. 2. n. 33. circ. fin 3 q lib. 4.*

Nec ille textus ullam facit mentionem de caussis vel controversiis feudalibus, nec etiam de Paribus curiæ.

Igitur ille textus nullo modo extendi debet ad caussas feudales, vel ad Pares curiæ.

Tum quia nulla lex nullumve statutum extra verba ipsius extendi debet, *l. quod. constitutum. & ibi Bart. ff. de testam. milit.*

Et id quod lex vel statutum non dicit, nec nos dicere debemus, *l. servum. §. non dixit Prætor. ff de acquir. hæred.*

Nec non & cessantibus verbis legis vel statuti, & ipsa quoq; lex sive statutum cessat, *l. 4. §. toties. & ibi Dd. ff. de damn. infect.*

Tum quia prædicta sanctio juris Saxonici, sicut & quodlibet aliud statutum, est & stricti juris & strictè intelligenda, *Dyn & Bart. l. Cæsar. ff. de publican. Bart. l. constitutionibus ff. ad municip. Bald. c 1. in fin. de feud. cogn. Ang. cons. 202. post princ. Alex. cons. 40. lib. 2. Dec. c. caussam quæ num. 5. extr. de rescript.*

694 Tum † quia prædicta sanctio juris Saxonici est juris communis correctoria aut saltem à jure communi exorbitat.

Et clari juris est, quod statuta sive jura municipalia, à jure communi exorbitantia, multò magis debeant intelligi, & strictè, *l. quod vero. ff. de legib. c. quæ à jure. & ibi Joan. Andr. Dyn. & Dd. de reg. jur. lib. 6.*

Et strictissimè, *Rol. à Vall. cons. 55. n. 13. lib. 1.*

Quodq; illa sint præcisi fori & ad unguem & contextum observanda, *Bald. auth. sed hodie. C. de judic. Curt. Sen. cons 35. col. 7. Rol. à Vall. cons. 55. nu. 13. lib. 1.*

Tum quia capiendo hanc interpretationem, quod prædicta dispositio juris Saxonici non habeat locum in caussis feudalibus, sed tantum procedat in causis criminalibus, jus commune minus corrigitur.

Et certum est, quod omnia statuta omniaq; jura municipalia ita intelligi debeant, ut quantò minus fieri potest, juri communi derogent, *Alex. cons. 2. nu. 9. lib. 1. Dec. cons. 444. n 15. Ias. l. omnes populi. lect. 2. n. 62. ff. de just. & jur.* Etiamsi necesse sit, verba detorquere ad significationem impropriam vel impropriissimam, *Cravet cons. 197. n. 6. Rol. à Vall. cons. 21 lib. 1. Godzad cons. 51. nu. 11.*

Quodq; correctio juris communis & quantum fieri potest, evitari, *l præcipimus §. fin & ibi Bart. C de appell l sancimus. C. de test.*

Et per subauditos intellectus nunquam induci debeat, *gloss. c. cupientes. §. quod si per 30. verb. Præterea. de elect lib 6. Rol à Vall. cons. 80. nu. 49 lib. 1.*

695 Vnd † ob wol vermüge der Rechte / dieselben / welche in dem Marggraffthumb Niederlaußnitz von J. Keys. Majest. nicht belehnet / so viel desselben Güter anlangt / so im Marggraffthumb Niederlaußnitz gelegen / als Pares curiæ nicht können eligirt noch niedergesetzt werden / auch im Fall / da gleich dieselben sonsten von Ihrer Keys. Majest. in Schlesien / Oberlaußnitz / Böhmen / Osterreich oder an andern Ortern belehnet / besondern es ist von nöhten / daß dieselben / welche als Pares curiæ niedergesetzet werden wollen / in dem Marggraffthumb Niederlaußnitz / daselbst die streitigen Güter gelegen / belehnet / *prout hos expressè tradit Alvar. c. 1. §. 1. num. 5. verb. Pares curiæ, de feud. Guard. Franck. Sonsbeck. in tr. feud. part. 14. nu. 2. Minsing. observ. 89. cent. 4.*

Et satis probatur per tex. *c. 1. §. si quis se, ibi, per pares de domo ipsius Domini, si de invest. inter Dominum & vasall. lis oriat. c. 1. in princ. vers si enim Domino, ibi, per Pares curiæ illius domus, quid sit investitur. c. 1. in princ. & ibi, per pares illius domus, de controv. feud. ap. par. termin. c. 1. ibi. per Pares ejusdem curiæ, de controvers. inter. episcop. & vasall. c. 1. §. sententiæ quoque, vers. & si qua controversia, de pac. constant.*

So haben doch die Röm. Keys. Majestät dißfals / da J. Röm. Keys. Majest. zu bestellung des Lehengerichts gerne dieselben Personen gebrauchen wolten / so jetziger Zeit in dem Marggraffthumb Niederlaußnitz nicht belehnet / gut fug vnd recht dieselben Personen einen oder mehr in dem Marggraffthumb Niederlausitz auffs newe zubelehnen / vnd denselben oder dieselben / da gleich dieselben nur allein mit einer Hufelandes beliehen wurden / mit vnd neben andern in Pares curiæ zu eligirn, dieselben zu bestellung des Lehengerichts zu gebrauchen / vnd damit die Banck zu besetzen.

Namque clari & indubitati juris est, quod omnes omninò vasalli in eadem curiâ ab eodem Domino feuda tenentes & possidentes, in numerum Parium curiæ elegi, & tanquam Pares curiæ munere judicandi fungi possint in caussa feudali inter Dominum & vasallum motâ, etiamsi ipsi sint vasalli novi sive recenter & de novo investiti, sicut hoc satis probatur per sequentes rationes.

Tum quia consuetudinibus feudalibus cautum non reperitur, quod vasalli novi sive recenter facti, vasalli in Pares curiæ minimè eligi, vel a munere judicandi remoti & exclusi esse debeant.

Et clari juris est, omnes vasallos immediatos ejusdem Domini, & in eadem curia feudi controversi feuda tenentes, & in numerum Parium curiæ referri, & tanquam Pares curiæ eligi posse, nisi ipsi specialiter & expressè ab hoc prohibiti, remoti & exclusi reperiantur, *gl. c. 1. & ibi Alvar. nu. 4. de controvers. feud. ap. par. termin. arg. l. si Prætor. in princ. ff. de judic. l. 1. in princ. ff. de testibus. l. nec non. §. quod iis, ff. ex quib. caussis major.*

111. *Feudorum liber authenticus est, & perinde ut reliqua iura communia omnes ligat.*

112. *Etiam in foro Ecclesiæ.*

113. *Et conscientiæ.*

Nec continet incerta & difformia. nu. 337.

114. *Ius repræsentationis in feudis locum habere indistinctè sive de successione ascendentis, sive patrui agatur, firmatur ratione & auctoritatibus multis.*

115. *Et ostenditur etiam procedere de iure Saxonico.*

116. *Item, etiamsi agatur de successione Ducatus aliorumvè bonorum regalem dignitatem annexam habentium.*

Itemq; in feudo ex pacto & providentia. nu. 124.

118. *In feudo quis succedere dicitur primo adquirenti, & ab eo causam habere.*

119. *Quid in fideicommisso.*

120. *Ius repraesentationis quo casu agitur de successione descendentium, respectu ascendentium in infinitum usq; locum habet secundum commun.*

121. *Indubitanter usq; ad pronepotem inclusivè.*

122. *Ius repraesentationis in dispositione legis sine dubio obtinet.*

123. *Imò & in dispositione hominis.*

127. *Ius repraesentationis obtinet etiamsi vocati sint proximiores in gradu.*

128. *Et in dispositione, in qua proximiores sunt vocati, sit adiecta clausula, salva gradus praerogativa.*

Confirmatur. ibid.

129. *Contrarium nimirùm quòd hac clausula ius repraesentationis impediat, multi tenent relati. ibid.*

130. *Ius repraesentationis iure divino introductum est.*

131. *Et ex naturali ratione.*

132. *Aequitate summâ nititur.*

133. *Ius repraesentationis quibus casibus dubitari probabiliter potest, utrum locum habeat, pro iure repraesentationis pronunciandum est. Rationes ibid.*

135. *In feudis nulla habetur ratio linea materna, sed paterna.*

136. *Vincula duo non censetur habere qui alterum habet impertinens.*

137. *Ratione legis cessante, & ipsa lex cessat.*

De ratione legis alteriusvè dispositionis pulchra. ibid.

138. *In successione bonorum, in quibus habetur sola consideratio agnationis frater utrinq; coniunctus, fratri ex uno latere tantùm non praefertur, etiamsi bona allodialia sint.*

139. *Ad substitutionem vulgarem filij nati ex diversis uxoribus, ut & illorum liberi aequaliter admittuntur, licet is de cuius substitutione agitur, aliquibus utrinq;, aliquib. ex uno tantũ latere sit coniunct⁹.*

140. *Ratio huius.*

141. *In fideicommisso item utrinq; coniunctus, ex uno latere coniuncto non praefertur. Ratio ibid.*

142. *Potissimùm in casibus.*

143. *In substitutione pupillari idem est. Ratio. ibid.*

144. *In iure accrescendi.*

145. *In successione emphyteusis.*

146. *De emphyteusi ad feudum bonum ducitur argumentum, potissimùm ubi diversitatis ratio assignari nequit.*

147. *In successione feudi ex pacto & providentia proximitas inspicienda est, non respectu ultimi defuncti, sed primi adquirentis.*

148. *Idem est in fideicommisso, secundum multos.*

149. *Contrarium tenent alij, relati ibid.*

150. *Adaequatio quando fit omnis virtus & natura rei, ad quam illa fit, imbuatur ei, cui adaequatur.*

151. *Determinatio una eademq; respiciens plura determinabilia illa uno eodemq; modo determinare debet.*

152. *Constitutio nulla extra verba extendi debet.*

153. *Statuta stricti iuris sunt.*

Potissimùm si sint iuris communis correctoria.

155. *Statuta secundum ius commune intelligi, declarari & restringi debent.*

156. *Etiamsi iuris communis correctoria sint, vel ei contraria.*

157. *Contrarium tamen quoad hoc multi tenent, relati. ibid.*

158. *Sed horum opinio communiter dicitur damnata.*

159. *Vinculi duplicitas quando considerari non debeat.*

160. *Statuta ita interpretari debent, ut iuris communis correctio evitetur.*

161. Cor-

203. *Statutum generale, legi speciali nunquam derogat.*

205. *Consuetudo non inducitur per hoc, quod populus alicuius regni statuta regni etiam mille annis servat.*

206. *Consuetudinibus subditorum Princeps non ligatur.*

207. *Ius repraesentationis quandoetiam secundum leges Daniae obtineat.*

208. *Rex vel populus imperio Roman. non subditus, contractum aliquem legib. vel morib. imperii inventum vel informatum recipiens, censetur etiam respectu illius contractus leges imperii Rom. recepisse, & ad observandum illas se astrinxisse.*

Comprobatur hoc. n seqq. & n. 211.

209 *Ecclesiastica persona legib. civilib. non ligantur.*

Declaratur ibid.

212. *Quaestio super feudo mota in terris non imperio subiectis, si illa non sit decisa per legem specialem loci, secundum ius canonicum & civile decidi debet secund. multos.*

213. *Consuetudines feudales qua ratione in Francia & nonnullis aliis locis non serventur.*

214. *In regnis imper. Rom. pro superiore non recognoscentibus in defectum legum regni ius divinum servandum est.*

215. *Feudalia iura sunt pars legis divinae.*

216. *Et dicuntur esse ius naturale.*

Reges & populi imperio non subditi in casibus iure regni non expresse decisis iure civili Rom. ligantur, quatenus illud in naturali ratione fundatum est.

218. *Item & iure canonico.*

221. *Ad inducendam observantiam declarativam quid sufficiat.*

222. *Vis observantiae vel lapsus temporis immemorialis.*

223. *Statuta & consuetudines qualibet, contraria consuetudine tolluntur & abrogantur.*

224. *Consuetudo quomodo indistinctè lapsu, 10. ann. inducatur & nu. 377. 378.*

225. *Quodq; non requiratur illam obtentum esse in contradictorio iudicio, & nu. 379.*

Imò ne extraiudicialem quidem resistentiam requiri docetur. nu. 380.

226. *Vis consuetudinis immemorialis.*

227. *Declaratur l. Digna vox. C. de ll.*

228. *Per actus contrarios nemo excluditur ab eo iure quod ipsi de iure communi competit.*

229. *Vel ex speciali privilegio in casib. ibid.*

230. *Rex superiorem non cognoscens in propria causa iudex esse potest.*

231. *Renunciatio iuris sui nunquam praesumitur.*

232. *Extenditur hoc pulcrè.*

233. *Renunciatio quam stricti iuris sit.*

235. *Constitutio vel consuetudo de membris disponens vel subditis ad caput vel Principem non extenditur.*

236. *Et de singulis loquens non ad universos.*

237. *Quod potissimum obtinet in privilegiis.*

238. *Lex quae in regno observari debuit, semper praesumitur observata & in viridi observantia fuisse.*

239. *Observantia, consuetudo & praescriptio quibus casib. de uno ad aliud extendatur, & observantia etiam respectu partis ad consuetudinem & praescriptionem respectu totius inducat.*

240. *Pacta servare omnia iura suadent, & omnes gentes pactu ligantur.*

241. *Idem est in iis quae ex pactis originem trahunt.*

Sequela secundum naturam initii regulantur, ibid.

243. *Pro expresso in quovis actu quid habeatur.*

244. *Feudi recti natura est, ut subiaceat omnib. regulis feudorum.*

245. *Per pactum legibus & consuetudinibus derogatur.*

246. *Et per tenorem investiturae omnibus constitutionibus & consuetudinibus contrariis.*

247. Te-

247. *Tenor investitura non debet restringi, sed indefinitè interpretari prout verba sonant.*

248. *Vna eademq; res diverso iure censeri non debet.*

249. *Nec diversos effectus operari.*

250. *Sequentia secundum pracedentia restringuntur.*

251. *Pracedentia magis influunt posterioribus, eaq; magis declarant & restringunt quam contra.*

252. *Clausula una per aliam declaratur.*

253. *Omnis dispositio ita interpretari debet, ut salvetur à contrarietate.*

254. *Etiamsi necesse sit verba offendere, & semper illa capienda interpretatio est, quòd contrahentes se noluerint in contigenti corrigere.*

Extenditur nu. seq. & nu. 257.

256. *Posteriora prioribus derogare. Declaratur ibid.*

258. *Clausula reservatoria quomodo intelligi debeat.*

259. *Investitura pracedentes prasumuntur fuisse eiusdem tenoris, cuius ultima est.*

260. *Et hac per priores declaratur.*

261. *Investitura prima quomodo mutari posit, & nu. 264.*

262. *Per viam legis alicui ius suum auferri potest.*

263. *Contractus à Regibus & Principibus celebrati legis vim obtinent.*

Investitura mutatio ex caussa publica utilitatis etiam in praiudicium successorum fieri potest.

Publica utilitatis favor. ibid.

265. *Reservatio nihil novi iuris tribuit.*

266. *Quando nihil operetur.*

267. *Multa tractantur & dicuntur, qua non perficiuntur.*

Inde infertur ibid.

268. *In prafationibus dicta quando in contractu repetita non censeantur.*

269. *Interpretatio verbis refragans reijcitur.*

270. *Plures simultaneè investiti vel in investitura nominati omnes simul & quilibet pro virili vocati esse intelliguntur.*

271. *Potissimùm quando plures sunt nominati nominibus proprijs.*

272. *Investitura quavis ita intelligi debet, ut tàm faciens quàm recipiens investituram intelligatur se conformasse iuris communis dispositioni.*

274. *Regni legibus deficientibus ad consuetudines locorum vicinorum recurrendum est.*

275. *Frater ex latere patris tantùm & ipso pradefuncto eius filij unà cum fratre utrinq; coniuncto admittuntur ad successionem tàm bonorum feudalium quàm Ducatuum, sive ultimus defunctus sit ascendens sive pater vel patruus, de consuetudine Germania & Dania.*

279. *Iniuria vel perturbatio status publici, ex eo oriri non potest, quòd quis iure publico utitur.*

280. *Statutum de intestatis loquens non extenditur ad intestabilem secundùm multos.*

281. *Vasallus respectu feudi intestabilis est.*

287. *Natura feudi est, quòd ad illius successionem filius fratris unà cum fratre superstite sive patruo admitti debeat ad successionem non ascendentis solùm, sed & patrui.*

288. *Fratrem aliquem esse vel filium fratris illius, de cuius successione agitur, aquiparantur in iure civili Canonico, feudali.*

289. *Fictio an stricti iuris sit.*

290. *Dispositio quantumvis stricta contra verba clara & expressa non restringitur.*

291. *Fictio in casu ficto idem operatur, quod veritas in casu vero.*

292. *Fictio nunquam restringitur contra subiectam materiam vel naturam actus, quo de agitur.*

300. *Per usum partis retinetur totum ius.*

307. *Li-*

370. Vt

370. *Vt & ex eo quòd una res immobilis alteri quàm feudalem esse constat, in divisione facta inter filios vel fratres adaquata est.*

371. *Bonum est argumentum ab aquiparatis.*

372. *Possessio iurisdictionis & territorij unde inducatur & probetur.*

373. *Qualitas faciliùs quàm substantia inducitur.*

374. *Spiritualia à laicis nec possideri nec praescribi possunt.*

375. *Ampliatur hoc.*

At declaratur ibid.

377. *Ad consuetudinem introducendam quot & quales actus sufficiant.*

381. *In imperio Romano Principes seculares religioni protestantium addicti, in bona spiritualia & ecclesiastica succedunt faeminis exclusis.*

382. *Eius recensentur aliquot exempla.*

383. *Inde infertur, inter Principes protestantes hoc in toto imperio Romano generali consuetudine introductum.*

384. *Hancq; per Imperij constitutionem confirmatam & approbatam esse.*

385. *Sub verbo generali, Ordinationes, etiam consuetudo comprehenditur.*

386. *Principes seculares S.R. Imperij in suis territorijs Imperatori aequiparantur, & perinde ut ille omnia iura fiscalia & regalia habent.*

387. *Princeps duplex patrimonium habet, publicum & privatum.*

388. *Patrimonium publicum & fiscus idem sunt.*

389. *Ad patrimonium publicum vel fiscũ quae spectent, & n seq. & n 391. 392.*

390. *Et num percepta ex proventibus extraordinarijs.*

392. *Omnis pecunia, omniaq; mobilia bona, item & nomina debitorum Principis, ad patrimonium publicum & fiscum spectare praesumuntur.*

393. *Patrimonium publicum vel fiscus ad haeredes non transit, sed remanet apud successorem in Imperio, Ducatu vel Republica.*

Confirmatur ibid. & nn. seqq.

394. *Fiscus dicitur quasi fixus & immobilis.*

395. *Fiscus assimilatur stomacho, qui evelli è corpore nequit.*

396. *Fructus percepti ex reditibus ecclesiasticis à Clerico dignitatem vel administrationem habente ad successorem in dignitate vel administratione transeunt.*

397. *Fiscus Reipublicae anima est, & sustentamentum.*

398. *Fiscus & Respublica semper vivit & haeredem non habet.*

399. *Ad patrimonium Principis privatum quae spectent.*

400. *Ad successores in dignitate transeunt omnia illa, quae ad dignitatem vel rempublicam spectant.*

401. *Commoda cuiusq; rei ad eum spectare debent, qui onera sustinet.*

402. *Successor in dignitate ad quae onera teneatur.*

403. *Bona mobilia vasalli in feudo existentia, allodialia esse praesumuntur secund. multos.*

404. *Etiam machina & munitiones castri, aliave bona ad perpetuam feudi utilitatem destinata.*

405. *Quo ad hoc tamen alij contrarium tenent, relatis ibid.*

406. *Quorum sententiam autor firmat.*

407. *Et potissimùm procedere attestatur de iure Saxonico.*

408. *Vt & in Regibus & Ducibus.*

409. *Fructus vivo vasallo ex feudo percepti allodiales sunt, & ad haeredes transeunt.*

410. Et in illorum successione frater utrinq; coniunctus fratrem ex uno latere tantum excludit.

411. Fallit in fructibus ex feudo regali perceptis, qui non ad haeredes, sed ad successorem in dignitate devolvuntur.

412. Successor feudi successori haereditatis aestimationem melioramentorum restituere tenetur.

413. Ampliatur & confirmatur haec decisio.

414. Fallit de iure Saxonico.

415. Et alio modo auctor illam limitat.

416. Dispositum de principali etiam ad accessoria extenditur.

417. Ad consuetudinem inducendam & probandam quàm multa requirantur remißivè.

418. Ius commune in omnibus omninò locis praesumitur in viridi observantia fuisse.

419. Mutatio non praesumitur.

420. Consuetudo quomodo etiam per unicum actum contrarium vel difformem interrumpatur.

421. Non usus debilior est contraria consuetudine.

422. Legibus non exemplis iudicandũ.

424. Renunciatio quando nihil operetur.

425. A privatione ad habitum rectè arguitur.

Declaratur nu. 428. 431.

426. Ex renunciatione colligi non potest, renuncianti aliquod ius competiisse.

427. Inde infertur.

429. Supervacuum dici non potest, quod aliquid saltem minimum operatur.

430. Multa saepè fiunt, non ut quid operentur, sed pro abundanti cautela.

432. Dispositio potiùs admitti debet, ut supervacua sit, quàm ut quid operetur, contra naturam rei sive subiectam materiam.

433. Dispositio respiciens plures res respectu omnium idem operatur & eundem finem respicit.

DIVINI NUMINIS IMPLORATO SUFFRAGIO SINE QVO NIHIL FELIX VEL FAUSTUM.

DEmnach der Durchlauchtigster / Großmechtiger / Hochgeborner Fürst vnd Herr / Herr F. der ander zu Dennenmarcken / Norwegen / der Wenden vnd Gotten König / Hertzog zu Schleswick / Holstein / Stormarn / vnd der Ditmarschen / Graff zu Oldenburg vnd Delmenhorst / mein gnedigster Herr / mir einen Bericht / sampt etlichen beyverwahrten gepflogenen Handlungen / gegebenen Abschieden / auffgerichten Verträgen / Lehenbrieffen / Reversen vnd andern mit A. B. C. D. E. F. G. H. I. K. L. M. N. O. P. Q. in Sachen Jhrer König. Majest. vor Jhrer König. Majest. vnd Jhrer König. Majest. Brudern / dem Durchlauchtigen / Hochgebornen Fürsten vnd Herrn / Herrn J. dem Jüngern / Erben zu Norwegen / Hertzogen zu Schleswick / Holstein / etc. meinem gnedigen Fürsten vnd Herrn an einem / vnd dem auch Durchlauchtigen / Hochgebornen Fürsten vnd Herrn / Herrn A. Erben zu Norwegen / Hertzogen zu Schleswick / Holstein / etc. am andern Theil / weiland des auch Durchlauchtigen / Hochgebornen Fürsten vnd Herrn / Herrn J. des Eltern / Erben zu Norwegen / Hertzogen zu Schleswick vnnd Holstein / hochlöblicher vnd seliger Gedechtnis nachgelassener Lehen vnd Erbgüter betreffend / mir gnedigst zugesand / mit gnedigstem Begehren / daß ich denselben Bericht / Copey vnd Händel mit fleis verlesen / bewegen / vnd Jhrer König. Majest. mein vnterthenigstes ausführlichs Bedencken / cum rationibus dubitandi, decidendi & responsionibus ad rationes dubitandi, auff denselben Fall / vnd insonderheit auff nachfolgende Frage / vnterthenigst mittheilen wolte. Als nemlich:

Zum

Zum ersten / weil die Constitutio feudi an vielgerührten Lehenstücken des Fürstenthumbs SuderJüdland / vnd des Landes Fehmern nach deutlicher Vorsehung solcher obangezogenen Vhrkunden/sonderlich aber nach Innhalt des königlichen Lehenbrieffes/vnd der obgedachten anderen Fürstlichen Lehensinnungen / bey dem öffentlichen actu der Lehenreichung vnd Empfahung / Als an einem rechten fürstlichen altväterlichen angeerbten Stam vnd Fahnenlehen gerichtet/beschlossen vnd vollentzogen ist / Ob nicht an solchen fürstlichen Lehnen/derselben also constituirten Art/Natur / vnd Eigenschafft nach / in solchem Erbfalle als sich stedet an vielhochgedachtes seliges Hertzog J. als des sempelich mitbelehneten Fürsten Fürst. Gn zugetragkte/das jus repræsentationis stat habe.

Vnd ob Ihre König. Majestet sampt deroselben freundlichen lieben Brudern Hertzog J. des Jüngern Fürst. Gnad. in Krafft desselben / vnd der simultaneæ investituræ an stat ihres gottseligen geliebten Herrn Vaters an dem in vielgemeltem Hertzogthumb Schlesewick vnd dem gantzen Lande Fehmern nachgelassenen Lehengütern / neben Hertzog A. F. Gn. so wol vnd nicht weniger als an den Lehengütern im Lande zu Holstein in stirpem zu succediren berechtiget.

Zum andern/ weil alle Schlösser/Empter Städte/Clöster/ Land vnd Leute / als ein jeder Herr pro rata seines zugetheilten Antheils in beyden Fürstenthumben bißdaher inngehabt vnd besessen / nicht anders als vor Lehengüter seynd geachtet vnd gehalten / vnd respectivè an ihrem Orte zu Lehen sind gesucht vnd empfangen worden / wie man denn besonders an gottseliges Hertzog J. Fürst. Gn. ingehabtem Antheile im Hertzogthumb Holstein vnd alle desselben incorporirten Landen/so vom heiligen Römischen Reich zu Lehen rühren / von sonderlichen vnbeweglichen Patrimonial oder erbeigenen Gütern niemals gehört oder gewust hat. Ob vielgemelter Hertzog A. Fürst. Gn. an solchen verlassenen Lehengütern / vnterm Scheine vnd Namen der erbeigenen vnd patrimonial Güter das Closter Bordisholmb oder sonst bestendiglich etwas eximiren, vnd sich daran vor Ihrer Kön. Majest. eines Vorzuges vnd Gerechtigkeit anmassen könne.

Zum dritten / Ob Ihre F. Gn. erklerte Intention Hertzog J. des Jüngern Fürst. Gn. betreffend / als wird oben angedeutet/ præcisè auff den Innhalt der Keyserlichen Lehenbrieffe gerichtet / dem löblichen jungen Fürsten der Holsteinischen Lehenschafft halben jetzo oder in consequentiam verfenglich vnd schädlich seyn könne.

Zum vierdten vnd letzten / Ob vnd wie weit Ihre Königl. Majest sampt deroselben freundlichen lieben Brudern gottseliges Hertzog J. des Eltern F. G. in den mobilibus & allodialibus bonis, so die in beyden Fürstenthumen nachgelassen / neben Hertzog A als des vollbürtigen Bruders F. G. zu succediren, im Stande des Rechten befugt seyn. Dabey denn sonderlich wol zu considerirn, weil die determination im letzten Otensehischen Verträge an dem Orte / wie ob specificiret, ins gemein auff die vorledigten Güter gerichtet ist. Ob darunter die mobilia vnd allodialia bona, Als sonderlich im Fürstenthumb Schlesewick vnnd dem Lande Fehmern hinderlassen/ nicht mitbegriffen zu seyn erachtet werden.

Als habe ich zu vnterthenigster gehorsamer Folge Ihr Kön. Majest. gnedigstem begeren den zugesandten Berichte sampt allen vnnd jedern Beylagen vnd Händeln mit Fleis verlesen/bewogen.

Vnd halte es demnach / so viel die erste Frage anbetrifft / in Vnterthenigkeit darfür/ daß in dem Erbfall des Fürstenthumbs Suder Jüdland / vnnd des Landes Fehmern / so viel von demselben hochgedachter Hertzog J. der Elter die Zeit Ihrer Fürstlichen Gnaden Lebens in Besitz gehabt / vnnd zur Zeit Ihrer Fürstlichen Gnaden Absterben nach sich verlassen / das jus repræsentationis stat habe / daß auch Ihr Kön. Majest sampt derselben freundlichen lieben Brüdern Hertzog J. des Jüngern / Fürstliche Gnaden in Krafft desselben vnd der simultaneæ investituræ an stat ihres gottseligen geliebten Herrn Vaters an deme in vielgemeltem Hertzogthumb Schleswick/ vnnd dem gantzem Lande Fehmern / nachgelassenen Lehengütern neben Hertzog A. Fürstlichen Gnaden so wol vnnd nicht weniger als an den Lehengütern im Lande zu Holstein in stirpem zu succediren berechtiget.

Vnd auff daß menniglich spüren vnnd befinden möge / daß diese decisio allen Rechten gemes.

Als wil ich anfenglich die rationes dubitandi adduciren, vnnd folgendes diese decisionem mit vielen Rechtsgründen confirmiren, Auch letzlich die rationes dubitandi confutiren.

Primò itaque huic decisioni obstare videtur.

1 NAmque clari & indubitati juris est, quod† frater utrinque conjunctus, præfetatur fratri ex uno tantùm latere conjuncto, §. *si igitur defunctus, auth. de hæredib. ab intestat. venient. §. 1. auth. de consangnin. & uterin. fratrib. auth. cessante & auth. post fratres. la 1. & ibi gloss. & Dd. C. de legitim. hæred. auth. itaq; & ibi gloss. & Dd. C. communn. de success. Dyn. in tract. de success. ab intestat. colum 4. versic. quod si decedit. Iohan. Fab. § si plures, Institut. de legit. agnator. success. Bald. l de emancipatis. C. de legit. hæred. Bald. cons. 74. cons. 222. lib. 3. Roman. cons. 296. circ. fin. Raph. Comens. cons. 66. Petr. Ferrar. in form. libell. per hæred. ab intestat. verb. nulluq; superstitibus. colum. 10. in parvis. Bertrand. cons. 68. cons. 211. lib. 2. Tiraquell. in tract. de utroq; retract. part. 1. §. 14. gloss. 2. num. 5. Hippol. Rimmald. cons. 283. num. 5. & 6. lib. 3. Forster. in tractat. de success. ab intestat. lib. 4. cas. 2. conclus. 1. Wesenbec. consil. 82. num. 18. lib. 2.*

2 Et hoc locum habet † etiam secundum dispositionem juris Saxonici.

Namque etiam de jure Saxonico frater utrinque conjunctus præfertur fratri ex uno tantùm latere conjuncto, *artic. 3 & ibi gloss. num. 2. Landrecht. lib. 1. artic. 20. Landrecht. lib. 2. Forst. in tractat. de success. ab intestat. lib. 4. cas. 2. conclus. 3. Wesenbec. consil. 82. num. 20. lib. 2.*

3 Quinimò aliqui volunt †, hoc etiam in feudis locum habere, prout hanc sententiam amplecti, *Iohan. Andr. Andr. de Isern. Sigismund. Loffred. & Socin.* in locis ab ipso citatis attestatur *Wesenbecius consil. 82. nu. 22. lib. 2.*

Illaque sententia confirmatur etiam per id, quod aliqui Dd. tradunt, quòd frater utrinque conjunctus fratrem consanguineum tantùm excludat etiam à successione bonorum, ad quæ bona per dispositionem statuti aut alias non nisi consanguinei tantùm admittuntur, *Petr. de Anchor. repetit. c. 1. colum. 150. versic. occurrerunt aliæ quæstiones. extr. de rescript Paul. Castrens. auth. itaq;. C. commun. de successione. Fulgos. cons. 85. Iohan. Baptist. à S. Severi. repetit. l. omnes populi. chart. 15. versic. Ego respondeo. ff. de justit. & jur. Socin. consil. 252. colum. 12. versicul. secundò ego respondeo. lib. 2. Ruin. cons. 28. dub 1. & consil. 32. num. 14 lib. 3. Dec. cons. 484. Tiraquell. in tractat. de utroq; retract part. 1. §. 14. gloss. 2. num. 6 & num. 11. Horat. Mandos. in addit. ad Rom. consil. 411. num. 1. verb. conjunctum. Forster. in tractat. de success. ab intestat. lib. 4. cas. 2. conclus. 2.*

Sed Serenissimus Rex C. Tertius piæ memoriæ, fuit Ducis J. senioris frater ex uno latere, consanguineus nempe. Dux verò A. est frater Ducis J. senioris utrinque conjunctus. Igitur videtur dicendum, quòd Dux A. tanquam frater utrinque conjunctus, in successione Ducatus Schlesvicensis & Fimeriæ præfetatur & præferri debeat Serenissimo Regi F. Secundo, & Duci J. juniori tanquam filiis fratris ex uno tantùm latere conjuncti, nempe Regis C. Tertii.

Secundò aliqui Dd. volunt, † quòd secundum dispositionem juris communis in successione feudali filius fratris prædefuncti patrem suum non repræsentet, nec in locum patris ingrediatur, sed à fratre superstite penitùs excludatur, etiamsi is filius ex fratre utrinque conjuncto ortus sit & originem trahat, *Bartol. auth. post fratres. C. de legitim. hæred Cuman. l cùm ità §. in fideicommissis. ff. de legat. 2. Alexand. consil. 204. colum. 2. lib. 2.* 4

Quod potissimùm in † feudis ex pacto & providentia locum habet. 5

Namque in illis frater utrinque conjunctus filios fratris prædefuncti excludit, etiamsi pater illorum defuncto similiter utrinque conjunctus fuerit, *Anton. Rub. cons. 35. Anton. Gabr. Roman. in tractat. regul. lib. 4. titul. de success. ab intestat. conclus. 1. num. 1.*

Præterea quoque certum est, † quòd feudum alicui concessum pro se & posteris suis, sit feudum ex pacto & providentia, *Andr. de Isern. c. 1. versic. filij tantùm. nu. 3. in fin. de success. feud. Bald. c. 1. §. final. nu. 1. quæ fuit prima caussa. Luc. de Pen. l finali colum. penult versic. possessiones. C. de locat. prædior. civil. lib. 10. Parisi. de Put. in tractat. de feud. verb. sequitur. chart. 74 verb. an si sit facta concessio. chart. 70. Bald. l. executorem. nn. 34. C. de execut. rei judicat. Matth. de Afflict. in prælud. feudor. nu. 64. Alex. cons. 30. nu 15. lib. 1. Curt. in tractat. feudal. part. 3 nn. 29 & part. 5. nu. 5. Arius Pinel. repetit l. 1. part. 3. nu. 90 versic. infertur etiam sextò. C de bon. matern. Thom. de Marin. in tractat. de generib & qualitatib. feudor. lib. 1. rubr. de feud. ex pacto & providentia, in princ. nu. 68. & 69.* 6

Sed

Sed in casu præsenti quoad successionem Ducatus Schlesvicensis & Fimeriæ agitur de successione feudi.

Et Serenissimus Rex Daniæ F. Secundus, Ducatum Schlesvicensem & Fimeriæ Duci J. seniori & Duci A. concessit, in feudum pro ipsis recipientibus & posteris suis.

Sicut hoc patet ex illis verbis istius investituræ.

Reichen und leihen Ihrer LL. und derselben Nachkommen solch Fürstenthumb Schleßwick / Suder Jütland genant / und das Land Femern.

Igitur sequitur, Ducatum Schlesvicensem & Fimeriæ esse feudum ex pacto & providentia.

Rursus ex hoc inferri videtur, quòd etiam ex hoc capite in casu præsenti non habeat locum jus repræsentationis, quodque Serenissimus Rex F. Secundus, & Dux J. junior non ingrediantur in locum patris sui, nec patrem suum repræsentent, Sed quòd Dux A. tanquam frater utrinque conjunctus præferatur & regiæ Majestati & Duci J. juniori in successione Ducatus Schlesvicensis & Fimeriæ.

7 Tertiò, multi Dd. tradunt, quòd in fideicommissis non habeat locum jus repræsentationis, quodque in fideicommissis filius fratris prædefuncti cum fratre superstite patruo non succedat; sed quòd frater superstes filium fratris prædefuncti excludat, atque excluso filio fratris solus fideicommissum in solidum consequatur, *Bald. l. cùm ita. §. in fideicommisso circ. fin. & ibi Raphaël Cuman. & Florian. conf. 106. Angel. Aret. §. cùm filius. col. 1. versic. deinde ista regula, instit. de hæredib. quæ ab intestat. deferuntur. Alexand. conf. 129. col. 1. in fin. lib. 1. consil. 204. colum. 2. lib. 2. consil. 4. colum. 3. lib. 4. consil. 129. colum. 2. lib. 5. Iaf. l. si aviæ. nu. 5. & ibi Dec. & Curt. jun. C. de success. edict. Dec. conf. 1. colum. 3. versic. & dico. consil. 217. colum. 2. consil. 408. in fin. consil. 412. colum. 1. consil. 478. consil. 480. Capra. consil. 5. colum. final. Anton. Rub. consil. 36. colum. final. conf. 37. colum. 2. consil. 38. colum. 2. consil. 39. colum. 2. consil. 40. Godzadin. consil. 29. num. 18. Bertrand. consil. 207. colum. final. lib. 1. Cardinal. Paris. consil. 9. colum. 4. consil. 18. num. 81. consil. 90. colum. final. consil. 64. colum. final. lib. 2. consil. 211. colum. 3. lib. 3. Curt. jun. consil. 154. colum. 2. in fin. Iaf. l. qui liberis. §. hac verba. colum. 1. ff. de liber. & posthum. Socin. consil. 14. lib. 3. Hieronym. Grat. conf. 27. colum. 2. lib. 1. Mathesil. in tractat. de successiou. ab intestat. nu. 84. Ruin. consil. 169. colum. 4. conf. 182. colum. 3. lib. 2. consil. 30. colum. final. consil. 127. colum. 3. lib. 3. Guilhelm. Benedict. c. Rainutius verb. uxorem. num. 60. extr. de testament. Berous consil. 94. num. 15. lib. 2. Bolognet. consil. 15. num 32. Iohan. Baptist. Ferret. consil. 384. num. 6. cum sequent. Natt. conf. 679. num. 20. Tiraquell. in tract. le mort. 2. part. declarat. 10. nu. 6. Tiber. Decian. consil. 1. num. 358. lib. 1. conf. 47. num. 27. consil. 55. num. 10. lib. 3.*

8 Eamque sententiam † communiter receptam esse, attestatur *Curt. jun. l. si aviæ. C. de successor. edict. Dec. conf. 1. colum. 3. Anton. Rub. consil. 39. colum. 2. Grat. conf. 27. colum. 2. lib. 1.*

Eamque magis communem esse, attestatur *Tiber. Dec. conf. 1. num. 358. lib. 1.*

Quinimò filium non ingredi in locum patris, nec patrem repræsentare generaliter eo casu, quando agitur de successione proveniente non ex dispositione legis, sed ex dispositione hominis, tradit *Tiber. Decian. consil. 55. nu. 10. lib. 3.*

Similiter quoq; certum est †, quòd feudum æquiparetur fideicommisso, quodque dispositum de fideicommisso etiam in feudo locum habeat, *Andr. de Iseru. c. 1. §. hoc quoq; nu. 9. & ibi Matth. de Afflict. nu. 8. de success. feud. Andr. de Isern. c. 1. §. quid ergo. num. 7. & ibi Matth. de Afflict. num. 20. de investitur. de re alien. fact. Andr. de Isern. c. 1. num. 1. de eo qui sibi & suis hæredibus. Andr. de Iseru. c. 1. num. 10. de alienat. feud. patern. Bald. conf. 38. num. 5. lib. 1. Signoroll. consil. 92. num. 8. 9. & 10. Matth. de Afflict. in prælud. feudor. num. 178. Cardinal. Paris. consil. 65. nu. 16. lib. 3. Cephal. consil. 313. nu. 30. lib. 3. Dec. conf. 445. num. 33. Socin. jun consil. 126. num. 27. lib. 1. Ruin. conf. 151. nu 3. conf. 159. num. 6. conf. 166. colum. 4. conf. 157. colum. 4. lib. 2. Port. conf. 121. num. 16. Roland. à Vall conf. 100. num. 15. lib. 1.* 9

Deinde quoq; Dd. tradunt †, quòd successio feudalis deferatur ex pacto & providentia primi acquirentis, & sic ex dispositione hominis, *c. 1. §. 1. & ibi Dd. de feud. March. gloss. c. 1. §. cùm verò. Corrat. verb. frater. & ibi Dd. de his qui feud. dar. poss. gloss. c. 1. & ibi Andr. de Isern. colum. final an agnat. Andr. de Isern. c. 2. colum. 4. & ibi* 10

Matth. de Afflict. Imperat. Lothar. Andr. de Isern. c. 1. §. hoc quoq; notab. 5. de success. feud. Andr. de Isern. c. 1. num. 7. qualiter feudum olim. Andr. de Isern. c. 1. §. quid ergo. colum. 2. & ibi Matth. de Afflict. de investitur. de re alien. fact. Matth. de Afflict. in praelud. feud. nu. 170. Alexand. consil. 29. num. 3. cons. 44. num 3. lib. 1. Cardinal. Paris. cons. 65. num. 18. cum sex sequentibus. lib. 3. Socin. jun. cons. 72. nu. 30. lib. 1. Cephal. cons. 4. num. 43. Cravett. cons. 197. num. 1. Andr. Gayl. Practic. observat. lib. 2. observat. 154. num. 4. Godzadin. consil. 4. num. 17. Cardinal. Paris. consil. 23. num. 130. & 131. lib 1. Cephal. cons. 245. nu. 54. lib. 2.

11 Legibus quoque cautum est, † quòd dispositum de uno ex æquiparatis etiam in alio locum habeat, *gloss. Bartol. & Dd. l. si quis servo. C. de furt. Ias. auth. quas actiones. C. de SS. Eccles. Ias. l. si arrogator. colum. antepenult. ff. de adoptionib. Ias. l. transigere. colum. 5. versic. secundò moveor. C. de transact. cum multis similibus allegatis per Aymon. Cravett. in tractat. de antiquitat. tempor. part. 4. §. transeo. nunc ad quartam. num. 98.*

Cùm itaque in casu præsenti agatur de successione feudali, nempe de successione Ducatus Schlesevicensis & Fimeriæ, quos feudales esse dubio omni caret, etiam ex hoc capite videtur dicendum, quod in casu præsenti jus repræsentationis non habeat locum, quodque Dux A. tanquam frater utrinque conjunctus in successione Ducatus Schlesevicensis & Fimeriæ præferatur, & Serenissimo Regi Daniæ F. Secundo, & Duci J. juniori.

12 Quartò †, aliqui Dd. tradunt, quòd jus repræsentationis fiat non verè vel naturaliter, sed tantùm juris fictione, *Bald. auth. cessante. colum. final. C. de suis & legitim hæredib. Bald. l. tutela. §. si duo. ff. de legitim. tutorib. Bald. c. 1. in fin. Imperat. Lothar. Alexandr. cons. 204. colum. 2. lib. 2. Hieronym. Grat. cons. 25. colum. 1. lib. 1.*

13 Similiter aliqui † affirmant, quòd jus repræsentationis jure quodam singulari sive speciali introductum sit, *Guilhelm. Benedict. repetit. c. Raynutius, verb. & uxorem nomine Adelasiam. num. 616. extr. de testament. Tiraq. in tractat. de utroq; retract. part. 1. §. 11. gloss. 9. num. 4. Tiraquell. in tractat. de primogenit. quæst. 40. num. 157. fac. text. §. cùm filius. Institut. de hæred. qualitat. & different.*

Aliqui etiam volunt, quòd jus repræsentationis non competat de jure communi, sed ex speciali privilegio, *Oliver. Text. in tractat. de success. ab intestat. §. his igitur nu. 16. Tiraquell. in tract. de utroq; retract. part. 1. §. 11. gloss. 9. nu. 4. argument. §. sin autem defunctum. ibi: hujusmodi privilegium, auth. de hæred. ab intestat. venient.*

Fictionem quoque stricti juris esse videtur, *arg. gloss. & Dd. l. 1. C. de dot. promiss. Bart. & Dd. l. fin. qui pro emptore. ff. de usucapionib.*

Privilegium quoq; † regulariter strictè interpretandum est, *l. si quando. C. de inoffic. testament. gloss. c. 1. de constitut. lib. 6. Archidiacon. c. frater. 16. quæst. 1. Bald. l. quæ ex relationibus. in princ. C. de ll. Ias. l. 1. nu. 33. ff. de constitut. Princip.* 14

Jus quoq; repræsentationis † non habet locum in iis, quæ deferuntur jure speciali, 15 *l. mulieri. & Titio. ff. de condit. & demonstrat. Guilhelm. Benedict. repetit. c. Raynutius, verb. mortuo itaq; testatore el. 2. num. 119. extr. de testament. Tiraquell. in tract. de utroq; retract. part. 1. §. 11. gloss. 9. num. 4.*

Similiter quoque jus repræsentationis non habet locum in iis successionibus, quæ ex statuto deferuntur, *Bald. cons. 30. colum. 2. lib. 1. Guilhelm. Benedict. c. Raynutius. verb. & uxorem nomine Adelasiam. nu. 64. & num. 625. extr. de testament.*

Et confirmatur, Namque tàm statutum quàm consuetudo regulariter non extenditur ad casum fictum, neque eum comprehendit, *Ioan. Andr. c. final. de constitut. lib. 6. Bart. l. omnes populi 6. quæst. princ. ff. de justit. & jur. Bart. l. hæres quandoq;. ff. de acquirend. hæreditat. Bald. l. si quis non dicam rapere. col. 2. versic. juxta hoc incidenter. C de Episcop. & Cler. Bald. l. sive possideris. col. 2. C. de probationib.*

Sed in Regno Daniæ successio defertur jure speciali & ex statutis constitutionibus & consuetudinibus Regni.

Igitur videtur dicendum, quòd in Regno Daniæ non habeat locum jus repræsentationis.

Rursus ex hoc infertur, cùm Ducatus Schlesevicensis & Fimeria sint sita intra limites Regni Daniæ, atque ad Regnum Daniæ pertineant, quòd in casu præsenti jus repræsentationis locum habere nequeat, sed quòd Dux A. tanquam frater utrinq; conjunctus in successione Ducatus Schlesevicensis & Fimeriæ serenissimo Regi Daniæ ejusq; regiæ Majestatis fratri Duci J. juniori tanquam filiis fratris ex uno latere præferri debeat.

Quinimò, dubio omni caret †, quòd jus 16 repræsentationis per statutum, constitutionem & consuetudinem contrariam penitùs & tolli & abrogari possit, quodq; tale statu-

tum,

rum constitutio & consuetudo valeat, *§. si plures. Institut. de leg. agnator. succes. l. consanguinitatis. C. de legit. hæred. facit id quod tradit Schneidevvin. in titul. de hæredib. quæ ab intestat. deferuntur. in tertio ordine succedendi. versic. tertia conclusio. n. 11. idemq; Schneidevvin. Instit. de legitim. agnator. success. nu. 12.*

Et confirmatur per id, namq; & jure Saxonico cautum est, & illa constitutio juris Saxonici valet & tenet, quod in successione bonorum allodialium jus repræsentationis locum non habeat, sed quod frater utrinque conjunctus filiis alterius fratris præferatur.

Prout hoc traditur *in different. inter jus Saxon. & civil. part. 1. different. 25. & part. 2. different. 25. Zobel. in addit. ad Specul. Saxonic. art. 3 sub. lit. M* Landrecht / *lib. 1. & artic. 17. sub. lit. F.* Landrecht / *lib. 1.*

Igitur sequitur, quod absque omni dubio valeat lex, constitutio, consuetudo regni Daniæ, qua & jus repræsentationis sublatum & dispositum est, quod frater utrinque conjunctus filiis patris prædefuncti præferri debeat.

17 Sextò, multi Dd. tradunt, quod † consuetudines feudales non sint jus generale, sed sint jus singulare sive locale, atque in iis tantum locis & vigorem obtineant, & homines ligent, in quibus illæ consuetudines receptæ sunt, prout hoc tenet *Hostiens. in summa de immunit. eccles. §. in quantum. versic. si verò paternum Anton. de Prat. veteri in proœm. feud. col. 7. Oldrad. cons. 159. 2. dub. Alberic. in rubr. C. de donationib. Francisc. Aretin. c. quia lect. 1 colum. 2 extr. de judic. Petr. Iacobi. in sua practic. in titul. de success. feud in princip. Carol. Molin. in consuet. Paris. in proœm. nu 46. 47. & 48.*

18 Et confirmari videtur; † tum per textum, *c. 1. §. final. de his qui feud. dar. poss. c. 1. in princip. de alien. feud. c. 1. §. final. si de investit. int. dom. & vasall. lis oriatur. c. 1 §. 1. de feud. dat. in vic. legis commis. c. 1. in princ. de feud. cognit. c. 1. in princip. quæ fuit prima caus. cum multis similibus allegatis per Carol. Molin. in consuetudin. Paris. in proœm. nu. 46.*

19 Tum ex eo, † quod consuetudines communiter locales sint, nec jus generale vel commune faciant, *Innocent. c. dilecto extr. de offic. Archidiacon Curt. jun. in tractat. feud. 1. part. quæst. 1. nu. 2. Matth. de Afflict. in prælud. feudor. nu. 15.*

Sed videtur dicendum, consuetudines feudales sive jus commune feudale in regno Daniæ non esse usu vel consuetudine receptum.

Igitur videtur inferri, quod consuetudines feudales sive jus commune feudorum in Dania vigorem non obtineat nec homines liget.

Rursus ex hoc videtur inferri, cum ducatus Schlesevicensis sit in regno Daniæ, in ejusque limitibus situs atque ad regnum Daniæ pertineat, quod neque respectu successionis illius Ducatus, neque respectu aliarum controversiarum de Ducatu Schlesevicensi motarum, consuetudines, sive jus commune feudale inspici vel servari debeat.

Septimò, † clari & indubitati juris est, quod jus vel lex non recepta in usu n, neminem liget, *c. in istis § leges. distinct. 4 c. 1. junct. glos. distinct. 20. c. De Syracusanæ. § illud autem Gregorii. dist. 28. c. cum olim. & ibi Imol. extr. de Cleric. conjuga. l. de quibus. & ibi Ias. nu. 33. ff. de ll. l. 2. in princip. & ibi Bald. C. de constit. pecun. §. 1. auth. de hæred. & Falcid. §. final. quib. mod. natural. effic. sui. l. 1. § quibus. C. de nov. Codic. faciend. l. 1. §. sed etsi quæ ibi. jam per desuetudinem abierunt. C. de veter. jur. enucleand. l. 1. in pr. ibi. per desuetudinem emendata & abolita. C. de caduc. tollend. Inst. de test. in princip. ibi. in desuetudinem abierunt. §. sed hæ actiones ibi. in desuetudinem abierunt, inst. de obligat. quæ ex delict. nascunt. glos. cap. 1. & ibi Panormitan. & Dd. & Felin. n. 8. versic. lex. nova. extr. de treug. & pac. Petr. de Anchoran. & Imol c. 1. extr. de vit. & honestat. clericor. Petr. de Anchor. c. ut quisq; extr. eo tit. Petr. de Anch. cons. 278. Bald. l. rem non novam. & ibi. Ias. col. fin. num 5. C. de judic. Bart. l. 1 §. sed cum antiquitas. C. de curat. furios. Anton. de Butr. cap. 1. circ. finem extr. de Torneament. Alex cons. 132 n. 1. cum multis sequentib. lib. 1. Ias. l. si filius. col. 4. ff. de lib. & posthum. Rol. à Vall. in tract. de lucr. dot. quæst. 99. Rol. à Vall. cons. 90. n. 53 lib. 1. cons. 99. n. 5 6. 7. & 8 lib. 2 Cardin. Zaborell. cons. 40. in princip. Paris. de Put. in tract. de Syndicat. verb. judicare cap. 1. num 2. 3. & 4. Dec. cons. 162. colum. final. Godzadin. consil. 23. num. 9. consil 96. num. 4 Hyppol. de Marsil. cons. 49. colum. 24. Socin. junior. consil. 30 num. 14 consil. 32 num 44. consil. 126. num. 25 lib. 3. Cardinal. Paris. consil. 105. num. 6. lib. 4. Rip. respons. 5 num. 3. lib. 3. Franc. Aretin. consil. 153. num. 1 Ioan. Plot. in tractat. de in lit. jurand. §. 6. num 51. Dec. cons. 262. colum. final. Borgnin. Cavalcan. in tractat. de tutor. & curator. nn. 42. Covarru. variar. resolutionum. lib. 2. cap. 16. nu. 5. versic. quinto sunt.* 20

21 Usque adeo ut secundum † aliquorum Dd. sententiam hoc locum habeat, etiamsi jus, lex vel constitutio non recepta in usum, clausulam derogatoriam habeat, *Roch. Curt. repetit. c. final. num. 530. & 531. extr. de consuetudin. Petr. Duenn. reg. 144. limitat. 2 fac. text. l. final. ff. de constitut. pecun. l. cum principalis. & ibi Dec. & Cagnol. ff. de reg. jur. glos. l. si patronus. §. patronum. verb. Faviana, ff. si quid in fraud. patron. Ias. l. certi condictio. num. 36. ff. si cert. petatur. Ias. l. non dubium, num. 56. C. de legibus. Traquell. in tractat. de constitut. possessor. parte. 3. limitat. 7. nu. 28. cum multis sequentibus.*

Sed Consiliarii Ducis A. prætendunt, jus commune feudale sive consuetudines feudales in regno Daniæ non esse usu receptas, neque moribus utentium approbatas.

Igitur videtur dicendum, quod consuetudines feudales sive jus commune feudale in regno Daniæ neminem liget, nec etiam sequi vel attendi debeat, utque præsens casus secundum consuetudines feudales, sive secundum jus feudale nullo modo decidi possit, sed quod ille secundum leges & consuetudines regni Daniæ decidi debeat.

22 Octavò, † multi Doctores tradunt, quod consuetudines feudales sive jus commune feudale, non liget illos populos, neque etiam locum habeat in illis locis, qui loci sive qui populi Imperatorem Romanum pro superiore non recognoscunt, sed quod in iis regnis sive locis caussæ feudales debeant decidi secundum consuetudinem illius regni sive loci, *Andr. de Isern. in prelud. feudor. quæst. 2. & ibi Matth. de Afflict. num. 30. cum 4 sequentibus. Petr. Iacob. in sua practic. rubr. de success. feud. per tot. præsertim verò num. 6. Claud. de Seysell. in suo speculo feudali, rubr. de origin. & caus. libri feudalis. quæst. 3. principal. versicul. nunquid autem ista constitutiones & versicul. Quinimo licet Franci, Carol. Molin. in consuetud. Paris. titul. 1. in princip. num. 105.*

23 Eam que sententiam † communiter receptam esse, *attestatur Claud. de Seysell. in loco prædllegato.*

Ideoque videtur dicendum, illam sententiam in judicando sequendam.

24 Namque clari & indubitati juris est, † quod judex in judicando semper communem opinionem sequi teneatur, *Abb. Felin. & Dec. c. 1. extr. de constitut. Bald. c. 1. §. judices, de pac. jurament. firmand. Bald. l. 1. argument. ill. text. ff. de senatorib. Abb. c. novimus. argument. ill. text. extr. de verbor. significat. Nevizan. in sylv. nuptial. lib. 5. Anton. Maria Corac. in tractatu de commun. opinion. lib. 2. titul. 8. inspect. 2. nu. 16.*

In quibus locis *Nevizanus & Corac.* multos alios Doctores ad hoc citant.

Usque adeo, † ut is judex qui contra communem opinionem judicat, & imperitus præsumatur, *Alexand. consil. 95. num. 6. lib. 2.* 25

Et faciat litem suam, atque parti læsæ ad id, quod interest, condemnetur, *Bartol. l. final. C. de pœn. judic. qui malè judicavit. Angel. l. terminato. C. de fructibus. & lit. expens. Abb. c. prudentiam in princip. extr. de offic. delegat. Abb. c. 1. extr. de sentent. & re judicat. Abb. c. 1. extr. de Decim. Petr. de Anchoran. clementin. ne Romani de electionib. Anton. de Butr. c. ex literis. el. 1. extr. de sponsal. Felin. c. 1. num. 54. extr. de constitut. Ias. l. cum prolatis ff. de re judicat. Anton. Maria. Corac. in tractat. commun. opinion. lib. 2. titul. 12. nu. 25. cum aliquot sequentibus.*

Ubi ipse multa alia ad hoc citat.

Nec etiam videtur quicquam dubitandum, † quod *Claudio de Seysell.* attestanti 26 hanc opinionem communiter receptam esse, plena fides adhiberi debeat.

Namq; Doctores magis communiter tradunt & concludunt, quod Doctori affirmanti aliquam opinionem communiter receptam esse, plena fides adhiberi debeat, *Ferdinand. Loaces. repetit. l. filiusfamilias. §. Divi. num 37. ff. de legat. 1. Riminald. cons. 98. num. 75. consil. 120. num. 5. lib. 1. Nevizan. in sylv. nupt. lib. 5. num. 2. Iacob. de Leonard. inter consil. Socin. junior. consil. 121. num. 17. lib. 2. Hieronym. Grat. cons. 88. num. 2. lib. 2. Beroiu. consil. 99. num. 4. lib. 1. cum multis similibus allegatis. per Anton. Maria. Corac. in tractat. de commun. opinion. lib. 1. titul. 7. nu. 3.*

Et hæc sententia, † quod videlicet consuetudines feudales, sive jus commune feudale non sit servandum, in locis vel regnis non recognoscentibus Imperatorem Romanum pro superiore, etiam confirmatur per id, quod multi Dd. tradunt, quod jus civile Romanum sive leges & constitutiones Romanorum Imperatorum non sint servandæ in iis regnis vel locis, quæ regna vel loca Imperatorem Romanum pro superiore non recognoscunt, prout hoc tradit *Andr. de Iser. in prelud. feudor. num. 36. & ibi Matth. de Afflict. num. 33. & 34. Bald. l. 1. num. 2. C. quemadmodum testament.* 27

testament. aperiantur. Bald. l. nemo num. 1. & 2. C. de sentent. & interlocut. omn judic. Iohan. Lup. repetit. titul extr. de Donationib. inter vir. & uxor. in introduct. num. 16. Paris. de Puteo in tractat. Syndicat. verb. testis. cap. 2. incip. fuit interrogatus. circ. finem. Cassan. consil. 63. numer. 24. Restaur. Castald. in tractat. de Imperatore quæst 53. num. 6. & 7. Ioan. Ferald. in tractat. de juribus & Privilegiis regni Franc. num. 2. & 3. Bald. c. final. num 25. extr. de consuetud Andr. de Isern. in constitut. Neapolit. in præl ud. & ibi Matth. de Afflict. quæst. 1. & quæst. 2. numer. 4. Arius Pinel. repetit. rubric. part. 2. num. 9. cum tribus sequentibus. C. de bon. matern. Ascan. clem. in tractat. de patria potestat. cap. 2 facit id quod tradit gloss. §. 1. Institut. de patria potestat. Bald. cap 1. an maritus Bald. l. final. C. qui testament. facer. poss. Bald. cap. 1. de duob fratrib à Capitan. investit. Bartb. Socin. in tractat. falleut. Regul. 153. fallent. 3. Alexand. L. penult. C qui testament facer. poss. Ias l. 2. num. 10. ff. de vulgar. & pupillar. Segur. l. Imperator. nu. 97. ff. ad Senatusconsult. Trebellian.

Huc accedit, quod Imperator Romanus non possit jus dicere in iis regnis vel locis, quæ regna vel loca ipsi non obediunt, *Bald. c. olim extr de Rescript. Restaur. Castald. in tractat. de imperat quæst. 53 nu. 20.*

Sed certum est, quod neque Rex neque regnum Daniæ Imperatorem Romanum pro superiore recognoscat.

Igitur etiam ex hoc capite videtur dicendum, quod hæc lis sive controversia non secundum consuetudines sive jus commune feudorum, sed secundum leges, constitutiones atque consuetudines regni Daniæ decidi debeat.

Rursus ex hoc infertur, cum Consiliarii Ducis A. prætendant, in regno Daniæ & lege cautum & consuetudine receptum atque introductum esse, quod eo casu, quando agitur de successione patrui, frater præsertim utrinque conjunctus, filios fratris præsertim ex uno latere tantum conjunctos, penitus excludat, per obitum Ducis J. Senioris totam illam portionem, quam sua illustriss. Celsitud. in Ducatu Schlesevicensi & Fimeria, nec non & in locis incorporatis vel unitis obtinuit, exclusis filiis fratris ex latere patris tantùm conjuncti, Serenissimi Regis Daniæ C. moderno nempe Serenissimo Rege Daniæ, F. Secundo, ejusque fratre Duce J. juniore, Duci A. tanquam fratri utrinque conjuncto Ducis J. senioris vita functi acquisitam apertam & ad suam illustrem Celsitudinem devolutam.

Nonò, † multi Doctores tradunt, 28
quod in successionibus ab intestato inspiciantur & serventur statuta, leges, constitutiones & consuetudines illius loci, in quo loco ista bona, de quibus agitur, sita sunt.

Et quidem indistinctè sive statuta loquantur in rem sive in personam, Prout hoc trad. *Iacob. de Raven. Iacob. Aret. Guilhelm. de Cugn. Dyn. Cyn. Rayner. Iacob. Butrigar. Alberic. de Rosat. Iohan. Fab. & Bald l cunctos populos. C. de summ. Trinitat. & fide Catholic. Collectar. cap. 1. column. 2. & ibi Petr. de Anchoran. in repetit. quæstion. 12. princip. extr. de constitution. Bald cons. 245. lib. 1. consil. 132. lib 2. Alexand. consil. 16. dub. 1. consil 128. colum. 2. lib 1. consil. 19. colum. 2. libr 6. Corn. cons. 115. column. 1. consil. 202. column. 4. lib. 2. consil. 85. column. 3. consil 162. column. 2. lib. 3. Socinus. consil. 288. consil. 292 column. 2. lib. 2 Baldus. l. si arrogator. column antepenult. versicul. & facit ad plures quæstiones. ff. de Adoptionib. Lap. alleg. 92. dub. 4. Cardinal. Florentin. consil. 2. Paul. Castrens. consil. 32. lib. 1. Natt. in tractat. de statut. exclud. fæmin. quæst. 4. princip quæst. 10. Cravet. consil. 271. colum. 3. versic. tertiò dico. Iacob. de S. Georg. in tractatu feudal. colum 6. versicul. insuper quæro. Natt c. quamvis. colum. 61. versic. nono facit. de pact. libr. 6. Massuer. in tit. de success & ult. volunt. §. item illud quod dicitur. Nicola. Perusi. in tractatu. de successión. ab intestato in 6 specie filior. primæ partis princ. col. 5. Cravetta consil. 271. column. 3. Socin. junior. consil. 25. dub. 1. lib. 3 Rhiminald. cons. 246. numer. 22. Godzadin. consil. 49. colum 2. Albert. Brun. in tractat. de statut. exclud fæmin. 6. artic. princ. membro. 1. quæstion. 1. Curt. jun. consil. 5. column. penult. versicul. ad septimam respondetur. Cardinal. Paris. consil. 84. num. 43. lib. 1. consil. 12. numer. 47. libr. 3. Natta. consil. 148. column 2. Mandell. consil. 50. numer 5. Tiraquell in tractat. de primogen. quæstion. 46. Roland. à Valle. consil 24 numer. 14. lib 3. Ioseph. Ludovic. decision. Perusin. 76. part. 2.*

Eamque sententiam communiter receptam, imò magis communem esse, attestantur multi Dd. in locis præallegatis.

Illaque

Illaque sententia etiam in feudis locum habet, *Bald. c. 1. §. mulier. & ibi Matth. de Afflictis. num. 21. Si de feud. defunct. content. Card Paris. cons. 21. num. 14. lib. 1.* facit id quod tradit *Bald cap. 1. §. si qua controversia. argument. ill. text. de pac. constant. Matth. de Afflict. decis Neapol 226. nu. 5. Cardinal. Paris. consil. 13. num. 18. consil 21. nu. 14. lib. 1. Cassan. in consuetudin. Burgund titul. de feud. §. septimo. glos. 2. colum. 1. Carol. Molin. in consuetudinib. Paris. tit. 1. §. septimo. num. 34. Roch. Curt. in tractat. de consuetud. num. 177.*

Sed in casu præsenti tractatur de successione ab intestato, illudque indubitatum est, Ducatum Schlesevicensem & Fimeriam, de cujus successione hic agitur, esse sitam in regno Daniæ ejusque limitibus.

Igitur videtur dicendum, quod in casu præsenti sint attendenda statuta, constitutiones & consuetudines regni Daniæ.

Cum itaque ex parte Ducis A. affirmetur, & legibus & consuetudinibus regni Daniæ cautum esse, quod in successione ab intestato frater defuncti præsertim utrinque conjunctus, filiis alterius, fratris prædefuncti præsertim ex uno latere conjuncti præferri debeat.

Rursus ex hoc videtur inferri, quod Dux A. tanquam frater utrinque conjunctus Ducis J. Senioris prædefuncti in successione Ducatus Schlesevicensis & Fimeriæ tanquam bonorum in regno Daniæ sitorum præferendus sit, & serenissimo Regi F. secundo & Duci J. juniori, tanquam filiis fratris ex uno tantum latere conjuncti.

29 Decimò certum est, † quod statuta, constitutiones atque consuetudines regni in omnibus omninò locis ad regnum pertinentibus, nec non & apud omnes omninò populos regno subditos servari debeant, *l. leges sacratissimæ. C. de legibus l. constitutiones Principum. C de juris & facti ignorant. l final. C. de tempor. in integr. restitut. l. 3. §. Divus el. 2. de sepulchr. violat. c. super eo extr. de cognat spirit. c. final. & ibi Panormitan. colum. 4. extr. de offic. vicar. Ias. l. de quibus. nu. 88. circ. fin. ff. de legibus. Hieron. Schurff. cons. 66. num. 10. lib. 1. Corn. consil. 151. num. 5. lib. 3.*

Etiamsi in illis particularibus locis ista constitutio vel consuetudo regni nunquam observata fuisset, *Oldrad. consil. 267. Cravett. in tractat. de antiquitat. tempor part. 4. §. transeo nunc ad quartam, num. 57.*

Sed ex parte Ducis A. asseritur in regno Daniæ & lege cautum & consuetudine receptum esse, quod frater utrinque conjunctus præferatur fratri ex uno latere tantum conjuncto, quodque similiter frater defuncti præferatur filius fratris.

Et certum est Ducatum Schlesevicensem & Fimeriam esse sitam intra fines & limites regni Daniæ, atque ad regnum Daniæ pertinere.

Igitur videtur dicendum, prædictam legem atque consuetudinem regni Daniæ etiam in Ducatu Schlesevicensi & Fimarcha vigorem obtinere.

Rursus ex hoc inferri videtur, quod etiam propter hanc causam sive ex hoc capite Dux A. quoad successionem Ducatus Schlesevicensis & Fimeriæ Serenissimo Regi F. secundo, & Duci J. juniori præferri debeat.

Undecimò in † locis unitis, incorporatis sive adjectis alicui regno, leges, statuta & consuetudines regni observari debeant, *Bartol. l. si convenerit. §. si nuda. argument. ill. text. & ibi Salycet. Fulgos. Paul. Castr. & Francisc. Aretin ff. de pignorat. action. Iohan. de Plat. l. 1. C. de Metropol. Beryto. lib. 10. Paul. Castr. consil. 332. num. 2. lib. 1 Roman. consil. 275. num. 5. & ibi Horat. Mandos. in addition. Alexand. l. 1. num. 10. & 11. & ibi Ripa. numer. 16. ff. de legat 1. Florian. l. verecundarum. §. Hermaphroditus. ff. de testibus. Anton. de Butrio repetit. c. final. numer. 63. extr. de consuetudin. Abb. cap. 2. numer. 5. extr. de religios. domibus. Ias. § in personam. num. 10. Institution. de Actionib. Ias. l. si eadem. num. 3. ff. de offic. Assessor. Angel. consil. 247. Barbat. c. translato. colum. 7. extr. de constitut. Calcan. consil. 2. column. 19. versic. ad unum tamen est advertendum Curt. Senior. consil. 56. num. 8. Matth de Afflict. cap. 1. §. etsi clericus. colum. 10. de capitul. Corrad. Roland. à Vall. in libr. quæst. de lucr. dot. quæstion 85. num. 2. Natta. consil. 636. num. 88. & 89. Hieronym. de Mont. in tractat. de finib. cap. 3. num. 4. Felin. c. translato. numer. 6. extr. de constitut. Cravet in tractat. de antiquitat. tempor. p. 4. §. transeo nunc ad quartum. num. 55.* 30

Eamque

Eamque sententiam communiter receptam esse, attestatur *Curt. Senior. cons. 56. num. 8. Roland. à Valle. in lib. quæst. de iur. dot. quæst. 85. num. 2. Natta. consil. 636. num. 88. & 89.*

Igitur videtur dicendum, in casu præsenti leges, statuta & consuetudines regni Daniæ servandas & secundum illas controversiam præsentem decidendam esse; etiamsi probari vel fides fieri possit, quod Ducatus Schlesevicensis & Fimeriæ non sit situs in regno Daniæ, sed tantum regno Daniæ incorporatus, unitus vel adjectus

31 Duodecimò, † in locis subjectis alicui regno, statuta, constitutiones & consuetudines illius regni servandæ sunt, *glos. l. ex ea. & ibi Bart. & Dd. ff. de postuland Gulhelm de Cugn. l. 2. & ibi Bartol. num. 41. C. quæ sit long. consuetud. Anton. de Butr. repet. cap. 1. num. 63. extr. de consuetud. Bald. l. 2. in princip. ff. de Origin. jur. Socin. consil. 7. & cons. 81. num. 3. lib. 1. consil. 271. lib. 2. Signorol. consil. 254. colum. final. Bolog. sin. cons. 62. Bulgar. in rubric. col. 11. ff. solut. matrimon. Monteferret. cap. 1. colum. 4. de constitut. lib. 6. Dec. cons. 389. nu. 7. Martin. Laudens. in disputat. sua incipient. Laudens. col. 2. & 3. Cardinal. Paris. cons. 25. num. 42. lib. 4. Calcan. consil. 2. Roman. cons. 61. num. 2. & 3. & consil. 123. nu. 1. in fin. Iohan. Crot. repet. l. omnes populi. num. 22. & ibi Ioan. Bapt. num. 13. ff. de justitia. & jure. Roland. à Vall. in lib. quæstion. de lucro dot. quæst. 85. num. 3. Menoch. in tractat. de arbitrar. judic. quæst. lib. 1. quæst. 99. num. 24. argument. §. final. Institut. qui satisdar. coguntur. l. qui ex vico. & l. ejus qui. ff. ad municipal. l. nulli §. 1. C. de episcop. & cleric. l. 3. C. de natural. lib. §. si quis igitur ex qualibet. authent. quib. mod. natural. efficiantur sui.*

Similiter quoque & in locis accessoriis statuta, leges & consuetudines loci principalis servari debent, *Dec. cons. 389. colum. 3. post. med. Roman. cons. 123. colum. 2. Cardinal. Paris. consil. 25. num. 42. lib. 4. Cassan. consil. 52. nu. 3.*

Et hoc usque adeò verum est, ut secundum multorum Dd. opinionem loca vel provinciæ subjectæ vel accessoriæ non possint habere constitutiones vel consuetudines repugnantes legibus, constitutionibus vel consuetudinibus illius regni, cui illa loca vel provinciæ subjectæ sunt, nisi illæ constitutiones à superiore expressè approbatæ fuerint, *Bal. l. 1. num. 1. C. quæ sit long. consuetud. Bald. c. translato, & ibi Feliu. num. 6. extr. de constitut. Barbat. c. final. & ibi Roch. Curt. in repetit nn. 538. extr. de consuetud. Roman. consil. 61. Deci. consil. 17.*

Sed certum atque indubitatum esse videtur, quod Ducatus Schlesevicensis & Fimeria sit & subjectus regno Daniæ, & ei accessorius.

Igitur etiam ex hoc capite videtur dicendum, quod in casu præsenti, leges, constitutiones & consuetudines regni Daniæ servari, & secundum illas Dux A. quoad successionem Ducatus Schlesevicensis & Fimeriæ Serenissimo Regi F. Secundo, atque Duci J. juniori præferri debeat.

Decimo tertiò, † clari & indubitati juris est, quod à pari procedant, sortiri forum in aliquo loco; & uti legibus, statutis & consuetudinibus illius loci, quodque is, qui in aliquo loco forum sortitur, legibus, statutis & consuetudinibus illius loci subjectus sit, atque è converso is; qui forum in aliquo loco non sortitur, legibus, statutis vel consuetudinibus illius loci non sit subjectus, *Innocent. & Anton de Butr. rubr. extr. de constitut. Calderin. in sua disputat. incip. statuto, Archidiacon. c. quo jure. distinct. 8. Federic. de Sen. consil. 96. Raphael. Cuman. consil. 139. colum. 2. Alexand. consil. 16. lib. 1. consil. 150. num. 3. consil. 157. num. 15. consil. 210. num. 2. consil. 211. num. 5. lib. 2. cons. 41. num. 5. lib. 1. consil. 19. lib. 6. consil. 13. nu. 21. lib. 7. Salicet. l. 1. colum. antepenult. C. de summ. Trinitat. & fid. Catholic. Ias. consil. 80. colum. 1. lib. 3. Dec. c. ecclesia. S. Mariæ. num. 6. extr. de constitut. Dec. repet. c. 2. colum. penult. extr. de judic. Dec. l. fin. in princip. ff. de jurisd omn. judic. Alciat. respons. 55. num. 3. respons. 63. num. 3. Respons. 91. num. 7. respons. 506. num. 7. Albert. Brun. cons. 20. colum. 1. Godzadin. cons. 49. num. 13. Rimin. cons. 30. n 2. lib. 1. cons. 168. nu. 13. lib. 2. Boër. decis. 13. num. 14. Socin. cons. 271. num. 5. lib. 2. Augustin. Bero. quæst. 109.* 32

Sed certum est, quod neque Serenissimus Rex Daniæ, neque suæ Regia Majestatis patruus & frater Duces A. & J. junior, quoad hanc caussam sive litem coram imperatore Romano vel coram Camera imperiali aut alibi in imperio Romano forum sortiantur, sed quod hæc causa pertineat ad cognitionem & decisionem procerum & statuum regni Daniæ.

Igitur etiam ex hoc videtur inferri, quod in casu præsenti nullo modo sint servandæ leges & constitutiones Imperatorum Roma-

Romanorum, vel etiam jus commune feudale sive consuetudines feudales.

Rursus ex hoc videtur inferri, quod in casu præsenti servari & obtinere debeant statuta, constitutiones & consuetudines regni Daniæ.

33 Decimo quartò, clari † & indubitati juris est, nec non & a Dd. communiter traditum, quod Reges non recognoscentes superiorem, in regnis suis condere possint leges, & constitutiones etiam juri communi contrarias, *c. constitutio. ibi. Rex vel Imperator. distinct. 2. c. quo jure ibi. in legibus Regum. & ibi Domin. & Præpos. distinct. 8. Oldrad. consil. 250. Bartol. l. 1. in princip. & ibi Dec. num. 18. ff. quod quisq; jur. Bald. l. 2. ff. de orig. jur. Chaspar. Wallasc. repetit. l. imperium. num 56 ff de jurisdict. omn. judic. Matth. de Afflict. in prælud. constitut. Sicyl. quæst. 1. & quæst. 2. Corset. in tractat. de potestat. Reg. part. 3. quæst 47. facit id quod tradit Bartol. l. 1 §. de qua ff. de postuland. Bartol. l. 3. ff. de minorib. Bartol. l. infamem. ff. de public. judic. Bartol. l. hostes. ff. de captiv. & postlim. revers. Bald. l. receptitia C. de constitut. pecun. Bald. l. exemplo. C. probation. Alexand. cons. 2. numer. 9. lib. 1. Ias. l. 1. C. quand. libell. Princip. oblat. fac. lit. contesta. Ias. l. à judice C. de judic. Ias. l. ex hoc jure ff. de justicia. & jur. Dec. l. 1. ff. de offic. ejus. cui mandat. est jurisdict. Corset. in tract. de potestat. Regia. part. 3. quæst. 45. Corset. singula. verb. Princeps. el. 4.*

Sed certum & indubitatum est, quod Rex & regnum Daniæ superiorem non recognoscat.

Igitur sequitur, dubio omni carere, quod Reges Daniæ leges & constitutiones etiam juri communi sive Romano contrarias condere possint.

Rursus ex hoc infertur, absque omni dubio valere & ratam esse, constitutionem Regis W. qua jus repræsentationis & sublatum est, & qua cavetur, quod eo casu, quando agitur de successione patrui, frater defuncti filiis fratris prædefuncti etiam utrinque conjuncti præferri debeat

34 Decimo quintò, † certum est, quod consuetudo jus sit, & appellatione juris veniat, *c. consuetudo. distinct. 1. glos. in proœm. Clementin. verò jus. & ibi Panormit.*

Et consuetudo in illo loco in quo viget, censetur esse jus commune, & juris communis appellatione continetur, *Bald. titul. de pac. constant. verb nos Romanorum. Bald. c. cum venisset. extr. de eo qui mittit. in possess. rei servand. causa. Ias. l. 2. nu. 15. C. si contr. jus vel utilit. public.* Imo consuetudo est majoris authoritatis quam ulla lex, ullumque jus commune, *c. 1. de feud. cognit. Bald. cons. 252. colum. 2. lib. 2. Cravet. cons. 238 nu. 6.*

Et consuetudo derogat communi juri contrario, *l. de quibus ff. de legibus.*

Ideoque traditum & receptum est, quod consuetudo derogans juri civili sive positivo valeat & rata sit, quodque jus civile sive positivum absque omni dubio per consuetudinem contrariam tolli & abrogari possit, *l. de quibus. & ibi Ias. num. 39. ff. de ll. §. naturalia. & ibi Dd. Institut. de jure natural. gent. & civil l. 2. C de constitut. pecun. Bartol. § & cum antea. in proœm. Digestor. Bartol. l. final. §. sed cum antiquitas. C. de jur. deliber.*

Ea quoque quæ de jure Canonico cauta & introducta sunt, per consuetudinem contrariam tolli & mutari possunt, & consuetudo juri Canonico contraria valet, *c. cum Ecclesia Vulterana. extr. de election. c. ea noscitur. extr de his quæ fiunt à Prælat. sin. consens. Capit. glos. & Bald c. final. & ibi Panorm. num. 7. & 8. extr. de consuetud. glos. cap. 1. verb frangere. extr. de treuga & pac. Abb. c. venerabilis. notab. 3. extr. de præbend. Innocent. c. cum dilectus. extr. de consuetud. Iohan. Fab. §. ex non scripto. num. 9. Institut. de jur natural. gent. & civil. Petr de Anchoran. consil. 56. circ. fin. Felin. c. in præsentia. num. 51. extr. de probationib. Ias. l. de quibus num. 48. ff. de ll. Roch. Curt. repet. c. final nu. 142. cum seq. extr. de consuetud.*

Nec ullum est jus positivum quod consuetudine contraria tolli vel abrogari nequeat, *Bald. cap 1. §. præterea Ducatus. col. 1. de prohibit. feud alien per Frider. Ias. l. de quibus. num. 53. ff. de ll. Roch. Curt. repetit. c final. num. 142. extr. de consuetud. Abb. consil. 7. colum. 5. in fin. lib. 2. Cravett. consil. 238. num. 7.*

Contra jus divinum † quoq; & naturale, consuetudo & valet & induci potest eo casu, quando illa consuetudo sive transgressio Juris divini vel naturalis non inducit peccatum, sive non est conjuncta cum peccato, *Roth. Curt repet. c final. num. 78 & 120. extr. de consuetud Petr. Duen. reg. 137.* 35

Eodem modo & consuetudo limitans jus divinum valet & tenet, *Innocent. & Iohan. Andr. c. final. & ibi Panormit. num. 22. Roch. Curt. nu. 140. & 186. extr. de consuetud.*

Eamque ob causam judex debet judicare non tantùm secundum leges, sed etiam

secun-

ſecundum conſuetudinem loci, *authent. jubemus. & ibi Bald. Salicet. & Iaſ. C. judic.c.cum veniſſet. extr. de eo qui mitt. in poſſeſſ. rei ſervand. cauſſ. Bald. c. cùm omnes. colum. 3. verſicul. & eodem modo. extr. de conſtitut. Bald. l. 1. in princip. C. quæ ſit long. conſuetud. Roch. Curt. repetit. c. final. num. 146. extr. de conſuetud.*

Et in iis, in quibus conſuetudo eſt juri communi ſive legibus contraria, judex conſuetudinem legibus & juri communi contrariam tàm in judicando quàm in omnibus aliis actibus expediendis præferre tenetur, *Bald. l. illa inſtitutio. ff. de hæredib. inſtituend. Anton. de Butr. c. quinta vallis. colum. final. extr. de jurejur. Panormitan. rubr. extr. de conſuetudinib. Panormit. & Felin. c. jus generale diſtinct. 1. Iaſ. l. 2. num. 19. C. ſi contr. jus vel public. utilitat.*

Uſque adeò, ut hoc procedat etiam in foro conſcientiæ, *Bald. in prælud. feud. colum. 3. Roch. Curt. repetit. c. final. num. 146. extr. de conſuetudinib.*

Hinc & alibi traditum eſt, quòd ſervanda ſit conſuetudo in cunctis peragendis, cùm conſuetudo ſit forma rei & quaſi jus alterum. Naturale atque conſueta immutari nequeant, *Bald. conſ. 439. col. 4. in fin. lib. 3. Cravett. conſ. 238. nu. 9.*

Et ſicut peccat is, qui legibus contravenit, *c. 2. & ibi Dd. extr. de majorit. & obedient. Felin. c. nam concupiſcentia extr. de conſtitut.*

Ita quoque & illum, qui conſuetudini contravenit, peccare traditum eſt, *Felin. c. 1. colum. 9. extr. de ſponſalib. Roch. Curt. repetit. c. final. num. 145. extr. de conſuetudinibus.*

Et tranſgreſſor conſuetudinis perinde ut tranſgreſſor legis puniri debet, *c. in his diſtinct. 11. gloſſ. c. ex literis. extr. de conſuetud. Bald. l. 1. colum. 2. C. quæ ſit long. conſuetud. Bald. l ſi quis non dicam rapere. colum. 3. C. de Epiſcop. & Cleric. Bald. c. cùm omnes. colum. 6. extr. de conſtitut. Iaſ. d. authen. jubemus. num. 3. Roch. Curt. repetit. c. final. nu. 145. extr. de conſuetudinib.*

Ideoque is judex, qui contra conſuetudinem judicat, perinde ut is, qui contra jus commune judicat, litem ſuam facit, *Bald. Salicet. & Iaſ. d. authent. jubemus. argument. illius text. C. de judic. Bald. c. cùm omnes. colum. 3. extr. de conſtitut. Dec. c. de cauſſis. colum. 2. extr. de offic. delegat. Tiraquell. in tractat. de pœn in præfat. num. 7. fac. text. §. 1. Inſtitut. de offic. judic.*

Et libellus formatus contra conſuetudinem perinde ut libellus formatus contra jus commune, & ineptus, & nullus & rejiciendus eſt, *gloſſ. l. de quibus verb. inveterata. ff. de Legib. gloſſ. & Angel. l. diuturna. ff. eod. tit. Bald. l. 1. C. qui teſtament. facer. poſſ. Angel. l. 1. & ibi Iaſ. ff. de offic. aſſeſſor. Curt. repetit. dict. c. final. num. 144.*

Sententia quoque lata contra conſuetudinem perinde ut ſententia lata contra jus commune, eſt & per ſe & ipſo jure nulla, *Abb. c. 1. & ibi Felin. num. 4. extr. de ſentent. & re judicat. Cyn. & Bald. l. 2. C. quando provoc. non eſt neceſſ. Iaſ. auth. jubemus. num. 3. C. de judic.*

Vel ſaltem injuſta & ab ea appellari poteſt, *Bald rubric. extr. de dilat. Bald. in tit. de pac. conſtant. verſic. nos Romanorum. Iaſ. d authent. jubemus. num. 3. Felin. c. 1. num. 5. extr. de ſentent. & re judicat. Tiraquell. in tractat. de pœn. in præfat. nu. 7.*

Præterea conſuetudo adeò efficax eſt, ut de prohibito permiſſum & de permiſſo prohibitum facere poſſit, *c. cùm olim. extr. de Cleric. conjugat. c. ſuper eo. extr. de cognat. ſpirit. Oldrad. conſ. 105. Cravett. conſ. 228. num. 6. fac. text. l. quis ſit fugitivus. §. apud Labeonem. ff. de ædilit. edict. l. pignus. C. de pignorat. action.*

Et conſuetudo plus poteſt quàm præſcriptio, *Bald. conſ 318. circ. fin. lib. 2 Roch. Curt. repetit. c. final. num. 147. extr. de conſuetudinib.*

Et cenſetur conſuetudo favorabilior latiusque interpretanda, *Innocent. & Anton. de Butr. & Roch. Curt. repetit. c. final. extr. de conſuetud. Bald. l. de quibus. colum. 24. ff de legib. Cardin. clement. 1. colum. 8. quæſt. 7. de ſupplend. negligent. Prælat. Dec. c. tranſlato lect. 1. colum. 3 & lect. 2. colum. fin. extr. de conſtitut. Dec. rubr. nu. 2. extr. de conſuetud. Felin. c. auditis. num. 21. extr. de præſcript.*

Conſuetudo etiam vim atque vigorem decreti obtinet, *Bald. c. 1. §. 1. circ. princip. de his qui feud. dar. poſſ. Roch. Curt. repetit. c. final. num. 144. extr. de conſuetud.*

Et æquipollet pacto, *Bald. conſil. 275. colum. 1. & conſ. 318. lib. 2. Cardinal. conſil. 146. Roch. Curt. repetit. c. final. num. 147. extr. de conſuetudin. Cravett. conſ. 4. num. 13. & conſ. 238. nu. 8.*

Imò pacto potior eſt & eſſe cenſetur, *Bald. c. 1. §. filij nati in princip. ſi de feud. defunct. content. Dec. conſ. 225. colum. 2. Cravet. conſ. 4. num. 13.*

Bb Simi-

Similiter & consuetudo æquipollet veritati, *gloss. l. 1. C. de servitut. & aqu. Bald. c. 1. §. si quis per triginta. Si de feud. defunct. content. Bald. cons. 439. colum. 3. lib. 3. & cons. 289. lib. 4. Francisc. Balb. in tractat. de præscriptio. part. 1. quæst. 6. num. 6. Alexand. cons. 6. colum. 1. lib. 1. Roch. Curt. repetit. c. final. num. 147. extr. de consuetud. Cravett. consil. 238. num. 8.*

Eodem modo & consuetudo æquipollet privilegio, *c. super quibusdam. §. præterea. extr. de verbor. significat. Bald. cons. 289. lib. 4. Roch. Curt. repetit. c. final. num. 147. extr. de consuetud. Cardinal. clement. 2. colum penult. de religios. domib. Bartol. in proœm. Digestor. §. final. Felin. c. cùm contingat. num. 2. extr. de for. compet.*

Et quicquid potest concedi privilegio, illud etiam potest introduci consuetudine sciente illo, qui privilegium concedere posset, *Innoc. c. novit. extr. de judic. Innocent. c. cùm contingat. extr. de for. compet. Oldrad. cons. 254. Roch. Curt. repetit. c. final. nu. 143. extr. de consuetudin. Felin. c. cùm contingat num. 4. extr. de for. compet.*

Imò consuetudo plus posteaquam Principis aut Papæ gratia, *Innocent. c. ad Apostolicam. extr. de Simon. Bald. c. 1. de success. feud. Roch. Curt. repetit. c. final. num. 143. extr. de consuetud.*

Quod generaliter quidem verum est, potissimùm autem procedit in consuetudine illius temporis, cujus in contrarium memoria nòn extat, *Natta cons. 154. num. 6.*

Deinde etiam consuetudo censetur quasi altera natura, *gloss. l. actor. verb. cùm per rerum naturam. C. de probat. Bald. l. 1. C. de his qui testament. facer. poss. Roch. Curt. repetit. c. final. num. 144. extr. de consuetud.*

Et est quasi alterum jus naturale, *Bald. consil. 439. colum. 4. in fin. lib. 3. Cravet. consil. 238. num. 9.*

Atque juri naturali, quod immutabile est, æquiparatur, prout hoc tradit *Bald. consil. 318. lib. 2.* ubi ipse pulchrè inquit: Quòd non servans morem antiquorum, non servet honorem eorum, a quo cavendum, imò valdè cavendum.

Namque consuetudini sicut ipsi matri debet reverentia adhiberi, & jus omne quo mundus regitur, in duas partes dividitur, maxima autem pars est consuetudo, adeò quòd æquiparetur juri naturali, quod est immutabile.

Illudque dictum Baldi referunt atque sequuntur *Aymon. Cravett. cons. 238. num. 10. Roch. Curt. repetit. c. final. num. 147. extr. de consuetud.*

Et prædicta † potissimùm procedunt in consuetudine illius temporis, cujus in contrarium memoria non extat. 36

Namque secundum multorum Dd. sententiam sublata consuetudine etiam per verba universalia nunquam intelligitur sublata vel exclusa consuetudo illius temporis, cujus in contrarium memoria non extat, *Abb. cons. 7. colum. 5. & cons. 26. lib. 2. Petr. de Anchor. cons. 51. Præpos. c. frustra. num. 9. distinct. 8. Cravett. cons. 21. num. 12. lib. 1. Natta cons. 154. num. 6. & 7. Covarru. variar. resolut. cap. 13. num. 5. lib. 3.*

Ubi ipse hanc opinionem communem esse attestatur, licet contrarium teneat *Anton. de Butr. & Abb. c. cùm ex officij. & ibi Felin. num. 13. extr. de præscript. Felin. c. accedentes extr. eod. tit. Felin. c. cùm caussam. num. 12. extr. de sentent. & re judicat. Duen. regul. 144. ampliat. 3.*

Illaque consuetudo immemorialis semper præsumitur esse rationabilis; *Cravett. cons. 21. num. 12.*

Usque adeò ut aliqui tradiderint, hanc præsumptionem esse præsumptionem juris & de jure, probationem contrariam non admittentem, *Aym. Cravett. cons. 21. num. 12. lib. 1.*

Et per istam consuetudinem immemorialem ea, quæ alioquin & minoris temporis consuetudine introduci nequeunt, introducuntur, *Felin. c. cùm contingat. num. 4. versic. tertius casus extr de for. compet.*

Sed Consiliarii Ducis A. prætendunt, in Regno Daniæ consuetudine & quidem illius temporis, cujus in contrarium memoria non extat, receptum & introductum esse, quòd frater utrinque conjunctus & fratri ex uno latere tantùm conjuncto & filius fratrum sive ipsi ex uno sive ex utroque latere conjuncti sint, præferatur.

Igitur sequitur, quod hæc controversia non obstante juris civilis item & consuetudinum feudalium dispositione contraria, secundum prædictam consuetudinem Regni Daniæ decidi, atque Dux A. juxta illam consuetudinem & Serenissimo Regi Daniæ & Duci J. juniori præferri debeat.

Decimo sexto, † clari & indubitati juris est, quòd in caussis feudalib. jus commune servandū sit in omnibus iis casibus, in quib[9] consuetudines feudales expresse contrarium non disponunt, sive in quib. consuetudines feudales deficiunt, *c. 1. §. strenuus. & ibi Dd. de feud.* 37

de feud. cognit. Bald. l. cùm oportet. in fin. princip. C. de bon. quæ liber. Bald. l. 2. C. de suis & legit. hæredib. Iaf. l. 1. colum. 12. versicul. pro ista etiam parte. C. de jur. emphyteut. Roland. à Vall. conf. 68. num. 30. conf. 80. num. 50. lib. 1. Bald. c. 1. in princip. num. 4. de successf. feud.

38 Similiter quoq; certum est †, quòd statuta, leges & constitutiones, nec non & consuetudines cujuslibet Regni in isto Regno, in quo vigent, jus commune esse censeantur, & tanquam jus commune & inspiciendæ & sequendæ sint, *Bald. in tit. de pac. constant. verb. nos Romanorum. Bald. c. cùm venisset. extr. de eo, qui mitt. in possess. rei serv. causs. Iaf. l. 2. num. 15. C. si contr. jus vel utilit. public. Iohan. Lup. repetit. tit. extr. de donat. int. vir. & uxor. in introduct. num. 12. Andr. de Isern. c. 1. in fin. de eo qui sibi & suis hæredib. masc. & fœm. Matth. de Afflict. in prælud. constitut. regni, quæst. 1. num. 3. Matth. de Afflict. decis. 404. num. 6.*

39 Et statutum, † constitutio sive consuetudo Regni in regno potior est quam jus commune, eique præfertur, *Abb. rubr. extr. de consuetud. Dec. l. quanquam. colum. 1. C. de militar. testam. Iaf. l. omnes populi. lectur. 1. colum. 2. & lectur. 2. colum. 3. ff. de justit. & jur. Iaf. l. 2. num. 18. cum tribus seqq. C. si cont. jus vel utilitat. publ. Ioan. Lup. repetit. titul. extr. de donat. int. vir. & uxor. in introduct. nu. 9. cum sex sequentib. Mandell. consil. 81. nu. 3.*

Et ubi viget statutum, constitutio vel consuetudo Regni, censetur corrigi & tolli jus commune Romanorum, *Bald. l. 1. in fin. C. de arbitr. Mandell. conf. 81. nu. 4.*

40 Præterea quoq; multi † Dd. tradunt, quòd eo casu, quando in loco aliquo non extant speciales constitutiones vel consuetudines, casum controversum decidentes ad statuta, constitutiones & consuetudines loci superioris tanquam jus commune recurrendum sit, etiamsi alio statuto cautum vel dispositum sit, quòd in defectum legum, constitutionum & consuetudinum illius loci ad jus commune recurri debeat, *Roman. conf. 218. num. 6. Caccialup. l. omnes populi. col. 2. ff. de justit. & jur. Barbat. consil. 4. col. 7. lib. 1. Riminald. consil. 72. in fin. lib. 1. Socin. conf. 81. colum. 2. lib. 1. Corn. conf. 151. lib. 3. Aleiat. l. pupillus. §. territorium. ff. de verbor. significat. Socin. jun. conf. 2. colum. penult. lib. 1. Cravett. in tractat. de antiquitat. tempor. part. 4. §. transeo nunc ad quartam. num. 53. Godzad. conf. 37. colum. 2. Paul. Castrens. l. si convenerit. §. si nuda. ff. de pignorat. act. Paul. Castr. conf. 129. col. 1. lib. 1. Fulgof. conf. 72. colum. 2. Iohan. Baptist. Ferret. conf. 105. colum. 3. Claud. de Seysel. l. post dotem. num 31. ff. solut. matrimon. Dec. conf. 17. Grat. conf. 11. num. 12. lib. 2. Hieronym. Zanch. repet. l. hæredes mei. §. cùm itaq;. part. 9. num. 29. & 30. ff. ad Senatuscons. Trebellian.* ubi ipse affirmat, hanc sententiam magis communem esse.

Sed certum est, quòd Ducatus Schlesevicensis & Fimeriæ sint sita in Regno Daniæ ejusq; limitibus, nec non & ad Regnum Daniæ pertineant, & tam Regem quam Regnum Daniæ pro superiore recognoscant.

Similiter quoque certum & indubitatum esse videtur, & legibus sive constitutionibus Regni cautum & consuetudine introductum esse, quòd frater utrinq; conjunctus & fratri ex uno latere conjuncto ejusq; filiis, & præferatur & præferri debeat.

Eodem quoque modo certum & indubitatum esse videtur, quòd & legibus & constitutionibus Regni cautum & consuetudine introductum sit, quòd in Regno Daniæ in successione transversali non habeat locum jus repræsentationis, sed quòd frater defuncti filiis fratris etiam utrinque cunjunctis & præferatur & præferri debeat.

Deinde quoque illud certum est, quòd in Regno Daniæ nullæ penitùs extent constitutiones, leges vel consuetudines de feudis loquentes.

Igitur videtur dicendum, in Regno Daniæ caussas feudales secundum jus Regni tanquam secundum jus commune illius loci decidendas.

Rursus ex hoc infertur, & casum præsentem, secundum leges, constitutiones & consuetudines Regi definiendum, & quidem taliter, quòd Dux A. tanquam frater utrinque conjunctus Ducis J. Senioris in successione Ducatus Schlesevicensis & Fimeriæ Serenissimo Regi Daniæ & Duci J. juniori tanquam filiis fratris ex uno latere conjuncti præferri debeat.

Decimo septimo †, multi Dd. volunt, 41
quòd successio in feudum reguletur ab ordine succedendi in bonis allodialibus sive secundum regulas juris, alioquin de successione ab intestato loquentes, *Bald. c. 1. in princ. de successf. feud. Bald. conf. 293. lib. 2. Præpos. c. 1. colum. final. de gradib. succed. in feud. Roland. à Vall. conf. 67. nu. 14. conf. 68. nu. 30. lib. 1. Hieron. Schurff. conf. 98. num. 10. lib. 1. Wesenbec. conf. 1. num. 27. conf. 4. num. 8. consil. 41. nu. 4. & 11. Francisc. Bursat. conf. 63. nu. 13.*

lib. 1. ubi ipse affirmat, eandem opinionem etiam sequi *Corn, Curt. & Bero, in locis ab ipso citatis.*

Sed in Regno Daniæ & legibus sive constitutionibus Regni cautum, nec non & consuetudine introductum esse perhibetur, quòd in successione ab intestato frater utrinque conjunctus fratri ex uno latere tantùm ejusque filiis præferatur.

Similiter quoque legibus & constitutionibus Regni Daniæ, & in Regno Daniæ consuetudine receptum esse perhibetur, quòd in successione ab intestato non debeat habere locum jus repræsentationis, quodq; frater utrinque conjunctus filios fratris etiam utrinque conjuncti excludere debeat.

Igitur sequitur, quòd in Regno Daniæ in caussis feudalibus quoad successiones ab intestato, hæ leges & constitutiones observari debeant.

Rursus ex hoc infertur, quòd secundum illas leges, constitutiones & consuetudines Dux A. tanquàm frater utrinque conjunctus, Serenissimo Regi Daniæ & Duci J. juniori, tanquam filiis fratris ex uno tantùm latere conjuncti in successione Ducatus Schlesevicensis & Fimeriæ præferri debeat.

42 Decimo octavò † videtur dicendum, quòd quilibet Rex ejusque posteri ligentur legibus, constitutionibus & statutis, necnon & consuetudinibus vel ipsius Regis vel etiam Regni.

Tum quia legibus cautum est, quòd quilibet debeat uti eodem jure, quod ipse adversus alium statuit, quódque quilibet debeat pati legem, quam ipse tulit, *c. cùm omnes, extr. de constitut. c. pro illorum, extr. de præbend. c. neq; quorumlibet. distinct. 9. c. ideò permittente Domino. §. hu ita respondetur. 25. quæst. 2. l. 1. in princ. ff. quod quisq; jur.*

Tum quia Bald. *l. & in legatis. num. 3. C. ad leg Falcid.* dicit: Quòd Deus, Princeps & Ecclesia utatur jure communi, nisi in casibus in jure expressis.

Tum quia Bald. *c. 1 in princip. num. 2. de natur. feud.* tradit. Nota quòd Princeps tenetur servare suas consuetudines, & sic jus consuetudinarium concludit Principi.

Tum quia Felin. *c. 1 num. 25. extr de constitut.* tradit. Licet Princeps non subsit legi quoad vim coactivam, ipsum tamen subesse legi quoad vim directivam, *arg. c. cùm omnes. extr. de constit. l. digna vox. & ibi gloss. 1. C. de legib. c. Ecclesia extr. de elect. c. in caussis. extr. de re judicat. c. confidimus. 35. quæst. 1.*

Tum quia Dec. *c. 1. num. 15. extr. de constitut.* tradit. Licet Princeps non subsit legibus, quoad vinculum legis, quo alii subditi ligantur, ipsum tamen & in lege comprehendi & ad earum observationem teneri ea ratione, qua dicit, patere legem, quam tu ipse tuleris, & alis non debent imponere legem, quam negligunt observare, in hoc enim ratio naturalis vertitur, a qua Princeps non est solutus, cùm sit animal rationale, *Bald. l. 2. colum. 11. C. de servitut. & aqua.*

Tum quia Augustin. Bero. *c. cùm omnes. num. 28. extr. de constitut.* tradit.

Licet Princeps non ligetur suâ lege, ipsum tamen ligari lege sua, ut privatum quoad suum patrimonium, *arg. l. ex imperfecto. ff. de legat. 3. & l. ex imperfecto. ff. de legat. 3. & l. ex imperfecto. C. de testament.*

Tum quia Bald. *c. 1. §. final. num. 2. de his qui feud. dar. poss.* tradit: Bonas & naturales consuetudines ligare Principem, quia potentius est jus naturale quam principatus: Quod refert atque sequitur *Ioan. Campeg. int. cons. Albert. Brun. cons. 2. num. 25. Tiraquell. in tractat. de legib. connub. gloss. 8. num. 176.*

Tum quia Jas. *l. ex imperfecto. C. de testament.* in illa quæstione, utrum Princeps sit solutus legibus, distinguit: Aut agitur de actu, qui vel a Principe vel ab Imperatore fit, & confertur in privatum, &, tunc Princeps est solutus legibus, *l. donationes, quas parentes. C. de donat. int. vir. & uxor. l. sancimus in princip. C. de donation. l. cùm multa. C. de bon. quæ liber.*

Aut agitur de actu, qui fit à privato, & confertur in Principem, & illo casu servatur jus commune, *per ill. text. & per text. l. nolumus. C. eod. tit. item & per text. l. si quis Imperatorem. & l. qui hæredes. C. qui testament. facere poss.*

Aut loquimur de actu, qui fit inter Principem & privatum, & in illo actu Princeps non est solutus legibus, *l. Cæsar. ff. de publican. c. 1. de natur. feud. c. 1. extr. de probation.*

Aut loquimur de tali actu, qui fit in Principis præsentia, & tunc habet locum dispositio, *l. omnium. C. de testament.*

Tum quia Dd. concludunt, Regem ligari consuetudinibus Regni, *Bald. authen. omnes peregrini. num. 7. C. commun de success. Socin. cons. 58. in princip. lib. 3. Tiraquell. in tractat. de utroq; retract. part. 1. §. 1. gloss. 13. num. 39.*

Præsertim si consuetudo disponat in ipsum Principem, *Iohan. Campeg. int. consil. Albert.*

Albert. Brun. conf. 2. num. 23. & 24. Iacob. Leonhard. int. consil. Albert. Brun. consil. 124. num. 220.

Tum quia statutum concedens ei, qui agrum vel possessionem habet, facultatem sive porestatem redimendi agrum vel fundum a vicino venditum, extenditur etiam ad Imperatorem sive Regem fundum sive agrum patrimonialem vendentem, *Matth. de Afflict. in tractat. de jur. prothomis. §. est autem. num. 21.*

Igitur videtur dicendum, quòd in casu præsenti Serenissimus Rex Daniæ ligetur & constitutione Regis W. & constitutionibus Regni, quibus cantum est, quòd in successione ab intestato frater utrinq; conjunctus fratrem ex uno latere tantum, nec non & ejus filios excludere debeat, etiamsi fides fieri posset, hanc controversiam ad Serenissimum Regem Daniæ tanquam Regem pertinere.

43 Decimo nono†, clari & indubitati juris est, quòd una eademque persona diversis respectibus & duplicis personæ vice fungi, & diversis respectibus Dominus & Vasallus superior & inferior, Rex & subditus, major & minor esse possit, *l. ille à quo. §. final. cum l. seq. ff. ad SC. Treb. l. sed si hac §. si libert. & ibi Bald. Albtr. de Rosat. Angel. Ias. & Dd. ff. de in jus vocand. l. apud filiumfamilias. ff. de manumiss. vindict. l. 1. §. sed e si præses. ff. Quand appell. sit. c. postulasti. extr. de concess. præbend. c. à collatione de appellat. lib 6. c. sanè. & ibi Panormit. notab. 3. extr. de offic. delegat. Bald. c. cùm inferior. in princip. extr. de majoritat. & obedient. Tiraquell in tractat de nobilitat. c. 25. nu. 15. Nicol. Everhard. in sua topic. in loc. à tanquam.*

Et confirmatur. Tum per *c. cum Capell. & ibi gloss. Innocent. Cardinal. Zabarell. & Dd. extr. de privileg. c. ex ort. junct. gloss. extr. eod. tit. c. 1. & ibi Dd. de privileg. lib. 6. Bald. in sua Margarithz, verb. exempti versic. final. Nicol. Everhard. in sua topic. in loco à tanquam. nu. 24. Bald. l final. nu. 4. versic. secundo quæro C. de jurisdict. omn. judic. Bald. l. 2. num. 11. C. de constit. pecun. Roman l 2. in princip num. 34. ff. de verbor. obligat. Raph. Fulgos. l. final. nu. 1. C. de jurisdict. omn. judic.*

Tum, quia certi & indubitati juris est, quòd una eademque persona diverso respectu, diverso jure censeatur, *gloss. & Cardinal. Zabarell. d. c. cùm Capella Cardinal. Zabarell. d. c. ex ore. Nicol. Everhard. in sua topic. in loc. à tanquam. nu. 24.*

Tum quia diversis respectibus etiam una eademque res diverso jure censetur, *l. miles. §. pro parte. ff. de legat. 2. Panormitan. c. cùm in tua circ. fin. extr. de decim. Bald. l. filium quem, colum 3. opposit. 4. arg. illius text. C. famil. ercisund Dec. l. in testamento. la. 1. num. 8. C. de testament. militar. Rip. l. final. num. 122. C. de revocand. donat. Alciat. l. in quartam. nu. 4. ff. ad Leg. Falcid. Tiraquell. in tractat. de utroq. retract. part. 1. §. 1. gloss. 18. num. 23. Tiraquell. in tractat. de Nobilitat. cap. 28. num. 13. Menoch. in tractat. de recuperand. possess. remed. 1. num. 36.*

Tum quia eo casu, quando duplex qualitas in una eademque persona concurrit, illa persona pro duabus personis reputatur, & perinde habetur, atque si illa duplex qualitas duabus diversis personis inesset, *l. si consul. & l. sequent. ff. de adopt. l. tutorem. ff. de his quibus ut indign. l. cum quædam. C. de administrat. tutor. §. si tutor. Institut. de inoffic. testament. c. à collatione, de appellation. lib. 6. Nicol. Everhard. in sua topic. in loco à tanquam.*

Sed in Serenissimo Rege Daniæ duplex qualitas concurrit. Namque sua Serenissima regia Majestas est & Rex Daniæ & habet tanquam Rex Daniæ & tanquam Dominus feudi & directum dominium & superioritatem in Ducatu Schlesevicensi & Fimeria, nec non est Dominus feudi & superior Ducum Schlesevicensium.

Similiter & Rex Daniæ est, Dux, Princeps & Dominus Ducatus Schlesevicensis & Fimeriæ, & tanquam Dux Schlesevicensis & Fimeriæ, recognoscit & Regem & Regnum Daniæ pro superiore & pro Domino feudi.

Igitur sequitur, etiam posito, Serenissimum Regem Daniæ tanquam Regem non ligari, neque Legibus Regis W. neq; consuetudinibus Regni.

Attamen suam regiam Majestatem Legibus & Constitutionibus Regis W. ligari, tanquam vasallum respectu Ducatus Schlesevicensis & Fimeriæ.

Vigesimo, † clari juris est, quòd prima investitura sit origo, radix, & fundamentum & feudi, & omnium sequentium investituram, *Bald. l. 1. colum. penult. C quand. non petent. part. Bald. c. 1. de eo qui sibi & suis hæredib. Bald. c. 1. §. 1. de feud. Guard. Dec. cons. 185. num. 3. cons. 293. num. 4 cons 468. nu. 27 cons. 498. num. 17. Curt. jun. cons. 118.* 44

num.

num. 18. Roland. à Vall. conf. 67. num. 7. lib. 1. Natta conf. 505. num. 16. conf. 506. num. 44. Ioan. Baptist. Vincemal. int. conf. feud. varior. conf. 1. num. 172. Zaf. in tractat. feudal. part. 6. num. 33. Francisc. Bursat. consil. 46. num. 1. lib. 1.

45 Et secundum † primam investituram omnes aliæ investituræ & intelliguntur & declarantur, *Ruin. conf. 187. num. 1. lib. 1. Cardinal. Paris. conf. 2. num. 15. conf. 3. num. 14. conf. 5. nu. 6. conf. 13. num. 13. conf. 21. nu. 6. conf. 23. num. 64. lib. 1. August. Berous. conf. 65. num. 2. conf. 71. num. 7. lib. 1.*

45 Atq; in controversiis † feudalibus decidendis semper tenor primæ investituræ inspiciendus, considerandus, & sequendus est, *Cardinal. conf. 92. in princ. Bald. conf. 82. lib. 1. Matth. de Afflict. decis. Neapol. 195. num. 5. & 6. Dec. conf. 193. colum. 2. Curt. jun. conf. 108. colum 5. Albert. Brun. conf. 5. colum. final. Cardinal. Paris. conf 2. num. 24. conf. 17. num. 16. & 17. conf. 23. num. 65. lib. 1. Roland. à Vall. conf. 23. num. 2. conf. 67. num. 5. lib. 1. Dec. conf. 185. num. 3. Iason conf. 1. colum. 3. versic. primo moveor. lib. 1. Ruin. conf. 20. & conf. 178. lib. 1. Cephal. conf. 3. num. 1. conf. 12 num. 1. conf 155. nu 9. Natta. conf. 56. num. 44. Berous. conf. 65. num. 1. conf. 93. num. 11. lib. 1. Philip. Port. conf. 65. num. 102. conf. 171. num. 7. Iohan. Baptist. Vincemal. int. conf. feudal. varior. consil. 1. num. 172. & 197. Francisc. Bursat. consil. 46. num. 1. argument. c. 1. de vasall. decrepit. ætat.*

Usque adeò, ut hoc locum habeat, etiamsi posteriores sive sequentes investituræ à prima discrepent vel contrarium disponant, *Dec. conf. 185. num. 3. versic. primo. Cardinal. conf. 93. Cephal. conf. 12. num. 1. Natt. conf 98. num. 15. conf. 505. num. 16. Curt. jun conf. 108. num 17. conf. 181. num. 3. Curt. jun. in tractat. feudal. 2. part. 2. part. principal. quæstion. 7. num. 43. Iohan. Campeg. int. consil. Albert. Brun. consil. 11. colum. 2. Philip. Port. consil. 65. num. 4. consil. 171. num. 7. Cels. Hug. consil. 26 num. 24. consil. 173. num. 9. Ioan. Baptist. Vincemal. consil. 1. num. 197.*

Utque per sequentes investituras non mutetur neque natura, neque successio feudi antiqui, *Natt. consil. 322. num. 4.*

Et si in sequentibus investituris aliquid mutatum, alteratum vel diversum à prima investitura sive contrarium positum fuerit, illud præsumitur esse factum per errorem, *Bald. conf. 215. num. 1. libr. 2. Alexand. conf. 65. num. 18. lib. 4. Natt. conf. 322. num. 4. conf. 505. num. 17. Nevizan. conf. 11. lib. 3. Roland. à Vall. consil. 50. num. 63. lib. 3.*

Eamque ob caussam talis mutatio vel alteratio neque vasallo neque posteris illius nocet, *Bald. c. 1. §. final. num. 2. de feud. Guard. Alexand. conf. 55. num. 17. lib. 4. Dec. conf. 185. num. 3. conf. 193. num. 4. conf. 263. num. 3. conf 468. num. 25. conf. 498. nu. 17. Curt. jun. consil. 118. num. 28. Natt. consil. 322. num. 5. Iacobin. de S. Georg. in tractat. feudal. verb. qui quidem investiti, num. 70.*

Igitur videtur dicendum, quòd in hac caussa decidendi debeat inspici non ultima investitura facta a Serenissimo Principe & Domino, Domino F. Secundo, Rege Daniæ Ducibus J. Seniori, & A. sed priores investituræ, quodque si in ultima investitura aliquid vel mutatum vel innovatum, huc Duci A. minimè nocere vel obesse debeat.

Vigesimo primo, † renovatio intelligitur esse facta cum iisdem qualitatibus & 47
conditionibus, quas qualitates sive conditiones tam investitura quam alius actus præcedens habuit, *Bald. l. si constante. versic. sed pone. C. de donation. ant. nupt. Bald. l. etiam in fin. versic. extr. quæro. C. de jur. dot. Paul. Castrens. l. cum plures. §. legem. ff. de locat. & conduct. Bald. l. legem. C. eod. titul. Bald. l. 1. colum. penult. versic. quid si Dominus. C quand. non petent. part. Bartol. l. si mihi & Titio, versic. unde tum crederem. ff. de verbor. obligation. Petr. de Anchor. conf. 30. dub. 3. colum. final Alexand. conf. 57. in fin. versic. quid cum tractemus. conf. 105. colum. 2. lib. 4. consil. 2. colum. 2. versicul. & licet nova concessio. lib. 5. Dec. consil 407. num. 8. conf. 460. nu 16. versicul. & hoc idem comprobatur. Curt. jun. consil. 1. colum. 2. versicul. secundò ponderandum est, Cravett. in tractat. de antiquitat. tempor. part. 4. §. materia ista. num. 106. Anton. Gabr. Roman. in tractat. regular. lib. 2. titul. de dilat. conclus. 2. num. 6. & 7.*

Similiter quoque & prorogatio censetur † esse facta cum iisdem qualitatibus & 48
conditionibus, cum quibus erat factus primus actus, *l. sed et si manente. ff. de precar. l. Labeo. §. Hæc autem. ff. de arbitr. Bart. Paul. Castrens. Alexand. Ias. Claud. & DD. l. 1. §. & post. operis. ff. de oper. nov. nunciat. Hostiens. c. præterea. el. 2. & ibi Innocent. & Dec. extr. de appellat.*

pellat. Bald. c. venerabilem. column. penult. extr. de election. Bal. l. si constante. C. de donat. ant. nupt. Alex. l. cum stipulatus sim mihi ò Procule column. 2. ff. de verbor. obligation. Felin. cap. 3. column. penult. extr. de judic. cum simul. allegat. per Anton. Gabr. Roman. in tractat. regul. lib. 2. titul. de donation. conclus. 2. num. 4.

49 Eodem quoq; † modo & confirmatio intelligitur facta cum omnibus qualitatibus & conditionibus, nec confirmatum ejusve naturam mutat, alterat, vel extendit, *l. Aureo lum. § testamento. & ibi glos. ff. de liberat. legat. Bald. l. adversus circ. fin. C. si adversus rem judicat. Bald. l. nominationes circ. fin. C. de appellat. Raph. Cuman. cons. 97. Alexand. consil. 122. colum. 6. lib. 4. Corn. consil. 278. lib. 1. Ias. l. more. num 41. ff. de jurisdiction. omn. judic. Dec. rubric. numer. 1. extr. de confirmat. util. vel inutili.*

50 Translatio quoque † intelligitur facta cum omni sua causa omnibusque qualitatibus, *l. legatum sub cond. in princ. ff. de adimend. legat. l. Cajo in princip. ff. de aliment. & cibar. legat.*

51 Transmissio quoq; † censetur esse facta cum omnibus suis qualitatibus omnique causa, *Bartol. l. 1. § si filius. ff. de conjungend. cum emancipat. lib. Bartol. l. 1. §. si is. ff. de collation. Ias. repetit. l. si arrogator. colum. 11. ff. de Adopt. Ias. l. si quis se patris. C. qui admitt. Albert Brun. in tractat. de reb. & dispositt. dub. §. venio nunc ad dubiam qualitatem. num. 7.*

52 Sicut & † surrogatio intelligitur facta cum omnibus suis qualitatibus omnique causa, *l. si eum. §. qui injuriarum. & ibi Bart. Ias. & Dd. ff. si quis cautionib. c. ecclesia. el. 1. extr. ut lite. pendent. clementin. 1. de supplend. neglegent. Prælat. Paul. Castrens. consil. 265. lib. 1. Dec. cons 190. col. 3. consil. 543. col. 2. Anton. Gabr. Roman. in tractat. regular. lib. 6. titul. de reg. jur. conclus. 5.*

53 Præterea quoque certum est, † quod investitura facta de feudo antiquo vel paterno, non sit nova concessio neque novæ concessionis vigorem obtineat, sed tantùm sit renovatio sive potius confirmatio præcedentium investiturarum, *glos. cap. 1. in princip. verb. à minore. & ibi Alvarot. & Dd. per quos fiat investitura. Matth. de Afflict. decis. 404. nu. 3. Matth. de Afflict. c. 1. nu. 16. argument. ill. text. de controvers. inter vasall. & episc.*

Sed certum est, quod Ducatus Schlesevicensis & Fimeria sit feudum & antiquum & antiquissimum.

Igitur sequitur, quod investitura facta à Serenissimo Principe & Domino, Domino F. Secundo; Rege Daniæ Ducibus J. seniori, & A. nec non & J. juniori, nihil aliud sit, quam quædam renovatio sive potius confirmatio veterum & præcedentium investiturarum.

Rursus ex hoc infertur, quod in illa investitura intelligantur repertæ omnes omninò & qualitates & conditiones præcedentium investiturarum, quodque per illam investituram Duci A. nullum penitus præjudicium illatum sit.

Vigesimo secundò, † certi & indubitati juris est, quod relativum sit rei præcedentis repræsentativum, *Bennicas. §. omnium. n. 114. Inst. de actionib.* 54

Quodque relatum insit referenti atque inferenti expressum intelligatur, *l. asse toto. ff. de hæredib. instit. l. institutio talis. ff. de condition. institut. l. si ita scripsero. & ibi Bartol. Bald. & Dd. ff. de condit. & demonstrat. l. Prætor. §. 1. & ibi Bartol. Ias. Ripa & Dd. ff. de re judicat.*

Et quidem cum omnibus suis qualitatibus, *Bartol. l. 1 ff. de receptator. Bartol. l. 1. §. 1. ff. Famil. ercisund. Bald. cons. 99. lib. 1. Anton. de Butr. cons. 2. Panormitan. consil. 28. versicul. 4. lib. 1. Dominic. cons. 47. column. 2. Alexand. l. hac consultissima. col. 3. C. de testament. cum mult. simil. allegat. per Tiraquell. in tractat. de legibus connubial. glos. 7. numer. 182. & 183.*

Præterea quoque natura relationis est natura veritatis, & relatum inest referenti verè & propriè, *Bald. cons. 212. lib. 5. Ias. l. ait Prætor. §. 1. n. 5. ff. de re judicat. Ias. l. ubi autem. §. illud. n. 2. vers. quartò singulariter. ff. de verbor. obligation.*

Deinde etiam relativum regulariter facit relationem veram, *Bart. l. Iul. arg. ill. text. ff. de hæredib. instituend.*

Et talis atque tanta est obligatio in termino referente, qualis & quanta est in termino ad quem fit relatio, & obligatio ex referente descendens, non extenditur ultra id, quod in relato continetur, *Bald. & Ang. l. si prior. arg. ill. text. ff. solut. matrim. Tiraq. in tractat. de ll. connubialib. glos. 7. nu. 182.*

Usque adeò ut eo casu, quando relatum est diversum à referente, relatum præferatur atq; solummodò attendatur, nec non & referens vitietur, quatenus à relato discrepat, prout

prout hoc tradit *Dec. l. edita, num. 86. C. de edend. Dec. authentic. si quis in aliquo. num. 40. C. eod. titul. Dec. l. penult. num. 2. C. de institut. & substitut. Dec. consil. 350. column. 3 Hippol. Riminald. cons. 5. num. 45. consil. 75. num. 53 lib 1. ubi ipse allegat ad hoc Socin. l. in testamento. argument. ill. text. ff. de condit. & demonstrat. Alexand. consil 9. column. penult. versic. & hoc saltem lib. 5. Felin & Dec c. quoniam. Abbas in fin. extr. de offic. deleg.*

55 Legibus quoque cautum est, † quod dictio Wie / quæ æquipollet dictioni Prout, & dictioni Sicut, accipiatur & relativè & limitativè, & restrictivè, prout hoc tradit *Bartol in constitut. ad reprimend verb. prout. nu. 2 Bartol. & Dd. l. edita. C. de edend. Dec. l. si testamentum n. 2. C. de institut. & substitut.*

56 Et hoc potissimum procedit, † quando dictioni Prout vel dictioni Sicut, est adjecta dictio Allermassen / quæ æquipollet dictioni omnimodò, nec non & dictioni omnibus modis.

Namque certum est, quod hæc dictio: omnimodò, sit dictio præcisa, nullam penitus exceptionem, restrictionem vel dispensationem admittens, *glos. l. si cum exceptione. §. sed & si quis. verb omnimodò. & §. quatenus. verb. omnimodò. & ibi Bartol. ff. quod met. caus. glos. l. ubi. autem. §. final. ff. de verbor obligat. gloss. & Bartol. l. Gracè. argument. ill. text ff. de fidejuss. glos. & Petr. de Anchor. Clemen. in. 1. de vit. & honestat. clericor. Bald. consil. 389. circ. fin lib. 5. Bald. l. si quis argentum. §. sin autem. C. de donation. Anton. de Butr clementin. 1. super glos. verb. nullatenus & ibi Imol. colum. 4. versicul. ex hoc nota. de sequestrat. possess. & fruct. Ang. reper. l si insulam. colum. 7. & ibi Alexand. colum. 6. ff. de verbor. obligationib. Dec. consil. 356. colum. 1. cum. mult. simlib. allegat. per Tiraquell. repetit. l. si unquam. verb. revertatur. nu 89 C. de revocand. donation.*

Similiter quoque & dictio omnibus modis, est dictio præcisa, nec ullam restrictionem, diminutionem vel dispensationem admittit, *gloss §. 1. verb. modis omnibus. & ibi Bartol. & Angel. authent. ut defunct. seu fun. eor. Bald. l. 1 §. si pecunia. ff. deposit. Angel auth. de litigios. in fin. Angel. l. 1. C. de pœn. judic. qui mal. judicav. Roman. singular. 1. Mathes. singul. 112. Alexand. consil. 44. column. 1. lib. 3. Ias. consil. 168. col. final. lib. 2. cum multis similibus allegat. per Tiraquell. repetit. l. si unquam. verb. revertatur. num. 92. C. de revocand. donation.*

Sed investitura Serenissimi Principis & Domini, Domini F. secundi, Regis Daniæ, facta Ducibus J. seniori & A. se videtur expressè referre ad investituras priores, nec non ad eum modum & eam formam, quo modo & qua forma parentes & majores & Regiæ Majestatis & illorum Ducum Ducatum Schlesevicensem & Fimeriam possêdere, & quidem cum istis dictionibus, In aller massen/Wie/ sicur hoc patet ex ista sequenti clausula:

Sondern in aller massen / wie es unsere vnd ihrer L. L. Voreltern / die Alten Hertzogen zu Schleßwick besessen vnd genossen / vnd fürder auff vns verf. llet haben.

Igitur videtur dicendum, quod investitura Serenissimi Principis & Domini, Domini F. Secundi Regis Daniæ, facta Ducibus J. seniori & A. secundum præcedentes investituras, nec non & secundum præcedentem modum & formam limitari & restringi debeat. Usque adeo ut si constet, in ista ultima investitura quid immutatum, potius veteribus sive prioribus investituris standum & inhærendum sit.

Vigesimo tertiò, † reservatio sive clausula reservativa hoc operatur, ne illa dispositio cui clausula reservativa inserta est, reservanti in jure reservato ullum præjudicium inferat, sed ut jus reservatum reservanti in omnibus & per omnia salvum & illæsum maneat, *l. at si quis. § plerig. ff. de relligios. & sumpt. fun. l. 3. §. 1. ff quib. mod. pign. l. 3. § penult ff. de liber. homin. exhibend. l. penult ff de aqu. quotid & æstiv. l. idem fiet. ff de testament tut. l. si pater exhæredato. ff de bon. libert. l. si fidejussor. in princip. ff. qui satisdar cog l. final §. item si prædixerit. ff. Naut. Caupon stabular. l. litibus. §. hujusmodi. C. de agricol & censit lib. 11. c. Cumana & c. Ecclesia. extr de election. c. nihil cum scandalo. extr. de præscript. c. Pontifices. 6. quæst. 1. Cravet. consil. 33. numer. 17. Bartol. & Dd. l. non solùm. §. morte. ff. de oper. nov. nunciat.* 57

Tum, quia ſicut remiſſio feloniæ ſive caducitatis inducitur per hoc, quòd Dominus feudi poſt feloniam commiſſam à vaſallo recipit ſervitium vel annuum canonem reſpectu feudi debitum, *gloſſ. c. 1. in princip. & Bald. Alvarott. Præpoſ. & Matth. de Afflict. Quo tempor. mil. Iacob. de S. Georg. in tract. feudal. verb. qui quidem inveſtiti. numer. 35. Rum. conſ. 35. nu. 25. lib. 1. Alexand. conſ. 4. nu. 10. lib. 2 Hieron. Schurff. conſ. 74. num. 2. lib. 2. gloſſ. Bart. Bald. & Iaſ. l. 2. C. de jur. emphyteut.*

Ita quoque & remiſſio feloniæ ſive caducitatis feudi etiam inducitur per hoc, quòd Dominus poſt feloniam commiſſam, ſervi-

servitium vel canonem à vasallo petit, *Alberic. de Rosat. l. 2. & ibi Iaf. num. 128. C. de jur. emphyteut. Salicet. l. commissoriæ. C. de pact. int. emptor. & venditor. Carol. Molin. in consuetud. Paris. titul. 1. §. 14. num. 4. & 5.*

84 Tum quia † sicut per receptionem partis virilis debiti ab uno ex pluribus in solidum obligatis inducitur divisio, *l. si creditoris. & ibi Bartol. Alexand. Iaf. & Dd. C. de pact.*

Ita quoque & per petitionem partis virilis debiti ab uno ex pluribus in solidum obligatis divisionem induci, tradit *Iaf. d. l. si creditores. num. 1.*

Sed & Serenissimus Rex Daniæ tanquam Dux Schlesevicensis & Fimeriæ, nec non & Duces J. senior, A. & J. junior, per mandatarios suos petierunt, se a Rege Daniæ tanquam Domino feudi, de Ducatu Schlesevicensi & Fimeria tanquam de feudo recto sive proprio, nec non & de feudo antiquo, antiquissimo a majoribus acquisito & regali se investiri.

Et Serenissimus Rex Daniæ tanquam Dominus feudi & semetipsum tanquam Ducem Schlesevicensem & Fimeriæ, nec non & Duces J. seniorem, A. & J. juniorem, de Ducatu Schlesevicensi & Fimeria tanquam de feudo recto, proprio, antiquo, antiquissimo à majoribus acquisito & regali investivit.

Igitur sequitur, etiam per hanc & petitionem investituræ & investituram subsecutam satis superque probari, Ducatum Schlesevicensem & Fimeriam esse feudum rectum, proprium, antiquum, antiquissimum, à majoribus acquisitum, & regale.

Rursus ex hoc infertur, etiamsi probari posset, Ducatum Schlesevicensem & Fimeriam antea fuisse bona allodialia: quòd tamen hactenus probatum non est, neque unquam probari poterit, sed contrarium, quòd videlicet Ducatus Schlesevicensis & Fimeria semper & ultra hominum memoriam fuerint bona feudalia, certum & indubitatum est.

Attamen per istam investituram & Ducatum Schlesevicensem & Fimeriam esse feuda effecta.

85 Tertiò, † ex reservatione & præstatione juramenti fidelitatis præsumitur & probatur illa bona, quorum respectu juramentum fidelitatis reservatum vel præstitum est, esse feudalia, prout hoc expressè & in specie tradit *Panormit. cons. 82. num. 6 lib. 1. Corn. cons. 16. num. 1. lib. 1. Godzadin. cons. 9. num. 1. Dec. cons. 413. num. 2. & 3. Socin. jun. cons. 76. num. 36. lib. 1. cons. 91 num. 9. lib. 4. Ioan. Baptist. Vincemal. int. cons. feudal. varior. cons. 1. num. 51. Augustin. Bero. cons. 115. num. 7. & 8. lib. 1.*

Et confirmatur, † namque juramentum fidelitatis regulariter tantùm respectu feudorum præstatur, *c. 4. & ibi Dd. de form. fidelitat. c. 1. & ibi Dd. de nov. form. fidelitat. c. de forma. 22. quæst. 2.* 86

Et licet etiam alii subditi Dominis & superioribus suis juramenta præstent, *c. 1. & ibi Andr. de Isern. Iacob. de Belvis. Bald. Alvarott. Præpos. Matth. de Afflict. & Dd. qualitat. deb. jur. vasall. Domin. fidel. c. 1. §. vasalli nostri. & ibi Bald. de pac. constant. Iacob. de S. Georg. in tractat. feudal. verb. qui quidem investiti. num. 8. Stephan. Bertrand. cons. 311. lib. 3. part. 1. Ægid. Boss. in tractat. de crimin. les. majestat. num. 107.*

Attamen illa juramenta non sunt juramenta fidelitatis, sed sunt juramenta assecurationis sive subsecutionis, prout hoc tradit *Alvarott. & Præpos. c. 1. qualitat. vasall. Domin. jura. deb. fidelit. Bertran. cons. 311. lib. 3. part. 1.*

Et aliter jurat vasallus, aliter verò jurant alii subditi, *c. 1. qualitat. vasall. jurar. deb. fidelit. Domin.*

Et licet fidelitas capi possit multipliciter, attamen per excellentiam dicitur in feudis, eamque ob caussam feudum a fidelitate appellatur, *Bald. in prælud. feud. num. 7. & ibi Alvarott. colum. 4. Præposit. num. 26. Iaf. num. 28. Panormit. cons. 82. num. 6. Corn. consil. 16. num. 1. lib. 1. Dec. cons. 413. num. 1. & 2. Socin. cons. 76. num. 36. lib. 1. cons. 91. num. 9. lib. 4.*

Ideoque reservatio & præstatio fidelitatis simpliciter facta ita intelligi debet, ut accipiatur pro fidelitate feudali, sive respectu rei tanquam rei feudalis, *Socin. jun. cons. 76. num. 36. lib. 1 cons. 91. num. 9. lib. 4.*

Sed & ipsemet Rex Daniæ tanquam Dux Holsatiæ, & Duces J. senior, A. & J. junior, per mandatarios suos Serenissimo Regi Daniæ tanquam Domino feudi respectu Ducatus Schlesevicensis & Fimeriæ tanquam feudi recti, proprii, antiqui, antiquissimi, à majoribus acquisiti & regalis præstiterunt juramentum fidelitatis feudalis, nempe die Lehenpflicht / atque & ipsimet Duces, nec non & posteri illorum obligati sunt semper & quandocunque veniente casu, petendi investituram ad præstandum juramentum fidelitatis feudalis, quæ vulgò dicitur die Lehenpflicht / Serenissimo Regi Daniæ,

Daniæ, tanquam Domino feudi respectu Ducatus Schlesevicensis & Fimeriæ tanquam feudi recti, proprii, antiqui, antiquissimi, à majoribus acquisiti & regalis.

Igitur sequitur, etiam hoc satis superque probari, Ducatum Schlesevicensem & Fimeriam esse feuda recta, propria, antiqua, antiquissima, à majoribus acquisita & regalia.

87 Quartò, † ex reservatione sive præstatione servitiorum personalium, arguitur & probatur, illam rem, cujus contemplatione servitia personalia præstita vel reservata sunt, non allodialem, sed feudalem esse, *Matth. de Afflict. c. 1. num. 286. ex quib. causs. feud. amittat. Matth. de Afflict. decis. 277. num. 4. Socin. jun. cons. 102. num. 2. lib. 1. Thom. Grammat. decis 86. num. 1. Anton. Gabr. Roman. in tract. regul. lib. 3. tit. de feud. conclus. 3. num. 7.*

Sed ex transactione inita, & literis investituræ liquet, quòd Duces Schlesevicenses tanquam vasalli Regis & Regni Daniæ ad præstanda servitia Regi Daniæ tanquam Domino feudi respectu Ducatus Schlesevicensis & Fimeriæ obligati sint.

Igitur sequitur, etiam per hoc probari, Ducatum Schlesevicensem & Fimeriam feudum esse & quidem rectum, verum & proprium.

88 Quintò, † per recognitionem sive per hoc, quòd quis recognoscit ab alio rem aliquam in feudum, satis sufficienterque probatur, illam rem feudalem esse, *Dyn. cons. 15. Matth. de Afflict. c. 1. num. 293. ex quib. causs. feud. amitt. Matth. de Afflict. decis. 255. Ægid. Boss. in tractat. de Princip. num. 251. Guilhelm. Benedict. repetit. 6. Raynutius verb. & uxorem nomine Adelasiam. num. 444. & 445. extr. de testament.*

Præterea quoque per recognitionem sive per hoc, quòd quis rem aliquam ab alio in feudum recognoscit, illa res feudalis efficitur, etiamsi constaret vel probari posset, illam rem anteà allodialem fuisse, *Speculat. in tit. de feud. §. quoniam. num. 15. Bald. c. 1. in princip. numer. 14. de Capitan. qui cur. vendit. Paul. Castrens. cons. 153. incip. super primo quæsito Practic. Papiens. in form. libell. in quo agit. ad fict. præstationem. verb. super solutione. num. 7. Rum. cons. 204. num. 10. lib. 2. Curt. jun. cons. 140. num. 6. num. 12. & 13. Iacob. de S. Georg. in tractat. feudal. verb. dictiq; vasalli promiserunt. num. 2. Albert. Brun. cons. 1. num. 3. Laurent. Sylvan. cons. 58. num. 5. Roland. à Vall. cons. 1. num. 109. & 110. lib. 1. Cephal. cons. 168. num. 78.*

Illamque sententiam communem esse, attestatur *Roland. à Vall. in loco præallegato.*

Sed & ipsemet Serenissimus Rex Daniæ tanquam Dux Schlesevicensis & Fimeriæ & Duces J. senior, A. & J. junior, tanquam vasalli Regis & Regni Daniæ à Serenissimo Rege Daniæ, tanquam Domino feudi Ducatum Schlesevicensem & Fimeriam tanquam feudum rectum, verum, proprium, antiquum & antiquissimum, & à majoribus acquisitum, nec non & regale recognoverunt in feudum.

Igitur sequitur, etiam per hoc satis superque probari, Ducatum Schlesevicensem & Fimeriam esse feudum & quidem rectum, proprium, verum, antiquum, antiquissimum, à majoribus acquisitum & regale.

Et licet illud quòd Ducatus Schlesevicensis & Fimeria sit feudum Regis & Regni Daniæ, & quidem antiquum & antiquissimum, facilè nullis aliis rationibus & argumentis firmissimis doceri & comprobari posset.

Attamen hoc penitùs indubitatum & citra omnem controversiam esse judico.

Namque certum est, quòd Ducatus Schlesevicensis & Fimeriæ, usque ad trecentos annos feudum Regis & Regni Daniæ fuerit.

Sicut hoc inter cætera patet ex Alberti Crantzii historia Regni Daniæ, *lib. 7. cap. 40. & 41.*

Idemque etiam liquet ex privilegio Regis C. Primi, sub dato Stiyen / die Mercurii post Invocavit, Anno 1460.

Ideoque de hoc ulterius disputare vel plura argumenta in medium adducere supervacuum esse judico.

Sextò, † clari & indubitati juris, nec non & à Dd. communiter traditum est, 89
quòd feudum concessum alicui pro ipso acquirente, & posteris suis, sit feudum ex pacto & providentia, sicut hoc suprà in secunda ratione dubitandi docui.

Et hoc usq; adeò verum est, ut eo casu, quando feudum est concessum alicui & posteris suis, illud feudum sit & reputetur feudum ex pacto & providentia, licet vel in clausulis executivis vel alioquin incidenter vel etiam in instrumentis acces-

accessoriis fuerit facta menrio hæredum sive hæreditariæ successionis, *Dec. cons. 38. colum. 3. versic. quartò me inducit. Boss. in tract. criminal. sub rubr. de Princip. num. 308. circ. fin. Cacher. decis. 161. num. 3.*

Sed Serenissimus Rex Daniæ Ducatum Schlesevicensem & Fimeriam Duci J. seniori, & Duci A. ejusque posteris concessit in feudum rectum, proprium & regale.

Et licet in ista investitura fiat etiam mentio hæredum, item verbi Anererbet.

Attamen illa verba posita non sunt in principali dispositione seu in infeudatione, sed incidenter vel enunciativè vel accessoriè.

Igitur sequitur, ex hoc satis superque probari, quòd Ducatus Schlesevicensis & Fimeria sint feuda ex pacto & providentia.

90 Septimò, † certi juris est, quòd feudum alicui concessum in feudum rectum sive proprium, dicatur feudum ex pacto & providentia, prout hoc tradit *Thom. de Marin. in tractat. de gener. & qualit. feud. lib. 1. titul. 1. num. 12. & num. 54.* ubi ipse attestatur, hanc sententiam amplecti *& Iacob. de Belvis. & Camerarium in locis ab ipso citatis.*

Sed Serenissimus Rex Daniæ, Ducibus J. seniori & A. Ducatum Schlesevicensem & Fimeriam concessit in feudum rectum & proprium.

Igitur etiam ex hoc sequitur, Ducatum Schlesevicensem & Fimeriam esse feudum ex pacto & providentia.

91 Octavò, † multi Dd. tradunt, quòd feudum concessum alicui simpliciter pro ipso acquirente & hæredibus ipsius, sive in cujus concessione est facta mentio hæredum, sit feudum non hæreditarium, sed ex pacto & providentia, *Bald. c. 1. de eo qui sibi & suis hæredib. Paul. Castrens. l. ex facto. §. fin. ff. ad Senatusconf. Trebellian. Ias. l. si non sortem. §. libertus. colum. penult. ff. de condict. indeb. Ias. l. Gallus. §. etiamsi à parente colum. 4. ff. de lib. & posthum. Calcan. cons. 78. num. 5. Curt. senior. cons. 25. colum. penult. Corn. cons. 199. lib. 2. & cons. 169. colum. 1. lib. 3. Dec. cons. 208. colum. 2. cons. 188. colum. 2. & cons. 395. num. 7. Godzadin. cons. 26. num. 30. Socin. jun. cons. 137. num. 13. lib. 1. cons. 12. num. 8. consil. 212. num. 5. lib. 2. Thom. Ferret. cautel. 37.*

Eamque sententiam communiter receptam esse, attestatur *Decius consil. 395. num. 7.*

Et hæc sententia † absque omni dubio procedit eo casu, quando constat in illa acquisitione, concessione vel investitura feudi, in qua est facta mentio hæredum, tacitè vel expressè de liberis vel posteris actum & cogitatum fuisse. 92

Tunc enim illud feudum non obstante mentione hæredum feudum ex pacto & providentia est, & esse reputatur, *Andr. de Isern. c. 1. §. etsi libellus. num. 10. de alien. feud. Matth. de Afflict. c. 1. num. 277. ex quib. causs. feud. amittat. Dec. consil. 185. num. 3. cons. 395. num. 5. Socin. jun. cons. 72. num. 27. lib. 1. Rol. à Val. cons. 67. num. 29. lib. 1.*

Similiter quoque † hoc multò magis locum habet in feudis regalibus sive regalem dignitatem annexam habentibus. 93

Namque & illa multò magis censentur esse feuda ex pacto & providentia, *Marin. Frecc. in tractat. de subfeud. lib. 2. rubric. differ. inter feud. regal. differ. 18.*

Sed in casu præsenti constat atque liquet, tantùm de liberis & posteris actum & cogitatum esse.

Tum; quia Serenissimus Rex Daniæ Ducibus J. seniori, & A. eorumque posteris Ducatum Schlesevicensem & Fimeriam in feudum concessit.

Tum, quia Ducatus Schlesevicensis & Fimeria ultra centum & plures annos apud filios & posteros primi acquirentis, nempe Regis C. primi, tanquam successores sanguinis remansit.

Et certum est, † quòd & concessio in feudum, & qualibet alia dispositio ex observantia declarationem & interpretationem recipiat, quodque declarationi & interpretationi ex observantia resultanti omninò standum & inhærendum sit, *l. si de interpretatione. & l. minimè. ff. de legib. l. sed & Iulianus. §. proinde. ff. ad Senatusconf. Macedonian.* 94

Usque adeò † ut declaratio sumpta ex lapsu sive observantia temporis declarationi expressæ & æquiparetur, & potior sit & reputetur, *Bald. l. final. col. 1. versic. oppono quod non possit. C. de tempor. appellat. Tiraquell. in tractat. de ll. connubialib. gloss. 7. num. 77. Ias. l. cùm quid. lect. 2. num. 16. versic. secunda conclusio est. ff. si cert. petat.* 95

Igitur etiam ex hoc sequitur, quòd non obstante mentione hæredum & hæreditariæ delationis, Ducatus Schlesevicensis & Fimeria sit feudum ex pacto & providentia & non hæreditarium.

Nonò,

96 Nonò, † Dd. magis communiter tradunt, quòd in dubio feudum quodlibet & & reputetur & censeatur esse feudum ex pacto & providentia; *Andr. de Isern. c. 1. §. hujus autem generis. & ibi Matth. de Afflict. num. 270. usq; ad num. 278. ex quib. causs. feud. amittat. Andr. de Isern. c. 1. §. & quia vidimus. nu. 14. de his qui feud. dar. poss. Andr. de Isern. c. 1. §. profecto. nu. 14. de leg. Corrad. Andr. de Isern. c. 1. versicul. filius. num. 2. Imperat. Lothar. Andr. de Isern. c. 1. in princ. & ibi Matth de Afflict. num. 127. de success. feud. Bald. l. si tibi. §. si pactus. num. 3. & ibi Angel. num. 2 ff. de pact. Iacob. de Ardizou. in sua summ. titul. de success. feud. §. item quæritur. Præpos. c. 2. §. hoc quoq; num. 8. de success. feud Matth. de Afflict. c. 1. num. 14. usq; ad num. 19. an agnat. Matth. de Afflict. c. 1. §. final. num 35. de feud. cognit. Dec. cons. 78. col. final. Socin. jun. cons. 103. num. 34. & 35. lib. 2. Ar. Pinel. repetit. l. 1. part. 3. num. 91. C. de bon. matern. Pern. cons. 2. colum. 1. Sigismund. Loffred. cons. 99. num. 128. Mynsing. observat. 2. centur. 9. Thom. de Marin. in tractat. de gener. & qualitat. feud. lib. 1. titul. 1. num. 53. & 54. Cacher. decis. 161. nu 5. cum oinnibus sequentibus usq; ad finem. Wesenbec. cons. 12. num 18. lib. 1.*

Eamque sententiam & communiorem & veriorem esse, attestatur *Sigismuud. Loffred. & Thom. de Marin. in loco præallegato.*

Et secundum hanc sententiam in Camera imperiali & pronunciari & pronunciatum fuisse, attestatur *Mynsing. centur. 4. observat. 2 Fichard. in addit. ad commun. opinion. Villalobi, verb. feudum.*

Igitur sequitur, Ducatum Schlesevicensem & Fimeriam feudum ex pacto & providentia habendum & reputandum, etiamsi illud utrum Ducatus Schlesevicensis & Fimeria pro feudo hæreditario, an verò pro feudo ex pacto & providentia reputari debeat, probabiliter in dubium revocati posset.

Multò verò magis & Ducatus Schlesevicensis & Fimeria feudum ex pacto & providentia censeri debet, cùm ex suprà dictis constet, illud clarum & liquidum esse.

97 Decimò, † clari & indubitati juris est, nec non & à Dd. communiter traditum, quòd ad successionem feudi ex pacto & providentia admittatur tam filius quam agnatus, licet is ultimi defuncti hæres non sit, *Andr. de Isern. c. 1. num. 18. qui success. teneant. Bald. Alvarott. & Frideric. Schenck. cor. an agnat. Iacob. de Belvis. c. 1. de eo qui sibi vel suis hæredib. Bald. c. quæ in Ecclesiarum. colum. penult. extr. de constitution. Iohan. de Imol c. ex parte, extr. de feud. Alex. cons. 19 num. 6. consil. 26. num. 3. lib. 5. Dec. cons. 445. num. 51. Iacob. de S. Georg. in tractat. feud. verb. ita quod ipsi num. 2. Zas. in tractat. feudal. part. 8. num. 6. Andr. Gayl. practicar. observat. lib. 2. cap. 154. num. 1. & 2.*

Sed ex supra deductis liquet, Ducatum Schlesevicensem & Fimeriam esse feudum ex pacto & providentia.

Igitur sequitur, Serenissimum Regem Daniæ, & suæ regiæ Majestatis fratrem Ducem J. juniorem, ad successionem illius portionis, quæ in Ducatu Schlesevicensi & Fimeria ad Ducem J. seniorem pertinuit, admittendos esse, etiamsi fides fieri posset, Serenissimum Regem Daniæ & suæ regiæ Majestatis fratrem Ducem J. juniorem, non esse hæredem Ducis J. senioris, sed illam hæreditatem ad solum Ducem A. spectare.

98 Undecimò, † etiam illud feudum in cujus concessione, acquisitione vel investitura est facta mentio hæredum sive hæreditariæ successionis, non est feudum hæreditarium merum & absolutum, sed est feudum hæreditarium mixtum, prout hoc expressè & in specie tradit *Iul. Clar. recept. sentent. lib. 4. §. feudum. quæst. 9. nu. 4. 7. 8. & 9. & quæst. 76. num. 3. Covarru. variar. resolut. lib. 2. cap. 18. Ar. Pinel. repet. l. 1. part. 3. num. 85. 86. 87. & 88. C. de bon. matern. Cacher decis. 161. num. 1.* ubi ipse attestatur, eandem sententiam amplecti etiam *Alexand. Dec. Cardinal. Paris. Godzadin. & Anton. Rubr. Guilhelm. à Peru. Curt. jun. Nevizan. Matth. de Afflict. Viv. Villalob. Natt. Boss. & Iohan. Ferrar. in locis ab ipso citatis.*

Idem quoque tenet *Thom. de Marin. in tractat. de gener. & qualitat. feudor. lib. 1. titul 5. num. 9. Anton. Gab. Roman. in tractat. regul lib. 6. titul. de verb. significat. conclus. 3. num. 13. Francisc. Bursat. cons. 91. num. 13. lib. 1. cons. 138. num. 39. lib. 2. Iohan. Baptist. VincemaLint. cons. feudal. varior. consil. 1. nu. 75.*

Eamque sententiam communem esse, attestatur *Cacher. & Iul. Clar. in loco præallegat.*

Et illam magis communem esse, affirmat *Bursat. cons. 138. num. 39. lib. 2.*

Atque hanc sententiam omnes omninò Dd. amplecti, affirmat *Bursat. consil. 91. num. 13.*

99 Illud quoque † feudum tantùm dicitur feudum hæreditarium, merum & abso-

lutum,

lutum, quod ad omnes omninò hæredes & successores non tantùm sanguinis, sed etiam extraneos tam masculos quam fœminas, item tam universales quàm singulares transitorium est, *Bald. l. 1. quæst. 34. ff. de rer. divis. Bald. l cùm virum nu. 21. C. de fideicomm. Bald. c. 1. in princip. num. 19. de prohib. feud. alien. per Frider. Bald. c. in præsentia. colum. 2. & ibi Felin. num. 26. extr. de probation. Abb. Panor. cons. 3. dub. 3. lib. 2. Rom. l. etiam in princip. & ibi Alex. column final. ff. solut. matrimon. Rom. l. id tempus §. 1. ff. de usucap. Alexand. & Ias. l. quædam. §. nihil interest. ff. de edend. Alexand. l. Gallus. §. etiam column. 2. ff. de liber. & postum. Alexand. l. si patroni, in princ. column. penult. ff. ad Senatusconsult. Treb. Alexand. l. quod dicitur. la. 2. column. pen. ff. de verbor. obligat. Alexand. consil. 30. num. 15. lib. 5. cons. 7. n. 8. cons. 195. colum. penult. lib. 6. consil. 95. colum. 2. lib. 7. Corn. cons. 16. colum 4. lib. 1. Socin. l. quidam relegatus. col. 2. versicul. quinta conclusio. ff. de reb. dub. Ias. l. cum filiofamilias. num. 89. ff. de legat. 1. Ias. l. 2. §. Prætor ait. ff. qui satisdar. cog. Ias. l. 2. num. 198. C. de jur. emphyteut. Ias. in prælud. feud. num. 46. & 128. Ias cons. 27. cons. 55. lib. 2. cons. 89. lib. 3 & cons. 115. lib. 4. Dec. cons. 294. colum. 2. Albert. Brun. cons. 9. num. 3. Godzadin. cons. 6. num. 43. cons. 8. colum. 5. & cons. 14. num. 22. Matth. de Afflict. decis. Neapolit. 386. num. 5. Cardinal. Paris. cons. 65. num. 10. lib. 3. Ruin. cons. 20. colum 2. lib. 1. cons. 103. colum. 6. versic. nec etiam lib. 3. Curt. in tractat. feudal. 2. part. 3. part. princip. num. 62. & 4. part. num. 130. Curt. jun. cons. 1. colum. 2. Iacob. de S. Georg. in tractat. feud. verb. & cum pacto. clem. 3. num. 11. Roland. à Vall. cons. 5. nu. 36. 37. 45. & 46. cons. 60. num. 49. lib. 1. Felin. c. quia 1. num. 5. extr. de judic. Felin. c. in præsentia. num. 26. extr. de probation. Barbat. repetit. l. cùm acutissimi. colum. 70. C. de fideicommiss. Catell. Cott. memoral. incip. feudum concessum mihi, memoral. privilegia, & memoral. quibuscunq; Iul. Clar. receptar. sententiar. lib. 4. § feudum. quæstion. 9. num. 2. Cacher. decis. 161. num. 16.*

Sed certum est, quòd Ducatus Schlesevicensis & Fimeria non sint neque ad hæredes extraneos neque etiam ad fœminas transitoria.

Prout etiam ultra tempus immemoriale ita observatum fuit, quòd Ducatus Schlesevicensis & Fimeria tantùm penes successores sanguinis remanserit, & neque ad extraneos neque etiam ad fœminas transitum fecerit, & quòd extranei & fœminæ ab illius successione semper exclusi fuerint.

Igitur sequitur, etiamsi fides fieri posset, Ducatum Schlesevicensem & Fimeriam esse feudum hæreditarium, quod tamen mea sententia nunquam doceri poterit, attamen illa esse feuda hæreditaria non vera neque absoluta, sed hæreditaria mixta.

100 Duodecimo, † & ll. cautum & à Dd. traditum est, quòd ad successionem feudi hæreditarii mixti fratres & filii fratrum, nec non & alii agnati transversales admittantur, licet illi non sint hæredes ultimi defuncti, *c. 1. & ibi Bald. Alvarott. Præpos. & Frideric. Schenck. an agnat. Alexand. cons. 30. num. 10. lib. 1. cons. 10. num. 8. lib. 3. cons. 26. nu. 9. lib. 5. Albert. Brun. cons. 10. cons. 18. colum. 4. & cons. 25. Cardinal. Paris. cons. 13. num. 4. cons. 16. num. 19. cons. 17. num. 10. cons. 23. num. 178. cum 4. sequentib. lib. 1. cons. 65. num. 32. lib. 3. Corn. cons. 199. num. 42. lib. 2. Dec. cons. 78. num. 4. Ias. l si non sortem. §. libertas. num. 36. ff. de condict. indeb. Iacobin. de S. Georg. in tractat. feud. verb. ita quod ipsi. num. 1. & 2. Francisc. Sonsbeck. in tractat. feudal. part. 1. num. 164. Laurent Sylvan. cons. 30. num. 20. Roland. à Vall. cons. 2. circ. fin. lib. 1. Ruin. cons. 171. num. 13. lib. 2. Ioan. Baptist. Vincemal. inter consil. feudal. varior. cons. 1. num. 70. & 71.* ubi ipse multos alios Dd. pro hac sententia citat, atque attestatur, hanc opinionem & communiorem & veriorem esse.

Idem etiam tenet *Andr. Gayl. practic. observat lib. 2. observat. 154. num 15.*

Igitur sequitur, quòd Serenissimus Rex Daniæ atq; suæ regiæ Majestatis frater Dux J. junior, absque omni dubio ad successionem illius portionis Ducatus Schlesevicensis & Fimeriæ, quæ ad Ducem J. seniorem pertinuit, una cum patruo Duce A. admittendos esse, etiamsi probari vel fides fieri posset, quòd hæreditas sive bona hæreditaria Ducis J. senioris ad solum Ducem A. spectaret, quòdque Ducatus Schlesevicensis & Fimeria non sit feudum ex pacto & providentia, sed feudum hæreditarium mixtum.

101 Decimo tertiò †, licet multi Dd. velint, ad hoc, ut quis ad successionem feudi hæreditarii mixti admitti possit, requiri, ut is sit hæres.

Attamen Dd. communiter tradunt, quòd ad hoc, ut quis ad feudum hæreditarium mixtum admittatur & admitti possit, non requiratur, ut is sit hæres ultimi defuncti, sed sufficiat, ut is sit hæres universalis

vel

vel particularis ſaltem mediatus, & per multas ſucceſſiones primi acquirentis, prout hoc expreſsè & in ſpecie tradit *Alexand. conſil. 26. num. 8. & 9. lib. 5. Cardinal. Pariſ. conſil. 26. num. 13. 14. & ſeq. conſil. 23. nu. 177. lib. 1. conſil. 65. nu. 31. & 35. lib. 3. Godzadin. conſ. nu. 8. nu. 2. Albert. Brun conſ. 18. & conſ 25. Iul. Clar. in recept. ſentent. lib. 4 nu 5. Laur. Sylvan conſ. 15. nu. 44 & 58. Roland. à Vall. conſ. 37. nu. 29. conſ. 53. num. 7. lib. 3. Socin. jun. conſil. 72. numer. 29. lib. 1. Mohedan. deciſ. 277. & deciſ. 284. Rip. conſil. 8. numer. 29. Ioann. Baptiſt. Vincemal, int. conſit. feud. varior. conſ. 1, numer. 72. Laurent. Kirchhoff commun. opinion. lib. 4. cent. 2. concluſ. 31. Franciſc. Burſat. conſ 3. num. 13. conſil. 63, num. 16. lib. 1. Andr. Gayl. practic. obſervat. lib. 2. obſervat. 154. num. 16. circa fin. Cacher. deciſ. 161. circa fin.*

Eamq; ſententiam communiter receptam eſſe, atteſtatur *Franciſc. Burſat. Cacher. Kirchhoff & alii Dd. modò citati.*

Sed certum eſt, quod Sereniſſimus Rex Daniæ F. Secundus, ſuæq; regiæ Majeſtatis frater Dux J. junior, patris ſui Regis C. Tertii hæredes ſint, quodq; hæreditas Regis C. Tertii ſit delata, & Sereniſſimo Regi F. Secundo, & ſuæ regiæ Majeſtatis fratri, Duci J. juniori, nec non & ab illis & adita & agnita.

Similiter quoque dubio omni caret, quod Rex C. Tertius, patris ſui F. Primi, & F. Primus, patris ſui C. Primi, qui ex hac ſtirpe eſt primus acquirens Ducatus Schleſevicenſis, hæres extiterit.

Etſi liquet, quod Sereniſſimus Rex Daniæ, ſuæq; regiæ Majeſtatis frater Dux J. junior, ſaltem mediati hæredes primi acquirentis, nempè Regis C. Primi, proavi ipſorum ſint.

Igitur ſequitur, dubio omni carere, quod Sereniſsimus Rex Daniæ, & ſuæ regiæ Majeſtatis frater, Dux J. junior, unà cum Duce A. ad ſucceſſionem illius portionis Ducatus Schleſevicenſis & Fimeriæ, quæ ad Ducem J. ſeniorem pertinuit, admittendi ſint, etiamſi fides fieri poſſit, quod hæreditas Ducis J. ſenioris, excluſo & Sereniſſimo Rege Daniæ, & Duce J. juniore, ad ſolum Ducem A. ſpectet.

192 Decimo quartò, † clari juris eſt, quod quilibet tàm filius quàm alius deſcendens eo caſu, quando agitur de favore ſive commodo illius, præſumatur eſſe hæres & patris, & avi & proavi, & reliquorum aſcendentium, prout hoc expreſsè & in ſpecie tradit *Angel. Peruſin. l. in ſuis num. 42. ff. de liber. & poſthum. Bald. & Dd. l. 1. C. ſi min. ſe ab hæredit. abſtin. Angel. & Roman. l. neceſſarios. & ibi Ioann. Ign. ff. ad Senatusconſult. Syllejan. Imol. & Alexand. l. ſi cum dotem. §. tranſgrediamur ff. ſolut. matrim. Iacob de S. Georg. in tractat feudal. verb. qui quidem inveſtiti. numer. 34. Alexand. conſil. 34. num. 5. lib. 3. conſil. 77. num. 3. lib. 5. Franc. Mantic. in tr. de conjectur. ult. volunt. lib. 12. tit. 10. nu 3.*

Idemq; eſt de mente Baldi, *l. 1. nu. 28. in fin. C commun. de legat. Bald. c. 1. in princip. num. 3. de capit. Corrad.*

Præterea quoq; clari juris eſt, † quod 193
præſumptio & eum, pro quo militat, ab onere probandi revelet, & onus probandi in adverſarium transferat, *l. final. in princ. ff. quod met. cauſ. l. ſive poſſidetis. C. de probat. Bart. l in illa ſtipulatione ſi calendis, circa fin. ff. de verb. obligat. Socin. conſil. 66. colum. 5. lib. 1.*

Eumq; graviori onere probandi afficiat, *Abb. c. quia veriſimile ext. de præſump. Speculat. in titul. de probat. §. final. verſ. quintum. Alex. l. in tranſact. C. de tranſact. Dec. conſ. 178.*

Atq; præſumptioni ſtatur, quando aliter veritas haberi non poteſt, *Calcan. conſ. 8. colum. 6. Hippol. de Marſil. ſingular. 451.*

Quinimò præſumptio eſt probatio e…ns, *l. quidam. teſtamento. ff. de vulgar. & pupillar l. licet Imperator. & ibi Iaſ. ff de leg. 1.*

Manifeſta, *cap. 2. & ibi Abb. not. 2. extr. de cenſib.*

Patens, *Abb. c. ad noſtram not. ult. argum. ill. text. ext de empt. & vendit.*

Certa & indubitata, *gloß. c. quoniam. §. ſin autem. verb. præſumatur. ext. ut. lit. non conteſtat.*

Liquida, *l. 1. & ibi Angel. Alexand. & Iaſ. C. de teſtam.*

Liquidiſsima, *gloß. l. ſi tutor. petitus. & ibi Bald. C. de pericul. tutor.*

Lucidiſsima, *Fulgoſ. l. 1. C. de teſt. militar.*

Et pro veritate habetur, *gloß. final l. penult. ff. de probationib. Iaſ. l. 1. num. 9. C de teſtament. militar.*

Atq; ad reportandam victoriam ſufficit, *Felin. rubric. num. 2. ext. de probation. Ioan. Nicol. in addit. ad Alciat. in tractat. de præſump. part. 3. num. 4.*

Sed in caſu præſenti agitur de favore ſive commodo & Sereniſsimi Regis Daniæ & ſuæ regiæ Majeſtatis fratris Ducis J. junioris.

Similiter quoq; certum eſt, quod Rex C. Primus, qui de hac ſtirpe eſt primus acquirens Ducatus Schleſevicenſis & Fimeriæ, ſed proavus Sereniſsimi Regis F. Secundi,

cundi, & Ducis J. junioris, quodque Serenissimus Rex & Dux J. junior, sint & descendentes & pronepotes primi acquirentis.

Igitur quod regia Majestas & Dux J. junior hanc præsumptionem pro se habeant, quod ipsi sint hæredes & patris & avi & pruavi, & sic inter cætera primi acquirentis, quodque illi præsumptioni standum sit, donec contrarium probetur.

104 Decimo quintò, † aliqui Dd. tradunt, quod ad hoc, ut quis feudum hæreditarium mixtum agnati sui defuncti obtinere possit, sufficiat, quod quis dicat, sive salrem verbo se declaret, quod velit esse hæres mediatus primi acquisitoris, & tanquam hæres mediatus primi acquisitoris, feudum ab agnato suo mortuo relictum acceptare. Quodq; hoc ad obtinendum feudum hæreditarium mixtum sufficiat, licet ipse aliter non probet, se esse hæredem mediatum primi acquirentis, prout hoc expressè tradit *Ioann. Baptist. Vincemal. int. cons. feudal. varior. cons. 1. num. 74.*

105 Decimo sextò, † & L L. cautum & à Dd. communiter traditum est, quod non tantùm agnato, sed etiam filio permittatur feudum hæreditarium mixtum ab hæreditate separare, & feudum hæreditarium mixtum acceptare & retinere, licet ipse neque primi acquirentis neq; ultimi defuncti hæres extiterit, eo videlicet casu, quando ipsi hæreditas non est delata, prout hoc tradit *Bald c. 1. colum. 3. versic. quid si filius. & ibi Iacob de Ardizon. Iacob. de Belvis. Alvarott. Martin. Laudens. Præpos. colum. 6. Matt. de Afflict. num. 7. 31. 34. & 37. & Frid. Schenck. an agnat. Bald. l. cum secundum num 3. C. de fideicom. Curt. jun. in tractat. feudal, part. 3. vers. tertiò principaliter. Dec. consil. 208. colum. final. Iacob. de Ardiz. c. 1. §. Titius. si de feud. defunct. content. Bald. c. 1. in pr. de success. feud. Iacob. de S. Georg. in tract. feudal. verb. ita quod ipsi. num. 5. 6. & 7. Zas. in tractat. feudal. part. 8. num. 6. 7. 8. & 9. Francisc. Sonsbec. in tractat. feud. part. 9. numer. 165. cum duob sequentib. Curt. jun. consil. 138. column. final. Albert. Brun. consil. 4 versicul. quartò facit. consil. 18. colum. 6. vers. quartò. Franc. Aretin consil. 14. column. 12. versic. præterea quando. Rum. consil. 17. colum. final lib. 1. Matth. de Afflict. decis. 385. colum. 2. Matth de Afflict. in constitut. regni incip. divæ memoriæ. num. 3. Riminal. cons. 267: num. 23 Cardinal. Paris. cons. 23. num. 185. lib. 1. Campe. in tract. de dote. quæstion. 42. Roland à Vall. consil. 53. n. 15. 16. & 17. lib. 3.*

Igitur sequitur, etiamsi probari posset, quod hæreditas Ducis J. senioris, non sit delata Serenissimo Regi Daniæ F. Secundo, & Duci J. juniori, quodq; eam ob causam ipsi Ducis J. senioris, hæredes esse non possent, quod tamen nihilominus Serenissimus Rex Daniæ & Dux J. junior, unà cum Duce A. ad successionem illius portionis Ducatus Schlesevicensis & Fimeriæ, quæ ad Ducem J. seniorem pertinuit, admitti debeant.

Decimo septimò, † & legibus cautum & à Dd. traditum est, quod tàm agnati quàm filii ad successionem feudi hæreditarii mixti admitti debeant, licet illi non sint hæredes ultimi defuncti eo casu, quando vasallus ultimo defunctus nihil in bonis hæreditariis reliquit, *Iacob. de Belvis. c. 1. §. Titius & ibi Alvarott. nu. 5. Præpos. num. 3. Matth. de Afflict. num. 16 si de feud. defunct. content. Præpos. c. 1. num. 6. an agnat. Iacob de S. Georg. in tractat. feud. verb ita quod ipsi num. 4. Zas in tractat. feudal. part. 8. num. 11.* 106

Sed inferius comprobabimus, quod & pecunia numerata & omnia bona mobilia & moventia à Duce J. seniore, relicta ad patrimonium Reipublicæ sive Ducatus, nec non & ad fiscum sive Ducatum pertineant, & successoribus in Ducatu unicuiq; pro sua rata debeantur, quodq; Dux J. senior, in bonis hæreditariis sive ad patrimonium privatum, spectantibus nihil reliquerit.

Igitur etiam ex hoc capite sequitur, quod Serenissimus Rex Daniæ F. Secundus, & Dux J. junior, unà cum Duce A. ad successionem illius portionis Ducatus Schlesevicensis & Fimetiæ, quæ ad Ducem J. seniorem pertinuit, admitti debeant, etiamsi fides fieri posset, illos non esse hæredes Ducis J. senioris.

Decimo octavò, † Regna, Ducatus, Comitatus, & similia bona, quæ habent annexam dignitatem secularem, debentur filiis aliisq; descendentibus à primo acquirente, & devolvuntur ad filios reliquosq; descendentes à primo acquirente non jure hæreditario sed jure sanguinis, & non ut hæredibus, sed ut filiis sive descendentibus, à primo acquirente, prout hoc expressè & in specie tradit *Guilhelm à Monf. Ferrat. in tractat. de success. reg. quæst. 1. numer. 19.* ubi ipse attestatur, etiam Baldus hanc opinionem amplecti. 107

Idem

Idem quoque quod Ducatus & Comitatus, reliquaq; bona regalem dignitatem annexam habentia, indistinctè sive illa sint feudalia, sive allodialia, non jure successionis hæreditariæ, sed jure sanguinis, & ad illum qui ultimo defuncto sanguine junctus est, nulla habitâ consideratione hæreditariæ qualitatis deferantur, *trad. gl. c. scripsit verb. dignitatem. 27. q. 2. Bald. l Deo nobis. §. hoc etiam. num. 2. C. de Episc. & Cler. Bald. l. data opera. nu. 29. C. de his qui accus. pos. vel non. Bal. c. 1. in pr. nu. 6. & ibi Martin. Laudens. num. 8. Præpos. nu. 3. Matth. de Afflict. nu. 13. Alvarott. §. 1. nu. 2. de feud. March. Cæpoll. cautel. 95. Iacob de S. Georg. in tract. feudal. verb. Dux. versic. quid si Rex. n. 6. Curt. in tract feud. 2. part. 3. part. principal. n. 49. Præpos. c. 1. §. & quia vidimus. n. 50. de his qui feud. dar. poss. capit. decis. 31. n. 4. Dec. cons. 15. nu. 3. & 4. Dec. l. certum. n. 9. C. und. cognat. Ias. cons. 114. n. 2. lib. 1. Godzad. cons. 8. n. 3. cons. 26. n. 28. Roland. à Vall. cons. 3. num. 10. lib. 1. Tiraquell. in tractat. de utroque retract. part. 1. § 1. gloss. 9. numer. 29. Petrus de Anchoran. consil. 339. Andr. de Isern. cap. 1. numer. 22. de capitan. qui cur. vendit.*

108 Ideoq; ad Ducatuum † reliquorumq; bonorum habentium annexam regalem dignitatem successionem admittuntur illi, qui à primo acquirente descendunt, licet ipsi non sint hæredes ultimi defuncti secundum communem & receptam Dd. sententiam.

Namq; Doctores communiter tradunt, quod ad successionem Ducatuum reliquorumque bonorum habentium annexam regalem dignitatem, sive illa sint feudalia, sive allodialia, admittuntur omnes omninò illi, qui à primo acquirente originem trahunt, etiamsi illi, qui ultimo defuncto centesimo vel millesimo gradu sanguine juncti sint, *Baldus Martin. Laudens. Alvarott. & Præposit. cap. 1. de feud. March. Cæpoll cautel. cautel. 95. Dec. l. certum. numer. 9. C. und. legitim. Dec. consil. 95. colum. 2. in fin. Ias. consil. 14. lib. 1. Curt. jun. in tractat. feudal. 2. part. 3. part principal. numer. 49. Iacob. de S. Georg. in tractat. feudal. versicul. quid si Rex. numer. 6. Covarr. variar. resolution. lib. 3. cap. 5. versicul. quintò hic examinari poterit. Ioann. Dilect. in tractat. de art. testand. titul. 8. cautel. 2. numer. 1. Tiraquell. in tractatu de utroque retract. part. 1. §. 1. gloss. 9. numer. 25. Roland. à Vall. consil. 3. numer. 10. lib. 1. Oliver. text. in tractatu de success. ab intestat. numer. 91. versicul. dicatis etiam. Boër. consil. 19. numer. 17. Gulhelm. Monserat. in tractatu de success. Regn. quæstion. 1. numer. 39. Socin. jun. consil. 66. numer. 10. lib. 1. Iul. Clar. recept. sentent. lib. 4. §. feudum. quæst. 79. num. 3.*

Cum itaque hæreditas non deferatur iis, qui sunt ultra decimum gradum, *gloss. authent. in successione. & ibi Bartol. & Ioann. Fab. C. de suis & legit. gloss. final l. certum. & ibi Baldus & Dd. C. und. legitim. gloss. l. Iureconsultus. §. parentes. & ibi. Alberic. ff. de gradibus affinitat. gloss. l. vacantia. & ibi Angel. C. de bon. vacant. lib. 10. gloss. l. final. & ibi Ioann. Fab. & Dd. Institut. de success. cognat. gloss. §. hactenus. verb. longè. Institut. de gradibus cognator. gloss. §. si verò neque fratres. auth. de hæred. ab intestat. venientib. cum multis similibus allegatis per Tiraquell. in tractatu de utroque retract. part. 1. §. 1. gloss. 9. num. 23.*

Atque præallegati Dd. communiter concludant, quod etiam illi agnati, qui sunt ultra decimum gradum, & centesimo millesimo vel ulteriori gradu, ad successionem Ducatuum & Comitatuum sive illi sint feudales sive allodiales admittantur.

Sequitur illos Dd. communiter velle, quod etiam illi agnati qui non sunt hæredes ultimi defuncti, ad successionem Ducatuum vel Comitatuum admittantur.

Ex quo infertur, quod Serenissimus Rex Daniæ, atq; Dux J. junior, unà cum Duce A. ad successionẽ illius portionis Ducatus Schlesevicensis & Fimeriæ, quæ ad Ducem J. seniorem pertinuit, admitti debeant, etiamsi fides fieri posset, Regem Daniæ & Ducem J. juniorem, non esse hæredes Ducis J. senioris.

Decimo nonò, † successio in Ducatum, Comitatum, reliquaque bona habentia annexam regalem dignitatem, etiamsi illa bona non sint feudalia sed allodialia, regulatur secundum naturam successionis feudi, & quidem ex pacto & providentia, *Panormitan. c. dilecti. numer. 11. extr. de arbitr. Cardinal. Paris. consil. 72. num. 72. lib. 4.* 109

Et confirmatur, † tum quia sicut successio in feudum non defertur jure hæreditario, sed jure sanguinis, *Bald. cap. 1. colum 2. de eo qui sibi & suis hæredibus. Bald. l. 1. §. hoc quoque. colum. 4. de success. feud Bald. l qui se patris. colum. 7. C. und. liber. Bald. consil. 137. lib. 2. Calcan. consil. 178. numer. 4. & 17. Francisc. Aretin. consil. 14. colum. 10.* 110

 consil.

consil. 164. volum. 4. Coru. consil. 129. column. 15. lib. 2. consil. 169. column. 1. lib 3. Albert. Brun. consil. 15. colum. 5. Cardinal. Paris. cons. 23. num. 138. lib. 1. consil 65. num. 25. & 27. lib. 3. Laurent. Sylvan. cons. 68.

Ita quoq; & successio in Ducatum, Comitatum, reliquaq; bona, etiam allodialia habentia regalem dignitatem annexam, non defertur jure hęreditario sed jure sanguinis, prout hoc volunt omnes Dd. allegati in præcedenti ratione decidendi.

Tum quia sicut ad successionem feudi nulli admittuntur, nisi illi tantùm, qui à primo acquirente originem trahunt, *c. 1. §. & quia vidimus. de his qui feud. dar. poss. c. 1. §. fin. de succ. feud. c. 1. de benefic. fratr. c. 1. §. si duo de feud. March. c. 1. de success. fratr. & grad. succed. in feud. c. 1. de fratrib. de nov. benef. investit.*

Ita quoque ad successionem Ducatus, Comitatus, reliquorumq; bonorum habentium annexam regalem dignitatem, licet illa sint allodialia, non admittuntur, nisi illi tantùm qui à primo acquirente originem trahunt.

Sicut hoc volunt omnes Dd. allegati in præcedenti ratione decidendi.

Tum quia sicut ad successionem feudi admittuntur omnes omninò descendentes à primo acquirente in infinitum usque & ultra decimum gradum, *c. 1. in princip. & ibi Alvarott. Præposit. & Martin. Laudens. de natur. success. feud. gloss. Iacob. de Belvis. Nicol. de Neapol. Bald. Alvarott. Præposit. & Matth. de Afflict. cap. 1. de feud. March. Hostiens. in sum. tit. qualit. feud. constituat. vers. natura successionis feud. Iacob. de Ardiz. in sum. tit. de successione feudal. § & succedunt naturales. Odofred. in titul. qui pot. succed. in feud. in princip. Petrus de Cervot. cap. statu. de prohib. feud. alien. per Lothar. Francisc. Aretin. consil penult. Martin. Laudens. tue. consil. Albert. Brun. consil. 119. num. 8. Godzad. consil. 8. num. 4. consil. 26. num. 27. Ias. consil. 114. num. 2. lib. 1. Dec. l. certum. C. und. legitim. Deci. consil. 85. num. 5. Præposit. c. 1. §. hoc quoque. num. 2. de success. feudal. Iacob. de S. Georg. in tractat. feudal. verb. præsentes. num 6. Curt. in tractat. feudal. 2. part. 3. part. principal. num. 48. Ioann. Dilect. in tractat. de arr. testamdi. tit. 8. cautel. 2. num. 1. Covarr. variar. resolut. lib. 3. cap 5. num. 4. versic. quintò hic examinari potest. Zas. in tractat. feudal. part. 8. num. 34. Cardinal. Paris. consil. 3. num. 44. lib. 1. consil. 72. numer. 103. lib. 4. Roland. à Vall. consil. 3. numer. 7. & 8 lib. 1. Roland. Passager. in tract. de success. ab intestat. n. 22. Oliver. text. in tract. de success. ab intest. n. 91. limit. 4. versic. illam tamen decisionem investigatis. Iul. Clar. receptar sentent. lib. 4. §. feudum quæst. 79. num. 3.*

Et traditur in different. int. jus ci[illegible]. & Saxonic.

Ita quoq; ad successionem Ducatus, Comitatus, reliquorumq; bonorum etiam allodialium habentium annexam regalem dignitatem, omnes descendentes à primo acquirente in infinitum usque, etiam ultra decimum gradum admittuntur.

Sicut hoc tradunt omnes Doctores allegati suprà.

Tum quia sicut in iis casibus, in quibus fœmina ad successionem feudi admitti potest, illa non aliter ad successionem feudi admittitur, nisi in defectu masculorum, sive omnibus masculis deficientibus, *c. 7. §. quin etiam. Episcop. vel Abb. c. 1. §. filia de success. feud. Alexand. cons. 29. num 5. lib. 1. cons. 15. num. 11. lib. 5. Dec. cons. 193.*

Ita quoque etiam in iis casibus, in quibus fœminæ ad successionem Ducatuum, Comitatuum, reliquorumq; bonorum & allodialium, habentium annexam regalem dignitatem, admitti possunt, illæ ad successionem talium bonorum, non aliter admittuntur nisi in subsidium, & masculis deficientibus, *Bald. c. significavit. column. 1. ext de rescript. Panormitan. c. dilecti numer. 11. extr. de arbitr. Ioann. de Imol. c. grandi. & ibi Gemin. & Dd. de sup. neglig. Prælator. lib. 6. Mart. Laudens. in tractat. de primogen. column. 5. versic. quæro nunquid. fœmina. Ioann. Baptist. Vincent. inter cons. feud. varior. consil. 1. n. 60.*

Tum quia sicut feuda æquiparantur fideicommissis & rebus restitutioni sub jectis, sicut hoc suprà docui.

Ita quoque & Ducatus, Comitatus, reliquaq; bona etiam allodialia habentia annexam regalem dignitatem, æquiparantur fideicommissis & rebus restitutioni subjectis, *Guilhelm. de Mont. Ferrat. in tractat. de success. Reg. quæst. 1. num. 27.*

Legibus quoque cautum est, quod dispositum de uno ex æquiparatis, etiam in alio locum habeat, *gloss. final. l si quis servo, & ibi Bart. & Dd. C. de furt. cum similibus vulgatibus.*

Sed ad successionem feudi admittitur etiam ille, qui ultimi defuncti hæres non est.

Igitur etiam ex hoc cap. sequitur, quod ad successionem Ducatuum, Comitatuum, reliquorumq; bonorũ habentium annexã regalem dignitatẽ, licet illa sint allodialia, admitti

admitti debeant etiam illi, qui ultimi defuncti hæredes non sunt.

Rursus ex hoc infertur, quod absq; omni dubio serenissimus Rex Daniæ F. Secundus,& Dux J. junior,unà cum Duce A. ad successionem illius portionis Ducatus Schlesevicensis & Fimeriæ,quæ ad Ducem J. seniorem pertinuit,admitti debeant,etiamsi probari posset, & serenissimum Regem Daniæ, & Ducem J. juniorem, non esse hæredes Ducis J. senioris.

Deinde quoq; clari juris est, quod duplex vinculum fortius liget, quàm unum, *auth. cessante. & auth. post fratres. C. de legit. hæred. auth. itaq. C. commu. de succeß. Auth. ut fratrum filii. in princ. c. 1. extr. de treug. & pac.*

Sed in casu præsenti non tantùm unum vinculum, sive una qualitas, sed plura vincula sive qualitates subsunt & suadent ad successionem Ducatus Schlesevicensis & Fimeriæ,&Serenissimus Rex Daniæ&Dux J. junior, unà cum Duce A. admitti debeant,etiamsi probari posset,quod & Serenissimus Rex Daniæ & Dux J. junior, Ducis J. senioris, hæredes non sint.

Tum quia Ducatus Schlesevicensis & Fimeria est Ducatus, & habet annexam regalem dignitatem.

Tum quia Ducatus Schlesevicensis & Fimeria est feudum, & quidem rectum, verum, proprium, antiquum, antiquissimum, à majoribus acquisitum.

Tum quia & Ducatus Schlesevicensis & Fimeria sunt res restitutioni subjectæ, atq; fideicommisso æquiparantur.

Et certum est, quod ad successionem rerum restitutioni subjectarum,etiam illi, qui non sunt hæredes ultimi defuncti, admittantur.

Igitur sequitur, quod & Serenissimus Rex Daniæ & Dux J. junior, à successione illius portionis Ducatus Schlesevicensis & Fimeriæ, quæ ad Ducem J. seniorem pertinuit, nullo modo excludi vel removeri posse, etiamsi fides fieri posset, Regem Daniæ & Ducem J. juniorem, non esse hæredes Ducis J. senioris

111 Vigesimò,clari † & indubitati juris nec non & à Dd. communiter traditum est, quod liber feudorum sit authenticus, quodq; contenta in libro feudorum sint jura & communia,& generalia & imperialia, & civilia, & perinde ut reliqua jura, communia, civilia, & omnes omninò ligent, & pro decisionibus causarum allegari possint, nec non & secundum illas caussæ feudales decidi debeant, *Odofr. Andr. de Isern. Bald. Alvarott. Martin. Laudens. Præpos. & Ias. in prælud. feud. Ioh. And. & Dd. c. ex parte. ext. de rescript. Ioh. And. & Dd. c. final. ext. de feud. Iacob de Belvis. c. 1. circa fin. qui feud. dar. poß. Iacob de Raven. & Alberic. de Rosat. l. de quibus. ff. de ll. Bald. c. 1. de feud. cogn. Alber. de Rosat. in suo repert. verb. feud. colum. 4. Zas. in tractat. feud. in præfat. num. 3. Marant. in suo specul. part. 3. num 84. Iul. Clar. recept. sentent. lib. 4. §. feudum. quæstiou. 3. Ioan. Gallic. int. cons. feud. variot. cons. 2. num. 49. Cephal. cons. 313. num. 272 lib. 3. Ioan. Rayn. repet. c. Imperialem. in rub. quæst. fin. de prohib. feud. alien. per Frid. Curt. jun. in tractat. feud. part. 1. quæst. 1. Laur. Sylv. in tractat. de feud. recog. quæst. 1. Claud. de Seysel. in suo specul. feud. rubr. de origin. & caus. lib. feud. quæst. 3. Francis. Viv. in tractat. commun. opin. sub lit. F. verb. feudorum liber.*

Eamq; sententiam communiter receptam esse, attestatur *Alber. de Rosat. Alvarott. Præpos. Zas. Marant. Ias. Iul. Clar. Ioan. Raynand. Curt. jun. Laur. Sylv. Claud. de Seysel. & Franc. Viv. in locis modò citatis.*

Eamque in praxi servari, affirmat *Alberic. de Rosat. & Iul. Clar. in locis modò citatis.*

Et contenta in libro feudorum † obtinent vim & vigorem legis, sive juris communis & generalis, non tantùm in foro civili, sed etiam in foro Ecclesiastico, *Zas. in tract. feud. in præf. num. 3. Curt. jun. in tractat. feud. part. 1. quæst. 2. num. 1.* 112

Nec non & in foro † conscientiæ, *Bald. & Præpos. in prælud. feud. Claud. de Seysel. in tract. feud. rub. de orig. & caus. lib. 6. feud. quæst. 3. princ. vers. Quinimò subjicit Baldus hic. Curt. jun. in tract. feud. part. 1. quæst. 2. num. 1.* 113

Igitur sequitur, cum sive controversia præsens sit feudalis, & in casu præsenti agatur de successione in feudum, quod hæc controversia absq; omni dubio debeat decidi secundum disposita in libro feudorum sive secundum consuetudines feudales receptas & approbatas.

Vigesimo primò, clari & indubitati juris est, nec non & à Dd. communiter traditum, quod in feudis habeat locum jus repræsentationis, quodq; filius fratris prædefuncti, & in locum patris sui ingrediatur, & unà cum patruo suo ad successionem feudi admittatur & quidem indistinctè, sive agatur de successione ascendentis, sive de successione patrui, *c. 1. §. hîc verò. & ibi Andr. de Isern. Bald. Martin. Laudens. Alvarot. & Præpos. de succeß. fratr. & grad. succed.*

succed. in feud. n. 1. in princip. & ibi Bald. & Alvarott. de successſ. feud. c. 1. & ibi gloß. verb. solus. Bald. Alvarott. & Dd. de natur. succeß. feud. c. 1. §. si Capitanei. de feud. Marth. Alberic de Rosat. auth. cessante. in fin. C. de legitim. hæred. Anton. de Butr. consil. 47. Raph. Fulgos. auth. post fratres. & ibi Corn. circa fin. C. de legitim. hæred. Panormit. cons. 86. column. pen. lib. 1. Ioan. Fab. §. cum filius. column. 1. & ibi Angel. volum. 2. Institut. de hæred. quæ ab intest. defer. Bald. consil. 185. consil. 195. lib. 3. Alexand. l. Gallus. §. quidnam recte. column. pen ff de liber. & posth. Alex. cons 129. circa fin. lib. 5. Corn. cons. 24. n. 31. cons. 131. lib. 2. Fran. Aret. cons. 164. colum 1. Soc. cons. 252. n. 1, 11. 17. & 19. lib. 2. Ias. l. si aviæ column. 2. C. de succeß. edict. Ias. l. si duo. in fin. princip. ff. de jurejur. Ias. l. u potest. colum. 6. & seq. ff. de acquir. hæred. Fulgos. consil. 8. in fin. Anton. Rub. consil. 85. column. 1. Albert. Brun. consil 70. col. 1. Curt. junior. in tractatu feudal. 2. part. 3. part. princip. numer. 60. Cardinal. Paris. consil 2. numer. 44. consil. 3. numer. 45. consil. 5. numer. 31. consil. 10 numer. 4. lib. 1. Z s. in tractatu feudal. part. 8. nu. 17. Tiraquell. in tractat. de jur. primog. quæst. 40. nu. 20. & q. 41. n. 3. Ant. Gabr. Roman. in tractat. regular. lib. 4. titul.
113 *de succeß. ab intestat. conclus. 1. numer. 7. Boër. consil. 2. & consil. 22. Mynsinger. observat. 94. cent. 3. Practic. Papiens. in form. libell. qua agitur ad revocationem feudi. verb. nec superstitibus. nu. 13. Ruin. cons. 171. nu. 17. lib. 2. Dec. cons 443. n. 7. Rol. à. Val. cons. 68. n. 29. & nu.*
114 *43. lib. 1. Tiber. Dec. cons. 7. n. 82. lib. 1. cons. 9. nu. 9. lib. 2. cons. 55. num. 50. lib. 3.*

Et hæc sententia confirmatur, namq; etiam in successione bonorum allodialium filius locum patris sui ingreditur & patrem suum repræsentat, atq; unà cum patruo suo ad successionem admittitur, non tantùm quando agitur de successione ascendentium, *§. cum filius. Institut. de hæred. quæ ab intest. defer. §. si quis igitur descendentium. auth. de hæred. ab intestat. venient. l. 2. ff de su. & legit. hæredib. l. si defunctus. C. eod. tit. l. posthumo. ff. de injust. rupt. & irrit. fact. testament. Dec. cons. 158.*

Sed etiam quando agitur de successione patrui, *§ si igitur. versicul. si autem defuncto auth. de hæred. ab intestat. venient. authen. ut fratrum filii in princ. authen. cessante. & auth. post fratres. C de legit. hæredib. Anton. Gabriel. Roman. in tractat. regular. lib. 4. titul. de succeß. ab intest. conclus. 1.*

115 Et prædicta conclusio, † quod videlicet in successione feudali filius ingrediatur in locum patris & unà cum patruo superstite ad successionem feudi à patruo defuncto relicti admittatur, procedit non tantùm secundum dispositionem juris civilis, sed etiam secundum dispositionem juris Saxonici.

Cum tamen illud penitus indubitatum est, quod in feudo antiquo succedatur ex dispositione, pacto & providentia primi acquirentis, *cap. 1. §. si Capitanei. de feud. March. Socin. consil. 84. numer. 14. & 20. lib. 4. Tiber. Dec. consil. 16. num. 51. lib. 1. Albert. Brun. consil. 18. num. 14. & 15. Cardinal. Paris. consil. 23. num. 135. lib. 1. consil. 65. num. 24. & 27. lib. 3. Bald. c. 1. §. & quia vidimus. num. 4. argument. ill. text. verb. in beneficio quod eorum patris fuit, succedat. & ibi Alvarot. nu. 16. Præposit. nu. 54. Matth. de Afflict. num. 15. de his qui feud. dar. poss. Alexand. consil. 29. nu. 3. consil. 44. num. 3. lib. 1. Matth. de Afflict. c. 1. §. fin. de success. feud. Curt. jun. in tractat. feud. part. 2. 2. part. princip. num. 74. Zas. in tractat. feud. 8. part. num. 32. Ronchegal. l. eandem. in princ. nu. 134. versic. verum. ff. de duob. reis.*

In feudis similiter fratrem ex latere paterno tantum una cum fratre utrinque conjuncto ad successionem admittendum.

144 Trigesimo sextò, † in jure accrescendi frater utrinque conjunctus non excludit fratrem agnatum sive ex latere patris tantum eo præsertim casu, quando consideratur sola agnatio sive linea paterna, *Bart. l. re conjuncti. n. 62. vers. 3. quæro juxta hoc. ff. de legat. 3. Mandell. consil. 81. nu. 12. Covarru. pract. quæst. c. 38. nu. 1.*

Sed ad feudum antiquum absque liberis masculis mortuo possessore, agnati illius admittuntur per jus accrescendi, *Bald. auth. si quas ruinas. C. de SS. Eccles. Bald. l. 1. num. 32. C. quand. non pet. part. Bald. l. 1. num. 3. C. de de cadu. tollend. Alexand. consil. 30. num. 7. lib. 1. Socin. consil. 66. num. 12. lib. 3. Dec. cons. 33. Card. Paris. cons. 6. & cons. 13. nu. 7. lib. 1. & cons. 13. nu. 57. lib. 2. Curt. in tractat. feudal. 2. part. 2. part. princip. num. 74. arg. c. 1. §. tum vero. Corradus, de his qui feud. dat. poss. c. 1. §. si Capitanei. de feud. Marth. c. 1. de gradib. succed. in feud. 1. 1. de natu. success. feud.*

Et in feudis antiquis habetur consideratio solius agnationis, & ad illius successionem soli agnati exclusis cognatis admittuntur.

Cum itaque Ducatus Schlesvicensis & Fimeria sit feudum rectum, proprium, verum, antiquum, antiquissimum, & ex pacto & providentia.

Atque in isto feudo perinde ut in aliis feudis habeatur ratio solius agnationis, & ad istud soli agnati exclusis cognatis admittantur.

Sequitur, quod per mortem Ducis J. senioris, absque liberis & Ducatus Schlesvicensis & Fimeria jure accrescendi simul acquisita sint, & Serenissimo Regi Daniæ & Duci J. juniori, nec non & Duci A. nec Serenissimo Regi Daniæ & Duci J. juniori quicquam refragari, quod Serenissimus Rex Daniæ & Dux J. junior, sint filii fratris ex latere paterno tantum, Dux verò A. sit frater utrinque conjunctus.

Trigesimo septimò, † pro hac sententia confirmanda facit, namque etiam in successione emphyteusis Ecclesiasticæ acquisitæ, tantum pro masculis sive pro agnatis, frater utrinque conjunctis fratri ex latere patris tantum non præfertur, sed omnes simul admittuntur, *Curt. jun. cons. 78. Mandell cons. 81. num. 28.* 145

Et certum est, † quod bonum sit argumentum ab Emphyteusi ad feudum, præsertim in nostro & similibus casibus, in quibus inter utrumque ratio diversitatis reddi vel assignari nequit, *Nicolaus Everhardus, in sua topic. in loc. ab Emphyteus. ad feud.* 146

Trigesimo octavò, † multi Dd. concludunt, quod in successione feudi ex pacto & providentia proximitas sit inspicienda, non respectu ultimi defuncti, sed respectu primi acquirentis, *Angel. consil. 110. Calderin. consil. 13. tit. de feud. Cardinal. consil. 124. Anton. Rub. consil. 55. circ. fin. Tiraquell. in tractat. de utroq. retract. part. 1. §. 11. glos. 1. num. 19. Covarru. practic. quæst. c. 38. And. Gayl. practic. observat. lib. 2. observat. 154. nu. 2.* 147

Et confirmatur per id, † quod multi Dd. concludunt, quod in fideicommissis debeat inspici proximitas, non respectu gravati sive ultimi defuncti, sed respectu testatoris sive illius, ex cujus dispositione fideicommissum originem traxit, *Ias. consil. 215. libr. 2. consil. 159. lib. 4. Dec. consil. 1. num. 4. consil. 546. column. final. Crot. repet. l. filiusfamilias. §. divi. fol. penult. versicul. quartò quæritur. & ibi Ferdinand. Loaces. numer. 545. Rip. num. 31. ff. de legat. 1.* 148

Rip. l. Lucius. column. fin. ff. de vulgar. & pupillar. Rip. l. ex facto. in princip. numer. 6. ff. ad Senatusconsult. Trebellian. Ruin. consil. 142. numer. 16. Anton. Rub. cons. 38 col. fin. cons. 126. Anton. Rub. l. Gallus. §. quidam rectè. columu. 30. ff. de liber. & posthum. Iohan. Dilect. in tractat. de art. testand. titul. de substitut. cautel. 21. num. 3. Natt. consil. 675. numer. 24. Alciat. l. cum ita. §. in fideicommisso. numer. 7. ff. de legat. 2. Alciat. consil. 102. numer. 7. & 8. Covarru. practicar. quæst. cap. 39. Hieron. Gabriel. consil. 86. numer. 11. 14. & 17. consil. 107. numer. 2. 7. & 8. consil. 121. num. 9. Tiber. Decian. consil. 21. num. 1. lib. 2. Rol. à Vall. consil. 70. num. 78. lib. 3. Cephal. consil. 493. num. 13. Francisc. Bursat. consil. 1. num. 23. lib. 1. consil. 147. nu. 12. lib. 2. Francisc. Mantic. in tractat. de conjectur. ultimar. voluntat. lib. 8. tit. 12. num. 31. Tiraquell. in tractat. de utroq; retract. part. 1. §. 11. glos. 1. num. 20. Menoch. cons. 134. lib. 2. facit id, quod trad. Bursat. cons. 61. nu. 18. & 19. lib. 1.

149 Licet quoad hoc ultimum † contrarium teneat, *Francisc. Marza. cons. 1. Francisc. Marzar. cons. 1. Franc. Marzar. in tractat. de fideicommiss. quæst. 35. Francisc. Bursat. cons. 170. n. 23. & multi alii relati per Tiraquell. in tract. de utroq; retract. part. 1. §. 11 glos. 1 n. 20. Soc. jun. cons. 126. lib. 1. Covarru. practicar. quæst. c. 37. Sim. de Pret. in tract. de interpret. ultim. voluntat.*

Sed Ducatus Schlesevicensis & Fimeria est feudum rectum, verum, proprium antiquum, antiquissimum ex pacto & providentia, sicut hoc suprà comprobavi.

Igitur sequitur, quod in successione Ducatus Schlesevicensis & Fimeriæ sit inspicienda proximitas respectu primi acquirentis, nempe C. Primi, Regis Daniæ.

Et licet C. Primus, sit proavus Serenissimi Regis Daniæ & Ducis J. junioris; & sit avus Ducis A.

Attamen dubio omni caret, quod inspecto jure repræsentationis, quod absque omni dubio respectu ascendentium locum habet, Serenissimus Rex Daniæ & Dux J. junior, primo acquirenti nempe Regi C. Primo, æquè proximi sint, sicut est Dux A.

Deinde quoque certi & indubitati juris est, quod eo casu, quando agitur de successione ascendentis, vel etiam de successione collateralis, ex dispositione ascendentis descendente, non habeatur in consideratione duplex vinculum, sed illi, qui sunt ex uno latere conjuncti, cum conjunctis ex utroque latere ad successionem admittantur, & quidem indistinctè.

Prout hoc volunt & tenent omnes Dd. allegati in præcedentibus rationibus dubitandi, & facientes mentionem in substitutione vulgari, pupillari & fideicommissaria.

Rursus etiam ex hoc infertur, quod Serenissimus Rex Daniæ & Dux J. junior, unà cum Duce A. ad successionem illius portionis Ducatus Schlesevicensis & Fimeriæ, quæ antea ad Ducem J. seniorem pertinuit, admitti debeant, quodque Serenissimo Regi Daniæ & Duci J. juniori nihil refragetur, quod ipsi sint filii fratris ex latere patris tantum, Dux verò A. sit frater utrinque conjunctus.

Trigesimo nonò, † quandò num adæ- 150
quatur alteri, omnis virtus, omnisque qualitas & natura rei ad quam fit adæquatio, imbuitur ei cui adæquatur, *Bartol. Socin. & Dd. l. 4. & ibi Iohan. Crot. in repetit. num. 8. Iacob. de Nigr. num. 17. argument. ill. text. ff. de legat. 1. Bald. consil. 355. num. 6. lib. 1. fac. text. l. 1. §. 1. ff. si quid in fraud. Patron. l. illud. ff. de donat. caus. mort. l. 1. in princip. C. de rei uxor. action.*

Similiter quoque & quando unum assimilatur, altera illa assimilatio intelligitur esse facta cum omnibus suis qualitatibus, *Paul. Castrens. l. 1. nu. 4. C. de bon. quæ liber.*

Dispositum quoque de uno ex æquiparatis etiam in alio locum habet & ad aliud extenditur, *glos. final. l. si quis servo. & ibi Bart. Bald. & Dd. C. de furt. glos. final. c. si postquam. de election. lib. 6. glos. c. de multo. verb. in eadem Ecclesia & ibi Abb. extr. de præbend. Ias. auth. quas actiones. colum. 5. versic. tertio pro opinione Placentini, & column. 7. versicula secundò principaliter limita. Ias. l. si arrogator. colum. penult. versic. Sed redeundo ad principalem quæstionem. ff. de adopt. Ias. l. transigere. colum. 5. vers. 2. moveor. C. de transact. Ias. l. 1. colum. 5. & colum 7. ff. de legat. 1. Ias. §. ex maleficiis. colum. 8. n. 39. Institut. de action. Roch. Curt. repet. c. final. chart. 34. colum. 2. versicul. tertio limitatur in parva impressione extr. de consuetud. Dec. c. causam quæ. colum. 3. versicul. Sed respondetur. extr. de judic. Dec. c. secundò requiris. col. final. extr. de appellat. Cravet. in tractat. de antiquitat. tempor. part. 4. §. transeo. nunc ad quartam. nu 98.*

Sed ex iis, quæ mihi transmissa sunt, clarè liquet atque patet, quod Ducatus Schlesevicensis unà cum Fimeria ad Ducatum Holsatiensem, tam quoad successionem, quàm quoad divisionem, nec non

& quo-

& quoad privilegia & reliqua semper & adæquatus & exæquatus & assimilatus & æquiparatus fuerit.

Et certum est, nec non & Consiliarii Ducis A. illud fatentur, quòd Ducatus Holsatiensis, ejus naturæ atque qualitatis sit, quòd ad illius successionem frater consanguineus sive ex latere patris tantùm nec non & filii illius unà cum fratre utrinque conjuncto admitti debeant.

Igitur sequitur, etiam per hoc satis superque probari, & Ducatum Schlesevicensem una cum Fimeria illius naturæ & qualitatis esse, quòd ad illius successionem unà cum fratre utrinque conjuncto etiam frater ex latere patris tantùm nec non & filii illius admitti debeant.

151 Quadragesimo, tunc eademq; determinatio respiciens duo plura vè determinabilia, illa uno eodemque modo determinare debet, *l. jam hoc jure. & ibi Dd. ff. de vulgar. & pupillar. l. si legatarius. §. final. & ibi Bart. ff. de legat. 3. l. quamvis. & l. hæreditatem. C. de impub. & al. substit. l. in testamento. C. de testam. milit. l. final. & ibi Bart. C. de sentent. & interl. omn. judic. Rip. l. miles. §. 10. num. 6. ff. de re judicat. Rimmald. consi. 423. num. 12. Francisc. Bursat. consil. 12. num. 27. lib. 1.*

Et quando duo vocabula veniunt ad determinationem ejusdem verbi, illa sic debent intelligi, ut uniformiter operentur, *Bartol. l. final. C. de sentent. & interl. omn judic. Ias. l. jam hoc jure. num. 10. ff. de vulgar. & pupillar.*

Et prædicta locum habent etiam in privilegiis & statutis, *Angel. cons. 143. circ. fin. Ias. d. l. jam hoc jure. num. 10. Grat. consil. 43. num. 16. consil. 60. circ. fin. cons. 70. lib. 1. Bursat. cons. 12. num. 27. lib. 1.*

Sed in privilegio Regis Daniæ C. Primi, qui ex hac familia fuit & primus Rex Daniæ & Dux Schlesevicensis atque Holsatiæ sub dato Styen / Mittboch nach Invocavit, Annò 1460. reperitur sequens clausula:

Daß der Herr / der denn gekoren wird / soll seine Lehen ersuchen vnd entpfahen von seinem Lehenherren / daß sie ab zu Lehen gehen / vnd thun als sichs zu Rechte gehöret.

Illamque clausulam respicere utrumque Ducatum nempe Schlesevicensem unà cum Fimeria, ac Holsatiam, dubio omni caret.

Et cùm in illa clausula expressè cautum sit, quòd Dux Schlesevicensis & Holsatiæ unumquemque Ducatum à suo Domino in feudum recognoscere, atque eveniente casu investituram petere, accipere omniaque illa facere debeat, ad quæ vasallus de jure tenetur.

Ex prædicta maxima sequitur, quòd uterque Ducatus, cum iisdem pactis, conditionibus, qualitatibus, eademque natura in feudum teneri, recognosci, ejusque investitura peti, nec non & Dux Holsatiæ & Schlesevicensis ratione uniuscujusq; ad eadem obligatus esse debeat.

Cùm itaque dubio omni careat, quòd Ducatus Holsatiensis illius naturæ, conditionis & qualitatis sit, atque ea lege, conditione, & qualitate; ab Imperatore Romano recognoscatur in feudum, quòd in eo Ducatu tàm quoad successionem, quàm quoad alia jus commune feudorum locum habeat, quodque ad illius successionem unà cum fratre utrinque conjuncto, frater ex latere patris tantùm & illo non extante ejus filii admitti debeant.

Rursus ex hoc infertur, istà constitutione sive privilegio cautum esse, quòd similiter & Ducatus Schlesevicensis illius naturæ, conditionis & qualitatis sit, atque eà lege, conditione & qualitate à Rege Daniæ in feudum recognosci debeat, quòd in isto Ducatu tàm quoad successionem quàm quoad omnia alia jus commune feudorum locum habere, & ad illius successionem unà cum fratre utrinque conjuncto, frater ex latere patris tantùm, illoque priùs defuncto filii illius admitti debeant.

Er cùm in illa constitutione sive privilegio reperiatur illa clausula: Als sich von Rechte gehöret.

Illaque clausula respiciat tàm Ducatum Schlesevicensem una cum Fimeria quàm Ducatum Holsatiensem.

Sequitur in isto privilegio hoc cautum esse, quòd urerque Ducatus eodem jure censeri, eidemque juris determinationi subjectus esse debeat.

Cùm itaque Ducatus Schlesevicensis tam quoad successionem quàm ad alia sit subjectus juris communis feudalis dispositioni.

Etiam ex hoc sequitur, isto privilegio & constitutione actum esse, quòd similiter & Ducatus Schlesevicensis tàm quoad successionem quàm quoad omnia alia juris communis feudalis regulis subjacere debeant.

152 Quadragesimo primò, † expressi & indubitati juris est, quòd nulla lex, statutum vel constitutio extra verba illius extendi, vel ad id trahi debeat, quod verbis expressum non est, *l. quod constitutum. & ibi Bartol. ff. de testament. milit.*

Quodque & verbis legis, statuti & constitutionis debeamus esse contenti, *Bald. consil. 228. lib. 3.*

Et id, quod lex, statutum, vel constitutio non dicit, nec nos dicere debeamus, *l. si servum. §. non dixit Prætor. ff. de acquirend. hæreditat. Bald. l. omnes populi. circ. fin. ff. de justit. & jur. Bald. l. 1. colum. penult. C. de hæredib. institut. Bald. c. inter corporalia. circ. med. de translat. Prælator. Bald. consf. 99. colum. 1. lib. 4.*

Deinde quoque & à quo removentur verba legis, statuti vel constitutionis, ab eo removetur ejus dispositio, *Bald. consf. 408. colum. 1. lib. c.*

Et non possumus interpretari, constitutionem, statutum vel legem id disponere, quod non loquitur, *Bald. consf. 447. colu. 3. lib. 5.*

Verbis quoque statuti, legis & constitutionis servire debemus sine extranea interpretatione, *Bald. consf. 134. colum. 2. lib. 4.*

Et verbis legis, statuti vel constitutionis inhærendum est, & quidem tenaciter, nec nobis permittitur leges, statuta vel constitutiones aliter interpretari, quàm loquuntur, *Bald. c. significante. colum. 2. versf. sed quid si statutum extr. de appellat.*

Vel illis quicquam addere aut detrahere, *Bald. c. 1. in fin. de alien. feud. Bald. l. maximum vitium. colum. penult. C. de liber. præter.*

Huc accedit, quod tradit *Bald. l. cum ancillis. colum. 2. versic. sed pone quod statuto. C. de incest. nupt.* ubi ipse inquit: *Quòd non possumus recedere à verbis & determinatione statuti, quodq́; ubi statutum non determinat, nec ego determino, quia servandum est prout jacet, item quod non attendatur ratio statuti, sed casus formaliter positus.*

His adde, quòd statuta tantùm disponant quantum loquantur, & nihil præterea, *Bald. l. testamentum in fin. C. de testamentis.*

Præterea quoque ll. expressè cautum est, quod cessantibus verbis legis, statuti vel constitutionis, & ipsa quoque lex, statutum vel constitutio cesset, *l. ita autem in princip. ff. de administrat. tutor. l. 4. §. toties. & ibi Bartol. ff. de damn. infect. cum multis simillib. allegatis per Tiraquell. rep. l. si unquam. verb. libertis. num. 2. C. de revocand. donation.*

Quodque præsumendum sit, eum qui legem, statutum vel constitutionem condidit, id noluisse quod verbis non expressit, *c. inter corporalia. & ibi Bald. extr. de translat. Prælator. c. ad audientiam extr. de decimis. Bald. c. final. colum. 1. extr. de eo. qui mitt. in poss. rei ser. causs. Bald. consf. 434. column. 2. lib. 5. cum multis similibus. allegat. per Tiraquell. repet. l. si unquam verb. libertis. num. 3. & 4. C. de revocand. donat.*

Et ubi cessant verba statuti vel constitutionis, sive ubi statutum vel constitutio non loquitur, jus commune servandum & sequendum est, *Bald. consf. 95. circ. fin. lib. 5. Tiraquell. repet l. si unquam verb. libertis. nu. 4. circ. fin. C. de revocand. donation. fac. text. l. præcipimus. §. fin. C. de appellat. l. sancimus. C. de testament.*

Sed licet à Consiliariis Ducis A. prætendatur, quòd constitutionibus Regni Daniæ & præsertim Regis W. cautum sit, quòd frater utrinque conjunctus fratrem ex uno latere tantùm excludat, quodque jus repræsentationis locum habere non debeat.

Attamen illud certum & indubitatum est, quòd constitutio Regni Daniæ tantùm loquatur de bonis allodialibus, nec ullam faciat mentionem de bonis feudalibus.

Similiter quoque illa constitutio non loquitur in iis terminis, quando agitur de successione Ducatuum.

Eodem modo illa constitutio Regni non loquitur in iis terminis, quando agitur de successione ascendentium vel descendentium; sed tantùm loquitur in iis terminis, quando agitur de successione collaterali sive transversalium.

Deinde quoque illa constitutio Regni Daniæ loquitur tantùm de successione ab intestato, nec ullam facit mentionem de fideicommissaria vel ei æquipollenti, vel de tali successione, quæ ex pacto & providentia Majorum descendit, nec etiam de rebus restitutioni subjectis.

Sed quoad hæc omnia cessant verba istius constitutionis Regni.

Igitur sequitur, quòd constitutio Regni nullo modo extendi possit ad successionem bonorum feudalium, item ad successionem Ducatuum, item ad successionem ascendentium vel descendentium, item ad successionem fideicommissariam vel ei æquipollentem, item ad successionem provenientem vel descendentem ex

pacto

pacto & providentia Majorum, item ad res restitutioni subjectas.

Rursus ex hoc infertur, quòd in istis casibus jus commune servandum sit.

Præterea quoque certum & indubitatum est, quòd Provincia Schlesevicensis & Fimeria sit Ducatus, & feudum verum, rectum, proprium, antiquum, antiquissimum, ex pacto & providentia.

Similiter quoque certum est, quòd in feudis quis dicatur succedere non ultimo defuncto, sed primo acquirenti, & sic quòd descendens à primo acquirente semper dicatur ascendenti, non autem collaterali vel transversali succedere, sicut hoc suprà comprobavi.

Eodem quoque modo certum est, quòd & feuda & Ducatus sint res restitutioni subjectæ & æquiparentur fideicommissis, quodque successio feudalis deferatur ex pacto & providentia primi acquirentis.

Igitur sequitur, quòd verba constitutionis Regni Daniæ non comprehendant casum præsentem, in quo agitur de successione Ducatus Schlesevicensis & Fimeriæ, sed quòd quoad hunc casum cessent verba constitutionis Regni Daniæ.

Rursus ex hoc infertur, quòd constitutio Regni Daniæ ad hunc casum minimè extendi possit, sed quòd in casu præsenti deficiente constitutione Regni, jus commune servandum & sequendum sit.

153 Quadragesimo secundò, † clari & indubitati juris est, quòd omnia statuta, omnesque constitutiones sint stricti juris, strictè intelligendæ, & quantum fieri potest, restringendæ, *Bartol. l. constitutionibus. argument. illius text. ff. ad municipal. Bald. l. contractus in princip. C. de fid. instrumentor. Bald. c. 1. in fin. de feud. cognit. Dyn. & Bartol. l. Cæsar. ff. de Publican. Alexand. cons. 40. lib. 2. Dec. c. causam quæ. nu. 5. extra de rescript.*

154 Et hoc generaliter quidem verum est, † potissimùm autem procedit in illis statutis & constitutionibus, quæ sunt vel juris communis correctoriæ, sive juri communi contrariæ, vel à jure communi exorbitantes.

Namque & talia statuta & constitutiones multò magis debent intelligi & strictè, *l. quod verò. ff. de ll. c. quæ à jure. & ibi Dyn. Ioan. Andr. & Dd. de reg. jur. lib. 6.*

Et strictissimè, *Roland. à Vall. cons. 55. numer. 13. lib. 1.*

Ideoque alibi traditum est, quòd statutum, juri communi contrarium, sit præcisè fori, & ad unguem & contextum observandum, *Bald. authent. hodiè. C. de judic. Curtius. consil. 35. colum. 7. Roland. à Vall. cons. 55. num. 13. lib. 1.*

Hûc accedit, quòd & omne illud, quod à jure communi recedit, sit & stricti juris, *Bart. l. Cæsar. colum. 8. versic. quæro. ff. de Publican. Bald. l. non sino. C. de bon. quæ liber. Alberic. de Rosat. in prima parte statutor. quæstion. 2. versic. item quæro an statuta.*

Et odiosum, *Abb. c. olim extr. de verbor. significat. Abb. c. cùm dilectus extr. de consuet. Abb. c. 1. & 2. extr. de filijs presbyter. Abb. consil. 1. colum. 2. lib. 1. Corn. cons. 89. colum. 3. lib. 3. cons. 27. colum. 4. lib. 4. Tiraquell. in tractat. de utroq. retract. part. 1. in præfat. num. 62.*

Quodque omnia odiosa, sint & stricti juris, *Iacob. de Aren. & Bald. l. non possunt. ff. de ll.*

Igitur etiam ex hoc sequitur, quòd prædicta constitutio Regni Daniæ sit stricti juris, strictè intelligenda, & quantum fieri potest, restringenda.

Rursus ex hoc infertur, cùm constitutio Regni Daniæ ejusque verba non includant casum præsentem, sicut hoc in præcedenti ratione decidendi docui.

Illam constitutionem etiam propter hanc caussam ad casum præsentem minimè porrigi vel extendi posse.

Et hoc potissimùm eam ob caussam, Quia illa constitutio quoad hoc, quòd jus repræsentationis removet, est juri communi contraria.

Quadragesimo tertiò, † clari & indubitati juris est, quòd omnia statuta, omnesque constitutiones à jure communi passivam interpretationem recipiant, atque secundum jus commune intelligi, declarari, limitari & restringi debeant, *l. 1. §. 1. & ibi Bart. & Alexand. ff. ad leg. Falcid. l. 2. & ibi Salycet. & Dd. C. de noxal. action. c. ad audientiam. & ibi Panormit. extr. de Cler. non residentib. c. cùm dilectus. & ibi Ioban. Andr. & Panormitan. extr. eod. titul. Innocent. Hostiens. Compost. Iohan. Andr. & Panormitan. c. caussam quæ, extr. de rescript. Bartol. l. omnes populi. 2. & 3. quæst. 6. quæst. prin. ff. de just. & jur. Bald. l. terminato in fin. C. de fruct. & lit. expens. Bald. l. Gallus. §. quid si is. ff. de liber. & posthum. Bald. cons. 58. colum. fin. lib. 2. Alexan. cons. 50. colum. fin. lib. 1. & cons. 217. lib. 2. Corn. cons. 1. colum. fin. lib. 2.* 155

Etiamsi necesse sit, verba ad significationem impropriam detorquere, *Anton. de Butr. Imol. & Dd. c. cùm dilectus. arg. illius text. extr. de consuetud. Tiraquell. in tractat. de utroq. retract. part. 1. §. 9. gloss. 2. num. 55.*

Et hoc

Et hoc usque adeò verum est, ut locum
155 habeat, † etiamsi tale statutum vel constitutio sit correctoria juris communis, vel juri communi contraria, Namque nihilominùs tale statutum talisque constitutio secundum jus commune intelligi, declarari, limitari & restringi debet, *Ioan. de Imol. l. si verò. §. de viro. ff. solut. matrimon. Roman. & Alexand. l. si quis priore. ff. ad Senatusconsult. Trebellian. Alexand. l. inter cætera. & ibi Claud. de Seisell. num. 17. ff. de liber. & posthum. Alexand. l. final. §. in computatione. C. de jur. deliberand. Ias. l. omnes populi. lectur. 2. num. 61. & 62. ff. de justit. & jur. Ias. authent. novissima. colum. 6. versicul. quartò hoc fallit. C. de inoffic. testament. Ias. auth. præterea. num. 14. C. unde vir & uxor. Dec. c. caussam quæ. nu. 5. versic. & prædicta extr. de rescript. Curt. jun. cons. 7. num. 8. Cravett. cons. 236. num. 9. Horat. Mandos. in addit. ad Rom. consil. 399. nu. 1.*

157 Et licet quoad hoc † ultimum contrarium teneant aliqui Dd. *Bald. l. maximum vitium. columm. penult. versicul. ulterius quæritur. C. de liber. præterit. Paul. Castr. authent. novissima. colum. 1. C. de inoffic. testament. Paul. Castr. l. 1. §. in computatione. C. de jur. delib. Roman. cons. 399. num. 13. Alexand. cons. 20. num. 9. lib. 1. & cons. 35. num. 7. lib. 6. Socin. l. cùm filiusfamiliâs. colum. 4. ff. de verbor. obligationib. Dec. rubric. colum. 2. C. qui admitt. Ruin. cons. 32. num. 13. lib. 3. Roland. à Vall. cons. 72. num. 62. lib. 1. Catell. Cott. memoral. incip. Statutum derogans.*

158 Attamen præcedens † opinio est communiter approbata, & contraria sententia est communiter damnata & reprobata, prout attestatur *Claud. de Seisell. d. l. inter cætera. num. 17. Curt. jun. cons. 7. num. 8. Horat. Mandos. in addit. ad Roman. cons. 399 num. 13.*

Ideoque non obstante contraria opinione, præcedens sententia absque omni dubio in judicando sequenda est.

Cùm sit clari & indubitati juris nec non & superiùs comprobatum, quòd judex in judicando semper sequi teneatur communem & receptam Dd. sententiam.

Usque adeò, ut is judex, qui contra communem opinionem judicat & imperitus præsumatur, & faciat litem suam, atq; parti læsæ ad id, quod interest, condemnetur, nec non & aliis pœnis legitimis afficiatur.

159 Sed jure communi cautum est, † quòd utrumque vinculum non debeat considerari, sed quòd frater ex latere patris tantùm unà cum fratre utrinque conjuncto ad successionem admitti debeat in nostro & similibus casibus, Vel quando agitur de successione bonorum feudalium.

Vel quando agitur de successione Ducatuum aut aliorum bonorum, in quibus habetur consideratio solius agnationis sive lineæ paternæ.

Vel quando agitur de successione fideicommissaria, vel ei æquipollenti, vel de rebus restitutioni subjectis.

Vel quando agitur de successione adscendentium vel descendentium, vel etiam tali, quæ ex pacto, providentia vel dispositione ascendentium sive majorum descendit vel originem trahit.

Similiter quoque jure communi expressè cautum est, quòd jus repræsentationis absq; omni dubio locum habeat, quodque citra omnem controversiam filius in locum patris ingrediatur, & patrem suum repræsentet, atque una cum patruo suo ad successionem admittatur in nostro & similibus casibus.

Vel quando agitur de successione descendentium, sive lineæ directò descendentis.

Vel quando agitur de successione feudi.

Vel quando agitur de successione Ducatuum & similium bonorum.

Vel quando agitur de successione fideicommissaria aut ei æquipollenti.

Vel quando agitur de successione ex pacto, providentia vel dispositione ascendentis descendente, aut originem trahente.

Igitur sequitur, constitutionem Regni Daniæ secundum jus commune intelligendam, declarandam, limitandam, restrigendam, & ita accipiendam, quòd illa constitutio nullo modo locum habeat in nostro & similibus casibus, in quibus agitur de fideicommisso vel feudi vel Ducatuum vel aliorum bonorum, in quibus habetur consideratio solius agnationis, vel rerum restitutioni subjectarum vel fideicommissaria vel æquipollenti, vel tali, quæ ex pacto, providentia aut dispositione ascendentis originem trahit.

Rursus ex hoc infertur, quòd hanc interpretationem impedire nequeat, id quod constitutio Regni Daniæ quatenus jus repræsentationis abrogat, respectu lineæ collateralis est juri communi contraria.

Quadragesimo quartò, † clari & indu- 160
bitati juris est, quòd omnia statuta omnesque constitutiones ita interpretari debeant, ut juris communis correctio evitetur, *l. præcipimus. §. final. & ibi Bart. C. de appellation.*

Cravett.

Cravett. in tractat. de antiquitat. temp. part. 4. §. absolutis. nu.42. Roland. à Vall. consil.80. nu. 49. lib. 1. fac. text. l. sancimus. C. de testament.

161 Usq; adeò ut correctio † juris communis non inducatur, neque per subauditos intellectus, gloss. c. cupientes. §. quòd si per viginti. verb. potest de election. lib. 6. Ias. l. 1. in princ. num. 47. ff. de offic. ejus cui mandat. est jurisd. Ias. auth. quas actiones. num. 21. C. de SS. Eccles. Ias. l. si arrogator. colum. 19. post med. versicul. nunquid autem ista quarta. ff. de adoption. Cravett. consil. 70. num. 8. Roland. à Vall. consil. 80. num. 49. lib. 1. Nicol. Everhard. in sua topic. in loc. à contrario sensu. num. 6.

162 Neq; per verba generalia, † vel universalia, Ias. consil. 164. colum. 1. in fin. lib. 2. Cravett. in tractat. de antiquitat. tempor. part. 4. §. absolutis. num. 42.

Præterea quoque clari juris est, quòd omnia statuta omnesque constitutiones ita interpretari debeant, ut quantum minùs fieri potest, juri communi derogent, Alexandrin. consil. 2. num. 9. lib. 1. Dec. consil 444. nu. 15. Cardinal. Parisconsil. 95. in princ. lib. 1. consil. 66. num. 100. lib. 3. Ias. l. omnes populi. lectur. 2. num. 62. ff. de justit. & jur. Roland. à Vall. consil. 21. num. 21. consil. 63. num. 30. lib. 1. Cravett. consil. 197. num. 6.

Etiamsi necesse sit, verba detorquere ad significationem impropriam vel improprissimam, Cravett. consil. 197. num. 6. Roland. à Vall. consil. 21. num. 21. lib. 1. Godzadin. consil. 74. num. 11.

Sed capiendo illam interpretationem, quòd constitutio Regni Daniæ non habeat locum in nostro & similibus casibus, sed quòd in nostro & similibus casibus, & frater ex latere patris tantùm, unà cum fratre utrinque conjuncto ad successionem admitti, nec non & jus repræsentationis locum habere debeat.

Vel quando agitur de successione feudi antiqui.

Vel quando agitur de successione Ducatuum, aut aliorum bonorum, in quibus habetur consideratio solius agnationis & lineæ paternæ.

Vel quando agitur de successione lineæ ascendentis, vel tali quæ ex pacto, providentia vel dispositione ascendentium descendit.

Vel quando agitur de fideicommissis sive successione fideicommissaria aut æquipollenti, jus commune minùs corrigitur.

Igitur sequitur, hanc interpretationem omninò capiendam, amplectendam & sequendam.

Quadragesimo quintò, † clari & indubitati juris est, quòd consuetudo facti sit, & in facto consistat, c. 1. & ibi Dd. de constit. lib. 6. Corn. consil. 322. num. 14. lib. 1. Roland. à Vall. consil. 32. num. 23. consil. 40. num. 43. consil. 53. num. 31. lib. 2. Cravett. consil. 325. circ. princip. Hippol. Riminald. consil. 51. num. 25. consil. 53. num. 26. lib. 1. 163

Ideoque illa non præsumitur, sed ab allegante probari debet, gloss. l. 1. verb. probatis. & ibi Bald. argument. ill. text. C. quæ sit long. consuetud. Bart. l. 2. num. 29. C. eod. titul. Alexand. consil. 67. lib 7. Socin. consil. 46. num. 51. & consil. 111. num. 1. lib. 4. Dec. consil. 402. num. 11. consil. 420. num. 8. consil. 474. nu. 16. consil. 483. & consil. 538. num. 8. Angel. §. ex non scripto. num. 26. & ibi Iohan. Fabr. nu. 23. Institut. de jur. natur. gent. & civil. Corn. consil. 322. num. 14. lib. 1. Cardinal. Paris. consil. 32. num. 14. lib. 1. Cardinal. Paris. consil. 29. num. 35. lib. 1. consil. 86. num. 11. lib. 2. Roland. à Vall. consil. 71. num. 20. lib. 1. consil. 32. num. 23. consil. 40. num. 43. consil. 53. num. 31. consil. 73. num. 40. consil. 94. num. 15. lib. 2. fac. text. l. 4. ff. de custod. reor. c. cum Ecclesia Sutrina extr. de causs. poss. & proprietat. Cravett. consil. 325. circ. princip. Francisc. Bursat. consil. 16. nu. 33. & 34. Hippol. Riminal. consil. 51. nu. 25. consil. 53. nu. 26. lib. 1.

Et consuetudo debet probari † non per præsumptiones & conjecturas, sed per veras probationes, Dec. consil. 538. num. 8. Roland. à Vall. consil. 53. nu. 32. lib. 2. 164

Et quidem plenè & perfectè, Bartol. l. 2. num. 31. C. quæ sit long. consuetud. Bartol. l. de quibus ff. de ll. Curt. jun. consil. 154. num. 9. Roch. Curt. repetit. c. final. num. 591. extr. de consuetudin. Cravett. consil. 325. num. 1. Borgum. Cavalcan. in tractat. de tutor. num. 44.

Usque adeò, ut eo casu, quando agitur de probanda consuetudine, juramentum in supplementum semiplenæ probationis deferri nequeat, Bald. l. de quibus colum. antepen. versic. ubi agitur de probanda. ff. de legib. Alexand. consil. 173. colum. 2. in fin. lib 6. Cravett. consil. 325. num. 1. Dec. consil. 538. num. 11.

Utque & ubi agitur de probanda consuetudine, magna sit opus diligentia in formandis articulis super consuetudinis probatione, Cardinal. Florentin. c. final. quæstion. 40 extr. de consuetud. Curt. jun consil. pen. colum. penult. Cravett. consil. 325. num. 1.

Atque per testes de consuetudine deponentes non aliter fidem faciant, nisi ipsi etiam ultrò & non interrogati rationem sive caussam dicti sui assignent, Bartol. repet. l. de

l. de quibus. num. 22. ff. de ll. Alexand. conf. 136. col. penult. lib. 1. conf. 45. lib. 2. Dec. conf. 215. conf. 402. num. 13. conf. 483. num. 24. consil. 538. num. 11. Cardinal. Parif. consil. 27. num. 38. lib. 1. Cravett. conf. 132. num. 12.

Consuetudo etiam est probationis difficilis, *gloss. c. fin. & ibi Roch. Curt. in repetit. num. 571. extr. de consuetud. Fulgos. consil. 8. Dec. conf. 215. num. 2. in fin. conf. 538. nu. 8. Curt. jun. conf. 184. colum. penult. Cravett. conf. 325. num. 1. Roland. à Vall. cons. 71 nu. 20. lib. 1. & conf. 53. num. 33. lib. 2. Borguin. Cavalcan. in tractat. de tutor. num. 44. Francisc. Bursat. conf. 16. num. 34.*

Imò difficillimæ, *Abb. conf. 53. colam. 2. Roch. Curt. d. c. final. num. 571. extr. de consuetud.*

Et quasi impossibilis, *Ioan. Andr. c. final. & ibi Hostiens. colum. 6. & Roch. Curt. in repetit. num. 571. extr. de consuetudin. Francisc. Bursat. conf. 16. num. 34.*

Similiter quoque certum est, quòd non probatâ consuetudine jus commune servari debeat, & secundum jus commune pronunciandum sit, *l. sancimus. C. de testam. l. præcipimus. §. final. C. de appellation.*

Præterea quoque certi juris est, quòd non sufficiat consuetudinem probare in genere, sed requiratur atque necesse sit, ut illa probetur in specie, quòd videlicet illa consuetudo in isto casu speciali, de quo agitur, vigeat & introducta sit, *Oldrad. conf. 237. colum. 1. Petr. de Anchor. conf. 339. colum. 5. Alexand. conf. 196. colum. 3. lib. 2. conf. 6. lib. 5. Curt. jun. conf. 26. colum. penult. versicul. ex præmissis, Bapiist de S. Blas. int. conf. Albert. Brun. conf. 66. col. 2. Rip. respons. 25. num. 15. part. 2. Cravett. consil. 96. num 4. & conf. 241. Roland. à Vall. conf. 53. num. 39. & 40. lib. 2. conf. 69. num. 24. lib. 3. Hippol. Rimnald. consil. 53. num. 27. lib. 1. Laurent Sylvan. conf. 59. num. 9. Francisc. Aretin. conf. 23. dub. 3. Dec. conf. 472. num. 16. Menoch. cons. 54. nu. 37.*

Similiter quoque certum est, quòd dissimilitudo etiam parva hoc efficiat atque operetur, ut casus aliqui non pro similibus, sed pro diversis & dissimilibus reputari debeant, *Anton. de Butr. c. fin. colum. 50. extr. de consuet. Nicol. Everhard. in sua topic. in loc. de simil. num. 11. circ. fin. & num. 12.*

165 Deinde quoque indubitatum est, † quòd unica tantùm qualitas, nec non & unum accidens sive unica circumstantia speciem facti sive casum mutet atque alteret, *Rom. & Franc. Aretin. l. 2. in princip. ff. de verbor. obligat. Barbat. c. 1. extr. de rescript. Barbat. clem. 1. de electìon. Cardinal. Parif. conf. 68. num. 327. lib. 4. Natt. conf. 139. num. 56. & 57.*

Sed neque hactenus probatum est, neque unquam probari poterit, in Regno Daniæ aut in pertinentibus provinciis consuetudine introductum vel receptum esse, quòd frater ex latere patris tantùm conjunctus, cum fratre utrinque conjuncto non debeat admitti ad successionem vel feudi vel Ducatus, vel aliorum bonorum, in quibus solius agnationis vel lineæ paternæ consideratio habetur, vel directo ascendentium vel rerum restitutioni subjectarum sive fideicommissorum aut æquipollentium, vel talium, quæ non ex sola dispositione legis, sed ex pacto, providentia sive dispositione Majorum originem trahit.

Igitur sequitur, Ducem A. in casu præsenti se ista prætensa consuetudine Regni Daniæ juvare non posse.

Similiter nec hactenus probatum est, nec etiam unquam probari poterit, quòd consuetudine Regni Daniæ receptum vel introductum sit, quòd jus repræsentationis non debeat habere locum in nostro & similibus casibus.

Vel quando agitur de successione descendentium sive lineæ descendentis.

Vel quando agitur de successione feudi.

Vel quando agitur de successione Ducatuum aliorumve bonorum, in quibus vel agnationis sive lineæ paternæ respectus habetur.

Vel quando agitur de successione fideicommissaria vel æquipollenti, aut ex pacto vel dispositione Majorum originem trahente.

Igitur etiam ex hoc sequitur, quòd Dux A. in casu præsenti, se prætensa consuetudine Regni Daniæ juvare nequeat, sed quòd in casu præsenti jus commune servandum & sequendum sit.

Quadragesimo sexto † consuetudo præsertim juri communi contraria strictè intelligi, & quantum fieri potest, restringi, nec ullo modo extendi debet, *Bartol. auth. qui rem circ. fin. & ibi Ias. colum. 8. C. de SS. Eccles. Ioan. Andr. in addit. ad Specul. rubric. de feud. Oldrad. conf. 237. & conf. 284. Abb. c. quòd translationem. not. ult. extr. de offic. delegat. Iohan. de Lignan. & Petr. de Anchoran. c. cùm ex officij. extr. de præscript. Bald. authent. si quas ruinas. C. de SS. Eccles. Bald. l. etiam. ff. solut. matrimon. Bald. l. si pupillorum. §. final.* 166

§. final. ff. de reb. cor. Ioann. Andr. c. contra eum de regul. jur. lib. 6. Bellemer. decis. 126. Anton. de Butr. c. ex nositur ext. de his quæ fiunt à Prælat. Dominic. c. si Episcopus de supplend. negligent. Prælator. lib. 6. Paul. Castrens. l. imperium. ff. de jurisd. omn. judic. Corn. consil. 44. libr. 2. Cardinal. Paris. consil. 13. & consil. 71. lib. 1. Bertrand. consil. 27. lib. 1. consil. 15. lib. 2. consil. 2. consil. 56. & consil. 76. lib. 3. Socin. jun. consil. 54. & consil. 161. libr. 2. Cravett. consil. 30. num. 5. consil. 118. n. 6. Alexand. consil. 106. lib. 2. consil. 9. colum. 1. lib. 3. consil. 173. column. final. versic. ulterius etiam dico lib. 6. Cravett. cons. 314. col. final. Dec. c. 1. colum. 14. versic. confirmatur hoc quia consuetudo ext. de Probation. Dec. consil. 142. column. 3. ant. med.

Illaq; non extenditur nec de casu ad casum, nec de re ad rem, nec de persona ad personam, neque de loco ad locum, *Bald. consil. 275. libr. 2. Paul. Castrens. consil. 310. cons. 441. in fin. libr. 1. consil. 340. ant. fin. lib. 2. Fulgos. consil. 66. Francisc. Aretin. consil. 15. column. 2. cons. 44. in princip. cons. 132. col. 3. Dec. cons. 8. column. 3. consil. 72. column. 2. consil. 359. column. penult. in fin. Archidiac. & Ioann. Andr. c. licet & ibi Panormitan. num. 2. 3. & 4. Petr. de Anchoran. num. 2. Philip. Franc. num. 1. de sepulturis lib. 6. Ruin. consil. 19. lib. 1. consil. 57. lib. 3. Francisc. Barsat. consil. 57. num. 21. consil. 82. nu. 5. lib. 1. Hippolyt. Riminald. consil. 75. nu. 28. consil. 49. num. 31. consil. 72. num. 69. lib. 1.*

Et confirmatur, tum per id, quod tradit *Bald.* Quod in consuetudine, quæ est contra jus commune, nihil debeat suppleri præter solitam observantiam, quodq; si consuetudo de aliquo non disponat, nec nos disponere debeamus, *Bald. consil. 275. circ. fin. libr. 2. Cravett. cons. 30. num. 5. Hippolyt. Riminald. cons. 72. nu. 70. lib. 1.*

Tum quia *Baldus* scriptum reliquit, quod consuetudo restringatur, per actus ex quibus inducitur, sicut præscriptio neq; proprios facti terminos excedat, *Bald. l. final. column. 4. C. commun. utr. judic.*

Tum quia alibi traditum est, quod consuetudo quæ est præter legem, tantum habeat de potentia, quantum de actu & non plus, & si sit contra legem prohibentem ipsam consuetudinem, eam non valere, *Bald. c. 1. in princip. de his qui feud. dar. poss. Iasi. l. de quibus col. 7. versicul. nota tamen diligenter. ff. de legib. Ias. authent. qui rem colum. 8. versicul. quid tenendum. C. de SS. Eccles. Hippolyt. Riminald. cons. 72. nu. 71. lib. 1.*

Et hoc usque adeo verum est, ut consuetudo introducta inter volentes non extendatur ad invitos sive contradicentes, *Alexand. cons. 6. lib. 5. Rip. respons. 25. nu. 15. part. 2. Roland. à Vall. cons. 53. nu. 40. lib. 2.*

Igitur sequitur, etiamsi prætensa consuetudo Regni Daniæ probari posset.

Attamen illam consuetudinem esse stricti juris, strictè intelligendam, & quantum fieri poterit, restringendam, nec de re ad rem, nec de casu ad casum, nec de loco ad locum, neq; de persona ad personam extendendam.

Et certum est, illam prætensam consuetudinem hactenus observatam tantum fuisse in rebus allodialibus, non autem in rebus feudalibus.

Similiter quoque certum est, quod illa prætensa consuetudo hactenus tantum fuerit observata in bonis Nobilium, aliorumq; subditorum & privatorum, non autem in bonis Regum, Ducum vel regalem dignitatem annexam habentibus.

Eodem quoque modo certum est, quod illa prætensa consuetudo hactenus fuerit observata tantum in successione ab intestato simplici & pura, non autem in successione fideicommissaria, vel ex pacto, provisione aut dispositione majorum ascendentium descendente.

Deinde quoq; certum est, illam prætensam consuetudinem tantum fuisse observatam respectu successionis collateralium, non autem respectu ascendentium, vel descendentium aut etiam mixtæ.

Præterea quoq; certum est, illam consuetudinem prætensam tantum fuisse observatam respectu illorum bonorum, ad quorum successionem æqualiter masculi & fœminæ admitti possunt, non autem respectu illorum bonorum, in quibus habetur ratio solius agnationis & lineæ paternæ, & ad quæ non nisi masculi, & per masculinam lineam descendentes admissi fuêre.

Illud quoq; certum est, quod in casu præsenti agatur de successione & Ducatus & feudi veri, recti, proprii, antiqui, antiquissimi, ex pacto & providentia, in qua solius agnationis ratio habetur, & ad quam nulli nisi masculi per lineam masculinam descendentes admittuntur.

Eaque æquiparatur & successioni fideicommissariæ, & in illa non ultimo defuncto sed primo acquirenti succeditur, & quidem ex pacto, providentia & dispositione primi acquirentis.

Igitur sequitur, illam prætensam consuetu-

suetudinem ad casum præsentem nullo modo extendi posse.

167 Quadragesimo septimò,† clari & indubitati juris est, quod ab una specie ad aliam non fiat extensio, quodq; statutum, constitutio, consuetudo vel alia dispositio de una specie loquens vel disponens, ad aliam speciem non extendatur, *l. item legato. §. item interesse. & ibi Bartol. ff. de legat. 3. Dyn. c. plus semper. num. 5. & 6. & ibi Philip. Franc. num. 2. de Regul. jur. lib. 6. Ioann. Andr. c. in pœnis. de Regul. jur. lib. 6. Angel. l. cum Prætor. num. 3. ff. de judic. Francisc. Aretin. l. 2. circ. fin. ff. de legat. 1. Dec. l. non debet cui num. 5. ff. de regul. jur. Felin. c. pastoralis in princip. num. 2. limitat. 2. ext. de offic. ordin. Sebast. Vanti. in tractat. de nullitat. rubr. ex defect. jurisdict. ordin. nu. 51. & 52.*

Ubi ipse attestatur, eandem etiam sententiam amplecti *Bartol. Bald. Angel. Pet. de Anchor. Roman. Panormitan. Socin. Felin. Dec. Matth. de Afflict. & Capit. in locis ab ipso citatis.*

Idem quoque volunt *Bald. l. 2. nu. 51. C. de servitut. & aqu. Bald. l. imperium in lectur. columm. 4. in fin. versic. circa ultimum & ibi Paul. Castrens. col. fin. 1. Ias. col. 10. versic. tertio circ. eundem ff. de jurisd. omn. judic. Abb. c. delecti. col. 4. ext. de arbitr. Abb. Vincen. Henric. Boick. & Anton. de Butr. c. dilectus columm. 4. ext. de Capell. Monachor. Anton. de Butr. c. final. columm. 30. ext. de caus. possess. & proprietat. Alex. consil. 68. colum. penult. lib. 2. Socin. c. cum contingat. num. 34. ext. de for. competent. Socin. consil. 111. lib. 1. Anton. Gabr. Roman. in tract. regular. lib. 5. titul. de præscription. colum. 4. nu. 13.*

168 Pro eadem sententia confirmanda, † facit etiam id quod & legibus cautum & à Dd. communiter traditum est, quod dispositio loquens de mero Imperio non porrigatur ad jurisdictionem simplicem tanquam ad speciem diversam & separatam, *l. solemnis. §. latrunculator. & ibi Bartol. Bald. Alber. de Rosat. Paul. Castr. & Dd. ff. de judic. l. desiderio. ff. de public. judic. l. ex eo. C. de agent. in reb. lib. 12. Felin. c. cum oporteat. num. 7. versic. ex quo dicto colligunt singulariter. Dd. ext. de appellat. Dec. l. non debet. cui num. 3. limitat. 2. & 3. & ibi Cagnol. num. 8. & 9. ff. de regul. jur. Bald. & Philipp. Franc. c. cui licet de regul. jur. lib. 6. Paul. Castrens. l. quicunque nu. 9. C. de serv. fugitiv. Paul. Castrens. l. quoties num. 8. C. de judic. Paul. Castren. l. cum vendente. num. 2. C. ubi caus. Fiscal. Felin. c. cum in ordinem column. 4. & 5. ext. de rescript. Ioann. Baptist. Caccialup. in tractat. de feud. cognit. art. 6. nu. 10. Bernhard. Alphan. in suis collection. num. 75. & [illegible]. Abb. & Henric. Boick. c. dilectus. extr. de Capell. Monach. Socin. c. cum contingat. num. 34. extr. de for. competent. Dyn. c. plus semper num. 5. & 6. & ibi Philipp. Franc. num. 2. de reg. jur. libr. 6. Rot. decis. 19. titul. de judic. in antiquis decis. 10. titul. de appellation. in antiquiorib. Roman. l. 2. in princip. num. 52. ff. de verbor. obligat. Alberic. de Ros. in 2. part. statutor. quæst. 125. Felin. c. cum meminimus. num. 11. extr. de accusat. Sebastian. Vanti. in tractat. de nullitat. rubric. ex defect. jurisdict. ordin. num. 47. Menoch. in tractat. de arbitrar. judic. quæstionib. lib. 1. quæst. 82.*

Quodque & è converso † dispositio loquens de jurisdictione simplici nunquam extendatur ad merum Imperium tanquam speciem diversam & separatam, *Paul. Castrens. l. quicunq. n. 9. C. de serv. fugitiv. Vincent. Abb. & Henric. Boick. c. dilectus & ibi Anton. de Butr. num. 14. extr. de Capell. Monachor. Socin. c. cum contingat. num. 34. ext. de for. competent. gloss. & Bartol. l. inter convenientes. ff. ad municipal. Gandin. in tractat. de malefic. sub rubr. de aliquib. quæst. variis. versic. pone quæstionem de facto. Sebastian. Vant. in tractat. de nullitatib. rubric. ex defectu jurisd. ordin. num. 48. Menoch. in tract. de arbitrar. jud. quæstion. lib. 1. quæst. 82. num. 2.* 169

Sed certum atq; indubitatum est, † quod res allodiales à rebus feudalibus specie differant, quodque res allodiales & feudales sint diversæ species rerum. 170

Similiter quoq; certum est, † quod successio feudalis à successione ab intestato rerum allodialium specie differat, prout hoc expresse & in specie tradit *Bald. c. 1. in princip. nu. 5. de success. feud. Wesenb. consil. 1. num. 37. consil. 4. num. 81. consil. 41. num. 4. Bald. c. 1. in princ. nu. 5. de success. feud.* 171

Et confirmatur,† tum quia in allodialibus ab intestato succeditur tantum ultimo morienti.

In feudalibus verò succeditur primo acquirenti.

Sicut hoc supra comprobavi. Tum quia successio ab intestato rerum allodialium est successio universalis. Successio verò in feudum est successio singularis sive particularis, *Paul. Castrens. consil. 191. num. 2. libr. 2. Cravett. consil. 197. num. 1. Natt. consil. 507. num. 32.*

Tum quia in successione feudali habetur consideratio solius agnationis & lineæ paternæ, & ad illam admittuntur tantùm masculi per lineam masculinam à primo acquirente descendentes.

In

In successione verò ab intestato rerum allodialium nulla fit distinctio inter cognatioum & agnationem, nec etiam inter sexum, sed ad illam æqualiter admittuntur, & agnati & cognati & masculi & fœminæ.

Tum quia successio ab intestato rerum allodialium ex sola legis dispositione descendit.

Successio verò feudalis ex pacto & providentia sive dispositiono primi acquirentis originem trahit, & secundum illam regulatur.

Tum quia successio feudalis æquiparatur successioni fideicommissariæ, eique plus quàm successioni ab intestato æquiparatur.

Et certum est, quod successio fideicommissaria à successione ab intestato plurimum differat.

Tum quia facilè plures differentiæ inter successionem feudalem & successionem ab intestato rerum allodialium assignari possunt.

173 Eodem quoq; modo certum est, † quòd Ducatus, Comitatus aliaque bona habentia annexam regalem dignitatem à successione aliorum bonorum, quæ non habent annexam regalem dignitatem specie differant.

Successio quoq; in Ducatus, Comitatus, reliquaq; bona habentia regalem dignitatem annexam à successione aliorum, quæ non habent annexam regalem dignitatem, specie differt.

Namq; successio in Ducatus, Comitatus reliquaque bona habentia annexam regalem dignitatem æquiparantur & successioni feudali & successioni fideicommissariæ, & in illa solius & sanguinis & agnationis ratio habetur.

174 Deinde quoq; † & successio fideicommissaria vel æquipollens, nec non & illa quæ ex ordinatione, pacto, providentia vel dispositione ascendentium vel majorum descendit, sive in qua habetur respectus ad ascendentes sive ad primum acquirentem à successione ab intestato, pura, mera, & absoluta, specie differt.

175 Præterea quoque † & successio lineæ descendentis à successione lineæ collateralis specie differt.

Igitur sequitur, quòd statutum, constitutio vel consuetudo disponens de successione ab intestato, mera, pura, simplici, & quidem respectu rerum allodialium nunquam extendatur vel porrigatur, ad successionem vel feudalem vel Ducatuum, Comitatuum, aliorumve bonorum habentium annexam regalem dignitatem vel rerum restitutioni subjectarum, vel fideicommissariam vel ex dispositione, pacto & providentia majorum aut ascendentium originem ducente.

Rursus ex hoc infertur, quòd statutum, constitutio, consuetudo vel alia dispositio loquens de dispositione ab intestato lineæ collateralis, nunquam extendatur ad successionem lineæ descendentis, vel in qua habetur respectus ad majores vel ascendentes.

Illud quoq; certum est, quòd prætensa consuetudo, statutum & constitutio regni Daniæ tantùm disponat & loquatur de rebus allodialibus, nec ullam faciat mentionem vel de rebus feudalibus vel de Ducatibus aliisq; bonis habentibus annexam regalem dignitatem vel de rebus restitutioni subjectis.

Similiter quoque certum est, quòd constitutio, statutum, & consuetudo, Regni Daniæ tantum loquatur & disponat de successione ab intestato rerum allodialium, & quidem vera, rectà, proprià & simplici, nec ullam facit mentionem, aut etiam comprehendat successionem fideicommissariam, aut æquipollentem vel ex ordinatione, dispositione, pacto, vel providentia, majorum vel ascendentium descendentem.

Eodem quoque modo certum est, quòd prætensa constitutio, statutum & consuetudo Regni Daniæ tantum loquatur & disponat, de successione lineæ collateralis, nō autem de successione lineæ ascendentis.

Igitur sequitur, constitutionem, statutum & consuetudinem Regni Daniæ nullo mōdo extendi posse ad successionem vel feudalem, vel Ducatuum aliarumve rerum habentium regalem dignitatem annexam, vel bonorum restitutioni subjectorum, vel fideicommissariam aut æquipollentem, vel ex pacto, providentia, ordinatione vel dispositione majorum sive ascendentium originem trahentem, vel etiam lineæ ascendentis vel descendentis, vel in qua habetur respectus aut ad primum acquirentem sive ascendentem aut solius agnationis.

Cum itaque in casu præsenti agatur de successione, & Ducatus & feudi recti, proprii, veri, antiqui, antiquissimi, & ex pacto & providentia, quæ successio æquiparatur & suc-

& successioni fideicommissariæ, & rerum restitutioni subjectarum, & in qua succeditur primo acquirenti, & sic ascendenti non ultimo defuncto vel collaterali, quæque ex ordinatione, pacto, providentia & dispositione majorum sive ascendentium descendit, & in qua habetur respectus ad primum acquirentem & solius agnationis sive lineæ paternæ.

Sequitur præallegatam consuetudinem, statutum & constitutionem Regni Daniæ ad casum præsentem nullo modo extendi posse, nec in casu præsenti locum habere.

176 Quadragesimo octavò, † mixta à simplicibus sunt diversa, *Bald consil. 335. num. 6. lib. 1.*

Et tertiam ac separatam speciem constituunt, *l statu libero. §. final. ff. de stat. liber. l. munerum § mista. ff. de muner. & honor. l. 1. in princ. ff. de ventr. inspic. l. 1. §. æstatem. ff. de aqu. quotid. & æstiv. l. Titiæ textores. ff. de legat. 1. l ult. & ibi Francisc. Aretin. notab. 1. C de inoffic. testam c. 1. & ibi Dominic. notab. 1. de postulat. prælator. lib. 6.*

177 Ideoque statutum, † constitutio, vel consuetudo, de simplici vel puro loquens, nullo modo ad mixtum extenditur vel mixtũ comprehendit, *l. quid ergo. §. final. versicul. ex sententia. ff. de his qui notant. infam. l. 1. §. si is qui. ff de exercit. action Bartol. l. certi condictio §. quoniam. ff. si cert petat. Bald. l. omnes populi column. 7. versic. item si statutum dicat. ff. de justic. & jur. cum multis similib. allegatis per Tiraquell in tract. de ll. connubialib. gloss. 5. nu. 70.*

178 Et hoc generaliter quidem verum est, † potissimum a. procedit in exorbitantibus, juri communi contrariis vel odiosis.

Namque in illis multò minus statutum, constitutio vel consuetudo de simplici loquens ad mixtum extenditur vel porrigitur, *l. vim passam §. præscriptione. & l. mariti. §. hoc quinquennium ff. ad l. Iul. de adulter l si ita scriptum in princip. & ibi Angel. & Dd. ff. de liber. & postum l. hoc legatum. ff. de legat. 3. Ioann. Andr. in addit. ad Specul. rubric. qui filii sint legitim. Bart. Angel. Alciat. & Dd. l. 2. in princip ff. de verbor. obligat. cum mult. similib. allegat. per Tiraquell. in tract. de legib. connubial. gloss. 5. num. 71*, ubi ipse attestatur, hanc sententiam communiter receptam.

Sed statutum, constitutio & consuetudo Regni Daniæ tantum loquitur & disponit de successione ab intestato rerum allodialium, & quidem pura & simplici, & lineæ collateralis.

Igitur sequitur, illam tàm consuetudinem quàm constitutionem Regni Daniæ, nullo modo extendi posse ad successionem feudorum vel etiam Ducatuum vel aliorum bonorum habentium regalem dignitatem annexam, vel rerum restitutioni subjectarum, etiamsi probari vel fides fieri posset, illas successiones aliquid mixtum habere de successione ab intestato lineæ collateralis.

Quadragesimo nonò, † certi & indubitati juris est, quod statutum, consuetudo & constitutio propriè intelligi & ita accipi debeat, ut comprehendat tantum casum proprium, non autem casum improprium, *Bart. l. qui liberis. §. hæc verba num. 7. ff de vulgar. & pupillar substitut. Bald. in consil. schismat. posit. Codic. sub rubric. si quis aliquem testari prohibuerit. §. sed in contrarium. n. 12. Cravett. cons. 149. nu. 7. lib. 1. Socin. consil. 4. nu. 8. lib. 4. cum similibus allegatis suprà.* 179

Igitur sequitur, quòd consuetudo & constitutio Regni Daniæ disponens de successione ab intestato lineæ collateralis rerum allodialium ita intelligenda & accipienda sit, ut comprehendat tantum illam successionẽ ab intestato lineæ collateralis, quæ est vera & propria, quodq; nullo modo extendatur ad illam successionem lineæ collateralis, quæ non est vera neq; propria, sed impropria.

Sed successio † in feudum præsertim rectum, verum, proprium, & ex pacto & providentia, item & successio in Ducatus aliave bona vel habentia annexam regalẽ dignitatẽ vel restitutioni subjecta, non est vera & propria successio ab intestato, præsertim lineæ collateralis sed est impropria tantùm. 180

Ideoq; etiam ex hoc infertur, quòd consuetudo & constitutio Regni Daniæ de successione ab intestato lineæ collateralis loquens, nullo modo extendi possit ad successionem vel feudi, præsertim veri, recti, proprii, antiqui, antiquissimi, ex pacto & providentia, vel Ducatuum aliorumve bonorum habentium regalem dignitatẽ annexam, vel rerũ restitutioni subjectarum.

Rursus ex hoc infertur, quod etiam propter hanc causam, consuetudo & constitutio Regni Daniæ nullo modo extendi possit ad casum præsentem, in quo agitur de successione feudi & quidẽ veri, recti, proprii, antiqui, antiquissimi, ex pacto & providentia, nec non & Ducatus, sive rei habentis annexam regalem dignitatem.

Quin-

181 Quinquagesimò † consuetudo, statutum vel constitutio loquens de certis personis sive de personis certi generis vel qualitatis, ad alias personas non extenditur, Bartol. l. final. num. 3. C. de testament. Bartol. l. 1. num. 24. & ibi Bald. & Salycet. versic. sed nunc quæro, Caccialup. in repetit. num. 162. C. de summ. trinit. & fid. Catholic. Cardinal. Paris. consil. 12. num. 10. lib. 3. Albert. Brun. in tractat. de statut. fœm. exclud. art. 6. num. 3. Boer. in consuet. Byturig. tit. de jurisdict. §. 3.

Idem quoque vult Bald. l. sed & milites. ff. de excusat. tutor. Bald. l. illam. col. 1. C. de collation. Imol. l. si verò. §. de viro column. final. ff. solut. matri. Dec. cons. 451. consil. 510 Anton. Rub. consil. 118. Alexand. cons. 97. colum. 2. lib. 2. Corn. consil. 116. col. 5. lib. 2. consil. 97. column. final. lib. 3. Capr. cons. 137. column. 1. Socin. cons. 30. column. 5. lib. 1. Socin. jun. consil. 1. column. 14. libr. 1. Ruin. consil. 143. column penult. lib. 2. cum multis similib. allegatis per Anton. Gab. Rom. in tractat. regular. lib. 6. titul. de statutis conclus. 7.

Eamque sententiam communiter receptam esse, attestatur Caccialup. in loc præalleg.

182 Et hoc usq; adeo verum est, † ut de unà persona ad aliam personam non fiat extensio, nec ex præsumpta quidem sive verisimili mente disponentis, Cyn. l. si pater, versic. tertiò potest quæri, C. de hæred. instituend. Raph. Comens. l. commodissime ff. de lib. & posthum. Francisc. Aretin. & Ias. l. Gallus, §. & quid si tantum ff. eod titul. Dec. consil. 211. Hyppol. de Mars. sing. 499. Ruin. consil. 74. colum. 5. versic. præterea. gloss. 1. lib 1. cum multis similibus allegatis per Tiraquell. repetit. l. si unquam verb. libertis num. 28. C. de revocand. donat. & Anton. Gab. Rom in tractat. regular. lib. 6. titul. de regul. jur. conclus. 10. num. 9.

Eamq; sententiam communiter receptã esse, attestatur Ruin. in loc. præallegato.

183 Deinde hoc usq; adeo verum est, † ut extensio de una persona ad aliam fieri nequeat, nec propter idenditatem quidem rationis, Corn. consil. 308. col. 1. libr. 4. Cardin. Paris. consil. 49. nu. 50. consil. 50. num. 54. libr. 3. Borgn. Cavalcan. in tractat. de tutor, & curator num. 130. ubi ipse affirmat, hanc sententiam communiter receptam esse.

Si itaq; consuetudo & constitutio regni Daniæ tantùm loqueretur vel disponeret de bonis sive concessione nobilium aliorumq; privatorum, prout quod illa consuetudo & constitutio tantùm de illa successione & bonis disponat, ego verissimum esse judico, etiam ex hoc capite sequeretur, quòd illa constitutio sive consuetudo nullo modo extendi possit ad casum præsentem, in quo agitur de successione & activa & passiva & Regis & Ducum.

Quinquagesimo primò, † A diversis sive separatis illatio fieri nequit, l. final. ff. de calumniat. l. Papinianus exuli ff. de minorib. l. Iulianus. ff. de condict. indebit. l. naturaliter. §. nihil commune. & ibi Dd. ff. de acquir. possess. l. inter stipulantem. §. sacram. ff. de verbor. obligatio. Nicol. Everhard. in sua topic. in loc. à separat. 184

Et ubi est separata sive diversa ratio, ibi quoque diversum ac separatum jus esse debet, Anton. de Buer. c. post translationem, column. 4. versicul. tu dic latius. extr. de translat. Prælator. Tiraquell in tractat. cessant. caus. p. 1. num 168. Hippol. Riminald. cons 81. num. 20. libr. 1. fac. tex. l. hæc actio. ff. de calumniat.

Illudq; confirmatur etiam per id, quod vulgò dicitur, diversa ratio reformat pactum, l. interpositas. C. de Transaction. Nevizan. consil. 8. nu. 76. Hippol. Riminald. cons. 81. n. 20. lib. 1. Nicol. Everhard. in sua topic. in loc. à separat.

Sed certum atque indubitatum est, quod res allodiales sint diversæ & separatæ à rebus feudalibus, quodque inter illas res, maxima ratio diversitatis militet.

Sicut hoc ex suprà deductis liquet, & facilè multis aliis textibus & rationibus comprobari posset.

Similiter quoq; certum est, quod Ducatus reliquaq; bona habentia annexam regalem dignitatem à bonis Nobilium & Privatorum, & non habentibus annexam regalem dignitatem, sint & diversa & separata, & quod inter illa magna ratio diversitatis militet, præsertim quoad successionem, sicut hoc supra docui. Et illud expressè tenet Matt. de Afflict. decis 265. nu. 16. & 17.

Igitur etiam ex hoc sequitur, quod consuetudo & constitutio Regni Daniæ loquens & disponens de successione ab intestato lineæ collateralis & quidem de tali, quæ est vera, propria & simplex, & respicit res allodiales & non habentes annexam regalem dignitatem, nullo modo extendi possit ad successionem vel feudi, & quidem veri, recti, proprii & ex pacto & providentia, vel Ducatuum aliorumve bonorum habentium annexam regalem dignitatem.

Rursus ex hoc infertur, quod etiam propter hanc causam constitutio & consuetudo Regni Daniæ nullo modo locum habeat in præsenti casu, in quo agitur de successione

Ducatus sive bonorum habentium annexam regalem dignitatem, item & de successione feudi, & quidem recti, proprii, antiqui, & ex pacto & providentia.

185 Quinquagesimo secundò, † indubitati juris est, nec non & à Dd. communiter traditum, quod statutum, constitutio vel consuetudo mutans ordinem succedendi à jure communi sancitum vel introductum, non extendatur ad successionem bonorum feudalium, nisi de illis in statuto, constitutione vel consuetudine fuerit facta specialis & expressa mentio, prout hoc expressè & in specie tradit *Signorol. consil 218. num. 5. Dec consil. 139 Cardinal. Paris. consil. 12 nu. 45. cum aliquot sequentibus libr. 1. Cephal consil. 523 nu. 26. libr. 4.*

186 Et confirmatur, † tum quia successio feudorum est & singularis, & habet naturam separatam ab aliis successionibus, *Signoroll. consil. 218. num. 5. Cephal. consil. 523. num. 26. lib. 4.*

187 Tum quia sub nulla generali † dispositione includuntur feuda vel bona feudalia, *c. 1. §. in general. & ibi Andr. de Isern. Bald. Alvarott. Præpos. & Matth. de Afflict. si de feud. defunct. content. Bald. l Gallus. §. quidam rectè, lectur. 1. num. 24 & lectur. 2. num. 26. ff de liber. & posthum. Ias. consil 152. lib. 4. Matth. de Afflict. in constitut. regni, incip Apostatantes, column. 2. not. 4. & in constitut. incipi. si quando column. 2. not 2. Cardinal. Paris. consil. 3. num 3. consil. 7. num. 3. consil. 12. num. 46. 60. 62 & 63. lib. 1. Tiraquell. in tract. le. mort. 4. part. declarat. 5. num. 3. circ. fin Tiraquell. in tractat. de utroque retract. part. 1. §. 1. glos. 3. num. 3. cum omnibus sequentibus usque ad nu. 10. Anton. Gabr. Roman. in tractat. regular. lib. 6. titul. de reg jur conclus. 12. num. 15. usque ad num. 26. Franc. Bursat. consil. 44. num. 1. cum 7. sequentib. lib. 1. consil. 187. num. 33. libr. 2. Cephal. consil. 523. nu. 23. cum omnibus sequentibus usque ad num. 51.*

Eamque sententiam communiter receptam esse, attestantur multi ex Dd. præallegatis.

Illudq; generaliter quidem verum est, potissimum autem procedit in nostro & similibus casibus, in quibus inter feuda & bona allodialia ratio diversitatis militat vel assignari potest.

188. Et hæc opinio usque adeò vera est, † ut locum habeat, etiamsi statutum, consuetudo, constitutio vel alia dispositio utatur verbis universalibus, *Dec. consil. 422. colum. penult. Hippol. de Marsil. consil. 49. num. 54. Cephal. consil. 29. num. 13. cum sequent. Matth. de Afflict. in constitut. incip. cum justiciæ, colum. 2. not. 5. & in constit. incip. hac edictali, colum penult.*

Eamq; sententiā communiter receptam esse attestatur *Bursat. cons. 187. n 33. lib. 2.*

Tum quia etiam sub dispositione † ge- 189
nerali faciente mentionem rerum bonorum vel hæreditatis, non comprehenduntur feuda, *Ias l Gallus §. quidam, rectè lectur. 1. num. 44 & lectur. 2. num. 26. ff. de liber. & posthum. Matth. de Afflict. decis. Neapolit. 14. n. 9. & ibi Cæsar. de Ursill. in addit. num. 18. Cardinal. Paris. cons. 7. num. 3. consil 12. num. 46. 60 & 62. libr. 1. Anton Gab. Rom. in tract. reg. lib. 6. titul. de Reg. jur. conclus. 11. n. 25. Præposit. c. 1. §. in generali. n. 2. Si de feud. defunct. content.*

Tum quia feuda sive bona feudalia non comprehendantur, neq; in generali rescripto, *Bald & Dec. c. cum ordinem. extr. de rescript. Ias. cons. 224 lib. 2 cons. 70. lib 3. & consil. 252. lib. 4. Ias c. ex parte B. ext. de for. competent.*

Neque in legitimatione Principis, *gloss. & Dd c. 1. §. naturales. Si de feud. defunct. content. Hostiens. Ioann. Calderin. Anton. de Butr. & Cardinal. Florentin. c. lator. extr. qui fil. sint. legitim. Oldrad. consil. 247. Bald. consil. 129. incip. ad evidentiam. lib. 3. Calderin. cons. 5. incip. an naturalis, sub titul de feud. Practic. Papiens. in for. libell quo agitur ad r[illegible] feud. verb. nec superstitibus colum. 2. Stephan Bertrand cons. 112 visis quibusdam. num. 25. libr. 2. Lancelot Galiaul. l. 2. colum. 3. versicul. limita modò, ff. de verbor. obligat. Anton. Rub. consil. 33. colum. 1.*

Neq; in generali facultate legitimandi à Principe alteri concessa, *Signoroll. cons. 223. incip. quidam Dominus. Alexand. cons. 60. lib. 2. Socin. cons. 3. lib. 3. Guid Pap. decis. 857. Ias cons. 70. lib. 3. & cons. 152. lib. 4. Dec. l. 1. ff. si cert. petat. Dec. consil 76. & cons. 389. col 2. Franc. Rip. l. 1. nu. 53. ff. de vulg. & pupillar. substitut.*

Tum quia statutum quo cavetur, † ut 190
maritus uxoris prędefunctæ res dotales lucretur vel in solidū vel pro parte, non habet locum in feudo in dotem dato, *c. 1. §. quamvis & ibi Bald Martin. Laudens. & Præpos. de investit de re alien fact. Bald. Alvarott. Martin. Laudens & Præpos. c. 1. an maritus uxori in beneficium. Bald. & Præpos c. 1. in princ de prohib. feud. alien. per Frideric Bald. auth. res quæ, colum. 2. C. comm de legat. Alvarott. c 1. §. callidis de prohib. feud. alien. per Frideric. Alvarott & Præposit. c. 1. de Investit quam Titius accepit à Sempronio Francisc. Aret. l 2. column. 1. versic. debes etiam scire. & ibi Francisc Rip colum. 4 n. 19. ff solut. matrim. Dec. l. 1. n 12. C. und. vir & uxor. Albert. Brun. in tract. statut. fœmin. repellent. quæst. 23. artic. 8.*

Tum

Tum quia statutum, consuetudo & constitutio, nec non & lex disponens, quod conjunx conjugi praedefunctae succedere debeat, non extenditur ad bona feudalia, sive illa lex, statutum vel consuetudo respiciat omnia bona, *c. 1. & ibi. Bald. & Dd. an marit. succed. uxor. in benefic. Alex. Ias. & Dec. l. 1. C. und. vir & uxor. Stephan. Bertrand. cons. 52 lib. 2. Benedict. c. Raynutius. verb. & uxorem nomine Adelasiam. numer. 81. ext. de testament.*

Sive certam partem vel quotam bonorum, *c. 1. §. quamvis. & ibi Dd. de investit. de re alien. fact. Roman. Alex & Ias. dict. authent. praeterea C. und. vir & uxor. Martin. Laudens. & Praeposit. c. 1. §. donare qualit. feud. olim Baptist. de S. Blas. in tractat. feudal. differ. 93. Socin. jun. cons. 72 num. 50. lib. 1.*

Tum quia statutum, consuetudo & constitutio qua cavetur, quod inter virum & uxorem bona debeant esse communia, non extenditur ad bona feudalia, *Gulhelm. Benedict. repetit. c. Raynutius. dict. verb. & uxorem nomine Adelasiam. num. 787. extr. de testament.*

Tum quia nullum penitus statutum, consuetudo vel constitutio, quae vel est juri communi contraria, vel à jure communi exorbitas, ad feuda sive bona feudalia extenditur, vel illa comprehendit, nisi de feudis in isto statuto, constitutione vel consuetudine fuerit facta expressa & specialis mentio, prout hoc expresse & in specie tradit *Ias. cons. 152. colum. 2. lib. 4.*

Tum quia natura bonorum feudalium ab aliis bonis est penitus & diversa & separata, *Signoroll. consil. 218. Dec. consil. 139. nu. 4. Tiraq. in tractat. de utroq. retract. part. 1. §. 1. gloss. 3. num 8.*

Sed lex sive constitutio Regni Daniae est & juri communi contraria, & à jure communi exorbitans, nec in illa lege vel constitutione ulla sit expressa mentio feudorum sive bonorum feudalium.

Igitur sequitur, legem vel constitutionem Regni Daniae nullo modo ad feuda extendi vel feuda comprehendere posse, etiamsi illa lex vel constitutio generalis esset, sive generaliter loqueretur.

Similiter & consuetudo Regni Daniae nunquam in feudis sive respectu bonorum feudalium observata fuit.

Igitur sequitur, quod consuetudo Regni Daniae, ad feuda sive bona feudalia extendi nequeat.

Cum itaque dubio omni careat, quod Ducatus Schlesevicensis & Fimeria sint & ultra tempus immemoriale, fuerint feuda recta, propria, vera, antiqua & antiquissima.

Rursus ex hoc infertur, quod neque consuetudo neque constitutio Regni Daniae ad hunc casum extendi, vel hunc casum comprehendere possit, etiamsi probari vel fides fieri possit, quod consuetudo vel constitutio Regni Daniae sit generalis.

Quinquagesimo tertiò, † sub generali dispositione statuti, mandari vel constitutionis non comprehenduntur Ducatus, Comitatus vel alia bona habentia annexam regalem dignitatem, prout hoc expresse & in specie tradit *Matth. de Afflict. c. 1. §. in generali. num. 40. si de feud. defunct. content. Matth. de Afflict. decisio. 265. nu. 13. cum mult. sequentib. usq. ad num. 24.* 191

Et confirmatur, tum quia sub dispositione generali non veniunt neque comprehenduntur regalia, *c. quae translationem. ext. de offic. legat. Alberic. de Rosat. l. final. circa fin. C. de jurisdict. omn. judic. Dec. consil. 197. numer. 1. Matth. de Afflict. decis. 122. Calcan. cons. 102. Cagnol. repet. l. Imperium. num. 272. & 274. ff. de jurisdict. omn. judic. Natt. cons. 179. num. 9. Carol. Molin. in consuet. Paris. tit. 1. §. 1. gloss. 5. num. 53.*

Etiamsi illa dispositio sit concepta verbis non tantum generalibus sed generalissimis, *Calcan. consil. 102.*

Usque adeo ut potiùs admittendum sit, ut dispositio generalis sit penitus supervacua & absque effectu operandi, quàm ut regalia comprehendat *Abb. c. prudentiam. §. sexta. extr. de offic. deleg. Dec. consil. 179. num. 1.*

Tum quia Ducatus, Comitatus & similia bona habentia annexam regalem dignitatem, prae reliquis bonis multum privilegiata sunt.

Similiter quoque successio in Ducatus, Comitatus, & reliqua bona habentia annexam regalem dignitatem, à successione aliorum bonorum plurimùm differt, & prae successione aliorum bonorum multa habet & specialia & privilegia, & praerogativas, sicut hoc ex suprà deductis liquet.

Et certum est, † quod statutum, constitutio, consuetudo vel alia dispositio generalis nunquam extendatur ad res, bona vel casus specialiter privilegiatos, sive prae aliis praerogativam habentes, *Salycet. l. final. Codic. de jur. dotal. Baldus* 192

consil. 359. lib. 3. Paul. Castr. consil. 78. in fin. lib. 1. Raph. Fulgos. l. in testamentu C. de testam. Roman. Cornel. & Dd. l. hac consultissima. in pr. C. qui testament. facer. poss. Ias. l. 1. colum. 3. ff. solut. matrimon. Ias. l. si constante. colum. 34. ff. eod. titul. Socin. consil. 46. colum. 7. lib. 3. Cassan. consil. 32. colum. 3. Calcan. consil. 13. colum. 2. Gedz.ad. cons. 43. colum. 2. consil. 76. colum. 2. Ruin. consil. 136. colum. 4. lib 3. cum multis similibus. allegat. per Tiraquell. in tractat. de utroque retract. part. 1. §. 1. gloss. 14. nu. 91. cum omnibus sequentibus. usque ad num. 96. Anton. Gabr. Roman. in tractat. regular. lib. 6. tit. de legib. & constitut. conclus. 1. num. 1. & 10.

Illudque potissimùm locum habet in nostro & similibus casibus, quando in ista materia de qua agitur, res vel bona aliqua, præ cæteris prærogativas specialia vel privilegia habent, *l. decurionibus. & ibi gloss. Bart. & Ioann. de Plat. C. de silent. lib. 12. l. 1. circa med. C. de nov. Codic. confirmand. Bald. l. non plures. in fin. C. de S S. Eccles. cum multis similibus. allegatis per Tiraquell. in tractat. de utroque retract. part. 1. §. 1. gloss. 14. num. 104. Anton. Gabr. Roman. in tractat. regul. lib. 6. tit. de legib. conclus. 1.*

193 Tum quia Ducatus sunt res † magni imò maximi momenti, maximiq; valoris & æstimationis.

194 Et causæ Ducatus respicientes † sunt causæ valdè arduæ, graves & maximi momenti sive maximi præjudicii.

195 Et certum est, quod † causæ graves sive arduæ ab omni generali dispositione exceptæ esse intelligantur, quodq; tales causæ sub generali dispositione non comprehendantur, *Matth. de Afflict. c. 1. §. in generali. num. 45. & 47. si de feud. defunct. content. Ioann. Baptist. Asin. in sua praxi. in princip. cap. 6. num. 20.*

Similiter certum est, quod ardua sive gravia ab omnibus statutis, constitutionibus & dispositionibus generalibus excepta esse intelligantur, quodque generalia statuta vel constitutiones ardua sive gravia non comprehendant, *Barbat. consil. 46. num. 15. & 16. lib. 2. Purpurat. in addit. ad Iason. l. 2. §. si quis judicio. numer. 12. verb. arduu. ff. si quis cautionib. fac. text. c. per venerabilem. & ibi Panormitan. num. 15. 16. & 20. ext. qui fil. sint leg.*

Eodem quoque modo clari juris est, quod illa quæ sunt magni sive gravis præjudicii, aut cum magno vel gravi præjudicio conjuncta, non comprehendantur in generali statuto, constitutione vel alia dispositione, *l. si quis mihi bona. §. sed utrum. & ibi Dd. ff. de acquir. hæred. l. generali ff. de rit. nuptiar. c. final. & ibi gloss. & Dd. de procurat. lib. 6. Bartol. l. filiusfamilias. colum. penult. & ult. ff. de donation. Salycet. l. 1. C. de sponsalib. Alexand. & Ias. Titius. in princip. ff. de lib. & posthum. Alex. consil. 146. circa princip. lib. 5. Tiraquell. in tractat. de legib. connub. glos 7. nu. 111. fac. id quod trad. Menoch. in tractat. de arbitrar. jud. quæstion. lib. 1. quæstion. 80. num. 145. Ioann. Andr. & Dd. c. final. de jurament. colum. lib. 6. Bart. l. 2. §. final. C. de jurament. calum. Abb. & Barbat. c. in pertractandis. extr. eod. titul. Covarr. variar. resolut. lib. c. 6. cap. 6. num. 2.*

Et magnitudo summæ exigit specialem illius mentionem, *l. item apud. §. hoc edictum. ff. de injur.*

Et propter rei magnitudinem non sufficit clausula generalis, sed specialis adhibenda est, *clementin 2. de procurat. gloss. c. qui ad agendum. eod. tit. lib. 6.*

Et de eo quod est notatu dignum, debet fieri mentio specialis & non in genere, *Matth. de Afflict. decisio. 265. num. 22.*

Tum quia clari & indubitati juris est, nec non & superius comprobatum, quod inter Ducatus aliaq; bona habentia annexam regalem dignitatem, & inter ista bona, quibus regalis dignitas annexa non est, item & inter successionem Ducatuum & similium bonorum habentium annexam regalem dignitatem & successionem reliquorum bonorum, quibus talis dignitas annexa non est, maxima ratio diversitatis militat.

Et certum est, quod † dispositio generalis restringatur ad casus habentes eandem rationem & causam, nec extendatur ad casus habentes diversam rationem, 196
Calcan. consil. 1. colum. 19. circa fin. Cravet. consil. 144. num. 6. fac. text. l. creditor. §. datum. ff. de bon. auto. judic. poss.

Neque etiam comprehendat ea, in quibus non est eadem aut par ratio, *Rot. decis. 288. incip. major pars. in novis. Calcan. consil. 1. colum. 19. consil. 164. colum. 2. circ. med. Laurent. Sylvan. consil. 76. num. 17.*

Prout etiam oratio generalis vel indefinita nunquam operatur tantum quantum operatur specialis, quando ratio diversitatis subest, vel assignari potest, *Bart. l. si pluribus. ff. de legat. 2. Paul. Castrens. consil. 187. colum. penult. lib. 2. Cravet. cons. 33. nu. 15. cons. 70. num. 27.*

Et sub generalitate nunquam venit id, quod

quod est alterius naturæ, *Ioann. And. c. ex lit. ext. de jur. patr. Matt. de Afflict. decis. 265. n. 23.*

Sed certum est, quod constitutio Regni Daniæ nullam penitus faciat mentionem de Ducatib. reliquisq; bonis habentibus annexam regalem dignitatem.

Similiter quoq; certum est, quòd consuetudo Regni Daniæ, in Ducatibus reliquisq; bonis habentib. annexam regalem dignitatem, nunquam observata fuerit.

Igitur sequitur, quod neq; constitutio neque consuetudo Regni Daniæ ad Ducatus & similia bona habentia annexam regalem dignitatem eorumvè successionem extendi possit, sed quod Ducatus & similia bona habentia annexam regalem dignitatem, ab ista & consuetudine & constitutione excepta sint & esse intelligantur.

Cum itaque in casu præsenti agatur de successione Ducatus Schlesevicensis & Fimeriæ, quæ regalem dignitatem annexam habere dubio omni caret.

Rursus ex hoc infertur, quod consuetudo Regni Daniæ in casu præsenti locum non habeat, nec ad casum præsentem extendi vel portigi possit.

97 Quinquagesimo quartò, † nullum statutum, nulla consuetudo, nullaq; constitutio quantumvis generalis, extenditur ad Reges, Duces, vel similes personas habentes dignitatem vel regalem vel summam, nisi de illis personis in isto statuto, consuetudine vel constitutione specialis & expressa mentio facta fuerit, *Pet. de Anch. cons. 296. incip. pro clariori evidentia. & consil. 298. incip. efficacius. Roman. cons. 498. incip. in quo quæritur. num. 6. Dec. c. Ecclesia S. Mariæ. num. 15. ext. de constitut. Rip. respons. 2. num 4. respons. 15. circa fin. lib. 1. Godzadin. consil. 76. num. 11. cons. 101. num. 15. Cardinal. Paris. cons. 141. num. 8. lib. 4. Petr. Rebuff. super concordat. titul. de collat. §. si quis verò. §. Cardinalatus. Barbat. in tract. de præstant. Cardinal. part. 1. quæstion. 7. circa finem. Lucas de Penna l. in sacris. circ. Imperat. C. de prox. sacror. scrinior. lib. 12. Matth. de Afflict. decisio 265. num. 15. Ias. cons. 117. colum. 3. versic. tertiò principaliter. lib. 4. Hieron. Gig. in tract. de pension. quæst. 9. nu. 7. & 8. & quæstion. 59. num. 13. & 14. Quintilian. Mandos. in regul. Cancellar. Apostol reg. 19. quæstion. 2. num. 4.* ubi *Quintilian. Mandos.* attestatur, hanc sententiam communiter receptam.

Et confirmatur: namq; certi & indubitati juris est, quod Reges, Duces, reliquæq; personæ obtinentes regalem dignitatem, præ Nobilibus, cæterisq; personis inferioribus plurimum & privilegiati sint, & multa privilegia, multos favores, multasq; prærogativas habeant.

Et legibus cautum est, quod nulla constitutio nullaq; consuetudo quantumvis generalis, extendatur vel porrigatur ad personas privilegiatas sive prærogativas vel privilegium pro cæteris habentes, *l. final. §. exceptis. C. ubi quis de curiali vel cohortali. l. decurionibus. & ibi gl. Bart. & Ioann. de Plat. C. de silentiar. lib. 12. Bald. l. 1. aut med. C. de nov. Codic. confirmand. Bald. l. non plures. circa finem. C. de SS. Eccles. Bald. l. final circa fin. C. si contr. jus vel utilitat. public. Bald. l. 1. colum. 1. ff. de constit. Princip. Bald. c. 1. colum. 3. & ibi Felin. & Dec. ext de rescript. Bald. Martin. Laudens. & Præpos. c. 1. quo tempor. mil Alex. cons. 123. colum. 5. lib. 4. Barbat. cons. 56. lib. 2. cum mult similib. allegat. per Tiraquell. in tractat. de præscript. §. 1. gloss. 11. & in utroque retract. part. 1. §. 1. gloss. 14. num 104.*

Similiter legibus cautum est, quod constitutio generalis nunquam extendatur ad casus vel personas habentes specialem favorem, *l. si quis adulterium cum incestu. §. liberto. ff. ad l. Iul. de Adulter. Ias. l. cohæredi. §. qui discretas. not. 4. ff. de vulgar. & pupill. gloss. Bart. Ias. & Dd. l. sciendum in pr. ff. qui satisdar. cogant. cum mult. similib allegatis per Tiraquell. in tractat. de præscript. §. 1. gloss. 11.*

Et prædicta decisio potissimùm & absque omni dubio locum habet in statutis, consuetudinibus vel constitutionibus juri communi contrariis, vel à jure communi exorbitantibus, nec non & in aliis dispositionibus aut odiosis aut strictis.

Namq; sub talibus statutis, consuetudinibus & constitutionibus vel dispositionibus quantumvis generalibus, absque omni dubio non comprehenduntur Reges, Duces, reliquæq; personæ constitutæ in regali dignitate vel regalem dignitatem habentes, nisi de iis fuerit facta specialis & expressa mentio.

Sicut hoc tradunt omnes Doctores in locis præallegatis.

Sed in constitutione Regni Daniæ nulla fit mentio de Regibus & Ducibus.

Similiter & consuetudo Regni Daniæ respectu Regum vel Ducum nunquam fuit observata.

Et insuper dubio omni caret, quod & consuetudo & constitutio Regni Daniæ sit & juri communi contraria, & à jure communi exorbitet.

Igitur etiam ex hoc sequitur, quod consuetudo & constitutio Regni Daniæ nullo

modo

modo extendi possit ad successionem Regum vel Ducum.

Rursus ex hoc infertur, cùm in casu præsenti agatur de successione Regis & Ducum, quod consuetudo & constitutio Regni Daniæ ad casum præsentem minimè extendi possit.

198 Quinquagesimo quintò, † & legibus cautum, & à Dd. communiter traditum est, quod sub generali dispositione non comprehendantur res restitutioni subjectæ, *gloss. & Angel. auth. de restitut. & ea quæ parit. Ias. l. final. colum. 29. C. de jur. Emphyt. Ias. cons. 124. colum. 4. lib. 2. Anton. Gabr. Roman. in tractat. regular. lib. 6. titul. de regulis jur. conclus. 10. n. 27.*

199 Usque adeo † ut hoc secundum aliquorum Dd. sententiam locum habeat, etiamsi illa dispositio sit concepta verbis universalibus, *Socin. jun. consil. 72. num. 51. lib. 1.*

Sed certum est, nec non & superius comprobatum, quod & feuda & Ducatus sint res restitutioni subjectæ, iisq; æquiparentur.

Similiter quoque certum est, quod constitutio Regni Daniæ nullam faciat mentionem de rebus restitutioni subjectis.

Eodem quoq; modo certum est, quod consuetudo Regni Daniæ respectu rerum restitutioni subjectarum, sive in rebus restitutioni subjectis nunquam observata fuerit.

Igitur sequitur, quod neque constitutio Regni Daniæ ad res restitutioni subjectas porrigi vel extendi possit.

Rursus ex hoc infertur, quod neque constitutio neque consuetudo Regni Daniæ ad feuda, item & ad Ducatus extendi vel porrigi possit.

Cum itaque provincia Schlesevicensis & Fimeria sint & Ducatus & feudum & quidem rectum, proprium, verum, antiquum, antiquissimum ex pacto & providentia.

Etiam ex hoc sequitur, quod constitutio & consuetudo Regni Daniæ ad Ducatum Schlesvicensem & Fimeriam, & per consequens ad casum nostrum, in quo agitur de successione partis Ducatus Schlesevicensis & Fimeriæ nullo modo extendi possit.

200 Quinquagesimo sexto, † nulla constitutio, consuetudo vel alia dispositio quantumvis generalis, extenditur ad actum juratum vel juramento confirmatum, *c. constitutus. extr. de rescript. Ioann. Andr. c. quod semel. de regul. jur. lib. 6. Innocent. c. cum inter. in fin. extr de renunciat. gloß. c. cum non deceat. & ibi Ioann. Andr. Dominic. & Philip. Franc. de electionib. lib. 6. Fulgos. consil. 156. Alexand. cons. 27. & cons. 125. lib. 1. cons. 38 lib. 3. cons. 110. lib. 4. cons. 137. lib. 6. cons. 61 in fin. lib. 7. Roman. singula. 7. sing. 404. singul. 436. Roman. consil. 389. Dec. l. pacta novissima. C. de pactis. Dec l. alimentis. C. de transaction. Ias l. quoties. C. de precib. Imperator. offerend. Ias l. causas. C. de transaction. Corn. cons. 36. lib. 1. Socin cons. 139. lib. 1. Ias cons. 216. lib. 2. cons. 173. lib. 4 Hippolyt. de Marsil. singular. 515. Hippolyt. de Marsil. consil. 107. Godzadin. cons. 16 Cassan consil. 7. Ruin. consil. 161. lib. 5. Bertrand. consil. 51. lib. 1. Mantua cons 154. lib. 1.*

Et idem quoque juris est in iis, † quæ ex actu jurato originem trahunt vel descendunt. 201

Tum quia à primordio tituli posterior formatur eventus, *l. 1. C de imponend. lucrativ. description.*

Tum quia in omnibus omninò dispositionibus initium sive origo inspici, & secundum illud de toto negocio, deq; omnibus sequelis judicium fieri debet, *l. qui id quod ff. de donation. cum mult. simil. allegat. suprà.*

Tum quia effectus secundum natura atque qualitatem causæ regulatur, *Cardinal. Florent. c. cum dilecti. col. 1. ext. de accusation. Bald. rubr. colum. penult. ff. si cert. petat. Tiraquell. in tract. cessant. caus. part. 1. nu. 144.*

Tum quia omnia referuntur ad id, unde originem trahunt.

Præterea quoque & omnis constitutio, omnisq; consuetudo quantumvis generalis ita interpretari debet, ne per illam intelligatur esse derogatum iis, quæ aliquo modo roborata vel confirmata sunt, *gloß. clem. dudum. §. penult. verb. pacto. de sepult. Roman. l. si verò. §. de viro, fall. 23. ff. solut. matrimon. Roman. cons. 393. num. 13. cons. 404. circ. fin. cons. 436. num. 13. cons. 517. circa fin. Dec. c. 1. num. 11. ext. de rescript. Loffred. cons. 24. num. 20. cons. 35. num. 15. Cardinal. Paris. cons. 140. num. 6. lib 4. Ruin. consil. 229. num. 7. lib. 1. facit id quod trad. Dec. cons. 142. column penult.*

Sed contractus † feudi, ex quo successio in feudum descendit & originem trahit, jurejurando confirmatur, cum vasallus Domino feudi juramentum fidelitatis præstet, atque præstare obligatus sit, *c. 1. in princ. & §. 1. quæ fuit 1. caus. c. §. §. nulla. & ibi Alvarott. num. 6. & Præposit. num. 9. per* 202

quos

quos fiat investit. c. 1. in princip. de capit. Corrad. c. 1. qualit. vasall Domin. fidel. iura. deb. c. 1. de form. fidelit. c. 1. de nov. form fidelitat. c. de forma 22. quæstion. 2.

Præterea quoque successio in feudum, item & in Ducatus, præ cæteris successionibus communibus roboratur etiam pacto & providentia primi acquirentis.

Igitur etiam ex hoc infertur, quod constitutio, consuetudo, vel alia dispositio quantumvis generalis nunquam extendatur ad successionem vel Ducatuum vel feudorum.

Rursus ex hoc infertur, cum in constitutione atque consuetudine Regni Daniæ nulla fiat expressa mentio de successione Ducatuum, vel feudorum, quod neque consuetudo, neque constitutio, Regni Daniæ ad successionem Ducatuum vel feudorum extendi debeat, etiamsi illa constitutio esset verbis generalibus concepta.

Iterum ex hoc infertur, quod constitutio aeq; consuetudo Regni Daniæ nullo modo porrigi vel extendi possit ad casum præsentem, in quo agitur de successione Ducatus, item & de successione feudi & quidem recti, veri, proprii, antiqui, antiquissimi, nec non ex pacto & providentia.

Illudque multò magis ideò obtinere debet, cum & Dux J. senior, Serenissimo Regi Daniæ juramentum fidelitatis præstiterit.

Atque omnes alii Duces Schlesvicenses ultra tempus immemoriale Regibus Daniæ & juramentum fidelitatis præstiterint, & ad præstandum juramentum fidelitatis obligari fuerint.

203 Quinquagesimo septimò, † statutum generale sive constitutio generalis nunquam derogat legi speciali, *Bartol. Ias. & Dd. l. sciendum. ff. qui satisd. cogant. Bartol. l. omnes populi. quæst. 3. principal ff. de justic. & jur. Bartol in constitut. ad reprimendum. verb. non obstantibus. Francisc. Aretin consil. 163. Cornel. consil. 135. colum. 1. consil. 117. col. 2. lib. 4. Dec. l. in toto jure. num. 7. & 10. & ibi Cagnol. num. 8 ff. de reg. jur.*

Similiter & per statutum sive constitutionem indistinctè loquentem, non derogatur legi distinctè loquenti, *Ioan. Andr. in addit. ad Specul. tit. de exetut sentent. §. postremò. Petrus de Anchoran. c. canonum statuta, quæstion. 14. principal. numer. 1. extr. de constitut. Cornel. consil. 199. colum. 22. num. 67. lib. 2.*

Sed jus commune expressè & specialiter disponit, quod frater ex latere patris tantùm, nec non & ipso prædefuncto, filii illius una cum fratre utrinque conjuncto ad successionem feudi antiqui, Item ad successionem Ducatuum & aliorum honorum, in quibus habetur respectus, ad solam agnationem sive ad lineam paternam admitti debeant.

Et in constitutione Regni Daniæ nulla fit mentio specialis de successione feudi vel Ducatuum, nec in illa specialiter disponitur, quod frater utrinque conjunctus, fratrem ex latere patris tantùm, ejusque filios, à successione feudi vel Ducatuum excludere debeat.

Igitur sequitur, per illam constitutionem Regni Daniæ nullo modo correctum vel sublatum esse jus commune, admittens ad successionem feudi, & Ducatuum fratrem ex latere patris tantùm, ejusque prædefuncti filios una cum fratre utrinque conjuncto.

Quinquagesimo octavò, † clari & indubitati juris est, quod nullum statutum nullaq; constitutio quantumvis generalis, illum Regem ejusq; successores, qui illam constitutionem fecit, liget vel comprehendat, *Ioan. Andr. Dominic. Philipp. Franc. & Dd. c. 1. de constitut. lib. 6. Ioann Andr. c. cui licet. de regulis jur lib. 6. Bartol. l. Lucius Titius. §. 1. argument. ill. text. ff. de fideicommiss. libert. & Bald l. digna vox. C. de legibus. Bald. auth. quibuscunque in fin. C de S S. Eccles. Bald. l. si cum ipse. C. de contrah. empt. Bald. l. 1. §. similiq. modo. col. 1. & ibi Angel. C. de latin. libertat. toll Hostiens. & Abb. c. cum omnes, & ibi Bald. num. 26. & 27. & Augustin. Bero. num. 28. extr. de constitut. Bald c. 1. §. ad hæc de pac. jurament firmand Bald. l. si consul. ff. de adopt. Angel. l. Princeps. argument. ill. text. ff. de ll. Angel. Paul. Castrens. l in princip. & ibi Alex. num. 2. Ias. num. 6. & Dec. num 6. & 7. ff. quod quisq. jur. Abb. c. 1. & ibi Petrus de Anchoran. quæst. 12. Felin. num. 24. versicul. quartò amplia. & Dec. num. 15. extr. de constitut. Ioan. Calderin. Abb. & Bardinal. Zaborell c. 1. extr. de raptor. Roman. consil. 444. in fin. Koch Curt. in tractat. de consuetud. num. 652.* 204

Et confirmatur, tum quia Principi in suo principatu non potest lex imponi, quia

quia Deus ipsi subjecit leges, *Bald. c. 1. qualit. Domin. propriet. feud. privet. Curr. jun. conf. 65. num. 9.*

Tum quia etiam Imperator Romanus non ligatur legibus ab ipso vel prædecessoribus suis conditis, *l. Princeps ff. de legib.*

Tum quia nemo seipsum ligare vel sibiipsi imperare potest, *l. pen. ff. de arbit. l. ille à quo, §. tempestivum ff. ad Senatusconf. Trebell. l. si prætor. ff. de tutor. & curat. dat. ab his.*

Tum quia in generali sermone nunquam comprehenditur persona loquentis, *l qui insulam. §. final. ff. de locat. & conduct. l. si peculium §. si aut. ff. de pecul. legat. l inquisitio. C. de solution. l. si mercedem. §. final, & ibi gloss. & Bartol. ff. de action. empt. l. 1. & ibi Bartol. & Bald. ff. de Senatorib. Abb. & Dd. c. petitio. extr. de injur. Bald. l. cum acutissimi. C. de fideicommiss. Bald. l. 1. quæst. 14. ff. de rer. divisio. Ias. l. frater. à fratre lectur. 1. num. 24. & lect. 2. num. 16. ff. de condicl indebiti. Roland. à Vall.. consil 86. numer. 42. lib. 1. gloss. & Bartol l. Paulus. §. final. ff. de pignorib. Ruin. cons. 137. numer. 13. lib. 2. Sebast. Sap. l. 1. in princip. num. 5. ff. quod quisque jur.*

Tum quia nemo est subditus sui ipsius.

Et certi juris, quòd statuta & constitutiones regulariter subditos tantùm ligent, *c. quod autem. extr. de pœnitent. & remiss. c. à nobis extr. de sentent. & re judicat. c. Romana. §. 1. de sentent. & re judicat. lib. 6. l. omnibus civitatibus. ff. ad Senatusconsult. Trebellian. l. 1. C. de summ. Trinitat. & fid. Catholic. l. 1. ad fin. C. de Iustin. Cod. confirm. l item non novum, post princip. ff. de judic. l. final. C. de incest. nupt l. 1. C de colon. Palæst lib. 10.*

Tum quia nemo imponere potest legem vel sibiipsi, *l. si quis in princip ff. de legat. 3.*

Vel successoribus suis, *c. innotuit. extr. de electión.*

Tum quia Rex non ligatur legibus vel constitutionibus, à Proceribus, statibus atque ordinibus Regni conditis, sed in illis semper exceptus esse intelligitur, *argument. c. significasti extr. de electionib*

Præterea quoque legibus cautum, & à Dd. traditum est, quod sub lege vel constitutione Regis vel Principis non comprehendantur filii vel nepotes Regis vel Principis, *Cardin. consil. 2. Felin. c. 1. num. 13. extr. de constitut. Hippolyt. Riminald. consil. 3. num 15. lib. 1.*

Similiter quoque certum & à Dd. traditum est, quòd sub constitutione Regis non comprehendantur fratres Regis, *Albert Brun. in tractat, quod stantib. Mascul. artic. 6 princip. quæst. 7. num. 67. Roland. à Valle. in tract de lucr. dot. quæst. 83. colum final. Hippol. Riminald conf 3. num. 15. lib. 1.*

Et prædicta usque adeò vera sunt, ut procedant etiam in statutis & constitutionibus à Rege factis, promulgatis & conditis cum consensu omnium ordinum & statuum.

Sicur hoc satis probatur per id quod in simili traditur, quòd Papa non ligetur constitutionibus vel statutis factis & conditis ab ipso, cum consensu consilii generalis, *gloss. c. ubi periculum. verb. concilium, & ibi Dominic. column. 3. de election. lib 6. Abb. c. significasti, colum. 2. extr. de electionib. Abb. c. ex parte. extr. de Capell. Monach. Felin. c. 1. numer. 24. extr. de constitut. fac. text. c. cuncta. 9. quæst. 3.*

Sed certum, quod Dux J. senior Holsatiæ, de cujus successione in casu præsenti agitur, sit & filius Regis F. Primi, & nepos Regis C. Primi, & frater Regis C. Tertii.

Et hæc lis sive controversia vertitur, inter Serenissimum Regem Daniæ F. Secundum, qui & ipse est Rex, & cujus regiæ Majestatis pater, avus & proavus Reges Daniæ fuére.

Dux quoque J. junior, ad quem hæc causa sive lis unà cum regia Majestate pertinet, est & filius Regis C. Tertii, & frater Regis F. Secundi.

Dux quoque A. est & filius Regis F. Primi, & frater Regis C. Tertii.

Deinde quoque illa lex sive constitutio Regni Daniæ, quam Dux A. in casu præsenti pro se allegat, est lata & condita à Rege W. prædecessore Moderni Regis Daniæ.

Cum itaque hæc lis vertatur inter Serenissimum Regem Daniæ F. Secundum, & Ducem J. juniorem, fratrem suæ regiæ Majestatis ex una, & Ducem A. ex altera parte, nec non & hic agatur de successione illius portionis Ducatus Schlesevicensis & Fimeriæ, quam Dux J. senior quondam possedit.

Sequitur, quòd prædicta constitutio Regni Daniæ casum præsentem non comprehendat, & in casu præsenti nullo modo locum habere possit.

Quinquagesimo nonò, † per hoc quod 205 popu-

populus alicujus Regni, constitutiones vel statuta Regni etiam centum vel mille annis servat, non inducitur consuetudo, *Ioan. de Lignan. c. 1. & ibi Dominic. de constitut. lib. 6. Anton. de Butr. cap. 1. & ibi Felin. numer. 19. extr. de rescript. Ioan. de Imol. l. 1. ff. ad l. Falcid.*

Igitur sequitur, etiamsi populus Regni Daniæ ultra centum vel plures annos prædictam constitutionem Regis Woldemari observasset, ita quod frater utrinque conjunctus, successione hæreditaria rerum allodialium semper excluserit fratrem ex uno latere ejusque liberos.

Attamen per hoc consuetudinem nullam introductam.

206 Sexagesimò, † consuetudinibus subditorum Princeps non ligatur, *Bald. c. 1. paulò ante finem. & ibi Felin. numer. 30. extr. de constitut. Cardin. Florentin. consil. 2. incip. circa statutum. Roch. Curt. repetit. c. final. num. 648. cum tribus sequentib. extr. de consuetudin. Tiraquell. in tractat. de utroq. retract. part. 1. §. 1. glos. 13. num. 38. Aym. Cravett. in tractat. de antiquitat. tempor. part. 4. §. transeo. nunc ad quartam. nu. 40. Tiraquell. in tract. de ll. connubial. glos. 3. nu. 165.*

Igitur sequitur, etiamsi probari possit; in Regno Daniæ consuetudine receptum vel introductum esse, quòd frater utrinque conjunctus, fratrem ex uno latere tantum ejusque filios sive liberos successione excludere debeat:

Attamen illam consuetudinem Regem ipsum minimè ligare vel comprehendere posse.

Multò verò minus illa prætensa & constitutio & consuetudo in hoc casu locum habere potest, cum illa constitutio & observantia sive consuetudo nihil disponat, neque de rebus feudalibus neque etiam de Ducatibus vel aliis bonis, habentibus annexam regalem dignitatem, neque de rebus restitutioni subjectis, neque de iis rebus, in quibus habetur respectus vel solius agnationis vel primi acquirentis, neque etiam de successione fideicommissaria aut æquipollenti, neque etiam de successione ex pacto, providentia & ordinatione primi acquirentis descendente, neque etiam de Regibus, Ducibus, vel aliis personis in regali dignitate constitutis.

Sed tantùm disponat de successione ab intestato pura & simplici, rerum allodialium, ac pertinentium ad tales personas, quæ regali dignitate carent.

Sexagesimo primò, † ut audio & legibus & consuetudine Regni Daniæ cautum & introductum est, quòd in successione lineæ descendentis, sive quando descendentes ascendentibus succedunt, & jus repræsentationis locum habeat, & frater utrinque conjunctus fratrem ex uno latere tantum, ejusque filios non excludat, nec à successione quidem bonorum allodialium, & non habentium annexam regalem dignitatem. 207

Sed superius comprobatum est, licet in casu præsenti agatur de successione illius portionis, Ducatus Schlescvicensis & Fimeriæ, quæ ad Ducem J. seniorem pertinuit.

Attamen in casu præsenti non agi de successione ultimi defuncti, & sic collateralis, sed primi acquirentis & sic lineæ descendentis, sive de tali casu, in quo descendentes ascendenti succedunt.

Igitur sequitur, quòd in casu præsenti etiam secundum leges & consuetudines Regni Daniæ, & jus repræsentationis locum habere, & Dux A. tanquam frater utrinque conjunctus, Serenissimum Regem Daniæ, suæque regiæ Majestatis fratrem, Ducem J. juniorem, licet sua regia Majestas & Dux J. sint ex fratre ex latere paterno tantum minimè excludere, sed sua regia Majestas & Dux J. junior, unà cum Duce A. ad successionem illius portionis admitti debeat.

Sexagesimo secundò, † eo ipso quod Rex, Regnum vel populus etiam non subditus imperio Romano, contractum aliquem vel legibus vel moribus imperii Romani inventum vel informatum approbat vel recipit, ille Rex sive regnum sive populus istum contractum intelligitur approbasse, & recepisse cum omni sua natura, qualitatibus, conditionibus & legibus. Et sic respectu illius contractus etiam leges & consuetudines imperii Romani recepisse, & ad observandum illas se astrinxisse censetur. 208

Sicut hoc satis probatur.

Namque licet Ecclesia & † ecclesiasticæ personæ non ligentur legibus civilibus. 209

Attamen etiam Ecclesia vel ecclesiasticæ personæ quæ feudum vel ab aliis recepêre vel aliis dedêre in causis sive litibus respectu illius feudi motis, consuetudines

& leges feudorum & observare tenentur, & iis ligantur, *Bald. Martin. Laudens. & Praeposi. in praelud. feud. & ibi Iaf. numer. 5. Bald. c. caeterum. nu. 2. & ibi Cardinal. Florent. & Dec. nu. 4. extr. de judic. Bald. l. fin. nu. 10. C. sine censu vel reliqu. Petr. de Anchoran. consil. 174. Alexand. consil. 10. col. 1. lib. 5. Alvarot. cap. 1. column. 8. qui feud. dar. poss. Curt. jun. in tract. feud. part. 1 quaest. 2. Claud. de Seisell. in spec. feud. rub. de orig. & caus. lib. feudor. §. sed insurgit & aliud dubium.*

Ejusque decisionis assignatur haec ratio: quia eo ipso quod Ecclesia accipit feudum, astringit se ad servandum jura, quae de feudo disponunt, *Claud. de Seisell. in spec. feud. rubric. de orig. & caus. lib. feud. quaest 3. principal. circ. fin. versic intelligi tamen praedicta.*

Idem etiam probat id, quòd is qui contractum aliquem acceptat vel approbat, illum intelligatur acceptare vel approbare, cum omni sua natura omnibusque qualitatibus, punctis, & clausulis, *l. contra juris. §. final. & ibi Bald. & Iaf. numer. 11. vers. quinto ex eodem textu collige. l. 2. ff. de reb. eor. l. Cajus. ff. de manumiss. l. Pomponius. §. cum quis. ff. de acquir. haeredit.*

Quodque is qui confessionem qualificatam acceptat, eam cum omnibus suis qualitatibus acceptare intelligatur, *Bart. & Bald. l. siquidem. C. de except. Bartol. l. Aurelius. § idem quaesit. ff. de liberat. legat. Bald. l. siquidem. C. de transactiou. Bald. l. cum precum. C. de liber. caus. Bald. l. 1. columm. 3. C. de confess.*

Deinde quoque certum est, quod consuetudines sive jura feudorum sint, & natura feudi & origini feudi annexa, *Bald. c. caeterum. nu 2 extr. de judic. Curt. jun. in tract. feudal. quaest. 2. num. 1 Iaf. in praelud. feudor. num. 5.*

Et natura ad se trahit personam, non autem persona naturam, *Bald. c. 1. num. 4. de controvers. feud. apud par. determinand. Iaf. in praelud. feud nu. 5.*

Huc etiam accedit, quòd concedens feudum illud intelligatur concedere secundum jura & consuetudines feudorum, *Ioan. Baptist. Vincemal. inter cons. feud. varior. cons. 1. num. 80.*

Quodque & recipiens feudum illud intelligatur recipere secundum jura & consuetudines feudorum, *Bald. l. final. nu. 10. C. sine censu vel reliquis, Iaf. in praelud. feudor. num 5.*

His adde, quòd omnis actus omnisque dispositio secundum subjectam materiam & naturam illius rei de qua agitur, intelligi, declarari, limitari, & restringi debeat, *c. solita & ibi Dd. extr. de majoritat. & obedient. l. si uno. in princip. ff. de location. & conduction. l si olei. C. eod. titul. l. damui infecti quidam in princ. & ibi Angel. ff. de damn. infect. l. final C. de non numerat. pecun. clement. exivi. de verb signific at. Alexand. cons. 26. num. 6. lib. 5. cum multis similibus allegat. per Georg. Natt. clementin. saepe. column. 4. & columu. 64. de verbor. significat. Nevizan. consil. 92. numer. 12. usq. ad numer. 42. Nicol. Everhard. in sua topica in loc. à subjecta materia.* 210

Igitur sequitur, licet Rex & Regnum Daniae Imperatorem Romanum pro superiore non recognoscant.

Attamen Regem & Regnum Daniae eo ipso quod contractum feudi respectu feudi nempe respectu Ducatus Schlesevicensis & Fimeriae recepit, & Duces Schlesevicenses de isto Ducatu & Fimeria investivit, & leges & jura feudalia recepisse, & se ad observantiam illorum respectu Ducatus Schlesevicensis & Fimeriae & obligasse & astrinxisse.

Rursus ex hoc infertur, quod Rex Daniae Ducatum Schlesevicensem & Fimeriam Ducibus Schlesevicensibus intelligatur dedisse in feudum secundum jura & consuetudines feudorum, & Duces Schlesevicenses intelligantur illum Ducatum & Fimeriam secundum jura, leges & consuetudines feudorum in feudum recepisse.

Deinde etiam supra docui, ex privilegio Regis C. Primi, sub dato Seynen Mittwochs nach Invocavit, Anno 1460. satis liquere, quod jura, leges & consuetudines feudorum respectu Ducatus Schlesevicensis & Fimeriae in Regno Daniae approbatae & receptae sint.

Ideoque ex hoc etiam sequitur, quod in hac causa decidenda absque omni dubio jura, leges & consuetudines feudorum servari debeant.

Namque indubitatum est nec non & à Dd. communiter traditum, quod etiam in Regnis sive locis non recognoscentibus Imperatorem Romanum pro superiore, & consuetudines feudales & leges civiles sive jura communia, servari debeant, eo casu, quando illa ibidem recepta sunt, *Bald. cap. 1. num. 25. extr. de con-* 211

de consuetudin. Ar. Pinel. repetit. rubric. part. 2. num. 12. C. de bon. matern. laud. de Seisell. in spec. feud. sub rubric. de orig. & caus. lib. feudor. quaest. 3. principal. versic. quinimò licet. Francisc. Ascan. clem. in tractat. de patr. potestat. cap. 2. num. 5.

Cùm itaque legibus & civilibus & feudorum expressè cautum sit, quòd frater ex latere patris tantùm, & ipso prædefuncto filii illius, una cum fratre utrinque conjuncto, ad successionem feudi etiam a patruo possessi, sive relicti simul admitti debeant.

Iterum ex hoc infertur, quod istæ leges & jura absque omni dubio in casu præsenti servari, & Serenissimus Rex Daniæ & Dux J. junior, non obstante hoc, quod & Regia Majestas & Dux J. junior, sint filii fratris ex latere patris tantùm, unà cum Duce A. fratre utrinque conjuncto, ad successionem illius portionis Ducatus Schlesevicensis & Fimeriæ, quæ ad Ducem J. seniorem pertinuit, admitti debeant.

212 Sexagesimo tertiò, † multi Dd. tradunt, quod in locis non subditis Imperio Romano quæstio super feudo mota, si illa non sit decisa per legem vel consuetudinem specialem, & legitimè præscriptam illius loci, secundum jus Canonicum & civile decidi debeat, *Petr. Iacob. in sua pract. rubric. de success. feud. numer. 6. versic. sed si super feudo. Claud. de Seisell. in suo specul. feudal. rubric. de orig. & caus. libr. feudor. quaest. 3. princip. vers. nunquid autem ista constitutiones. Carol. Molin. in consuetud. Paris. tit. 1. in princip. numer. 105. Ioan. Ferald. in tractat. de jurib. & privileg. Regni Francorum. numer. 3.*

Sed certum est, quod neque constitutionibus Regni Daniæ cautum, neque consuetudine Regni introductum sit, quod eo casu, quando agitur de successione feudi vel Ducatus vel aliorum bonorum, aut habentium annexam regalem dignitatem, aut restitutioni subjectorum, vel talium in quibus habetur respectus, solius agnationis vel etiam primi acquirentis frater utrinque conjunctus, fratrem ex latere patris tantum, ejusque filios excludere debeat etiam eo casu, quando illud feudum Ducatus vel similia bona à patruo possessa & relicta sunt.

Igitur sequitur, hunc casum secundum jus Canonicum & civile decidendum esse, etiam in Regno Daniæ, non obstante hoc, quod Rex Regnum Daniæ ejusque incolæ Imperatorem Romanum pro superiore non recognoscant.

Cum itaque jure & canonico & civili cautum sit, quòd eo casu, quando agitur de successione vel feudi antiqui, vel Ducarum, vel aliorum bonorum habentium annexam regalem dignitatem vel rerum restitutioni subjectarum, vel talium in quibus habetur consideratio solius agnationis, aut etiam primi acquirentis, frater ex latere patris tantum, & eo prius defuncto illius filii, una cum fratre utrinque conjuncto ad successionem feudi vel Ducatus, & similium bonorum etiam a patruo possessorum & relictorum admitti debeant.

Rursus ex hoc infertur, quod absque omni dubio ad successionem illius portionis Ducatus Schlesevicensis & Fimeriæ, quam Dux J. senior habuit & possedit, Serenissimus Rex Daniæ & Dux J. junior, unà cum Duce A. fratre utrinque conjuncto admitti debeant.

Sexagesimo quartò, † aliqui Dd. tradunt, quòd in Francia & aliquibus aliis locis non serventur consuetudines feudi, hac tantum ratione fieri, quia ibi contrarius usus introductus est, item quia feuda ibi sunt redacta ad patrimonialia, & ad naturam impropriam, *Ioan. Raynaud. c. imperialem, in princip. num. 28. & 29. de prohib. feud. alien. per Frideric.* 213

Et certum est, quòd cessante ratione, cessent quoque & illa, quæ propter illam rationem introducta sunt, *l. quod dictum. ff. de pactis. l. adigere. §. quamvis. ff. de jur. patronat. Tiraquell. in tractat. cessant. caus. part. 1. num. 125.*

Sed certum est, quòd Ducatus Schlesevicensis & Fimeria sint feudum rectum & proprium, atq; rectam & propriam feudi naturam habeant, nec sint redacta ad instar patrimonialium.

Similiter quoq; certum est, quòd in Regno Daniæ nullus extet contrarius usus feuda vel etiam Ducatus comprehendens.

Igitur sequitur, etiamsi probari posset, in Francia consuetudines sive jura feudalia non servari.

Attamen ex hoc inferri non posse, quòd similiter & in Regno Daniæ jura & consuetudines feudorum, respectu Ducatus Schlesevicensis & Fimeriæ observari nun debeant.

Sexagesimo quintò, † illud penitus indubitatum est, quòd in Regnis non recognoscen- 214

gnoscentibus Imperatorem Romanum pro superiore, in defectum legum, constitutionum & consuetudinum Regni jus divinum servandum sit, *Bald. l. 2. nu. 1. C. quemadmod. testament. aperiant. Ioan. Lup repet. titul. extr. de donat. inter vir. & uxor. in introductione. nu 16.*

Sed jus repræsentationis, sive quod filius in locum patris ingredi, & una cum patruo suo ad successionem admitti debeat, jure divino introductum est, præsertim in nostro & similibus casibus, quando agitur de successione ascendentis, sive primi acquirentis.

Vel quando respectus ad ascendentem sive requirentem habetur.

Sicut hoc supra comprobavi.

Cum itaque neque constitutionibus neque consuetudinibus Regni Daniæ cautum sit, quod filius non debeat ingredi in locum patris, & una cum patruo utrinque conjuncto ad successionem admitti in nostro & similibus casibus, quando agitur de successione vel feudi, vel Ducatus, vel bonorum habentium annexam regalem dignitatem, vel rerum restitutioni subjectarum vel talium, in quibus habetur consideratio solius agnationis vel primi acquirentis,

Etiam ex hoc sequitur, quod in casu præsenti saltem jus divinum servari, & inspecto jure divino & jus repræsentationis locum habere, & Serenissimus Rex Daniæ, & Dux J. junior, unà cum Duce A. ad successionem illius portionis Ducatus Schlesevicensis & Fimeriæ, quam Dux J. senior habuit, & tenuit, admitti debeant.

215 Sexagesimo sexto, † consuetudines sive jura feudalia, & illa quæ in consuetudinibus & legibus feudorum continentur, sunt pars legis divinæ, *Bald. in prælud. feudor. num. 6.*

216 Similiter quoque † & consuetudines sive jura feudorum, sunt & dicuntur esse jus naturale, *Bald. c. 1. §. investitura. nu. 3. de nov. form. fidelitat.*

Igitur etiam ex hoc sequitur, quod in causis sive litibus feudum respicientibus etiam in Regnis sive locis Imperatorem Romanum non recognoscentibus, pro superiore in defectum legum & constitutionum Regni, servari debeant leges, jura, & consuetudines feudorum, tanquam & pars juris divini, & tanquam jus naturale.

217 Sexagesimo septimò, † etiam illi Reges & populi, qui non subsunt Imperio Romano, & Imperatorem Romanum, pro superiore non recognoscunt, in iis casibus, qui non sunt expressè decisi per leges, constitutiones & consuetudines Regni, jure civili, & legibus Imperatorum Romanorum, quatenus sunt rationabiles sive in ratione naturali fundatæ ligantur, *Andr. de Isern. in prælud. feudor. quæst. 2. num. 36. versicul. & de istu. & ibi Matth. de Afflict. num 34. Bald. l. nemo. numer. 1. & 2. C de sentent. & interloc. omn. judic. Ioan. Lup. repetit. titul. extr. de donation. int. vir. & uxor. in introduct. num. 17. Restaur. Castald in tractat. de Imperat. quæst. 53. num. 6. & 7. Paris. de Put. in tractat. Syndicat. verb. testis cap. 2. Cassan. consil. 63. nu. 24. Bald c. final. num 25. extr de consuetudin. Andr. de Isern. in constitut. Neapol. in prælud. colum. 15. & ibi Matth. de Afflict. quæst. 2. nu. 4. Ar Pinel. repet. rubr. part. 2. num. 12. C. de bon. matern. Ascan. Clem. in tractat. de patr. potestat. cap. 2. nu. 5.*

Similiter quoque † in Regnis non recognoscentibus Imperatorem Romanum pro superiore, in iis casibus de quibus lex, constitutio vel consuetudo Regni expressè & in specie nihil disponit, jus canonicum servandum est, *Bald. l 2. nu. 1. C. quemad. testam. aperiant. Ioan. Lup in titul. extr. de donation. inter vir & uxor. in introduct. nu. 15. & 16. Cassan consil. 63. nu. 24.* 218

Sed certum est & indubitatum, quod lex, constitutio, & consuetudo Regni Daniæ non disponat, quòd frater ex latere patris tantum, & ipso prædefuncto filii illius cum fratre utrinque conjuncto, non debeat admitti ad successionem eo casu, quando agitur de successione vel feudi vel Ducatuum vel aliorum bonorum habentium annexam regalem dignitatem, aut restitutioni subjectorum, aut in quibus habetur ratio solius agnationis aut primi acquirentis,

Similiter quoque certum est, nec non & superius comprobatum, & legibus civilibus, & jure canonico, & consuetudinibus feudalibus cautum esse, quod in prædictis casibus frater ex latere patris tantùm, & illo prius prædefuncto filii illius cum frate utrinque conjuncto ad successionem etiam patrui admitti debeant.

Illudque jus & canonicum & civile & feudale & rationabile & fundatum & in jure divino & in jure naturali, sive in naturali ratione, prout hoc suprà comprobavi.

Igitur

Igitur sequitur, hoc jus & canonicum & civile & feudale in casu præsenti absque omni dubio servandum, & secundum illud casum præsentem decidendum & quidem taliter, quod ad successionem illius portionis Ducatus Schlesevicensis & Fimeriæ, quæ ad Ducem J. seniorem pertinuit, Serenissimus Rex Daniæ, & Dux J. junior, una cum Duce A. fratre utrinque conjuncto admitti debeant.

219 Sexagesimo octavò, † expeditum est, & à Dd. communiter traditum, quòd deficientibus sive cessantibus feudorum legibus, vel consuetudinibus, in caussis sive litibus respectu feudi motis, sit servandum non jus civile, sed jus canonicum, prout hoc expressè & in specie tradit *Bald. c. 1. §. præterea. col. 3. & num. 10. & ibi Præpos. nu. 9. de prohibit. feud. alien. per Frideric. Alexand. cons. 5. num. 10. lib. 5. Ias. in prælud. feudor. num. 63. Bartol. de Bellocin. ad addit. ad Abb. c. 1. extr. de oper. nov. nunciat. Martin. Laudens. c. 1. de controvers. feud. ap. par. termin. Curt in tractat. feudal. 1. part. principal. quæstion. 12. & 2. part. 2. part. principal. num. 60. Iacob. de S. Georg. in tractat. feudal. verb. & dicti vasalli num. 17. Felin. c. Ecclesia S. Mariæ. num 54. & ibi Dec. num. 32. extr. de constitut. Felin. c. cæterum. num. 21. extr. de judic. Præpos. c. 1. num. 4. quo tempor. mil. Zas. in tractat. feud. part. 7. num. 6. Roch. Curt. in tractat. de consuetud. num. 778.*

Igitur sequitur, si probari posset, quòd leges sive consuetudines feudales, etiam respectu Ducatus Schlesevicensis & Fimeriæ, quæ esse bona feudalia, vera, recta & propria, dubio omni caret, in Regno Daniæ cessarent & locum non haberent.

Attamen hunc casum, in quo agitur de successione feudi recti, veri & proprii, Ducatus nempe Schlesevicensis & Fimeriæ, non jura, constitutiones vel consuetudines Regni Daniæ, quæ & sunt jus civile & commune Regni, quæque de feudis Ducatibus & similibus bonis nihil disponunt, sed jus canonicum servandum esse, & secundum illud hanc caussam sive litem decidendam.

Rursus ex hoc infertur, cùm jure canonico expressè cautum & dispositum sit, quòd in nostro & similibus casibus frater ex latere patris tantùm & ipso priùs defuncto, filii illius, una cum fratre utrinque conjuncto ad successionem admitti debeant, quòd hoc casu absque omni dubio Serenissimus Rex Daniæ & Dux J. junior, unà cum Duce A. fratre utrinque conjuncto, ad successionem illius portionis Ducatus Schlesevicensis & Fimeriæ, quæ ad Ducem J. seniorem pertinuit, admitendi sint.

Sexagesimo nonò, † omnes omninò 220
leges, constitutiones & dispositiones ab observantia postea secuta declarationem recipiunt, *l. si de interpretatione. & l. minimè. ff. de ll. c. cùm dilectus, extr. de consuetudin. c. cùm venisset. extr. institut. Bald. cons. 245. lib. 3. Paul. Castrens. cons. 314. ad fin. & cons. 347. colum. final. lib. 4. Socin. cons. 25. colum. 9. cons. 145. colum. 2. lib. 1. cons. 66. colum. 4. & cons. 68. colum. penult. ad fin. lib. 3. Roman. cons. 271. colum. 2. versicul. tertiò non est dubium. Corn. cons. 114. num. 11 lib 2. cons. 187. colum. penult. lib. 4. Cardinal. Paris. cons 56. num. 35. lib. 2. Aym. Cravett. cons. 101. num. 11. cons. 118. num. 2. cons. 201. num. 11. cons. 294. ratione decidendi. 21. Mantua. cons. 5. num 26. facit text. l. sed & Iulianus. §. proinde. ff. ad Senatuscons. Macedon.*

Et confirmatur ex eo, tum quia semper is intellectus assumi debet, quem effectus & rerum exitus verum esse demonstrat, *Ias. cons. 128. colum penult. in princip. lib. 1. Aym. Cravett. cons 201. num. 11. & cons. 294. ratione 21. decidendi.*

Tum quia talis præsumitur causa, qualis per effectum solutionis demonstratur, *Bald. l. si certis annis. col. 3. C. de pactis. Alexand. cons. 107. col. 1. lib. 1. Cravett. cons. 294. ratione decidendi 21.*

Tum quia ab antiqua practica non est recedendum, *Bald. l. illud. argum. illius text. ff. de excusation. tutor. Cardin. Paris. cons. 22. nu 24. & cons. 23. lib. 1.*

Tum quia vera interpretatio est illa, quæ à practica sive observantia sumitur, *Bald. c. 1. in princip. de feud. sin. culp. non amitt. Aym. Cravett. cons. 91. num. 7. & cons. 118. num. 2.*

Et hoc usque adeò verum est, ut illa interpretatio sive declaratio, quæ ex observantia postea secuta colligitur, omninò tenenda & sequenda sit, etiamsi verba dispositionis illi declarationi vel intellectui refragarentur, vel contrarium suaderent, *Socin. cons. 145. colum. 2. lib. 1. Cravett. cons. 294. ratione decidendi 21.*

Et in hac observantia † declarativa non 221
requiritur neque lapsus longi temporis, neque reliqua requisita ad consuetudinem indurandam, *Francis. Arentin. cons. 11. colum. 3.*

Socin. consil. 111. *colum. final. lib.* 1. *Corn. consil.* 188. *column. final. libr.* 4. *Aym. Cravett. consil.* 101. *nu.* 4. *& consil.* 118. *num.* 2. *Cravet. consil.* 20. *num.* 12. *consil.* 294. *ratione decidendi* 21. *Dec. c. cum M. Ferrariens. colum.* 2. *extr. de constitut. Dec. cons.* 48. *colum.* 2. *cons.* 156. *circ. fin. & cons.* 441. *circ. fin. Laurent. Sylv. cons.* 88. *nu.* 18. *lib.* 2.

Deinde quoque certum est, quòd etiam actus unicus ad inducendam hanc observantiam declarativam sive interpretativam sufficiat, *Abb. c. in causis. notab. ult. extr. de sentent. & re judicat. Roch. Curt repet. c. final. nu.* 32. *extr. de consuetud. fac. text. c. final. distinct.* 20.

Sed in Regno Daniæ ultra tempus immemoriale & ultra centum annos observatum fuit, quòd successio Ducatus Schlesevicensis & Fimeriæ non fuit regulata secundum leges, constitutiones & consuetudinem Regni Daniæ, sive secundum librum constitutionum Regis Woldemari, qui vulgò dicitur Das Lohbuch / sed sit & fuerit regulata secundum leges vel consuetudines feudorum communes, quodque in successione illius Ducatus Schlesevicensis & Fimeriæ non fuerint servatæ leges, consuetudines & constitutiones Regni, sed semper fuerint servatæ consuetudines, & jura feudalia communia.

Namque legibus & constitutionibus Regni cautum est, quod ad successionem debeant admitti tam masculi quàm fœminæ, item descendentes ex masculis & fœminis nullâ habitâ consideratione sexus.

In successione verò Ducatus Schlesevicensis & Fimeriæ semper fuit contrarium observatum.

Et ad successionem Ducatus Schlesevicensis & Fimeriæ secundum consuetudines, & leges feudales communes soli masculi ex primo acquirente per lineam masculinam descendentes exclusis fœminis & descendentibus ex fœminis admissi fuêre.

Igitur sequitur, per istam observantiam leges, constitutiones & consuetudines Regni Daniæ illam interpretationem & declarationem consecutas, quòd illæ leges & constitutiones nullo modo locum habere debeant in successione Ducatus Schlesevicensis & Fimeriæ, sed quòd illa successio regulari debeat secundum leges, consuetudines & jura feudalia communia.

Rursus ex hoc infertur, quòd per illam observantiam, & privilegium Regis C. Primi sub dato Stißen Mittwochs nach Invocavit, anno 1460. talem declarationem accepit, quòd & Ducatus Schlesevicensis & Fimeria æquè, ut Ducatus Holsatiensis tam quoad successionem, quàm quoad omnia alia secundum leges, consuetudines & jura communia feudalia regulari debeant.

Iterum ex hoc infertur, per illam observantiam subsecutam & contractum feudalem initum inter Reges Daniæ & Duces Schlesevicenses & Fimeriæ talem & interpretationem & declarationem accepisse, quòd ille contractus omnesque illius sequelæ & inter cætera & successio in illum Ducatum & Fimeriam in omnibus & per omnia, non secundum constitutiones, leges, & consuetudines Regni Daniæ, sed secundum leges, consuetudines & jura communia feudorum regulari debeat.

Ulterius ex hoc infertur, quod istis declarationibus ex observantia postea subsecuta descendentibus omninò standum & inhærendum sit.

Septuagesimò, † lapsus sive observantia illius temporis cujus, in contrarium memoria non extat, habet vim contractus, *Bald. consil.* 315. *column. lib.* 3. *Cravett. cons.* 10. *num.* 11. *Roland. à Valle, cons.* 66. *num.* 43. *lib.* 2. *Franc. Balb. in tractat. de præscript.* 5. *part.* 5. *part. principal. quæst.* 6. *nu.* 6. *Socin. consil.* 96. *column. final lib.* 1. 222

Et quidem specialiter cum Principe init, *Barbat. cons.* 9. *in princip. lib.* 1. *Roland. à Vall. cons.* 66. *nu.* 59. *lib.* 2.

Lapsus quoque illius temporis, cujus in contrarium memoria non extat, obtinet vigorem constituti sive concessionis, *l. hoc jure. §. ductus. ff. de aqu. quotid. & estiv. c. contra morem. distinct.* 100. *c. servitium.* 18. *quæst final. Alex. cons.* 24. *column.* 3. *& consil.* 52. *numer.* 3. *lib.* 5. *Bald. consil.* 349. *column.* 4. *lib.* 3. *Socin. cons.* 181. *colum. penult. lib.* 2. *Cardin. Paris. consil.* 13. *num.* 15. *lib.* 4. *Aym. Cravet. in tractat. de antiquitat. tempor. part.* 4. *§. absolutu. nu.* 9. *Roland. à Vall. cons.* 66. *nu.* 40. *& cons.* 89. *nu.* 11. *lib.* 2.

Et quidem factæ à Principe, *Bald. cons.* 439. *column.* 4. *lib.* 3. *Panormitan. consil.* 94. *colum.* 1. *in fin. lib.* 1. *Cravet. consil.* 10. *num.* 11. *Roland. à Vall. consil.* 66. *numer.* 4. *& consil.* 89. *num.* 11. *lib.* 2. *fac. text. c. duo. extr. de offic. ordin.*

Item

Item & ab illo, qui potestatem concedendi habet, *Ioan. Hanniba. rep. l. nemo potest. nu. 592. ff. de leg 1. Rol. à Vall. conf. 66. nu. 42. lib. 2.*

Similiter & lapsus illius temporis, cujus in contrarium memoria non extat, habet vim pacti expressi, *Bald. consil. 158. lib. 1. consil. 215. cons. 318 consil. 340. lib. 3. consil. 20. colum. 1. lib. 4. Iaf. l. quo minus colum. 19. & ibi Rip. num. 41. ff. de flumin. Dec. consil. 588. num. 6. & consil. 680. column. 2. Cardinal. Parif. conf. 112. num. 20. lib. 1. Cravett. consil. 10. num. 11. Roland. à Vall. consil. 66. num. 45 & conf. 89. num 12. lib. 2. Matth. de Afflict. cap. 1. §. si quis per triginta notab. 2. nu. 5. Si de feud. defunct. content. Bald. l. 1. C. de servitut. & aqu. Francisc. Balb. in tractat. de praescript. 1. part. quaest. 6. nu. 7. & 5. part. 5. part. principal. quaest. 6. nu. 6.*

Imò plus operatur praescriptio immemorialis quàm pactum, *glos. l. 1. verb. cohaeredibus. in fin. ff. famil. hercifcund. Francisc. Balb. in tractat. de praescript. 5. part. 5 part. principal. quaest. 6. nu. 6.*

Eodem modo & lapsus illius temporis, cujus in contrarium non extat, habet vim tituli legitimi, constituti, *Innocent. cap. 2. extr. de restitut. in integr. Felin. c. accedentes. column. 2. extr. de praescription. Ioan. Ign. l. necessarios. §. non alias verb. novissimè. num. 7. ff. ad Senatusconsult. Syllejan. Cardinal. Parif. consil. 26. num. 27. lib. 1. consil. 25. numer. 12. consil. 111. num. 49. & 114. libr. 4. Cravett. in tractat. de antiquitat. tempor. part. 4. §. absolutis. num. 9. Laurent. Sylvan. consil. 59. numer. 9. Anton. Natt. consil. 446. numer. 12. Roland. à Vall. consil. 66. num. 44. & consil. 89. num. 9. lib. 2.*

Decreti quoque vim & vigorem obtinet observantia illius temporis, cujus in contrarium memoria non extat, *Bald. l. 1. colum. 5. & 6. C. de serv. fugitiv. Francisc. Balb. in tractat. de praescript. 5. part. 5. part. principal, quaest. 4. nu. 4.*

Deinde etiam lapsus sive observantia illius temporis, cujus in contrarium memoria non extat, obtinet vim & authoritatem legis scriptae, *Cardinal. consil 88. Anton. Natt. consil. 446. numer. 12. Laurent. Sylvan. consil 59. numer. 9. argument. l. 1. §. final. & l. in summa. in princip. ff. de aqu. pluv. arcend.*

Et constitutiones factae cum consensu partium, *Socin. consil. 297. numer. 3. lib. 2. Roland. à Vall. consil. 66. numer. 43. & 61. lib. 2.*

Praeterea & lapsus sive observantia illius temporis, cujus in contrarium memoria non extat, vigorem privilegii obtinet, *c. super quibusdam. § praeterea, extr. de verbor. significationibus. Oldrad consil. 172. Iaf. l. si qui putat. num. 10 ff. de acquir. haeredit. Cravett. in tractat. de antiquitat. tempor part. 4. §. absolutis. num. 9. Cardinal Parif. consil. 13. num. 15. lib. 4. Laurent. Sylvan. consil. 59. num. 9. Natt. consil. 446. num 12. Roland. à Vall. consil. 89 nu 9. lib. 2. Francisc. Balb. in tractat. de praescription. part. 1. quaest. 6. num. 7. & 1. part. 5. part. principal. quaest. 7. num. 16.*

Non quidem simplicis sed expressi & ex certa scientia a Principe concessi, *Bald. c. 1. colum. 2. quae sunt regalia. Dec. consil. 496. column 2 Iaf. l. de quibus. colum. 13. ff. de legib. Alex. consil. 6. lib. 2 & consil. 47. colum. 2. lib. 4. Godzadin. consil. 8. num. 37. Roland. à Vall. consil 66. num. 60. lib. 2. Cravett. in tractat. de antiquitat. tempor. part. 4. §. absolutis. num. 9.*

Ulteriùs etiam lapsus sive observantia illius temporis, cujus in contrarium memoria non extat, habetur pro veritate, *Bald. consil. 24. lib. 4. Laurent. Sylvan. consil. 39. nu. 9. Natt. consil. 446. num. 12. Cravet. consil. 10. num. 11. arg. gloss. l. 1. C. de servitut. & aqu.*

Imò pro veritate simul & solenni privilegio, *Bald. consil. 257. lib. 2. Cravett. in tractat. de antiquitat. tempor. part. 4. §. absolutis. num. 9.*

Et tantum potest, quantum potest Imperator cum caussa, *Andr. de Isern. c. 1. verb. flumina. colum. 3. quae sunt regal. Iaf. repetit. l. quò minùs, colum. 8. ff. de fluminib. Godzadin. consil. 8. num. 37. Ruin. consil. 118. num. 10. lib. 4. Roland. à Vall. consil. 66. num. 47. consil. 89. num. 17. lib. 2. Laurent. Sylvan. consil. 59. num. 9. Natt. consil. 446. num. 12.*

Sed in successione & divisione Ducatus Schlesvicensis & Fimeriae, ultra centum & plures annos nunquam fuerunt observatae leges, consuetudines vel constitutiones Regni Daniae, sed in illa successione & divisione & ultra tempus immemoriale & ultra centum & plures annos semper fuerunt observatae leges, consuetudines, & jura feudalia communia.

Igitur sequitur, illam observantiam immemorialem perinde habendam, atq; si per contractum & pactum a Rege Daniae cum Ducibus Schlesvicensibus interveniente con-

consensu omnium statuum atque ordinum totius Regni Daniæ initum, nec non & per legem, constitutionem, decretum & privilegium, ex certa scientia ex causa justa, & de plenitudine potestatis concessum, cautum fuisset, quod in successione & divisione Ducatus Schlesevicensis & Fimeriæ, leges, consuetudines & jura communia feudalia, & nullo modo leges, constitutiones & consuetudines Regni Daniæ servari debeant, quodque illa observantia obtineat vim & constituti & tituli legitimi, & habeatur pro veritate, usque adeò ut Dux A. contrarium prætendens, nullo modo audiri, sed repelli debeat.

Septuagesimo primò, certi & indubitati juris est, quod lex vel constitutio non recepta in usum neminem liget.

Sicut hoc latè docui suprà in ratione septima dubitandi.

Sed lex & constitutio Regni Daniæ, disponens de successione ab intestato, nunquam est recepta in usum respectu successionis Ducatus Schlesevicensis & Fimeriæ, sed quoad illam successionem semper contrarium observatum fuit.

Igitur etiam ex hoc sequitur, quòd in casu præsenti, in quo agitur de successione Ducatus Schlesevicensis & Fimeriæ, nullo modo attendi debeant leges & constitutiones Regni Daniæ.

223 Septuagesimo secundò, † clari & indubitati juris est, quòd quælibet statuta & constitutiones & consuetudines, contrariâ consuetudine tollantur & abrogentur, *l. de quibus. & ibi Dd ff. de legibus. §. sed naturalia. Institut. de jur. natural. gent. & civil. cum multis similibus, quæ facile in magna copia allegari possent.*

224 Illaque consuetudo secundum communem & receptam Dd. sententiam inducitur lapsu decem annorum, *Anton. de Butr. c. final. & ibi Abb. num. 11. extr. de consuetud. Ioan. Fabr. §. ex non scripto. numer. 9. & ibi Angel num. 10. Institut de jur. natural. gent. & civili. Corn. consil. 125. lib. 4. Ias. l. de quibus num. 43. ff. de legib. Cardinal. Paris. consil. 25. numer. 60. lib. 1. Hieron. Schurff. consil. 47 lib. 3. Curt. jun. consil. 42. column penult. Petr. Duen. reg. 138. Cravett. in tractat. de antiquitat. tempor. part. 4. § transeo nunc ad quartam. num. 7.*

Et quidem indistinctè, sive illa consuetudo habeat causam continuam, sive habeat causam discontinuam, *Bartol. repetit. l. de quibus. num. 44. & ibi Ias. num. 42. ff. de legibus Bartol. l. 2. num 16. C. quæ sit long consuetud. Ioan. Fabr. §. ex non scripto. nu. 9. & ib. Aug. num. 10. Institut. de jur. natural. gent. & civil. Corn. consil. 125. cons. 278. libr. 4.*

Item sive agatur de præjudicio præsentium sive de præjudicio absentium, *Bartol. repet. l. de quibus. num. 14. ff. de legib. Bartol. l. 2. num. 16. C. quæ sit long. consuetud. Ang. §. ex non scripto. num. 10. Institut. de jur. natural. gent. & Civili. Corn. consil. 293. lib. 1. consil. 155. consil. 268. lib. 4. Cravet. in tractat. de antiquitat. tempor. part. 4. §. transeo nunc ad quartam. numer. 9.*

Item etiamsi illi, qui consuetudinem inducere volunt, careant & titulo & bona fide, *Abb. c. cum Ecclesia Sutrina. numer. 45. extr. de caus. possess. & proprietat. Abb. c. super quibusdam. num. 19. extr. de verbor. significat. Angel. l. de quibus. & ibi Ias numer. 43. & 49. ff. de legibus. Alex. consil. 6. lib. 1. consil. 124. libr. 4. Dec. consil. 134. Dec. rubric. numer. 2. extr. de consuetud. Cravet. in tractat. de antiquitat. tempor. part. 4. §. transeo nunc ad quartam. num. 16. Archidiac. & Abb. cap. 1. de Præposition. lib. 6. Bald. in titul. de pac. constant. column. 5. versicul. & nota. jus expressum. Calderin. consil. fin. titul. de consuetudin. Belltmer. consil. 7. column. penult. consil. 21. in fin. consil. 41 in fin. Felin. c. auditis. num. 21. extr. de præscript.*

Nec etiam ad consuetudinem † introducendam requiritur, illam in contradictorio judicio obtentam sed consuetudo introduci potest, etiamsi nulla contradictio judicialis nullavè sententia in judicio lata intervenerit, *Bartol. l. de quibus. column. 5. & ibi Ias. column. 3. ff de legibus. Bald. consil. 210. column. 2. libr. 1. Socin. consil. 99. column. 2. lib. 1. Corn. consil. 293. colum 3. lib. 1. consil. 179. column. 2. in fin. libr. 3. & consil. 155. column. final lib. 4. Abb. consil. 73. colum. penult. lib. 2. Cæpoll. consil. 31. in fin. Ias. consil. 46. column. 2. lib. 1. Cravett. consil. 55. numer. 6. Cravett. in tractat. de antiquitat. tempor. part. 4. §. transeo nunc ad quartam. num. 33.* 225

Illamque opinionem communiter receptam esse, attestatur *Socin. & Cravet. in locis præallegatis.*

Ideoque illa opinio & in judicando & in consulendo sequenda.

Et

226 Et prædicta potissimùm procedunt † in consuetudine illius temporis, cujus in contrarium memoria non extat.

Namque illa nunquam sublata, remota vel exclusa intelligitur, *Abb. conf. 7. colum. 5. & conf. 26. lib 2. Petr. de Ancharan. conf. 5 1. Præposit. c. frustrà. num. 9. distinct. 8. Cravett. conf. 21. num. 12. lib. 1. Natt. conf. 54. num. 6. & 7. Covarru. variar. resolut. cap. 13. num. 5. lib. 3.* ubi ipse hanc opinionem communem esse attestatur.

Et per illam introduci possunt illa, quæ alioquin minoris temporis consuetudine introduci nequeunt, *Felin. c. cùm contingat. num. 4. versicul. tertius casus est de form. compet.*

Atque ad probandam illam consuetudinem immemorialé, non requiritur tam exacta probatio requisitorum, quæ in probanda alia consuetudine necessaria est, *Oldrad. conf. 244. colum. 3. Ioan. Fabr. §. ex non scripto, Institut. de jur. natur. gent. & civil. Natt. conf. 54. num 5. & 6. Cardinal. Paris. consil. 27. num. 45. lib. 1. Roch. Curt. repetit. c. final. num. 603. extr. de consuetudin. Aym. Cravett. in tractat. de antiquitat. temp. part. 4 §. materia ista. num 23.*

Sed in successione Ducatus Schlesevicensis & Fimeriæ intra tempus immemoriale nunquam fuerunt observatæ leges, consuetudines & constitutiones Regni Daniæ.

Sed in illa successione ultra tempus immemoriale, item ultra centum & plures annos semper fuerunt observatæ leges, consuetudines & jura communia feudalia.

Igitur sequitur, etiamsi probari posset, quòd sub constitutionibus, legibus & consuetudinibus Regni Daniæ de successione ab intestato loquentibus, etiam successio Ducatus Schlesevicensis comprehendatur, quod tamen neque hactenus probatum est, nec unquam probari poterit, sed contrarium ex supra deductis liquet.

Attamen leges, constitutiones & consuetudines Regni Daniæ per istam consuetudinem immemorialem contrariam penitùs sublatas esse.

227 Septuagesimo tertiò, † licet Consiliarii Ducis A. ad comprobandam hanc sententiam, quòd regia Majestas legibus, constitutionibus & consuetudinibus Regni Daniæ obligetur, allegaverint, *l. digna vox. C. de legibus.*

Attamen illa lex nec Duci A. quicquam patrocinari nec etiam regiæ Majestati obesse potest.

Namque text. *dict. l. digna vox.* tantùm loquitur de honestate & de libera voluntate Principis, non autem de necessitate.

Namque neque Imperator Romanus, neque ullus alius Rex vel Princeps superiorem non recognoscens, legibus, constitutionibus vel statutis ab ipso vel Prædecessoribus suis conditis etiam cum consensu, & consilio omnium ordinum atque statuum & Imperii & Regni obligatur.

Sed quilibet & Imperator & Rex ab illis constitutionibus & statutis exceptus esse intelligitur, juxta textum clarum & expressum *l. Princeps. ff. de legibus. Bart. Bald. & Dd. l. digna vox. C. eod. tit. Felin. c. 1. extr. de constitut. cum multis similibus suprà allegatis.*

Quinimò non tantùm Imperator & Rex, sed etiam filii atque fratres Regis, a legibus, constitutionibus & statutis ab ipso Rege vel Prædecessoribus suis conditis excepti esse intelligantur.

Sicut hoc suprà comprobavi.

Præterea quoque supra comprobavi, quòd sub constitutionibus, consuetudinibus & statutis Regni Daniæ non comprehendantur feuda vel Ducatus, vel alia bona, regalem dignitatem annexam habentia vel restitutioni subjecta, vel talia, in quibus habetur consideratio solius agnationis vel primi acquirentis, vel quando agitur de successione ascendentis, aut ex dispositione ascendentis descendente, quodque hisce casibus nec aliæ quidem personæ, multò verò minus ipsa regia Majestas, sub legibus, constitutionibus & consuetudinibus Regni comprehendatur.

Septuagesimo quartò, † indubitati juris est, quod per actum contrarium unum vel plures nemo amittat id vel excludatur ab eo, quod ipsi de jure communi competit, *arg. l. si is cui in princip. ff. quemad. servit. amittat. l. 1. §. Trebatius. & §. Marcellus. ff. de aqu. quotid. & æstiv. l. incivile. C. de rei vendicat. l. empti fides. C. de contrah. emption.* 228

Similiter quoque per actum † unum vel plures contrarios nemo amittit illud jus vel beneficium, quod ipsi etiam ex speciali privilegio competit, vel quando illi actus non sunt universales, sed sunt particulares, *Cyn. l. voluntaria. argument. illius textus. C. de excusat. tutor. Innocent. c. accedentibus. extr. de privileg. Bartolus l. 2. §. finali. ff. de Decurionibus. Bartolus l. 2. ff. de Veteran. Panormitanus c. cùm accessissent. & ibi Felin.* 229

Felin. nu. 29. Dec. nu. 16. limitat. 1. extr. de constitut. Bald. conf. 237. in fin. lib. 4. Alexand. conf. 34 lib. 5.

Vel quando alia præsumptio quam renunciationis juris sive beneficii sui capi potest, *Cyn. l. voluntariæ. C. de excusat. tutor. Anton. de Butr. c. accedentibus. extr. de privileg. Iaf. l. final. nu. 28. limitat. 2. ff. de constitut. Princip. Felin. c. cum accessissent. num. 29. & ibi Dec. num. 17. limitat. 5. extr. de constitut. Alexand. conf. 33. colum. 3. lib. 5.*

Vel quando illi actus sunt celebrati ex gratia vel benevolentia, *Cardin. conf. 130. incip. in quadam Ecclesia Cathedrali Iaf. l. final. nu. 58. limitat. 8. ff. de constitut. Princip. Dec. c. cum accessissent. nu. 17. vers. quinto intelligitur. extr. de constitut.*

230 Huc etiam accedit, † cum quilibet Imperator & Rex superiorem non recognoscens, in causa propria judex esse, & judicis officio fungi possit, *l. & hoc Tiberius. & ibi Bartol. & Bald. ff. de hæredib. instituend. l. proximè. & ibi Bartol. & Bald. ff. de his quæ in testam. delentur. c. cum venissent. & ibi Abb. Felin. & Dec extr. de judic. c. aliorum. c. nemo. c. facta. & c. cuncta per mundum. 9. quæst. 3. Bart. Angel. & Dd. l. 1. C. ne quis in sua caus. Bald. l. 2. circ. fin. C. de sentent. quæ sin. cert. quantitat. profert. Alexand. Iaf. & Dec. l. est receptum. ff. de jurisdict. omn. judic. Dec. l. qui jurisdictioni. numer. 10. limit. 1. ff. eod. titul. Vasqu. in tractat. de success. creation. libr 3. §. 26. limitat. 31. num. 22. Vasqu. in tractat. controvers. illustr. lib. 1. cap. 45. num. 8. Robert. Marant. in suo specul. part. 6. §. secundus actus. num. 33. & 34.*

Si Imperator vel Rex superiorem non recognoscens, in una vel pluribus causis jurisdict. alterius se submiserit, illam submissionem non extendi vel porrigi extra vel ultra illas causas in quibus ista submissio facta est.

Sed Imperatorem vel Regem nihilominus in aliis causis propriis judicem esse, & judicis officio fungi posse, *Iaf. l. est receptum. num. 11. & ibi Dec. nu. 8. ff. de jurisdict. omn. judic.*

Sed certum est, quòd & Regi Daniæ & omnibus aliis Regibus illud jus, quod ipsi non ligentur legibus, statutis vel constitutionibus ab ipsis vel prædecessoribus ipsorum conditis vel promulgatis, etiam cum consensu omnium ordinum & statuum imperii vel regni non ligentur, sed ipsi eorumque filii & fratres ab illis excepti esse intelligantur, quodque similiter consuetudo regni, Regem ejusque filios & fratres non liget, vel comprehendat, competat, & ex jure communi & ex jure gentium.

Et licet Consiliarii Ducis A. prætendant, quòd Serenissimus Rex Daniæ in aliquibus causis inter se & subditos vertentibus se & submiserit & subjecerit constitutionibus, legibus & consuetudinibus regni Daniæ, atque passus fuerit, illas causas secundum leges, constitutiones & consuetudines regni Daniæ definiri.

Attamen ille actus submissionis sive subjectionis, etiamsi de illo fides fieri possit, non fuit actus universalis, sed fuit actus particularis, certas tantùm causas respiciens.

Et ille prætensus actus, si de illo fides fieri posset, fuit celebratus tantùm ex gratia & benevolentia & limitato modo.

Aliaque præsumptio quàm renunciatio juris, sive beneficii regiæ Majestati competentis, capi potest.

Ideoque sequitur, etiamsi probari posset, quòd Rex Daniæ in aliquibus certis causis se subjecerit vel submiserit, legibus, constitutionibus & consuetudinibus regni Daniæ,

Attamen suam regiam Majestatem respectu aliarum causarum atque negociorum non amisisse illud jus, quod sua regia Majestas, & suæ regiæ Majestatis liberi & fratres, sub constitutionibus, legibus & consuetudinibus Regni Daniæ non comprehenduntur.

Rursus ex hoc infertur, cum sit certum & indubitatum, quòd Serenissimus Rex Daniæ, se respectu illius causæ, nunquam submiserit vel subjecerit legibus, constitutionibus & consuetudinibus Regni Daniæ.

Regi Daniæ, quoad hanc causam, nullum præjudicium illatum esse, etiamsi probari vel fides fieri possit, Regem Daniæ in aliis causis sive negociis se legibus, constitutionibus & consuetudinibus Regni Daniæ subjecisse vel submisisse.

Septuagesimo quintò, † renunciatio juris sui nunquam præsumitur, *c. super hoc. extr. de renunciat. c. sanè. junct. glos. verb. sustinere. in fin. & c. veniens. extr eod. titul. Bald. l. 1. notab. ultim. C. de edict. divi Hadrian. tollend. Guil. à Mont. Laudens. in extravag. suscept. Regimin. verb. voluerit titul. ne sede vacante, Imol. conf. 49.* 231

Ee

232 Et hoc usque adeò verum est, † ut nec ex actu quidem proximo renunciatio præsumatur, *Cardinal. Florent. consil. 30. colum. 2.*

Deinde hoc locum habet, ut nec ex lapsu quidem temporis longi vel longissimi renunciatio vel donatio præsumatur, *Bald. l. fin. C. ne de stat. defunctor. Ias. l. si certis annis. nu. 16. limitat. 12. C. de pactis.*

Quod generaliter quidem verum est, potissimùm autem procedit eo casu, quando alia conjectura etiam levis quam renunciationis juris sui capi potest, *Hostiens. Ioan. Andr. & Anton. de Butr. c. accedentibus extr. de privileg. Bald. l. Labeo. §. sed etiam. colum. 1. C. de pact. Petr. de Anchor. cons. 166. colum. 1. Paul. Castrens. cons. 179. column. 4. lib. 1. Fulgos. cons. 192. Alexand. cons. 33. colum. 3. lib. 5. Dec. l. cujus per errorem. ff. de regul. jur. Dec. cons. 328. colum. final. in princip. cons. 374. colum. 2. cons. 402. colum 3.*

Quinimò potiùs capitur conjectura erroris, juris & facti proprii, quam renunciationis sive donationis, *l. sed si me putem, in princip. junct. gloss. ff. de condict. indebit. gloss. l. generaliter. verb. caussa. & ibi Angel. colum. 2. C. de non numerat. pecun. Raph. Cuman. consil. 37. Imol. l. à. Titio. col. 2. ff. de verbor. obligationib. Alex. cons. 13. colum. 2. lib. 1. consil. 19. colum. 2. lib. 4. Ias. l. juris gentium. §. si cum nulla. colum, 5. ff. de pact.*

233 Præterea quoque certum est, † quòd renunciatio sit stricti juris, stricte intelligenda, & quantum fieri potest, restringenda, quodque in illa non veniant vel comprehendantur, nisi ea tantùm, quæ in illa expressa sint *Calderin. cons. 5. titul. de præbend. Socin. cons. 96. lib. 1. Dec. cons. 452. num. 21. cons. 462. num. 6. Tiraq. repet. l. si unquam in præfat. num. 128.*

Renunciatio quoque limitata, limitatum effectum producit, nec extra limites suas extenditur, *Francisc. Aret. l. qui superstitu. colum. 3. versicul. circa tertiam limitationem. ff. de acquirend. hæredit. Tiraquell. in tractat. cessant. caus. part. 1. num. 142.*

Sed neque hactenus probatum est, neque unquam probari poterit, Serenissimum Regem Daniæ renunciasse juri suo, quòd sua regia Majestas non obligatur legibus, constitutionibus & consuetudinibus Regni Daniæ, sed ab illis excepta esse intelligatur.

Igitur sequitur, hanc renunciationem nullo modo præsumi posse.

Rursus ex hoc infertur, etiamsi probari posset, Serenissimum Regem Daniæ, respectu certarum caussarum juri suo renunciasse, & se legibus, constitutionibus & consuetudinibus Regni Daniæ submisisse.

Attamen istam renunciationem ad alias caussas minimè extendi posse.

Iterum ex hoc infertur, quòd renunciatio vel submissio facta, respectu aliarum caussarum, ad hanc caussam minimè extendi, nec in hac caussa regiæ Majestati aliquod præjudicium inferri possit.

Cùm sit cautum & indubitatum, quòd respectu hujus caussæ, nulla penitus renunciatio vel submissio facta sit.

Septuagesimo sexto, † illud quod limitatum vel restrictum est, ultra limites vel fines suos nullo modo extendi potest, *l. cancellaverat. ff. de his, quæ in testament. delent. l. in agris. & ibi Alberic. de Rosat. ff. de acquir. rer. domin. cum multis similibus allegatis per Tiraquell. in tractat. cessant. caus. part. 1. numer. 142.* 234

Et prorogatio sive extensio intelligitur esse facta cum iisdem qualitatibus & conditionibus, & secundum limites prorogati restringitur, *l. sed etsi manente. ff. de precar. l. Labeo. §. hæc autem. ff. de arbitr. Bartol. Paul. Castr. Alexand. Ias. Claud. & Dd. l. 1. §. & post operis. ff. de oper. nov. nunciat. Hostiens. & Dec. c. præterea. el. 2. extr. de appellat. Alexand. l. cum stipulatus sim mihi à Procnlo. ff. de verbor. obligat. cum multis similib. allegatis per Anton. Gabr. Roman. in tractat. regular. lib. 2. titul. de dilation. conclus. 2 num. 4.*

Nec ultra illos extenditur, *Bald. consil. 101. colum. final. lib. 3. Bald. c. final, colum. penult. extr. de consuet. Cepoll. si fugitivi. colum. 7. versicul. pro hoc optimè facit. C. de serv. fugit. Francisc. Aretin. c. tua nobis. colum. 2. extr. de appellat. Felin. c. de caussis. colum. 2. in fin. extr. de offic. delegat. cum multis similibus allegatis per Anton. Gabr. Roman. in tractat. regul. lib. 2. titul. de dilationibus. conclus. 4.*

Relatum quoque inest referenti cum omnibus suis qualitatibus, atque qualibet dispositio, & actus quilibet se ad aliud referens, secundum limites relati restringitur, nec ultra illud extenditur.

Sicut hoc suprà docui.

Translatio quoque intelligitur esse facta cum omni sua caussa, omnique conditione,

tione, *l. legatum sub conditione, in princ. ff. de adimend. legat. l. Cajo in princip. ff. de cibar. & aliment. legat.*

Prout etiam transmissio intelligitur esse facta cum omni sua caussa omnique conditione, *Bart. l. 1. §. si filius. ff. de conjungend. cum emancipat. liber. Bart. l. 1. §. si sic. ff. de collat. Ias. repetit. l. si arrogator. colum. 11 ff. de adoption. Ias. l. qui se patris. C. und. liber. Albert. Brun. in tractat. de reb. seu dispos. dub. §. venio nunc ad dubiam qualitatem. num. 7.*

Sed certum est, nec non & superiùs comprobatum, quòd leges, constitutiones & consuetudines Regni Daniæ sint restrictæ & limitatæ, quodque illæ leges, constitutiones & consuetudines casum præsentem non comprehendant, sed quòd præsens casus secundum leges, consuetudines & jura communia feudalia fundata in ratione naturali, & etiam in jure divino decidi debeat.

Igitur sequitur, etiamsi probari posset, quòd Rex Daniæ in omnibus & per omnia se subjecerit, & submiserit legibus, consuetudinibus & constitutionibus Regni Daniæ, quod tamen neque hactenus probatum est, nec unquam probari poterit.

Attamen ex hoc inferri non posse, casum præsentem secundum constitutiones, leges & consuetudines Regni Daniæ, quæ hunc casum non comprehendunt, decidendum.

Sed eo non obstante, hunc casum secundum leges, consuetudines & jura communia feudalia, quæ sunt fundata & in jure divino, & in naturali ratione decidendum.

Rursus ex hoc infertur, etiamsi probari posset, privilegio Ducatus Schlesevicensis cautum esse, quòd in Ducatu Schlesevicensi leges & consuetudines Regni Daniæ servari debeant.

Attamen ex hoc inferri non posse, quòd casus præsens secundum leges, consuetudines & constitutiones Regni Daniæ, quæ casum præsentem non comprehendunt, decidi debeat.

Sed quòd illo non obstante nihilominùs casus præsens secundùm leges, consuetudines & jura communia feudalia, quæ & in jure divino & in naturali ratione fundatæ sunt, definiri debeat.

235 Septuagesimo septimò, † lex, constitutio vel consuetudo, loquens de membris vel de subditis non extenditur ad caput sive ad Principem vel Principatum, *c. cùm Capella. & ibi Dd. extr. de privileg. c. per exemptionem eod. titul. lib. 6. Bald. & Ang. l. ex pupillari. argument. illius text. ff. de vulgar. & pupill. fac. text. l. quòd per manus. ff. de rodit ll.*

Similiter quoque clari & indubitati juris est, † quòd lex, consuetudo vel constitutio loquens de singulis, non extendatur ad universum, *l. in tantum. §. universitatis. ff. de rer. divis. l. sed si hac. §. qui manumittitur. & ibi Dd. ff. de in jus vocand. l. sicut. §. si quid. ff. quòd cujusq. univers. nom. l. 1. §. fuit quæsitum. ff. ad Senatusconsult. Trebellian. l. statuas. ff. de acquir. rer. domin. l. 1. §. servum. ff. de quæst. cum multis similib. allegat. per Anton. Gabr. Roman. in tractat. regular. lib. 6. rubric. quòd quisq. univers. nom. conclus. 1.* 236

Et hoc generaliter quidem verum est, † potissimùm autem procedit in privilegiis. 237

Namque privilegia sunt stricti juris & strictè intelligenda, & quantum fieri potest, restringenda, *gloss. c. 1. de constitut. lib. 6. Archid. c. frater. 16. quæst. 1. Bald. l. quæ ex relationibus in princ. C. de ll. Ias. l. fin. num. 33. ff. de constit. Princip.*

Igitur sequitur, licet à Consiliariis Ducis A. prætendatur, privilegiis Ducatus Schlesevicensis cautum est, quòd in Ducatu Schlesevicensi & sic respectu incolarum, & rerum existentium in Ducatu servari debeant leges & constitutiones Regni Daniæ, quæ vulgò dicuntur König Woldemari Lohbuch, sive liber legis Woldemari.

Attamen ex hoc inferri non posse, quòd in litibus sive controversiis motis respectu Ducatus Schlesevicensis vel ipsis Ducibus Schlesevicensibus servari debeant leges, constitutiones & consuetudines Regni Daniæ, quæ vulgò dicuntur, König Woldemari Lohbuch.

Septuagesimo octavò, † legibus cautum est, quod semper præsumatur in Regno aliquo observata & in viridi observantia fuisse ista jura, istasque leges & consuetudines, quæ in isto Regno observari debuêre, quodque illi præsumptioni standum sit, donec contrarium probetur, *Dec. cons. 149. rolum. 2. Roland. à Vall. cons. 90. nu. 53. & 54. consil 99. num. 39. lib. 2. Roland. à Vall. in tractat. de lucr. dot. quæst. 99. circ. fin. Petr. de Bennitend. decis. 13. num. 10. Borgnin. Cavalcan. in tractat. de tutor. & curator. num. 41. fac. text. l. Arrianı. C. de hæretic. Paris. de Put. in tractat. Syndicat. verb. judicare. cap. 1. num. 4.* 238

Præte-

Præterea quoque certum est, quod quilibet teneatur probare id, quod est fundamentum suæ intentionis, & quidem indistinctè, sive illud proponatur agendo, *l. qui accusare. C. de edend.*

Sive excipiendo, *l. in exceptionibus. ff. de except.*

Item etiamsi illud in negativa consistat, *Bartol. & Dd. l. in illa. ff. de verbor. obligationib. cum multis similibus allegatis per Francisc. Herculan. in tract. quis teneat. probat. negativ.*

Illud quoque penitus indubitatum est, quòd is qui prætendit id, quod est neque verum neque verisimile, nullo modo audiri debeat, *Imol. c. quia verisimile. extr. de præsumption. Petr. de Anchoran. consil. 330. consil. 257. Tiraquell. repetit. l. si unquam, in præfat. num. 39. circa fin. C. de revocand. donat.*

Sed suprà comprobatum est, quod in regno Daniæ in casu præsenti & similibus casibus servari debeat jus commune feudorum, quodque similiter in Regno Daniæ, in defectum legum, constitutionum & consuetudinum Regni debeat servari vel jus canonicum vel jus civile feudatum, vel super jure divino vel super naturali portione.

Et licet Consiliarii Ducis A. prætendant, in Regno Daniæ nunquam fuisse observata jura communia feudalia.

Attamen hoc ab illis hactenus probatum non est, nec unquam probari poterit.

Quinimò certum & indubitatum est, quòd in Regno Daniæ quoad successionem Ducatus Schlesevicensis, ultra tempus immemoriale, item ultra centum & plures annos semper fuerint observata jura communia feudalia.

Igitur sequitur, Consiliarios Ducis A. contrarium prætendentes nullo modo audiendos esse.

239 Septuagesimo nonò, † indubitatum est, quod & observantia, & consuetudo, & præscriptio, de uno ad aliud extendatur, & observantia etiam in parte, sive respectu partis consuetudinē & præscriptionem respectu totius inducat, & ad totū extendatur eo casu: vel quando præcessit concessio Principis sive titulus à Principe habitus, *Bar. l. 1. §. si quis hoc interdicto. ff. de itin. actuq. priv. Ang. l. una est via. ff. de servit. rustic. prædior. Paul. Castr. l. imperium, colum. 1. circ fin. ff. de jurisdict. omn. judic. Ant. de Butr. c. final. col. 21. extr. de cauß. poßeß. & proprietat. Abb c. cum olim. colum pen. extr. de filiis Præsbyter. Felin. c. auditis. colum. 8. & seq. extr. de præscript. Felin. c. cum ex injuncto, colum. 2. extr. de hæretic. Iacob. de S. Georg. l. more. colum. 1. ff. de jurisdict. omn. judic.*

Vel quando agitur non de extensione unius speciei ad aliam, sed agitur de extendendo casum ejusdem speciei ad alium, *Bald. l. 2. colum. 2. versic. sed nunquid. C. de servit. & aqu. Anton. de Butr. c. fin. colum. 30. extr. de cauß. poß. & propriet. Anton. de Butr. c. dilectus. colum. 4. & sequent. extr. de Capell. Monach. Bald l. Imperium, in lectu, colum. 4. versicul. circa ultimum. & ibi Paul. Castr. colum. 1. Las. colum. 10. versicul. tertiò. circa eandem materiam. ff. de jurisdict. omn. judic. Abb. c. dilecti, colum. 1. extr. de arbitr. Alex. cons. 68. colum. penult. lib. 2. Socin. c. cum contingat. columm. pen. versic. sextò principaliter. extr. de for. competent. Socin. cons. 111. lib. 1. Felin. c. auditis, column. 10. extr. de præscript.*

Vel quando nullus alius est in contraria possessione, *Innocent. c. 1. extr. de religios. domib. Innocent. c. dilectus. colum. pen. extr. de offic. Archidiac. Oldrad cons. 172. colum. fin. Abb. c. cum. inter. colum. 3. versicul. quarto casu. extr. de sentent. & re judicat. Abb. c. cum olim. colum. 3. versicul. ultim. extr. de præscrip. Abb. c. 82. colum 3. lib. 1. cons. 71. colum. final. lib. 2. Roman. cons. 368. colum. final. Innocent. c. auditis. col. final verb. excommunicationem. & ibi Felin. colum. 9. declarat. 4. extr. de præscript. Alexand. cons. 68. colum. penult. lib. 2. Dec. c. referente. in princ. extr. de præbend. Dec. cons. 271. colum. 2. Franc. Balb. in tractat. de præscript. part. 2. colum. 3. Tiraquell. in tractat de utroq. retract. part. 1. §. 36 gloß. 3. num. 12. Ant. Gabr. Roman. in tractat. regul. lib. 5. titul. de præscript. conclus. 2. num. 23.*

Vel quando ille, qui observantiam, consuetudinem vel præscriptionem pro se allegat, habet intentionem de jure communi fundatam, *Innocent. c. dilectus. column. 3. verb. possessoris. extr. de Capell. Monach. Innocent. c. 1. & ibi Panorm. extr. de religios. domib. Tiraquell. in tractat. de utroq. retract. part. 1. §. 36, gloß. 3, num. 12.*

Vel quando alioquin una eademq; res diverso jure censeretur, *Innocent. c. dilectus, colum. penult. extr. de offic. Archidiac. Innocent. c. cum in tua extr. de Decim. Cardinal. clementin. 1. colum. 7. de supplend. neglig. prælator. Anton. Gabr. Roman. in tractat. regul. lib. 5. titul. de præscription. conclus. 2. num. 33.*

Sed ultra tempus immemoriale, nec non & ultra centum & plures annos in successione Ducatus Schlesevicensis & Fimeriæ, sunt servata non jura, consuetudines, statuta vel constitutiones Regni Daniæ, sed jura communia feudalia.

Et licet Consiliarii Ducis A. prætendant, quòd illa jura communia feudalia in succeßione Ducatus Schlesevicensis & Fimeriæ, tantùm quoad exclusionem fœminarum observata fuerint, quodq; eam ob caussam illa observantia non debeat extendi ad casum nostrum, præsertim cum nunquam evenerit casus huic similis.

Attamen illud certum est, quod Duces Schlesevicenses, respectu Ducatus Schlesevicensis & Fimeriæ, titulum & concessionem à Regibus Daniæ habeant, quodq; Reges Daniæ Ducibus Schlesevicensibus Ducatum Schlesevicensem & Fimeriam in feudum concesserint.

Et in casu præsenti non agitur de extensione unius speciei ad aliam, sed agitur de extensione unius casus succeßionis ad alium.

Rex quoq; Daniæ, & Dux J. junior, quoad præsens propositum habent intentionem in jure communi feudatam.

Neque etiam hactenus probatum est, neq; unquam probari poterit, quòd quisquam alius fuerit in quasi possessione illius juris, quòd frater ex latere patris tantùm, ejusque prædefuncti filii cum fratre utrinque conjuncto ad succeßionem Ducatus Schlesevicensis & Fimeriæ, totius vel partis etiam eo casu, quando agitur de succeßione fratris vel patrui, admitti non debeant.

Etsi illud diceretur, quòd succeßio in Ducatum Schlesevicensem & Fimeriam, quoad exclusionem fœminarum jure feudali censeri, & secundum jura communia feudalia regulari, quo verò ad alios casus succeßionis jure allodiali censeri, & secundum leges, constitutiones & consuetudines Regni Daniæ, quæ de allodialibus tantùm loquuntur, regulari debeat, illud inconveniens sequeretur, quòd Ducatus Schlesevicensis & Fimeria, & sic una eademq; res diverso jure censeretur.

Igitur sequitur, etiamsi probari posset, in succeßione Ducatus Schlesevicensis & Fimeriæ tantùm quoad exclusionem fœminarum, jus commune feudale ultra tempus immemoriale observatum fuisse, nec doceri poßit, quòd alius casus evenerit, in quo succeßio secundum jura communia feudalia regulata fuerit,

Attamen per illam observantiam talem generalem consuetudinem introductam, quod in succeßione Ducatus Schlesevicensis & Fimeriæ, non tantùm quoad exclusionem fœminarum, sed in omnibus & per omnia, & inter cætera etiam quoad casum præsentem jus commune feudale servari debeat.

Rursus ex hoc infertur, quod per istam consuetudinem immemorialem & majorem centenaria, derogatum sit legibus, constitutionibus & consuetudinibus Regni Daniæ, etiamsi probari posset, illas leges, consuetudines & constitutiones Regni Daniæ ad casum nostrum extendi posse, quod tamen neque hactenus probatum est, nec unquam probari poterit, sed contrarium ex suprà deductis liquet.

Iterum ex hoc infertur, quod per istam observantiam immemorialem, & plurium quàm centum annorum, leges, constitutiones & consuetudines Regni Daniæ talem interpretationem & declarationem receperint, quod ille nullo modo ad succeßionem Ducatus Schlesevicensis & Fimeriæ extendi, sed quoad talem succeßionem in omnibus & per omnia, jura communia feudalia servari debeant, quodque illi declarationi & interpretationi ex lapsu temporis descendenti, omninò standum & inhærendum sit.

Ulterius ex hoc infertur, quod per istam observantiam immemorialem & plurium quàm centum annorum & concessio in feudum Ducatus Schlesevicensis & Fimeriæ talem declarationem & interpretationem receperint, quod ad succeßionem Ducatus Schlesevicensis & Fimeriæ in omnibus & per omnia jura communia feudalia observari debeant.

Octuagesimò, † clari & indubitati juris est, quod & jus divinum & naturale & gentium & civile suadeat, pacta servari, quodque omnes gentes, omnesque populi, sive illi Imperatorem Romanum pro superiore recognoscant, sive non, pactis legentur, *l. 1. in princip. & ibi Dd. ff. de pactis cum multis similibus vulgaribus.* 240

Et idem quoque juris est in † omnibus iis, quæ ex pactis originem trahunt. 241

Cum sit clarum, quod desequelis idem jus statuatur, quod de initio sive principio statuitur, quodque sequelæ regulentur secundum naturam initii sive principii, *l. Pomponius scribit in negocijs. ff. de negocijs gest. l. 3. §. scio. ff. de minoribus. l. 1. §. si servus. ff. depofit. l. si procurator. in princip. ff. mandat, l. in ratione.* §. si

§. si filia. ff. ad l. Falcid. l. qui cum major. §. 1. ff. de bon. libert. l. quin id quod in princip. ff. de donationib. l. clam possidere. in princip. & ibi Ias. ff. de acquir. possess. l. sequitur. §. de illo. l. si hominem. & l. justo. §. etsi possessionis. ff. de usucapion. Bartol. l. quod ait lex. §. quod ait argument. ill. text. ff. ad l. Iul. de adulter. Alexand. consil. 23. num. 25. lib. 2.

Sed successio in feudum antiquum ex pacto & providentia ptimi acquirentis originem trahit.

Illaque inspecta verisimili mente primi acquirentis, illius naturæ atque proprietatis est, quòd ad illam frater ex uno latere tantum, eoque prædefuncto illius filii, unà cum fratre utrinque conjuncto admitti debeant, sive agatur de feudo relicto ab ascendente sive de feudo relicto à frarre vel patruo.

Igitur sequitur, quòd hoc jus omnes gentes & populos, etiam non subditos Imperio Romano ligare debeat.

242 Octuagesimo primo, † certi & indubitati juris est, quòd transactiones, investituræ, omnesq; alii actus secundum subjectam materiam sive secundum naturam illius rei, vel contractus de quo agitur, intelligi debeant, *c. solitæ. & ibi Dd. extr. de majorit. & obedient. l. si uno. in princip. ff. de location. & conduct. l. si olei. C. eod. titul. l. damni infecti quidam. in princip. & ibi Angel. ff. de damn. infect. l. fin. C. de non numerat. peccun. clementin. exivi. de verbor. significatione Alexand. consil. 26. numer. 6. lib. 3. cum multis similibus allegat. per Georg. Natt. clement. sæpè. column. 4. & column. 64. de verbor. significatione. Nevizan. consil. 92. numer. 12. usque ad numer. 42. Nicol. Everhard. in sua topic. in loc. à subject. mater.*

243 Et ea quæ sunt de natura † actus vel contractus, aut rei in contractum deductæ, in quolibet contractu atque dispositione qualibet veniunt, etiamsi illa verbis expressa non sint, *l. cum quid. & ibi Dd. ff. si cert. petat. fac. id quod trad. Bald. l. pacta conventa in lectu. antiq. ff. de contrah. empt. Bald. l. 1. num. 1. C. commodat. Covarr. repetit. c. quamvis. part. 4. num. 1.*

Quinimò pro expresso in actu vel contractu habetur id, quod est de natura actus vel contractus, sive rei in contractum deductæ, *Bartol. l. cum quid. numer. 10. & ibi Ias. & Dd. ff. si cert. petat. Petrus de Anchoran. consil. 393. Curt. jun. consil. 199. column. 2. Tiraquell. in tractat. de legib. connubial. gloss. 7. num. 177.*

Præterea contrahentes semper intelliguntur se conformare juris communis dispositioni, *l. si duo. & ibi Bald. ff. de acquirend. hæreditat. l. sed nisi hoc. junct. gloss. ff. de jur. dot. Socin. jun. consil. 72. num. 53. lib. 1. Cravet. consil. 186. num. 9.*

Et ea quæ jus commune de actu vel contractu aliquo, sive de re in contractum deducta disponit, & contractui inesse censentur, *l. non utique. & ibi Ias. num. 2. & §. si quis ita ff. de eo quod. cert. loc.*

Et perinde habentur atque si illa in contractu expressa fuissent, *l. cum quid. ff. si. cert. petat. l. quod si nolit. §. quia assidua ff. de ædilit. edict. l. si prius. §. placuit. & ibi Bartol. ff. de acqu. pluv. Bartol. & Ronchegall. l. nemo est qui nesciat. ff. de duob. reis. Ias. & Dd. l. certi condictio. §. si nummos. ff si cert. petat Sylvest. Aldobrand. Institut. de legitim. agnator. tutel. num. 18. Petr. de Anchoran. consil. 136. Ias. l. cum quid. num. 21. ff. si cert. petat.*

Deinde quoque certum, nec non & superius comprobatum est, quod feudi recti sit illa natura & proprietas, quod ad illius successionem frater ex latere patris tantùm, ejusq; filii unà cum fratre utrinque conjuncto & admittantur & admitti debeant.

Et jus commune feudorum de feudo 244
hoc expressè disponit.

Similiter † & feudi recti ea natura est, quod illud & subjaceat & subjacere debeat omnibus regulis feudorum, *Cæphal. consil. 361. num. 14. lib. 3.*

Sed Serenissimus Rex Daniæ Ducatum Schlesevicensem & Fimeriam Duci J. seniori, & A. concessit in feudum Zu einem rechten Fürstlichen altväterlichen angeerbten Fahnenlehn.

Et sic liquet, in ista investitura hoc esse actum, quod Ducatus Schlesevicensis & Fimeria debeat esse feudum rectum, verum & proprium, & feudi recti, veri & proptii naturam & qualitatem obtinere.

Cum itaque feudi recti, veri & proprii talis natura sit, quod ad illi⁹ successionem frater ex latere patris tantùm, ejusq; filii unà cum fratre utrinque conjuncto admitti debeant, sive agatur de feudo ab ascendente sive à fratre vel patruo relicto.

Sequitur illam investituram perinde & habendam & accipiendam, atque si in illa cautum & expressum fuisset, quod ad succes-

successionem Ducatus Schlesevicensis & Fimeriæ frater ex latere patris tantùm, ejusque filii cum fratre utrinque conjuncto admitti debeant, & quidem indistinctè sive ultimus defunctus sit ascendens sive frater vel patruus.

245 Octuagesimo secundò, † dubio omni caret, quod per pactum atque contractum & legibus & consuetudinibus & constitutionibus derogetur, *l. pacisci. ff. de pactis, l. 1. §. si conveniat. ff. depos. l. contractus. & ibi Dec. & Cagnol. ff. de regul. jur.*

246 Similiter quoque certum est, † quod per investituram, sive tenorem investituræ, derogetur omnibus legibus, constitutionibus & consuetudinibus contrariis, *c. 1. ibi. propter investituræ. & ibi Bald. de duob. fratrib. Martin. Laudens. c. 1. colum. 1. de his qui feud. da. poss. cum multis simil. allegat. per Tiraquell. rep. l. si unquam. verb. libertis. nu. 7. C. de revocand. donation.*

247 Et tenor investituræ † non debet restringi, sed indefinitè interpretari, prout verba sonant, *Bald. consi. 251. lib. 2. Tiraquell. dict. verb libertis. num. 9.*

Sed in investitura Serenissimi Regis Daniæ generaliter & indiffinitè cautum est, quòd Ducatus Schlesevicensis & Fimeria debeat esse feudum rectum, & sic naturam feudi recti sortiri.

Igitur sequitur, illam investituram nullo modo restringendam, sed generaliter intelligendam & ita accipiendam, quòd Ducatus Schlesevicensis & Fimeria, tam quoad successionem, quàm quoad omnia alia feudum rectum esse, & feudi recti naturam sortiri debeat.

Rursus ex hoc infertur, cum feudi recti ea sit natura atque proprietas, quòd frater ex latere patris tantùm, ejusq; filii unà cum fratre utrinq; conjuncto ad successionem admitti debeant, & quidem indistinctè, sive ultimus defunctus sit ascendens sive frater vel patruus, istam investituram ita accipiendam esse, atque si in illa hoc expressè actum esset, quòd ad successionem Ducatus Schlesevicensis & Fimeriæ, frater ex latere patris tantùm ejusque filii, una cum fratre utrinq; conjuncto admitti debeant, & quidem indistinctè sive ultimus defunctus sit ascendens, sive frater vel patruus.

Ulterius ex hoc infertur, quòd per istam investituram sit derogatum omnibus legibus, constitutionibus & consuetudinibus contrariis.

248 Octuagesimo tertiò, † una eademque res non debet diverso jure censeri, *l. eum qui ædes. ff. de usucapion. l. 1. versic. nec ratio patitur. ff. de rer. permutat. l pater, §. si servus. ff. de castrens. pecul. l. jam hoc jure. ff. de vulgar & pupillar. l. Titiæ. ff. de condit. & demonstrat. c. cum in tua. extr. de decim. c. quia circa. extr. de privil. dem 2. de elect. c. cognoscentes. 12. q. 2. Tiraq. repetit. l si unquam. verb. donatione largitus. nu. 288. C. de revocand. donation. Tiraquell. in tractat. de utroque retract. part. 1. §. 1. gloss. 18. & §. 9. gloss. 2. num. 51.*

249 Nec etiam una † eademq; res diversos effectus operari debet, *c. si quis cum in ægritudine. distinct. 48 c. 2. vers sed adhuc, & ibi gl. verb. incompatibilia. extr de Baptism.*

Sed certum est, Ducatum Schlesevicensem & Fimeriam esse & fuisse feudum, & quidem rectum, verum, proprium & antiquum, & ex pacto & providentia, & regale, ultra hominum memoriam, & ultra centum atque plures annos.

Similiter quoque in investitura Serenissimi Regis Daniæ generaliter cautum est, quòd Ducatus Schlesevicensis & Fimeria sit & debeat esse feudum rectum, proprium, antiquum & regale.

Et in specie in ista investitura cautum est, quòd Duces Schlesevicenses de Ducatu Schlesevicensi & Fimeria tanquam de feudo recto, proprio & antiquo, & juramentum fidelitatis & servitia præstare debeant Regi & Regno Daniæ, tanquam Domino feudi.

Deinde quoque certum est, quòd quoad exclusionem fœminarum jura communia feudalia, in successione Ducatus Schlesevicensis & Fimeriæ ultra tempus immemoriale, & plures quàm centum annos observata fuerint.

Igitur sequitur, quòd Ducatus Schlesevicensis & Fimeria, in omnibus & per omnia feudalia reputari, & regulis juris communis feudalis subjacere debeant, etiam quoad successionem, item etiam quoad hoc, quod frater ex latere patris tantùm, ejusq; filii, unà cum fratre utrinque conjuncto ad illius successionem admitti debeant.

250 Octuagesimo quartò, † sequentia secundum præcedentia restringuntur, *l. sed & posteriores. & ibi Bartol. ff. de legibus. l. utrum. & ibi Bartol. & Angel. ff. de petit. hæreditat. l. fin. §. cui dulcia ff. de tritic. vin. oleo leg. Ruin. consi. 203. num. 10. lib. 2. Godzadin. consi. 51. n. 12. Cravett. consi. 1. pro Genero.* num.

num. 300. facit id quod tradit Roman. conf. 148. dub. 1. Gemin. conf. 77. num. 4.

251 Et anteriora sive † præcedentia magis influunt posterioribus, eaq; restringunt & declarant, quàm è converso, *gloss. & Bart. l. quisquis. ff. de legat. 3. Bartol. l. alia. ff. de condition. & demonstrat. Bald. l. quoties. el. in in fin. C. de fideicommiss. Roman. singul. 665. Mathesil. singul. 151. Cornel. cons. 241. colum. 3. in fin. lib. 4. Ias. cons. 12. colum. 2. cons. 69. colum. 2. lib. 3.*

252 Hoc etiam accedit, † quod una clausula per aliam declaretur, *Bald. c. secundò requiris. colum. final extr. de appellat. Ias. l. si quis ex argentariis. §. si initium, num. 11. ff. de edend. Ias. l. qui filiabus in pr. arg. ill. text. de leg. 1. Sylvan. consil. 65. num. 4.*

Sed in investitura Serenissimi Regis Daniæ hoc generaliter & indistinctè cautum est, quod Ducatus Schlesevicensis & Fimeria debeat esse feudum rectum, verum, proprium, antiquum & regale.

Igitur sequitur, per istam clausulam præcedentem, clausulam reservatoriam subsequentem, qua uniciuq; jus suum succedendi salvum & illæsum conservatur, ita & declarari, & interpretari, & restringi, quod ista clausula reservatoria nullo modo ita accipi possit, quod Ducatus Schlesevicensis & Fimeria quoad successionem naturam bonorum allodialium sortiri, & secundum leges, constitutiones & consuetudines Regni Daniæ, quæ de allodialibus tantùm loquuntur, regulari debeat. Sed quod ista clausula reservatoria istum sensum habeat, quod unicuique sit reservatum illud jus succedendi, quod cuilibet secundum naturam recti & proprii feudi, & sic secundum jura feudalia competit.

253 Octuagesimo quintò, † omnes investituræ, omnia pacta & conventiones, omnesq; aliæ dispositiones ita interpretati debent, ut salventur à contrarietate, & ne sibiipsis contradicant, illaq; interpretatio per quam pacta, investituræ, conventiones, reliquæq; dispositiones à contrarietate salvantur, omninò tenenda, sequenda & amplectenda est, *l. item videndum. in princip. & l. illud. ff. de petit. hæredit. l. 1. C. de inoffic. donat. c. cum expediat. de election. lib. 6. l. 1. §. quibus. C. de nov. Codic. fac. c. inter dilectos. §. cæterum. & ibi. Dd. extr. de fid. instrumentor. c. cum tamen. extr. de testibus. Bart & Ias. l. final. §. idem quæsit. ff. de condict. indebit. Bald. Paul. Castrens. & Alexand. l. 1. in pr. ff. ne quis eum qui in jus vocat. vi eximat. Bald. l. cum falso. C. de jur. & fact. ignor. Abb. c. generale in pr. & c. super quæstionum in pr. extr. de offic. deleg. Alex. cons. 141. colum. 4. lib. 1. consil. 156. consil. 170. & consil. 190. column. 4. lib. 6. Dec. & Cagnol. l. ubi repugnantia. ff de regul. jur. Dec. l. final. C. de edend. Dec. consil. 168. post princip. consil. 195. column. 2. & consil. 653. Cardinal. Parif. consil. 7. column. 1. lib. 3. consil. 1. column. 9. consil. 72. column. antepenult. lib. 4. Bartol. l. scripturæ. C. de fid. instrumentor. Paul Castrens. consil. 311. numer. 2. lib. 2. Cravet. consil. 70. numer. 5. & consil. 1. pro Genero. numer. 305. & 309.*

Et hoc usque adeò verum est, † ut illa interpretatio, per quam contrarietas evitatur, omninò sequenda & amplectenda sit, etiamsi necesse sit, verba lædere & offendere, *Bart. & Dd. l. 2. §. creditum. ff. si cert. petat. Dd. c. cum tua. extr. de testib. Ias. l. 1. in princip. num. 6. ff. de oper. nov. nunciat. Dec. consil. 11. column. 2. Socin. l. 1. numer. 6. in fin. ff. de legat. 1. Cravet consil. 70. num. 5. & consil. 1. pro Genero. num 310. facit. text l. 1. C. de inoff. donat. c. cum expediat. de election. lib. 6.* 254

Sed capiendo hanc interpretationem, quod per istam clausulam reservatoriam futuræ successionis cuilibet sit reservatum tantùm illud jus succedendi in Ducatum Schlesevicensem & Fimeriam, quod cuilibet secundum naturam recti, proprii & antiqui feudi, nempè secundum jura communia feudalia competit, evitatur omnis contrarietas tàm in transactione quàm in investitura.

Igitur sequitur, hanc interpretationem omninò capiendam & sequendam.

Octuagesimo sextò, † semper capienda est interpretatio, quod contrahentes vel alium actum interpretantes se noluerint in continenti corrigere, *l. nam ad ea. & ibi gloss. & Dd. ff. de condition. & demonstration. Bart. l. 1. §. & parvi column. 2. ff. quod vi aut clam. Anton. de Butr. & Imol c. ex parte. extr. de offic. delegat. Roman. consil. 94. column. 2. & consil. 104. Alexand. consil. 135. column final. lib. 1. consil. 141. column. 3. lib. 2. consil. 28. colum. final. lib 4. consil. 170. num 1. circ. fin. lib. 6. Bald consil. 273. lib. 2. Socin. consil. 27. colum. 4. lib. 4. Dec. consil. 233. Cravett consil. 1. pro Genero. num. 300. & 305. circa fin. Alciat. in tractat. de præsumptionib. regul. 2. præsumpt. 28.* 255

Et hoc usque adeò verum est, † ut licer alioquin posteriora derogent prioribus. 256

Attamen hoc non habeat locum eo casu, quando posteriora in continenti, sive in eadem dispositione subsequuntur, vel posita sunt.

Tunc enim posteriora prioribus non derogant, sed potiùs priora derogant posterioribus, *Dec. l. pacta novissima. num. 2. C. de pactis. Cagnol. l. ubi repugnantia. num. 6. versicul. sed confundi videntur. ff. de regul. jur.*

Deinde hoc usque adeò verum est,
257 † ut potiùs capiatur præsumptio erroris, quàm quod quis se voluerit in continenti corrigere, *Alciat. in tractat. de præsumption. regul. 2. præsumpt. 28. numer. 2. argument l. quoties. §. tantundem. ff. de hæred. instituend.*

Et prædicta generaliter quidem vera sunt, potissimùm autem procedunt in contractibus Principum.

Namque in illis multò minus capi potest illa interpretatio, quòd ipsi se voluerint in continenti corrigere, *Cacheran. decis. 141. num. 5. & 6.*

Sed capiendo illam interpretationem, quod per istam clausulam reservatoriam futuræ successionis tantùm intelligatur unicuiq; reservatum illud jus succedendi, quod secundum naturam feudi recti & proprii, sive secundum jura communia feudalia cuique competiit, evitatur correctio illius, quod in proximè præcedenti clausula & transactionis & investituræ cautum & dispositum fuit, quod Ducatus Schlesevicensis & Fimeria in omnibus & per omnia feudi recti naturam capere & sortiri debeat.

Aliam verò capiendo interpretationem induceretur correctio illorum, quæ in proximè præcedentibus, & in eadem transactione & investitura cauta & disposita fuêre.

Igitur sequitur, præcedentem interpretationem illius clausulæ reservatoriæ omninò & capiendam & amplectendam & sequendam.

258 Octuagesimo septimò, † quælibet clausula reservatoria ita accipienda & intelligenda est, ne per illam præjudicium fiat iis, quæ in ista investitura vel alia dispositione, cui ista clausula inserta est, expresse disposita sunt, *Cardinal. Paris. consil. 16. num. 30. lib. 1. facit id quod trad. Bart. Ias. & Dd. l. final. §. idem quæsit. ff. de condict. indeb.*

Sed in prædicta investitura Serenissimi Regis Daniæ generaliter cautum est, quòd Ducatus Schlesevicensis & Fimeria feudi recti, proprii, antiqui & regalis, naturam obtinere debeat.

Illaque generalis dispositio hujus efficaciæ est, quod Ducatus Schlesevicensis & Fimeria, & quoad successionem & quoad omnia alia feudi recti, proprii, antiqui & regalis naturam obtinere debeat.

Igitur sequitur, istam clausulam generalem reservatoriam ita accipiendam, ne per illam præcedenti dispositioni derogetur.

Octuagesimo octavò, † omnes omni- 259
nò præcedentes investituræ præsumuntur esse & fuisse ejusdem tenoris, cujus tenoris est ultima investitura, prout hoc expressè & in specie tradit *Francis. Bursat. consil. 150. numer. 10. lib. 2. ubi ipse pro hac sententia allegat Alexand. Campeg. Curt. junior. Marin. Frecc. & Carol. Molin. in locis ab ipso citatis.*

Illaque sententia etiam comprobatur per id, quod Dd. magis communiter concludunt, licet vasallus Domino feudi petenti investituram edere teneatur.

Attamen propter istam præsumptionem, quod priores & præcedentes investituræ cum ultima ejusdem tenoris esse præsumuntur, vasallum tantùm cogi Domino feudi hoc petenti ultimam investituram edere, *Oldrad. consil. 121. numer. 12. Ioann. Andr. in addit. ad Speculat. titul. de feudis. §. in hoc. num. 3. Paul. Castrens. consil. 17. incip. in causa decimali lib. 2. Alexand consil. 288. num 3. lib. 2. Felin. c. secundò. numer. 11. extr. de rescript. Ias. in prælud. feuder. num. 51. Ias. l. admonendi. in lectu. num 37 ff. de jurejurand. Ias. authent. si quis in aliquo. circa fin. C. de edend. Ias. auth. si testamentum notab 2. C. de instit. & substit. Curt. sen. consil. 49. nu. 44 Curt. jun. in tractat. feudal. 2. part. 2. part. princip. num. 44. Francisc. Purpurat. rep. l. edita. num 232. C. de edend. Franc. Bursat. cons. 150. num. 9. lib. 2.*

Præterea quoque certum est, † quod 260
per posteriores investituras prima sive priores declarentur, *l. non est novum. & l. sed & posteriores. ff. de legib.*

Sicut etiam regulariter unum instrumentum per aliud, & una scriptura per aliam declaratur, *Bald. & Ias. l. si quis ex argentariis. §. si initium. ff. de edend. Ias. l. qui filiabus. in princip. num. 5. ff. de legat. 1.*

Cum itaque in postrema investitura expressè dicatur, Serenissimum Regem Daniæ Ducatum Schlesevicensem &

Fime-

Fimeriam Ducibus J. seniori, & A. taliter concessisse in feudum, zu einem rechten Fürstlichen altveterlichen angeerbten Fahnenlehen.

Sequitur, per hoc satis superque probari, etiam priores sive præcedentes item & primam investituram ejusdem tenoris fuisse.

Rursus ex hoc infertur, per istam ultimam sive postremam investituram omnes præcedentes investituras, si de illis vel constaret, vel fides fieri posset, ita declarari, quòd Ducatus Schlesevicensis & Fimeria & sint & ultra tempus immemoriale, atque plures quàm centum annos fuerint feudum rectum, verum, & proprium, & taliter & concessa & accepta.

461 Octuagesimo nonò, † certum est, quòd interveniente consensu Domini feudi & vasalli investitura prima mutari & ab investitura prima recedi possit, præsertim in præjudicium consentientium, *Alexand. consf. 155. num. 17. libr. 4 Paul Castr. consf. 461. col. pen. in fin. lib. 1. fac. text. l. pacta novissima, & ibi Ias. Dec. & Dd. C. de Pactis, l. quoties ab omnibus, C. de fideicommiss. cum multis similibus, quæ facilè in magna copia allegari possunt.*

Similiter quoque & propria legis sive constitutionis à prima investitura recedi potest.

462 Cum legibus cautum sit, † quòd per viam legis vel constitutionis alicui, etiam jus suum, sive sibi competens auferri possit, *Felin. c. quæ in Ecclesiarum column. 20. ext. de constitut. Anton. Gabr. Roman. in tractat. regular. libr. 3. titul. de jur. quæsit. non tollend. conclus. 1. num. 29.*

463 Et certum est, † quòd omnes contractus à Regibus, Ducibus & Principibus celebrati, legis vim atque vigorem obtineant, *Cyn Bart. Bald. & Dd. l. pen. arg. ill. text. c. de donat. int. vir. & uxor. Bart & Dd l. Cæsar. arg. ill. text. ff. de publican Bartol & Dd. l. ficus, in princip. ff. quod cuiusq. universit. nom. Bartol. Ias. & Dd. l. civitas. ff. si cert. petat. Bartol. Roman. & Paul. Castrens. l 4. §. si actori. ff. de re judicat. Bartol. l. prohibere. §. plane ff. quod vi aut clàm. Raph. Cuman. l. continens. §. cum quis ff. de verb. obligation. Ias. l. quoties column. 2. C. de rei vendicat. Ias. l si unus §. ante omnia. ff. de Pactis, Ias. consf. 1 colum. 4. lib. 1. Albert. Brun. consf. 1. Curt. Junior. consf. 174. lib. 2. Socin. jun. consf. 65. libr. 1.*

464 Illud quoque penitus indubitatum est, † quòd mutatio primæ sive præcedentium investituram fieri possit, etiam in præjudicium successorum ex causa publicæ utilitatis sive publicam utilitatem respiciente.

Tum quia ex causa publicæ utilitatis sive propter publicam utilitatem alicui etiam non consentienti, jus suum auferri potest, *l. item si verberatum. §. 1. ff. de rei vendicat. l. Lucius. ff. de eviction. Petr Cyn & Bald. l. rescripta C. de precib. Imper. offer. Bartol in proœmio Digestorum colum. 2. versic. quæro secundum Bartol. l. quocunque circ. fin. C. de fid. instrumentor. & jur. hast. libr. 10. Bald. l. 1. ff. de constitut. Princip. Bald. & Angel l. conventionum. ff de Pactis Bald. l. benè à Zenone. C. de quadrien. præscript. cum multis simillib. allegatis per Tiraquell. in tractat. de pœnis in præfat. num 31. Anton. Gab. Roman. in tractat. regular. libr. 3. titul. de jur. quæsit. non tollend. conclus. 2.*

Tum quia publica utilitas sive quæ publicam utilitatem respiciunt, ab omnibus Regulis juris communis excepta esse intelliguntur, *Bald. l. jubemus nullam in princip argument. ill. text. C. de SS Eccles. Dyn. l si ex toto & ibi Alexand. & Ias. nu. 13. cum multis sequentib. ff. de legat. 1. Ludovic Roman. l. si verò, §. de viro, nu. 32. versic. tertiò eadem conclusio. ff. solut. matrim. Roman. consf. 436. Felin. c. causam quæ nu. 17. extr. de rescript fac. text. l. iubemus. C. de navibus non excus. lib. 10. l. 1. C ut nem. lic. in empt. Spec lib 10. l nullus C. de curs. publ. lib. 12. c. non minus ext. de immunit. Eccles. Felin. c. nonnulli in princip nu. 15. extr. de rescript.*

Sed transactio sub dato Odensee anno millesimo, quingentesimo, septuagesimo nono, vigesima quinta die Mensis Martii est inita inter Serenissimum Regem Daniæ & Duces J. seniorem & A.

Et investitura sub dato Odensee, Anno millesimo, quingentesimo, octuagesimo, tertia die Maij est petita à Ducibus J. seniore & A. & concessa à Serenissimo Rege Daniæ.

Igitur sequitur, illam & transactionem & investituram, nec non & literas reversales, legis & constitutionis vim & vigorem obtinere.

Deinde etiam certum & indubitatum est, & ipsemet Dux A. hoc fatetur, quòd illa & transactio facta & investitura taliter petita & concessa fuerit, non per errorem neque per impressionem sed animo deliberato & ex certa scientia.

Neque quicquam dubitandum est, illam transactionem respicere & utilitatem & tranquillitatem publicam.

Igitur sequitur, quòd absque omni dubio illi ultimæ investituræ standum &

inhærendum sit, etiamsi fides fieri posset, istam a prima vel prioribus investituris discrepare.

265 Nonagesimo, † clari & indubitati juris est, quòd reservatio facta, nihil novi juris tribuat, *l. at si quis. §. plerique. ff. de religios. & sumpt. fun. l. 4. §. 1. ff. quib. mod. pign. l. idem fiet. ff. de testament. tutel. l. 3. §. pen. ff. de libe. homin. exhibend. Cepoll. consil. 25. column. penult. circ. fin Socin. consil. 277. column. 2. lib. 2. Dec. consil. 216. column. 6. circ. med. Cravett. consil. 29. num 8. consil. 70. num. 6. consil. 127. num. 7. cons. 144. nu 15 fac. text. l si quis legaverit, & ibi Ias. ff. de legat. 1.*

266 Ideoque ista reservatio † nihil operatur eo casu, quando constat illi, in cujus favorem ista reservatio facta est, nullum penitus jus competere, *l. si in venditione, circ. fin. ff. commun. prædior. l si quis legaverit, & ibi Bartol. Alexand. Ias. & Dd. ff. de legat 1. c. dudum el. 2. in fin. ext. de Electionib. c. si gratiosè, in fin de Rescript. lib 6. Oldrad cons. 214 Bald. cons. 100. lib. 1. Alexand. cons. 28. colum. 2. lib. 1. Cravett. cons. 15. nu. 2.*

Sed certum est, nec non ex supra deductis liquet, quòd etiam ante transactionem initam anno millesimo, quingentesimo, septuagesimo nono, & investituram subsecutam ultra tempus immemoriale, & ultra plures quàm centum annos Ducatus Schlesevicensis & Fimeria, illius naturæ fuerit, quod illius successio non secundum leges, consuetudines, & constitutiones Regni Daniæ, sed secundum leges, consuetudines, & jura communia feudalia regulari, & ad illius successionem frater ex latere patris tantùm, ejusque filii cum fratre utrinque conjuncto admitti, & debeant & debuerint.

Igitur sequitur, quod ista clausula reservatoria, neq; Serenissimo Regi Daniæ, & suæ Regiæ majestatis fratri Duci J. juniori, quicquam nocere, neque Duci A. quicquam prodesse possit.

267 Nonagesimo primò, † clari & indubitati juris est, quod multa tractentur & dicantur, quæ non perficiuntur, *l. eleganter in princ. versicul. idem puto & ibi gloss. & Ias. ff. de condict. indebiti. l. sciendum. §. dictum, versic. ea autem sola dicta. ff. de ædilit. edict. l. si voluntate. C. de rescindend. vendit. c. dudum de reb. Eccles. non alienand. lib. 6.*

Et sola conclusio transactionis vel contractus, transactio & contractus dicitur, *l. si voluntate, & ibi Bald. C. de rescindend. vendit. Tiraquell. in tractat. de utroq; retractu part. 2. in fin. num. 24.*

Ideoque non sufficit probare tractatum vel præcedentia transactionem vel alium contractum, sed requiritur atque necesse est, ut conclusio illius & transactionis & alterius contractus probetur, & quidem plenè & sufficienter, *Bald. c. final column. final. ext. de iurament. calumn. Bald. cap. 1. in princip. de prohibit. feud. alien. per Frideric. Alexand. cons 13. column. penult. cons. 18. column. 2. lib. 2. Jas. l. eleganter. in princip. num. 2. ff. de condict. indebit. Dec. cons. 138. Rip. l. 1. in princip. num. 2. ff. ad Senatusconsult. Trebellian. Tiraquell. in tractat. de utroq; retract. part. 2. in fin num. 24.*

Et illa quæ ante transactionem vel alium contractum perfectum, ab uno ex contrahentibus initum dicta, proposita vel enunciata sunt, in consideratione haberi, nec secundum illa transactio vel contractus subsequens intelligi vel declarari potest, nec etiam illa in contractu postea subsecuto repetita censentur, nisi illa utriusque partis consensu confirmata fuerint, prout hoc expressè tradit *Bartol. Litem quia. §. final. ff. de pactis. Bartol. l. Titia. §. idem respondit nu. 3. & ibi Ias. num. 4 limitat. 2. ff. de verbor. Obligation. Bald. l. cum allegas. num. 3. C. de usur. Bald. l. multum interest, num. 2. C. si quis alt. vel sib. Imol. l si quis cum alter. in princip. ff. de verbor. obligation. Alexand. cons. 148. column. 3. lib. 5.*

Et illud tantum censetur esse actum, quòd in instrumento scriptum est. *c. dudum, & ibi Abb. not. ult. extr. de conversion. coniugator.*

Præterea quoque † illa quæ in præfationibus dicta, proposita vel enunciata sunt, nunquam censentur esse repetita in ipsa transactione vel contractu, eo casu, quando per illa transactio vel contractus vitiaretur, *l. Titia, §. idem respondit, & ibi Dd. ff. de verb. obligationib.* 268

In claris quoque sive manifestis non est locus neq; interpretationi, *l. ille aut ille. §. cum in verbis. ff. de leg. 3.*

Neque præsumptioni vel conjecturæ, *l. continuus. §. cum ita. ff. de verbor. obligation.*

Et omnis illa interpretatio † quæ verbis refragatur, ejicitur. *Bartol. l ab executore. column. 2. versicul. item si verba & ibi Imol. Angel. & Aretin ff. de appellat. Bartol. l. duobus, §. ergò si quis. ff. de iureiur. Bald. l. ea quæ. C. commina. vel Epistol. Bald. l. voluntatis colum. final. C de fideicom. cum multis simil. allegat.* 269

per

per Tiraquell. repet. l. si unquam. verb. libertis nu. 13. C. de revocand. donation.

Sed ista verba investituræ zu einem rechten Fürstlichen altvetterlichen angeerbten Fahnenlehen gereichet und geliehen haben / quibus verbis expresse & generaliter cautum est, quòd Ducatus Schlesevicensis & Fimeria debeant esse feudum rectum, proprium & antiquum, ejusque naturam in omnibus & per omnia sortiri, sunt per se clara & manifesta.

Igitur sequitur, quòd Duci A. nullo modo permittatur ista verba ex ijs, quæ in tractatibus præcedentibus enunciata vel proposita fuerunt, declarari vel interpretari.

Illaq; declaratio quam Consiliarij Ducis A. ex ijs, quæ in præcedentibus tractatibus enunciata sunt, sumere nituntur, quòd videlicet Ducatus Schesevicensis & Fimeria quoad successionem censeri debeat, non jure recti feudi, sed jure bonorum allodialium, refragatur verbis claris & expressis investituræ.

Et per illam interpretationem ea quæ in investitura verbis clarè disposita sunt, destruerentur.

Igitur sequitur, illam interpretationem nullo modo capi posse, quodque secundum illa quæ in tractatibus præcedentibus, à Consiliariis Ducis A. enunciata sunt, ista investitura minimè interpretari possit.

Deinde quoque ea, quæ in tractatibus præcedentibus a Consiliariis Ducum J. senioris & A. enunciata sunt, Nemlich / daß es J. F. G. bedencklich vff die Käyserlichen Rechte in künfftigen Fellen sich zu verstricken / non sunt utriusque partis consensu confirmata vel approbata,

Sed Consiliarii Serenissimi Regis Daniæ, iis enunciatis contradixerunt,

Igitur etiam ex hoc sequitur, quòd secundum ista enunciatio, transactio & investituræ subsequentes non possint declarari.

270 Nonagesimo secundò, † plures simultaneè investiti, vel in investitura nominati vel vocati, omnes simul & quilibet pro virili portione nominati & vocati esse intelligantur, *Specul. in titul. de locat. §. nunc aliqua. versic. 148. Bald. cons. 116. column. 1. lib. 1. Alex. cons. 119. lib. 1. cons. 13. column. pen. versic. nunc de tertio. & cons. 119. column. 1. libr. 5. Iaf. cons. 78. column. 2. num. 2. lib. 1. Alberic. de Rosat. l. vectigalia. ff. de Publican. Dec. cons. 263. cons. 326 cum multis similib. allegat. per Ronchegall. l. eandem in princip. nu. 128. ff. de duob. reu Ronchegall l. reos. §. cum in tabulis nu. 33. 37. & 40. ff. eod titul.*

Quod potissimum locum habet eo casu, 271 quando in investitura vel in simultanea investitura plures sunt positi vel vocati nominibus propriis.

Tunc enim multò magis videtur esse dicendum, illos omnes simul & vocatos & admittendos esse, *Francisc. Bursat. cons. 128. num. 21. & 22. lib. 2. fac. text. l. cum ita §. in fideicommissis. ff. de legat. 2. l. final. de verbor. signification.*

Cum itaque & Serenissimus Rex Daniæ, & Duces J. senior, A. & J. junior, uno eodemq; tempore & simul sint investiti de Ducatu Schlesevicensi & Fimeria,

Etiam ex hoc videtur dicendum; quòd Serenissimus Rex Daniæ & Dux J. junior, unà cum Duce A. sint vocati ad successionem illius portionis Ducatus Schlesevicensis & Fimeriæ, quæ ad Ducem J. seniorem pertinuit.

Cæterum super hac ratione ego non facio magnum fundamentum, cum aliæ rationes supra relatæ sint firmissimæ & indubitatæ.

Nonagesimo tertiò, † quælibet inve- 272 stitura ita debet intelligi, quòd tam faciens quam recipiens investituram, intelligatur se conformasse juris communis dispositioni, *argument. l. si duo. ff. de acquir. hæreditat. cum similibus vulgaribus.*

Similiter quoque & quælibet † investi- 273 tura debet intelligi secundum subjectam materiam, sive secundum naturam feudi, *argument. c solitæ. extr. de major. & obedient. l. si uno. ff. de location. & conduction. cum similibus vulgaribus.*

Cum itaque jure communi & consuetudinibus feudalibus expressè cautum sit, quòd ad successionem feudi antiqui, frater ex latere patris tantum, ejusque filii unà cum fratre utrinque conjuncto admitti debeant,

Illaque sit natura feudi, illi à jure communi, & à consuetudinibus feudorum attributa,

Sequitur, investituras factas à Serenissimo Rege Daniæ, inspecta & juris communis dispositione, & natura feudi ita accipiendas esse, quòd Serenissimus Rex Daniæ, & Dux J. junior, unà cum Duce A. ad

A. ad successionem illius portionis Ducatus Schlesevicensis & Fimeriæ, quam Dux J. senior possedit, vocati sint, & quidem simul & in stirpes.

274 Nonagesimo quartò, † deficientibus legibus, constitutionibus, & consuetudinibus Regni, etiam Imperatorem Romanum superiorem non recognoscentis, ad consuetudinem locorum vicinorum recurrendum est. *c. Catholica. distinct. 11. c. 1. c. illa & c. de hu distinct. 12. c. cum olim & ibi Abb. & Dd. extr. de consuetud. c. ex parte Compostellani. & ibi gloss. extr. de censibus. c. super eo extr. eod. titul. Boer. decis. 263. nu. 9. Francisc. Bursat. consil. 161. nu. 20. libr. 2.*

Sed certum est, quòd & in Holsatia & in tota Germania, vicina Ducatui Schlesevicensi & Fimeriæ, nec non & Regno Daniæ, & consuetudine receptum, & ultra tempus immemoriale observatum sit, & adhuc hodiè in viridi observantia servetur, quòd frater ex latere patris tantùm, & ipso prædefuncto ejus filii, unà cum fratre utrinque conjuncto admittantur & admitti debeant ad successionem tàm bonorum feudalium quàm Ducatuum, sive ultimus defunctus sit ascendens, sive frater vel patruus.

Et in legibus, consuetudinibus & constitutionibus Regni Daniæ, quoad Ducatus & quoad feuda contrarium dispositum non reperitur.

Igitur sequitur, quòd eo casu, quando agitur de successione vel feudorum vel Ducatuum, etiam in Regno Daniæ ista consuetudo locorum vicinorum & admittenda & sequenda sit.

275 Nonagesimo quintò, † pactum conservativum futuræ successionis indistinctè valet & tenet, nec vel legibus vel bonis moribus contrarium est, *§. final. Institut. de legit. agnator success. Bartol. l. stipulatio hoc modo. num. 7. & ibi. Dd. ff. de verbor. Obligation. Bartol. l. final. num. 3. & ibi Dd. C. de pactis.*

Deinde quoque & pactum de futura successione respectu feudi initum, sive sit conservativum, sive acquisitivum, sive renunciativum, sive dispositivum futuræ successionis, indistinctè valet atque tenet, prout hoc expressè & in specie tradit *Francisc. Aretin. consil. penultim. columnu. final. Cagnol. repetit. l. final. num. 136. C. de Pactis fac. text. c 1 §. moribus, & ibi Alvarott. & Præposit. si de feud defunct. content. Andr. Gayl. prædicat. observat libr. 2. observat. 155. Boer. decis. 204. nu. 6. Francisc. Bursat. consil. 136. nu. 39. libr. 2.*

Et confirmatur: Namque & in fideicommissis, cui feuda æquiparantur, pactum de futura successione indistinctè valet, *Iaf. & Lancelot. Dec. l. 1. C. de Pactis. Cagnol. repetit. l final num. 135. C. de Pactis.*

Et hæc decisio facilè multis firmissimis rationibus comprobari posset, quas sciens prudensque omitto.

Præterea quoque pactum de futura successione indistinctè valet atque tenet, & non est improbatum, sed approbatum, eo casu, quando illud non respicit omnia bona, sed respicit tantùm certa bona sive certas res, prout hoc expressè & in specie tradit *Bartol. consil. 72. num 2. libr. 1. Ioann Campeg. in tractat. de dot. part. ult. quæst. 79. Iaf. l. stipulatio hoc modo, num. 11. & 12. ff. de verbor. obligationib. Iaf. consil. 210. columnn. 5. versicul. accedat etiam ad prædictorum consil. 233. columnu. 5. lib. 1. consil. 173. colum. 5. lib. 4. Ioann Crott. repet. l. omnes populi, nu. 19. ff. de justit. & jur. Cardinal Parif. consil. 26. num. 84. libr. 2. consil. 72. num. 15. libr. 4. Curt. jun. in tractat. feudal. 1. part. 3. part. principal. num. 11. circ. fin Loffred. consil. 14. colum. 6 versic. fortius præsens quæstio. Anton. Gabriel. Roman. in tract regular libr. 3. titul. de Pactis, conclus. 1. nu. 3 Roland. à Vall. consil. 99. num 17. libr. 2. Gonesf. c. de constitut. lib. 6. Molin. consil. 18. num. 10 & 11.*

Et idem quoque tenet *Oldrad. consil 139. Ioann. Andr. in addit. ad Speculat. titul de Instrument. edit. § porrò, colum. fin. versic fuit & alia quæstio. Alberic. de Rosat l. final, columm. 1. vers. sed quæro pulchram. & column. 3. versic. item quæro duo fratres. & ibi Salycet. col penultim & Iaf. C. de Pactis. Alberic. de Rosat. & Angel. l. hæreditarium. C. de bon. autor. judic. possidend. Angel. consil. 179. Ioann. de Imol. & Rom. l. Aquilius ff. de donation. Alexand Iaf. & Iacob. de S. Georg. Lancellot. Dec. columnu. 1. Philipp. Dec. num. 12. limitat. 2. licet. C. de Pact. Guid. Pap. consil. 31. & consil. 214. Paul. Castrens consil. 324. num. 1. lib 1. Alexand. consil. 28. num. 11. & ibi Carol. Molin. in addit. lib. 3. consil. 29. num. 19. lib. 5. Guid. Pap. singular. 523. Iaf. l. final. num. 8. C. de Pact. Iaf. consil. 211. consil. 233. columnn. 4. versic. septimo benefaciunt, libr 2. consil. 5. lib. 3. Godzadin. consil. 87. Dec. consil. 216. num. 3. consil 225. num. 4. consil. 516. nu. 17. consil. 578. nu. 7. 8. & 9. consil. 613. nu. 2. Dec l pactum quod dotali nu. 10. limitat. 2. C. de Pactis Stephan. Bertrand consil 4. nu. 3. cum tribus sequentib. consil 78 nu 10. lib. 3. consil. 121. columm. 2. lib 4. Iaf. inter consil Albert. Brun. consil. 8. & consil. 9. nu. 10. Barthol. Soc. int. consil.*

conſ. Albert. Brun. conſ. 10. nu. 18. Nevizan. int. conſ. Albert. Brun. conſ. 11. in addit. Anfrer. in addit. ad deciſ. Tholoſan. quæſt. 452. Curt. jun. conſ. 1. num. 16. conſ. 81. nu. 4. Guilhelm. Benedict. repet. c Raynutius verb duas habens filias. nu. 217. extr. de teſtament. Caſſan. conſ. 39. num. 16. cum 5. ſequentibus. Cravett. conſ. 19. nu. 7. Hieron. Grat. conſ 19. num. 13. conſ. 25. num. 2. libr. 1 conſ. 134. num. 10. libr. 2 Ruin. conſ. 126. column. 3. libr. 1. conſ. 13. num 3. lib. 2. conſ. 7. num. 5. lib 3. Ioann. Crott repetit. l. omnes populi column. 4. ff. de juſtic. & jure. Cardinal. Pariſ. conſ. 26. num. 84. uſque ad num. 112. lib. 2. Boer. deciſ. 355. Bellon. conſ. 60. num. 2. Ioann. Bapt. Villalob. in tractat. commun. opinion. ſub liter. P. Socin. jun. conſ. 76. num. 52. conſ. 143. column. 4. lib. 1. Anton. Rub conſ. 95. num. 3. Anton Gabr. Roman in tractat. regular. lib. 3. titul. de pactis. concluſ. 1. Natt. conſ. 474 num 8. Ioann. Dilect. in tractat. de art. teſtand. titul. 2. caut. 10. num. 2. Franciſc. Burſat. conſil. 136. num. 30. cum multis ſequentib. libr 2.

Et hanc ſententiam communiter receptam eſſe, atteſtatur *Iaſ. int. conſ. Albert. Brun. conſ. 8. conſ. 9. num. 10. Barthol. Socin int. conſ. Alber. Brun. conſ. 10. num. 18. Cardinal. Pariſ. conſ. 26. nu. 84. uſq. ad num. 112. lib 2. Ioann. Baptiſt. Villalob. in libell. commun opinion. ſub lit. P. Franciſc. Burſat. conſ. 136. nu. 30.*

Ubi ipſe etiam alios Dd. hanc ſententiam communem eſſe, affirmantes refert.

Et hoc pactum indiſtinctè valet, & ratum eſt, quibuſcunque tandem verbis ſive ſub quacunq; forma verborum illud pactũ conceptum fuerit, etiamſi dictum ſit, quòd unus alteri ſuccedere debeat, *Bartol. conſ. 72. num. 2 libr 1. Paul Caſtr. conſil. 324. nu. 1. lib. 1. Ioann. Campeg. in tractat. de dot part. ult. quæſt 79. Dec. l. pactum quod dotali nu. 12. limit. 2. & ibi Lancelott. Dec. colum. 1. C. de pact. Iaſ. l. ſtipulatio hoc modo n. 11. & 12. ff. de verb. obligation. Iaſ. conſ. 211. conſ. 233. column. 5. lib. 1. conſ. 5. colum. 4. lib. 3. & inter conſ. Albert. Brun. conſ. 8. & conſ. 9. nu. 10. Dec. conſ. 225. num. 4. conſ. 516. nu. 17. conſ. 578. nu. 7. 8. & 9. & conſ. 613. nu. 2. Barthol. Soci. in conſ. Albert. Brun. conſ. 10. nu. 18. Aufrer. in addit. ad deciſ. Capel. Tholoſ. quæſt 452. Hieron. Grat. conſ. 19. nu. 13. lib. 1. Ruin. conſ. 13. nu. 3. libr. 2. & conſ 7. nu. 5. lib. 3. Ajas. Cravett. conſ. 19. n. 7. lib. 1. Cardinal. Pariſ. conſ 71. libr 4. & is idem Cardinal. Pariſ. conſ. 26. lib. 2. Guid. Pap. deciſ. 267. Ioann. Bapt. Villalob. in libell. commun. opinion. ſub lit. P. Anton. Gabr. Roman. in tractat. regular. libr. 3. titul. de pactis concluſ. 1. num. 9.*

Et licet quoad hoc ultimum contrarium teneat *Laurent. Sylvan. conſil. 90.* volens, quoad hoc utrum tale pactum valeat, vel non, verba pacti ſive conventionis inſpicienda eſſe.

Attamen præcedens opinio eſt communiter recepta, prout illam communiter receptam eſſe, atteſtatur *Iaſ int. conſ. Alber. Bru. conſ 8. & conſ. 9. num. 10. Barthol. Soci. int. conſ. Albert. Brun. conſ. 10. num. 18. Cardinal. Pariſ. conſ. 26. libr. 2. Villalob. in libell. commun. opinion. ſub tit. P.*

Inter Reges quoque Principes, & ſimiles perſonas habentes poteſtatem condendi leges & ſtatuta in illorum territoriis, pactum de futura ſucceſſione initum indiſtinctè valet & tenet *Bartol. conſ. 72. libr. 1. Ioann Campeg. in tractat dot. part. ult. quæſt 79. Dec. conſ. 516. Ioann. Nevizan. int. conſ. Albert. Brun. conſ. 11. in addit. column final. Purpurat in fin. num. 220. C. de pact. Gomeſ. c. 1. nu. 107. de conſtit. lib. 6. Anton. Gab. Rom. in tractat reg. lib. 3. titul. de pact. concluſ. 1. num. 5. Zaſ. conſ. 1. libr. 2. Menoch. conſ. 1. num. 152. Franciſc. Burſat. conſ. 136. num 27. lib. 2.*

Illudq; facilè multis firmiſſimis rationibus comprobari poſſet, quas ſciens prudenſque omitto.

Aliqui etiam volunt, quod ſecundum diſpoſitionem juris civilis, pactum de futura ſucceſſione factum in judicio ſive apud acta, indiſtinctè valere & ratum eſſe, prout hoc traditur *in different. inter jus civil. & Saxo. part. 2. differ. 38. ubi ad hoc allegatur text. art. 30.* Landrecht *lib. 2.*

Et idem quoq; juris eſt, & in pactis de futura ſucceſsione extra judicium factis à Regib. Ducibus, vel Principibus eam ob cauſam: quia actus geſtus à Regib. Ducibus vel Principibus etiam extra judicium perinde ratus & firmus eſt, atq; ſi illi actus à privatis in judicio ſive apud acta, geſtus & celebratus fuiſſet, *l. ſancimus. 1. §. exceptis. & ibi Bald. & Barbat. in addit. C. de donation. l benè à Zenone. §. quia igitur multa. C de quadrien. præſcript §. illud. Auth. ut non fiant pignorat. §. finimus, Auth. de non alien. Alex. conſ. 156. col. 2. lib. 2. Ruin. conſ. 23. col. 4. lib. 2. Bald. conſ. 300. lib. 2. Mantu. conſ. 1. num. 15. Tiraquell. in tr. de Nobil. c. 37. num. 47. Hipp. Rimin. §. 1. nu 447. cum mult. ſeqq. uſq. ad num. 456. Inſtitut. de donat. fac. text. l. omnium C. de teſtam.*

Et pactum de futura ſucceſsione in prædictis caſib. uſq; adeò validum & firmum

eſt,

est, ut illud nec per pœnitentiam nec alio modo revocari possit, nisi omnes illi, inter quos istud pactum initum est, consentiant.

Sicut hoc satis probatur per id, quod tradit *Bartol consil. 72. numer. 6. libr. 2. Ias. consil. 5. num. 5. lib. 3. Paul. Castrens. consil. 164. num 5. 6. & 7. lib. 2. Ludovic. Bolognin. consil. 62. Dec. consil. 458. num. 27. & 28. consil. 498. num. 19. Roman. consil. 26. Tiraquell. in tractat. de Primog. quæstion. 8. num. 6. Francisc. Bursat. consil. 136. num. 44. usque ad num. 67. libr. 2.*

Idem etiam probat id, quod trad. *Bal. l. cum ad socerum circ. fin. ff. de jur. dot. Rapha. Cuman. Alexand. Aretin. Petr. de Besuc l qui Romæ. §. Flavius. & ibi Ias num. 19. ff. de verbor. obligation. Ioann. de Imol. c. potuit, chart. final. extr. de locat. Francisc. Aretin. consil. 73.*

Eandem etiam sententiam confirmat id, quod tradit *Albert. Brun. consil. 8. num. 42. Bartho. Socin. int. consil. Albert. Brun. consil. 10. num. 22. & 23.*

Sed ex suprà deductis liquet, quòd Ducatus Schlesevicensis & Fimeria tam quoad successionem, quàm quoad omnia alia, & sic etiam inter cætera, quod frater ex latere patris tantum, ejusque filii unà cum fratre utrinque conjuncto ad successionem ejus admitti debeant, etiam ante transactionem initam, anno millesimo, quingentesimo, septuagesimo nono, & investituram subsecutam, habuerit naturam recti feudi.

Igitur sequitur, illud pactum investituræ, quòd Ducatus Schlesevicensis & Fimeria in omnibus & per omnia, & sic inter cætera etiam quoad successionem, jure recti & proprii feudi censeri debeat, esse pactum conservativum futuræ successionis.

Rursus ex hoc infertur, illud pactum absq; omni dubio valere & ratum esse.

Deinde quoq; certum est, quòd & Ducatus Schlesevicensis & Fimeria & sint & intra tempus immemoriale fuerint feuda.

Et illud pactum de quo hic agitur, est initum inter Serenissimum Regem Daniæ, & inter Duces J. seniorem, A. & J. juniorem.

Illudque non respicit omnia bona, sed tantum respicit certa bona, nempe Ducatum Schlesevicensem & Fimeriam.

Igitur sequitur, etiamsi probari posset, quòd Ducatus Schlesevicensis & Fimeria ante istam transactionem initam, & investituras subsequentes respectu successionis non habuisset naturam recti feudi, sed naturam bonorum allodialium, quod tamen neque hactenus probatum est, neque unquam probari poterit, sed contrarium ex suprà deductis liquet.

Attamen nihilominus illud pactum, quòd Ducatus Schlesevicensis & Fimeria in omnibus & per omnia & inter cætera quoad successionem naturam feudi recti & proprii & secundum jura communia feudalia regulari debeat, valere & ratum esse.

Ulterius ex hoc infertur, tale pactum non nisi consentientibus omnibus illis quorum interest, neque per pœnitentiam neque per alium modum revocari vel retractari posse.

179 Nonagesimo sextò, † ex eo quod quis jure publico utitur, neque injuria, neque damnum, neque perturbatio status publici oriri potest, *l. injuriarum. §. is qui jure publico. & §. quæ jure. ff. de injur. l nihil consensui. & §. non capitur. ff. de reg. jur. l. fin. C. de in integr. restitut. cum similibus vulgaribus.*

Et illa est vera justicia, quæ unicuique jus suum tribuit. *Institut. de justic. & jur. in princip.*

Sed petitio regiæ Majestatis est justissima & æquissima, & juri divino, naturali, canonico & civili, & ipsismet legibus, consuetudinibus & constitutionibus Regni Daniæ nec non & consuetudini speciali ultra tempus immemoriale, quoad successionem Ducatus Schlesevicensis & Fimeriæ observatæ, & privilegio C. Primi, anno millesimo, quadringentesimo, sexagesimo concesso & promulgato, & rationi atque æquitati conveniens.

Igitur sequitur, Consiliarios Ducis A. quatenus ipsi prætendunt, perturbationem reipublicæ & status Regni Daniæ inde orituram, si petitioni Serenissimi Regis locus daretur, nullo modo audiendos esse.

Et insuper certum est, quòd nihilominus illæ constitutiones & consuetudines Regni Daniæ, in iis terminis, in quibus illæ loquuntur, & ad quos se extendunt, nempe respectu bonorum allodialium à subditis possessorum, immotæ, inviolatæ, salvæ & incolumes remaneant.

Nonage-

280 Nonagesimo septimo, † pro hac sententia comprobanda etiam adduci potest id, quod multi Dd. tradunt, quod statutum loquens de successione ab intestato sive de intestatis, non extendatur & ad intestabilem, sive ad illum qui testamentum condere nequit, prout hoc tradit *Bald. consil. 336. lib. 4. Alex. consil. 79. numer. 5. consil. 158. numer. 3. lib. 6. consil. 153. numer. 4 lib. 7. Alex. l. generaliter. col. 2. C. de instit. & substit. Ioan. Crot. rep. l omnes populi. col. 54 vers. quaeritur etiam. ff. de just. & jur. Card. Paris. consil 73. numer. 32. lib. 1. Godzad. consil. 35. numer. 8. Socin. jun. consil 23. col. 2. lib. 2. cum mult. similib. alleg. per Tiraquell. in tr. le mort. part. 3. declar. 7. Anton. Gabr. Rom. in tr. reg. lib. 6. tit. de statutis. concl. 1. num. 2.*

281 Sed certum est, † quod vasallus respectu feudi sit intestabilis, atque de feudo testamentum condere nequeat, *c. 1. in pr. de success. feud.*

Igitur sequitur, quod statutum vel constitutio loquens de intestatis, sive de successione ab intestato, non porrigatur ad successionem feudalem sive in feudum.

Rursus ex hoc infertur, cum constitutio Regis Voldemari, quae vulgò dicitur Das Lohbuch / loquatur de successione ab intestato, quod illa constitutio minimè porrigi vel extendi possit ad successionem feudalem.

Et sic ex praedictis liquet, hanc nostram decisionem factam ad primam quaestiunem verissimam esse.

Et inter caetera ex praedictis constat, quòd petitio Serenissimi Regis & Ducis J. junioris nitatur & jure canonico, & jure civili, communi, & jure feudali communi.

Quae jura & civilia & canonica & feudalia, quoad praesens propositum sunt fundata & in jure divino & in naturali ratione.

Similiter etiam ex praedictis liquet, quòd petitio regiae Majestatis & Ducis J. junioris adjuvetur etiam per leges, constitutiones & consuetudines Regni Daniae, quatenus in illis deciditur, quòd ad successionem ascendentium frater ex uno latere tantum ejusque filii, cum fratre utrinque conjuncto admitti debeant.

Et certum est, quod respectu feudi & Ducatuum quis dicatur succedere non ultimo defuncto sed primo acquirenti, & sic quòd in ista successione semper agatur de successione lineae descendentis respectu ascendentium.

Deinde etiam ex praedictis liquet, quòd Rex Daniae pro se habeat & id, quod Rex & Regnum Daniae eo ipso, quod Rex & Regnum Daniae contractum feudi ratione Ducatus Schlesevicensis & Fimeriae receperunt, respectu Ducatus Schlesevicensis & Fimeriae, etiam omnia jura feudalia communia recepisse intelligantur.

Eodem modo ex praedictis liquet, quod Rex Daniae & Dux J. junior, pro se habeant etiam consuetudinem specialem & immemorialem, quod videlicet in successione Ducat. Schlesevicensis & Fimerae, ultra tempus immemoriale, non leges, consuetudines vel constitutiones Regni Daniae, sed juxta communia feudalia observata fuere.

Illaque consuetudo specialis absque omni dubio derogat omnibus legibus, consuetudinibus, & constitutionibus Regni Daniae.

Et habet vim atque vigorem non tantum consuetudinis, sed etiam pacti, contractus, constituti, tituli legitimi, decreti, legis, constitutionis, & privilegii ex certa scientia de plenitudine potestatis, ex causa justa, legitima concessi, nec non & veritatis vim & efficaciam obtinet.

Ulterius ex supra deductis liquet, quòd Serenissimus Rex Daniae & Dux J. junior pro se habeant & privilegium Regis C. Primi, Anno 1460. promulgatum, & consuetudines locorum vicinorum, & transactionem initam, anno 1579. nec non & investituras subsecutas.

RESPONSIONES AD RATIONES DUBITANDI.

HAec obstant huic nostrae verissimae decisioni rationes dubitandi.

Namque ad illas facilis est responsio, & ad primam rationem dubitandi ego respondeo.

Primò † illud, quòd frater utrinque conjunctus excludat fratrem ex uno latere tantum, non habere locum in feudo sive in successione feudali. 282

Secundò, illud non habet locum in successione Ducatuum aliorumvè bonorum habentium annexam regalem dignitatem.

Tertiò, non habet locum in fideicommissis, & rebus restitutioni subjectis, illisvè quæ fideicommissis & rebus restitutioni subjectis æquiparantur.

Quartò, hoc non habet locum quando agitur de successione lineæ descendentis, respectu ascendentium.

Quintò, hoc non habet locum in successione descendente vel originem trahente ex pacto, providentia vel dispositione ascendentis vel majoris, vel in qua habetur respectus ad ascendentem sivè ad primum acquirentem.

Sextò, hoc non habet locum in iis bonis, in quibus habetur respectus ad solam agnationem sivè ad sulam lineam paternam, prout hæc omnia in rationibus decidendi docui.

Et licet quoad ultimam responsionem contrarium teneant Dd. citati in prima ratione dubitandi.

Attamen illa contraria sententia est & falsa & communiter reprobata.

Sicut hoc in rationibus decidendi docui.

Igitur illa contraria sententia nullo modo tenenda vel sequenda.

Præterea licet Wesenbecc. *in consf. 82. num. 22. lib. 2.* attestetur, hanc sententiam quod in feudo frater utrinque conjunctus fratrem ex uno tantum latere excludat, amplecti, *Andr. de Isern. Loffred. & Socin. in locis ab ipso citatis.*

Attamen ego in libris meis non reperio illud, *Andr. de Isern. Loffred. & Socin.* dicere.

Et si probari posset, quod vel *Andr. de Isern. vel Loffred. vel Socin.* aut etiam alius quilibet hoc diceret.

Attamen illa sententia est & falsa & communiter reprobata.

Ideoque nullo modo tenenda, prout etiam ipse Wesenbecc. hoc affirmat.

Et ista prætensa contraria opinio absque omni dubio non habet locum in feudis rectis & propriis, vel talibus, ad cujus successionem suli masculi exclusis fœminis admittuntur.

283 Ad secundam rationem † dubitandi ego respondeo, illam sententiam, quod in successione feudali filius non ingrediatur in locum patris sui prædefuncti, nec patrem suum repræsentet, & quod hoc potissimum locum habeat in feudo ex pacto & providentia, & textui claro & communi, atque receptæ Dd. sententiæ refragari, & contrariam sententiam & per text. expressum probari & communiter receptam esse.

Sicut hoc docui in vigesima prima & vigesima septima ratione decidendi.

Ideoque opinio illorum Dd. qui in secunda ratione dubitandi adducti sunt, nullo modo tenenda vel sequenda.

Ad tertiam rationem † dubitandi ego respondeo, veriorem & communiorem esse illorum Dd. sententiam, qui concludunt, quòd etiam in fideicommissis filius fratris prædefuncti cum fratre superstite, patruo succedat, atque ad successionem admittatur. 284

Sicut hoc latè docui in 23. ratione decidendi.

Et licet aliqui Dd. citati in tertia ratione dubitandi attestentur, contrariam sententiam esse communem, item magis communem.

Attamen assertionem illorum Dd. falsam esse liquet, ex numero & authoritate illorum Dd. quos in 23. ratione decidendi adduxi.

Ideoque isti assertioni contrariæ fides adhibenda non est.

Præterea quoque opinio illorum Dd. quòd eo casu, quando agitur de successione provenienre non ex dispositione legis, sed ex dispositione hominis, non habeat locum jus repræsentationis, & filius non ingrediatur in locum patris, est & falsa & communiter reprobata, prout hoc docui in 25. ratione decidendi.

Et quod hæc sententia sit & falsa & communiter reprobata, ultra Dd. citatos in vigesima quinta ratione decidendi attestatur, & tradit, *Roland. à Vall. consil. 68. num. 31. cum 10. sequent. & num. 46. lib. 1.*

Ad quartam rationem dubitandi ego respondeo.

Primò, quòd statuta, constitutiones & consuetudines Regni Daniæ loquentes de successione ab intestato lineæ collateralis non habeant locum in feudis, Ducatibus Comitatibus, reliquisq; bonis, vel habentibus annexam regalem dignitatem vel restitutioni subjectis, vel in quibus succeditur aut primo acquirenti, aut ex dispositione primi acquirentis, vel in quibus habetur respectus

respectus solius agnationis, sive lineæ paternæ vel etiam primi acquirentis.

Ideoque illa jura, statuta, constitutiones & consuetudines nullo modo extendi possunt ad casum præsentem, sed in casu præsenti successio debet regulari secundum jura communia; canonica, civilia & feudalia, quæ & in jure divino, & in naturali ratione fundata sunt.

Prout hæc omnia in rationibus decidendi latè docui.

Nec quicquam dubitandum est, quod de jure communi tàm civili quàm canonico, nec non & feudali, jus repræsentationis locum habeat.

Secundò respondeo, veriorem & communiorem esse illorum Dd sententiam, qui volunt & concludunt, jus repræsentationis locum habere & filium in locum patris ingredi, eumque repræsentare, & una cum patruo ad successionem non tantum ascendentis, sed etiam patrui admitti etiam in iis successionibus quæ ex statuto vel consuetudine deferuntur.

Prout hoc latè docui in 27. ratione decidendi.

285 Nec obstat, † quòd aliqui Dd. citati in quarta ratione dubitandi volunt, jus repræsentationis fieri non verè vel naturaliter, sed tantùm juris fictione, item quod statuta & consuetudines non extendantur ad casum fictum, neque illum comprehendant.

Namque respondeo, veriorem esse illorum sententiam, qui tradunt, repræsentationem fieri verè & naturaliter, sive ex veritate juris naturalis, prout hoc expressè & in specie tradit *Tiraquell. in tractat. de primogen. quæst.* 40. *numer.* 31. & *num.* 135.

Illaque sententia satis probatur *per text. l. final. C. de impub. & aliis substitutionibus*, Ubi dicitur, quòd natura, pater & filius eadem persona esse intelligantur.

286 Præterea quoque certum est, † illud quod in quarta ratione dubitandi adductum est, quòd statuta & consuetudines non comprehendant casum fictum, nec ad casum fictum extendantur, non habet locum eo casu, quando à jure communi casus fictus & casus verus æquiparantur.

Tunc enim tàm statutum quàm consuetudo etiam ad casum fictum extenduntur, & casum fictum comprehendunt, *l. Gallus. §. & quid si tantum. & ibi Bald. ff. de liber. & posthum. l. 1. §. 1. ff. ad leg. Falcid. c. ad audientiam. & c. cum dilectus. & utrobiq; Imol. & Panormitan. extr. de Cleric. non resident. Tiraquell. in tractat. de primogen. quæstion. 40. numer. 140. Roland. à Vall. cons. 68. numer. 44. lib. 1.*

Similiter quoque hoc non habet locum eo casu, quando natura illius rei, de qua statutum vel consuetudo disponit, repugnat sive refragatur.

Namque propter naturam illius rei, de qua agitur, tam statutum quàm consuetudo, item & contractus, & dispositio Testatoris, & quælibet alia dispositio etiam casum fictum comprehendit, & ad casum fictum extenditur, *Ruin. consil. 171. numer. 17. lib. 2. Roland. à Vall. cons. 68. numer. 43. lib. 1.*

Sed certum est, † talem esse naturam & proprietatem feudi, quòd ad illius successionem filius fratris unà cum fratre superstite sive patruo admitti debeat, ad successionem, non tantùm ascendentis sed etiam patrui, *Ruin. consil. 171. numer. 17. lib. 2. Roland. à Vall. consil. 68. numer. 43. lib. 1.* 287

Similiter quoque certum est, quod secundum dispositionem juris communis, & civilis & canonici & feudalis, quoad successionem isti duo casus æquiparantur, quem vel esse fratrem vel filium fratris illius, de cujus successione agitur. 288

Sicut hoc patet ex iis quæ docui in 21. ratione decidendi.

Igitur sequitur, quòd absque omni dubio & statutum & consuetudo de successione feudi loquens, ita accipi debeat, quod & jus repræsentationis locum habere, & filius fratris defuncti una cum fratre superstite, ad successionem non tantum ascendentis, sed etiam patrui admitti debeat, quòdque illud, quod in quarta ratione dubitandi adductum est, statuta & consuetudines non comprehendere casum fictum, ad casum præsentem nullo modo extendi possit.

Nec etiam obstat, † quòd fictio sit stricti juris. 289

Namque Dd. in locis citatis in quarta ratione dubitandi non dicunt hoc, quòd

Ii 2 fictio

fictio sit stricti juris, sed tantum dicunt hoc, quòd duæ fictiones non possint concurrere circa idem.

Illaq; decisio etiam à Dd. multipliciter & limitatur & declaratur, *Bart. Ias. & Dd. l. si is qui pro emptore. ff. de usucap. Tiraquell. in tractat. de primogenit. quæstion. 40. numer. 141.*

290 Nulla etiam dispositio † quantumvis odiosa & stricta, contra verba clara & expressa restringitur, *l. cum lege. & ibi Franc. Aretin. ff. de testament. l. filium habeo. ff. ad SC. Macedon. l. 2. §. quid si curatores. ff. ad SC. Tertullian. Anton. de Butr. repet. c. final. chart. penult. extr. de consuetud. Dominic. cap. 1. de tempor. ordinat. lib. 6. Calderin. consil. 1. titul. de consanguinit. & affinitat. Dec. cap. 1. extr. de constitut. Dec. c. sedes apostolica. column. 2. notab. 3. extr. de rescript. Cravett. consil. 118. numer. 14. Tiraquell. repet. l. si unquam in præfat. nu. 119. C. de revocand. donation.* Ubi ipse multa alia ad hoc citat.

291 Fictio quoque idem † operatur in casu ficto, quod veritas operatur in casu vero, *l. si filiusfamiliàs. ff. si cert. petat. l. lex Cornelia. ff. de vulgar. & pupillar. l. bona. circ. fin. ff. de captiv. & postlim. revers. Ias. l. si is qui pro emptore. numer. 216. ff. de usucap.*

292 Illudque penitus certum & indubitatum est, † quod fictio nunquam restringatur contra subjectam materiam sivè contra naturam illius actus, de quo agitur, *Arg. si uno in princ. ff. de locat. & conduction. cum mult. simil. allegat. per. Nicol. Everhard. in sua topic. in loco à subject. mater.*

Sed jure & civili & canonico & feudali, quod &' in jure divino & in naturali ratione fundatum est, expressè cautum & dispositum est, quòd jus repræsentationis locum habere, & filius in locum patris ingredi debeat, non tantùm in successione lineæ descendentis, sed etiam in successione patrui.

Illaque est natura feudorum, item & Ducatuum & aliorum bonorum, quæ vel habent annexam regalem dignitatem, vel restitutioni subjecta sunt, quod in illorum successione jus repræsentationis locum habere, & filius in locum patris ingredi, atque unà cum patruo ad successionem non tantùm ascendentis, sed etiam patrui admitti debeat.

Igitur sequitur, etiam posito, veram esse illorum Dd. opinionem, qui volunt, jus repræsentationis non verè neque naturaliter, sed juris fictione tantum introductum esse.

Attamen illud contra claram dispositionem juris civilis, canonici, & feudalis, & contra naturam feudi taliter restringi non posse, quòd illud non habeat locum in successione feudi.

Deinde quoque ex iis, † quæ in ai. ratione decidendi adducta sunt, clarè liquet atque patet, jus repræsentationis esse introductum, non jure vel privilegio speciali, sed ex dispositione juris communis, tam civilis quam feudalis. 293

Nec obstat text. §. *cum filius. Institut. de hæredit. quæ ab intestat. deferunt.*

Dum videlicet ille text. utitur verbo æquum.

Namque omne jus commune super æquitate fundatum & ex æquitate introductum est, *l. 1. in princ. ff. de justit. & jur. l. ius pluribus ff. eod. titul.*

Similiter non obstat text §. *si autem defuncto. versicul. hujusmodi verò privilegium, auth. de hæredit. ab intestat. venient.*

Namque ille textus, inspectâ subjectâ materia, est intelligendus de beneficio per viam juris communis concesso.

Cum sit clari & indubitati juris, quòd omnia verba sint intelligenda secundum subjectam materiam, *c. solitæ. & ibi Dd. extr. de major. & obedient l. si uno in princ. ff. de locat. & conduct.*

Etiamsi necesse sit, verba detorquere ad significationem impropriam, *d l si uno in princ. cap. 1. §. porro. & ibi Domin. de stat. regul lib. 6. gloss. 1, eat. ff. de condit. & demonstrat.*

Vel impropriissimam, *Alex l. 1. in princ. column. 4. ff. ad leg. Falcid. Ias. l. liber. homo. la, 2. in princip. numer. 3. ff. de verb. obligat.*

Et posito, veram esse illorum Dd. sententiam, qui tradunt, jus repræsentationis esse introductum jure speciali sive speciali privilegio.

Attamen dubio omni caret, † illud privilegium esse concessum per viam juris 294

juris communis, & esse favorabile, cùm illud sit fundatum & in jure divino & in naturali ratione & in summa æquitate.

Ideoque dubio omni caret, illud privilegium esse latè interpretandum.

Tum quia omne privilegium favorabile latè interpretari debet, *Socin. jun. consf. 93. nu. 31. lib. 3.*

Tum quia privilegium concessum per viam juris communis, præsumitur esse concessum motu proprio, *Bart. l. pen. in fin. C. de bon. vacant. lib. 10. Bart. l. penult. C. de petition. bonor. sublat. eod. lib. Iaf. l. 3. in princ. num. 8. & ibi Dec. numer. 6. ff. quod quisq. jur. Bart. Auth. quas actiones. C. de SS. Eccles. Iaf. l. 1. numer. 17. C. eod. titul.*

Et certum est, quod privilegium concessum motu proprio latè interpretari debeat, *Stephan. Bertrand. consil. 304. lib. 3. part. 2.*

Nullum quoque privilegium quantumvis strictum & odiosum, contra verba ipsius clara, restringi debet, *Angel. l. final. column. 3. & ibi Iaf. numer. 33. limitat. 1. ff. de constitut. princip. Anton. de Butr. c. olim. & ibi Panormit. numer. 4. extr. de verbor. significat. Dec. c. cum accessissent. numer. 14. extr. de constitut. Dec. c. cum ordinem. numer. 4. extr. de rescript. Dec. l. in omnibus causis. numer. 12. ff. de regul. jur. Dec. consil. 127. column. fin. Iaf. l. 1. lect. 1. numer. 18. C. de SS. Eccles. Grat. consil. 130. numer. 16. lib. 1. Card. Parif. consf. 22. num. 6. lib. 4. Sylvest. Aldobrand. Institut. de excusat. tutor. in princip. num. 47.*

Similiter quoque nullum privilegium quantumnis strictum & odiosum, contra naturam illius rei de qua agitur, restringi debet, *Alex. consil. 37. column. 2. lib. 3. consil. 216. numer. 5. lib. 6. Nevizan. consil. 92.*

Cum itaque legibus expressè cautum sit, quod jus repræsentationis debeat habere locum non tantum in successione ascendentis sed etiam patrui.

Illaque natura feudi sit, quòd in illius successione debeat habere locum jus repræsentationis sive agatur de successione ascendentis sive de successione patrui.

Sequitur, etiamsi probari posset, jus repræsentationis speciali jure sive privilegio introductum esse.

Attamen illud ita restringi non posse, quò minus illud in feudis locum habeat.

295 Illorum quoque Dd. opinio, † qui volunt, quòd jus repræsentionis non habeat locum in iis, quæ deferuntur jure speciali, est & falsa & communiter reprobata.

Namque Dd. communiter citati in rationibus decidendi, expressè concludunt, quòd jus repræsentationis locum habeat indistinctè etiam in successione delata, vel ex speciali statuto, vel ex speciali consuetudine vel ex speciali pacto vel ex speciali ultima voluntate.

Ideoque contraria opinio, tanquam communiter reprobata nullo modo tenenda vel sequenda est.

Nec obstat text. *l. mulieri & Titio. ff. de condit. & demonstrat.*

Namque ille text. non loquitur de jure repræsentationis, sed tantùm loquitur de jure accrescendi.

Et cùm inter jus accrescendi & jus repræsentationis maxima ratio diversitatis militet, sicut hoc facile in multis rationibus ostendi possit.

Sequitur dispositionem *d. l. Mulieri & Titio* nullo modo extendi posse ad jus repræsentandi, *Argum. l. fin. ff. de calumniat. l. Papinianus. ff. de minoribus. l. Iulianus. ff. de condict. indebit. cum simil. vulgaribus.*

Præterea quoque text. *d. l. mulieri & Titio.* loquitur in iis, quæ à jure speciali contra mentem & voluntatem testatoris sive defuncti introducta sunt.

Ideoque illius legis dispositio nullo modo extendi debet ad jus repræsentationis, quod ex præsumpta mente, & secundum voluntatem sive mentem præsumptam defuncti introductum est.

Ad quintam rationem † dubitandi ego respondeo, etiam posito, veram esse illorum Dd. sententiam, qui volunt jus repræsentationis per statutum & consuetudinem contrariam tolli posse. 296

Attamen illa sententia tantum procederet eo casu, quando statutum, vel consuetudo expressè & in specie jus repræsentationis tollit.

Statutum verò vel consuetudo generalis nunquam ita accipi potest, ut per illud intelligatur esse sublatum jus repræsentationis, præsertim verò respectu feudi, *Argument. l. præcipimus. §. final. C. de appellatione l. sancimus. Cod. de testament.*

Similiter quoque in rationibus decidendi docui, quòd per leges, constitutiones & consuetudines Regni Daniæ, jus repræsentationis tantum sit sublatum, & respectu bonorum allodialium non habentium annexam regalem dignitatem, & respectu Nobilium & inferioris conditionis, & respectu successionis ab intestato puræ & simplicis & respectu lineæ collateralis.

Eodem quoque modo in rationibus decidendi docui, quòd per leges, constitutiones & consuetudines Regni Daniæ, jus repræsentationis non sit sublatum in nostro & similibus casibus.

Vel quando agitur de successione feudi.

Vel quando agitur de successione Ducatuum aliorumvè bonorum, aut habentium annexam regalem dignitatem, aut restitutioni subjectorum.

Vel quando agitur de successione ab intestato, non pura neque propria, sed vel fideicommissaria vel fideicommissariæ æquipollenti.

Vel quando agitur de successione ascendentis, aut ex pacto, provisione vel ordinatione ascendentis originem trahente, aut tali in qua habetur respectus ad personam ascendentis sive primi acquirentis.

Igitur sequitur, ea, quæ in quinta ratione dubitandi adducta sunt, in casu præsenti locum non habere; neque in casu præsenti Serenissimo Regi Daniæ vel Duci J. juniori quicquam obesse posse.

Secundò respondeo præter hoc, quòd in Regno Daniæ jus feudale commune respectu Ducatus Schlesevicensis & Fimeriæ receptum est, in Regno Daniæ consuetudine speciali & immemoriali introductum esse, quòd quoad successionem Ducatus Schlesevicensis & Fimeriæ, non leges, constitutiones, vel consuetudines Regni Daniæ, sed jus commune feudale servari debeat.

Ad sextam rationem † dubitandi patet 297
responsio ex iis, quæ in vigesima ratione decidendi docui.

Namque in vigesima ratione decidendi docui, illam sententiam quod liber feudorum sit authenticus, quodque contenta in libro feudorum sint jura & communia & generalia, & perinde ut reliqua jura communia, civilia, & omnes omninò ligent, & ad decisiones causarum allegari possint, nec non & secundum illa causæ feudales decidi debeant, esse communiter receptam, & in practica observari.

Et licet Dd. citati in sexta ratione dubitandi contrarium teneant.

Attamen illa sententia contraria, est & communiter reprobata, nec in practica recepta, sed explosa.

Ideoq; illa opinio contraria nullo modo tenenda vel sequenda.

Tum quia certi & indubitati juris est, quod rejecta singulari opinione judex in judicando semper communem & receptam Dd. sententiam sequi teneatur, *L. 1. ff. de senatorib. l. 1. ff. de offic. quæstor. L. Athletas in princ. ff. de his qui notant. infamia, cum multis similibus allegatis supra.*

Tum quia semper sequenda est illa opinio, quæ in practica recepta est, *l. nominè. ff. de legibus. Bald. l. illud. argum. ill. text. ff. de excusat. tutor. Bald. cap. 1. de feud. sine culpa non amittend. Petr. de Anchor. consil. 177. Dec. cap. 1. numer. 22. extr. de constitut. Nevizan. in sylv. nuptial. lib. 5. numer. 64. Carol. Molin. in consuetud. Paris. §. 31. num. 11.*

Nec etiam obstant huic nostræ decisioni communiter receptæ textus citati in sexta ratione dubitandi, namque ad illos textus omnes & singulos optimè respondent Dd. citati in vigesima ratione decidendi.

Quorum responsiones, cùm illorum libri ferè sint in omnium manibus, transcribere supervacuum duxi.

Similiter non obstat, † quòd consuetudines regulariter locales sint, nec 298
jus generale vel commune faciant.

Namque

Namque hoc non habet locum in consuetudinibus feudalibus: Illæ enim sunt locales, sed jus commune faciunt atque constituunt.

Prout hoc attestantur omnes Dd. citati in vigesima ratione decidendi.

Et cùm illud, quòd consuetudines feudales, sive contenta in libro feudorum, sint jus commune & generale, sit notorium, illud ulteriori probatione non indiget.

Namque notoria probanda non sunt, sed notorium ab onere probandi relevat, *gloss. l. cives. C. de appellat. gloss. c. appellanti eod. titul. Bartol. l. 1. C. qui & adversus quos. Bart. l. emptorem. ff. de action. empt. cum multis similibus allegatis per Francisc. Herculan. in tractat. quis teneatur probar. negativ. numer. 60.*

Ad septimam rationem dubitandi ego respondeo:

Primò, quòd Serenissimus Rex Daniæ & Dux J. junior, hanc præsumptionem pro se habeant, quòd jura communia feudalia in Regno Daniæ quoad successionem Ducatus Schlesevicensis & Fimeriæ usu recepta sint, quodque illi præsumptioni standum sit, donec contrarium probetur.

Sicut hoc docui in ratione decidendi septuagesima octava.

Igitur sequitur sequitur, licet Consiliarii Ducis A. prætendant, jus commune feudale, sive consuetudines feudales in Regno Daniæ non esse usu receptas, neque moribus utentium approbatas, cùm hoc tamen ipsi hoc hactenus non probaverint, illos nullo modo audiendos esse.

299 Secundò respondeo, † quòd ad probandum legem vel constitutionem aliquam non esse receptam in usum, non sufficiat sola probatio non usus, sed requiratur atque necesse sit, ut probetur casum in lege vel constitutione, comprehensum evenisse, & contrarium observatum fuisse, *Petr. & Cyn. l. 2. C. quæ sit long. consuetud. Alberic. de Rosat. rubric. C. eod. titul. Ioan. Andr. Anton. de Butr. Imol. & Panormitan. c. Ioannes. argum illius text. extr. de Cleric. conjugat. Bartol. in proœmio Digestorum. §. & antea. Bartol. l. 2. C. de jur. domin. impetrand. Bald. l. de quibus. num. 21. & ibi Alberic. de Rosat. col. 18. Ias. num. 33. ff. de legib. Bald. & Angel. l. hac autem. jura. argument. illius textus. ff. de servitut. urban. prædior. Anton. de Butr. repetit. c. final. colum. 19. & sequent. & ibi Roch. Curt. num. 410. cum tribus sequentibus extr. de consuetudin. Angel. Aretin. §. igitur. num. 4. & ibi Sylvest. Aldobrand. num. 7. in proœm. Institut. Angel. §. ex non scripto. nu. 17. Institut. de jur. natural. gent. & civil. Felin. c. cum accessissent. num 25. & 26. & ibi Dec. numer 17. versicul. secundo prædicta. Conclusio extr. de constitution. Felin. c. 1. num. 10. extr. de treug. & pac. Alex. cons. 132. num 4. lib. 1. Iacob. de Belvis. Authen. de hæred. & Falcid. in princip. Carol. Molin. in consuetud. Paris. §. 1. gloss. 4. num. 14. circ. fin. & §. 30. num. 26. Borgnin. Cavalcan. in tractat. de tutor. & curator. num. 42. Paris. de Put. in tractat. de Syndicat. verb. judicare. cap. 1. num. 4. fac. text. l. & Atticilinus. ff. de servitut. rusticor. prædior. l. sancimus. C. de testament. l. præcipimus. C. de appellat. cum similibus à me citatis in §. ex non scripto. Institut. de jur. natural. gent. & civil.*

Sed Consiliarii Ducis A. hactenus non probarunt, neque etiam probare possunt, in Regno Daniæ evenisse casum huic similem, & in isto casu non esse servatum jus commune feudale.

Quinimò Consiliarii Ducis A. expresse fatentur, talem casum in Regno Daniæ nunquam contigisse.

Igitur etiam ex hoc sequitur, Consiliarios Ducis A. prætendentes jus commune feudorum in Regno Daniæ non esse receptum in usum, neque moribus utentium approbatum, nullo modo audiendos esse.

Tertiò respondeo, illud, quòd jus commune feudorum in Regno Daniæ receptum sit, respectu Ducatus Schlesevicensis & Fimeriæ satis probari.

Tum quia Reges & Regnum Daniæ eo ipso, quòd contractum feudi respectu Ducatus Schlesevicensis & Fimeriæ recepêre, etiam jura communia feudalia recepisse intelliguntur.

Tum per hoc, quòd Ducatus Schlesevicensis & Fimeria atque Ducatus Holsatiensis, tam quoad successionem, quam quoad divisionem, in omnibus & per omnia ultra tempus immemoriale & adæquati & æquiparati & commensurati sunt, atque de uno idem quod de alio jus & judicium statutum est.

 Tum

Tum per privilegium Regis C. Primi, Anno 1460. concessum.

Tum quia in successione Ducatus Schlesevicensis & Fimeriæ, ultra tempus immemoriale non leges, constitutiones & consuetudines Regni Daniæ. sed jura communia feudalia observata fuêre.

Et sic liquet, assertionem Consiliariorum Ducis A. prætendentium jura communia feudalia in Regno Daniæ non esse usu recepta, manifestæ veritati refragari.

Igitur etiam ex hoc sequitur, quòd Consiliarii Ducis A. cum ista prætensa assertione nullo modo audiendi, sed repellendi sint.

300 Quartò respondeo, † quòd per usum partis retineatur & conservetur totum jus, *l. si qui usumfructum, & ibi Alberic. de Rosat. & Bald. ff. quibus modis usufruct. amittat. l. una est via. & ibi Dd. ff. de servitut. rustic. prædior.*

Sed certum est, quod jus commune feudorum in Regno Daniæ respectu Ducatus Schlesevicensis & Fimeriæ ultra tempus immemoriale observatum fuerit, quoad hoc, quòd Duces Schlesevicenses & Fimeriæ & investituram petere & juramentum fidelitatis præstare obligati fuêre. Item quoad hoc, quòd à successione illius Ducatus & Fimeria; fœminæ exclusæ fuêre.

Igitur sequitur, etiamsi probari posset, quòd jus commune feudale propter non evenientes casus, quoad alia observatum non fuerit, quod tamen neque hactenus probatum est, nec unquam probari poterit.

Attamen propter istum usum partis totum jus commune feudale quoad Ducatum Schlesevicensem & Fimeriam in Regno Daniæ incolume, illibatum, nec non & salvum & illæsum mansisse.

Ad octavam rationem dubitandi patet responsio ex his, quæ docui in 62. 63. 64. 65. 66, 67. 68. 69. 70. 71. & 72. ratione decidendi.

301 Namque primò ea, † quæ in octava ratione dubitandi adducta sunt, procedunt tantùm in casibus, in legibus, consuetudinibus vel constitutionibus illius Regni, quod Imperatorem Romanum pro superiore non recognoscit, expresse decisis.

Secus autem est in casibus, in legibus, statutis vel consuetudinibus Regni non expresse decisis.

Namq; in illis servandum est jus commune vel civile, vel feudale, vel canonicum, præsertim in nostro & similibus casibus, quando illud jus commune, civile, canonicum vel feudale est fundatum in jure vel divino, vel naturali ratione, sive quando illud jus commune, civile, canonicum vel feudale est rationabile.

Secundò adducta in octava ratione dubitandi non habent locum in nostro & similibus casibus, quando in certa provincia alicujus Regni, leges, consuetudines, statuta vel constitutiones Regni non sunt receptæ in usum.

Tertiò adducta in octava ratione dubitandi non habent locum in nostro & similibus casibus, quando jus commune, civile, vel feudale in Regno non recognoscente Imperatorem Romanum pro superiore, est receptum vel approbatum.

Quartò certum est, quòd etiam in Regnis non recognoscentibus Imperatorem Romanum pro superiore in caussis feudalibus non expresse decisis, in constitutionibus, legibus, consuetudinibus & statutis Regni non sit recurrendum ad leges, statuta, vel consuetudines Regni, sed ad jus canonicum.

Quintò adducta in octava ratione dubitandi non habent locum in nostro & similibus casibus, quando vel observantia præsertim immemorialis, vel etiam consuetudo contraria aliud suadet.

Ad nonam † rationem dubitandi respondeo. 302

Primò, ea quæ in nona ratione dubitandi adducta sunt, procedere tantùm in casibus expresse decisis, in legibus, statutis, constitutionibus & consuetudinibus illius loci, in quo loco ista bona, de quorum successione agitur, sita sunt.

Secus autem est in nostro & similibus casibus, qui non sunt expresse decisi per statuta, leges, constitutiones vel consuetudines illius loci, in quibus ista bona, de quibus agitur, sita sunt.

Namque in iis casibus est servandum jus commune, præsertim in nostro & similibus casibus, quando illud est fundatum, vel in jure divino vel in naturali ratione.

Secundò respondeo, adducta in nona ratione dubitandi non habere locum in nostro & similibus casibus, quando vel observantia præsertim immemorialis vel consuetudo contraria aliud suadet.

Tertiò respondeo, multos Dd. velle, quòd in successionibus ab intestato, non sint servanda statuta, consuetudines vel constitutiones, vel leges illius loci, in quo

bona

bona, de quibus agitur, sita sunt, sed jus commune eo casu, quando statuta, leges vel consuetudines illius loci, ubi bona sita sunt, concepta non in rem, sed in personam, & is, de cujus successione agitur, non in isto loco, ubi bona, de quibus agitur, sita sunt, sed alibi domicilium habuit, prout hoc expressè tradit *Bart. repet. l. omnes populi quæst. 7. versic. sed posset dubitari. & ibi Signoroll. de Homodeu. in repet. columu. 10. Franc. Aretin. colum. penult. C. de summ. Trinitat. & fide catholic. Calder. cons. 17. titul de constitut. Franc. de Ramponib. inter cons. Calderin. cons. 34. titul. de testament. Panormitan. c. Ecclesia S. Mariæ, colum. penult. extr. de constitut. Alex. cons. 44. colum. 2. versic. sed præmissis non obstantibus. lib. 5. Barbat. cons. 75. colum. penult. lib. 3. Socin. cons. 128. colum. 1. lib 4. Bero quæst. 109. Roland. à Vall. cons. 24. nu. 17. cum omnibus sequentibus usq, ad fin, lib. 3. ubi ipse multos alios Dd. ad hoc citat.*

Et hanc sententiam communiter receptam esse, attestatur *Barbat. Bero & Roland. à Vall. in locis praallegatis.*

Quartò respondeo, illa, quæ in nona ratione dubitandi adducta sunt, non habere locum eo casu, quando in isto loco, ubi bona, de quibus agitur, sita sunt, respectu illorum bonorum aliud jus receptum & approbatum est.

Tunc enim illud jus receptum vel approbatum, non obstantibus legibus, statutis & consuetudinibus generalibus illius loci, omninò servandum est, respectu illorum bonorum, de quibus agitur.

Tum quia jus receptum in loco aliquo perinde habetur, atque si illud à Rege vel populo illius loci conditum esset, *l. 1. §. sed neq,. versic. omnia enim C. de veter. jur. enucleand. c. si apostolica. & ibi Ioan. Andr. Gemin. & Philip. Franc. de præbend. lib. 6. gloss. final. c. 1. extr. de transact.*

Tum quia jus speciale præfertur juri generali, *l. in toto jure. & ibi Dec. & Cagnol. ff. de regul. jur. c. generi. de regul. jur lib. 6.*

Sed in Regno Daniæ respectu successionis in Ducatum Schlesevicensem & Fimeriam usu & quidem temporis immemorialis receptum est jus commune feudale.

Sicut hoc in rationibus decidendi comprobavi.

Igitur sequitur, quòd non obstantibus legibus, consuetudinibus & statutis Regni Daniæ, hoc jus commune feudale in Regno Daniæ usu receptum, in successione Ducatus Schlesevicensis & Fimeriæ omninò servandum sit.

303 Ad decimam, undecimam † & duodecimam rationem dubitandi ego respondeo, ea, quæ in illis tribus rationibus dubitandi adducta sunt, habere tantùm locum in caussis & casibus comprehensis & expressè decisis in statutis, consuetudinibus & constitutionibus Regni.

Secus autem est in casibus non comprehensis vel non expressè decisis in constitutionibus, statutis & consuetudinibus Regni.

Namque illis etiam in locis ad Regnum pertinentibus, vel Regno incorporatis, aut subjectis, jus commune, civile, canonicum vel feudale servandum est, præsertim in nostro & similibus casibus, quando illud jus commune, civile, canonicum vel feudale est fundatum, vel in jure divino vel in ratione naturali vel est rationabile.

Secundò, omnes responsiones factæ & datæ ad duas præcedentes rationes dubitandi etiam ad hanc rationem dubitandi accommodari possunt.

Tertiù respondeo, adducta in istis tribus rationibus dubitandi, non habere locum eo casu, quando ista loca ad Regnum pertinentia, vel Regno subdita aut incorporata habent specialia statuta vel consuetudines.

Illa enim legibus, statutis & consuetudinibus generalibus Regni præferuntur, *l. omnes populi. & ibi Bart. & Dd. ff. de just. & jur. l. 3. §. final. ff. de testibus. Authent. jubemus. C. de judic. l. 1. C. quæ sit long. consuetud. §. sed naturalia. Institut. de jur. naturali gent. & civil. l. venditor. §. si constat. ff. commun. prædior. l. 1. §. final. de ventr. inspiciend. l. si servus plurium. §. final. ff. delegat. 1. c. final. extr. de offic. Archidiac. l. testium. C. de testibus. Ias. l. de quibus. num. 6. ff. de legibus. Cardinal. Paris. consil. 25. num. 41. & 42. lib. 4.*

Nec obstat, quòd aliqui Dd. relati in ratione dubitandi duodecima volunt, quòd loca vel Provinciæ subjectæ vel accessoriæ non possint habere constitutiones & consuetudines repugnantes legibus, constitutionibus, vel consuetudinibus illius Regni, cui illa loca vel Provinciæ subjectæ sunt.

Namque

Namque hoc tunc demum procedit, quando per leges vel constitutiones Regni expressè & specialiter sunt reprobata statuta & consuetudines contrariæ, alioquin verò secus est, *Bart. l.omnes populi. num. 26. & ibi Dd. ff. de justit. & jur.*

Deinde hoc non habet locum eo casu, quando superior illa statuta vel consuetudines tacitè vel expressè approbavit.

Tunc enim illa absque omni dubio valent, etiamsi per leges sive constitutiones Regni ista statuta vel consuetudines expressè reprobatæ sint, prout hoc tradit *Roman. cons. 61. circ. fin.*

Idemque volunt omnes Dd. citati in duodecima ratione dubitandi.

Sed leges, statuta & consuetudines Regni Daniæ non reprobant ista statuta & consuetudines, quòd in successione vel feudorum vel Ducatuum, vel aliorum bonorum habentium annexam regalem dignitatem, vel restitutioni subjectorum, vel quando agitur de successione vel fideicommissaria vel æquipollenti, vel quando agitur de successione ascendentium, aut ex pacto, providentia vel dispositione ascendentis descendente, frater ex latere patris tantùm ejusvè filii unà cum fratre utrinque conjuncto ad successionem admitti, vel quòd in prædictis casibus jus commune feudale servari debeat.

Et insuper quoad successionem Ducatus Schlesevicensis & Fimeriæ cum expresso consensu Regis Daniæ, talis est introducta consuetudo & quidem immemorialis, quòd in ista successione servari debeant non leges, constitutiones vel consuetudines Regni Daniæ, sed jura communia feudalia.

Igitur etiam ex hoc sequitur, ea, quæ in istis tribus rationibus dubitandi adducta sunt, non habere locum in nostro casu, quodque iis non obstantibus in nostro casu, jura communia feudalia, per observationem temporis immemorialis recepta observari debeant.

Quartò respondeo, legibus cautum, & & à Dd. communiter traditum esse, quòd etiam in locis incorporatis non sint servanda statuta, leges & constitutiones illius Regni, cui iste locus unitus vel incorporatus est, eo casu, quando ista incorporatio vel unio est facta non accessoriè sed æquè principaliter, *Bart. & Dd. l. si convenerit. §. si nuda. ff. de pignorat. action. Petr. de Ancharan. cons. 114. Petr. de Ancharan. c. accessorium. colum. 4. de regul. jur. lib. 6. Domin. c. cùm personæ. §. final. versicul. in eo verb. de privileg. lib. 6. Felin. c. translato. num. 6. extr. de constitut. Felin. c. in nostra. num. 30. extra de rescript.*

Et semper incorporatio sive unio censetur esse facta æquè principaliter, quando locus unitus Regno, retinet proprium nomen Ducatus, Comitatus vel alterius regalis dignitatis.

Et Rex illius Regni, cui ista incorporatio vel unio facta est, etiam utitur isto titulo illius loci uniti, prout hoc expressè tradit *Bart. & Dd. l. si convenerit. §. si nuda. ff. de pignor. action.*

In dubio quoque præsumitur, unionem sive incorporationem factam esse non accessoriè, sed principaliter, *Petr. de Ancharan. cons. 114.*

Leges quoque, consuetudines, statuta & constitutiones illius Regni, cui locus aliquis unitus vel incorporatus est, non extenduntur ad istum locum unitum vel incorporatum, eo casu, quando unio sive incorporatio est facta non simpliciter, sed secundum quid, *Bald. l. etiam. C. de jur. dotium. Anton. de Butr. repet. c. final. num. 61. extr. de consuetud. Albert. Brun. in tractat. de augment. conclus. 5. num. 10. & 28.*

Sed licet Ducatus Schlesevicensis & Fimeria sint & incorporata & unita Regno Daniæ.

Attamen nihilominùs nomen proprium, nempe Ducatus, retinent.

Et Serenissimus Rex Daniæ utitur non tantùm titulo Regni Daniæ, sed etiam titulo Ducis Schlesevicensis.

Igitur sequitur, istam incorporationem & unionem esse factam non accessoriè, sed æquè principaliter.

Rursus ex hoc infertur, quòd leges, consuetudines, statuta & constitutiones Regni Daniæ in Ducatu Schlesevicensi non aliter obtineant, neque ad illum extendantur, nisi quatenus illæ leges, statuta, consuetudines & constitutiones in Ducatu Schlesevicensi receptæ sunt.

Deinde quoque certum & indubitatum est, quòd leges, statuta, consuetudines & constitutiones Regni Daniæ disponentes de successione ab intestato collateralium, in Ducatu Schlesevicensi tantùm sunt receptæ respectu bonorum allodialium, in Ducatu sitorum, nec non & respectu subditorum, & respectu successionis ab intestato propriæ & veræ, quodque illæ in

istò

isto Ducatu nullo modo sint receptæ, vel respectu Ducum vel respectu successionis ipsius Ducatus, vel totius vel partis alicujus, vel respectu bonorum feudalium aut restitutioni subjectorum, vel successionis ab intestato non puræ & veræ, sed fideicommissariæ aut æquipollenti, aut etiam ex ordinatione, dispositione vel pacto ascendentis descendente, vel tali, in qua habetur respectus ad adscendentem, sive ad primum acquirentem.

Ideoque etiam ex hoc sequitur, quòd leges, statuta, consuetudines & constitutiones Regni Daniæ disponentes de successione ab intestato collateralium nullo modo extendi debeant, ad casum præsentem, in quo inter Serenissimum Regem Daniæ & Ducem J. juniorem ex una, & Ducem A. ex altera parte, controvertitur super successione illius portionis Ducatus Schlesevicensis & Fimeriæ, quæ ad Ducem J. pertinuit.

304 Ad decimam † tertiam rationem dubitandi ego respondeo, licet is, qui in aliquo loco forum sortitur, legibus, statutis, consuetudinibus & constitutionibus illius loci subjectus sit.

Attamen hoc tantum procedere in casibus expressis & comprehensis in legibus, statutis, consuetudinibus & constitutionibus illius loci.

Secus autem est in aliis.

Cùm sit clari & indubitati juris, quòd & id, quod limitatum est, extra limites suos non porrigatur, *l. cancellaverat. ff. de his quæ in testament. delent. l. in agris. ff. de acquirend. rerum. domin. l. age cùm Geminiano. & ibi Iaf. & Dd. C. de transact. cum multis similibus allegat. per Tiraquell. in tractat. cessant. causs. part. 1. num. 142.*

Et nulla lex, nullaque consuetudo, statutum vel constitutio extendatur ultra casus, res vel personas in illo vel illa comprehensas vel expressas, *l. quod constitutum. ff. de testament. militar. cum similib. vulgar. allegatis suprà.*

Cùm itaque leges, statuta, consuetudines & constitutiones Regni Daniæ de successione ab intestato collateralium disponentes, casum nostrum non comprehendant.

Sequitur, ea, quæ in decima tertia ratione dubitandi adducta sunt, in casu nostro locum non habere.

Secundò respondeo, legibus, statutis, consuetudinibus & constitutionibus Regni Daniæ cautum esse, quòd in iis casibus, in quibus descendentes succedunt ascendentibus, frater ex latere patris tantùm & ipso prædefuncto filii illius, unà cum fratre utrinque conjuncto ad successionem admitti debeant.

Similiter quoque certum est, nec non & superiùs comprobatum, quòd in successione feudi, item Ducatuum nec non & rerum restitutioni subjectarum quis dicatur succedere non ultimo defuncto, sed primo acquirenti, & sic ascendenti.

Igitur etiam ex hoc sequitur, quòd secundum ipsasmet leges, consuetudines, statuta, & constitutiones Regni Daniæ Serenissimus Rex Daniæ & Dux J. junior, unà cum Duce A. fratre utrinque conjuncto admitti debeant ad successionem illius portionis Ducatus Schlesevicensis & Fimeriæ, quam Dux J. senior possedit, quæ & est portio Ducatus, & est feudum rectum, verum, proprium, antiquum, ex pacto & providentia & res restitutioni subjecta.

Tertiò respondeo, cùm prout superiùs docui, in defectum legum, constitutionum, statutorum & consuetudinum Regni Daniæ jus commune, civile, canonicum & feudale, in Regno Daniæ servari debeat, in nostro & similibus casibus, quando illud jus est fundatum vel in ratione naturali vel in jure divino, jus commune, civile, canonicum, & feudale, quoad hunc & similes casus, etiam jus Danicum sive Regni Daniæ censeri posse.

Quartò respondeo, ex suprà deductis liquere, quòd quoad successionem Ducatus Schlesevicensis in Regno Daniæ jus commune feudale & receptum & ultra tempus immemoriale observatum fuerit.

Igitur ex hoc sequitur, quòd quoad hôc hoc jus commune feudale, etiam jus Regni Daniæ censeri debeat, quodque illa consuetudo & observantia immemorialis & specialis, leges, statuta, consuetudines & constitutiones Regni Daniæ & declarat & iis deroget, & quoad successionem Ducatus Schlesevicensis absque omni dubio servari debeat.

Ad decimam † quartam rationem dubitandi ego respondeo, licet quilibet Rex non recognoscens superiorem, in suo Regno condere possit, leges & constitutiones etiam juri communi contrarias. 305

Atta-

Attamen legem & constitutionem Regis non extendi ultra verba ipsius nec porrigi ad casus, res vel personas, in ista lege vel constitutione non comprehensas.

Et suprà comprobatum est, constitutionem Regis W. casum præsentem non comprehendere, neque ad illum extendi posse.

Secundò respondeo, Regem, item & Successores Regis, nec non etiam filios, nepotes, & fratres Regis sub lege vel constitutione, à Rege aliquo condita non comprehendi.

Tertiò respondeo, quòd in defectum legum & constitutionum Regum, etiam in Regnis non recognoscentibus superiorem Imperatorem Romanum, jus commune, civile vel canonicum observari debeat, præsertim in nostro & similibus casibus, quando illud est fundatum vel in jure divino vel in naturali ratione.

Quartò respondeo, jus commune feudale quoad successionem Ducatus Schlesevicensis in Regno Daniæ esse & receptum & ultra tempus immemoriale observatum.

Ideoque jus commune feudale quoad istam successionem perinde haberi, atque omnibus aliis legibus, statutis, consuetudinibus & constitutionibus præferri debet, atque si ab ipsomet Rege Daniæ illud jus conditum esset, juxta text. *l. 1. §. sed neq. versic. omnia enim. C. de veter. jur. enucleando.*

Quintò respondeo, quòd consuetudo specialis in certo loco Regni vel respectu certorum casuum introducta, legibus generalibus Regni sive Regis deroget.

Ad decimam quintam rationem dubitandi, patet responsio ex iis, quæ docui in 45. 46. 47. 48. 49. 50. 51. 52. 53. 54. 55. 56. 57. 58. 59. 60. & 61. ratione decidendi.

Quæ responsiones omnes cùm per se sint claræ, ego illas repetere supervacuum esse duxi.

Et ultra responsiones in istis rationibus decidendi datas, ego respondeo, quòd consuetudo specialis præferatur consuetudini generali.

Sicut hoc suprà comprobavi.

Sed certum est, quoad successionem Ducatus Schlesevicensis & Fimeriæ, consuetudine speciali & immemoriali, introductum & receptum esse, quòd in ista successione debeat servari jus commune feudale.

Igitur sequitur, per istam consuetudinem specialem & immemorialem absque omni dubio derogari legibus, statutis & consuetudinibus Regni Daniæ, quæ & sunt generales, & comprehendunt tantùm bona allodialia & subditorum, non autem bona feudalia vel habentia annexam regalem dignitatem.

Ad decimam † sextam rationem dubitandi ego respondeo: 304

Primò, licet statuta, leges, consuetudines & constitutiones alicujus Regni, in isto Regno & jus commune esse censeantur, & juris communis vigorem obtineant, atque etiam juri communi præferantur, nec non & in locis subjectis in defectum propriarum legum, consuetudinum, statutorum, vel constitutionum, ad statuta, consuetudines & constitutiones loci superioris tanquam ad jus commune recurrendum sit.

Attamen leges, statuta, & constitutiones Regni, item & loci superioris non extendi vel porrigi ad casus, res vel personas in iis non comprehensas & verbis non expressas, prout hoc in rationibus decidendi latè comprobavi.

Similiter quoque certum & in rationibus decidendi comprobatum est, quòd nulla consuetudo neque Regni neque loci superioris de re ad rem, de casu ad casum, de persona ad personam, de loco ad locum extendatur.

Deinde etiam in rationibus decidendi comprobavi, quòd leges, statuta, consuetudines & constitutiones Regni Daniæ disponentes, quòd in successione ab intestato lineæ collateralis, frater utrinque conjunctus, fratrem ex latere patris tantùm ejusque filios excludere, & in tali successione jus repræsentationis locum non habeat, non comprehendant casum nostrum, in quo agitur de successione & Ducatus & feudi recti, veri, proprii, antiqui ex pacto & providentia & rei restitutioni subjectæ, & in quo non succeditur non ultimo defuncto, sed primo acquirenti & ex pacto & providentia primi acquirentis, atque in quo lis & controversia est inter Serenissimum Regem Daniæ & Ducem J. juniorem ex una, & Ducem A. ex altera parte.

In rationibus quoque decidendi comprobatum est, quòd prædictæ leges, statuta, consuetudines & constitutiones Regni Daniæ, tantùm comprehendant bona allodialia,

dialia subditorum, quodq; etiam per observantiam immemorialem istæ leges, constitutiones, consuetudines & statuta, ita declarata sint.

Igitur sequitur, quod leges, statuta, constitutiones & consuetudines Regni Daniæ ad casum præsentem minimè extendi vel porrigi possint.

Secundò respondeo, & legibus cautum & à Dd. communiter traditum esse, quod deficientibus legibus vel consuetudinibus feudalibus, sive de feudo expresse & specificè disponentibus, causæ feudales decidi debeant, non secundum jus commune civile, sed secundum jus canonicum, prout hoc docui in ratione decidendi 68.

Sed certum est, quod leges, statuta, consuetudines & constitutiones Regni Daniæ de feudis nihil disponant vel loquantur, prout hoc ipsimet Consiliarii Ducis A. fatentur.

Igitur sequitur, licet leges, consuetudines, statuta & constitutiones Regni Daniæ in isto Regno & in locis ei subjectis jus commune, civile, sint & juris communis, civilis, vigorem obtineant.

Attamen in Regno Daniæ causas feudales non secundum jura regni, sed secundū jura canonica decidendas esse.

Illud quoq; certum & indubitatum est, quod non tantum secundum dispositionē juris civilis, sed etiam secundum dispositionem juris canonici & jus repræsentationis locum habeat, & frater ex latere patris tantum ejusq; prædefuncti filii, unà cum fratre utrinque conjuncto, ad successionem admitti debeant, in nostro & similibus casibus, in quibus agitur de successione feudi vel Ducatuum vel rerum restitutioni subjectarū, vel fideicommissaria aut æquipollenti vel ascendentis vel ex dispositione, pacto & providentia ascendentis originem trahente.

Tum quia jura canonica, quoad hoc contrarium non disponunt.

307 Et certum est, † quod leges civiles per jus canonicum & approbatæ & receptæ esse intelligantur, & perinde ut alia jura canonica non tantum in foro seculari, sed etiam in foro Ecclesiastico allegari possint, & servari debeant in omnib. iis casibus, in quib. jus canonicum expressè contrarium non decidit, *c. 1. & ibi Panormit. & Dd. extr. de oper. novi nunciat c. lege & c. si in adjutorium distinct. 10. cum similibus vulgaribus.*

Tum quia jus canonicum & jura communia feudalia & recepit & approbavit, *c. quæ in Ecclesiarum, & ibi Dd. extr. de constitut. c. cæterum extr. de judic. c. ex transmissa & c. verum extr. de foro competent. c. 1. & c. ex parte extr. de feud. c. nuper. extr. de donat. inter vir. & uxor c. tua extr. de decim. c. ut super extr. de rebus Eccles. non alienand. cum multis similibus quæ facilè in magna copia allegari possunt.*

Tum quia jura ab aliquo recepta vel approbata, perinde habentur, atque si ab ipso condita fuissent, *l. 1. § sed neq; versic. omnia enim C. de vet. jur. enucleand. cum simil. allegatis suprà.*

Tum quia etiam in jure patronatus Ecclesiastico, in quo solum jus canonicum servatur, jus repræsentationis locū habet, uti suprà in rationibus decidendi docui.

Tum quia jus repræsentationis etiam secundum jus divinum locum habet.

Igitur rursus ex hoc infertur, quod casus præsens, secundum jus canonicum ita decidi debeat, quod Serenissimus Rex Daniæ, & Dux J. junior unà cū Duce A. fratre utrinq; cōjuncto, ad successionem illius portionis Ducatus Schlesevicēsis & Fimeriæ quæ ad Ducē J. seniorē pertinuit, admitti debeant.

Tertiò respondeo, etiam legibus, statutis & consuetudinibus Regni Daniæ cautum esse, quod eo casu quando agitur de successione descendentium respectu ascendentium, frater ex uno latere tantum, ejusq; filii, unà cūm fratre utrinque conjuncto ad successionem admitti debeant.

Et certum est, quod eo casu, quando agitur de successione feudi, item Ducatuum, item rerum restitutioni subjectarum, quis dicatur succedere non ultimo defuncto, sed primo acquirenti & sic ascendenti.

Quartò respondeo, jura communia feudalia quoad Ducatum Schlesevicensem & Fimeriam, præsertim in successionibus in Regno Daniæ esse & recepta & ultra tempus immemoriale observata.

Quæ observantia & consuetudo immemorialis & specialis, absq; omni dubio, reliquis legibus, statutis, consuetudinibus & constitutionib. Regni Daniæ præferri debet, imò pro lege, statuto, consuetudine, & constitutione ipsiusmet Regni habetur.

Ad decimam septimam † rationem dubitandi ego respondeo. 308

Primo, ea quæ in ista ratione dubitandi adducta sunt, quod successio in feudum reguletur ab ordine succedendi in bonis allodialibus, sive secundum regulas juris de successione ab intestato loquentes, tantum habere locum in ordine succedendi, à jure communi introducto.

Secus autem esse in ordine succedendi

contra dispositionē juris cōmunis à statuto, cōsuetudine vel constitutione introducto.

Namq; secundum illum statuta non regulantur, sed talia statuta, consuetudines & constitutiones non extenduntur ad feuda, neq; ad successionem bonorum feudalium, prout hoc docui in quinquagesima secunda ratione decidendi.

Sed certum est, quòd secundum dispositionem juris communis & feudalis in successione non tantum ascendentis, sed etiā patrui, & jus repræsentationis locū habeat & frater ex latere patris tantum ejusq; prædefuncti filii unà cum fratre utrinq; conjuncto, ad successionem admitti debeant in nostro & similibus casibus, quando agitur de successione vel feudi vel Ducatus, vel rerum restitutioni subjectarum vel talium, in quibus solius agnationis sive lineæ paternæ ratio habetur, vel fideicommissaria aut æquipollenti, vel lineæ ascendentis aut ex pacto & providentia sive dispositione ascendentis descendente, vel in qua habetur respectus ad ascendentem.

Igitur sequitur, leges, statuta, & constitutiones Regni Daniæ in successione lineæ collateralis prohibentes jus repræsentationis, & disponentes, quod frater utrinque conjunctus, fratrem ex uno latere tantum excludere debeat, esse juris communis correctorias, vel saltem à jure communi exorbitantes.

Rursus ex hoc infertur, quod illæ leges & constitutiones nullo modo extendi possint ad bona feudalia & similia, & per consequens nec ad casum quidem nostrum.

Secundò respondeo, quod in iis casibus in quibus successio ab intestato pura à successione fideicommissaria discrepat, successio in feudum potius secundum successionem fideicommissariam, quàm secundum successionem ab intestato puram regulari debeat.

Eam ob causam, quia feuda fideicommissis æquiparantur, & dispositum de fideicommissis, etiam ad feuda extenditur.

Sicut hoc suprà docui.

Et certum est, nec non & in rationibus decidendi comprobatum, quòd in successione fideicommissaria præsertim tali, in qua solius agnationis respectus & consideratio habetur, frater ex latere patris tantum, ejusq; filii unà cum fratre utrinq; conjuncto ad successionē admittantur, quodque in tali successione absque omni dubio, jus repræsentationis locum habeat.

Similiter quoq; certum est, quòd leges, constitutiones, statuta & consuetudines Regni Daniæ loquantur tantum de successione ab intestato, propria, vera, & pura, quodque nullo modo locū habeant in successione fideicommissaria vel pura vel mixta, prout hoc in rationibus decidendi docui.

Tertiò respondeo, quod leges, constitutiones & cōsuetudines Regni Daniæ tantū disponant de bonis allodialib. & subditorū.

Et certū est, quod statutū, constitutio vel cōsuetudo disponens vel loquens tantum de allodialibus non extendatur ad feuda.

Sicut hoc in rationibus decidendi docui.

Quinimo etiam statutum, consuetudo vel cōstitutio, præsertim juris communis correctoria, vel à jure cōmuni exorbitans, licet illa generalis sit, ad feuda non extenditur, prout hoc in rationibus decidendi docui.

Quartò respondeo, in successione Ducatus Schlesevicensis & Fimeriæ non tantum ultra tempus ad inducendam consuetudinem sufficiens, sed etiam ultra tempus immemoriale, non leges, statuta, consuetudines & constitutiones Regni Daniæ de successione ab intestato lineæ collateralis respectu bonorum allodialium disponentes, sed jura communia feudalia observata esse.

Et dubio omni caret, ea quæ in 17. ratione dubitandi adducta sunt, quod videl. successio in feudum reguletur à successione ab intestato bonorum allodialium, non habere locū, quando consuetudo vel observantia temporis immemorialis aliud suadeat.

Ad decimam octavam † rationem dubitandi ego respondeo, veriorem & communiorem esse illorum Dd. sententiam, qui concludunt, quod lex, statutum vel constitutio à Rege aliquo, etiam cum consilio & consensu omnium ordinum & statuum Regni condita, neq; ipsum Regem qui istam legem, statutū vel constitutionem tulit, neque etiam successorem, filios vel nepotes illius comprehendat vel liget, prout hoc latè docui in 58. ratione decidendi. 30

Et cum illa decisio nitatur & textib. claris, & sit cōmuniter approbata, nec non ad argumēta adducta in decima octava ratione dubitandi, facilimè responderi possit.

Ego super istis responsionibus insistere vel tempus terere supervacuum duxi.

Secundò ad illud, quod in decima octava ratione dubitandi adductum est, quod Rex ligetur consuetudinib. Regni, respondeo, illud quod populus Regni Daniæ respectu bonorū allodialiū, item respectu nobiliū & inferiorū, in successione ab intestato, ppria & vera lineæ collateralis hoc observavit,

quod

quod frater utrinque conjunctus, fratrem ex uno latere tantum ejusq; filios exclusit, quodque in tali successione non habuit locum jus repræsentationis, esse observatum vigore constitutionis Regis W. ideoque per hoc nullam consuetudinem introduci potuisse.

Prout hoc docui in 59 ratione decidendi.

Tertiò respondeo, in casu præsenti nullam extare legem vel constitutionem vel consuetudinē Regni Daniæ, quæ in ipsum Regem disponat, sive de ipso Rege loquatur.

Quartò respondeo, veriorem & communiorem esse illorū Dd. sententiam, qui concludunt, quod consuetudinib. subditorum Regni, Rex non ligetur, etiamsi illæ consuetudines introductæ fuissent cum expresso consensu Regis, prout hoc docui in sexagesima ratione decidendi.

Quintò respondeo, etiam posito, illam sententiam, quod Rex vel etiam successor, filii, nepotes & frater illius comprehendantur vel ligentur legibus, consuetudinibus, vel constitutionibus ipsius Regni vel Regis, aliquo casu servari posse;

Attamen illud tantum procederet in casibus in ista constitutione, lege vel consuetudine comprehensis.

Secus v. est in casib. non comprehensis in ista lege, constitutione vel consuetudine.

Sicut hoc satis patet ex iis quæ in rationibus decidendi adducta sunt.

Sed certum est, nec non & in rationibus decidendi comprobatum, quod casus præsens sub legibus, consuetudinibus & constitutionibus Regni Daniæ de successione ab intestato lineæ collateralis loquentibus non comprehendatur.

Igitur sequitur, quod illæ leges, consuetudines & constitutiones in casu præsenti, multò minus Serenissimum Regem Daniæ, & suæ regiæ Majestatis fratrem ligare debeant, vel possint,

Sextò respondeo, ea quæ in decima octava ratione dubitandi adducta sunt, absque omni dubio non habere locum in nostro & similibus casibus, quando observantia postea secuta hoc declaravit, vel consuetudo immemorialis hoc introduxit, quòd Rex ejusve frater vel patruus sub lege, constitutione vel consuetudine Regni, quoad istum casum de quo agitur, non debeat comprehendi.

Sicut hoc similiter comprobatum est in rationibus decidendi.

Ad decimam nonam rationem dubitandi ego respondeo ex iis, quæ in rationibus decidendi adducta sunt, satis liquere, quod Serenissimus Rex Daniæ in casu præsenti, neq; tanquam Rex Daniæ, neque tanquam Dux Schlesevicensis & Himeriæ, ligetur legibus, consuetudinibus & constitutionib. Regni Daniæ loquentibus de successione ab intestato propria & vera lineæ transversalis, respectu bonorum allodialium & ad subditos nobiles & inferiores pertinentiū.

Igitur sequitur, ea quæ in decima nona ratione dubitandi adducta sunt, in casu præsenti Serenissimo Regi Daniæ nullo modo obesse posse.

Ad vigesimam rationem dubitandi paret responsio ex iis, quæ in 88. & 89. ratione decidendi docui,

Namq; primo certum est, quòd præsumatur & primam & omnes præcedentes investituras ejusdem tenoris fuisse, cujus tenoris est ultima investitura, quodque illi præsumptioni standum sit, donec contrarium probetur.

Secundò respondeo, † quòd per ultimam investituram & prima & omnes præcedentes investituræ declarentur, quodq; illi declarationi & standum & inhærendū sit. 31

Tertiò respondeo, quod ex certa scientia & interveniente consensu illorum de quorum præjudicio agitur, investitura antiqua in posterioribus mutari & alterari possit, quodq; mutationi factæ in ultima investitura ex certa scientia & interveniente consensu illorum de quorum præjudicio agitur, omnino standum & inhærendum sit.

Usq; adeo ut nova qualitas, nova forma, novus tenor, & pacta adjecta in investituris posterioribus hoc operentur, ut feudum etiam antiquum efficiatur novum. *Oldrad. cons. 178. Bald cons. 349 lib. 2. Bald. l. quoties col. 2. C. de suis & legitim. hæred. Bald. c. 1 §. insuper circ. fin. de prohibit feud. alienat. per Frideric. Bald. c. 1. an agn. at. Bald. l. 1. colum. 2. ff de rer. divis. Alex l. si mihi & Titio in princip. num. 17. ff. de verbor. obligat. Ias. cons. 24. nu 4. lib. 3. Matth. de Afflict. decis. 112. num. 5. decis. 248. num. 8. Albert. Brun. cons. 68. Loffred. cons. 39. Thom. de Marin. in tract. de gener feudor. lib. 1. titul 3. num. 3. Ioann. Crott. Repet. l. 1 §. si quis simpliciter nu. 13. ff. de verbor. oblig.*

Et hoc potissimum procedit eo casu, quādo in posteriorib. investituris prima investitura est mutata, vel ab illis qui habent potestatē legis condendæ vel propter utilitatem sive tranquillitatem publicam, prout hæc omnia in rationibus decidendi docui.

311 Quartò respondeo, † quod præsumptio cedat veritati, quodq; ubi de veritate constat, præsumptioni vel conjecturæ locus non sit *l. continuus, §. cum ita. ff. de verb. obligat. cum simil. vulgarib.*

Sed certum est, & ipsemet Dux A. fatetur, omnia illa quæ in posteriori investitura continentur, illi cum consensu & Serenissimi Regis Daniæ & Ducum J. senioris, A. & J. junioris & ex certa scientia inserta esse.

Igitur sequitur, quod in casu præsenti error allegati, vel prætextu illius erroris ultima investitura in controversiam rapi nequeat.

312 Ad vigesimam † primam rationem dubitandi ego respondeo, licet renovatio, prorogatio, confirmatio, translatio, transmissio, & surrogatio intelligatur esse facta cum omnibus suis qualitatibus & conditionibus.

Attamen præsumitur, quòd renovatum, prorogatum, confirmatum, translatum, transmissum, & illud in cujus locum surrogatio facta est, habuerit easdē qualitates & conditiones, quas qualitates & cōditiones habet ultimus actus, illique præsumptioni omninò standum, donec contrarium probetur.

313 Cum sit clari juris, † quod de præsenti præsumatur in præteritum, *l. si hi qui & ibi Bald. C. ad l. Iul. de adult. l. ex persona & ibi gloss. C. de probat. §. 1. & ibi gloss auth. de restitut. & ea quæ parit. &c c cum per Bellicam. 3. 4. quæst. 2. Nicol. Everhard in sua Topic. in loc. à tempore ad tempus num. 19.*

314 Secundò respondeo, † ea quæ in vigesima prima ratione dubitandi adducta sunt, non habere locū eo casu, quando expressè contrarium actum est, *Socin. l. 1. colum. 11. ff. quis & à quo appellet. Alex. l. 1. colum. fin. ff. de offic. ejus cui mandat. est jurisdict. Iacob. de Nigr. l. mandata notab. 1. ff. eod. titul. Gomes. §. fuerat. colum. 9 in fin & sequent. Institut. de action. Anton. Gabriel. Roman. in tract. Regul lib 6. titul. de Regul. jur. conclus 2. nu 77.*

Similiter ea quæ in vigesima prima ratione dubitandi adducta sunt, non habent locum eo casu, quando ultimus actus est diversæ qualitatis, *Alex. consil. 106. colum. 3. lib. 3. Bald. l. certi condictio column. 6. versic. sed si actio primæva. & ibi Purpurat. column. 9. ff. si cert. petat Roman. cons. 227. Anton. Gabriel. Roman. in tract. Regul. lib. 6. titul. de Regul. jur. conclus. 2. num. 66.*

Et prædicta potissimùm procedunt in mutatione facta, vel ab ipsis qui habent potestatem condendi legem vel propter utilitatem publicam.

Sed certum est, in casu præsenti omnia illa, quæ in posteriori investitura continentur, ei esse inserta ex certa scientia, & non per errorem, & vigore transactionis præcedentis initæ, & ab iis quæ habent potestatem condendi legem & propter utilitatem & quietem publicam.

Igitur sequitur, illi ultimæ investituræ omninò standum & inhærendum esse, etiamsi probari vel fides fieri possit, primam sive præcedentes investituras alterius tenoris vel qualitatis esse.

Tertiò respondeo, † illud quod in vigesimaprima ratione dubitandi dicitur, quod investitura facta de feudo antiquo vel paterno, non sit nova concessio, neque vigorem novæ concessionis obtineat, non habere locum eo casu, quando nova qualitas, nova forma, novus tenor, & nova pacta in posterioribus investituris adjecta sunt. 315

Tunc enim ista investitura facta de feudo antiquo, novæ concessionis vigorem obtinet.

Et certum est, quod concessio sive actus novationem faciens, non assumat naturam vel qualitates prioris actus novati, *Bald. l. si eum §. qui injuriarum colum. 2. versic. secundo casu ff. si quis cautio. Alex. l. 1. col. final. ff de pact. Crott. Rubr. num. 26. ff. de verbor. oblig. Anton. Gabriel. Roman in tract. Regul. lib. 6. titul. de Regul jur. conclus. 2. nu. 49.*

Quartò ad vigesimam & vigesimam primam rationem dubitandi ego respondeo, quòd & Ducatus Schlesevicensis & Fimeria ultra tempus immemoriale, talem naturam & qualitatem habuerit, quod & successio illius Ducatus & Fimeriæ fuerit regulata non secundum leges, statuta, constitutiones & consuetudines Regni, sed secundum jura communia feudalia.

Ad vigesimam secundam rationem dubitandi ego respondeo, quod Ducatus Schlesevicensis & Fimeria, ultra tempus immemoriale, & ultra centum & plures annos illius naturæ & qualitatis fuerit, quodque etiam ille Ducatus & Fimeria ultra tempus immemoriale & ultra plures, quam centum annos à parentibus & prædecessoribus & Serenissimi Regis Daniæ & Ducum J. senioris, A. & J. junioris, taliter & cū ista qualitate fuerit & possessa, & ad filios & descedentes translata,

quod

quod in illius successione non leges, statuta, consuetudines & constitutiones Regni Daniæ, sed jura communia feudalia servara fuit & servari debuerint.

Igitur sequitur, istam clausulam reservativam, wie dasselbe vor Alters unsere unnd ihrer Liebden Voreltern Hertzogen zu Schleswick geerbett / jnngehabt ynnd besessen / Item/ Sondern in allermassen wie es jhre vnd vnser Liebden Voreltern die alten Hertzogen zu Schleswick genossen unnd auff jvns verfellet haben/ Serenissimo Regi Daniæ & Duci J. juniori, nihil obesse posse, etiam posito, probari posse, quod ista clausula se referat ad priores investituras, vel ad priorem naturam, modum, formam & qualitatem feudi ejusvé possessionis.

Secundò respondeo, utramque relativam non referri ad naturam vel qualitatem pristinam feudi, sed referri tantum ad pertinentias feudi, sive ad illa quæ antiquitus sive ab antiquo ad istumDucatum Schlesevicensem & Fimeriam pertinuerunt.

Sicut hoc satis patet ex tenore illius investituræ, quæ talis est:

Reichen vnd leihen jhren L. L. vnd derselben Nachkommen/solch Fürstenthumb Schleswick/Suder Judland genandt/vnd Land Fehmeren/mit allen vnd jeden Zugehörungen.

Vnnd folget darauff in continenti, Wie dasselbe vor Alters vnsere vnd jhre L. L. Voreltern Hertzogen zu Schleswick/ geerbet/ inngehabt/ vnd besessen.

Et sic clarè liquet, istam clausulam tantùm referri ad pertinentias, nempe ad clausulam proximè præcedentem.

Mit allen vnd jeden Zugehörungen/ferner stehet in demselben Lehnbrieffe nachfolgende clausula:

Mit allen vnd jeden darzu gehörigen Landen/Insulen / Schlössern / Stedten / Festen/ Adell vnd Lehnleuten / Seen / Wassern / Fehren / Ham / Gerichten/ Zöllen/Hoheiten vnd Gerechtigkeiten/ auch allen Fürstlichen Regalien/Jurisdictionen, Lehnen / Lehenwahren / Rechten / hoher Obrigkeit vnnd Herrligkeiten/ Gulten / Zinsen / Einkommen / Nutzungen / Früchten / vnd allen andern / wie es genandt werden oder Nahmen haben möchte / nichts vberall außgenommen.

Vnd folgend darauff in continenti.

Sondern in allermassen wie es vnsere vnd jhrer L. L. Voreltern die alten Hertzogen zu Schleswick besessen vnd genossen / vnd fürter auff vns verfellet haben.

Et sic liquet, & illam clausulam tantùm respicere pertinentias.

Prout etiam regulariter quælibet relatio 316
ita accipienda est, ut referatur tantùm ad proximè præcedentia, eaq; tantùm determinet & respiciat, *l. si idem cum eodem. vers. final. ff. de jurisdict. omn. judic. Cardin. Paris. cons. 24. nu. 32. lib. 1. cons. 16. nu 108. cons. 59. nu. 8. lib. 2. cons. 34. nu. 4. lib. 3.*

Illarumq; clausularum talis est intellectus, quòd Serenissimus Rex Daniæ, Ducibus J. seniori, & A. Ducarum Schlesevicensem & Fimeriam concesserit in feudum cum omnib. pertinentiis, quæ ab antiquis temporibus ad illum Ducatuum & Fimeriam pertinuêre, & cum quibus parentes & regiæ Majestatis & Ducum, istum Ducatũ & Fimeriam & possederunt & ad filios suos atq; descendentes transtulerunt.

Deinde quoq; clari juris est, quòd relatio limitata, limitatum producat effectum, nec ultra suos limites extendatur, *Card. Paris. cons. 102. nu. 25. lib. 1. fac. text. l. cancellaverat. ff. de his quæ in testament. delent. l. in agris. ff. de acquirend. rer. domin. l. age cum Geminiano. C. de transaction. cum mult. similib. allegat. per Tiraquell in tract. cessant. caus. part. 1. nu. 142.*

Igitur sequitur, istam clausulam relativam, cum illa sit limitata & restricta, ad pertinentias nullo modo extendi vel porrigi posse ultra limites suos, ad naturam & qualitatem pristinam Ducatus Schlesevicensis & Fimeriæ.

Tertiò respondeo, quòd relatio quælibet semper intelligenda sit exceptis aliis expressè dispositis, quodq; expressè disposita per relationem non alterentur, mutentur vel vitientur, prout hoc expressè & in specie tradit *Cardin. Paris cons. 39. num. 18. lib. 1. ubi ipse ad hoc allegat Bart. l. 1. §. & parvi. ff. quod vi aut clam. Alex. cons. 56. col. 3. & 4. lib. 2.*

Relatio quoq; nunquam debet fieri, neque etiam facta esse censetur taliter, quòd per illam inducatur annullatio vel invalidatio illius, quòd expressè dispositum est, *l. si quis à filio in princip. & ibi gloss. l. servo alieno. §. si ab impubere. ff. de legat. 1. l. talis scriptura vers. 1. & ibi Bart. & Dd. ff. eod. tit. l. cum vulgari & ibi gl. & Bart. ff. de dot. prælegat. Paul. Castr. l. 1. & ibi Ias. num. 9. C. de liber. præterit. Ias. l. quoties. in stipulationibus num. 1. versicul. tertiò adde. ff. de verbor. obligat. Cardin. consil. 68. Roman. cons. 92. & cons. 94. columm. penult. Dec. c. secundò requiris. in princ. nu. 3. limitat. 5. fac. text. l. Titia. §. idem respondet. ff. de verbor. obligat.*

Sed in investitura Serenissimi Principis, & Domini, Domini F. Secundi, Regis Daniæ, est expressè dispositum, quod Ducatus Schlesevicensis & Fimeria debeat esse feudum rectum, proprium, regale & antiquum.

Sicut hoc patet ex ista clausula:

Zu einem rechten Fürstlichen altveterlichen anererbten Fahnenlehen gereicht vnd geliehen haben.

Illaq; clausula in ista investitura non est tantū posita semel, sed est posita bis, atq; est reiterata & repetita nec non & geminata.

Sicut hoc patet ex illis verbis:

Reichen vnnd leihen etc. zu einem rechten Fürstlichen Fahnenlehn.

317 Quam geminationem † sive reiterationem multum operari dubio omni caret, *l. Balista. & ibi Bart. & Dd. ff. ad SC. Trebellian. l. cum scimus. & ibi Bart. & Alex. C. de agricol. & cens. lib. 11 Cardin. Paris cons. 6. nu. 12. cons. 54. nu. 67. lib. 1. cons. 12. nu. 69. lib. 2. cons. 5. num. 64. & cons. 32. num. 29. lib. 4. Cæphal. cons. 126. num. 18. Roman. l. si verò. §. de viro. ff. solut. matrim.*

Illaque geminatio ostendit enixam voluntatem disponentis, *Bald. c. eam te. colum. 2. extr. de rescript. Curt. senior. cons. 52. colum. 1. cons. 63. colum. 18. Anton. Corset. in tract. de verb. geminat. Cardin. Paris. cons. 10. num. 57. cons. 32. num. 52. & cons. 131. num. 1. lib. 1. cons. 9. num. 43. cons. 12. num. 145. lib. 2. cons. 3. num. 43 cons. 10. num. 29. cons. 15. num. 20. lib. 3. cons. 1 num. 26. cons. 10. num. 31. & cons. 48. num. 24. lib. 4. Laurent. Sylvan. cons. 64. num. 4.*

Nec non & mentem & deliberatam & appensatam, *Cardin. Paris. cons. 89. num. 23. lib. 3. Aymon. Cravett. cons. 105. num. 4. & cons. 201. num. 44. Paul. Castrens. cons. 115. colum. 2. lib. 1. Laurent. Sylvan. cons. 64. nu. 4.*

Et præcisam, *Bald. c. eam te extr. de rescript.*

Deinde quoque & geminatio ampliat effectum dispositionis, *Bald. l. fructus C. de action. empt.*

Et hoc operatur, ut sub dispositione comprehendantur illa, quæ alioquin sub ista dispositione non comprehenderentur. *Ruin. cons. 98. num. 12. usq. ad num. 19. lib. 2. Nicol. Everhard. in sua Topic. in loco à locutionis geminatione sei: actus multiplicati reiteratione.*

Utque talis dispositio non patiatur aliquam restrictionem, diminutionem vel exceptionem, *Ias l. 1. §. nunciatio. num. 5. versic. ego limito, modò non abilitet. ff. de oper. nov. nunciat Corn. cons. 324. col. 6. lib. 1. Socin. cons. 297 nu. 6. lib. 2. Laurent Sylvan. cons. 49. nu. 26. cons. 88. nu. 4. Cravet. cons. 201. nu. 42. cons. 290. nu. 4. vers. nonò considero.*

Igitur sequitur, per istam clausulam & generalem & reiteratam repetitam atque geminatam, satis superq; probari, & id actū esse, & illam fuisse enixam appensatam & præcisam mentem & voluntatem & Serenissimi Regis Daniæ, tanquam investientis & Ducum J. senioris, & A. tanquam investitorum, quod Ducatus Schlesevicensis & Fimeria in omnibus & per omnia, feudum rectum, proprium, regale & antiquum esse, atq; secundum leges & regulas feudi recti, proprii, antiqui & regalis regulari, & neq; ad casus successionis, neque ullus alius ab hoc exceptus esse debeat.

Rursus ex hoc infertur, istas clausulas relativas nullo modo ita accipi posse, ut per illas isti dispositioni expressè in aliquo derogetur, vel ut ista dispositio expressa penitus vel pro parte vitietur.

Quartò respondeo, quod unum instrumentum per aliud, & una scriptura per aliā declaretur, *Bald. & Ias. l. si quis ex argentariis. §. si initium ff. de edend. Bald l. omnes populi. col. 15. ff. de instit. & jur. Bald. c. 1. extr. de præscript. Bald. c. auditis extr. eod. titul. Ias. l. qui filiabus in princ. num. 5. ff. de legat. 1.*

Similiter quoq; & una clausula per aliam declaratur, *l. utrum in princ & ibi Bart Bald. & Angel. ff. de petition. hæreditat l. quemadmodum. §. hæc verba. & ibi Bart ff. ad l. Aquil. Bald. c. secundò requiris. extr. de appellat. Ias l. si quis ex argentariis. §. si initium. nu. 11. ff. de edend.*

Sed ex transactione inita anno 15[illegible]. clarè liquet atq; patet, quod ista clausula reservatoria, tantum respiciat pertinentias Ducatus Schlesevicensis & Fimeriæ, & nullo modo naturam vel qualitatem illius Ducatus & Fimeriæ, neq; etiā actū investiēdi.

Sicut hoc clarè liquet ex ista clausula:

Mit dem Fürstenthumb Schleswick sampt deme/was vor Alters darzu gehört.

Similiter quoq; ex clausula præcedenti istius investituræ satis liquet atque patet, quod ista clausula relativa tantùm respiciat pertinentias Ducatus Schlesevicensis & Fimeriæ, nec ullo modo respiciat naturam vel qualitatem feudi, neque etiam actum investiendi.

Prout hoc patet ex ista clausula:

Das wir demnach obgedachtē vnsern freundtlichen lieben Vetern vnd Brudern das Hertzogthum Schleswick sampt deme so vor Alters darzugehöret / vnd Insul Fehmern zu einē rechten Fürstl-

Fürstlichen altväterlichen angeerbten Fahnenlehen/ gereicht vnd geliehen haben.

Igitur sequitur, etiamsi de intellectu istarum clausularum relativarum probabiliter dubitari posset.

Attamen istas clausulas relativas per clausulam proximè præcedentem & per transactionem præcedentem talem interpretationem & declarationem recipere, quod istæ clausulæ relarivæ ad nihil aliud quàm ad pertinentias tantùm referri possint.

318 Quintò respondeo, † quod nulla clausula vel relativa vel alia extendatur ad illa, quæ specialem & expressam determinationem habent, *l. doli clausula. & ibi Bartol. & DD. l. ff. de verborum obligation. c. cum debiti. & ibi Abb. & Imol. extr. de donation. Baldus l. 1. C. de legitim. hæred. Bald. & Dec. c. secundò requiris. extr. de appellationib. Abb. consil. 20. incip casus in effectu. lib. 2. Salycet. Paul. Castrens. & Ias. l. 1. C de liber præterit Rom. cons. 152. incip præsens consultatio. & cons. 480. Ioann. de Imol. & Alex. l. cohærede. §. qui patrem. ff. de vulgar. & pupillar. Alex. cons. 48. lib. 1. Curt. consil. 42. & cons. 63. Socin. consil. 300. lib. 2. Ias. l. talis scriptura. numer. 37. ff. de legat. 1. Dec. consil. 11. numer 14. Card. Paris. consil. 36. numer. 16. consil. 70. numer. 13. cons. 88. num. 32. & 33. lib. 1. cons. 36. num. 20. cons. 66. num. 18. cons. 85. num. 49. cons. 90. num. 35. lib 2. Socin. jun. cons. 97. num. 20. lib. 1. cons 13. num. 23. lib. 3.*

319 Similiter nulla penitus † clausula ad illa referri debet, ex quibus absurdum sequi posset, *Abb. c. Ecclesia vestra. numer. 6. extr de elect. Abb. c. penult. numer. 7. extr. de jur. patronat. Bald. & Ias. l. 1. C. de liberis præterit. Abb. c. secundò requiris. & ibi Dec. num. 3. extr. de appellation. Abb. consil. 75. lib. 2. Socin. consil. 21. num. 10. lib. 3. Ias. l. talis scriptura. numer. 40 ff. de legat. 1. Ias. l. si idem cum eodem. §. final. ff. de jurisdiction. omn. judic. Cardin. Paris. consil. 36. numer. 19. consil. 88. numer. 82. lib. 1. Socin. jun. consil. 1. numer. 30. lib. 1. cons. 160. num. 61. lib. 2.*

Eodem modo & nulla clausula refertur vel ad diversa, *Dec. c. secundò requiris. in princip. num. 3. limitat. 1. extr. de appellationib.*

Vel ad separatam, *Socin consil. 10. lib. 1. Cardin. Paris. consil. 88. numer. 33. lib. 1. cons. 38. num. 24. lib. 2. Socin. junior, cons. 160. num. 58. lib. 2.*

Vel ad diversam rationem habentia, *Baldus l. 1. C. de liber. præterit. Angel. consil. 28. incip. testator reliquit. Petrus de Anchoran. consil. 67. Roman. consil. 280. Dec. consil. 213. Cardinal. Paris consil. 36. numer. 25. lib. 1. Socin jun. consil. 1. numer. 29. lib. 1. consil. 68. numer. 117. lib. 3.*

321 Præterea quoque clausula posita † ad qualificandam unam dispositionem sive unum capitulum, ad aliam dispositionem vel capitulum nunquam referri debet, *Bartolus l. final. ff. de rebus dubiis. Paulus Castrens. d. l. si idem cum eodem. §. final. Alex. consil. 226. numer. 6 lib 6. Ias. l. 1. C. de liber. præterit. Cardinal. Paris. consil. 36. numer. 21. lib. 1. Socin. jun. cons. 128. num. 243. lib. 1. consil. 68. num. 114. lib 3.*

322 Nulla quoque clausula refertur † ad illa, ex quibus correctio juris communis, aut exorbitantia à jure communi introduci posset, *Cardinal. Paris. consil. 66. num. 19. lib. 2.*

323 Vel in quibus refragatur † verisimilis mens contrahentium, *Cardinal. Paris. consil. 36. numer. 18. lib. 1. Socin jun. consil. 64. lib. 3.*

324 Clausula quoque posita † in contextu unius capituli, ad aliud non refertur, *Bartol. l. final ff de rebus dubiis. Cardin. Paris. cons. 36. num. 20. lib. 1.*

Sed in investitura Serenissimi Regis Daniæ F. Secundi, est expresse & specialiter dispositum, quod Ducatus Schlesevicensis & Fimeria, in omnibus & per omnia feudi recti, proprii, veri, antiqui & regalis naturam habere sortiri, & secundum leges, naturam & qualitatem feudi recti regulari debeat.

Illamque fuisse præcisam mentem & investientis & investitorum, liquet ex reiteratione, repetitione & geminatione illius clausulæ.

Et si prædictæ clausulæ relativæ ita acciperentur, quod per istas illi clausulæ, quod Ducatus Schlesevicensis & Fimeria in omnibus & per omnia feudum rectum & proprium esse debeat, quoad successionem derogatum sit, per istam interpretationem induceretur & exorbitantia à jure communi, & offenderetur verisimilis mens contrahentium, nec non & inde sequeretur illud absurdum, quod cōtrahentes se in continenti correxissent.

Igitur sequitur, istam interpretationem & extensionem illarum clausularum relativarum nullo modo capi posse.

Deinde quoque certum est, quod aliud diversa & separata sint, natura atque

qualitas feudi, ejusq; successionis & pertinentiæ feudi, quodq; inter illa magna ratio diversitatis militet.

Et istæ clausulæ relativæ in investituris ponuntur tantùm ad qualificationem & determinationem pertinentiarum.

Igitur sequitur, illas clausulas relativas nullo modo extendi vel porrigi posse ad istam clausulam, in qua disponitur, quòd Ducatus Schlesevicensis & Fimeria in omnibus & per omnia, feudum rectum, verum, proprium, antiquum & regale esse, & secundum leges, naturam & qualitatem feudi recti, veri, proprii, antiqui & regalis, regulari debeat.

Sextò respondeo, quòd in iis dispositionibus, in quibus debet fieri interpretatio lata, quæq; secundum ipsorum naturam extendendæ & ampliandæ sunt, nulla clausula refertur ad illa, ex quibus restrictio illius dispositionis induci possit, *c. cum dilecti. & ibi Innocent. extr. de donat. Alex. cons. 48. colum. 4. lib. 1. & cons. 213. lib. 2. Dec. c. secundò requiris. in princip. limit. 8. extr. de appellationib. Ias. l. 1. num. 9. limit. 5. C. de liber. præterit.*

Sed certum est, quod ista clausula investituræ Serenissimi Regis Daniæ, in qua cavetur, quod Ducatus Schlesevicensis & Fimeria & sint & esse debeant feuda recta, propria, antiqua & regalia, atque naturam feudi recti & proprii sortiri, latè interpretari debeat.

Tum quia illa clausula est generalis.

325 Et certum est, † quòd verba generalia vel etiam indefinita investituræ nullo modo restringi, sed generaliter & ita intelligi & accipi debeant, ut omnia comprehendant, *Bald. cons. 251. nu. 2. Tiraquell. repet. l. si unquam. verb. libertis. num. 9. C. de revoc. donat.*

Tum quia illa clausula est in ista investitura non semel posita sed reiterata, repetita & geminata.

Et certum est, nec non & superius comprobatum, quòd geminatio, repetitio & reiteratio hoc operetur, quòd clausula aliqua latè & latissimè interpretari debeat, prout hoc suprà docui.

Tum quia illa investitura est facta à Rege Daniæ superiorem non recognoscente, Ducibus J. seniori, & A.

Et certum est, quòd tam investitura, quam quilibet alius contractus Principis vel Regis latè interpretari debeat, *Cravett. cons. 95. num. 9.*

Igitur etiam ex hoc sequitur, quòd istæ clausulæ relativæ, nullo modo extendi vel porrigi possint ad istam clausulam, in qua disponitur, quòd Ducatus Schlesevicensis & Fimeria debeat esse feudum rectum, proprium, antiquum & regale, & quidem in omnibus & per omnia præsertim quoad hunc finem, ut ista dispositio per hoc restringeretur.

Septimò respondeo, † quod una clausula non ad alia referri vel extendi debeat, eo casu, quando absque hoc intentio disponentis effectum sortiri potest, *Anton. de Butr. & Imol. clem. 1. circa fin. de supplend. neglígent. prælat. Dec. c. secundò requiris. num. 3. limit. 8. extr. de appellationib.* 326

Sed certum est, quòd intentio disponentis, nempe Regis Daniæ, qui istam investituram fecit, effectum sortiri possit, etiamsi istæ clausulæ relativæ respicientes tantùm pertinentias Ducatus Schlesevicensis & Fimeriæ, non extendantur ad istam dispositionem, in qua cavetur, quòd Ducatus Schlesevicensis & Fimeria debeat esse feudum rectum, proprium, antiquum & regale, & secundum leges & naturam feudi recti, proprii, antiqui & regalis regulari & quidem in omnibus & per omnia.

Igitur etiam ex hoc sequitur, quòd istæ clausulæ relativæ & respicientes pertinentias tantùm, nullo modo debeant extendi ad istam dispositionem, in qua cavetur, quòd Ducatus Schlesevicensis & Fimeria debeat esse feudum rectum, proprium, antiquum & regale.

Octavò respondeo, † quòd illud, quod in aliquo capitulo vel clausula tacitè subintelligitur vel subauditur, nunquam ad alia porrigitur, *Bart. l. 1. in princ. in lectur. antiq. & ibi Alex. ff. quod quisq. jur. Dec. c. secundò requiris. in princ. nu. 3. limit 10. extr. de appellat.* 327

Sed in istis clausulis relativis nulla fit expressa mentio veterum sive præcedentium investiturarum.

Igitur sequitur, etiamsi in illis clausulis relativis, veteres sive præcedentes investituræ subintelligi possint.

Attamen illud nullo modo extendi posse ad istam dispositionem, in qua cavetur, quòd Ducatus Schlesevicensis & Fimeria debeat esse feudum proprium, antiquum & regale.

Nonò respondeo, † quod dictio Prout vel Sicut, in privilegio, beneficio, vel investitura Regis vel Principis posita, non accipiatur restrictivè vel limitativè, sed asser- 328

assertivè & demonstrativè, *Roman. cons 336. num. 3.*

Quodq; per istas dictiones nunquam restringatur id, quod in dispositione aliqua claré & certe sive verbis claris & expressis disponitur, *Felin. c. ex parte, el. 1. nn. 10. & 11. extr. de rescript.*

Sed ista investitura, de qua in casu præsenti agitur, est investitura Serenissimi Regis Daniæ, qui nullum superiorem recognoscit.

Et in investitura verbis claris, perspicuis, certis & manifestis est dispositum, quod Ducatus Schlesevicensis & Fimeria debeat esse feudum rectum, proprium, antiquum & regale, & quidem in omnibus & per omnia.

Igitur sequitur, istas clausulas relativas, quibus istæ dictiones, Sicut, Sive, Wie/ sunt insertæ, quæ tamen tantùm respiciunt pertinentias Ducatus Schlesevicensis & Fimeriæ, nullo modo ita accipi posse, quod per illas restringatur illa dispositio, in qua generaliter cavetur, quod Ducatus Schlesevicensis & Fimeria debeat esse feudum rectum, proprium, antiquum & regale.

Ad vigesimam tertiam rationem dubitandi patet responsio ex iis, quæ docui in 84. 85. 86. 87. & 90. ratione decidendi.

Ad vigesimam quartam rationem dubitandi patet responsio ex iis, quæ ducui in 91. ratiune decidendi.

Ad vigesimam quintam & sextam rationem dubitandi ego respondeo.

Primò, quod ex præsenti præsumatur in præteritum, quodq; ista na[illegible] vel qualitas, quæ modò inest alicui feudo, præsu[illegible]tur illi feudo ab initio & semper infuisse, quodq; ilii præsumptioni standum sit, dunec contrarium probetur.

Sed certum & indubitatum est, quod moderno tempore Ducatus Schlesevicensis & Fimeria sit feudum rectum, proprium, verum, antiquum & regale, atque naturam & qualitates feudi recti, proprii, antiqui & regalis in omnibus & per omnia sortiatur.

Sicut hoc claré liquet ex verbis investituræ Serenissimi Regis Daniæ F. Secundi, nempe ex illis verbis:

Zu einem rechten Fürstlichen altväterlichen angeerbten Fahnenlehn.

Item / Zu einem rechten altväterlichen Fürstlichen Fahnenlehn.

Et cum ista investitura sit investitura Serenissimi Regis Daniæ, qui nullum superiorem recognoscit, dubio omni caret quod ista investitura plenam & indubitatam fidem faciat.

Usque adeò, ut contra illam probatio contraria non admittatur.

Namq; clari & † indubitati juris est, 329
quod etiam sola verba assertiva & enunciativa sive narrativa illorum Regum, qui superiorem non recognoscunt, plenam & indubitatam fidem faciant, usque adeò, ut probatio contraria non admittatur, *Signorol. cons. 185. column. 5. Paul. Castrens. consil. 339. column. 2. lib. 1. Cardinal. consil. 128. column. 1. Alexand. consil. 15. colum. 2. lib. 1. cons. 11. col. 4. lib. 7. Ruin. consil. 21. colum. 2. cons. 31. colum. 6. cons. 41. colum. 3. cons. 175. colum. 2. & 3. lib 1. cons. 200. colum. 1. lib. 2. cons. 83. colum. 1. lib. 3. Socin. jun cons. 65. colum 4. consil. 66 colum. 2. cons. 76. colum 16. lib. 1 cons. 92. colum. 1. lib. 2. Stephan. Bertrand. cons. 42 colum. 1. lib 1. consil 11. colum. 1. lib. 2. cons. 109. column. 1. lib. 3. Anton. Gabriel. Roman. in tractat. regul. lib. 1. titul. de probation. conclus. 2. numer. 12. fac. text. clement. 1. & ibi gloss Petrus de Anchoran. & Imol. colum 5.*

Multò verò magis verba dispositiva Regis superiorem non recognoscentis, & plenam fidem faciunt, & omnem contrariam probationem excludunt.

Ideoque sequitur, licet Dux A. prætendat, Ducatum Schlesevicensem & Fimeriam, quoad successionem, non secundum recti, veri & proprii feudi naturam & leges, sed secundum naturam bonorum allodialium regulari debeat,

Attamen suam illustrem Celsitudinem in hoc nullo modo audiendam.

Rursus ex hoc infertur, quod præsumatur Ducatum Schlesevicensem & Fimeriam semper & ab initio, præsertim toto illo tempore, quo iste Ducatus & Fimeria fuit, apud familiam Serenissimi Principis & Domini, Domini F. Secundi, Regis Daniæ, omnem naturam omnesque qualitates feudi recti & proprii habuisse.

Quinimò per id, quod in investitura Serenissimi Regis Daniæ, non tantùm assertivè, sed etiam dispositivè dicitur, Ducatum Schlesevicensem & Fimeriam esse feudum rectum & antiquum, satis probatur, illum Ducatum & Fimeriam ab antiquis temporibus feudum rectum fuisse.

Illaq;

Illaq; probatio uſque adeò efficax eſt, ut contra illam probatio contraria nullo modo admitti debeat.

Secundò reſpondeo, certum & indubitatum eſſe, quòd Ducatus Schleſevicenſis & Fimeria ultra tempus immemoriale, iſtam naturam & qualitatem habuerit, quòd ſucceſſio in illum Ducatum & Fimeriam non ſecundùm leges, conſuetudines, ſtatuta & conſtitutiones Regni Daniæ, quæ tantùm de bonis allodialibus & quidem Nobilium atque inferioris ordinis, item de ſucceſſione ab inteſtato lineæ collateralis, propria & pura diſponunt, ſed ſecundum jura communia feudalia regulata fuit.

330 Tertiò reſpondeo, † ea quæ in iſtis duabus rationib. dubitandi adducta ſunt, abſque omni dubio non habere locum eo caſu, quando qualitas ſive natura primæva vel originalis, per pactum poſterius vel aliam poſteriorem diſpoſitionem mutata fuit.

Cum ſit clari & indubitati juris, quod pacta poſteriora derogent prioribus, *juxta text. l. pacta noviſſima. & ibi Iaſ. Dec. & Dd. C. de pactis. l. duob. §. fin. & ibi Iaſ. ff. de jurejur. cum ſimilibus vulgaribus.*

331 Et licet per diviſionem † ſimplicem regulariter non mutetur vel alteretur natura & qualitas priſtina feudi, *Bald. c. ſi quis miles. num. 3. & ibi Martin. Laudenſ. num. 11. Alvarott. num. 3. Matth. de Afflict. num. 30. Argum. ill. text. Imperat. Lothar. Eugen. Pap. & univerſ popul Alvarott. & Præpoſit. c. 1. §. ſatis benè. argum. ill text. de prohibit. feud. alienat. per Lothar. Matth. de Afflict. c. 1. §. dummodo. argum. ill text. de natur. ſucceß. feud. Zaſ. in tract feud part. 9. num. 40. Hening. Göd. conſ. 21. num. 4. lib. 2.*

Vel rerum reſtitutioni ſubjectarum, *l. cum pater. §. hæreditatem. & ibi Bartol. Bald. Imol. & Paul. Caſtrenſ ff. de legat. 2. Bart. l qui Romæ. §. duo fratres. quæſt. 1. & ibi Bald. Imol. Paul Caſtrenſ Alex. Iaſ. Socin. jun. & Dd. ff de verb. obligat. Bald conſ. 364. & conſ. 440. lib. 4. Roman conſ. 403. colum. 1. & ibi Horat. Mandoſ. in addition. Fulgoſ. conſ. 41. dub. 2. Paul. Caſtrenſ conſ. 188. col. 2. Alex conſ. 39. colum. 6. lib. 4. conſ. 8. colum final. lib. 5. Ioann. de Anan. conſ. 29. Raph. Cuman. conſ. 133. Ioann. Andr. in addit ad Speculat. titul. de teſtament. §. inprimis. verſu. quid ſi fideicommiſſum. Cornel. conſ. 150. colum. final. lib. 3. Dec. conſ 79. dub. 2. conſ. 86. colum. penult. Bertrand. conſ. 88. colum. 2. lib. 1. Godzadin. conſ. 36. colum. final. Cardin. Pariſ. conſ. 55. lib. 2. Grat. conſ. 60. colum. 1. lib. 1. Ruin. conſ. 137. colum. 3. conſ. 139. colum. 1. conſ. 147. colum. 3. & 6. lib. 2. Socin. jun. conſ. 128. num. 114. lib. 1. Boër. deciſ. 147. num. 10. Anton. Gabr. Roman. in tract. regular. lib. 4. titul. de fideicommiß. concluſ. 1. num. 1.*

Attamen per diviſionem non ſimplicem ſed qualificatam vel informatam pacto tacito vel expreſſo, per hoc nempe, quod feudum alioquin improprium & non rectum, tanquam rectum dividitur, præſertim accedente lapſu temporis longi, longiſſimi vel immemorialis, natura atq; qualitas primæva ſive originalis & feudi, & rerum reſtitutioni ſubjectarum mutatur.

Sicut hoc ſatis probatur, tum quia qualitas ſive accidens qualificatum ſuperveniens enti, facit ens alterius naturæ & ſpeciei, *Roman. & Franc. Aretin. l. 2. ff. de verbor. obligat. Natt. conſ. 139. num. 5. & 6.*

Tum quia diviſio obtinet vicem & emptionis, *l. 1. C. commun. utriusq; judic.*

Et permutationis, *l. cum pater. §. hæreditatem. ff. de legat. 2.*

Tum quia ſicut cauſa qualificata, qualificatum effectum producit, *Bald. Rubr. colum. penult. ff. ſi cert. petat. Cardin. Florent. c. cum dilecti. colum. 1. verſu. & nota. extr. de accuſat. Alber. de Roſat. l. quæcunq. num. 3. C. de serv. fugit. Tiraquell. in tract. ceſſant. cauſ. part. 1. num. 144.*

Ita quoque & diviſiò vel alius titulus qualificatus, qualificatum effectum producere debet.

Tum quia licet per diviſionem ſimplicem, [illegible] feudi antiqui, non alteretur neq; novum efficiatur.

Attamen per diviſionem qualificatam ſive pacto informatam ex feudo antiquo, novum efficitur, *gloß. Bald. Alvarott. Præpoſ. Matth. de Afflict. & Dd. c. ſi quis miles. Imperat. Lothar. Eugen.*

Tum quia per diviſionem pacto informatam etiam natura rei reſtitutioni ſubjectæ, mutatur & alteratur, *Bald. l. qui cum tutorib. ff. de tranſaction. Alex. & Dd l. qui Romæ. §. duo fratres. ff. de verbor. obligat. Anton. Gabr. Roman. in tract. regul lib. 4. titul. de fideicommiß. concluſ. 1. num. 20. cum omnibus ſequent. uſque ad fin.*

Et hoc potiſſimùm & † abſq; omni dubio locum † habet in diviſionibus factis inter Reges vel Duces. 332

Tum quia clari & indubitati juris eſt, quòd

quòd tàm divisio, quàm reliqui actus & contractus inter Reges & Principes initi vel celebrati, legis vim atque vigorem obtineant, *Bartol. l. penult. & ibi Dd. C. de donat. inter. virum & uxorem. Bartol. l. Cæsar. ff. de publican. cum similib. vulgarib.*

Et clari atque indubitati juris est, quod per dispositionem legis & dominium & qualitas primæva & pristina ipso jure mutetur, *l. final. & ibi Dd. C. de SS. l raptores. & ibi Bartol. C. de Episcop. & Cleric. Bald. l. traditionibus. colum. final. C. de pact. Bald Rubr. extr. de cauß. possess. & proprietat. Angel l. 1. circa med. ff. de distract. pignor. Angel. l. licet. column. 1. C. de acquirend. possession. Barbat. c. 2. numer. 40. extr. de consuetud. Ruin. consil. 50. column. 2. lib. 4. Tiraquell. in tractat. de mort. in præfation. declarat. 6. num. 7. & 11. & part. 2. declarat. 18. num. 2.*

Tum quia tàm per divisionem, quàm per alium contractum Regis vel Principis, & dominium & qualitas pristina sive originalis, ipso jure mutatur & alteratur, *Ioann. Andr. c. olim. extr. de verborum significat. Andreas de Isern. c. 1. & ibi Bald. column. final. titul. de nov. form. fidelitat. Andreas de Isern. & & Bald. c. 1. quid sit investitura. Baldus c. ad audientiam, column. 1. versicul. & ex privilegio. extr. de Rescript. cum multis similibus allegat. per Tiraquell. in tractat. de nobilitat. cap. 37. num. 57. Marin. Frecc. in tractat. de subfeud. lib. 2. titul. qui dicatur Dux. num 64.*

Similiter hoc multò magis locum habet in divisione qualificata vel informata, & habente adminiculum lapsus temporis immemorialis.

Cum lapsus sive observantia illius temporis habeat vim pacti, contractus, tituli legitimi, constituti, decreti, legis, constitutionis & privilegii, semper adæquatus, ex certa scientia & de plenitudine potestatis concessi, nec non & veritati æquiparetur.

Sed Ducatus Schlesevicensis & Fimeria ultra tempus immemoriale, tanquam feudum rectum & proprium inter Duces Schlesevicenses & Holsatiæ divisum fuit.

Sicut hoc satis probatur per id, quia Ducatus Schlesevicensis & Fimeria in divisionibus factis, semper adæquatus, commensuratus & exæquatus est, Ducatui Holsatiæ, sive bonis ad Ducatum Holsatiæ pertinentibus.

Quem Ducatum Holsatiæ feudum rectum & proprium esse, & in omnibus & per omnia, feudi recti & proprii naturam sortiri, dubio omni caret.

Similiter quoque & in successionibus Ducatus Schlesevicensis & Fimeriæ, ultra tempus, leges feudi recti & proprii, jura nempe communia feudalia servata fuere.

Igitur sequitur, per hoc Ducatum Schlesevicensem & Fimeriam absque omni dubio, feudum rectum & proprium effectum, & in omnibus & per omnia naturam feudi recti & proprii sortitum.

Deinde quoque certum est, quod in investitura Sereniss. Principis & Domini Dn. F. Secundi, Regis Daniæ, facta Ducib. J. seniori, & A. expressè cautum & dispositum sit, quod Ducatus Schlesevicensis & Fimeria feudum rectum & proprium esse debeat in omnibus & per omnia.

Igitur sequitur, per investituram Ducatum Schlesevicensem & Fimeriam in omnibus & per omnia, feudi recti naturam sortitum, etiamsi probari posset, Ducatum Schlesevicensem & Fimeriam prius alterius naturæ vel qualitatis fuisse, Quod tamen neque hactenus probatum est, nec unquam probari poterit.

Rursus ex hoc infertur, quod hæc qualitas sive natura recti feudi, absque omni dubio debeat attendi, etiamsi probari vel fides fieri possit, Ducatum Schlesevicensem & Fimeriam prius alterius naturæ fuisse, quod tamen nunquam probari poterit.

Quartò respondeo, † quod in successionibus ab intestato consideretur tantùm illa qualitas, quæ tempore successionis delatæ adest, nulla habita consideratione qualitatis prioris, sive præcedentis, *gloß. l. si alienum. §. in extraneis. verb. hæreditatem. & ibi Dd. ff. de hæred. instituend.* 333

Similiter quoque † & in successione fideicommissaria attenditur illa qualitas atque natura, quæ tempore successionis delatæ adest, nullo habito respectu ad priorem naturam vel qualitatem, prout hoc tradit *Raphaël Fulgos. consil. 34. column. 2. Roman. consil. 408. Paul. Castrens. consil. 16. dub. 4. lib. 2. Ias. consil. 206. column. 1. lib. 2. Dec. consil. 217. in fin. consil. 299. colum. 4. versicul. sexta conclusio. Ruin. cons. 96. num. 17. lib. 2. Bolognet. consil. ultim numer. 28. Francisc. Bursat. consil. 221. numer. 15. lib. 2. cum multis similibus allegat. per Tiraquell. in tract. de utroque retract. part. 1. §. 1. gloß. 9. num. 95. Menoch. consil. 106. num. 28. 29. & 82. lib. 2.* 334

Eamq;

Eamq; sententiam communiter receptam esse, attestatur *Franc. Bursat. cons. 221. num. 15. lib. 2.*

Sed certum est, quod hodie Ducatus Schlesevicensis & Fimeria sit feudum rectum & proprium, atque in omnibus & per omnia naturam feudi recti & proprii sortiatur.

Igitur sequitur, hanc naturam & qualitatem in successione Ducatus Schlesevicensis & Fimeriæ omninò attendendam, & secundum illam Serenissimum Regem Daniæ & Ducem J. juniorem, una cum Duce A. ad successionem Ducatus Schlesevicensis & Fimeriæ admittendos. Etiamsi probari posset, Ducatum Schlesevicensem & Fimeriam prius aliam naturam habuisse.

Quod tamen neq; hactenus probatum est, nec unquam probari poterit.

Ad vigesimam septimam rationem dubitandi patet responsio ex iis, quæ docui in 95. ratione decidendi.

Namque ex illis clarè liquet, pactum de futura successione in nostro & similibus casibus non esse, neq; bonis moribus, neque legibus contrarium aut prohibitum, sed & juri & bonis moribus & æquitati & honestati consentaneum atq; conveniens.

335 Ad vigesimam † octavam rationem dubitandi ego respondeo, Licet & contractus super feudo celebratus, & quilibet alius contractus debeat intelligi, declarari, limitari & restringi secundum consuetudinem atque statuta loci.

Et concessio atque investitura feudi, nec non & transactio & contractus quilibet super feudo celebratus secundum leges & consuetudines illius loci, in quo feudum situm est, regulari & interpretari debeat.

Attamen hoc ita demum verum est, quando leges, statuta & consuetudines illius loci, in quo feudum situm est, feudum comprehendunt, sive de illo disponunt.

Secus autem est, quando statuta atque consuetudines illius loci super feudo sive respectu feudi nihil disponunt.

Tunc enim neque concessio neque investitura feudi, neq; transactio, neq; alius quilibet contractus super feudo celebratus, secundum statuta, leges & consuetudines, quæ non extant, intelligi potest.

Cum non entis nullæ sint neque qualitates, nec effectus ullus; *l. 2. & ibi Bart. ff. de usufruct. l. ejus. qui vers. quod si stipulatus. & ibi Alex. & Ias. numer. 3. Dec. num. 6. reliquiq; Dd. ff. si cert. petat. l. etiam. §. si quis absentis. & ibi Angel. ff. de petit. hæreditat. l. si servum. §. 1. ff. de action. empt. l. Pomponius §. fin. & ibi Aret. ff. de acquirend. possess. l. adeò. §. insula. verb. & qui vicinum. ff. de acquirend. rerum domin. l. si quis uxori. §. neque verbo, ff. de furt. l. cum hæreditatem. & l. quod si nulla. ff. de hæreditat. & action. vendita. l. apud Pamphilum circ. fin ff. de aur. & argent. legat.*

Et id quod caret substantia, careat etiam accidentibus, *Bald. l. cum oportet. in pr. num. 18. circa fin. C. de bon. quæ liber.*

Sed certum est, quod leges, statuta, consuetudines & constitutiones Regni Daniæ de feudis & de Ducatibus nihil penitus disponant.

Et inter cætera certum & indubitatum est, quod leges, statuta & consuetudines Regni Daniæ de successione ab intestato lineæ collateralis respectu bonorum allodialium disponentes & decidentes, quod frater utrinq; conjunctus fratrem ex uno latere tantùm excludere, atq; in talib. successionibus jus repræsentationis locum habere non debeat, non comprehendant neque feuda neq; Ducatus.

Prout hoc in rationibus decidendi latè docui.

Igitur sequitur, quod ea quæ in 28. ratione dubitandi adducta sunt, in casu præsenti locum habere nequeant.

Rursus ex hoc infertur, quod neque primæva concessio Ducatus Schlesevicensis & Fimeriæ, neq; sequentes investituræ, neq; transactionem inita anno 1579. neq; investitura subsecuta, neq; etiam literæ reversales, secundum leges, constitutiones & consuetudines Regni Daniæ intelligi, declarari, limitari, multò verò minus ita accipi possint, quod in successione Ducatus Schlesevicensis & Fimeriæ frater utrinq; conjunctus fratrem ex uno latere tantùm excludere, nec in illa successione jus repræsentationis locum habere debeat.

Secundò respondeo, legibus, consuetudinibus & constitutionibus Regni Daniæ cautum esse, quod in successione lineæ descendentis respectu ascendentium frater utrinq; conjunctus, fratrem ex uno latere tantùm non excludat, sed quod uterq; non habitâ consideratione duplicis vinculi ad talem successionē admittatur,

quodq;

quodque in tali successione jus repræsentationis habere debeat.

Sed certum est, nec non & superiùs comprobatum, quòd in feudis, item & in Ducatibus non succedatur ultimo defuncto, sed primo acquirenti, & sic quòd in tali successione semper agatur de successione lineæ descendentis respectu ascendentium.

Igitur sequitur, quòd & primæva concessio Ducatus Schlesevicensis & Fimeriæ, atque omnes omninò sequentes investituræ. Item & transactio inita Anno 1579. & in investitura illam subsecuta, nec non & literæ reversales secundum leges, consuetudines & constitutiones Regni Daniæ, ita intelligi & accipi debeant, quòd ad successionem Ducatus Schlesevicensis & Fimeriæ, frater ex latere patris tantùm & illo prædefuncto ejus filii, unà cum fratre utrinque conjuncto admitti atque in tali successione jus repræsentationis locum habere debeat.

Tertiò respondeo, ex suprà deductis satis superq; liquere, jura communia feudalia in Regno Daniæ respectu Ducatus Schlesevicensis & Fimeriæ recepta & approbata esse.

Similiter quoq; supra docui, quòd quoad casum præsentem in Regno Daniæ absque omni dubio servari debeant jura communia & civilia & canonica & feudalia, quibus cavetur, quòd frater ex latere patris tantùm eoque prædefuncto illius filii cum fratre utrinque conjuncto ad successionem feudi & Ducatuum & rerum restitutioni subjectarum, & in quibus habetur sola consideratio agnationis & lineæ paternæ vel respectus ad primum acquirentem admitti, quodque in tali successione jus repræsentationis locum habere debeat.

Igitur sequitur, jura communia & civilia & canonica & feudalia, quoad hoc, optimo jure & censeri posse, & censenda esse jura Regni Daniæ.

Rursus ex hoc infertur, quòd & primæva concessio Ducatus Schlesevicensis & Fimeriæ, atque omnes omninò sequentes investituræ, item & transactio inita Anno 1579. & investitura illam subsecuta, nec non & literæ reversales secundum prædicta jura civilia, canonica & feudalia intelligi & ita accipi debeant, quòd frater ex latere patris tantùm, eoque prædefuncto illius filii cum fratre utrinque conjuncto ad successionem Ducatus Schlesevicensis & Fimeriæ admitti, & in tali successione jus repræsentationis locum habere debeat.

336 Quartò respondeo, † illa, quæ in vigesima octava ratione dubitandi adducta sunt, non habere locum eo casu, quando tacitè vel expressè contrarium actum est, *Anton Gabriel. Roman. in tractat. regular. lib. 6. titul. de consuetud. conclus. 1. num. 70.*

Sed certum est, quòd leges, statuta, consuetudines & constitutiones Regni Daniæ de feudis nihil disponant, nec etiam illa comprehendant, sed quòd tantùm loquantur de bonis allodialibus, & quidem non habentibus annexam regalem dignitatem.

Igitur sequitur, eo ipso, quòd inter Reges Daniæ & Duces Schlesevicenses illud actū sit quòd Ducatus Schlesevicensis debeat esse feudum & quidem verum, rectum, & proprium, etiam hoc intelligi actum esse, quòd Ducatus Schlesevicensis & Fimeria non debeat regulari secundū leges, statuta, consuetudines & constitutiones Regni Daniæ, sed secundum jura communia feudalia.

Rursus ex hoc infertur, quòd etiam propter hanc caussam, ea, quæ in vigesima octava ratione dubitandi adducta sunt, in casu præsenti locum habere nequeant.

Quintò respondeo, ea, quæ in vigesima octava ratione dubitandi adducta sunt, non habere locum eo loco, quando vel observantia postea secuta, vel etiam consuetudo contraria aliud suadet.

Cùm sit clari & indubitati juris, nec non & in rationibus decidendi comprobatum, quòd semper ille intellectus, illaque interpretatio capienda & sequenda sit, quæ vel ex observantia postea subsecuta resultat, vel quam consuetudo approbavit.

Sed certum est, quòd in successione Ducatus Schlesevicensis & Fimeriæ, ultra tempus immemoriale, non leges, statuta, consuetudines vel constitutiones Regni Daniæ, sed jura communia feudalia observata sint.

Similiter quoque certum est, consuetudine & quidem temporis immemorialis receptum & introductum esse, quòd in successione Ducatus Schlesevicensis & Fimeriæ non leges, statuta, consuetudines & constitutiones Regni Daniæ, sed jura communia feudalia servari debeant.

Igitur etiam ex hoc sequitur, quòd illa, quæ in 28. ratione dubitandi adducta sunt, in casu præsenti locum habere nequeant.

Ad vigesimam nonam † rationem dubitandi ego respondeo. 337

Primò, quòd jura & consuetudines feudales communes, prout illæ in libro feu-

 dorum

dorum comprehensæ sunt, perinde sint & conformes & certæ.

Sicut jus civile & canonicum, quod corpori juris clausum est, certú & conforme est.

Et licet in libro feudorum interdum referantur & diversæ opiniones & diversæ consuetudines, prout & in libris Digestorum sæpè referuntur diversæ opiniones Jurisconsultorum.

Attamen in libris Feudorum semper una ex opinionibus & consuetudinibus diversis tanquam jus commune approbatur.

Sicut etiam in libris Digestorum semper una ex opinionib. diversis relatis approbatur.

Igitur sequitur, quòd sicut jura contenta in libris Digestorum propter opiniones diversas in illis relatas, varia, diversa, incerta & difformia censeri vel reputari nequeunt.

Ita quoque & jura feudalia contenta in libro feudorum varia, diversa, difformia vel incerta, ideò dici non posse, quòd in illo diversæ opiniones & consuetudines referantur, ex quib. tamen semper una approbatur.

Secundò respondeo, quòd & Serenissimus Rex Daniæ & Dux J. junior, hanc præsumptionem pro se habeant, quòd jura feudalia communia, prout illa in libris feudorum continentur, pariformiter in omnibus omninò locis observata fuerint, quodq; illi præsumptioni standum sit, donec contrarium probetur.

Sicut hoc in rationibus decidendi docui.

Et ista sententia ultra addncta, in rationibus decidendi etiam confirmatur per id, quòd diversitas non præsumatur, quódque eam ob caussam is, qui diversitatem allegat, eam probare teneatur, illaque probatione non adimpleta repellatur, *Bald. l. in testamento. colum. 3 C. de testament. milit. Bertachin. in suo repertor verb. diversitas.*

Sed Dux A. illud, quòd jura & consuetudines feudales, præsertim respectu recti feudi, & eo respectu, quod ad successionem feudi recti, frater ex latere patris tantùm & eo prædefuncto illius filii, unà cum fratre utrinque conjuncto admitti, & in [illegible] successione jus repræsentationis locum habere debeat, non sint conformes, neque pariformiter ubiq; observatæ, sed quòd sint difformes, variæ & diversæ, hactenus non probavit.

Igitur sequitur, suam illustrem Celsitudinem cum allegatione varietatis, difformitatis & diversitatis nullo modo audiendam.

Tertiò respondeo, licet per statuta & consuetudines particularium locorum juri civili communi sæpè in multis derogetur.

Attamen hoc nihil detrahere juri civili, quo minùs jus civile commune certum & conforme reputari debeat.

Ex quo infertur, etiamsi probari posset, quòd per statuta, consuetudines vel constitutiones aliquorum locorum juri communi feudali in aliquibus derogatum sit.

Attamen ex hoc inferri non posse, jus commune feudale non esse certum & conforme, sed incertum, varium & difforme.

Quartò respondeo, statuta, consuetudines & constitutiones, derogantes juri communi civili vel feudali, vel ab illo exorbitantes, esse stricti imò strictissimi juris, & neque de casu ad casum, neque de persona ad personam, neq; de re ad rem, neq; de loco ad locum extendendas. Sicut hoc in rationibus decidendi docui.

Et hactenus probatum non est, nec unquam probare poterit, quòd in Regno Daniæ, lege, statuto, consuetudine vel constitutione cautum aut introductum sit, quòd in Regno Daniæ quoad feuda recta, item quoad hoc, quod ad successionem feudi recti, frater ex latere patris tantùm & illo prædefuncto illius filii, una cum fratre utrinque conjuncto admittuntur, atq; in tali successione jus repræsentationis locum non habeat, non debeant servari jura cōmunia feudalia.

Quinimò ex supra deductis liquet, in Regno Daniæ quoad successionem Ducatus Schlesevicensis & Fimeriæ, quæ feuda recta & propria sunt, ultra tempus immemoriale semper observata fuisse jura communia feudalia.

Igitur sequitur, etiamsi probari posset, jura communia feudalia quoad successionem feudi recti & proprii, in aliis Regnis vel locis per statuta, consuetudines vel constitutiones correcta esse.

Attamen ista statuta, consuetudines & constitutiones ad Regnum Daniæ & ad casum præsentem extendi non posse.

Quintò respondeo, quòd ad hoc, ut aliquid certum & conforme reputetur, sufficiat, illud ut plurimùm sive à communiter accidentibus, certum & conforme esse, licet illud interdictum variare, probari possit. 339

Tum per text. *l. jura constitui. & l. nam ab ea. ff. de legib.*

Tum quia regulariter id, quod frequenter sive ut plurimum, & a communiter accidentibus fieri sive inesse solet, *gloss. l. neq; Natales. & ibi Iac. Butrig. Cyn. Bald. Salic. & Dd. C. de probat. gloss. l. cum dotem. & ibi Bald. C. de jur. dotium. Bald. l. conventiculam. colum. 3. & ult. C. de Episcop. & Cleric. Bald. c. fin extr. de causs. poss. & propriet. Bald. l. data opera. colum. 12. C. qui accusar. poss. vel non Bald. repet. l. cùm mulier.*

mulier. colum. 24. ff. solut. matrim. Ias. l. non hoc. num. 15. limitat. 2. & 3. C. unde legitim. Nicol. Everhard. in sua topic. in loco à communiter accidentibus, facit id quod tradit Bald. l. curatoriu. colum. 2. versic. tertia conclusio. C. de negoc. gest. Dec. c. translato lect. 1. num. 7. extr. de constitut.

Et hoc etiam in feudis locum habere expressè & in specie tradit *Bald. cons. 351. num. 10. lib. 1. Cravett. cons. 276. num. 2.*

Quinimò quoad hoc, ut aliquid conforme & certum dici possit, sufficit, ut illud sit conforme & certum in isto casu, de quo agitur.

Sicut hoc satis probatur, Tum per id,
359 quod traditur, † quòd ad hoc, ut aliquid simile dicatur, sufficiat, id esse simile in isto casu, de quo agitur, *Io. Andr. c. non potest de præbend. lib. 6. Abb. c. quemadmodum notab. 1. arg. illius text. extr. de jurejurand. Abb. c. constitutus. & ibi Dec. nu. 2. arg. illius text. de appellat. Abb. c. translato. & ibi Dec. lect. 1. nu. 7. extr. de constitut. Abb. c. cùm dilecta. extr. de confirmat. util. & inutil. Ias. l. creditori. colum. fin. ff. de oper. nov. nunciat. Ias. l. 2. §. & harum. colu. 5. ff. de verbor. obligat. Ias. l. 4. §. fin. colum. 3. ff. eod. titul. Ias. l. fin. num. 1. arg. illius text. C. de collation. Ias. l. inter stipulantem. § sacram. colum. 3. ff. de verbor. obligat. Dec. rubric. colum. 1. C. qui admitti. Dec. c. cùm venerabilis. colum. 3. de except. Cravett. in tract. de antiquitat. part. 4. §. transeo nunc ad quartam. nu. 102.*

Tum quia ad hoc, ut aliqua æquiparata censeri dici, & reputari possint, sufficit, illa esse æquiparata tantùm in ista materia sive negocio, de quo agitur, *gloss. c. 1. versic. declaramus. & ibi Geminian. ne Cleric. vel Monach. lib. 6. gloss. c. licet Canon verb. parochialis, de electiom. lib. 6. gloss. c. si postquam. §. final & ibi Gemin. eod. titul. Roman. cons. 179. colum. 4. versic. tertiò respondetur. Ias. l. 2. colum. penult. ff. de jurejurand. Ias. l. si constante. colum. 5. ff. solut. matrim. Ias. l. transigere. colum. 5. C. de transaction. Cravett. in tractat. de antiquit. tempor. part. 4. §. transeo nunc ad quartam. num. 101:* ubi ipse multa alia ad hoc citat.

Sed certum & indubitatum est, quòd jura feudalia, quoad hoc, quod successionem feudi recti, proprii & antiqui frater ex latere patris tantùm, & eo prædefuncto illius filii, unà cum fratre utrinque conjuncto admitti debeant, sive agatur de successione ascendentis, sive agatur de successione collaterali fratris, vel patrui, ubicunque terrarum sint & certa, & conformia, & pariformiter observentur.

Nec etiam hactenus probatum est, nec unquam probari poterit, quoad hoc, jura feudalia esse difformia, varia atque diversa in ullo aliquo loco mundi.

Igitur sequitur, hanc conformitatem, quoad casum præsentem sufficere, etiamsi probari vel fides fieri posset, in aliis jura feudalia, varia, diversa vel difformia esse, quod tamen similiter negatur.

Quinimò etiamsi probari posset, in aliis locis vel Regnis statuto, consuetudine vel constitutione cautum & introductum esse, quòd frater utrinque conjunctus fratrem ex latere patris tantùm ejusque filios a successione feudi recti excludere debeat, quod tamen nunquam probari poterit.

Attamen illud statutum, consuetudo vel constitutio aliorum Regnorum vel locorum, nullo modo ad Regnum Daniæ & ad Ducatum Schlesvicensem extendi posset. Sicut hoc suprà docui.

Sextò respondeo, quòd non tantùm jure communi feudali, sed etiam jure communi, civili & canonico cautum sit, quòd frater ex latere patris tantùm & illo prædefuncto ejus filii, unà cum fratre utrinque conjuncto, admitti debeant ad successionem & feudi antiqui & Ducatuum & aliorum bonorum, in quibus habetur respectus ad solam agnationem vel ad primum acquirentem; quodque illud jus & civile & canonicum sit fundatum & in jure divino & in ratione naturali.

Et suprà docui, quòd deficientibus juribus communibus feudalibus, in caussis feudalibus decidendis in Regno Daniæ, jus canonicum & civile, præsertim quando illud est fundatum in jure divino vel naturali ratione, servari debeat.

Igitur sequitur, etiamsi probari posset, jura feudalia, quoad casum præsentem, esse varia & diversa, eamque ob caussam super iis in casu præsenti fundamentum fieri non posse, quod tamen & manifestè falsum est, nec unquam probari poterit.

Attamen casum præsentem secundum prædicta jura & civilia & canonica decidendum esse.

Septimò respondeo, etiam legibus, constitutionibus & consuetudinibus Regni Daniæ cautum esse, quòd in successione lineæ descendentis respectu ascendentium, frater ex uno latere, ejusq; prædefuncti filii unà cum fratre utrinq; conjuncto & admitti, & in tali successione jus repræsentationis locum habere debeat.

Et certum est, nec non & superius comprobatum, quòd in feudis, item & in Ducatibus non succedatur ultimo defuncto sed primo acquirenti, & sic quòd in illis semper agatur de successione lineæ descendentis respectu ascendentium.

Igitur sequitur, cùm Provincia Schlesevicensis & Fimeria sint & Ducatus & feuda recta, propria & antiqua, quòd Serenissimus Rex Daniæ & Dux J. junior, unà cum Duce A. etiam secundum leges, statuta, consuetudines & constitutiones Regni Daniæ, ad successionem illius portionis Ducatus Schlesevicensis & Fimeriæ, quæ ad Ducem J. seniorem pertinuit, admittendi sint.

340 Ad trigesimam rationem † dubitandi ego respondeo.

Primò, licet feudi antiqui illa sit natura & proprietas, quòd ad successionem illius, proximiores tantùm admitti debeant.

Attamen similiter feudi antiqui illam naturam & proprietatem esse, quòd eo casu, quando agitur de successione vel ascendentis vel collateralis, fratris vel patrui, filius fratris sive ipse sit utrinque sive ex latere patris tantùm conjunctus, & in locum patris sui ingrediatur, & unà cum fratre utrinque conjuncto ad successionem admittatur, & æquè proximus esse reputetur, sicut est frater utrinque conjunctus.

341 Secundò respondeo, † multos Dd. relatos in rationibus decidendi velle, quòd in feudis ex pacto & providentia, item & in fideicommissis inspiciatur proximitas non respectu ultimi defuncti, sed respectu primi acquirentis.

Et insuper certum est, quòd etiam in iis casibus, in quibus proximitas consideratur, respectu ultimi defuncti, filius fratris præmortui in locum patris sui ingrediatur, atque unà cum fratre superstite ad successionem admittatur.

Similiter quoque certum est, quòd in feudis, Ducatibus, reliquisque bonis, in quibus habetur consideratio solius agnationis sive lineæ paternæ, frater ex latere patris tantùm & illo prædefuncto, filii illius cum fratre utrinque conjuncto, ad successionem admittantur.

342 Tertiò respondeo, † illud quod in trigesima ratione dubitandi dicitur, quòd tam transactio quàm alius contractus secundum subjectam materiam, sive secundum naturam illius rei, de qua agitur, intelligi debeat, non habere locum eo casu, quando verba hoc non patiuntur, *Bald. consil. 182. colum. final. lib. 1. Tiraquell. repet. l. si unquam verb. libertis. num. 5. C. de revocand. donation.*

Similiter quoque hoc non habet locum eo casu, quando tacitè vel expressè contrarium actum vel conventum est.

Namque clari & indubitati juris est, † quòd naturalia contractus sive rei in contractus deductæ, pactis contrahentium mutari possint, *l. pacisci. ff. de pact. l. 1. §. si conveniat. ff. deposit. l. contractus. & ibi Dec. & Cagnol. ff. de regul. jur. gloss. Bald. Berengar. Fernand. & Dd. l. pacta conventa. ff. de contrahend. empt. Bald. l. 1. nu. 1. C. commod. Ias. à rùm quid. lect. 1. num. 2. ff. si cert. petat.* 343

Sed eo casu, quando in investitura vel simultanea investitura, plures nominibus propriis positi vel vocati sunt, illud actum esse censetur, quòd illi non inspecto jure proximitatis vel graduum prærogativa, ad successionem illius feudi simul admitti debeant.

Sicut hoc in rationibus decidendi docui.

Super hac ultima tamen responsione ego non facio magnum fundamentum.

Ad trigesimam primam & ultimam rationem dubitandi, patet responsio ex iis, quæ docui in 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. & 19. ratione decidendi.

Quæ responsiones cùm sint claræ & perspicuæ, ego illas repetere supervacuum duxi.

Et sic ex hisce omnibus liquet, quòd nostræ verissimæ decisioni facta ad primam quæstionem, non obstent rationes dubitandi, quodq; iis non obstantibus, hæc nostra decisio verissima & indubitata sit.

Die andere Frage belangend / erachte ich / daß alle vnd jede Clöster / Empter / Schlösser / vnd alle andere vnbewegliche Güter / so Hertzog J. der Elter / im Hertzogthumb Holstein / vnd desselben incorporirten vnd zugehörenden Landen innegehabt vnd besessen / Lehengüter / vnd darfür zu achten / daß auch Hertzog A. F. G. nicht Macht haben noch befugt seyn / an solchen verlassenen Lehengütern vnter dem Schein vnd Namen der erbeigenen vnd patrimonial Güter / das Closter B. oder sonsten etwas anders zu eximiren, oder sich daran vor J. Kön. Majestet eines Vorzugs oder Gerechtigkeit anzumassen / vnd welche hierzu bewogen durch nachfolgende fundamenta.

Namque primò clari & indubitati ju-
344 ris est, † quòd verba generalia tàm investituræ quam alterius dispositionis generaliter intelligi & ita accipi debeant, ut omnia comprehendant, *l. 1. §. cùm urbem. ff. de offic. Præfect. urb. l. regula. §. final. ff. de juris & fact. ignorant. l. 1. ff. de legat. præstand. l. 1. §. ait ergo. ff. de his quæ in fraud. creditor. l. final. C. de heredit & action. vendit. l. à procuratore. junct. gloss. C. mandat. Bald. cons. 191. lib. 1. Cravett. cons. 3. num. 1. cons. 133. num 5. Tiraquell. repetit. l. si unquam. in præfat. num. 118. C. de revocand. donat.*

Utque nihil intactum relinquat, *Bald. consil. 305. lib. 1. Cravett. consil. 3. numer. 1. cons. 133. nu. 5. Laurent. Sylvan. cons. 74. num 9.*

Utque & nullus penitùs casus nullaque res ab ista generali dispositione excepta vel exempta esse censeatur, *Paul. Castrens. consil. 430. colum. 3. lib. 1. Cravett. cons. 3. num. 1. fac. id quod tradit Bald. cons. 401. colum. fin. lib. 1.*

Et dispositio generalis nullam penitùs restrictionem vel distinctionem admittat, *l. de precio. ff. de public. in rem action. l. 3. ff. de offic. præsid.*

Quod procedit, etiamsi major ratio sit in una re, quàm in alia: Namque nihilominus verba generalia sive generalis dispositio ita accipi debet, ut omnes omninò res comprehendat, *l. 1. §. quod autem. junct. gloss. ff. de aleator. & lus. aleæ. Socin. l. 2. §. ex his in princ. argum. illius text. ff. de verbor. obligat. Dec. cons. 5. cons. 20. cons. 29. cons. 48. & cons. 61. colum. 1. Godzadin. cons. 35. num. 6. Cravett. cons. 92. num. 4 lib. 1.*

Deinde hoc procedit, etiamsi aliquæ ex illis rebus privilegiatæ sint, *argum. l. in fraudem. §. final. & ibi Bald. ff. de testament. militar. cum similibus vulgarib.*

Similiter hoc locum habet, etiamsi illa dispositio generalis alioquin sit stricti juris vel odiosa, *Angel. l. final. versic. tertiò quæritur. ff. de constitut. Princip. Anton. de Butr. c. olim. extr. de verbor. significat. Dec. c. 1. colum. 2. lect. 1. extr. de constitut. Dec. cons. 5. cons. 115. cons. 289. cons. 353. colum. 2. Francisc. Aretin. l. cum lege. arg. illius text. ff. de testament. Godzadin. cons. 59. num. 13. & cons. 66. num. 23. Cravett. cons. 118. num. 14. lib. 1. fac. text. l. filium. ff. ad Senatusconsult. Macedon.*

Præterea generalis tam petitio quàm concessio illius naturæ & efficaciæ est, ut tam petens quàm concedens saltem in genere cogitasse intelligatur de omnibus, etiam incognitis, quodque eam ob caussam sub tali petitione & concessione etiam incognita comprehendantur, *Bart. l. sub prætextu. C. de transaction. Bart. l. si de certa. & ibi Ias. colum. final. C. eod. titul. Angel. l. qui jure militari. ff. de testament. militar. Angel. l. qui Romæ. §. duo fratres. ff. de verbor. obligation. Ioan de Imol. c. conquerente. col. 14. extr. de offic. ordinar. Paul. Castrens. cons. 30. incip. super puncto isto. lib. 1. Alex. cons. 42. colum. 4. lib. 1. & cons. 11. nu. 12. lib. 2. Francisc. Aretin. cons. 33. colum. penult. Socin. cons. 103. colum. 4. lib. 3.*

Illud quoque quod sub verbis generalibus contineri vel includi potest, pro expresso habetur, *Bald. l. 1. colum. 3. ff. de vulgar. & pupillar. Bart. l. centurio. colum. 2. ff. eod. titul. Bart. & Bald. l. Prætor ait. ff. de operis novi nunciat. Bald. Imol. & Francisc. Aretin. l. illud. ff. de acquirend. hæreditat. Tiraquell. in tractat. de legibus connubial. gloss. 7. num. 86. & 87. ubi ipse multos alios Dd. ad hoc citat.*

Et generalis dispositio quoad quamlibet speciem tantum operatur, quantum operatur specialis dispositio, quoad speciem in illa expressam, *l. si duo. & ibi Bart. ff. de administrat. tutor. l. Gallus. §. instituens. & ibi Bald. & Alex. ff. de liber. & posthum. l. si chorus in princ. ff. de legat. 3. l. omnes. & ibi Bald. & Angel. de præscript. 30. vel 40. annor.*

Et in specie, quòd investitura concepta verbis generalibus vel indefinitis, nullo modo restringi, sed generaliter intelligi & ita accipi debeat, ut omnes omninò res comprehendat nullis penitùs exceptis, tradit *Bald. cons. 251. lib. 2. Tiraquell. repetit. l. si unquam. verb. libertis. num. 9. C. de revocand. donation.*

Sed investitura Imperatoris R. Secundi, est generalis & verbis generalibus concepta, atque in illa Imperator R. Secundus, Serenissimum Regem Daniæ & Duces J. seniorem, & A. verbis generalibus investivit de Ducatu Holsatiensi, Stormariensi & Dithmarsiensi, cum omnibus omninò pertinentiis.

Igitur sequitur, illam investituram Imperatoris R. Secundi, generaliter intelligendam, & ita accipiendam, ut omnia omninò Castra, Monasteria, reliquaque bona immobilia in istis Ducatibus sita, & ad illos Ducatus pertinentia, nullis penitùs exceptis, & inter cætera etiam Monasterium B. comprehendat.

Secundò, † verba universalia sunt majo- 345
ris efficaciæ & virtutis, quàm sunt verba generalia, *Bart. l. generali. §. uxori. ff. de usufruct. legat. Bartol. l. si ita. ff. de aur. & argent.*

legat. Dec. c. sedes apostolica. colum. 4. circ. fin. extr. de rescript. Cravett. cons. 86. num. 6. & cons. 294. colum. antepen. versic. quarto.

Et verba universalia omnia comprehendunt, quæ excogitari possunt, *Dec. cons. 29. colum. 2. in fin. Laurent. Sylvan. cons. 95. nu. 15. Cravet. cons. 105. nu. 3. arg. l. In l. ff. de legat. 3. l. à procuratore. junct. gloss. C. de procurator. l. eum virum. & ibi Bald. 2. opposit. C. de fideicommiss. c. solitæ extr. de majoritat. & obedient.*

Nullo penitus excepto, *Federic. de Sen. cons. 84. Laurent. Sylvan. cons. 95. num. 19.*

Ideoque alibi traditum est, verba universalia adeò omnia comprehendere, ut nulla persona, nulla res, nullus locus exceptus intelligatur, *Bald. consil. 226. colum. 3. lib. 1. Laurent. Sylvan. cons. 95. num. 17.*

Et verba universalia nullam restrictionem admittunt, sicut hoc satis probatur *per gloss. 5. Clement. 1. verb. quibuscunq. de judic. gloss. Clement. 1. verb. quavis. & ibi Imol. de sentent. & re judicat. gloss. fin. Clement. 2. de reb. eccles. non alienand. gloss. l. final. verb. per quamcunq. C. qui legitim. person. stand. in judic. hab. gloss. c. quamvis verb. qualibet. & ibi Domin. notab. 2. de election. lib. 6.*

Quod potissimùm procedit in investituris, reliquisque dispositionibus hominum.

Namque in illis verba universalia nullam omnino restrictionem admittunt, *Bald. l. fin. colum. 1. C. de sine cens. vel reliquis. Alex. l. si patroni in princ. ff. ad Senatusconsult. Trebellian. Ias. l. 2. §. Prætor ait. num. 4. ff. qui satisdar. cogant. Ias. l. 1. §. nunciatio. ff. de oper. nov. nunciat. Ias. in prælud. feudor. column. 17. in princip. Curt. jun. cons. 1. colum. 2. & cons. 183. colum. final. Ruin. consil. 59. colum. 1. num. 24. lib. 4. & cons. 96. num. 5. lib. 1. Socin. consil. 10. colum. 1. versic. non obstat, si dicatur. Roland. à Vall. cons. 61. num. 44. & cons. 96. num. 48. lib. 1.*

Præterea verba universalia illud operantur, ut sub dispositione comprehendatur id, atque dispositio extendatur ad id, quod alioquin sub dispositione non comprehenderetur, sicut hoc tradit *Bart. l. generali. §. uxori. ff. de usufruct. legat. Alex. consil. 118. num. 5. lib. 5. Matth. de Afflict. decis. Neapolit. 106. Dec. cons. 116. num. 2. Beneven. Strach. in tractat. de mercator. titul. mandati. §. reliquum. num. 3.*

Et hoc probatur per id, quod traditur, licet verbum hæres in investitura sive concessione feudi positum, intelligatur tantùm de hærede sanguinis, atque descendentibus ex primo acquirente, hoc tamen non habere locum, quando feudum est alicui & quibuscunque suis hæredibus concessum.

Tunc enim verbum hæres in investitura sive concessione feudi positum, omnes omninò hæredes etiam extraneos, imò legatarios & fideicommissarios, reliquosque hæredes improprios comprehendit, *Bald. l. 1. quæst. 4. ff. de rerum division. Alex. l. si patroni in princ. ff. ad Senatusconsult. Trebell. Ias. l. 2. §. Prætor ait. ff. qui satisdar. cogant. Ias. in prælud. feudor. num. 46. & 128. Curt. in tractat. feudal. 2. part. 3. part. princip. num. 62. & 4. part. num. 130. Felin. c. in præsentia. num. 26. extr. de probat. Roland. à Vall. cons. 5. num. 45. & 46. lib. 1.*

Idem est, si in investitura sive concessione feudi dictum fuerit, feudum esse concessum Titio & omnibus hæredibus, successoribus ipsius.

Namque & hoc casu appellatione hæredum in investitura sive concessione feudi, omnes omninò hæredes etiam extranei & improprii, quales sunt legatarii & fideicommissarii, comprehenduntur, *Bald. c. in præsentia. colum. 2. extr. de probation. Alex. cons. 30. num. 15. lib. 5. consil. 195. colum. penult. lib. 6. Curt. jun. cons. 1. colum. 2. Dec. cons. 294. colum. 2. Roland. à Vall. cons. 5. nu. 36. & 37. & cons. 60. nu. 49. lib. 1.*

Et verba universalia habent vim specialis expressionis, *Curt. sen. cons. 49. Godzadin. cons. 30. Cravett. cons. 294. colum. 4. cons. 297. colum. 8. & cons. 308. colum. final. Laurent. Sylvan. cons. 95. num. 17.*

Sed investitura Imperatoris R. Secundi, est concepta non tantùm verbis generalibus, sed etiam universalibus.

Igitur sequitur, quòd multò magis investitura Imperatoris R. Secundi, ita accipi debeat, ut sub illa comprehendantur omnia omninò & Castra & Monasteria, & reliqua bona immobilia in Ducatu Holsatiensi, Stormariensi & Dithmarsiensi sita, & ad illos Ducatus pertinentia, & inter cætera etiam Monasterium B.

Tertiò, †verba universalia geminata sunt maximæ efficaciæ & virtutis, multumq; operantur, *l. Balista. & ibi Bart. & Dd. ff. ad SC. Trebell. l. cum scimus. & ibi Bart. & Dd. ff. ad* 34

SC. Tre-

SC. Trebell. l. cum scimus. & ibi Bart. & Alex. C de agricol. & censit. lib. 11. Cardin. Paris. cons. 6. num. 12. cons. 54 num. 67. lib. 1. cons. 12. num. 69. lib. 2. cons. 5. num. 64. & cons. 32. num. 29. lib. 4.

Illaque sunt majoris efficaciæ, quam est dispositio universalis simplex, *Godzadin. cons. 30. num. 1. Cephal. cons. 126. num. 18. Cravett cons. 605. num. 4. Laurent. Sylvan. cons. 59. numer. 19. Barbat. inter. cons. Curt. senior. cons. 65. num. 19.*

Et ostendunt enixam & latissimam voluntatem disponentis, *Bald. c. eam te colum. 2 extr. de rescript. Curt. senior. cons. 52. column. 1. cons. 63. colum. 16. Ant. Corset. in tract. de verb. geminat. Cardin. Paris. cons. 10. nu. 57. consil. 32. num. 52. & cons. 131. nu. 1. lib. 1. cons. 9. num. 43. cons. 12. num. 145 lib. 2. cons. 3. numer. 43. cons. 10. num. 29. cons. 15. num. 20. lib 3. cons. 1. numer. 26. cons. 10. numer 31. & cons. 48. num. 24. lib. 4. Laurent. Sylvan. consil. 64. num. 4.*

Nec non & mentem deliberatam & appensatam, *Cardinal. Paris. cons. 89. num. 23. lib. 3. Cravett. cons. 105. num. 4. & cons. 201. num. 44. Paul. Castr. cons. 115. column. 2. lib. 1. Laurent. Sylvan. cons. 64. nu. 4.*

Præterea geminatio sivè reiteratio ostendit mentis perseverantiam, *arg. l. unic. C. de plus petit.*

Et tollit suspicionem deceptionis, *l. si mulier. C ad SC. Vellejan.*

Et significat præcisam mentem disponentis, *Bald. c. eam te. extr. de rescript.*

Nec non & ampliat effectum dispositionis, *Baldus. l. fructus. Cod. de action. empt.*

Et efficit, ut sub dispositione comprehendantur illa, quæ alioquin sub illa dispositione non comprehenderentur, *Rum. cons. 98. nu. 12. usq. ad nu. 19. lib. 2. Nicol. Everhard. in sua Topic. in loco. à locution. geminat. seu act. multiplicat. reiterat.*

Deinde quoque verba geminata non patiuntur aliquam restrictionem, diminutionem vel exceptionem, *Ias. l. 1. §. nunciatio. numer. 5. versic. ego limito. ff. de oper. nov. nunciat. Corn. cons. 324. colum. 6. lib. 1. Socin. cons. 297. num. 6. lib. 2. Cravet cons. 201. num. 42. & cons. 290. num. 4. versic. nonò considero. Laurent. Sylvan. cons. 49. numer. 26. cons. 88. num. 4.*

Atque comprehendunt omnia etiam dissimilia & majora expressis, *Socin. cons. 47. colum. 6. in fin. lib. 4. Ias. cons. 96. column. 2. lib. 4. Laurent. Sylvan. cons. 66. num. 14 & consil. 88. num. 4. Curt. sen. cons. 30. colum. 2. Cravett. cons. 290. nu. 4. versic. nonò considerò. lib. 2.*

Et verba universalia geminata habent vim specialis expressionis seu nominationis, *Franc. Curt. cons. 42. colum. 14. & cons. 49. Corset. in tract. de verb. geminat. Cardin. Paris. cons. 9. num. 20. lib. 3. Laurent. Sylvan. cons. 95. nu. 17.*

Sed investitura Imperatoris Romani R. Secundi, est concepta verbis non tantùm universalibus, simplicibus, sed etiam verbis universalibus geminatis.

Sicut hoc patet ex illis verbis: **Allen/ andern/allen vnd jeden/allen vnd jeglichen.**

Quæ & verba universalia geminata & in illa investitura non semel sed sæpius reiterata & repetita esse, certum est.

Igitur etiam ex hoc sequitur, quòd ista investitura Imperatoris Romani R. Secundi, multò magis ita accipi debeat, quòd in illa omnia omninò Monasteria, Castra & alia bona immobilia in Ducatu Holsatiensi, Stormariensi & Dithmarsiensi sita, & ad illos Ducatus pertinentia, nullis penitus exceptis, & inter cætera etiam Monasterium B. comprehendatur, perinde, atque si omnia illa Monasteria, Castra & reliqua bona immobilia in illa investitura specificè expressa & nominata fuissent.

Quartò, † dispositio etiam simplex sivè 347
simpliciter loquens, omnes pertinentias, jura & accessoria comprehendit, *l. si aquæ ductus. cum duab. legib. sequentib. l. fistulas in princ. l. Iulianus in princip. l. qui fundum. §. 1. ff. de contrahend. empt. l. testatrix §. final ff. si servit vendic. l. si venditor. in fin. & l. sequent. l. Iulianus. in fin. cum 5. legib. sequent. l. creditor. in princ. & §. final. ff de action. empt. l. prædiis. §. Titio. §. Balneas. & §. final. ff. de legat. 3. l. Seia. §. Tirandæ. ff. de fund. instruct. l. si quando, C. de bon. vacant. lib. 10.*

Huc accedit, quòd accessorium regulariter sequatur naturam sui principalis, *c. accessorium. & ibi Dyn. & Dd. de regul. jur. lib. 6. l. 3. §. sed si quid accessit. & ibi Bald. ff. de negoc. gest. l. fin ff. de constitut. pecun. l. fin. C. de non numerat. pecun. Bart. l. solent. num. 26. ff. de aliment. & cibar. legat. Bart. in constitut. ad reprimend. verb. summariè. column. 5. Ias. l. 2. C. de edict. divi. Hadrian. tollend. Dec. consil. 44. numer. 6. Hippolyt. de Marsil. singul. 17.*

348 Et membra † sequuntur caput, *Panormit. c. cum non liceat. nu. 1. notab. 2. extr. de præscription.*

Atque regulariter idem jus statuitur de membris, quod de capite statuitur, *Dec. conf. 151. nu. 15. Cravett. in tractat. de antiquitat. tempor. part. 1. §. quartò limitatur. num.* 80.

Capiti quoque tanquam principali & digniori, cætera membra videntur subalternari & accessoria esse, *l. cum in diversis. ff. de religios. & sumpt. funer. c. sicut inquit. 2. quæst. 7. c. ex merito. 6. quæst. 1. Socin. conf. 7. circ. princ. lib. 1.*

Nec membra debent separari à capite, *c. cum non liceat. & ibi. Feln. & Dd. extr. de præscription. Socin. consil. 7. numer. 1. lib. 1.*

Et cujus est caput, ejus etiam censetur esse & membra, *Bald. c. si diligenti. nu. 1. extr. de præscript.*

349 Ideoque concesso capite † castri, totùm castrum concessum intelligitur, *Bald. cap. 1. numer.* 8. *& ibi Matth de Afflict. numer. 25. de allod. Bertachin. in suo repertor. verb. venditio comprehendit. nu. 23.*

350 Et concesso castro tanquam † capite, omnia ipsius membra, & totum territorium ad illud castrum spectans, concessum intelligitur, *Bald. Alvarott. & Præposit. cap. 1. in princ. de Capitan. qui curiam vendit. Bald. l. 1. §. in initio. num. 2. ff. de offic. Præfect. urb. Bart. l. 1. §. cum urbem. num. 5. ff. eod. titul. Bald. l. 2. nu. 12. C. de Pedan. judicib. Bald. l. cum multa. num. 4. C. de bon. quæ liber. Bart. l. si quando. numer. 6. C. de bon. vacant. lib. 10. Alex. conf. 35. lib. 4. Matth. de Afflict. cap. 1. in princ. num. 26. quid sit investitura Iacob. de S. Georg. in tract. feud. verb. dictiq; vasalli promiserunt recognoscere. num. 2. usq; ad nu. 6. Natt. conf. 435.*

351 Et is qui apprehendit † possessionem castri tanquam capitis, omnium feudorum sivè fundorum, ad istud castrum pertinentium, tanquam membrorum possessionem acquirit, *Bart. l. 3. in princ. num. 5. & ibi Dd. ff. de acquirend. possession.*

Nec non & is qui est in quasi possessione jurisdictionis illius civitatis, quæ caput & principatum provinciæ obtinet, in quasi possessione jurisdictionis totius provinciæ tanquam membrorum esse censetur, *Roman. conf. 444. nu 1. Socin. conf. 7. nu. 1. lib. 1. argum. l. 1. §. cum urbem ff. de offic. Præfect. urb.*

353 Is quoque qui † habet jus patronatus in Ecclesia principali sivè potiori, vel matricem etiam in omnibus Ecclesiis sivè capellis illi subjectis vel incorporatis, jus patronatus habere censetur *Ioan. Andr. & Dd. c. nobis. & ibi Panormitan. consil. 106. nu. 2. lib. 2. Roch. Curt. in tract. de jur. patronat. verb. construxit, nu. 24.*

Præterea quoque indubitati juris est, † quòd loca sivè territoria Ducatui incorporata, adjecta vel unita præsertim accessoriè, sortiantur naturam atque qualitatem illius Ducatus, prout hoc tradit *Bart. l. si convenerit. §. si nuda. & ibi Salyc. Fulgos. Paul. Castrens. & Franc. Aretin. ff. de pignorat. action. Ioan. de Plat. l. 1. C. de Metrop. Berytho. lib 10. Paul. Castrens. conf. 332. num. 2. lib. 1. Alex. l. 1. num. 10. & 11. & ibi Franc. Rip. num. 16. ff. de legat. 1. Iaf. §. in personam. num. 10. Instit. de actionib. Iaf. l. si eadem. num. 3. ff. de offic. Assessor. Barbat. c. translato. column. 7. & ibi Feln. numer. 6. extr. de constitution. Calcan. conf. 2. column. 19. versic. ad unum tamen est advertendum. Anton de Butr. repet. c. final. nu. 63. extr. de consuetud. Angel. conf. 247. Curt. senior. conf. 46. num.* 8. *Cravett. in tract. de antiquitat. tempor. part. 4. §. transeo. num. ad quartam, num. 55. Matth. de Afflict. c. 1. §. etsi Clericus. column. 10. de capit. Corrad. Florian. l. repetundarum. §. Hermophroditus. ff. de testibus. Abb. c. 2. num. 5. extr. de religios. domib. Hieronym. de Mont. in tractat. de finib. cap. 3. num. 4. Roland à Vall. in lib. quæst. de lucr. dot. quæst. 85. nu. 2.* 354

Illamque sententiam communem esse, attestatur *Curt. sen. & Roland. à Vall. in locis præallegat.*

Sed certum est, quòd Holsatia, Stormaria & Dithmarsia, sint feuda Romani imperii.

Igitur sequitur, per hoc satis superque probari, quòd & Monasterium B. & omnia alia Monasteria, Castra, aliaque bona immobilia sita in istis Ducatibus, & ad illos Ducatus pertinentia, nec non & illis incorporata vel unita, præsumenda & censenda sint bona feudalia, quòdque illi præsumptioni standum sit, donec contrarium probetur.

Quintò, pro hac † decisione confirmanda, facit id quod tradit *Bald. c. in princ. numer. 11. de Capitan qui curiam vendit ubi Bald. concludit, quod dispositio facta de re aliqua, semper comprehendat immobile annexum. argum. l. Granaria. ff. de action empt.* 355

Eodem † modo Bald. ibidem concludit, quòd sub dispositione generali de re 356

aliqua

aliqua loquente, comprehendantur etiam illa accessoria, quæ non de necessitate rei accedunt, eo casu, quando dispositioni opposita sunt aliqua verba, quæ habent ampliativum significatum, utpote si in dispositione dicatur, cum omni jure & cum integro statu, *argum. l. si quando. C. de bon. vacant. lib. 10.*

Illamque decisionem Baldi refert atque sequitur *Ias. cons. 102. lib. 1. cons. 235. in fin. lib. 2. Albert. Brun. in tract. de augment. 5. conclus. princip. num. 29. Laurent. Sylvan. cons. 58. num. 7. & 8.*

Sed certum est, quòd omnia omninò Monasteria, Castra, & alia bona immobilia, sita in prædictis Ducatibus, & in locis unitis, incorporatis vel pertinentibus ad istos Ducatus, sint immobilia annexa illis Ducatibus.

Similiter quoq; certum est, quòd investitura Imperatoris Romani R. Secundi, sit concepta verbis, ampliativum significatum habentibus, verbis nempe non tantùm generalibus sed etiam universalibus geminatis.

Igitur sequitur, quòd in ista investitura absque omni dubio comprehendantur & Monasterium B. & omnia alia Castra, Monasteria & bona immobilia in istis Ducatibus sita, vel ad istos Ducatus pertinentia.

157 Sextò, illius investituræ † qua quis investitur de Ducatu, vel etiam de Comitatu aliquo, cum omnibus juribus & pertinentiis ea natura est, ut quis intelligatur esse investitus de omnibus omninò bonis immobilibus etiam particularibus sitis, intra fines vel limites illius Ducatus vel Comitatus, vel ad illum Ducatum vel Comitatum quoquo modo pertinentibus, quodque eo ipso probetur, omnia bona particularia feudalia esse, prout hoc expressè & in specie tradit *Curt. jun. cons. 140. num. 10. cons. 158. num. 2. cons. 184. num. 5. Curt. junior in tractat. feudal. 2. part. 2. part. princip. quæst. 6. nu. 40. Natt. cons. 446. num. 7. Laurent. Sylvan. cons. 58. num. 3.*

Et confirmatur per id, quòd Dd. tradunt, quòd concesso Ducatu vel Comitatu cum omnibus pertinentiis, intelligantur concessa omnia bona particularia, sita intra limites vel fines illius Ducatus vel Comitatus, vel ad illum Ducatum aut Comitatum pertinentia, *Bald. cap. 1. in princ. column. 2. & ibi Alvarott. column. penult. Præposit. column. 2. Matth. de Afflict. numer. 53. de Capitan. qui Cur. vendidit. Franc. Aretin. l. 3. colum. 3. ff. de acquirend. possess. Corn. cons. 321. column. penult. lib. 4. Ias. l quo minus. numer. 120. ff. de flumin. Barbat. cons. 57. column. 10. lib. 4. Dec. cons. 516. column penult. & consil. 517. column. fin. Socin. jun. cons. 106. num. 3. lib. 1. Cravett. cons. 54. num. 9.*

Et hæc decisio generaliter quidem vera est, potissimum autem procedit, vel quando investitus ista Castra, Monasteria, vel alia bona immobilia, cum Ducatu vel Comitatu, ut eodem titulo possedit, *Franc. Aretin. l. 3. ff. de acquirend. possess. Socin. jun. consil. 160. numer. 32. lib. 2. Anton. Gabriel. Roman. in tract. regul. titul. de verbor. signific. conclus. 10. num. 12.*

Vel quando illa Castra, Monasteria, vel alia bona immobilia ex antiqua consuetudine ad illum Ducatum vel Comitatum pertinuêre, *Innocent. c. cum ad sedem extr. de restitut. spoliat. Bald. cons. 468. lib. 3. cons. 445. lib. 5. Socin. cons. 47. colum. 2. lib. 1. Anton. Gabriel Roman. in tractat. regul. lib. 6. titul. de verbor. significat. conclus. 10. num. 13.*

Vel quando in investitura simul fit mentio de juribus & pertinentiis, *Alex. in addit. ad Bart. l. quo minus. ff. de flumib. Franc. Aretin. cons. 15. column. 1. versic. tertiò præmitto.*

Sed ex exemplo sivè copia investituræ mihi transmissæ, clarè liquet atque paret, quòd Imperator Romanus R. Secundus, Serenissimum Regem Daniæ, & Duces J. seniorem, & A. investierit de Ducatibus Holsatiensi, Stormaria & Dithmarsia, cum omnibus juribus & pertinentiis.

Igitur sequitur, per hoc satis superque probari, quòd imperatoria Majestas & Serenissimum Regem Daniæ & Duces J. seniorem, & A. investierit de omnibus Castris, Monasteriis & bonis immobilibus in istis Ducatibus sitis, vel ad istos Ducatus pertinentibus, quodque eam ob causam omnia ista Castra, Monasteria, & omnia alia bona immobilia, feuda sint & feudi naturam sortiantur.

Deinde quoque credo, quod omnia Castra, Monasteria, reliquaq; bona immobilia

bilia in istis Ducatibus sita, vel ad istos Ducatus pertinentia ex antiqua consuetudine ad istos Ducatus pertinuere, quodque Dux J. senior ista Castra, Monasteria & alia bona immobilia eodem titulo cum prædictis Ducatibus possederit.

Ex quo rursus infertur, quòd multò magis præsumendum sit, omnia illa Castra, Monasteria & reliqua bona immobilia feudalia esse, & ad successores feudales pertinere.

358 Septimò, † clari & indubitati juris est, † quod is qui literas investituræ vel alias literas recipit, omnia in illis contenta confiteri intelligatur, *Bart. l. si filiusfamilias. la. 2. argum. ill. text. ff. ad SC. Macedon. Bart. l. cum taberna. §. 1. ff. de pignor. Bart. l. Titius in fin. ff. de constitut. pecun. Bart. l. quo enim §. 1. ff. rem. rat. haber. Bald. l. si absentis. column. 2. C. si certù petat. Alex. cons. 78. lib. 1. Alex. l. non solum. §. morte. num. 23. & ibi Ias. num. 20. ff. de oper. nov. nunciat. Felin. c. 2. nu. 20. extr. de fide instrument. Felin. c. cum M. num. 36. & ibi Dec. num. 23. Rip. num. 132. extr. de constitut. Ias. repet. l. admonendi. num. 138. ff. de jurejurand. Cardin. Paris. cons. 91. nu. 3. cons. 127. num. 32. lib. 1. cons. 5. num. 205. & 206. lib. 4. Covar. c. Ioannes. num. 4. extr. de testament. Eursat. cons. 39. numer. 14. & 17. lib. 1. Bernhard. Alphan. in collectan. num. 330. Anton. Gabriel. Roman. in tract. regul. lib. 1. titul. de præsump. conclus. 2. nu. 1.* Ubi ipse multos alios Dd. ad hoc citat.

Deinde quoque certum est, nec non & in prima ratione decidendi circa decisionem primæ quæstionis comprobatum, quòd rem aliquam sive bona aliqua feudalia esse, per confessionem partis adversæ & plenè & sufficienter probetur.

Et hoc usque adeo verum est, ut is qui contra confessionem propriam, contrarium prætendere nititur, nullo modo audiri debeat, *l. generaliter. C. de non numerat. pecun.*

Sed Dux A. prædictam investituram Imperatoris Romani R. Secundi, per quam satis probatur, omnia omninò Castra, Monasteria, & omnia alia bona mobilia sita in Ducatu Holsatiensi, Stormaria & Dithmarsia, & inter cætera Monasterium B. feudalia esse, recepit & approbavit.

Igitur sequitur, quòd Dux A. eo ipso confessus sit, & Monasterium B. & omnia alia bona immobilia sita in Ducatu Holsatiensi, Srotmaria & Dithmarsia, & ad illos Ducatus pertinentia, feudalia esse, & ad successores feudales pertinere.

Rursus ex hoc infertur, quòd per hoc satis superque probetur & Monasterium B. & omnia alia Castra, Monasteria & bona immobilia in istis Ducatibus pertinentia, feudalia esse.

Octavò, clari & indubitati juris est, quòd per investituram sive per hoc, quod quis de re aliqua investitus fuit, satis probetur illam rem feudalem esse.

Similiter & per petitionem investituræ satis probatur, rem aliquam feudalem esse.

Quinimò per investituram, res alioquin allodialis feudalis efficitur, prout hæc omnia docui in secunda ratione decidendi ad primam quæstionem.

Sed certum est, nec non & superius comprobatum, quòd Imperator Romanus R. Secundus, & Serenissimum Regem Daniæ, & Duces J. seniorem, & A. unà cum Ducatu Holsatiensi, Stormaria & Dithmarsia investierit, de omnibus omninò Castris, Monasteriis & aliis bonis immobilibus, sitis in illis Ducatibus, vel ad illos Ducatus pertinentibus, & inter cætera de Monasterio B.

Igitur sequitur per hoc satis superque probari, quod & Monasterium B. & omnia alia Castra, Monasteria & bona immobilia in istis Ducatibus sita, vel ad istos Ducatus pertinentia, feudalia sint, & ad successores feudales pertineant.

Rursus ex hoc infertur, etiamsi probari posset, vel Monasterium B. vel alia Castra, Monasteria aut bona immobilia, in istis Ducatibus sita, antea allodialia fuisse.

Attamen Monasterium B. & omnia alia Castra, Monasteria & bona immobilia, in istis Ducatibus sita, vel ad illos pertinentia, per istam investituram feudalia effecta.

Nonò, † ex reservatione & præstatione juramenti fidelitatis, præsumitur & probatur, illa bona quorum respectu juramentum fidelitatis, reservatum vel præstitum est, esse feudalia, prout hoc docui in tertia ratione decidendi, circa præcedentem quæstionem. 359

Et in dubio præsumitur, quòd vasallus præstiterit Domino juramentum fidelitatis ratione omnium suorum bonorum immobilium, prout hoc est de mente *Alciat. in tract.*

in tractat. de præsumpt. regul. 2. præsumpt. 3. num. 4.

Similiter quoque ex reservatione sivè præstatione servitiorum arguitur & probatur, illam rem, cujus contemplatione servitia præstita vel reservata sunt, non allodialem sed feudalem esse.

Sicut hoc docui in quarta ratione decidendi, circa primam quæstionem.

360 Et juris præsumptio est, † quòd servitia & præstita & reservata sint, respectu omnium bonorum immobilium, quæ vasallus possidet, *Iacob. de Belvis & Nicol. de Neapol. cap. 1. §. vasallus. si de feud. defunct. content. Curt. junior. cons. 140. num. 10. cons. 158. num. 9. cons. 184. num. 6. Curt jun. in tract. feudal. 2. pars. 2. part. princip. quæst. 6. num. 40. Laurent Sylvan. cons. 58. numer. 3. Cravett. cons. 276 num. 2. Marin. Frecc. in tract. de subfeud. lib. 2 §. decima septima authoritas. num. 1.*

Sed ex investitura Imperatoris Romani R. Secundi, clarè liquet atque patet, quòd Imperator Romanus R. Secundus, Serenissimum Regem Daniæ, & Duces J. seniorem, & A. investierit, unà cum Ducatu Holsatiensi, Stormaria & Dithmarsia, de omnibus Castris, Monasteriis, reliquisque bonis immobilibus, in istis Ducatibus sitis, & ad istos Ducatus pertinentibus, & inter cætera etiam de Monasterio B. sicut hoc supra docui.

Similiter ex ista investitura clarè liquet atque patet, quod & Serenissimus Rex Daniæ & Duces J. senior, & A. respectu omnium illorum bonorum, de quibus ipsi ab Imperatore Romano R. Secundo, investiti fuère, per mandatarios suos juramentum fidelitatis præstiterint.

Eodem quoque modo ex ista investitura liquet, quod & Serenissimus Rex Daniæ & Duces J. senior, & A. eorumque posteri respectu omnium illorum bonorum Imperatori Romano ad præstanda servitia obligati sint.

Igitur sequitur, etiam per hoc satis superque probari, quòd & Monasterium B. & omnia alia Castra & alia bona immobilia in istis Ducatibus sita, & ad illos Ducatus pertinentia, feudalia sint, & ad successores feudales pertineant.

361 Decimò, † per recognitionem sivè per hoc, quod quis recognoscit ab alio rem aliquam in feudum satis sufficienterque probatur, rem aliquam feudalem esse.

Quinimò per recognitionem sivè per hoc, quod quis rem aliquam ab alio in feudum recognoscit, illa res feudalis efficitur, etiamsi constaret, vel probari posset, illam rem antea allodialem fuisse.

Sed ex investitura Imperatoris Romani R. Secundi, clarè liquet atque patet, quòd & Serenissimus Rex Daniæ & Duces J. senior, & A. una cum Ducatu Holsatiensi, Stormaria, & Dithmarsia, omnia omninò Castra, Monasteria & alia bona immobilia in istis Ducatibus sita, & ad istos Ducatus pertinentia, & inter cætera etiam Monasterium in feudum recognoverint.

Igitur sequitur, etiam per hoc satis superque probari, omnia ista Castra, Monasteria & alia bona immobilia, & inter cætera etiam Monasterium B. feuda esse.

Rursus ex hoc infertur, etiamsi probari posset, vel Monasterium B. vel aliqua alia Monasteria, Castra, vel bona immobilia, in istis Ducatibus sita, antea allodialia fuisse.

Attamen & Monasterium B. & omnia alia Castra, Monasteria & bona immobilia in istis Ducatibus sita, & ad istos Ducatus pertinentia, per istam recognitionem feudalia effecta.

Undecimò, illa † res quæ semper penes masculos & successores feudales remansit, præsertim ultra tempus immemoriale, nec unquam ad fœminas, vel illos qui sunt feudi incapaces, transitum fecit, præsumitur esse feudalis, non allodialis, *Godzadin. cons. 50. num. 17.* 362

Sed certum est, quòd & Monasterium B. & omnia alia Castra & Monasteria, nec non & alia bona immobilia sita in prædictis Ducatibus, vel ad illos pertinentia, ultra tempus imemoriale, penes masculos & successores feudales remanserint, nec unquam ad fœminas, vel illos qui sunt feudi incapaces, transitum fecerint.

Igitur sequitur, etiam per hoc satis superque probari, & Monasterium B. & omnia alia Castra, Monasteria & bona immobilia sita in prædictis Ducatibus vel ad illos pertinentia, feudalia esse.

Duodecimò, Bonum † est argumentum à communiter accidentibus, & sufficit, probationem concludere a communiter acciden- 363

accidentibus, *glos. l. neq; Natales, & ibi Iacob. Butrigar. Bald. & Dd. C. de probation. Salyc. l. non hoc. & ibi Ias. numer. 15. limit. 2. C. unde legitim. Bald. & Imol. l. final. ff. de hæred. instituend. Bald. c final. extr. de caus. possess. & propriet. Nicol. Everhard. in sua Topic. in loco à communiter. accident. fac. text. cap. 1. & ibi Cardin. Calderin. Imol. Panorm. & Dd. extr. de Cleric. non resident.*

Huc accedit, quod præsumptio inducatur ex communi cursu, *Bald. cons. 351. nu. 4. lib. 5.*

Quodque locus à communiter accidentibus in causis dubiis præsumptivè concludat, *Bald. consil. 290. colum. 3. lib. 2.*

364 Et hoc argumentum † à communiter accidentibus, sive ab illis, quæ frequenter fieri & contingere solent, habet locum etiam in causis feudalibus, usque adeò ut illa res, quæ est illius qualitatis, cujus qualitatis res frequenter sive à communiter accidentibus feudales sunt, eo ipso & præsumatur & probetur feudalis esse, *Bald. cons. 351. nu. 10. vers. & nota communiter ista. Castra. lib. 1. Cravett. cons. 276. nu. 2 lib. 1.*

Sed certum, notorium & indubitatum est, quòd in toto Imperio Romano, atque in omnibus Ducatibus in Imperio Romano sitis, & ad illud pertinentibus, ut plurimum, frequenter & à communiter accidentibus, imò generaliter, omnia omninò Monasteria; Castra & reliqua bona immobilia in Ducatibus sita vel ad Ducatus pertinentia, & feudalia sint & pro feudalibus reputentur & habeantur, atque perinde ut reliqua bona feudalia ad solos successores feudales sive solos successores in Ducatu transeant.

365 Decimo tertiò, eo casu, † quando constat vel probatur, Principatum, Ducatum, vel Comitatum aliquem feudalem esse, etiam omnia illa territoria, oppida, Monasteria & Castra, quæ in isto Principatu, Ducatu vel Comitatu sita sunt, vel ad illum Ducatum, Principatum autComitatum pertinent, & à Principe, Duce vel Comite aliquo tanquam pertinentiæ Principatus, Ducatus vel Comitatus sunt possessa, feudalia esse præsumuntur, prout hoc expressè & in specie tradit *Andr. de Isern. Iacob. de Belvis. & Alvarot. cap. 1. de controvers. inter. mascul. & fœmin. Curt. jun. cons. 140. num. 10. cons. 158. num. 2. cons. 184. num. 5. Curt. jun. in tract. feudal. 2. part. 2. part. princip. quæst. 6. num. 40. Ias. cons. 235. num. 2. lib. 2. Anton. Gabriel. Roman. in tractat. regul. lib. 1. titul. de præsumt. conclus. 9. numer. 14. Franc. Bursat. cons. 2. num. 52. lib. 1.*

Ubi ipse & alios Dd. hanc sententiam amplectentes citat.

Idem etiam tenet *Godzadin. consil. 50. num. 27. Carol. Molin. in consuetud. Paris. tit. 1. §. 46. quæst. 1. nu. 4. & 6.*

Ubi ipse attestatur, etiam *Ioan. Fabr. & Socin. in locis ab ipso citatis*, hanc sententiam amplecti.

Et hæc sententia † generaliter quidem vera est, potissimùm autem procedit eo casu, quando non probatur, Ducem vel Principem illa Castra, Monasteria vel alia bona, alio titulo quam Ducatus vel Principatus possedisse, prout hoc expressè tradit *Franc. Bursat. cons. 2. nu. 52. lib. 1.* 366

Ubi ipse attestatur, eandem sententiam amplecti *Ias. Cravet. Socin. jun. Laur. Sylvan. Signoroll. Curt. jun & Cephal. in locis ab ipso citatis.*

Sed certum & indubitatum est, quòd Holsatia, Stormaria & Dithmarsia sint & Ducatus, nec non & feuda recta, propria, & antiqua.

Igitur sequitur, eo ipso satis superque probari, quod omnia Castra, Monasteria reliquaque bona immobilia, in istis Ducatibus sita & ad illos Ducatus pertinentia, & inter cætera etiam Monasterium B. feudalia sint.

Deinde quoque nec hactenus probatum est, nec unquam probari poterit, quod Dux J. junior, Monasterium B. aliavè bona immobilia sita in istis Ducatibus, vel ad istos Ducatus pertinentia, alio titulo, quàm titulo Ducatus Hosatiensis Stormariensis & Dithmarsiensis possederit.

Igitur sequitur, per hoc multò magis probari, & Monasterium B. & omnia alia bona immobilia in Ducatu Holsatiensi, Stormaria & Dithmarsia sita, vel ad istos Ducatus pertinentia, feudalia esse & ad successores feudales pertinere.

Decimo quartò, † pertinentiæ feudi in dubio esse præsumuntur feudalia, & à Domino una cum ipso principali feudo, vasallo in feudum concessæ, nisi præscribantur atque fides fiat, illas pertinentias alio titulo a vasallo acquisitas, *Bald. cons. 195. lib. 3. Bald. cap. 1. §. vasallus, num. 9. si de feud. defunct. content. Bald. cap. 1. §. cum autem de controvers. investi. Guilhelm. Benedict. repet. c. Raynutius verb. & bortum. num. 17. extr. de testament.* 367

Sed

Sed ego ctedo, quod & Monasterium B, & omnia alia bona immmobilia sita in istis Ducatibus & in locis incorporatis aut unitis, sint pettinentiæ illorum Ducatuum.

Prout etiam omnia bona sita in illis Ducatibus & locis incorporatis, præsumuntur esse pertinentiæ Ducatuum, *Bald. Rubr. quæstion. 22. C. de contrah. empt. Paul. Castrens. l. 1. & ibi Socin. ff. de acquirend possess. Socin. consil. 127. colum. 2. in fin. Ruin. consil. 13. col. 3. lib. 4. Curt. jun. cons. 158. column. 5. Cassan. in consuetud. Burgund. Rubr. undecima. §. 4 nug. meix. num. 1. Anton. Gabriel. Roman. in tract. Regul. lib. 1. titul. de præsumpt. conclus. 9. Francisc. Bursat. cons. 2. num. 51. lib. 1.*

Er hactenus probatum non est, nec etiam unquam probari poterit, quod Dux J. senior, Monasterium B. vel alia bona immobilia in istis Ducatibus sita, vel ad istos Ducatus pertinentia, alio titulo acquisiverit vel possederit.

Igitur sequitur, etiam per hoc satis superque probari, quod & Monasterium B. & omnia bona immobilia sita in Holsatia, Stormatia & Dithmarsia, nec non & in locis unitis vel incorporatis, vel etiam ad istos Ducatus pertinentia feudalia sint.

368 Decimo quintò, † eo casu, quando constat vel probatur, quod aliqua bona à vasallo possessa, feudalia sint, omnia bona feudalia esse præsumuntur, nisi probetur vel fides fiat, aliqua ex ipsis allodialia esse, *Hostiens in summ. titul. de feud. §. quibus modis. vers. quid si vasallus confiteatur. Speculat. in titul. de locat. §. numer. aliqua. vers. sexagesimo secundò. Ioann. Blanc. in summ. feud. titul. de content. feud. vers. pone quod Dominus. Iacob de Belvis. Bald. & Præposit. c. 1. §. vasallus. el. 1. si de feud. defunct. content. Baldus c. 1. de controvers. vasall. qui contra constitut. Lothar Bald. c. 1. §. insuper. de prohibit feud. alienat. per Frideric. Bald. l. instrumenta. colum. 1. vers. quæro an feudatarius. C. de fideicommiss. Alber. de Rosat. l. si certu annis. C. de pact. Alberic. de Rosat. l. plures Apochis. C. de fide instrument. Alberic. de Rosat. & Fulgos. l. Titius. ff. de action. empt. Iacob de S. Georg. in tract. feudal. verb. dicti vasalli promiserunt cognoscere. column. 8. Dec. consil. 62. column. 2. in fin. Matth. de Afflict. c. 1. num. 88. circa fin. de controvers. investitur. Matth. de Afflict. decis. 265. num. 17. Alciat. in tractat. de præsumption. regul. 2. præsumpt. 3. numer. 4. Roland. à Vall. consil. 66. numer. 5. lib. 3. Ias. cons. 235. num. 2. lib. 2 fac. id quod tradit Anton. Gabriel. Roman. in tract. regul. lib. 3. titul. de feud. conclus. 3. num. 5.*

Sed certum est, quod & tota illa pars Ducatus Holsatiensis, Stormariæ & Dithmarsiæ, quam Dux J. senior possedit, feuda sint.

Igitur sequitur, per hoc etiam satis superque probari, & Monasterium B. & omnia alia bona immobilia, a Duce J. seniore possessa & relicta, feudalia esse.

Decimo sextò, † per id, quod bona circumjacentia sint feudalia, saltem præsumptivè probatur, & illam rem, de qua agitur, feudalem esse, prout hoc tradit *Matth. de Afflict. decis. 255. num. 1.* 369
Et idem est de mente *Baldus. c. 1. §. cum autem. numer. 3. de controvers. investitur Roman. l. in illa. column. 15. ff. de verbor. obligat. Ias. consil. 235. num. 2. lib. 2.*

Et confirmatur, tum per id quod traditur, quod illæ res sive illa bona, quæ sunt descripta inter bona feudalia, præsumantur & censeantur esse feudalia, *Andreas de Isern. c. 1. & ibi Matth. de Afflict. num. 295. ex quib. caus. feud. amitt.*

Tum quia per id, quod quis reperitur descriptus in matricula Scholarium & Canonicorum, is præsumitur & probatur & Scholaris & Canonicus, *Archidiac. c. ordinarij ff. de offic. ordinar. lib. 6.*

Tum quia per id, quod aliqua reperitur inter Moniales, præsumitur ipsam Monialem esse, *gloss. distinct. 19. in princ. Matth. de Afflict. c. 1. in pr. n. 17. de feud. cognit. Matth. de Afflict. c. 1. numer. 294. ex quibus. caus. feud. amittat. facit text. c. quam progenitores. 2. quæst. 1.*

Tum quia scriptura vel instrumentum repertum inter scripturas vel instrumenta authentica, vel in tali loco, in quo tantùm scripturæ vel instrumenta authentica conservari solent, eo ipso & præsumitur & probatur authenticum. *Authent. ad hæc. & ibi Dd. C. de fid instrument. c. ad audientiam. & ibi Abb. & Felin. numer. 13. extr. de præscript. Abb. Franc. Aretin. & Dd. c. cum causam & ibi Felin. numer. 7. Dec. numer. 7. extr. de probation. Roman. consil. 165. & consil. 419. Petrus de Anchoran. consil. 43. Ab. cons. 77. column. 2. lib. 2. Cornel. consil. 142. colum. 3. lib. 3. Anton. de Butr. & Abb. c. 2. & ibi Dec. numer. 12. & Felin. numer. 9. extr. de fid. instrument. Angel. cons. 140. Paul. Castrens. consill. 344. lib. 1. Socin. cons. 208. column. 2. lib. 2. Dec. consil. 458. Alexand. consil. 179. lib. 6. Boër. decis. 105. numer. 9. Carol. Molin.*

in consuetud. Parisiens. titul. 1. §. 5. *num.* 26. *Cravett. in tractat. de antiquitat. tempor. part.* 1. §. *quartò limitatur. num.* 1. *sac. text. clement.* 1. *in fin. de jurejurand c pervenit.* 30. *q.* 1. *l. census. ff. de probation. l. censualis.* C. *de donation.*

Tum quia & epistola reperta inter decretales, præsumitur esse decretalis, *gloss. distinct* 19. *in princ. Matth. de Afflict. c.* 1. *num.* 293. *ex quib. caus. feud. amittat.*

Si itaque bona circumjacentia Monasterium B. essent feudalia.

Etiam per hoc probaretur, Monasterium B. feudum esse.

370 Decimo septimò, † per id, quod una res immobilis alteri rei immobili quam feudalem esse constat, in divisione facta inter filios vel fratres adæquatur, sive exæquata est, etiam probatur & præsumitur, illam rem feudalem esse, prout hoc expressè & in specie tradit *Wesenbecc. cons.* 4. *lib.* 1.

371 Et confirmatur, tum † quia de æquiparatis idem jus statuitur, & bonum est argumentum ab æquiparatis, *gloss. l. si quis servo. & ibi Bartol. Bald. & Dd* C. *de furt.*

Tum quia de adæquatis idem jus statuitur, *Bartol. Socin. & Dd. l. 1. & ibi Ioann. Crott. in repetit. num.* 8. *Iacob de Nigr. num.* 17. *arg. ill. text. ff. de legat.* 1. *Bald. cons.* 355. *numer.* 6. *lib.* 1. *fac. text l.* 1. §. 1. *ff. si quid. in fraud. patron. l. illud.* C. *de donation. caus mort. l.* 1. *in princip* C. *de rei uxor. action. Bartol.* & 1. *ff. de confirmand. tutor.*

Tum quia & de assimilitis idem jus statuitur, *Paul. Castrens. l.* 1. *numer.* 4. C. *de bon. quæ liber.*

Si itaque in divisione Ducatus Schlesevicensis, Holsatiensis & Stormariensis facta inter Serenissimum Regem C. Tertium, & Duces J. seniorem, & A. vel in alia divisione, Monasterium B. aliis rebus feudalibus adæquatum vel exæquatum esset, Also vnd dergestalt, daß deren gegen der Königl. May. König C. dem Dritten/hochlöblichster vnd seliger Gedechtnis/ oder aber Hertzogen A. Fürstl. G. ein Lehngut zugetheilet/ prout hoc factum esse audio.

Sequeretur etiam, per hoc probari, Monasterium B. feudale esse, & ad solos successores feudales pertinere.

372 Decimo octavò, † per recognitionem à subditis factam sive per juramentum subjectionis, assecurationis vel recognitionis à subditis præstitum, probatur & inducitur possessio & jurisdictionis & territorii & oppidorum, sive castrorum, in quibus illi subditi habitant, in favorem illius Principis Domini vel superioris, cui ista recognitio facta, vel juramentum præstitum est, *Bart l. arboribus.* §. *de illo. ff. de usufruct. Bald. l.* 1. *num.* 15. C. *de servis fugitiv.*

Et per qualificatam recognitionem sive præstationem juramenti à subditis Dominis vel Principibus factam, inducitur & probatur qualificata possessio Domini sive Principis.

Ideoque eo ipso quod subditi Domino sive Principi suo fecerunt talem recognitionem, vel illi præstitêre tale juramentum, qualis recognitio fieri vel juramentum præstari solet illis Dominis, qui tantùm habent utile dominium, sive qui tenent illud territorium in feudum, vel quod in recognitione sive præstatione juramenti respectu Domini sive Principis, est facta mentio qualitatis feudalis, satis superq; probatur, illud territorium sive illum Ducatum, castrum vel alium locum, quam isti subditi incolunt, feudalem esse.

Tum quia qualis est caussa, talis est & effectus, & caussa qualificata, qualificatum effectum producit, sicut hoc suprà docui.

Tum quia qualia sunt subjecta, talia sunt prædicata, *l. fundum instructum. & ibi Bart. ff. de fund. instruct. Crav. cons.* 35. *n.* 16.

Tum quia qualitas † facilius inducitur, quàm substantia, *gloss final. l. talis scriptura. & ibi Dd. ff. de legat.* 1. *Ias. l. stipulatio ista.* §. *alteri. num.* 15. *ff. de verb. obligat. Ias. l. si servum.* §. *nunc videamus. num.* 5. *ff. eod. titul. Cravett. in tract. de antiquitat. tempor. part.* 2. *n.* 64. *& part.* 3. §. *venio nunc ad tertiam. n.* 22. 373

Tum quia qualitas facilius & probatur & præsumitur, quàm substantia, *Cravett. in tractt. de antiquit. tempor. part.* 2. *num.* 63. *&* 64. *& part.* 3. §. *venio nunc ad tertiam. num.* 22.

Si itaque incolæ pagorum ad Monasterium B. pertinentium Duci J. seniori, pro ipso & successoribus ejus feudalibus, Nemlich für J. F. G. vnd derselben Lehnerben/præstitissent juramentum subjectionis sive assecurationis, quod vulgò dicitur die Erbhuldigung.

Etiam ex hoc saltem præsumptivè probaretur, & Monasterium B. feudale esse, & tanquam feudum à Duce J. seniore possessum.

Decimo nonò, † licet spiritualia à Laicis neq; possideri neq; præscribi possint, 374

c. cau-

c. caussam quæ. & ibi Panormitan. Felin. & Dd. extr. de præscript. Cardinal. Paris cons. 25. num. 1 lib 4. Francisc. Balb. in tract. de præscription. 1. part. 5. part. principal. quæst. 7. num. 14. fac. text. c. determinus. & c. quanto. & ibi Dec. Felin. & Dd. extr. de judic.

375 Usque adeò ut † spiritualia à Laicis nec per præscriptionem quidem illius temporis, cujus in contrarium memoria non extat, acquiri possint, *Ioann. Monach. & Ioann. Andr. cap. 1. de præbend. lib. 6. Panormitan. c. fin. col. 8. extr. de consuetud. Panorm. c. novit. column. 12. extr. de judic. Panormitan. c. caussam quæ notab. 1. & ibi Felin. numer. 2. extr. de præscription. Anton. de Butr. c. pervenit. column. 6. extr. de censib. Francisc. Balb. in tract. de præscript. 1. part. 5. part. princ. quæst. 7. num. 14. & 15. Cardin. Paris. cons. 25. num. 2. lib 4.*

Attamen certum est, quod Monasteria, domus sacræ & religiosæ, nec non etiam reliqua bona Ecclesiastica, sacra vel religiosa, sita in aliquo territorio, Ducatu vel Comitatu, in concessione universali territorii Ducatus, vel Comitatus veniant, atque illius cui ista concessio facta est, efficiantur saltem respectu universalis dominii, atque eodem jure cum territorio, Ducatu vel Comitatu concesso censeantur, *l. in modicis. ff. de contrahend. emption. l. quædam. ff. de acquirend. rerum. domin. c. ex literis & ibi Innocent. Panormitan. & Dd. extr. de jur patronat. c. cum seculum. extr. eod. titul Panormitan. Felin. Dec. & Dd. c. quanto. extr. de judic.*

Deinde quoque illud, quod traditur, Laicum bona spiritualia possidere & præscribere non posse, procedit tantum eo casu, quando agitur de præjudicio Ecclesiæ, secus autem est, si agatur de præjudicio alterius Laici.

Namque adversus Laicum sive in præjudicium Laici alius, Laicus etiam spiritualia possidete & præscribere potest, *Raph. Cuman. consil. 83. circa fin. Cardinal. Zabarell. consil. 146. in fin. Felin. c. causam quæ. numer. 4. extr. de præscription. Ruin. cons. 142. lib. 5. Francisc. Balb. in tractat. de præscription. 1. part. 5 part princip. quæstion. 7. num. 22. Cardinal. Paris. consil. 25. num. 10. & 11. lib. 4. Petr. Rebuff. in tract. de decim. q. 13. n. 100.*

Sed Imperator Romanus R. Secundus, Serenissimum Regem Daniæ F. Secundum, & Duces J. seniorem, & A. investivit de tota Holsatia, Stormaria & Dithmarsia, nec non & de omnibus locis, unitis & incorporatis illis Ducatibus, sive ad illos Ducatus pertinentibus, & sic de toto territorio illorum Ducatuum, sive ad illos Ducatus pertinente.

Similiter quoque certum est, quòd Duces Holsatiæ, totum Ducatum Holsatiæ & Stormariæ, cum omnibus locis unitis & incorporatis, atque cum toto eorum territorio, ab Imperatoribus Romanis, ultra tempus immemoriale in feudum recognoverint, & tanquam feudum Imperii Romani possederint.

Eodem quoq; modo certum & indubitatum est, quod tota Holsatia, Stormaria & Dithmarsia, cum omnibus omninò locis incorporatis & unitis sint feuda vera, recta, propria & antiqua, atq; non nisi ad successores feudales transeant.

Igitur sequitur, quòd sub ista universali concessione & investitura Imperatoris Romani R. Secundi, & præcedentium Imperatorum Romanorum, etiam Monasteria, reliquaq; bona spiritualia, sacra vel religiosa in istis Ducatibus & territoriis sita comprehendantur.

Rursus ex hoc infertur, quod Monasteria, reliquaq; bona spiritualia, sacra vel religiosa in istis Ducatibus & territoriis sita eodem jure, cum universitate Ducatuum & territoriorum, jure nempe feudali reputari, & tantum ad successores feudales transire debeant.

Præterea quoq; hæc lis sive controversia vertitur inter Serenissimum Regem Daniæ & Ducem J. juniorem ex una, & Ducem A. ex altera parte.

Et certum est, & regiam Majestatem & prædictos Duces omnes Laicos esse.

Igitur sequitur, nullum ex illis prætendere posse, quod istud Monasterium sit res spiritualis, sacra vel religiosa, quodq; eam ob causam à Laicis possideri nequeat.

Vigesimò, consuetudo † jus est, & appellatione juris venit. 376

Et consuetudo in illo loco, in quo viget, censetur esse jus commune, & juris communis appellatione continetur.

Sicut hæc omnia suprà docui.

Imò quoque consuetudo est majoris authoritatis, quàm ulla lex, ullumve jus commune, *c. 1. de feud. cognit. Bald. cons. 252. colum. 2. lib. 2. Cravet. cons. 238. num 7.*

Et consuetudo derogans juri civili valet & rata est, *l. de quibus. & ibi. Ias. num. 33. ff. de legibus. §. sed naturalia. & ibi Dd. Institut. de jur. naturl. gent. & civil. l. 2. C. de constituta pecun. Bartol. §. & cum anteà*

in proœm. Digestorum. Bart. l. fin. §. sed cum antiquitas. C. de jur. deliberand.

Ea quoq; quæ de jure Canonico cauta & introducta sunt, per consuetudinem contrariam tolli & mutari possunt, & consuetudo juri Canonico contraria valet, *c. cum Ecclesia Volaterrana. extr. de election. c. ea noscitur. extr. de his quæ fiunt à Prælat. sine consensu Capituli. gloss. & Bald. c. final. & ibi Panormitan. numer. 7. & 8. extr. de consuetud. gloss. 5. c. verb. frangere. extr. de treug. & pac. Abb. c. veneralis natab. 3. extr. de præbend. Innocent. c. cum dilectus extr. de consuetud. Ioann. Fabr. §. ex non scripto. numer. 9. Institut. de jur. natur. gent. & civil. Petrus de Anchoran. consil. 56. circa fin. Felin c. in præsentia. numer. 51. extr. de probation. Ias. l. de quibus. numer. 48. ff. de legibus. Roch. Curt. repet. c. fin. num. 142. cum sequent. extr. de consuetud.*

Nec ullum est jus positivum, quod consuetudine contraria tolli vel abrogari nequeat, *Baldus c. 1. §. præterea Ducatus. columm. 1. de prohibit. feud. alienation. per Frideric. Ias. l. quibus. num. 35. ff. de legib. Roch. Curt. repet. c. final. numer. 142. cum sequentib. extr. de consuetudin. Abb. consil. 7. column. 5. in fin. lib. 2. Cravett. consil. 238. numer. 7.*

377 Et ad consuetudinem † inducendam, duo actus, accedente cursu legitimi temporis, sufficiunt, *Bartol. l. de quibus lectur. 1. numer. 10. & lectur. 2. numer. 11. & ibi Bald. numer. 15. & Ias. numer. 51. ff. de legib. Bart. l. 2. num. 12. C. quæ sit long. consuetud. Bald. l. 3. C. de Episcop. audient. Alex. cons. 45. cons. 131. lib. 1. cons. 173. lib. 6. Angel. §. ex non scripto. numer. 11. Institut. de jur. natur. gent. & civil. Corn. cons. 49. lib. 3. consil. 125. cons. 247. num. 7. & cons 295. num. 5. lib. 4. socin. cons. 7. num. 8. lib. 1. Dec. cons. 215.*

Etiamsi illi actus sint extrajudiciales, *Ioann. Andr. & Imol. c. fin. & ibi Abb. numer. 16. extr. de consuetud. Bart. l. de quibus. lect. 1. num. 13 & lect. 2. num. 18. & ibi Ias. num 51. ff. de legib. Bart. l. 2. num. 19. C. quæ sit long. consuetud. Abb. cons. 72. lib. 2. Bart. l. semper in stipulationibus. Arg. ill. text. ff de regul. jur. Angel §. ex non scripto. num. 16. Institut. de jur. natural. gent. & civil. Corn. cons. 293. lib. 1. cons. 13. num 9. lib. 2. & cons. 155. lib. 4.*

378 Præterea per lapsum † longi temporis decem nempe annorum consuetudo indistinctè inducitur, *gloss. §. ex non scripto. verb. diuturni & ibi Angel num. 10. Ioan. Fabr. num. 9. Sylvester Aldobrand num. 19. & Christoph. Port. num. 4. Institut de jur. natur. gent. & civil gloss. l. de quibus. & ibi Bartol. in lect. num 9. & in repet. num. 14. Bald numer. 27. Ias. num. 43. ff. de legib. gloss. Rubr. & ibi Bald. C. quæ sit long. consuet. Bart. l. 2. num. 16. C. eod. titul. Abb. c. final. num. 11. extr. de consuet. Petrus Duenn. regul. 138. Cravett. in tractat. de antiquit. tempor. part. 4. §. transeo nunc ad quartam. num. 7.*

Et hoc locum habet non tantùm eo casu, quando consuetudo est secundum vel præter jus commune, sed etiam eo casu, quando consuetudo est juri communi contraria, *Ant. de Butr. c. final. & ibi Abb. n. 11. extr. de consuet. Ioan. Fabr §. ex non scripto. n. 9. & ibi Angel. num. 10. Institut. de jur. natur. gent. & civil. Corn cons. 125. lib. 5. Ias. l. de quibus. num. 43. ff. de legib Cardin. Paris. consil. 25. num 60. lib. 1. Hieron. Schurff. cons. 47. lib. 3. Curt. jun cons. 42. colum. pen. Petr. Duenn. regul. 138. Cravett. in tract. de antiqu. temp. part. 4. §. transeo nunc ad quartam.*

Deinde quoque hoc procedit, sive consuetudo habeat causam continuam sive discontinuam, *Bart. repet. l. de quibus. num. 14. & ibi Ias. num. 42. ff. de legib. Bartol l. 2. num. 16. C. quæ sit long. consuetud. Ioan. Fabr. § ex non scripto. num. 9. & ibi Angel. num. 10. Institut de jur. natural. gent. & civil. Cornel. consil. 125. & consil. 578. lib. 4. Cravett. in tractat. de antiquit. tempor part. 4. §. transeo nunc ad quartam. num. 9.*

Illaque sententia & verior & communior est, licet in hoc contrarium sed malè teneat *Alex. cons. 136. column. penult. lib. 2. & cons. 173. lib. 6. Dec. cons. 483. numer. 26. Roland. à Vall. cons. 2. numer. 120. lib. 1. Cravett cons. 96. num. 1.*

Neque etiam ad consuetudinem inducendam requiritur titulus, vel bona fides, sed consuetudo inducitur, etiamsi illi, in quorum favorem ista consuetudo inducitur, careant & titulo & bona fide, *Abb. c. cum Ecclesia Sutrina. numer. 45. extr. de caus. possess. & proprietat. Abb. c. certificari numer. 5. extr. de sepultur. Abb. c. super quibusdam. num. 19. extr. de verbor. signification. Angel l. de quibus. & ibi Ias. num. 43. & 49. ff. de legib. Calderin. consil. ultim. titul. de consuetud. Ægyd. Bellemer. consil. 7. column. penult. consil. 31. in fin. & consil. 124. lib. 2. Dec. Rubr. numer. 2. extr. de consuetud. Dec. cons. 134. Cravett. in tract. de antiquit. temp. part. 4. §. transeo nunc ad quartam. num. 16.*

Similiter ad † consuetudinem inducendam non requiritur, illam esse obtentam in contradictorio judicio, *gl. c. frustra. distinct.* 379

distinct. 8. Ioann. Andr. Cardinal. Florentin. Anton. de Butr. & Imol. c. final. & ibi Abb. num. 16. extr. de consuetud. Bartol. l. de quibus in lectur. numer. 13. & in repet. numer. 18. & ibi Ias. numer. 5. ff. de legibus. Bartol. l. 2. num. 19. C. quæ sit long. consuetud. Abb. consf. 72. lib. 2. Bart. l. semper in stipulationib. ff. de regul. jur. Bald. consf. 210. column. 2 lib. 1. Abb. c. Abbate. S. Sylvan. numer. 13. extr. de verbor. significat. Angel. §. ex non scripto, numer. 16. Institut. de jur. natural. gent. & civil. Cæpol. consil. 31. in fin. Cornel, consf. 293. column. 2. lib. 3. & consil. 155. lib. 4. socin. consil. 99. column. 2. lib. 1. Ias. consil. 46. colum. 2. lib. 1. Cravett. in tract. de antiquit. tempor, part 4. §. transeo nunc ad quartam. numer. 33. Crav. consf. 55. colum. 2.

380 Quinimò ad consuetudinem † inducendam, non requiritur nec extrajudicialis quidem contradictio vel resistentiæ, sed consuetudo induci potest, etiamsi nec extrajudicialis quidem resistentia vel contradictio intervenerit, *Bart. l. 2. num. 20. C. quæ sit long. consuetud. Abb. c. Abbate. S. Sylvan. extr. de verbor. significat. Petrus de Ancharan. l. de quibus col. 2 ff. de legib. Cornel. consf. 293. colum. 3. lib. 1. Guid Pap. consf. 131. num. 4. Roch. Curt. repet. c. fin. numer. 362. extr. de consuetud.*

Eamq; sententiam communem esse, attestatur *Cornel. & Roch. Curt. in loc. præallegat.*

381 Sed in Imperio Romano inter omnes † illos Principes & Duces seculares, qui Augustanæ confessioni sive Religioni protestantium addicti sunt, ultra quadraginta & plures annos observatum fuit, quod de omnibus Monasteriis atque aliis bonis spiritualibus, sacris, Ecclesiasticis & religiosis sitis in Ducatu, Principatu, Comitatu, vel territorio alicujus Principis, Comitis aut Domini secularis idem jus statutum fuerit, quod de isto territorio, in quo ista bona sita sunt, statuitur, quodque illa eo casu, quo illud territorium feudale fuit, similiter & feudalia reputata sint & reputentur & tanquam bona feudalia exclusis fœminis, aliisque feudi incapacibus, tantùm ad masculos & successores feudales transierint, & apud illos permanserint, & quidem indistinctè etiamsi illa monasteria, vel alia bona spiritualia fuerint vel ad profanos usus redacta, vel mensæ Principum aut Dominorum applicata.

Prout inter cætera ita observatum † & in familia Ducum Saxoniæ, & in familia Ducum Brunsuicensium & Lunæburgensium. 382

Namque H. Dux Saxoniæ, qui & Augustanæ confessioni addictus fuit, & habuit latissimum Ducatum, in quo plurima Monasteria, reliquaq; bona spiritualia, Ecclesiastica, sacra & religiosa sunt, decedens anno 1541. post se reliquit duos filios, nempè Ducem M. & Ducem A. nec non & multas filias.

Et tamen omnia Monasteria reliquaq; bona spiritualia, religiosa, Ecclesiastica & sacra sita in Ducatu Ducis H. perinde ut reliqua bona feudalia, exclusis filiabus, tantum apud filios, eosdemq; successores feudales remansêre.

Similiter & Dux E. Brunsuicensis & Lunæburgensis, qui Ducatum Lunæburgensem, in quo multa Monasteria, reliquaque bona spiritualia, Ecclesiastica, sacra & religiosa sita sunt, toto tempore vitæ suæ possedit, decedens anno 1546. post se reliquit tres filios.

Atque post obitum Ducis E. omnia Monasteria, reliquaque bona spiritualia, Ecclesiastica, sacra & religiosa, in ipsius Ducatu sita, unà cum toto Ducatu atque cum reliquis bonis feudalibus exclusis filiabus permansêre tantùm apud masculos & successores feudales.

Eodem modo & Elector Saxoniæ Dux M. qui amplissimum Ducatum, in quo multa Monasteria atque reliqua bona spiritualia Ecclesiastica, sacra & religiosa sita sunt, possedit, decedens anno 1553. post se reliquit unicam filiam & fratrem suum Electorem A. Ducem Saxoniæ.

Atque post obitum Electoris M. omnia Monasteria, reliquaque bona spiritualia, Ecclesiastica, sacra & religiosa exclusa filia, Electoris M. una cum integro Ducatu, atque cum reliquis bonis feudalibus Electoris M. penes Electorem A. fratrem Electoris M. remansêre.

Similiter quoque hoc est observatum, & in familia Comitum Palatinorum Rheni, & in familia Marchionum Brandenburgensium & in familia Ducum Megapolitanorum & Wirtenbergensium.

Et multa alia similia exempla quæ intra quadraginta annos contigêre, recenseri possent, quæ brevitatis gratia omittimus.

Igitur sequitur, † ex hac observantia 383 inter

inter illos Principes & Dominos seculares, qui religioni Protestantium & Augustanæ Confessioni addicti sunt, talem generalem consuetudinem in toto Imperio Romano inductam, quod omnia Monasteria aliaq; bona spiritualia, Ecclesiastica, sacra & religiosa, sita in Ducatibus, provinciis & territoriis feudalibus, perinde ut ipsi Ducatus, territoria & provinciæ feudalia reputari debeant, quodq; de illis idem jus, quod de reliquis bonis feudalibus statuendum sit, & quidem indistinctè, etiamsi illa Monasteria vel alia bona spiritualia, vel ad prophanos usus redacta, vel mensæ Principum applicata fuerint.

384 Illamque consuetudinem etiam per decretum sive constitutionem Imperii Romani factam & promulgatam in Comitiis Augustanis anno 1555. §. Dieweil aber etliche Stände vnd derselben Vorfahren approbatam & confirmatam esse censeo.

Eam ob causam, quia in isto decreto sive constitutione indistictè approbatæ sunt omnes ordinationes & Principibus & Dominis secularibus factæ, de Monasteriis aliisq; bonis spiritualibus, Ecclesiasticis, sacris & religiosis.

385 Et certum est, † quod sub verbo generali ordinationes, etiam consuetudo comprehendatur.

Similiter quoque clari juris est, quod tàm decretum quàm constitutio generaliter & indistinctè loquens, generaliter intelligi & ita accipi debeat, ut comprehendat omnes omninò casus, qui sub verbis generalibus includi possunt, sicut hoc suprà docui.

Et sic etiam ex hoc liquet, quod Monasterium B. & reliqua bona spiritualia, Ecclesiastica, sacra & religiosa, sita in Holsatia, Stormaria, Dithmarsia, vel provinciis incorporatis, non pro bonis allodialibus, sed pro bonis feudalibus reputanda sint, & ad successores bonorum feudalium pertinere debeant.

Et sic ex hisce rationibus satis liquet atque patet, decisionem factam ad secundam quæstionem, verissimam & indubitatam esse.

Vff die dritte vnd letzte Frage zu antworten/ erachte ich/ daß alle vnd jede Barschafft/ Fahrnus / ausstehende Schulden vñ alle andere bona mobilia & allodialia & jura, so Hertzog J. der Elter / hochlöblicher vnd seliger Gedechtnis/ nach sich verlassen zum halben Theil / auff die Königl. May. in Dennenmarckt/ vnd J. Königl. May. Brudern Hertzogen J. den Jüngern/ vnd zum andern halben Theil / auff Hertzog A. vorfellet/ daß auch Hertzog A. sich derselben ferner nicht dann allein pro dimidia parte anzumassen habe.

Es were dann/ daß Hertzog A. wie es sich vermöge der Rechte / eignet vnd gebühret/ darthun vnd beweisen köndte/ daß Hertzog J. der Elter/ von J. F. G. blutverwandten Freunde/ etliche allodialia mobilia oder jura ererbet / oder daß J. F. G. etliche derselben Allodialien von andern non intuitu dignitatis, sed intuitu personæ, bey lebendigem Leibe / oder aber auff den Todesfall/ durch einen Contract oder letzten Willen doniret, relinquiret oder zueignet/ Auff welchen Fall Hertzog A. als dem vollbürtigen Bruder/ dieselben allodialia, so Hertzog J. der Elter/ von J. F. G. blutverwandten Freunden ererbet / oder aber von andern/ titulo donationis, legati, hæredis institutionis, aut alio titulo, non intuitu dignitatis, sed intuitu personæ acquiriret, allein gebühreten.

Vnd werde hierzu durch nachfolgende rationes vnd motiva bewogen.

Namque primò clari † & indubitati juris est, nec non & à Dd. communiter traditum, quod omnes omnino Duces & Principes seculares sacri Romani Imperii, in illorum Ducatibus & territoriis & Imperatori Romano æquiparentur, & perinde ut Imperator Romanus habeant omnia jura & fiscalia & regalia, quodq; dispositum de Imperatore, respectu Imperii Romani, etiam in Ducibus & Principibus, respectu illorum Ducatuum & territoriorum locum habeat, *Bald. l. more. ff. de jurisdict. omn. judic Bald. l. receptitia. C. de constit. pecun. Bald. l. exemplo. C. de probation. Bald. consil. 188. numer. 6 lib. 2. Angel. consil. 159. incip. in caus. accusation. Paulus Castrens. consil. 34. lib. 2. Alexand. consil. 2. numer. 9. lib. 1. consil. 1. numer. 29. lib. 5. consil. 12. numer 9. lib. 7. Barbat. cons. 35. num. 62. lib. 2. Cuman. cons. 158. cons. 172. Socin. cons. 3. & cons. 66. lib. 3. Curt. jun. consil. 1. num. 29. consil. 61. num. 9. cons. 100. num. 2. Albert. Brun. consil. 3. num. 7. cons. 19. num 4. consil. 45. numer. 18. Ias. consil. 235. num. 1. lib. 2. consil. 70. colum. 4. lib. 3. consil. 100. numer. 2. lib. 4. Dec. c. pastoralis, in princip. num. 2. extr. de appellat. Dec. consil. 191. Calcan. consil. 2. consil. 7. & cons. 26. Ruin. cons. 200. numer. 2 lib. 3. cons. 130. num. 2. lib. 5. Socin. jun. cons. 73. num. 4. lib.* 385

lib. 1. conſ. 33. num. 9. conſ. 76. num. 1. conſil. 93. num. 3. conſ. 98. num 1. conſ. 136. num. 1. lib. 3 Stephan. Bertrand. conſ. 360. num. 4. lib. 1. conſil. 156. lib. 3. Nevizan. conſ 16. num. 1. Zaſ. conſ. 1. num. 21. & 22. lib. 1. Roland à Vall. conſ. 26. conſ 29. num 24. & 30. conſ. 86. nu. 13. lib. 1. conſ. 1. num. 49. 50. & 51. conſ. 4. num. 42. lib. 3. Roland. à Vall. in lib. quæſt. de lucr. dot. quæſt. 3. num. 8. Curt. ſen. conſ. 73. num. 28. Cravett. conſ 135. column. 2. Cardin. Pariſ. conſ. 17. num. 4. lib. 2. Nicol. Bellon repet. rubr. nu 13 ff. de offic. eius cui mandat. eſt juriſd. Natt. conſ. 487. num. 9. Feſtaſ. in tract. de collectis par. 2. §. quid ſi collecta num 22. Albert. Brun. conſ. 45. num. 18. & 19. Socin. jun. conſ. 4. num. 18. conſ. 17. num. 10. conſ. 60. num. 7. conſ. 76. num 11. & 14. conſ 92. num. 2. & 7. lib 4. Aſcan. Clem. in tract. de patria poteſt. effect. 2. num. 41. Bellon conſ. 51. num. 3. conſ. 59. num. 8. cum mult. ſequent. Roman. conſ. 59. num. 7. & ibi Horat. Mandoſ. in addition. Cacheran. deciſ 155. num. 1. Franc. Burſat. conſ 4. num. 40 lib. 1. Hippolyt Rimiuald. conſ. 25. nu. 49. conſ. 57 num 17. conſ. 68. num. 18. lib. 1. Paul. de Orian. repet. l. 1. num 60. ff de offic. eius cui mandat. eſt juriſdict. Hippolyt. Rimin. conſ. 57. num. 17. 18. 19. 20. & 21. conſ. 68. num. 17. 18. 19. & 20. lib. 1. conſ. 221. num. 2. cum mult. ſequent. lib. 2.

Similiter quoque certum eſt, quod quilibet Imperator, Rex vel Dux habeat patrimonium duplicis generis, nempe patrimonium publicum ſive Reipublic. & patrimonium privatum, prout hoc expreſsè probat *text § theſauros. & ibi gloß. Inſtitut. de rerum diviſ. l. fiſcus. § fin. ff. de jur. fiſc. l. bene à Zenone. §. ſed ſcimus. C. de quadrien. præſcript. Vaſqui. in tract de ſucceſſio progreß lib 3. §. 26. nu. 82. cum aliquot ſequentib. Ioachim Camerar. repet l. Imperialem. chart. 1. col. 3. de prob. ſeu. al. per Frideric.*

Et licet in illo textu patrimonium publicum, & patrimonium privatum Principis æquiparentur.

Attamen illa æquiparatio eſt facta tantum in certo & ſpeciali caſu.

Ideoq; dubio omni caret, quod in omnibus aliis caſibus, patrimonium publicum Principis, vel Ducis, à patrimonio privato Ducis vel Principis diſtinctum & ſeparatum remaneat, *Argum. l. ſancimus. C. de Teſtament. l. præcipimus. § fin. C de Appellat. l. cum prætor. ff de judic. c. nonne & ibi Felin. & Dd. extr de præſumpt*

Idem quoq; quod & Imperator, & Dux quilibet habeat duplex patrimonium, publicum nempe & privatum, tenet *gloß. rubr. & ibi Bart. nu. 17. Ioann. de Plat. nu. 9. C. de jur. fiſc. lib. 10. Alber. de Roſat. Rubr. nu. 1. ff. de jur fiſc. Guilhelm. de Pern. in tract. de Regib. & Regnis. nu 12. Andr. de Iſern. in conſtitut. Regn. lib. 3. titul. 4. verb. dignum. limit. 70. Matth. de Afflict. in tract. de jur. Prothymiſ §. 9. nu. 21. Mari. Salamon. repet. l. 1. num. 10. ff. de juſtit. & jur. Anton Boid. repet. Rubr. nu. 78. C. nova vectigal. inſtit. non poß. Corraſ. repet. l filium quem. nu. 22. C famil. herciſcund Caſſan. in conſuetud. Burgund. Rubr. nu. 2. in princ. nu. 8. Ægyd. Boß. in tract. de fiſc. num. 3. Philip. Franc. Rubr. num. 62. de Teſtament. lib. 6. Bald. l. 2. C. commun. de uſucap. Alex. conſ. 6. col 2. nu. 5. lib 4. Cyn. & Iaſ. l. Procur. C. de edend. Iaſ l. 1. nu. 1. ff. de offic. Procur. Cæſar. Cravet. in tr. de antiquit temp. p. 4. §. abſolutis. num. 33. & 34. Covarru. rep. c. poſſeſſor. p. 1. §. 2. nu. 9. verſ quartò ex præmiſſis. de Reg. jur. lib. 6. Cravet. conſ. 894. nu. 3. 21. & 22. Cravet. conſ 487. nu. 10. Bal conſ. 271. nu 5. lib. 1. Franc. Mar. deciſio. 338. lib. 1.* ubi ipſe atteſtatur, idem juris eſſe & in Regina & Principiſſa.

Et quod Imperator Rex & Princeps habeat patrimonium duplex, publicũ & privatum, tradit etiam *Carol. Molin. in conſuetud. Pariſienſ. tit. 1 § 30. nu. 170. Ioan de Imola c. 1. nu. 4. & 5. extr. de petul. clericorum. Ioach. Cam. repet. c. Imperialem. chart. 1. col. 3. de prob. feud. al. per Frider. Cravet. conſ. 487. nu. 10.*

Deinde quoq; & patrimonium publicum ſive Reipublic. idẽ eſt, quod fiſcus, omniaq; bona fiſcalia ad patrimonium publicum ſive Reipubl ſpectant, *Guilhelm. de Pern. in tract. de Regib. & Regni. nu. 12. & 13. Andr. de Iſern. in conſtit Regni lib 3 titul. 39. verb. in publ. Carol Molin in conſuetud Pariſ. tit. 1. §. 30. n. 170.* 388

Aliqui etiam volunt, quod fiſcus & Reſpublica idem ſint & à pari procedant, *Bart. Rubr. nu. 6. & ibi Ioann. de Plat nu 3. C de jur fiſc. lib 10. Andr de Iſern. in conſtit. Regn. lib. 1. titul. 30. limit 46. Andr. de Iſern. in conſtit Regn. lib 3. tit. 8. verb. inſtrumenta. Anton. Nicell. in Concord. gloſ concordant. 107. nu. 436 Matth. de Afflict. in tract. de jur Phrotymiſ §. 9. nu. 22 Anton. Boid. repet. Rubr nu. 79. C. nov. vectigal. inſtit. non poſſe, Ægyd. Boſſ in pract. criminal. titul. de fiſc. nu. 2. Franc. Martin. deciſ. 338. nu. 10.*

Et ad fiſcum ſive † patrimonium publicum vel Reipublicæ ſpectant & pertinent omnes fructus & reditus, & Imperii Romani, & cujuslibet Regni atque Ducatus, nec non & omnia percepta ex iſtis fructibus ſive reditibus, ſive illi conſiſtant in pecunia numerata ſive in nominibus 389

 debi-

debitorum, sive in aliis bonis mobilibus & allodialibus, prout hoc expresse tradit *Bart. rubr. num. 13. & ibi Ioann. de Plat. nu. 8. C. de jur. fisc. lib. 10.*

Ubi ipsi expresse concludunt, ad fiscum sive patrimonium publicum spectare, & fisci sive patrimonii publici esse omne id, quod ad commodum pecuniarium Imperii pertinet.

Idem etiam tradit *Sycet. Rubr. num. 1. C. de privileg. fisc.* ubi ipse expresse attestatur, quod omnis pecunia publica imperii vel reipublicæ ad fiscum spectet.

Eandem sententiam etiam amplectitur *Guilhelm. de Pern. in tract. de Regib. & Regni nu. 13.* ubi ipse affirmat, omnia illa quæ ad Cameram, Bursam, & saccum Cameræ Ducis vel Principis spectant, fiscalia & esse & censeri.

Idem quoque vult *& Andr. de Isern. in constitut. Regni. in proœm. column. final.* ubi ipse affirmat, fiscum ærarium & Cameram Ducis, Synonyma esse, atque omnem pecuniam publicam sive ad Cameram vel ærarium pertinentem, fiscalem censeri.

Idem vult etiam *Bald. Rubr. C. de privileg. fisc.* ubi Bald. inquit. Quod fiscus idem sit, quod Saccus Cæsaris, Regis vel reipublicæ, quodque omnia ea quæ imbursantur vel incorporantur ei, fiscalia sint, & ad fiscum pertineant.

Idem etiam vult *Bald. c. 1. num. 10. de allodiis. Franc. Lucan. in tract. de fisc. part. 1. nu. 6.* ubi ipsi dicunt, quod fiscus sit quasi custos, sacrista, seu repositorium thesauri publici.

Et addit ibidem *Franc. Lucan.* quod fiscus nihil aliud sit quàm Camera imperialis.

Idem etiam vult *Guilhelm. Le Rovillé, in tract. de just. & injust. sub rubr. Iudicu Notarii, Advocatorum & Procuratorum typus, c. 6. nu. 1.*

Ubi ipse dicit, ficum nihil aliud esse quàm saccum sive Cameram Cæsaris, Regis, Reipublicæ vel Imperii.

Idem etiam vult *Matth. de Afflict. in tract. de jur. prothymis. §. 9. num. 22. & 23.* Dum videlicet ipse ibi tradit, quòd fiscus nihil aliud sit, nisi bursa Cæsaris.

Idem quoque vult *gloss. l. in provinciis verb. fiscalis. C. de numerar. & actuar. lib. 12.* ubi gloss. inquit, quod fiscus nihil aliud sit, quàm saccus, bursa & ærarium, in quo æs vel pecunia Principis reconditur vel conservatur.

Idem quoque vult *Christoph. Porc. §. fin. notab. ultim. Institut. de usucapion. Purpurat. repet. l. 2. nu. 22. C. de edend.*

Ubi ipsi dicunt, fiscum nihil aliud esse, quàm saccum Principis.

Idem quoque vult *Anton. Boid. Repet. Rubr. num. 78. & 80. C. nova vectigal. institut. non poss.* ubi ipse dicit, quod fiscus nihil aliud sit, quàm saccus, marsupium, ærarium & Camera Imperii.

Idem etiam vult *Matth. de Afflict. in constitut. Regni Neapol. in prælud. quæst. 15. num. 1.* Dum videlicet ibi dicit, quod fiscus est saccus Cæsaris, Regis vel Reipublicæ.

Et *num. 2.* subjungit, quod fiscus dicatur saccus continens aurum Regis.

Et *num. 4.* ex sententia *Bald.* dicit, quod fiscus sit custos, sacrista seu repositorium publici thesauri.

Idem quoque vult *Cassan. in consuetud. Burgund. rubr. 2. in princip. num. 2.* ubi ipse dicit, quod fiscus sit bursa publica, in qua publica pecunia reponitur.

Et *num. 9.* subjungit, quod omnia illa bona, quæ Princeps, tanquam Princeps vel ratione Regni habet, dicantur patrimonium publicum sive fiscalia.

Idem quoque vult *Carol. Molineus in consuetudine Parisiens. tit. 1. §. 30. num. 170.* ubi ipse tradit, quod omnia bona & jura, quæ spectant ad Principem in quantum Princeps est, ad fiscum & ad patrimonium publicum Principis pertineant.

Idem etiam vult *Ioachim. Camera. repet. l. Imperialem. chart. 1. col. 3. de probib. feu. alienat. per Frideric.* ubi ipse tradit, patrimonium publicum Principis & patrimonium fiscale idem esse, *Cravett. conf. 487. num. 10.* ubi ipse similiter vult, patrimonium publicum & fiscale idem esse, & ad patrimonium publicum sive fiscale spectare omnia illa, quæ quæruntur ratione fisci, illaq; remanere apud successorem in dignitate sive Republica.

Et quod omnia omninò bona quæ Dux vel Princeps aliquis ex Ducatu vel Principatu ejusque contemplatione vel ratione percepit, ad patrimonium publicum Ducis vel Principis pertineant, tradit etiam *Alex. conf. 6. nu. 5. lib. 4. Ias. l. procurator. nu. 1. C. de eden. Ias. l. 1. nu. 1. ff de offic. procur. Cæs. Cravett. in tract. de antiquitat. temp. par. 4. §. absolutis num. 33. Covar. c. possessor. part. 2. §. 2, num. 9. vers. quarto ex præmissis. circa finem. de reg jur. lib 6. Cravet. conf. 487. nu. 10.*

Idem etiam vult *Cravet. conf. 894. nu. 22.* ubi ipse tradit, quod fructus percepti ex bonis ad Principatum pertinentibus ad ipsum Principatum spectent.

Idem

Idem etiam est de mente *Ioachim. Camer. reper. l. Imperialem. charr. 1. column. 3. de prob. feu. alienat. per Frid.* ubi ipse tradit, ad patrimonium privatum ea tantum pertinere, quæ Princeps habuit ante adeptum Principatum.

Idem etiam vult *Ægyd. Boss. in practic. criminal. titul. de fisc. nu 1.*

Dum videlicet ipse ibidem tradit, quod fiscus nihil aliud sit, quàm crumena, saccus & ærarium Principis.

Idem quoque vult *Angel. de Clavas. in sua summ. verb. fiscus*, ubi ipse dicit, quod fiscus sit bursa Cæsaris vel Principis.

Idem etiam vult *Alber. de Rosat. in suo dictionar. verb. fiscus. Bertachin. in suo repertor. verb. fiscus*, ubi ipsi similiter dicunt, fiscum esse bursam sive Cameram Regis sive Principis.

Et quod non tantùm pecunia numerata, sed etiam frumentum reliquique fructus percepti ex castris, prædiis vel agris ad Ducatum pertinentibus, sint patrimonium publicum Ducis, & ad patrimonium publicum sive fiscum, pertineant, satis probatur per textum *l. 1. 2. & 3. C. de condit. in public. hor. lib. 10. l. 1. & ibi Bart. num. 4. C. ut nemini liceat in empt. specier. eod. lib. Corset. in suis singular. verb. fiscus.*

Et quod percepta ex decimis, fructibus, tributis, reliquisque oneribus & proventib. ordinariis Principatus, ad patrimonium publicum sive fiscale Principis spectent, tradit *Paul. Cast. cons. 106. nu. 3. lib 1.*

390 Et licet † *Paul. Cast.* ibid. velit, percepta ex oneribus sive proventibus extraordinariis, ad patrimonium privatum Principis pertineant.

Attamen de hac sententia dubitat *Cravet. in tract. de ant. temp. §. absolutu. 1. nu. 33.*

Et ego hanc sententiam Pauli Castrensis falsam esse statuo.

Namque clari & indubitati juris est quod omnia omninò percepta vel acquisita à Duce vel Principe contemplatione Ducatus vel Principatus indistinctè ad fiscum sive patrimonium publicum pertineant, sive illa ex reditibus ordinariis sive extraordinariis sive ex bonis ad Principatum pertinentibus sive aliunde acquisita sint, sicut hoc satis prob. *l. quod Princeps. ff. de legat. 2. l. 1. ff. de jure fisci.*

Præterea etiam empta vel aliter acquisita à Principe ex pecunia pertinente ad patrimonium publicum sive ad fiscum, nec non & pecunia redacta ex rebus ad patrimonium publicum pertinentibus, ad patrimonium publicum sive fiscum spectant.

Tum quia patrimonium publicum cum sit quid universale, & certum est, quod in universalibus & pretium loco rei & res loco pretii succedat.

Tum quia res empta præsertim à tutore ex pecunia pupilli sui, Respublica æquiparatur, ad pupillum pertinet.

Nomina quoque † debitorum, contracta ista pecunia, quæ ad fiscum spectat, fiscalia censeri, & ad fiscum sive patrimonium publicum pertinere, dubio omni caret, *l. hi qui & tot. titul. C. de conveniend. fisc. debitorib. lib. 10. l. final. C. de usur. fiscal. eod. libr. l. deferre. §. final. & l. eum qui ff. de jur. fisc. cum simil. vulgarib.* 391

Quinimo non tantum percepta ex bonis Imperii vel Ducatus sive ex reditibus & fructibus ordinariis vel extraordinariis Imperii vel Ducatus, sed etiam percepta aliunde, contemplatione tamen Imperii vel Ducatus, ad fiscum sive patrimonium publicum & Reipublicæ spectant, *Philipp. Franc. rubr nu. 62. de Testament lib. 6. Vasqui. in controvers. illustrib. c. 105. nu 21.*

Et confirmatur tum per id, quod legibus cautum est, si Princeps intuitu sive contemplatione Principatus vel Ducatus hæres institutus fuerit, istam hæreditatem fisco acquiri, & ad fiscum sive ad patrimonium publicum pertinere *l. 1. ff. de jur. fisci.*

Tum per text. *l. quod Princip. ff. de legat. 2. c. requisivisti. & ibi Dd. extr. de Testament.*

Tum per id quod tradit *Bart. Alex. Ias. & Dd l. sed & si plures §. ad substitutos. ff. de vulgar. & pupillar.*

Præsumitur quoque, † quod & omnis pecunia omniaque & mobilia & moventia, item & nomina debitorum, quæ quilibet Imperator vel Dux tenet vel habet, ad patrimonium publicum sive Reipublicæ, & ad fiscum pertineant, eique præsumptioni semper standum & inhærendum, donec contrarium probetur, *Domini. c. Abbate sane. §. sed ad hoc. num. 2. de sentent & re judicat lib. 6. Vasquius in tract. de controvers. illustr. cap. 105. num. 28. Idem quoque est de mente Alex cons. 6. num. 5 lib. 4 fac. text. l. quod Princip. ff. de legat. 2. l. 1. ff. de jur. fisc. c. requisivisti extr. de testament.* 392

393 Præterea quoque certum † & indubitatum est, quod patrimonium publicum sive Reipublicæ, nec non & fiscus sive omnia bona fiscalia, non transeant ad hæredem Imperatoris vel Ducis, sed semper remaneant apud Imperium, Ducatum & Rempublicam, sive apud successorem in Imperio, Ducatu vel Republica.

Prout hoc expresse tenet *Bald. Rubr. colum final. C. de jur. fisc. lib. 10. Cravet. cons. 487. num 10.*

Idemq; vult *Franc. Lucan. in tract. de jur fisc. part. 1. num. 56.* ubi ipse inquit, quod fiscus vel Respublica non habeat hæredem, quia non potest mori.

Idem quoque vult *Corras. repet. l. filium quem. nu 22 C famil. herciscund.*

Dum videlicet ipse dicit, quod patrimonium publicum Principis a dignitate separari nequeat.

Idem etiam vult *Ioann. Ign. repet. l. donationes quas. num. 44. C de donat. inter vir & uxor.*

Eandem sententiam etiam amplectitur *Philip. Franc Rubr. num. 26. de testam. lib 6.*

Ejusdem quoque sententiæ videtur esse *Bal. cons 271. nu. 5. & 6. lib. 1.*

Huic opinioni quoq; astipulatur *Carol. Molin in consuetud Parisiens tit. 1. §. 30. nu. 170.* ubi ipse inquit, ea quæ ad patrimonium publicum Principis pertinent, nullo modo posse alienari & expropriari à corona etiam per Principem. Allegans ad hoc *Lucam de Penna. l quicunq, C. de omni agr. desert. lib. 11. Lucam de Penna l. 2. circ. fin. C. de jur. Reipubl. lib. 11. Luc. de Pen. l contra publicam, col 5. C. de re militar. lib. 11 Idem etiam tenet Cravet. cons. 487. num. 10.*

Pro hac sententia confirmanda facit etiam text. *l. quod Principi. ff. de legat. 2.*

394 Et confirmatur: † Tum quia fiscus dicitur quasi fixus & immobilis, *gloss. Rubr. & ibi Bart num 18 Ioann. de Plat. num. 11. C. de jur. fisc. lib 10. Salycet. Rubr. num. 1. C. de privileg. fisci Guilhelm Le Rovill in tract. de just. & injustit sub Rubr. judicis, Notarii, Advocatorum & Procuratorum typus, cap. 6. nu. 1 Matth. de Afflict in constitut. Neapol. in prælud. quæst. 15. num. 4 Oatell. Cott. memoral. incip. Fiscus circ. fin. Bertachin. in suo repertor. verb. fiscus el. 1. num. 10.*

395 Tum quia fiscus † assimilatur stomacho, qui è corpore evelli nequit, *Luc. de Penn. l. quicunq, column. 2. C de omni agro desert. lib. 11. Matth de Afflict. in constitut. Neapol. in prælud. quæst. 15. num. 7. Bald. c. 1. §. 1. de feud. March. Cassan. in consuetud. Burgund. in princ. num. 4. Petr. Rebuff. l. inter publica. verb fiscus. ff. de verbor significat. Guilhelm. Benedict. repet. c. Raynutius verb. mortuo itaq, testatore el. 1. nu. 143. extr. de testament.*

Tum quia fructus † percepti ex reditibus ecclesiasticis à clerico habente dignitatem vel administrationem, transeunt ad successorem in dignitate vel administratione, *Bal cons 313. nu. 3. lib. 2.* 396

Tum quia fiscus † continetur sub Republica tanquam contentum sub cõtinente, & est ipsius Reipublicæ anima & sustentamentum, *Bald. cons. 271. num. 2. & 3. lib. 1.* 397

Tum quia † Respublica & fiscus sunt quid æternum & perpetuum, *Bald. cons. 271. nu. 3. lib. 1.* 398

Tum quia fiscus est idem in successore, *Bald. cons. 271. nu. 4. lib. 1.*

Tum quia Respublica non habet hæredem, sed semper vivit in semetipsa, *Bald. cons 159. nu. 5. lib. 3.*

Ad patrimonium verò † privatum Imperatoris Regis vel Ducis pertinent illa & pecunia & talia bona mobilia allodialia & nomina debitorum, quæ Imperator, Rex vel Dux à parentibus vel sanguine junctis, titulo hæreditario, vel etiam ab aliis titulo singulari vel universali, inter vivos, vel in ultima voluntate contemplatione non Imperii, Regni vel Ducatus sive dignitatis sed contemplatione personæ tantum acquisivit, prout hoc expresse tradit *Cassan. in consuetud. Burgund. in Rubr. 2. in princip. num. 8 & 9. Philip. Franc. Rubr. num. 62. de testament. lib. 6. Alex. cons. 6. nu. 5. lib 4. Iaf. l. Procurator. nu. 1. C. de edend. Iaf. l. 1. nu. 1. ff de offic. Procur. Cæsar. Cravet. in tr. de antiquit. tempor. part. 4. §. absolutis. nu. 33. Covar. rep. c. possessor. p. 2. §. 2. nu. 9. vers. 4. ex præmissis. circ. fin. de Reg. jur. lib. 6. Cravet. 487. nu. 10. Bald. cons. 271. num. 5. & 6. lib. 1. Franc. Marc. decis. 338. nu. 10. lib. 1.* ubi ipse concludit, ad patrimonium privatum Cæsaris illa tantum pertinere, quæ ipse habuit ante electionem. 399

Idem quoque vult *Carol. Molin. in consuetud. Parisiens. tit. 1. §. 30. num. 170.* ubi ipse inquit, ad patrimonium privatum Imperatoris, Regis & Principis, pertinere tantum illa quæ Principi acquisita sunt, sive ad Principem spectant aliunde quàm ratione coronæ & dominii regalis.

Eandem

Eandem etiam sententiam amplectitur *Vasquius in tract. de success. progress. lib. 3. §. 26. num. 54.*

Idem etiam vult *Camerar. repetit. l. Imperialem cap. 1. col. 3. de prohib. feu. al. per Frideric. Idem etiam tenet Cravet. consil. 487. num. 10.*

Et quilibet Imperator Rex vel Dux ad hæredes suos, sive ad successores hæreditatis transfert illa bona, quæ ad privatum illius patrimonium spectant. *Philipp. Franc. Rubr. num. 62. de Testament. lib. 6. Cravet. cons. 487. num. 10. Bald. cons. 271. num. 5. & 6. lib. 1.*

Sed ut opinor Dux J. senior, omnem omnino pecuniam, omniaque bona mobilia & moventia, nec non & nomina debitorum, quæ sua illustris Celsitudo moriens habuit & reliquit ex Ducatu Schlesevicensi, Holsatiensi Stormariensi, Dithmarsiensi & Fimeria, nec non ex locis unitis & incorporatis eorumque locorum & Ducatuum fructibus & reditibus percepit.

Igitur sequitur, quod omnis illa pecunia omniaque bona mobilia & moventia, nec non & nomina debitorum à Duce J. seniore relicta, ad patrimonium publicum sive Reipublicæ nec non & ad fiscum pertineant.

Et Serenissimus Rex Daniæ & Dux J. junior, hanc præsumptionem legitimam pro se habent, quod omnis omninò pecunia, omniaque bona mobilia & moventia, nec non & nomina debitorum à Duce J. seniore relicta, ad fiscum sive ad patrimonium publicum & Reipublicæ spectent & pertineant.

Itaque præsumptioni standum, donec contrarium probetur.

Rursus ex hoc infertur, quod omnis omninò pecunia, omniaq; mobilia & moventia, nec non & nomina debitorum à Duce J. seniore relicta, penes Ducatum sive Rempublicam, nec non & successores in Ducatu sive Republica vel dignitate, remanere, nec ullo modo ad hæredes ipsius, sive successores in hæreditate transire debeant.

Deinde quoque certum est, & ipsemet Dux A. hoc fatetur, quod ista portio Ducatus Holsatiensis, Stormariæ, & Dithmarsiæ, nec non & locorum unitorum & incorporatorum, quæ ad Ducem J. seniorem pertinuit, pro dimidia parte ad Serenissimum Regem Daniæ & Ducem J. juniorem, & pro alia dimidia parte ad Ducem A. spectet & pertineat.

Similiter quoque certum, nec non & superius comprobatum est, quod illius portionis Ducatus Schlesevicensis & Fimeriæ, nec non & locorum incorporatorum & unitorum, quæ ad Ducem J. seniorem spectavit, dimidia pars ad Serenissimum Regem Daniæ & Ducem J. juniorem & altera dimidia pars ad Ducem A. pertineat.

Et sic liquet, quod Serenissimus Rex Daniæ, & Dux J. junior, pro dimidia parte sint successores in isto Ducatu, Republica sive dignitate, quam Dux J. senior obtinuit, quodque tantum dimidia pars illius Ducatus Reipublicæ & dignitatis ad Ducem A. devoluta sit.

Rursus ex hoc infertur, quod omnis pecunia omniaque bona mobilia & moventia, nec non & nomina debitorum à Duce J. seniore relicta, ad Serenissimum Regem Daniæ & Ducem J. juniorem, tanquam successores in dignitate, Republica & Ducatu ex semisse, pro dimidia parte pertineant, & alia tantum dimidia pars ad Ducem A. tanquam successorem ex alio semisse, in dignitate, Republica & Ducatu spectet.

Iterum ex hoc infertur, quod Dux A. nullam penitus pecuniam, nullaque mobilia vel moventia, nec ulla nomina debitorum à Duce J. seniore relicta, prætextu tituli hæreditarii, vendicare, vel usurpare possit, nisi probari vel fides fieri possit, quod Dux J. senior, aliqua ex illis bonis à parentibus & sanguine junctis, vel etiam ab aliis, non intuitu dignitatis, sed intuitu personæ acquisivisset.

Illa enim intuitu personæ & non dignitatis acquisita sola, Dux A. tanquam frater utrinque conjunctus & tanquam hæres vendicare & retinere possit.

Secundò, omnia † illa quæ ad dignitatem sive Rempublicam dignitatis spectant, ad successores in dignitate & quidem ad unumquemque pro sua rata transeunt, *c. quoniam, Abbas & ibi Anton. de Butr. Panormit. Cardin. Imol. Felin. & Dec. num. 3. extr. de offic. delegat. c. si gratiosæ. de Rescript. lib. 6. Hostiens. in summ. titul. de offic. delegat. §. fin. versicul. quid si is cui committitur. Specul. titul de offic. delegat. §. fin. Bald. l. more, quæst. 3. ff. de jurisdict. omn. judic.* 40

judic. Bald. l. si plures. colum penult. vers. decimò quæro C. de condict. insert. Angel. cons. 217. col. 10. Domin cons 84. colum. 2. Alex. cons. 175. col. fin. lib. 5.

Sed certum est, nec non & superius comprobatum, quod omnis omninò pecunia, omniaque bona mobilia & moventia, nec non & nomina debitorum à Duce J. seniore relicta, ad rempublicam Ducatus Schlesevicensis, Holsatiensis Stormariensis, Dithmarsiensis & Fimeriæ, sive ad patrimonium publicum&ad fiscum pertineant, nec non & patrimonio publico sive dignitati annexa sint.

Similiter quoq; certum & superius comprobatum est, quod illa portio Ducatus Schlesevicensis, Holsatiensis, Stormariensis, Dithmarsiensis & Fimeriæ, quæ ad Ducem J. seniorem pertinuit, pro dimidia parte Serenissimo Regi Daniæ & Duci J. juniori, & pro altera dimidia parte Duci A. delata sit.

Igitur etiam ex hoc sequitur, quod similiter & omnis omninò pecunia omniaque bona mobilia & moventia, & nomina debitorum à Duce J. seniore relicta, ad Serenissimum Regem Daniæ & Ducem J. juniorem pro dimidia parte, & ad Ducem A. tantum pro alia dimidia parte pertineant.

401 Tertiò, clari † & indubitati juris est, quod commoda cujusque rei debeant spectare ad illum, ad quem spectant sive pertinent onera sive incommoda, *l. secundum naturam. & ibi Dec & Cagnol. ff. de Regul. jur. l. 1. in princ ff. de institor. action. l. si a qui. §. 1. ff commodat. l. u quin in potestate. §. final. ff. de legat. præstand. l. final. §. pen. ff. de furt. l. 1. §. pro secundo. C de caduc. tollend. c. qui sentit onus. & ibi Dyn. de Regul. jur. lib. 6. Franc. Bursat. cons 104. nu. 10. lib. 1.*

402 Similiter quoque certum est, † quod successor in territorio vel Ducatu, ad omnia omninò onera isti territorio vel Ducatui incumbentia, etiamsi illa causam anteriorem vel priorem habeant, teneatur & obligatus sit, *Bald. cons. 202. nu. 2. vers. amplius & subtilius. lib. 2.*

Usque adeo ut successor in dignitate, territorio vel Ducatu etiam ex contractib. à prædecessore sub nomine dignitatis initis obligetur, *Bald. & Dd. l digna vox. & ibi Alber. de Rosat. num. 3. Paul. Castrens. num. 4. C. de legib. Gemin. c. Abbate sanè. §. sed ad hoc. num 1 & ibi Philip. Franc. num. 2. de sent. & re judic. lib. 6. Ioann. Andr. Anton. de Butr. & Dd. c. 1. & ibi Panorm. num. 1. Dec. num. 7. Felin. num. 1. August. Bero. num. 27. extr. de probat. Bertachin. in suo tract. de Episcop. lib. 4. part. 4. num. 187. Luc. de Penn. l. hi quos. column. penult. vers. ad omnia generalia. C. de fund. rei privat. lib. 11. Bald. cons. 417. lib 1. cons. 158. column. 2. lib. 3. Bald. c. 1. §. Marchio. num. 4. de his qui feud. dar. poss. Bald. c. 1. §. Imperialis. num. 8. de pac. constant. Ioann. Ign. repet. L. donationes num. 18. C. de donat. inter vir. & uxor. Socin. jun. consil. 60. num. 29. lib. 3. Roland. à Vall. cons. 66. num. 38. lib. 2. Anton. Natt. cons. 122. num. 9. & 10. Tiraquell. in tract. de primogen. quæst. 35. num. 20. cum 2. sequent. Philip. Port. in tract. regular. conclus. 18. ampliat. 1. lib. 5. Duenn. regul. 293. Anton. Gabriel. Roman. in tract. regul. lib. 3. titul. de jur. quæsit. non tollend. conclus. 5. num. 2.*

Usque successor in dignitate territorio vel Ducatu, etiam æs alienum à defuncto contractum, propter onera Ducatui vel territorio incumbentia solvere cogatur, *Tiraquell. in tract. de primog. quæst. 36. nu. 25. & 26.*

Igitur sequitur, quòd simul & naturalis & civilis ratio suadeat, quod omnis omninò pecunia emolumenta & commoda ex Ducatu & territorio percepta, ad successorem in Ducatu vel territorio spectent.

Quartò, licet † multi Dd. velint, quod bona mobilia Vasalli existentia in feudo præsumantur esse allodialia, & perinde ut reliqua allodialia ad omnes omninò hæredes transeant, *Alex. cons. 103. num. 17. in fin. lib. 1. Matth. de Afflict. c. 1. § si quis hominem. notab. 10. num. 12. de pac. tenend. fac. text. c. 1. §. fin. de feud. cognit.* 403

Etiamsi illa † bona allodialia sint machinæ & munitiones castri, vel alia bona, ad perpetuam utilitatem feudi destinata, *Bald. cons. 232. num. 1. lib. 3. Tiraquel. in tract. de utroque Retract. part. 1. §. 1. gloss. 7. num. 98. Carol. Molin. cons. 18. nu. 10.* 404

Attamen † quoad hoc contrarium tenent alii volentes, quod Machinæ, munitiones, & reliqua bona mobilia in feudalibus bonis existentia, & ad perpetuum usum feudi destinata præsumantur esse feudalia. *Luc. de Penn. l. 2. vers. item quæro si in Regno. C. de bon. vacant. lib. 10. Andr. de Isern. c. 1. verb. plaustrorum. num. 58. & ibi Matth. de Afflict. num. 10. quæ sunt regalia. Matth. de Afflict. c. 1. §. sciendum. num. 27. de feud. cognit.* 405

Tt

406 Et confirmatur per id, † quod Dd. tradunt, quòd concesso feudo intelligantur concessa omnia illa, quæ sunt instrumenta feudi, sive ad perpetuam utilitatem feudi destinata, licet illa sint mobilia, & à feudo separari possint, *Bald. c. 1. §. si quis de manso. num. 3. & 4. & ibi Præpos. de controvers. investit. Oldrad. cons. 163. Bald. cons. 478. lib. 3. Petr. de Anchoran. Anton. de Butr. & Barbat. c. cùm dilecti extr. de donat. Cæpoll. in tractat. de servit. rusticor. prædior. cap. 31. num. 11. Martin. Laudens. in tractat. de Castellan. versic. quarto legato, Castro. Iacob. de S. Georg. in tractat. feudal. verb. fluminib num. 5. Ias in prælud. feudor. num. 22. Dec. cons. 655. num. 34. Ias. l. final. num. 3. ff. de Constitut. Princ. Catell. Cott. memoral. incip. castro mihi concesso. Tiraquell. in tractat. de utroq; retract. part. 1. §. 1. gloss. 7. num. 96. Arg. l. sed etsi quid inædificaverit. §. proprietatis. & ibi gloss. ff. de usufruct. l. item si feudi. §. seminario 5. ff. eod. titul.*

407 Et prædicta † multò magis procedunt secundum dispositionem juris Saxonici, *gloss. artic. 26 fol. 48. pag.* 4. Lehenrecht.

408 Absque omni dubio † verò prædicta locum habent in Regibus & Ducibus.

Namque in illis semper præsumitur, quòd omnia omninò mobilia ab ipsis possessa, sive illa ad perpetuam utilitatem Ducatus destinata sint, sive non, & ad patrimonium publicum spectent, & intuitu dignitatis acquisita sint, quodque eam ob caussam ad successores in Ducatu sive dignitate pertinere debeant.

Sicut hoc suprà docui.

409 Quintò, licet † fructus percepti vivò vasallo ex feudo sint allodiales, atque perinde ut reliquæ res allodiales, & hæreditariæ ad omnes omninò hæredes sive successores hæreditarios transeant, *Bald. cons. 170. num. 3. lib. 2. Signorol. de Homod. cons. 12. num. 2. Matth. de Afflict. c. 1. §. præterea si inter num. 16. de prohibit. feud. per Frideric. Matth. de Afflict. c. 1. §. his consequenter. num. 2. hic finitur lex. Curt. jun. in tractat. feud. 2. part. 3. part. princip. num. 47. Cardinal. Paris. cons. 55. num. 60. & 61. lib. 3. Boër. decis. 199. num. 7. Roland à Vall. consil. 71. num. 64. lib. 2. consil. 54. num. 30. lib. 3. Borgnin. Cavalcan. in tractat. de usufruct. num. 184. fac. id quod tradit Bald. l. cùm oportet. §. non autem versic. & quid si ex usu. num. 2. C. de bon. quæ liber. Bald. & Matth. de Afflict. c. 1. in princ. de success. feud. Iacob. de S. Georg. in tractat. feud. verb. ita etiam quod ipsi investiti. Alex. Ias. & Socin. l. divortio in princip. ff. solut. matrimon.*

Illaque sententia satis probatur per text. *d. c. 1. §. his consequenter. hic finitur lex. & c. 1. an agnat.*

Usque adeò ut sicut † in successione 410
bonorum allodialium, frater utrinque conjunctus, fratrem ex uno latere tantùm excludit: Ita quoque in successione fructuum ex feudo perceptorum, frater utrinque conjunctus, fratrem ex uno tantùm latere excludat.

Prout hoc expressè & in specie tradit *Bald. cons. 170. num. 3. lib. 2.*

Attamen † hoc tantùm procedit in feu- 411
dis non regalibus.

Secus autem est in feudis regalibus sive regalem dignitatem annexam habentibus.

Namque licet fructus ex talibus feudis percepti, similiter allodiales sint.

Attamen illi ad patrimonium publicum sive fiscum Ducis vel Principis pertinent.

Ideoque non ad successorem in hæreditate, sed ad successorem in Ducatu, vel alio feudo regali, Principatu nempe vel territorio devolvuntur.

Sicut hoc suprà docui.

Sextò, licet † secundum dispositionem 412
juris civilis mortuo vasallo, successor feudi successori hæreditatis æstimationem & precium melioramentorum restituere, vel saltem illi permittere debeat, quòd illa melioramenta auferat, *c. 1. §. si vasallus, & ibi Iacob. de Belvis. Andr. de Isern. Bald. Alvarott. Præpos. & Matth. de Afflict. hic finitur lex Guid. Pap. quæst. 169. August. Bero quæst. 96. Carol. Molin. in consuetud. Paris. part. 1. §. 1. gloss. 5. num. 70. Albert. Brun. cons. 105. num. 7. Ruin. cons. 24. num. 10. lib. 1. Albert. Brun. cons. 106. num. 2. Curt. jun. cons. 41. num. 10. Cardinal. Paris. cons. 22. num. 69. & cons. 23. num. 91. lib. 1. cons. 28. lib. 3. Carol. Molin. cons. 18. num. 10. Ari. Pinel. l. 1. 2. part. num. 71. C. de bon. matern. Cardinal. Paris. consil. 55. num. 23. lib. 3. Dec. Authent. qui rem. num. 14. C. de SS. Eccles. Aretin. l. Senatus. §. Marcellus. ff. de legat. 1. Menoch. in tractat. de recuperand. possess. remed. 15. num. 502. & 504. Ioseph. Lodovic. decision. 44. num. 6. usq; ad num. 12.*

Illudque locum † habeat, etiamsi illa 413
melioramenta à vasallò defuncto fuerint

facta de fructibus ex feudo perceptis, *Cardin. Parif. conf. 55. num. 23. lib. 3.*

Eaque decisio confirmetur per id, quod traditur, melioramenta censeri merè & omninò & allodialia & hæreditaria, *Bero conf. 73. num. 39. lib. 1. Francis. Burfat. conf. 44. num. 6. lib. 1.*

414 Attamen hoc † non procedit secundum dispositionem juris Saxonici.

Namque secundum dispositionem juris Saxonici, successor feudalis vasalli defuncti, omnia meliuramenta feudi lucratur, nec hæredi sive successori hæreditatis vasalli defuncti æstimationem solvere, vel illi melioramentum auferre, permittere cogitur, *Artic. 21.* Landrecht. *lib. 2.*

Et traditur in different. inter jus civile & Saxonicum, *lib. 1. differentia 36. & lib. 2. different. 71. addit. ad cap. 26. & gloss. ibidem. fol. 48. colum. 4* Lehenrecht *& in Constitut. Princip. Elector. Saxon. part. 3. cap. 31.*

415 Similiter quoque † & ego statuo, quòd successor in Ducatu vel territorio, nec secundum juris civilis quidem dispositionem, hæredi Ducis defuncti solvere cogatur æstimationem vel precium illarum meliorationum, quas defunctus in isto Ducatu vel isto territorio fecit, tali pecunia, talibusque bonis, quæ pecunia, vel quæ bona melioratiune non facta, ad successorem in Ducatu sive dignitate pervenissent, & pertinuissent.

Tum per id, quod tradit *Socin. l. quibus diebus. §. 1. num. 3. ff. de condit. & demonstrat. allegans ad hoc Bart. & Cuman. l. Lucius. §. quæ marito. ff. de legat. 2.*

Tum quia illius decisionis, quòd æstimatio meliorationum factarum in feudo ex fructibus feudi a successore feudali, hæredi vasalli restitui debeat, hæc ratio assignatur: Quia fructus feudi sunt & allodiales & hæreditarii & istis meliorationibus non factis ad successorem hæreditatis sive hæredem pertinuissent.

Quæ ratio cùm cesset. in meliorationibus factis à Ducibus & Dominis territoriorum, ista pecunia vel bonis, quæ melioratione non factâ ad successorem in dignitate pertinuissent.

Sequitur, quòd hoc casu cessare debeat & prædicta decisio, *l. quod dictum. ff. de pact. l. adigere. §. quamvis. ff. de jur. patronat. Tiraquell. in tractat. cessant. causs. part. 1. num. 125. cum multis sequentib. Nicol. Everhard. in sua topic. in loc. à cessat. ration.*

Sed ex suprà deductis liquet, quòd omnis illa pecunia, omniaque bona mobilia, quæ Dux J. senior habuit, ad patrimonium publicum sive fiscum suæ Illustris Celsitud. pertinuère, atque illius naturæ fuerint, quòd ad successores in Ducatu sive in dignitate pertinere debuerint.

Igitur sequitur, etiamsi probari vel fides fieri posset, quod Dux J. senior aliquas meliorationes in Ducatu Schlesevicensi, Holsatiensi, Stormariensi, Dithmarsiensi, vel in locis unitis, incorporatis vel pertinentibus fecerit.

Attamen Serenissimum Regem Daniæ & Ducem J. tanquam successores in Ducatu & dignitate non esse obligatos Duci A. tanquam fratri utrinque conjuncto, & hæredi æstimationem illorum melioramentorum solvere vel restituere.

Septimò, clari † & indubitati juris est, 416 quòd accessorium sequatur naturam sui principalis, quodque dispositum de principali etiam ad accessorium extendatur, & in accessorio locum habeat, *c. accessorium de regul. jur. lib. 6. l. cùm principalis. & ibi Dec. & Cagnol. ff. eod. titul. l. nihil dolo. §. cùm principalis. ff. eod. tit. l. 3. §. sed si quid. & ibi Bald. ff. de negoc. gest. l. inter socerum. §. cùm inter. ff. de pact. dotal. l. etiam. C. de jur. dotium. Tiraquell. in tractat. de constitut. possessor. part. 3. limitat. 7. num. 40.*

Similiter quoque clari & indubitati juris est, quòd dispositum de aliquo extendatur ad omnia annexa sive connexa, *c. translato. & ibi Felin. & Dec. extr. de constitut. l. 3. §. judicio tutelæ. & ibi Bald. ff. de contrar. judic. tutel. c. quamò. & ibi Dd. extr. de judic. gloss. c. quia in tantum. extr. de præbend. Cagnol. l. secundum naturam. num. 2. ff. de regul. jur.*

Et connexa de uno corpore judicantur, *Alex. conf. 85. colum. 2. lib. 3. Cagnol. d. l. secundum naturam. num. 2.*

Eodem quoque modo certum est, quòd dispositum de aliquo etiam in omnibus sequelis, omnibusque illis, quæ in consequentiam veniunt, locum habeat, & ad illa extendatur, *l. 1. §. 1. ff. si usufruct. petat. l. 3. §. qui habet. & ibi Paul. Castrens. ff. de servitut. rusticor. prædior. l. refectionis. & ibi gloss. ff. commun. prædior. l. qui procuratorem dat. ff. de procurator. l. 2. §. inspectio. ff. quemadmodum testament. aperiant. c. præterea extr. de offic. delegat. Nicol. Everhard. in sua topic. in loc. à*

loc. à conceſſ. antecedent. num. 1. fac. text. l. 2. ff. de juriſdict. omn. judic.

Sed certum eſt, nec non & ſuperiùs comprobatum, quòd leges, ſtatuta, conſuetudines & conſtitutiones Regni Daniæ de ſucceſſione ab inteſtato lineæ collateralis diſponentes, tantum habeant locum in ſucceſſione ab inteſtato lineæ collateralis, vera, propria & abſoluta, quodq; illæ nullo modo locum habeant in ſucceſſione vel feudi recti & proprii, vel Ducatuum vel dignitatum.

Et hoc quod patrimonium publicum ſive bona fiſcalia Ducis J. ſenioris, omnis nempe ſuæ illuſtris Celſitudinis pecunia, omniaque bona mobilia, moventia & nomina debitorum, quæ non probantur expreſsè aliundè quam ex Ducatibus & bonis pertinentibus, nec non & intuitù non dignitatis, ſed perſonæ acquiſita, pro dimidia parte ad Sereniſſimum Regem Daniæ & Ducem J. juniorem pertineant, quodque Dux A. in illis ultra dimidiam partem reſiduam nihil juris habeat, venit in conſequentiam ſucceſſionis in Ducatum ſive in dignitatem, ejusque eſt & ſequela & annexum ſive connexum & acceſſorium.

Igitur ſequitur, quòd leges, ſtatuta, conſtitutiones & conſuetudines Regni Daniæ de ſucceſſione ab inteſtato bonorum allodialium lineæ collateralis, & quidem vera & propria, diſponentes, ad patrimonium publicum Ducis J. ſenioris, & ad bona mobilia, moventia, & nomina debitorum ad illud patrimonium pertinentia minimè extendi poſſint.

Octavò conſuetudo facti eſt, & in facto conſiſtit, eamque cauſſam non præſumitur, ſed ab allegante probari debet, & quidem plenè formiter, ſpecificè & cum omnibus ſuis requiſitis.

Sicut hæc ſuprà comprobavi.

417 Et ad conſuetudinem † inducendam nec non & probandam, multa requiruntur juxta tradita per *Bart. Bald. & Dd. l. de quibus. ff. de legib. Bart. & Dd. l. 2. C. quæ ſit long. conſuetud. Abb. Roch. Curt. & Dd. c. final. extr. de conſuetud. Ioan. Fabr. Ang. & Dd. §. ex non ſcripto. & ibi tradita Inſtitut. de jur. natural. gent. & civil. cum multis ſimilibus tàm ordinariis quàm extraordinariis locis, quæ facilè in magna copia allegari poſſent.*

Itaque probatione conſuetudinis non adimpleta, juri communi inhærendum, & ſecundum jus commune pronunciandum eſt, *l. ſantimus. C. de teſtament. l. præcipimus. §. final. C. de appellat. cum ſimilibus vulgaribus.*

Similiter quoque certum eſt, † quòd 418 ſemper præſumatur, jus commune in omnibus omninò locis in viridi obſervantia fuiſſe, & ſervandum eſſe, quodque illi præſumptioni ſtandum ſit, donec probetur vel fides fiat, jus commune per contrariam conſuetudinem in loco aliquo ſublatum eſſe, *Dec. conſ. 149. colum. 2. Roland. à Vall. conſ. 90. num. 53. & 54. conſ. 99. num. 39. lib. 2. Roland. à Vall. in tractat. de lucro dot. quæſt. 99. circ. fin. Petr. de Benintend. deciſ. 13. num. 10. Borgnin. Cavalcan. in tractat. de tutor. & curator. num. 42. fac. text. l. Arriani. C. de hæretic. Paris de Put. in tractat. Syndicat. verb. judicare. cap. 1. num. 4.*

Huc accedit, † quòd mutatio non præ- 419 ſumatur, ſed ab allegante probari debeat, *l. 3. & l. eum qui ff. de probation.*

Tritiſſima quoque juris regula eſt; nec non & ſuperius comprobatum, quòd per non uſum non tollatur jus commune, ſed quod requiratur contrarius uſus.

Sed hactenus probatum non eſt, nec etiam unquam probari poterit, in imperio Romano conſuetudine receptum eſſe, quod mortuo Duce illius pecunia & reliqua bona mobilia item & nomina debitorum ex Ducatu vel reditibus Ducatus, aut etiam contemplatione Ducatus acquiſita, non ad ſucceſſorem in Ducatum, ſed ad hæredem defuncti, ſive ſucceſſorem in hæreditate tranſire debeant.

Igitur ſequitur, ſi vel Dux A. vel quilibet alius prædictam conſuetudinem allegare; vel ſuper illa ſe fundare niteretur, illum nullo modo audiendum ſed repellendum; illaque allegatione non obſtante in hac cauſa jus commune & ſervandum & ſequendum.

Deinde quoque ut opinor, nunquam doceri poteſt, in ſucceſſione Ducum Schleſvicenſium, Holſatienſium, Stormarienſium & Dithmarſienſium, intra centum & plures annos contrarium obſervatum fuiſſe.

Igitur ſequitur, etiamſi probari non poſſet, prædictam diſpoſitionem juris communis in ſucceſſione Ducum Schleſvicenſium, Holſatienſium, Storma-

riensium & Dithmarsiensium observatam fuisse, quia videlicet casus non contingit.

Attamen propter hunc non usum jus commune non esse sublatum vel correctum, sed nihilominus, quoad casum præsentem jus commune servandum.

420 Nonò, clari & indubitati † juris est, quòd per actum contrarium vel difformem etiam unicum, & ab uno solo homine celebratum, consuetudo & interrumpatur & impediatur, quò minus introduci possit, *gloss. l. nemo. §. temporalis. & ibi Dec. ff. de regul. jur. Bart. repet. l. de quibus. nu. 16. & ibi Bald. num. 29. Jas. num. 79. ff. de legibus. Alex. cons. 5. num. 13. cons. 127 nu. 10. lib. 5. Socin. cons. 7. num. 11. lib. 1. Bart. l. 2. num. 39. C. quæ sit long. consuetud. Roman. cons. 358. num. 7. Felin. c. cùm accessissent. num. 31. extr. de constitut. Corn. cons. 296. lib. 4. Angel. §. ex non scripto. num. 20. & ibi tradidi Institut. de jur. natural. gent. & civil. Abb. c. final num. 19. & ibi Roch. Curt. extr. de consuetud. Dec. cons. 275. Hieronym. Schurff. cons. 47. lib. 3. Cravett. cons. 313. num. 4. Francisc. Herculan. in tractat quis teneat probar. negat. num. 302. circ. fin. Hippol. Ruminald. cons. 72. num. 117. lib. 2. Franc. Balb. in tract. de præscription 5. part. 5. parr. princip. quæst. 12. num. 4.*

Usque adeò, ut unicus actus contrarius vel difformis consuetudinem impediat, etiamsi mille actus ad consuetudinem inducendam, sive vigore consuetudinis celebrati sint, *Bald. l. de quibus. num. 29. ff. de legibus.*

Multò verò magis per actum unicum contrarium vel difformem non usus impeditur & interrumpitur.

421 Eam ob caussam, † quia non usus est longè debilior contraria consuetudine, *Jas. l. de quibus. num. 53. ff. de legibus.*

Sed ego, si necessitas hoc flagitaret, facilè non unum sed multa exempla adducere possem, in quibus successores in Ducatu, in imperio Romano sito, omnem & pecuniam & omnia alia bona mobilia & moventia, nec non & nomina debitorum à Duce defuncto relicta, retinuêre, & de illis filiabus, sororibus vel aliis personis, ad quas successio hæreditaria secundum dispositionem juris communis spectavit, nihil penitus dedêre, concessêre vel permisêre.

Igitur sequitur, etiamsi fides fieri posset, quod in aliquorum Ducum Germaniæ successione contrarium observatum esset, quod tamen per hanc contrariam observantiam consuetudo introduci non potuerit, quodque ista observantia contraria non obstante, in casu præsenti jus commune servandum & sequendum sit.

Cùm sit clari & indubitati † juris, quòd non exemplis sed legibus judicandum sit, *l. nemo. C. de sentent. & interlocut. omn. judic.* 422

Quodque non id, quod factum est, sed quod fieri debebat, inspiciendum & sequendum, *l. sed & licet. & ibi gloss. ff. de offic. præsid.*

Decimò consuetudo † qualibet præsertim juri communi contraria vel a jure communi exorbitans, est strictù juris, strictè intelligenda, & quantum fieri potest, restringenda, & neque de persona ad personam, neque de re ad rem, neque de casu ad casum, neque de loco ad locum extendenda. 423

Usque adeò ut secundum aliquorum Dd. sententiam consuetudo introducta inter volentes non extendatur ad invitus & contradicentes, prout hæc omnia suprà comprobavi.

Sed ut opinor, in Ducatu Schlesevicensi, Holsatiensi, Stormariensi & Dithmarsiensi nunquam talis consuetudo recepta fuit, quòd mortuo Duce, illius pecunia, & cætera bona mobilia vel moventia, aut nomina debitorum, quæ defunctus ex fructibus & reditibus ordinariis vel extraordinariis Ducatus redegit, vel intuitu sive contemplatione Ducatus acquisivit, non penes successores in Ducatu remansêre, sed ad illos, ad quos secundum dispositionem juris communis successio hæreditaria spectat, devoluta sint.

Igitur sequitur, etiamsi probari posset, talem consuetudinem in aliis Ducatibus receptam esse, quod tamen meo judicio fieri nequit.

Attamen illam consuetudinem nullo modo extendi posse ad Ducatum Schlesevicensem, Holsatiensem, Stormariensem & Dithmarsiensem, & sic ad casum nostrum; quodque illa consuetudine non obstante nihilominus in casu nostro, jus commune servandum sit.

Unde-

424 Undecimò, renunciatio † nihil operatur eo casu, quando renuncianti nihil juris competiit, sicut hoc satis probatur.

Tum quia & legibus cautum & superius comprobatum est, quòd reservatio nihil operetur, quando reservabile non extat vel non reperitur, vel quando reservanti nullum jus competit.

Tum quia exceptio facta de re, quæ non extat, vel non reperitur, nihil operatur, *l. si quis legaverit. & ibi Bartol. Ias. & Dd. ff. de legat. 1.*

Sed certum est, quòd filiabus atque sororibus Ducum, in pecuniis reliquisque bonis mobilibus, nec non & nominibus debitorum, ad patrimonium publicum Ducatus pertinentibus, nullum penitùs jus competat.

Igitur sequitur, licet in toto Imperio Romano usitatum atque consuetum sit, quòd filiæ & sorores Ducum, quando illæ elocantur, jurejurando renuncient omnibus bonis & mobilibus & immobilibus.

Attamen illam renunciationem penitùs omni effectu carere, nec ex illa inferri posse, quòd filiabus vel sororibus, tanquam hæredibus patris vel fratris in istis bonis aliquod jus competat.

425 Duodecimò, licet † privatio præsupponat habitum, & a privatione ad habitum arguere liceat, *l. decem. & ibi Bart. Ias. & Dd. ff. de verbor. obligation. l. manumissiones. ff. de justit. & jur. l. Iulianus. ff. de repud. l. Titio ususfructus. in princip. ff. de condit. & demonstrat. Institut. de Libertin. in princ. §. servus. & ibi Angel. Instit. de capit. diminut. c. ad dissolvendum extr. de desponsat. impub. Nicol. Everhard. in sua topic. in loc. à privat. ad habit. Ioan. Cephal. cons. 339. num. 31. & 38. cons. 380. num. 6. cons. 383. num. 23. cons. 436. nu. 51. cons. 448. num. 2.*

426 Attamen ex renunciatione † colligi vel probari non potest, renuncianti aliquod jus competiisse.

Sicut hoc satis probatur per *l. præses. C. de transact. gloss. l. contra juris. §. si filius. ff. de pact. gloss. l. Imperatores. ff. eod. titul. gloss. l. pactum curatoris & ibi Bart. Angel. & Salicet. C. de pact. Bart. cons. 47. circ. fin. Bald. l. 1. colum. 1. C. de bon. matern. Bald. c. cùm contingit circ. med. extr. de transact. Angel. l. penult. versic. quinta fuit. ff. de duob. reis. Roman. cons. 50. Petr. de Anchor. cons. 136. Alciat. l. dedisse. ff. de verbor. obligat. Dec. cons. 297. colum. fin.*

Ideoq; renunciatio sive † remissio non indiget insinuatione, nisi probetur vel constet, renuncianti sive remittenti jus competiisse, & quidem liquidum & indubitatum, *Bald. Angel. Salicet. & Paul. Castrens. d. l. contra juris. §. si filius. ff. de pact. Bald. Angel. & Paul. Castrens. l. tale pactum in princ. ff. eod. titul. Bald. l. in personam. ff. eod. titul. Raph. Cuman. cons. 24. colum. 3. Roman. l. Modestinus. ff. de donation. Alex. Anton. ab Alexandr. & Ias. l. pactum curatoris. C. de pact. Barbat. cons. 41. colum. 16. lib. 1. Anton. de Canaria in tractat. insinuation. quæst. 46. Alciat. l. dedisse. ff. de verbor. significat.* 427

Igitur etiam ex hoc sequitur, ex illo quòd filiæ & sorores Ducum renunciant, omnibus bonis mobilibus & immobilibus inferri non posse, quòd filiabus, sororibus vel aliis hæredibus aut successoribus hæreditaris in istis bonis mobilibus aliquod jus competat.

Decimo tertiò, † argumentum à privatione ad habitum non procedit eo casu, quando subjecta materia sive natura illius rei, de qua agitur, refragatur vel contrarium suadet, *Nicol. Everhard. in sua topic. in loco à privat. ad habit. num. 3.* 428

Sed certum est, quòd talis sit & subjecta materia & natura omnium bonorum mobilium & allodialium Ducum & Principum, quæ ad patrimonium publicum sive Reipublicæ pertinent, quòd illa non transeant, neque ad filias neque ad sorores, neque ad alios hæredes vel successores hæreditarios, sed quòd illa & remaneant & remanere debeant, penes successores in Ducatu sive Republica.

Igitur etiam ex hoc sequitur, ex ista renunciatione contra naturam & subjectam materiam colligi non posse, quòd filiabus, sororibus vel aliis hæredibus aut successoribus hæreditariis in illis bonis aliquod jus competat.

Decimo quartò, † illud supervacuum dici non potest, quòd aliquid saltem quantumvis minimum operatur, *Angel. cons. 194. Ias. l. quoties in stipulationibus. num. 4. limitat. 3 ff. de verbor. obligat.* 429

Quinimò illud, quod dubitationem aliquam, quæ saltem de facto moveri potest, excludit vel removet, supervacuum dici nequit,

nequit, *Roman. conf. 117. colum. 2. Alex. consil. 23. colum. 2. lib. 1. Corn. conf. 201. col. pen. lib. 3. Dec. c. at si Clerici. §. de adulterijs. colum. 4. extr. de judic, Aym. Cravett. consil. 70. num. 29. lib. 1.*

Sed certum est, quòd illa renunciatio aliquid operetur saltem, quoad bona pertinentia ad privatum patrimonium Ducum.

Similiter per istam renunciationem removetur ista dubitatio, istaque controversia & lis, quæ Ducibus à maritis filiarum vel sororum saltem de facto moveri posset.

Igitur sequitur, istas renunciationes non esse supervacuas & sine effectu operandi, etiamsi ex illis non colligatur, quòd filiæ, sorores vel alii hæredes Ducum in bonis ad patrimonium publicum pertinentibus aliquod jus habeant.

Decimo quintò & ultimò, multa sæpè
430 fiunt † & celebrantur non ad istum finem, ut aliquid operentur, sed pro abundanti cautela, & factum pro abundanti cautela non debet trahi vel extendi ad id, ut aliquid operetur, *Abb. conf. 97. colum. final. verf. non obstat. lib. 2. Aym. Cravett. conf. 70. num. 30. lib. 1.*

431 Et in iis, quæ † fiunt pro abundanti cautela, non habet locum argumentum à privatione ad habitum, *gloff. c. venerabilem verb. postulavit. & ibi Hostiens. & Ioan. de Imol. extr. de elect. Ioan. Andr. c. cùm dilectus circ. fin. extr. de ordin. cognition. Bart. & Dd. l. decem. ff. de verb. obligat. Nicol. Everhard. in sua topic. in loc. à privat. ad habit.*

432 Præterea quoque † potiùs admittitur ut dispositio aliqua sive verba dispositionis sint supervacua & sine effectu operandi, quàm ut aliquid operentur contra naturam rei sive subjectam materiam, *Bald. rubric. quæst. 9. C. de contrahend. empt. Alex. conf. 21. colum. 2. lib. 5. Caffan. conf. 55. num. 6. Socin. regul. 440. limitat. 2. Dec. l. quoties idem sermo. num. 2. ff. de regul. jur. Dec. conf. 473. nu. 11. Godzadin. conf. 74. num. 16. Cephal. conf. 104. num. 8.*

Deinde quoque legibus cautum † est, 433 quòd unum verbum vel una dispositio respiciens plures res, respectu omnium, & idem operetur, & eundem finem respiciat, *l. iam hoc jure. & ibi Iaf. ff. de vulgar. & pupill.*

Sed certum est, quòd & filiæ & sorores Ducum renuncient non tantùm bonis mobilibus & allodialibus, sed etiam Ducatibus & feudis.

Similiter quoque certum est, quòd filiæ & sorores in Ducatibus & feudis nihil penitùs juris habeant, sed quòd renunciatio Ducatuum vel feudorum fiat tantùm pro abundanti cautelâ.

Igitur sequitur, per hoc satis probari, quòd etiam renunciatio illorum bonorum mobilium & allodialium, quæ ad patrimonium publicum Ducum pertinent, pro abundanti cautela facta esse censeatur.

Præterea quoque certum est, quod natura & subjecta materia illorum bonorum mobilium & allodialium, quæ ad patrimonium publicum Ducis pertinent, talis sit, quòd talia bona penes Ducatum sive rempublicam & successores in Ducatu sive Republica remanere debeant, quodque in illis hæredes sive successores hæreditarii nullum penitùs jus usurpare possint.

Igitur etiam ex hoc sequitur, quòd ex ista renunciatione, sumpto argumento à privatione ad habitum, contra naturam & subjectam materiam illorum bonorum colligi nequeat, quòd filiæ, sorores, vel alii hæredes sive successores hæreditatis, in talibus bonis, aliquod jus habeant, quodque potiùs permittendum sit, ut illa renunciatio sit supervacua, quàm ut prædicta interpretatio contra naturam & subjectam materiam illorum bonorum capiatur.

Et sic ex hisce omnibus clarè liquet atque patet, nostram decisionem factam ad tertiam quæstionem, verissimam & indubitatam esse.

CON-

CONSILIUM QUARTUM PRO REVERENDISSIMO ET ILLUSTRISSIMO Dn. ADMINISTRATORE MAGDEBURGENSI.

In quo differitur de jure sessionis sive præeminentia Reverendissimi & Illustrissimi Domini Administratoris Primatus & Archiepiscopatus Magdeburgensis, in Imperio, solis Electoribus exceptis, præ cæteris omnibus aliis Archiepiscopis, Episcopis reliquisq; Principibus tam secularibus quàm ecclesiasticis.

Ubi inter alia de termino ad agendum præfixo: item de jure possession: & præscript: multaq; de honore & dignitate Primatum præ cæteris tam Episcopis quàm Archiepiscopis: & in quibus Patriarchæ & Primates æquiparentur.

SUMMARIA.

1. Terminus ad agendum præfixus; peremptorius est, & exclusivus extenditur ibid.

Declaratur num. 149. & seqq. & nu. 197. & seqq. & nu. 261. 263.

2. Ad tempus vel intra certum tempus permissum, post illud censetur esse prohibitum.

Declaratur nu. 264.

3. Terminus legalis peremptorius & exclusivus est.

Extenditur ibid.

Declaratur nu. 265.

4. Termini lapsus vim renunciationis obtinet.

Pacti de non petendo.

Consensus.

Declarantur hac nu. 266. 270. ex dictis sub nu. 210.

5. Regressus non datur ad illa, quib. quis semel renunciavit.

6. Consentiens ius suum perdit, alienum fortificat.

7. Consensum semel qui præstitit, pænitere non potest.

8. Terminus legalis vim habet præscriptionis.

Tempus in lege expressum est forma eorum, de quibus in lege disponitur, num. 11.

Declarantur hac nu. 271.

9. Post præscriptionem completam, nemini agere permittitur.

10. Exceptio præscriptionis etiam ante litem contestatam ad impediendum litis ingressum, opponi potest.

12. Forma, quàm præcisè servari debeat.

13. Mora quando purgari non possit.

14. Generalis lex generaliter intelligi & ita accipi debet, ut omnes casus omnesque personas comprehendat.

Extenditur hoc ibid.

Xn 4 Decla-

Declaratur latè num. 272. ex dictis sub nu. 63. 65. & seqq.

15. Sub genere comprehenduntur omnes species.

16. Quod item extenditur.

At declaratur sub d. nu. 63. 65. & multis seqq. & d. nu. 272. fusè.

17. Generalis lex comprehendit etiam personas constitutas in dignitate maxima.

Contrarium tenent Dd. relati. nu. 65.

Quorum sententiam magis communem dicit auctor. num. 273.

Et potissimum procedere in casib. quam plurimis relatis. nu. 274.

18. Dies vel tempus pro homine interpellat.

19. Extenditur hoc.

Fallit, quando agitur de excludendo quem à iure vel actione , secund. communem nu. 149. 275.

Aliis praeterea modis limitatur 151. & seqq. & nu. 276.

20. Ignoranti regulariter nullum tempus currit.

21. Potissimum in casib. ibid.

22. Ignorantia iuris non praesumitur.

23. Nec eius, quod publicè notum vel notorium est. nu. 25.

24. Lex publicè promulgata omnib. nota esse praesumitur.

26. Scire etiam id praesumitur quis, quod is inquirere tenetur.

27. Ignorantia iuris nemini patrocinatur.

28. Idem est, in ignorantia crassa & supina vel improbabili.

29. Et affectata, Decl. nu. 277. 278.

30. Itemq; & ignorantia eorum quae scire quis facile potuit, vel inquirere debuit.

31. In Comitiis imperii statuta facile sciri possunt, & quilibet illa inquirere tenetur.

32. Certus qui est, certiorari ulterius non debet.

Declaratur nu. 279.

33. Per legis constitutionem certa, nemini necessario insinuari vel notificari debent.

Confirmatur ibid.

Declaratur nu. 149. 280.

34. Sessionis ut & aliorum iurium possessio etiam per actum unicum adquiritur.

Et animo non retinetur, ibid.

Contrarium quo ad ultimum firmatur & asseritur. num. 156.

Declaratur utrumq; nu. 28.

Quae declarationes parum firmantur, & sumuntur ex dictis sub nu. 157. 159. 160. & seqq. 165. & seqq.

35. Possessio quaevis praesumitur esse iusta, legitima, & b. f. adquisita & continuata.

36. Etiamsi titulo careat.

37. Quod potissimum obtinet in possessione longi temporis.

38. Multò magis in possessione 30. ann.

39. Etiamsi constet de antiquiore adversarii, & nu. 285.

Declarantur haec nu. 282. 283. 284. & aliquot seq.

Quid si possidenti ius commune refragetur. num. 286. & nu. 295.

40. Possessio 30. annorum praesumitur habere iusticiam permanentem.

41. Post lapsum 30. ann. malam fidem allegare non licet, secund. Bart. & alios.

Declaratur nu. 295.

42. Praescriptio contra actiones annales, & minoris temporis etiam cum mala fide currit, secund. quosd.

Declaratur nu. 188.

Respondetur etiam nu. 296.

43. Ex lapsu temporis longi praesumuntur & probantur omnes solennitates, & omnia requisita extrinseca in actu aliquo intervenisse.

44. Etiam in praeiudicium Ecclesiae.

45. Item & iusta atq; legitima causa ex lapsu longi temporis praesumitur.

Declarantur haec n. 297. 298. 299. 300.

46. Tempus de proximo complendum, pro completo habetur.

Declarationem & hoc capit ex dictis, sub num. 298.

47. Ex

47. Ex tarditate longa, inducitur suspicio, quod quis nullum ius foveat.

48. Et eius efficacia est, ut actorem ab agendo repellat secundum quosd.

Contrarium, quod hae praesumptio iuris tantum sit, & contraria tollatur, dicitur nu. 301.

49. Terminum à lege praefinitum iudex prorogare, alterare vel mutare non potest.

50. Maximè in casu ibid.

Declaratur utrumq. tamen num. 302.

51. Restitutio in integrum non conceditur contra ea, quae iure communi cauta sunt.

Declaratur nu. 304. ex latè dictis sub num. 197. & seqq. & num. 207. & seqq.

52. Ne concedi debet ob modicam laesionem.

53. Ne Ecclesiae quidem.

Contrarium quoad utrumq. latè docetur nu.233.

Et illud absq. omni dubio verius & communius esse dicitur in casis relatis nu. 234. & nu. 307.

54. Honoris, sessionis vel praeeminentiae videtur minimum interesse.

55. Quod confirmatur aliquot rationib.

At improbatur haec sententia nn. 305.

Et contrarium latè docetur num.212. & seqq. in specie nu. 223. & seqq.

Declaratur tamen prior sententia si quo casu salvari potest num.306.

56 Ecclesia contra Ecclesiam, Archiepiscopo contra Archiepiscopum restitutio in integrum non conceditur secund. quosd.

Confirmatur nu. seq.

At falsam hanc sententiam dicit auctor textib. rationib. firmis refragari & communiter reprobatam esse. nu.308.

Et id ipsum latè docet & ostendit. nu.210.

57. Privilegiatus non nititur suo privilegio adversus pariter privilegiatum.

Declaratur nu.211.

58. Restitutio in integrum adversus praescriptionem, statutariam non conceditur. secund. multos.

Quod improbatur nn. 255. & nu.309. & seq.

59. Restitutio in integrum non aliter obtinet, nisi petens probet, se sua facilitate vel dolo adversarii laesum esse secund. quosd.

Sed & hoc probatur num. 247. & nu 311.

Et latè contrarium verius & communius esse docetur. item nu. 248. & seq.

60. Restitutionem in integrum petere Ecclesiis & Rebuspub. non permittitur, nisi intra quadriennium à die laesionis.

61. Restitutio in integrum quo casu petitur, adversus lapsum temporis minoris quadriennio, illa proponi non potest, nisi intra tempus, quantum illud est, ex cuius lapsu laesio contingit secundum multos.

Contrarium multi alii tenent relati nu.245.

Quod auctor probat, & absq. omni dubio procedere dicit in cas. ibid. num. 246.

62. Primates in quanta dignitate sint, & quam etiam quo ad sessionem prae caeteris tam Episcopis quam Archiepiscopis privilegiati sint.

63. Dispositio quantumvis generalis ad quae tamen non extendatur, & nn 65. 71. 73. & seqq.

64. Magdeburgensis Episcopus citra controversiam Germaniae Primas est.

Et omnib. Archiepiscopis, & Episcopis reliquisq. Germaniae Principibus praefertur num. 125.

66. Statuta stricti iuris sunt.

67. Potissimum si iuri communi sint contraria.

68. Vt & caetera omnia quae iure communi recedunt.

69. Et omnia odiosa.

70. Item poenalia.

72. Actiones omnes regulariter perpetuae sunt, & usq. ad 30. vel 70. annos durant.

73. Dispo-

73. *Dispositio quantumvis generalis, ita accipi debet, ne per illam Respub. lædatur.*

74. *Primatib. ut honor & dignitas debita, salva & illæsa servetur, Reipub. interest.*

75. *Constitutio quævis ita intelligi debet, ne per illam Ecclesiis & ecclesiasticis personis in iurib. dignitatib. & libertatibus ipsorum præiudicium inferatur.*

76. *Et constitutiones repugnantes vel detrahentes libertati ecclesiasticæ, per se & ipso iure nullæ sint.*

77. *Constitutiones quæ & quando dicantur contra libertatem Ecclesiæ esse, & libertati Ecclesiæ refragari.*

78. *Inferior in præiudicium superioris nihil disponere potest.*

79. *Constitutio omnis secundum ius commune intelligi debet.*

80. *Etiamsi iuris communis sit correctoria, vel iuri communi contraria secund. comm.*

81. *Contrarium multi tenent relati ibid.*

82. *Quorum sententiam communiter reprobatam attestantur Claud. de Seisell, & alii.*

83. *Primas nullo modo à sede, throno vel dignitate sua amoveri vel turbari debet.*

84. *Constitutio omnis ita interpretari debet, ne per illam iuris communis correctio inducatur.*

85. *Ampliatur & extenditur hoc.*

86. *Iura iuribus concordanda, & lex una secundum aliam declaranda.*

87. *Lex posterior à priori declarationem recipit.*

88. *Extenditur & hoc.*

89. *Lex generalis subsequens, nunquam derogat legi speciali concedenti vel antiquiori.*

90. *Confirmatur hoc.*

91. *Et ampliatur.*

92. *Constitutio generalis subsequens & clausula derogativa carens, nunquam extenditur ad leges præcedentes etiam generales, clausulam derogativam habentes, nec iis derogat.*

93. *Firmatur hoc trib. rationib.*

94. *Constitutio nulla ita accipi potest, ut per illam intelligatur correctum vel sublatum illud ius, quod in Comitiis generalibus prius constitutum & definitum est.*

95. *Vel ut per illam intelligatur derogatum privilegio, Corpori iuris inserto.*

96. *Nec ulla constitutio extenditur ad id, quod statuentib. de iure vel de facto impossibile est, & num. 267.*

97. *Vel ad id quod constituentes verisimiliter in specie in illa constitutione includere noluerunt.*

98. *Vel in quib. constituens se solet difficilem reddere vel ad id quod notorium est, num. 101.*

99. *Imperator & imperium difficilem se solet reddere in præiudicando Primatib. in iure ipsorum.*

100. *Pro expresso in quavis dispositione quid habeatur.*

101. *Notorium ab omni lege quantumvis generali exceptum esse intelligitur.*

102. *Exceptiones peremptoriæ regulariter ante litem contestatam opponi nequeunt.*

Fallit si notoria sint ibid.

103. *Agenti remedio recuperandæ possessionis regulariter nulla exceptio obstat.*

104. *Fallit, si notoria exceptio sit.*

105. *Agenti remedio l. si quis conductionis. C. de loc. & cond. regulariter nulla exceptio obiici potest.*

106. *Nisi notoria sit.*

107. *Petenti revocationem attentatorum pendente lite, regulariter nulla exceptio obstat.*

Fallit ibid.

108. *Appellatione pendente ad executionem sententiæ quando procedi possit.*

109. *Exceptio opposita testib. ante examen, quando examinationem impediat.*

110. Ex-

110. *Exceptio feloniæ quando semper petentem investituram repellat.*

111. *Lex generaliter prohibens appellationem, non intelligitur reiicere appellationem à sententia continente notoriam iniquitatem.*

112. *A sententia lata in iudicio possessorio quo casu indistinctè appellare liceat.*

113. *Corpori iuris inserta, notoria sunt.*

114. *Et quæ in imperio Romano publicè sunt promulgata.*

115. *Privilegium quale & quando allegare vel insinuare necesse non sit.*

116. *Privilegium non præsumitur sed probari debet.*

Declaratur hoc tamen ibid. & num. seq.

117. *Notorium quando ne allegare quidem necesse sit.*

118. *Post terminum legalem peremptorium & exclusivum iura & leges in iudicium deducere prohibitum non est.*

119. *An etiam privilegia?*

120. *Notorium quod est, vel evidens semper & quandocunq; in iudicium deduci potest, nullius termini legalis peremptorii lapsu obstante.*

121. *Comprobatur hoc aliquot rationib.*

122. *De litib. vel reb. litigiosis lex loquens, non extenditur ad lites calumniosas vel iniustas.*

123. *Vel inutiles & invalidè motas.*

124. *Lis quando dicatur calumniosa & iniusta.*

126. *Verba, quomodo secundum subiectam materiam rei quâ de agitur, intelligi debeant, usq; ad num. 131.*

127. *Etiamsi prægnantia sint.*

128. *Vel universalia.*

Geminata.

Apta infinitatem comprehendere.

129. *Etiam in materia, in qua alioquin stricta interpretatio fieri debet.*

130. *Ut in statutis.*

131. *Verba ut supervacua sint, potius admitti debet, quàm ut quid contra subiectam materiam operentur.*

132. *Sessionis subiecta materia quæ?*

133. *Constitutio quævis secundum verisimilem mentem disponentis intelligi debet.*

134. *Mens disponentis talis præsumatur qualis de iure esse debet.*

135. *Idq; obtinet etiam in Principum dispositionibus.*

136. *Per nullam constitutionem quantumvis generalem censetur esse derogatum privilegiis, concessis personis alioquin privilegiatis.*

137. *Vel iuribus & privilegiis quæ aliquo modo roborata sunt.*

138. *Et constitutio quantumvis generalis restringi debet, ut evitetur id, quod iniquum est & absurdum.*

139. *Verba etiam generalia, universalia, geminata vel præcisa quomodo tamen restringi debeant, latè & pulchrè, hic & nu. seq.*

Collige etiam ex num. præcedentib. item ex dictis sub num. 143. 144. 146.

140. *Ardua & gravia specialem expressionem requirunt.*

141. *Inter ius sessionis Primati Germaniæ, & reliquis tam ecclesiasticis quàm secularib. Principib. competens quanta ratio diversitatis militet.*

142. *Ratio ubi diversa est, ibi & ius diversum esse debet.*

143. *Ex multis sensib. quis & qualis eligendus, & nu. seqq.*

144. *Aequitatem iudex quamopere ante oculos habere debeant.*

De æquitate ibid. multa.

145. *Interpretatio scripturæ spiritus est.*

147. *Pœnæ non habent locum nisi in casib. in iure expressis.*

148. *Privatio iuris sui pœna est.*

149. Per

149. *Per lapsum termini ad agendum præfixi an non aliter quis actione & iure suo privetur, nisi à iudice bis fuerit admonitus, & nu. seq.*

150. *Dd. Decisiones intelligendæ sunt secundum textus, quæ pro eis citant.*

151. *Lapsus termini ad agendum præfiniti regulariter non nocet, nisi adversarius termino elapso compareat, & non agentis contumaciam accuset.*

152. *Et index interloquatur, eum, cui terminus præfinitus est, ulterius non audiendum.*

153. *Quod etiam obtinet in termino à lege præfixo.*

154. *Post lapsum termini quantumvis peremptorii nemo prohibetur ius suum deducere, eo casu, quando non constat ius partis adversæ deterius effectum.*

155. *Et hoc etiam in termino legali obtinet.*

156. *Possessio iuris sessionis, ut & similium iurium solo animo retinetur.*

157. *Possessio iurium qualiter adquiratur.*

158. *Scientia & patientia non præsumitur.*

159. *Quando per nullum penitus usum quis possessionem iuris sui amittat.*

160. *Possessionem iuris alicuius, quamdiu quis habet, alius eiusdem possessionem adquirere nequit.*

161. *Possessio iuris improbi nullo tempore adquiri potest.*

162. *Ampliatur hoc.*

163. *Maximè in casu.*

164. *Vis clausulæ decreti irritantis & nu. 181.*

165. *Possessio sessionis vel prælationis Primati Germaniæ competentis, sine titulo iusto & legitimo adquiri nequit.*

166. *Probatur hoc aliquot rationib.*

167. *Magdeburgensi Archiepiscopo tanquam Primati Germaniæ ius sessionis ne Imperator quidem auferre potest.*

168. *Præsumptio facti est, & probari debet.*

169. *Etiamsi immemorialis sit.*

170. *Qualiter verò probanda sit & quæ ad hoc requirantur.*

171. *Reus excipiendo actor fit.*

172. *Exceptio quomodo probari debeat.*

173. *Præscriptio sine possessione non procedit.*

174. *Ne centenaria quidem.*

175. *Nec contra eum qui alterius rei possessionem saltem civilem habet.*

176. *Præscriptio in iuribus non currit, nisi interveniente scientia & patientia illorum, de quorum præiudicio agitur.*

177. *Et hoc etiam in præscriptione immemoriali obtinet secund. multos.*

178. *Præscriptio iurium quomodo interrumpatur.*

Et quid in præscriptione immemoriali nu. 189.

179. *Possessioni quando lex resistit, nemo se alicuius temporis etiam immemorialis lapsu tueri potest.*

180. *Idem est, quando lex præscriptioni resistit.*

182. *In mala fide esse quis dicatur.*

183. *Præscriptione tueri se non potest qui in mala fide est.*

184. *Ne immemoriali quidem.*

185. *Et hæc obtinent etiam in foro civili.*

186. *Præscriptio à statuto introducta, nunquam currit cum mala fide.*

187. *Etiamsi præscriptio introducta sit horarum, dierum vel mensium.*

190. *Præscriptio contra Ecclesiam non currit nisi 40. annorum, secundum quosd.*

191. *Contrarium multi tenent relati ibid.*

192. *Ecclesiis contra omnem omninò læsionem restitutio in integrum conceditur.*

193. Et

193. Et Rebuspublicis.

194. Omninò omnibus.

Etiam contra lapsum termini à lege vel consuetudine praefixi n. 203.

195. Regib. & Principib. quomodo ad exemplum Reipub. restitutio in integrum concedatur.

196. Patriarcha & Primates quibus aequiparentur.

197. Ecclesia quomodo contra lapsum termini in integrum restituatur & n. 199.

198. Lex generalis quae generaliter intelligi debeat.

200. Ecclesia etiam contra praescriptionem 40. annorum restitutio in integrum concedi debet.

201. Multò magis contra praescriptionem minoris temporis.

202. Et indubitanter contra praescriptiones praeiudiciales.

204. Ecclesia in omnib. & per omnia jure minoris fruitur.

205. Et ipsi & Reipublica perinde ut minori restitutio conceditur, etiam contra hoc, quod à jure & actione sua exclusa est.

206. Ecclesia vel Praelatus Ecclesiae, actionem & jus liquidum remittere, nec tacitè nec expressè potest.

207. Ecclesiae & Praelatis contra consensum tàm tacitum quàm expressum restitutio in integrum conceditur.

208. Adversus alienationem veram vel fictam.

209. Contra remissionem tacitam vel expressam.

212. Honoris & dignitatis jactura quàm gravis & n. seqq.

213. Vasallus jacturam honoris vel dignitatis domino inferens feudum amittit.

212. Vel honorem & dignitatem domini non defendens.

215. Quid si filius honori vel dignitati patris insidietur.

216. Et donatarius donatoris.

217. Lata culpa quando dolo non aequiparatur.

218. Vitam ut armata manu defendere licet, sic & honorem & dignitatem.

219. Et quae pro vita, eadem & pro honoris defensione permissa censentur, & n. seq.

220. Duellum quibus casib. permissum.

221. Causa honoris & dignitatis gravis est & ardua.

222. Imò gravissima.

224. Locum & sedem superioris sibi arrogare praesumens, repelli ab hoc conatu debet.

225. Etiam per officium judicis.

226. Sacrilegii reus efficitur.

227. Actione iniuriarum conveniri potest.

228. Locum proprium amittit.

229. Aliusq; legitimis poenis plecti debet.

230. Honorem & dignitatem negligere indecorum est.

231. Crudelitati aequiparatur.

232. Honor & dignitas in sessione consistit.

235. Restitutio in integrum peti potest, etiam adversus laesionem de futuro.

236. Appellare & ob gravamen futurum licet.

237. De flumine non navigabili ex quo aliud navigabile fit, quid juris statuatur.

238. De termino dispositum obtinet etiam in via per quod ad terminum progreditur.

239. De causa, secundum causatum judicium sumitur.

240. De spe, quando idem juris quod de re ipsa statuatur.

241. De antecedente, idem jus quod de consequente disponitur.

242. Dispositum de uno connexis, etiam in alio obtinet.

243. Restitutio in integrum nunquam exclusa censetur.

244. Quod extenditur.

249. Opinio quæ lege non nititur, tenenda non est.

250. Restitutionem in integrum petentes, non aliter audiuntur, nisi læsos se probaverint.

251. Declaratur hoc tamen & n. 253. 254.

252. A communiter accidentibus sufficit probationem concludere.

256. Pro jure sessionis & similib. honoribus, & petitorium & possessorium competit.

257. Et in uno eodemq; libello cumulari & proponi potest.

258. Sicut & petitio restitutionis in integrum & actio rescissoria potissimum quando id fit ordinatè & conditionaliter.

259. Contrarium tenent Bald. Abb. & Ang. malè.

260. Vis clausulæ omni meliori modo etiam, item petens sibi jus & justitiam administrari, & similia.

262. Dispositio nulla extra terminos extendi debet.

268. Constitutio qualibet restringitur ad habiles.

269. Taciti & expressi regulariter eadem virtus est.

283. Titulo carens malæ fidei possessor præsumitur secund. quosd.

284. Plures recensentur casus, in quib. possessor in mala fide esse præsumitur.

287. Ex possessione vel q. ut præsumtio aliqua colligi possit, quid requiratur.

288. Ex lapsu temporis longi vel longissimi in præiudicium pupilli vel minoris præsumptio capi nequit, secund. multos.

389. Idem juris esse videtur cum agitur de præiudicio Ecclesiæ.

290. Præsumptio ex lapsu temporis descendens, quando cesset.

291. Præsumptio ex lapsu temporis descendens procedit tantum de jure civili, non de jure canonico, secund. quosd.

292. Præsumptio ex lapsu temporis descendens, cuiusmodi sit, & quomodo elidatur.

293. Mala fides quomodo probetur.

297. Præsumptio ut ex lapsu temporis colligi possit, quid requiratur?

300. Donatio vel remissio juris liquidi ab Ecclesia vel Prælatis facta, per se & ipso jure nulla est, etiamsi in illa intervenirent omnes omninò solennitates.

303. Imperator ex justa causa auferre alicui potest etiam ius ex contractu quæsitum.

310. Opinio etiam communiter recepta quando non tenenda.

312. Dolus & fraus quomodo probetur, item & facilitas.

DEr Durchlauchtigster / Hochgeborner Fürst vnd Herr / Herr J. F. Postulirter Administrator des Primats vnd Ertzstifftes Magdeburg / Marggraff zu Brandenburg / in Preussen / zu Stettin / Pommern / der Cassuben / Wenden / auch in Schlesien zu Crossen Hertzog / Burggraff zu Nürnberg / vnd Fürst zu Rügen / mein Gnedigster Fürst vnd Herr / haben mir gnediglich befohlen vnd aufferlegt / daß ich auff nachfolgenden Fall einen ausführlichen Rahtschlag mit fleis begreiffen / vnd J. F. G. in Vnterthenigkeit zufertigen wolte / vnd verhelt sich der Fall dergestalt.

Die Römische Käyserliche Mäy. sampt den Churfürsten / Fürsten vnd andern des heiligen Römischen Reichs Stenden / haben An. 1570. auff dem Reichstage zu Speyer wegen der streittigen Session, eine Ordnung vnd Disposition auffgerichtet / welche von Wort zu Wort lautet wie folget:

Zum letzten / als auch zwischen etlichen Stenden / nun eine lange zeit here der Session wegen / keine geringe Streittigkeiten sich erhalten / so eines theils seithero in der Güte vergliechen / theils auff vnsere Austrege gestellet / die andern aber noch bey ihrer Vnrichtigkeit schweben / dardurch dann die Stimmen in den Räthen abgehen / vnd die fürderliche Expedition gemeiner Geschefften nicht wenig verhindert werden.

Damit

Damit nun diesen Sachen auch ein mal durch fürderliche gebürliche Erkentnis durchaus abgeholffen werden möge/als auff Rähtlich ermessen/ vnd gutachten der abwesenden Churfürsten/ Fürsten vnd Stende/ auch der [illegible] Räthe vnd Botschafften/ wollen/ ordenen vnd statuiren wir hiemit/ daß die der Session wegē streittige Stende/so sich auff sondere Austräge mit einander verglichen/ Darauff jhrer Vorgleichunge noch ferners/doch zu gleich in possessorio & petitorio, biß zum endlichen Beschlus verfahren/ vnd vnsere Erkentnis darüber erwarten sollen.

Den andern aber/ so noch zur zeit in keinen Austrag verfasset/ wollen wir hiemit sechs Monat benandt haben/darin ein jeder Stande so zu den andern der Session halber zu klagen/ seine Klage auch sempelich in possessorio & petitorio an vnserm Käyserlichen Hoff dupliret eingeben/ darauff sein Gegentheil(der sein ein oder mehr) auch in zeit sechs Monat antworten/ vnd darneben seinen Gegenbericht an vnserm Käyserlichen Hoff auch dupliret fürbringen/ darauff dann ein jeder mit noch zweyen Rechtsetzen oder Producte gehört/damit zu vnserer endlicher Erkentnus gestalt werden soll/ was dann darauff von vns mit Recht erkandt/ darbey sol es endlich bleiben.

Nach dem auch etzliche Reichsstende bevor/so noch zur zeit zu keiner Session kommē/auch derhalben mit keinem streitig worden/ damit dann denselben jhre gebürliche Session vnd Stimme im Reichstage eingeben/ vnd also das Reich an seinen Gliedern/ Stimmen vnd Anlagen/ gestercket würde/ seind wir erbötig mit denselben billiche Verordnunge zu erster Gelegenheit/doch mit dem des Reichs vnd anderer Interessenten Notturfft auch zu bedencken/ fürnemen zu lassen.

Aber immittelst sol ein jeder bey seiner Possession vel quasi wie die herbracht/ gelassen/ vnd durch jetzigen Reichstages Session, auch beschehene Subscription niemand an seinē herbrachten Gebrauch vnnd Gerechtigkeit in einigem nachtheilig oder in etwas præjudicirt sein.

Vnd obwol vermöge der Rechte dem Ertzbischoff zu Magdeburg/ alß Primaten in Germanien nechst des heiligen Römischen Reichs Churfürsten vber alle Ertzbischoffe/auch andere geistliche vnd weltliche Fürsten in dem heiligen Römischen Reich vnnd auff den Reichstägen die erste vnd vornembste Sessio gebühret.

So haben doch etzliche Stende sich vnterstanden J. F. G. an derselben zustehenden Gerechtigkeit/ vel quasi Possession der Session, Eintrag zu thun/ vnd J. F. G. daran zu turbiren, zu verhindern/vnd sich J. F. G. zu præferiren vnd vorzuziehen.

Weil aber sieder der zeit als berürter Abscheid auff dem Reichstage zu Speyer gegeben/nun in die zehen Jar verflossen/vnd gleichwol bißdahero im Namen J. F. G. wegen der Session nichts neq; in petitorio neq; in possessorio geklaget/oder sonsten judicialiter vorgebracht.

Als wird gefraget/ Ob J. F. G. vnd dem Ertzstifft Magdeburg zu gestatten/ vngeachtet/ daß der in dem berürten Reichs Abscheide angesatzter Termin nicht allein einmal/ besondern etzliche vielmal verflossen J. F. G. habendes Recht vnd Gerechtigkeit/ wegen der zur vngebühr streitig gemachten Session in petitorio vel possessorio judicialiter vorzubringen/ vñ zu deduciren, vnd ob J. F. G. daran lapsus termini hinderlich oder schedlich sein möge.

DIVINI NUMINIS IMPLORATO SUFFRAGIO SINE QUO NIHIL FELIX VEL FAUSTUM.

Nach fleissiger Vorlesung vñ Bewegung vorberürtes Falles/ erachte ich/ daß vngeacht/ dz der in berürten Reichs Abscheid angesatzter terminus vorlangst verflossen/ J. F. G. als ein Administrator des Primats vnd Ertzstiffts Magdeburg wol befuget/ J. F. G. Klage vnd Zuspruch wegen der zur vngebühr streitig gemachten Session tam in petitorio quàm in possessorio gegen vnnd wider dieselben Reichs Stende/ so J. F. G der Session halber controversiam zu moviren oder J. F. G. an demselben jure zubeirren sich vnterstehen/zu erheben vnd anzustellen.

Vnd do J. F. G. hieran dasselbe daß der im berurten Reichs Abscheid angesatzter Termin vorlengst verflossen/in einigerley weise oder wege hinderlich oder schedlich sein köndte.

Auff denselben Fall muste J. F. G. darwider restitutio in integrum concediret vnd vormittelst derselben gestattet werden/ J. F. G. Klage vnd Zuspruch wegen der streitigen Session tàm in possessorio quàm in petitorio nochmals zu erheben vnd anzustellen.

So ist es auch ungezweiffeltes Rechtens/ daß J. F. G. wol befuget/ in uno eodemque libello zu gleich das remedium rescindens und rescissorium zu erheben und anzustellen.

Und auff daß J. F. G. auch menniglich so viel mehr spüren und befinden möge/daß diese meine Meynung und Decisio allen Rechten gemeß.

Als wil ich anfenglich alles und jedes so dieses Punctes halber J. F. G. widerlich sein möchte/ anziehen / unnd folgends diese Decision mit Rechts Gründen confirmiren, stercken / auch letzlich die widrige motiva mit grund der Warheit und Bestand ablehnen.

Et primò huic decisioni obstare videtur.

1 Namq; ille† terminus de quo in casu præsenti agitur, est terminus ad agendum præfixus sive præfinitus.

Et legibus cautum & à Dd. traditum est, quod terminus ad agendum præfixus sit & peremptorius & exclusivus. Usque adeo ut post talem terminum elapsum nemini permitti debeat agere, vel actionem instituere, *l. si ea & ibi Dd. C. de his qui accusar. poß. vel non. Bald. Angel. & Alex. l. final. & ibi Iaſ. nu. 18. ff. de ser. Blarer repetit l diffamari. c. 8 nu 5. C. de ingen & manumiß facit. text. l statu liberum. §. Stichum & Pamphilum & ibi Bart & Dd. ff. de legat. 2. Bart. l. mancipiorum. ff de opt. legat. Bart. l. si finita. §. Iulianus. ff. de damn infect. Bart. l. 2. C de edend.*

2 Secundò † permissum ad tempus vel intra certum tempus, post illud tempus censetur esse prohibitum, *l. si unus. §. 1. & ibi Bald. ff. de pact. l Epistola. §. fin. & ibi Paul. Castr ff. eod. titul. l. statu liberum. §. Stichum. & l. Titia cum testamento. §. final. ff. de legat. 2. l. pater filium. §. fundum ff. de legat. 3. l. si ita quis & ibi Bald. Imol Alex Aretin. & Iaſ. ff. de vulgar & pupillar. l. ex facto §. item quæro. ff. eod. titul. l. qui fundum ff de contrahend. empt. l si quis alia. ff. quemadmod. usufruct. amittat. l. sicut. §. final. & ibi Bald. ff. quib mod. pign vel hypothec. solvit. l. 4. in princip. & ibi Bald. & Florian. ff. de servitutib cum mult. similib. allegat per Tiraq. in tract. de utroq; retract part. 2. §. 1. gl. 2. nu 44.*

Sed in prædicta constitutione sacri Romani Imperii illis Principibus, quibus de sessione lis vel controversia mota fuit, permissum est, actiones suas coram imperatoria Majestate in petitorio vel possessorio intra sex menses instituere.

Igitur sequitur, hoc post lapsum sex mensium prohibitum & interdictum esse.

3 Tertiò terminus † legalis & statuarius sive à lege, constitutione vel statuto aliquo præfixus, est peremptorius & exclusivus, usque adeo, ut post lapsum illius termini moram purgare nõ permittatur, etiamsi hoc in lege, statuto vel constitutione expressum non sit *Innocent. c. cum in tua & ibi Panormitan. col final. Præposit. colum. antepenult. vers. Quæro tertiò circa prædicta extr de his qui matrimon. accus. possunt vel non. Bald. l. diffamari col. 2. vers. expedito textu. C. de ingen & manumiß. Bald. l. 1. in princip. C. de in integr. restitutione Bald. l. si ego ff. de negot. gest. Bald. l. si ea C. de his qui accusar. poß. vel non. Bald. Auth. ad hæc, col. penult. vers. si ego diffamo, C. de usur. Bald. l. acceptam quæst. 21. C. eod. tit. Alber. de Rosat. l. bonorum nu. 2. ff. rem rat. haber. Ang. Imol. & Alex. l. si insulam. ff. de verb. obligation. Petr. de Anchoran. c. quam sit col. 2. vers. item nota quod negligentia de elect. lib. 6. Alex. conſ. 133. circ. fin. lib. 6 Guid. Pap. decis. 38. col. fin. Felin. c. 2. col. antepenult. vers. item intellige, nisi esset terminus legi ext. de constit. Felin. c. licet. causam num. 17. extr. de probation. Bald. c. 1. in princ quo tempor. miles Bald. l. fin. & ibi Iaſ. nu. 12. ff de ser. Tiraq. in tract. de utroq; retract. part. 1. §. 3. gl. 4 num. 2. Blarer. repetit. l. diffamari c. 8. nu. 40. C. de ingen. & manumiß. Anton. Gabr. Rom. in tract. regular. lib. 2. tit. de exception conclus 4. nu 5. fac. text. l final ff de decret. ab ordin. faciend. l ob commissa. C. ad l. Iul. de adulter. l. scire oportet § sufficit. & §. sequent ff. de excusat tutor. l facta. §. si quis bonorum. ff. ad S C. Trebellian. l. si maritus. §. præscriptiones. ff. ad l. Iul. de adulter. l. mariti lenocinium. §. sex menses. ff eod. titul.*

Et hoc usq; adeo verum esse volunt Dd. ut post terminum à lege, statuto vel constitutione aliqua præfinitum elapsum, moram purgare non permittatur, etiam re integra existente, *Felin. c. licet causam, num. 17. extr. de probat Blarer repet. l. diffamari c 8. nu. 41. & ibi Cagnol. num. 16. & 17. C. de ingen. & manumiß.*

Sed omni dubio caret, illam constitutionem factam ab imperatoria Majestate, & statibus Imperii Romani in Comitiis Spirensibus legis atque constitutionis vim & vigorem obtinere, & legem, nec non & jus commune dici & censeri. *l. 1. & ibi Dd ff de constitut Princip l. 3. & l humanum. C. de legibus. §. sed & quod Princip. Institut. de jur. natural gent. & civil. Bart. l. omnes populi. ff de justit. & jur. Petr. de Anchoran & Dd. c. 1. extr. de constitutionib.*

Et sic liquet, terminum sex mensium in ista constitutione præfixum, esse terminum legalem sive statutarium.

Igitur

Igitur videtur dicendum, quod ille terminus sit peremptorius & exclusivus, quodque post lapsum illius termini nullo modo alicui permitti debeat, actionem instituere, vel moram commissam purgare.

Rursus ex hoc videtur inferri, cum ille terminus sex mensium non semel sed sæpius elapsus sit, quod sua illustriss. Celsitudo ab omni omninò actione ratione sessionis in petitorio vel possessorio movenda sive competenti penitus sit exclusa & quidem taliter, ut suæ illustriss. Celsitudini nullo modo permitti possit, post hunc terminum toties elapsum actionem aliquam instituere, etiamsi probari vel fides fieri possit, rem omnem integram esse.

4 Quartò † lapsus termini sive temporis vim & vigorem renunciationis obtinet, & is qui intra terminum præfinitum actionem sibi competentem non proponit, vel jus suum non deducit, illi renunciare intelligitur. *l. si ea & ibi Dd. C. de his qui accusar. poss. vel non l. 1. §. sed videndum. ff. de successor. edict. l. sed si unius. §. si ante. ff. de injur. l. ab actione. §. destitisse. ff. ad SC Turpill. Bald. l. 1. Argell. text. C. de in integr. restitut. Bald. in sua pract. in quæstion. circ. appellationem, quæst. 3 nu. 3. Blarer. repetit. l. diffamari cap. 8. num. 13. C. de ingen. & manumiss. Tiraquell. in tractat. de utroq. Retract. part. 1. § 3 gloss. 4. nu. 2. & part. 2. §. 1. gloss 2. num. 49. & 50.*

Eodem modu lapsus termini sive temporis vim & vigorem pacti de non petendo obtinet. *Bald l. 1. nu. 13. vers. extra oppono. C. quando dies legati cedat. Bertachin. in suo repertor. verb. terminus intelligitur. nu. 2.*

Similiter quoque & lapsus termini vim & vigorem consensus habet atq; idem operatur *l. 1. C. de contract. judic. l. final. C. si maior fact. alienat. fact. sine decret. rat. habuer l. final. C. de his qui non à domin manumitt. c. 1. §. Titius & ibi Bald. Alvarott. Præposit. Matth de Afflict. & Dd. si de feud. defunct. content. fac. text. l. alienationis. & ibi Alciat & Rebuff. ff. de verb. signif.*

5 Deinde quoq; certum est, † quud nemini detur regressus ad illa, quib. ipse semel renunciavit *l. penult C. de pact. l final. C. de remiss. pignor.*

6 Eodem quoq; modo legibus cautum & à Dd. traditum est, † quod consentiens jus suum perdat & alienum fortificet, usque adeo, ut illi ad jus remissum per consensum suum regressus non detur. *l. si debitor. §. 1. l. si consensit. in princip. l. sicut. §. si debitor l Titius. §. 1. l. Lucius & l. Paulus in princip. ff quib. mod. pign. l. quidam ex parte, ff. de evidion. l. si fundum per fideicommissum. l. nihil. §. 1. ff. de legat. 1. l. si servus communis. ff de donat. inter vir. & uxor. l. cum pater. §. libertis & ibi Bart. ff de legat. 2. l. Codicillis. §. 1 ff eod tit l. non videtur. ff. si quid in fraud. patron. l. apud Celsum. §. quæsitum est si cum fundum. ff. de except. dol. l. mater. C. de rei vendicat. l. si consentiente. C. de donat. ante nuptias. l. cum quædam. C. de administr. tutorum l quoties ab omnib. & ibi Dd. C. de fideicommiss l. si probaveris l. cum te & ibi Bald. & Salycet. C. de remiss. pignor. l. final & ibi Bald. & Salycet. C eod. tit. l si debitor. C. de distract. pignor. c. pastor. extr de donationib c. 1. §. præterea & ibi Dd. quib. mod. feud. amitt. c 1. §. Titius filios. & ibi Dd. si de feud. defunct. contentio. c. 1. in princ. & ibi gloss. verb. consentientib. de alienat. feud. patern. c. 1. in princ. de prohibit. feud alien. per Frider. Roman. cons. 87. Dec. cons. 258. Card. Paris. cons. 2. nu. 21. lib. 3. Socin jun. cons. 94. nu. 31. cons. 119. nu. 21. lib. 3. Tiraquell. repetit. l si unquam verb. donatione largitus nu. 348. C. de revocand. donation. Tiraquell in tract. de legib. connubial. gloss. 5. nu. 145. cum trib sequentib. Tiraq. in tract. de utroq. retract. part. 1. §. 1. gloss 9. nu. 133. usq. ad nu. 138.*

Legibus quoq; cautum est, † quod illi qui semel consensit, aut suum consensum præstitit vel emisit, pœnitere aut consensum suum revocare nullo modo permittatur. 7 *l. per fundum. ff de servitutib. rustic. prædior. l. final. ff commun prædior. l. in diem. ff. de aq. pluv. arcend. l. 1 §. prodest. ff. quorum legator. l. de accessionib. §. fin. ff. de divers. & temporal. præscrip. Clement. cum illusio de renunciat. c. quod semel & ibi Dyn. Ioann. Andr. & Dd. de Regul. jur. lib. 6. c. immutare eod. tit. & lib. glos. c. cum non ignorares. extr. de præb. gl. c. requisivit extr. de Sponsal. Paul. Castrens. l. in concedendo nu. 3 ff. de aqua pluv. arcend. Alex. cons. 246. lib. 6. Socin cons. 158 lib. 1. Bertachin. in suo repertor. verb. consensus el. 1. nu. 46. Boër. decis. 244. nu. 4. Card Paris. cons. 22. nu. 81. lib. 1. Oldr. cons. 243. Tiraq in tract. de legib. connubial gl. 5. nu 91. & gl. 8. nu. 125. Cravet, cons. 24. nu. 10. cons 33. nu. 19 cons. 200. nu. 2. Roland. à Vall. cons. 97. dub. 2. per tot. & præsertim. nu. 53. 54. & 61. lib. 1. Petr. Pecc. in tract. de testam. conjug. lib. 3. c. 3.*

Cum igitur terminus sex mensium præfinitus in constitutione sacri Romani Imperii jam dudũ elapsus sit, videtur dicendum, istum lapsum termini habere vim renunciationis & consensus, & pacti de non petendo idemq; operari, ac si illust. Princeps & Dominus, Dominus J. F. &c. & juri & actioni suæ renunciasset, & ad hoc consensum præstitisset, quod alii Principes qui suæ illust. Celsitu. de sessione, sive de prioritate sessionis litem movere & sessionem suæ illustrissimæ Celsitud. occupare, & illam

sessionem sive præeminentiam sessionis retinere debeant.

Rursus videtur ex hoc inferri, quod suæ illustriss. Celsitud. ad jus sive actionem remissam regressus dari vel suæ illustriss. Celsitud. permitti nullo modo debeat, actiones suas instituere, vel in judiciū deducere.

8 Quintò † terminus legalis sive legis vel constitutionis in modum præscriptionis censetur esse statutus & præfinitus atque lapsus illius termini vim & vigorem præscriptiōnis obtinet, *Felin. c licet causam nu. 17. extr. de probation. Cagnol. l. diffamari. nu. 16. & 17. C de ingen. & manumiss.*

9 Et certum est, quod post præscriptionem completam nemini agere permittatur. *l fin. ff. pro suo l sicut. & l. omnes C. de præscript. 30. vel 40. annorum. Instit. de action. perpet. & temporal. in princip & ibi Ioann. Fabr. & Angel.*

10 Usq; adeo ut hæc exceptio † etiam ante litem contestatam ad impediendum litis ingressum opponi posit, *Bart. & Dd l. fratris argument. illius text. C. de transactionibus Bart. l. fin. arg. ill text ff. pro suo Bald. & Salycet. l. omnes Arg. ill text. C. de præscript. 30. vel 40. annor. Alex cons. 213. lib 2. Felin. Rubr. colum 4. extr. de præscript. Francisc. Balb in tractat. de præscription part. 1. quæst. 9. principal.*

Cū itaq; tempus sex mensiū in prędicta cōstitutione præfinitū jam dudū elapsum sit.

Etiam ex hoc capite videtur dicendum, quod suæ illustrissimæ Celsitudini nullo modo permitti posit, actiones suas respectu sessionis instituere.

11 Sextò tempus † legis, constitutionis vel statuti sive in lege, cōstitutione aut statuto expressum est forma eorum, de quibus in lege, statuto vel constitutione disponitur.

Usq; adeo, ut is qui non observat tempus constitutionis, dicatur non observare formam illius sive eorum de quib. in lege vel constitutione agitur, *Bald. Salyc. & Ias Auth. quæ supplicatio. C. de precib. Impor. offerend. Bald. cons. 169. cons. 171. lib. 1. Bald. l liberti col. 5 C. de oper. libert. Bald Auth qui semel col. 4. C quomodo & quando judex Bald. l. ordo circ. med C de execut. rei judicat. Bald l. omnes populi. col. penult. ff de just. & jur Bald. l. observare. §. post hæc. ff. de offic. procons. Bald c. licet col. 1. extr. de supplend. neglıgent. prælator. Paul Castrens l si is lege in prin ff. de locat. & conduct. Felin. c. cum dilecta nu. 6. vers. octavum signum extr. de rescript. Ias. l non erit. §. si neq, ff de jurejurand. Ias l in pupillari. notab. 2. ff. de vulgar & pupillar. Rubr. col 2. C. qui admitti. Ias. cons. 166 col penult lib. 2. Albert. Brun in tract. de form. & solennitat act. Rubr. ex quib. is consistit forma & solennitas. versic. 26. Catellian. Cott. memorial. incip. Tempus constitutionis. Tiraquell. in tractat. de utroq, retract. part 1. gl. 4. nu. 3. & 4. Ioann. Baptist. Asin. in sua prax. §. 3. c. 36. nu 4.*

Similiter quoq; certum est, quod † forma 12 præcisè, specifice & ad unguem adimpleri debeat, *Bald. Ang Paul. Castr. & Dd. l. 1. ff. de liber. & posthum.*

Nec per æquipollens adimpleri posit, *gl. clement. 1. de vit. & honestat. Clericor. Bald. l. non sunt liberi. ff. de statu homin. Alex. l. 1. col. fin. ff. de liber. & posthum. Felin. c. cum dilecta extr de Rescript. Hippolyt. de Mars cons. 27. col. 2. & 3. lib. 1.*

Nec formæ etiam aliquid addi vel detrahi potest, *Bald. l. final. colum. 2. C. de suis & legitim. hæred.*

Et ex forma nihil mutari potest, nec unius quidem horæ momentū. *Bald. c. 1. col. 2. vers. & nunquid numerus de milit. vasall qui contum.*

Omissio quoq; formæ actum ipso jure vitiat, & nullum reddit. *l. cum hi. §. si prætor. & ibi Ias. & Dd. ff. de transaction. c. Pisanis extr. de restitution. spoliat. c. cum dilecta & ibi Felin. nu. 6. vers. gesta contra formam extr. de Rescript. c venerabili extr. de offic. delegat. Tiraq. in tract. de utroq, retract. part. 1. §. 1. gl. 2. nu 11. & part. 2. §. 4. gl. 6. nu. 31. Tiraq. rep. l. si unquam verb revertatur, nu. 64. C. de revoc. donat Ioan. Bapt. Asin. in sua praxi. §. 3. c. 36. nu. 5. cum omnib. sequentib. usq, ad fin.*

Usq; adeo ut omissio formæ in qualibet etiam minima parte totum actum vitiet, *Anton. de Butr. & Panormit. c Pisanis extr. de restit. spoliat. Felin. c. cum dilecta nu. 6. vers. amplia primò. extr. de Rescript. Felin c fin. §. 1. col. 3. extr de offic. delegat. Ias. cons. 165. circ. fin. cons. 191. col. 1. cons. 213 lib. 2. cons. 97. col penult lib. 4 Stephan. Bertrand. cons 147. post princip. & cons. 154. lib. 2. Dec. auth. qui rem col 4 C. de SS. Eccles. Dec. c prudentiam not. 4. extr. de offic. deleg. Dec. c. de Appellationib. col. 2. extr. de appellation. Tiraq. in tract. de utroq, retract part. 1. §. 1. gl. 21. nu. 11. & part. 2. §. 4. gl. 6. nu 31. Ioann. Baptist. Asin in sua praxi. §. 3. c. 36. nu. 5. cum mult. sequentib.*

Utq; acta & gesta non tantum contra sed etiā citra vel præter formam à lege, statuto vel constitutione definitam aut introductam virib. careant. *Ioann. Andr. c. prudentiam extr. de offic. delegat. Ioann. Andr. c. cum Marthæ extr. de celebrat. Missar. Felin c. cum dilecta nu. 6. vers. amplia primò extr de Rescript. Ioann. Bapt. Asin in sua praxi §. 3. c 36. nu. 5.*

Ideoq; traditū est, quod nullo modo audiri debeat is, qui non observat constitutum tempus. *l. scire oportet. §. consequens. ff. de excusat. tutor. Tiraq. in tract. de utroq, retract. part. 1. §. 3. gloss. 4. nu 3. Felin c. cum dilecta nu. 6. versicul. octavum signum extr. de Rescript.*

Quodq; gesta facta vel præsumpta extra tempus

tempus à lege vel constitutione aliqua præfixum, effectu careant, *Felin. c cum dilecta. n. 6. versic. octavum signum extr. de rescript.*

Cum itaque in prædicta constitutione Spirensi tempus sex mensium ad proponendam actionem, tam in petitorio quam in possessorio respectu sessionis præfinitum sit, videtur dicendum illud tempus pro forma illius actionis instituendæ requisitum & præscriptum.

Rursus ex hoc videtur inferri, cum illud tempus sex mensium jam dudum elapsum sit, Illustrissimo Domino, Domino J. F. nullo modo permitti posse, istam actionem instituere, vel movere, quodq; sua illustrissima Celsitudo instituens istam actionem non audiri, sed repelli debeat.

13 Septimò, mora † semel commissa purgari nequit, vel quando post moram commissam multum temporis elapsum est, *l. si ita quis. §. Seia. ibi non multò post. ff. de verbor. obligat. l. etsi post tres. & ibi gloss. ff. si quis cautionib. l. si in lege. §. colonus. ff. de locat. & conduct. Bart. Alexand. Ias. & Dd. l. si insulam. & ibi Rip. n. 30. & n. 106. ff. de verb. obligation.*

Vel quando executio est facta à lege vel ab homine, *l. is cui & ibi Bart ff. de legat. 2. gloss. clement. 5. §. quia verò, verb. ipso facto de statu Monachor. Bart. Alexand. & Dd l. si insulam. & ibi Ripa. num. 81. cum multis sequentib. & num. 111. ff. de verbor. obligation. Bald. auth. habita. C. ne fil. pro patr. Panormit. c. potuit. extr. de locat & conduct. Felin. c. at si Clerici. § de adulteriis. extr. de judic. Tiraquell. repetit. l si unquam. verb. revertatur. num. 310.*

Vel quando mora sive lapsus termini habet conjunctam aut renunciatam, *Rip. d. l. si insulam. num. 117. ff. de verb. oblig. fac. text. l. sancimus. C. de transactionibus. l. si quis in conscribendo. C. de pact. c. si diligenti. extr. de foro competent.*

Aut legis prohibitionem, *Ang. & Imol. l. si insulam. & ibi Francisc. Rip. num. 117. ff. de verb. obligat. fac. text. auth. qui semel. C. quomodo & quando judex.*

Vel quando propter moram sive lapsum temporis est facta devolutio juris in alterum, *c. licet. extr. de supplend. neglig. prælator. c. 2. extr. de concess. præbend. Rip. l. si insulam num. 119. ff de verb. obligat.*

Sed in casu præsenti ab eo tempore quod tempus sex mensium, de quo hic agitur, est finitum, & sic sua illustriss. Celsitudo in mora constituta est, sunt elapsi anni novem cum dimidio, & sic multum temporis.

Et ex supra dictis inferri videtur, quod lapsus hujus temporis sex mensium habeat vim & renunciationis & prohibitionis legalis.

Et cum terminus legalis sit & peremptorius & exclusivus, videtur dicendum per lapsum hujus termini executionem esse factam à lege.

Et quidem taliter, quod sua illustriss. Celsitudo à jure suo se excludat, & jus suæ illustriss. Celsitud. aliis & acquisitum & ad alios devolutum.

Igitur etiam ex hoc videtur inferri, suam illustriss. Celsitud. nullo modo actiones suas, vel in petitorio vel in possessorio respectu sessionis instituere vel movere posse.

Octavò, † lex vel constitutio generalis generaliter intelligi & ita accipi debet, ut omnes casus omnesq; personas comprehendat, *l. 1. §. cum urbem. ff. de offic. Præfect. urb. l. regula. § final. ff. de jur. & fact. ignorant. l. 1. ff. de legat. præstand. l 1. §. ait ergo ff. de his quæ in fraud. creditor. l final. & ibi Salycet. C. de hæredit. & action. vendit. Bald. cons. 191. lib. 1. Cravett. cons. 3. num. 1. cons 133. num. 5. lib. 1. Tiraquell. repet. l. si unquam in præfat. num. 118. C de revocand. donat.* 14

Utq; & nihil intactum relinquat, *Bald. cons. 305. lib. 1. Cravett. cons. 3. num. 1. cons. 133. num. 5. lib. 1. Laurent. Sylvan. cons. 74. num. 9.*

Et nullus penitus casus nullaq; persona ab illa constitutione vel lege generali excepta esse intelligatur, *Paul. Castrens. cons. 430. colum. 3. lib. 1. Cravett. cons 3. num. 1. lib. 1. fac. id quod tradit Bald. cons. 401. colum. final. lib. 1.*

Etiamsi major ratio sit in uno vel in una, quàm in alio vel in alia, *l 1. §. quod autem. junct. gloss. ff. de aleator. & lusu aleæ Socin. l. 2. §. ex his in princip. arg. ill. text. ff. de verb. oblig. Dec. cons. 5. cons. 20. cons 29. cons. 48. & cons. 61. colum. 1. Gozzadin. cons. 35. num. 6. Cravet. cons. 92. num 4. lib. 1. Tiraquell. repetit. l. si unquam. in præfation. num. 118. C. de revocand. donat.*

Item etiamsi aliquæ vel aliqui ex illis personis vel casibus specialiter privilegiatæ vel privilegiati sint, *l. in fraudem. §. fin. & ibi Bald. ff. de testam. militar. Bald. l. omnes populi. ante fin. ff. de iustit. & jur. Dec. l. 1. colum. 2. ff. de regul. jur. Dec. l nemo potest. ff. eod. titul. Dec. l. 1. colum. 2. arg. ill. text. C. de edend. Dec. l. 1. colum. 4. versicul. ubi moneta. C. de sentent. quæ pro eo quod interest. Dec.*

t. cum ordinem. colum. 2. extr. de rescript. Dec. cons. 43. cons. 61. cons. 131. cons. 301. & cons. 431. Francisc Rip. l. 1. num. 14. ff. solut. matrimon. Godzadin. cons 97. num. 7. Tiraquell. repetit. l. si unquam. in præfation. num. 113. C. de revocand. donat. Tiraquell. in tractat. de utroq; retract. part. 1. §. 1. gloss. 14. num. 96.

Et lex vel constitutio generalis à nobis nullo modo debet restringi vel distingui, *l 3. ff. de offic. Præsid. l. de precio ff. de public. in rem act.*

Quod potissimùm procedit eo casu, quando nulla ratio restringendi vel distinguendi existit, *Bald. cons. 48. lib. 4. Angel. cons. 281. colum. 1. Abb. cons. 1. colum. 2. cons. 44. colum. 2. cons. 51. col. final. cons. 64. colum. penult. lib. 1. & cons. 55. colum. 2. lib. 2. Cravett. cons. 34. numer. 14. & cons. 133. numer. 6. lib. 1.*

Et prædicta usque adeò vera sunt, ut procedant etiam in materia odiosa, *Angel. l. final. colum. fin. versic. tertiò quæritur. ff. de constitut. Princip. Anton de Butr. c. olim. extr. de verb signif. Dec. c. 1. col. 2. lect. 1. extr. de constit. Dec. cons. 5. cons. 115. cons. 2[..]. cons. 353. colum. 2. Francisc. Aretin l. cum lege argum. ill. text. ff de testament. Godzadin. cons 59. num. 13. & cons. 66. num. 23. Aymon. Cravett. cons. 118. num. 14. lib. 1. facit text. l. filium. ff. ad SC. Macedon.*

Item pœnali, *gloss. c. contra Christianos. verb. præcedenti. de Hæretic. lib. 6. Godzadin. consil. 19. num. 17. cons. 51. num. 14. & cons. 103. num. 9.*

Et juris communis correctoria, *gloss. d. c. contra Christianos. Imol. l. si verò. §. de vero. ff. solut. matrimon. Alex. auth. ex testamento. colum. 3. versical solum restat. C. de collationib. Hieronym. Grat cons. 59. colum. 2. & cons. 95. num. 14 lib. 1. Tiraquell. repet. l. si unquam. in præfat. num 119 C. de revocand. donat.*

Sed prædicta constitutio facta in Comitiis Spirensibus, est generalis, & generaliter loquitur de iis statibus Imperii Romani, quibus ratione vel prætextu sessionis sive prælationis aut præeminentiæ aliqua actio competit aut competere potest.

Nec in illa constitutione ulla fit distinctio inter status.

Et certum est, quod sub generali appellatione statuum Imperii Romani omnes omninò status & omnes Principes tam Ecclesiastici quam seculares comprehenduntur, nullis penitùs exceptis.

Igitur sequitur, illam constitutionem generaliter intelligendam & ita accipiendam, ut locum habeat in omnibus omninò statibus, nec non & Principibus tàm secularibus quàm Ecclesiasticis Imperii Romani nullis penitùs exceptis.

Rursus ex hoc infertur, licet Primates præ cæteris Principibus multa privilegia habeant, & major ratio suadeat, ut Primatibus illorum jura præeminentiæ ac prælationis salva & illæsa conserventur.

Attamen istam constitutionem sacri Romani Imperii ita accipiendam esse, ut etiam Primatem Magdeburgensem comprehendat.

Nonò, sub † genere comprehenduntur omnes species, *gloss. c. 1. in princip. verb. de suis rebus. & ibi Bald. versicul. novi verò feudi. num. 2 per quos fiat investitur. Francisc. Ripa l. 1. num. 3. ff si cert. petat. Cagnol. l. in toto, & pars. num. 7. ff de regul. jur. Angel. l. jurisgentium. §. sed si fraudandi. argum. ill. textus. ff. de pact.* 15

Et quidem † secundum veram & propriam vocabuli significationem, *Bald. l. 2. C de jur. aureor. annulor. Dec. l. 1 numer 7 ff. de regul. jur. Dec. rubr. lect. 1. num. 6. extr. de constitution Francisc. Ripa. l. 1. num. 2. ff. de vulgar. & pupillar. Corras repetit. l qui liberos. num. 125. & 126. ff. de ritu nuptiarum. Herman. Dett. repetit. l. 4. §. Cato. num. 55. ff. de verbor. obligat. Bart. l. quod Nerva. num. 4. ff deposit. Petr. Crispin. Rubr. num. 3. num. 9. num. 14. num. 15. num. 22. & 23 ff. de legat. 1. fac. text. l 1. §. conventionis. ff. de pœn. l. si quid. §. interemptum. ff. de legat. 3. l. inter agnatos. ff. unde legitim. institut. de legitim. agnator. tutel. in princip.* 16

Et tantùm operatur genus sive generalis dispositio, quoad omnes & singulas species sub tali genere sive generali dispositione comprehensas, quantum operatur specialis dispositio quo ad speciem in illa expressam, *l si duo. & ibi Bart. ff de administrat. tutor l. Gallus. §. instituens. & ibi Bald. & Alex. uterq; not ab. 2. ff. de liber. & posthum. l. si chorus. in princip ff de legat 3. l omnes & ibi Angel C. de quadrien. præscript. Signor. de Homod cons. 30. col. 1. Bart. l tres tutores. in princip ff de administrat. tutor Bart. l centurio. col. 6. ff. de vulg & pupillar. Bald. l. 1. C. de necessar. & servis hæredibus instituendis Anton. de Butr Panormitan. Felin & Dec c. sedes Apostolica extr. de rescript. Roman cons 65. Fulgos. cons 117. Alexand & Francisc Aretin. l. 1 ff. de vulgar. & pupillar. Alexand cons 105. column. 1. & cons. 111. col. 2. lib. 6. Dec. cons. 23. colum. 3. cons. 259. colum. 2. cum multis similibus*

allegatis

allegatis per Tiraquell. repet. l. si unquam in præfat. num. 118. C. de revocand. donat. Tiraq. in tract. de legib. connubialib. gloss. 7. num. 89.

Et prædicta usque adeo vera sunt, ut procedant, non tantùm in dispositionibus favorabilibus sive largis, sed etiam in dispositionibus odiosis sive strictis.

Namque etiam in illis sub genere sive sub dispositione generali omnes omninò species comprehenduntur, & quidem secundum veram & propriam vocabuli significationem, *Francisc. Aretin. l. cum lege. arg. illius textus. ff. de testament. Petrus Crispinu. repetit. rubr. num. 24. ff. de legat. 1. cum multis similibus allegatis suprà.*

Et certum est, quod verbum status Romani Imperii positum in constitutione Spirensi, sit gen⁹ respectu omnium omninò statuum cujuscunque conditionis & qualitatis, & inter cæteros respectu omnium Principum tam ecclesiasticorum quàm secularium etiam Primatis & Principum Electorum.

Igitur sequi videtur, quod illa constitutio generalis tanquam genus comprehendat omnes omninò species statuum Imperii cujuscunque sortis & conditionis, omnesq; Principes tam ecclesiasticos quàm seculares, & inter cætera etiam Primatem Magdeburgensem quodq; perinde habendum sit, atque si in illa constitutione de omnibus speciebus statuum & ordinum Imperii Romani, & inter cætera Primatis & Archiepiscopi Magdeburgensis specialis & expressa mentio facta fuisset.

17 Decimò † constitutio sive statutum generale comprehendit etiam personas constitutas in dignitate, non tantùm in vulgari, sed etiam in magna, majori & maxima, quales sunt Reges, Duces, Comites, Barones, Cardinales, Episcopi & similes, *Oldrad. consil. 211. cons. 293. colum. penult. cons. 321. Paul. Castrens. & Cornel. l. final. C. de verborum significatione. Ioan. Monach. in extravagant. excommunicamus super. verb. Clericus Archidiac. Ioann Andr. & Dominic. c. nemo. de electio. lib. 6. Dominic. c. 1. column. 1. de Schismat. lib. 6. Cardinal. Clement. in plerumque. in fin. princip. de election. Francisc. Pavin. in extravagant. ad onus. Felin. c. ad aures. num. 11. extr. de rescription. Felin. c. cum in jure. num. 7. versicul. quod imò in materia stricta. extr. de offic. delegat. Felin. c. super his. extr. de fide instrument. Dec. l. 1. numer. 24. C. de mandat. Princip. Dec. c. Ecclesia S. Mariæ. numer. 14. circa fin. & num. 15. extr. de constitution. Ioan. Licrier in tractat. de primogenit. lib. 1. quæst. 24. num. 31. & 32. Ruin. cons. 4. numer. 19. lib. 5.*

Igitur sequitur, licet Primas Magdeburgensis perinde ut reliqui Primates in summa dignitate constitutus sit, atque omnibus & Episcopis & Archiepiscopis totius Germaniæ præferatur, nec non & omnibus privilegiis Patriarchis indultis fruatur.

Attamen nihilominùs Primatem Magdeburgensem sub ista constitutione includi.

Undecimò, † tempus sive dies interpellat pro homine, & ubi tempus sive dies ad actum aliquem expediendum præfinitus est, interpellatio hominis non requiritur, *l. magnam. C. de contrahend. & committend. stipulat. gloss. c. cupientes. §. si verò. verb. contempserint. de election. lib. 6. gloss. Clement. quia contingit. §. ut autem. verb. singulis annis. de religios. domib. Ias. l. si mora. colum. 6. ff. solut. matrim. Card. Paris. cons. 34. colum. 3. lib. 1. Anton. Gabriel. Roman. in tractat. regular. lib. 3. titul. de solutionibus. conclus. 9. num. 1.* 18

Et hoc usque adeò verum est, † ut interpellatio insurgens ex lapsu temporis sit fortior & efficacior quàm interpellatio expressa ab homine facta, *Bald. l. vinum. colum. 6. versicul. item quando vult motam hæredu. ff. si cert. petat. Ias. l. si ex legati causa, colum. 3. amplat. 1. ff. de verb. obligat.* 19

Deinde hoc locum habet non tantùm in die vel tempore ab homine præfinito, sed etiam in die vel tempore à lege, statuto vel constitutione præscripto.

Namque nec tali quidem casu interpellatio aliqua requiritur vel necessaria est, *l. 2. C. de jur. emphyteut. c. potuit. & ibi gloss. verb. statuta. extr. de locat. & conduct. Bald. l final. §. præterea. colum. penult. C. de jur. dot. Alex. cons. 157. colum. 1. cons. 172. colum. 4. in fin. lib. 6. Roman. Paulus Castrens. Alexand. & Iason l. si ex legati. ff. de verb. obligation. Anton. Gabr. Roman. in tractat. regular. lib. 3. titul. de solutionib. conclus. 9. num. 8.*

Sed in prædicta constitutione Spirensi est certum tempus sex mensium nempè præfinitum omnibus illis, qui ratione sessionis tam in petitorio quàm in possessorio actionem aliquam sibi competere existimant.

Igitur videtur dicendum, quod hoc casu nulla fuerit necessaria vel interpellatio vel

vel monitio, quod Illuſtriſſimus Princeps & Dominus, Dominus J. F poſtulatus Adminiſtrator Primatus & Archiepiſcopatus Magdeburgenſis per lapſum illius temporis ſive termini ab omni jure vel actione ſua penitùs excluſus ſit, etiamſi doceri nequeat, ſuam illuſtriſſimam Celſitudinem ad inſtituendam actionem ſuam interpellatam vel admonitam fuiſſe.

20 Duodecimò † licet regulariter nullum tempus currat vel labatur ignoranti,, *l. genero. ff. de his qui notant. infamia. l. cum ſex menſes ff. de ædilit. edict. l. ſemper. §. hoc interdictum. verſicul. annus. ff. quod vi aut clam l. annus ff. de calumniatoribus. l. 2. ff. quis ordo. in bonor. poſſeßion. ſervetur. l final. ff. de decret. ab ordin. faciend. l. 1. § ſi adverſus. ff. quando appelland. ſit. l. quinquaginta. & ibi gloſ. & Dd. ff. de excuſat. tutor. l. quinquaginta. C eod. titul l quamdiu. & ibi Bald. & Alex. C. qui admitti. l. final. in princip. C de jur. deliberand. c. licet. extr. de ſupplend. negligent. prælator. Tiraquell. in tractat. de utroq. retract. part. 1. §. 35. gloſ. 4 num. 1. ubi ipſe multos alios textus. & Dd. ad hoc allegat.*

21 Illudque potiſſimùm procedat † vel quando illud tempus ſolum annale aut minus anno ſit, *Bald. c. 1. §. porrò. argum. ill. textus. qualit. feud. olim. Bald. Martin. Laudenſ. & Præpoſit. c. 1. §. fin. de prohibit. feud. alienat. per Lothard. Iaſ. conſ. 64. colum. 4. lib. 3. Tiraquell. in tractat. part. 1. §. 35. gloß. 4. num 22.*

Vel quando per lapſum temporis inducitur privatio ipſo jure, *gloß. c. quam ſit. §. electus. verb. diſtulerit. & ibi Archidiac. Ioan. Andr. Dominic. & Philip. Franciſc. de elect. lib. 6. Tiraquell. in tract. de utroque retract. part. 1. §. 35. gloß. 4. num. 22.*

Atque in omnibus iis caſibus in quibus in præjudicium ignorantis tempus labitur, ignoranti contra lapſum hujus temporis vel termini reſtitutio in integrum concedatur, *gloß l ſi partem. §. ſi per fundum. ff. quemadmod. ſervitus amittatur. gloß. l. ſi ſic. in princip. verb. una ſervitus eſt. & ibi Paulus Caſtrenſ ff. eod. titul. gloß. l. 2. & ibi Cyn. Bart. Bald. Iaſ. Salycet. & Dd. C. de jur. Emphyteut. gloß. l. cum filiusfamilias. §. in hac ſtipulatione. & ibi Dyn. Bart. Bald. Imol. Paul. Caſtrenſ. Alex. Socin. & Dd ff. de verb. obligat. gloß. l. 1. circ. fin. C. de patr. poteſt. Speculat. titul. de præſcript. §. 1. verſicul. pone vaſallus. Speculat. in titul. de locat. & conduct §. nunc aliquo. verſicul. 18. Dyn c. cum quis. de regul. jur. lib. 6. Bart. Angel. Alex. & Dd. l. 1. §. ſi quis autem. argum. illius text. junct. gloß. ff. de itiner. actuq. privat. Bart. l. Æmilius. colum. 2. & ibi Bald. ff. de minoribus. Bart. l. ad diem ff. de verbor. obligation. Bald l final. in fin. C. ſi pendent. appellat. mors interven. Bald. l. final. C ſi adverſ. vendit. pignor. Ang. l. Labeo. ff. ſi quis teſtament. liber. juß. fuer. Angel. & Imol. l. ſi inſulam. ff. de verbor. obligat. Paul. de Leazaro Zenzel. & Cardinal. Florent. Clement. 1. de in integr. reſtitut. Petrus de Anchoran. & Imol c. potuit. extr. de locat. & conduct. Tiraquell. in tractat. de utroque retract. part. 1. §. 35. gloß. 4. num. 35. ubi ipſe multa alia ad hoc citat.*

Attamen nemo † præſumitur habere ignorantiam juris communis vel illius, quod juris communis vicem obtinet, *Dyn. c. præſumitur. de reg. jur. lib. 6. Bart. & Angel. l. ſed etſi. §. ſcire. ff. de petit. hæreditat. Bart. l. non fatetur. colum. final. ff. de confeß. Imol c. final. colum. 2. in fin. extr. de præſcription. Abb. c. ſi diligenti. num. 24. extr. eod. titul. Alex. conſ. 73. circ. fin. lib. 2. conſ. 46. colum. final. lib. 3. conſ. 119. colum. final. lib. 4. Cornel. conſ. 226. num. 4. lib. 1. conſ. 136. colum. 3. lib. 2. Socin. conſ. 47. colum. penul. lib. 1. Franciſc. Aretin. & Claud. l. quod uxor. ff. de acquirend. poſſeß. Curt. ſenior conſ. 72. colum. 2. Anton. Gabriel. Roman. in tractat. regular. lib. 6. titul. de regul. jur. concluſ 7. num. 1.* 22

Illius quoque † quod publicè notum eſt, ignorantiam nemo prętendere poteſt, *gloß. l. ſi tutor. & ibi Bart. Bald. Salycet. & Dd. C. de pericul. tutor. gloſ. §. qui autem. verb. cognoverint. & ibi Sylveſt. Aldobrand Inſtitut. de excuſat. tutor. gl. c. præſumitur. de reg. jur. lib. 6. gl. & Abb. c. 1. extr. de poſtulat. prælator. Dyn. c. ignorantia. in fin. de regul. jur. lib. 6. Bald. l. verius. in fin. ff. de probat. Bart. l. abſenti. colum. 2. ff. de donation. Iaſ. l. is poteſt. colum. 12. ff. de acquirend. hæreditat. Socin. jun. conſ. 31. colum. 3. lib. 2. Anton. Gabriel. Roman. in tract. regul. lib. 6. titul. de regul. jur. concluſ. 5. num. 21.* 23

Similiter quoque Dd. communiter decidunt, † legem vel conſtitutionem publicè promulgatam omnibus notam eſſe præſumi, *gloß. c. præpoſuiſti. verb. non probatur. diſtinct. 82. Innocent. c. 2. extr. de conſtitut. Abb. c. paſtoralis. colum. 1. circ. fin. extr. de fide inſtrument. Abb. conſ. 35. colum. 1. lib. 1. Dec. c. ad hæc. notab. 17. extr. de poſtulat. prælator. Salyc. l. Senatus. circ. fin. C. de his qui ſibi aſſcribunt.* 24

Idem quoque juris eſt & in ſtatuto publicato, *Bart. repetit. l. quod Nerva. colum. 6. verſic. juxta prædicta quæro. ff. depoſiti. Bald. l. leges. la. 2. in princip. C. de legib. Alex. conſ. 65. colum. 1. lib. 6. Cardin. Pariſ. conſ. 49. colum. 5. lib. 1.*

Et in edicto publicato, *Ant. Gabr. Roman. in tract. regul. lib. 6. tit. de reg. jur. concl. 5. num. 10.*

Nec non in omni eo quod publicè promulgatum est, *c. 1. & ibi Dd. extr. de postulat. prælator. Bald. l doli mali ff. de novationib. Bald. l. nostram. colum. final. C. de testam. Ias. cons. 46. colum. 3. lib. 3. Ias. l. is potest. colum. 12. ff. de acquirend. hæreditat.*

25 Eodem quoq; modo † quilibet præsumitur scire id quod notorium est, *gloss. 1. l. 1. ff. de receptatoribus. Abb. cons. 100. colum. 2. lib. 1. Ang. l. si duo. ff. de acquir. hæred. Alex. cons. 94. colum. pen lib. 5. Ias l. Titius. §. Lucius. ff. de liber. & posthum. Ias. l. is potest. colum. 12. ff. de acquirend. hæreditat.*

Deinde quoq; & quilibet præsumitur scire illud, cujus, vel de quo publica vox & fama existit, *Bart. l. is potest. colum. 3. ff. de acquirend. hæred. Bart. l. si cui. §. iisdem. colum. 1. ff. de accusation. Alex. cons. 36. colum. 2. lib. 1. cum mult. similib. alleg. per Ant. Gabr. Roman. in tract. reg. lib. 6. tit. de reg. jur. concl. 5. n. 19.*

26 Præterea quoque † quilibet præsumitur scire id, quod is inquirere tenetur, *gl. c. præsumitur. de regul. jur. lib. 6. Archidiac. c. proposuisti. distinct. 82. Petrus de Anchoran. c. 1. colum. 2. extr. de consanguinitat. & affinitat. Card Clement 1. quæst. 7. & ibi Petr. de Anchoran. colum. 1. Imol. colum. 4. Bonifac colum fin. eod. tit. Abb. c. innotuit. col. 3. extr. de election.*

Acta quoq; & gesta ab Imperatore & Imperio Romano omnibus nota esse præsumuntur, sicut hoc satis probatur per id, quod tradit *Tiraquell. in tract. de nobilitate c. 37. num. 183. Anton. Gabriel. Roman. in tractat. reg lib. 6. tit. de reg. jur. conclus. 5. n. 35.*

Sed prædicta constitutio in Comitiis Spirensibus est & condita ab Imperatore, Romano cum consensu omnium ordinum & statuum & publicata & publicè promulgata, atq; in toto Imperio Romano & notoria & omnibus publicè nota.

Et de hoc quod ista constitutio est facta in toto Imperio Romano publica vox & fama existit.

Illaq; constitutio & jus commune est, & juris communis vim, vigorem & efficaciam obtinet.

Nec non & omnes Principes, ordines atque status Imperii Romani tenentur inquirere vel indagare illa, quæ in Comitiis Imperii decernuntur, statuuntur vel promulgantur.

Igitur sequitur, per hoc satis superque probari, quod Illustriss. Princeps & Dominus, Dn. J. F. postulatus Administrator Primatus & Archiepiscopatus Magdeburgensis, &c. habuerit scientiam & noticiam illius constitutionis promulgatæ, & quidem à tempore publicationis sive promulgationis factæ.

Rursus ex hoc videtur inferri, quod sua illustrissi. Celsitud. adversus hoc, quod sua illustriss. Celsitudo intra tempus sex mensium in ista constitutione præfinitum, actiones suas respectu sessionis non instituit vel proposuit, ignorantiam prætendere vel allegare nequeat.

Decimo tertiò, † ignorantia juris nemini patrocinatur, *l. juris ignorantia. la. 1. & 2. l. error. & l. regula. ff. de jur. & fact. ignorant. l. leges sacratissimæ. C. de legibus. l. cum ignorantia. l. cum quis jus ignorans. l. constitutiones Principum. & l. final. C. de jur. & fact. ignorant. juris ignorant. & ibi Dd. C. qui admitti.* 27

Similiter quoque † ignorantia crassa & supina, vel non probabilis, nemini patrocinatur, *l. etsi consensum. §. 1. ff. de contrahend. empt. l. cum sex. ff. de ædilit. edict. l. regula. §. sed facti. ff. de jur. & fact. ignorant. l. si tutor. & ibi gloss. & Dd. ff. de pericul. tutor. Bart. l. quidam decedens. §. fin. ff. de administrat. tutor. Bald. c. licet. colum. 1. extr. de supplend. negligent. prælator. Imol. c final. colum. penult. versicul. sed hic est advertendum extr. de præscription. Roman. cons. 127. circa fin. Francisc. Aretin l. licet. C. de jur. deliberand. Angel. & Paul. Castrens. l. si duo. ff. de acquirend. hæredit. Roman. l. 1. §. nunciatio. ff. de operis. nov. nunciat. Ant. de Butr. c. 2. colum. penult. extr. de constitution. Felin. c. vigilanti. colum. 2. extr de præscription. Dec. l. 2. colum. 2. C. qui admitti. Ant. Gabriel. Roman in tractat. regular. lib. 6. titul. de regul. jur. conclus. 6. num. 43. & 45. Tiraq. in tract. de utroq; retract. part. 1. §. 25. gloss. 4. num. 33. ubi ipse ad hoc multa alia citat.* 28

Et ignorantia crassa, supina vel improbabilis in præjudicium ignorantiam prætendentis pro scientia habetur, *gloss. clement. 1. verb. scienter. de consanguinitat. & affinitat gloss c. 1. §. similiter. verb. sciens. quibus modis. feud amittat. Bald c. 1. colum. final. versicul. quæro quid de eo. & ibi Præposit. §. item. si fidelis. colum. final. versic. quæro quid si vasallus. eod. titul. Roman. cons 340. circa fin Tiraquell. in tract. de utr. retract. part. 1. §. 35. gl. 4. n. 33.*

Eodem quoque modo & † ignorantia affectata nemini patrocinatur, *l. qui contra C. de incest. nupt. c. cum inhibitio §. si quis vero. extr de clandestin. desponsal. c. 2. & ibi gloss. de temp. ordinat. lib. 6. gl. c. ad falsariorum. in pr. extr. de crim. falsi. Tiraq. in tract. de utr. retract. part. 1. §. 35. gl. 4. n. 27. & 28.* 29

Ne-

50 Nemini quoq; patrocinatur † ignorantia eorum, quæ vel quis inquirere tenetur, *c. ad falsariorum, extr. de crim. falsi. Dominic. c. in memoriam. colum. 2. distinct. 19. Cravett. cons.* 6. *num* 75.

Vel quæ quis facilè scire potuit, *glos. l. locus. ff. de acquirend. possess. Calcan, cons. 24. colum. 4. Rip. respons. 12. lib. 2.*

Sed certum est, nec non & superius comprobatum, prædictam constitutionem editam & promulgatam in Comitiis Spirensibus jus commune esse, & juris commmunis vim & vigorem obtinere.

Et cum illa constitutio in Comitiis Spirensib. condita, edita, & in Imperio Romano publicè promulgata sit, videtur dicendum, ignorantiam illius constitutionis esse crassam, supinam, injustam, improbabilem & affectatam.

51 Similiter quoq; certum est, † quod quis facilè potest scire & nancisci scientiam eorum, quę in Comitiis sive publicis conventibus Imperii Romani statuuntur, & in Imperio publicè promulgantur, quodque omnes subditi Imperio Romano illa inquirere cogantur & obligati sint, *l. leges sacratissimæ. C. de legibus l. constitutiones, C. de iur. & fact. ignorant.*

Igitur videtur dicendum, etiamsi probari vel fides fieri possit, Illustriss. Principem & Dominum, Dn. J. F. illam constitutionem sive decretū Spirense ignorasse.

Attamen illam ignorantiam suæ illustriss. Celsitud. nullo modo patrocinari vel prodesse posse.

Decimo quartò, & legib. cautū & à Dd. 52 traditum est, † quod is qui certus est, ulterius certiorari nō debeat, *l. 1. §. fin. ff. de act. empt. l. 1. § si intelligitur. ff. de ædil. edict. l. item veniunt. §. petitam. ff. de petit. hæred. l. quidam decedens. §. fin. ff. de adminis. tut. l. aut qui aliter. §. sed & servus. ff. quod vi aut clam. c. eum qui certus & ibi Dyn. & Dd. de reg. iur. lib 6. gloss. c. cum inter universa. verb cognoverunt. extr. de electiõ. gl. c. cum injustè. extr. de procurator gl. c. 2. §. intra tres menses. extr. de conceß. præbend. gl. c. cum inhiberent. verb. voluerit. extr. de clandest. desponsat. Alex. cons. 24. n. 6. lib. 4. cons. 138. n. 3. lib. 7. Dec. cons. 222. colum. 3. Card. Paris. cons. 82. n 27. lib. 3. Tiraq. in tract. de utr. retract. § 36. gl. 2. n. 24. Caspar Caball. in tract. de evict. § 3. n. 2. Nevizan. cons. 20. n. 10. Francisc. Bursat. cons. 74. n. 59. lib. 1.*

Et scientia vim denunciationis & insinuationis obtinet, *l. item veniunt. §. petitam. & ibi Bart. & Dd. ff. de petit. hæred. l. aut qui aliter. §. si fortè. ff. quod vi aut clam. Dyn. & Ioann. Andr. c. eum qui certus de reg. jur. lib. 6. Tiraq. in tract. de utr. retract. part. 1. §. 36. gl. 2. nu. 24.*

Ideoq; legi & constitutioni requirenti insinuationem, certificationem vel denunciationem, satisfactum esse intelligitur eo ipso, quod is cui ista insinuatio, denunciatio vel certificatio fieri debet, alioquin scientiam vel noticiam illius rei vel negocii habet, *Bertrand. cons. 233. num. 3. lib. 4. Casp. Caball. in tract. de evictione. §. 3. num. 3.*

Et hoc potissimùm procedit in iis casibus, in quibus denunciatio, insinuatio & certioratio ad solum finem scientiæ sive notitiæ, sive quod quis illius rei sive negocii scientiam & noticiam nanciscatur, requiritur. Tunc enim scientiam vel notitiam habenti ulterius nulla insinuatio fieri debet.

Et in dubio semper insinuatio, denunciatio & certioratio ad illam finem requiri intelligitur, ut quis scientiam sive notitiam illius rei sive negocii nanciscatur, *Dyn. c. eum qui certus, de reg. iur. lib. 6. Cyn. & Iacob de Belv. l. emptor, C. de evictio. Ioan. Andr. & Dd. c. fin. extr. de empt. & vendit. Alex. cons. 24. num. 6. lib. 4. cons. 138. num. 3. lib. 7. Tiraquell. in tractat. de utr. retract. part. 1. §. 36. gloß. 2. num. 24. Caspar. Caballin. in tractat. de evictiõ. §. 3. num. 3.*

Sed ex prædictis videtur liquere, quod Illustriss. Princeps & Dominus, Dn. J. F. postulatus Administrator Primatus & Archiepiscop. Magdeburgensis, &c. habuerit scientiam & noticiam prædictæ constitutionis Spirensis.

Igitur etiam ex hoc videtur sequi, quod non fuerit necessarium suam illustriss. Celsitud. ulterius certiorare, vel illam constitutionem suæ illustriss. Celsitud. intimare. Quodq; terminus in ista constitutione præfixus contra suam illustriss. Celsitudinem lapsus fuerit, etiamsi fides fieri non posset, suæ illustriss. Celsitudini aliquam certiorationem, denunciationem vel intimationem illius constitutionis factam esse.

Decimo quintò, ea † quæ per legis sive constitutionis dispositionem certa sunt, sive terminus à lege vel constitutione præfixus, nemini necessariò insinuari vel notificari debent, sed talis terminus etiam nulla penitus notificatione vel insinuatione interveniente labitur, *Bald l. 2. nu. 2. circ fin. arg. ill. text. C. de temp. appellat. Blaterr repetit. l. diffamari. n. 44. c. 8. C. de ingen. & manumiß.* 53

Simi-

Similiter quoque & constitutio publicata sivè publicè promulgata, singulorum auribus inculcari, vel singulis insinuari non debet, *c. 1 & ibi Panorm nu. 9. Dec. nu. 16. extr. de postulat. prælator.*

Et confirmatur per id quod Dd. tradunt, quod etiam privilegium alicui concessum per viam juris communis vel constitutionis publicæ promulgatæ, ulterius allegare vel insinuare necesse non sit, *Innocent. & Dd. c. 1. & ibi Felin. num. 11. limitat. 2. & 3. Mant. num. 30. Berous num. 63. extr. de rescript. Ioan. Andr. Anton. de Butr. & Dd c. cum ordinem. extr. eod. titul. Bald. in addit. ad Speculat. tit. de appellat. sub rubr incipiunt quædam dicta extravagantia. colum. final. circ. fin versicul nota quod habens privilegium. Bertachin. in suo repert. verb. privilegium dicitur. nu. 55.*

Eodem quoque modo & illud quod est notorium, juris allegare vel insinuare necesse non est, *Innocent. c. Raynutius arg. illius text. extr. de testament. Bald. l minoribus. C. de his quibus ut indign. Abb. c. afferte. num. 4. extr. de præsumpt. Barbat. cons. 58. num. 11. lib. 3. cons. 79. nu. 1. lib. 4*

Et confirmatur per id, quod Dd. communiter tradunt, quod etiam privilegium notorium neque allegari neque insinuari, neque intimari necesse sit, *Hostiens. Ioan. Andr. Calderin. Anton. de Butr. Abb. & Dd. c. cum ordinem. extr. de rescript. Innocent. c. ex parte. extr. de verbor. significat. Ioan. Andr. c. scienti. de reg. jur. lib. 6. Bart. l. 3. ff. de jud. Bald. l. generaliter. colum. 2 C. de Episcop. & Cleric. Innocent. c. venerabili. colum. final. extr. de censib. Anton. de Butr. c. prudentiam in princip. colum. 3. extr. de offic. delegat. Abb. c. si diligenti colum. pen. extr. de for. competent. Abb. cap. 2. column. 7 extr. de dilation glos. c. convenientior. verb congruens. 23. quæst 8. Anton. de Butr. c. super literis. column. 25. extr. de rescript. Bald in addit. ad Speculat. tit. de appellationib. sub rub. incip. quædam dicta. colum fin. versic. nota quod habens privilegium Bertachin. in suo repertor. verb. privileg. dicitur. num 55.*

Sed prædicta constitutio facta in Comitiis Spirensibus est & jus commune & juris communis vim & vigorem obtinet, nec non & in Imperio Romano publica & publicè promulgata, item & notoria est.

Igitur etiam ex hoc videtur dicendum, quod non fuerit necesse, illam constitutionem intimare, insinuare vel notificare suæ illustriss. Celsitudini, quodque tempus in illa constitutione præfixum adversus suam illustrissim. Celsitudinem lapsum fuerit, etiamsi non probetur vel fides fiat, suæ illustrissimæ Celsitudini aliquam specialem insinuationem, notificationem vel intimationem illius constitutionis esse factam.

34 Decimo sextò, † possessio vel quasi sessionis perinde ut aliorum jurium, etiam per actum unicũ sive per exercitium unius actus acquiritur, *Bald. cons. 32. lib. 1. cons. 150. lib. 3. cons. 251. lib. 5. Roman. cons. 311. circ. final. Paul. Castrens. cons. 130. lib. 1. Alex. cons. 74. num. 16. lib. 4. Dec. l. si emancipati. columu. 2. C. de collation. Dec. cons. 124. Corn. cons. 47. column. 1. lib. 3. Roch. Curt. in tractat. de jur. patronat. verb. competens nu. 35. Rip. c. cum Ecclesia Sutrina num 52. extr. de caus poss. & proprietat. Francisc. Balb. in tractat. de præscription. part. 1. 5. part. princip. quæst. 9. n. 5. Menoch. in tract. de retinend. possess. remed. 3. nu. 586. Albert. Brun. cons. 34. nu. 15.*

Et possessio vel quasi sessionis aliorumque jurium non retinetur animo, sed statim atque actus contrarius celebratur ab adversario illa amittitur, *Bald. l. si quis diuturno. argument. illius text. ff. si servitus vendicetur. Ias. l. 1. numer. 46. limitat. 4. C. de serv. fugitivu.*

Cum itaque, ut opinor, illi Principes cum quibus Illustrissimo Principi ac Domino, Domino J. F. postulato Administratori Primatus & Archiepiscopatus Magdeburgensis, Marchioni Brandenburgensi lis, negocium, sive controversia est, quique locum & sessionem suæ illustrissimæ Celsitudinis occuparunt, non tantum unicum, sed plures actus possessorios exercuère, videtur dicendum, quod illi Principes eo ipso acquisiverint quasi possessionem illius loci & sessionis.

Rursus ex hoc videtur inferri; quod sua illustrissima Celsitudo illam quasi possessionem sessionis jam dudum amiserit.

35 Decimo septimò, † quælibet possessio præsumitur esse justa & legitima, nec non & bona fide acquisita, *glos. l. super. verb. probetur. Cod. de præscrip. long temp. glos. l. 1. C. de eviction. gloss. l. si quis emptionis titulo. verb. tenuerunt. C. de præscript. 30. annor. gloss. §. 1. vers. si bona. Institut. de usucap. gloss. c. sanctorum. verb. sacræ. & ibi Panormitan. extr. de præscription. glos. c si diligenti: verb. bona fides. & ibi Innocent. Petr de Vbald. Panormitan. & Felin. extr. eod. tit. gloss. c. cum Ecclesia extr. de caus. possess. & proprietat. gloss c. Abbate.*

in priucip. verb Domini de senteut. & re judicat. lib. 6. gloss. c. licet. 16. quæst. 3. Innocent. c. Michael extr. de election. Innocent. c. secundo extr. de restitut. in integr. Innocent. c. vigilanti. extr. de præscript. Dyn. l. 1. ff de tin. act. privat. Cyn. l. 2. quæst. 4. C. de servitut. Ioan. Andr. in addit. ad Speculat. titul. de testament. §. nunc videndum in. addit. magna. column. 3. Archidiac. cap. 1. verb. bona fides. de præscript. lib. 6. Bart. l. celsus column. 5. ff. de usucap. Bart. l. communi dividundo. §. prædones. & ibi Alex. in addit. ff. communi dividundo. Bart. l. quemadmodum. C. de Agricol. & censit. lib. 11. Bald. repet. l. 1. column. 4. C. unde vi. Angel. l. 1. C. quib. non obstat. long. tempor. præscript. Anton. de Butr. c. pervenit. extr. de censibus. Petr. de Anchoran. cons. 142. column. penult. Cuman. consil. 109. Panormit. cons. 18 column. 2. lib. 2. Alex. consil. 201. column. 2. lib. 2. cons. 33. lib. 4. cons. 91. col. 2. lib. 5. Corn. cons. 130. column. 2. lib 1. cons. 329. column. 4. lib. 1. cons. 185. in fin. lib. 2. Cravett. cons. 150. num. 5. Tiraquell. in tractat. de præscript. §. 1. gloss. 2. pag. 6. & 7. Menoch. in tractat. de recuperand. possession. remed. 13. n. 64. Vasq. in controvers. illustrib. lib. 2. c. 81. num. 4. Alciat. in tract. de præsumpt. regul. 3. præsumpt. 5.

Et continuata, *Bart. l. celsus. & ibi Francisc Balb. in repet. part. 3. n. 9. ff. de usucap. Anton. de Butr. Abb. & Felin. c. si diligenti extr. de præscription.*

36 Etiamsi illa possessio † titulo careat. *glos. l. si quis emptionis titulo verb. tenuerunt. C. de præscript. 30. vel 40. annor. Anton. de Butr. Panorm. & Felin. c. si diligenti. extr. de præscript. Bald. & Angel. l. super longi. colum. 3. C. de præscript. long. tempor. Geminian. c. 1. column. 2. de script. lib. 6. Franc. Balb. repet. l. celsus part. 3. nu. 9. ff. de usucap Tiraquell. in tract. de præscript. §. 1 gloss. 2. pag. 6 & 7.*

37 Et hoc potissimum procedit † in possessione longi temporis decem annorum nempe, *Innocent. c. 2 extr. de in integr. restit. Abb. & Dd. c. consultationib. extr. de jur patronat. Alex. cons. 142. in princ. lib. 1. cons. 200. lib. 2. cons. 24. & cons. 59. lib 5. Dec. cons. 269 nu. 8.*

38 Multò verò magis hoc locum habet † in possessione 30. annorum.

Namque & illa indistinctè præsumitur bona fide & acquisita & continuata, *Bart. l. fin. nu. 17. C. unde vi. Alex. cons. 6. lib. 1. cons. 151. colum 2. lib 2. Abb. cons. 89. cons 102. lib. 1. Roman. cons. 107. Francisc Aretin. cons. 54. 102. 111. & cons. 134. Ias. §. sed iste. n. 106 Instit. de actionib. Ias. cons. 57. cons. 72. colum. 2. lib. 1. cons. 209. colum 2. lib. 6. cons. 267. & 272. Anton. Gabriel. Roman in tract. reg lib. 1. tit. de præsumpt. conclus. 1. nu. 41.*

Etiamsi † probetur vel constet de antiquiori possessione adversarii, *Bart. l. fin. n. 17. C. unde vi. Bald & Ang l. super longi. C de præscription. long tempor. Alex. cons. 72. in princ. cons. 110. colum. fin. lib. 1. cons. 76. colum. fin. cons. 151. colum. 2. lib. 2. cons. 16. colum. 6. & 24. colum. fin. lib. 5.* 39

Usque adeo ut † possessio triginta annorum præsumatur habere justitiam permanentem, *Cyn. l. solennib. C. de rei vendicat. Bald. c. 1. §. cum autem de controvers. invest. Math. de Afflict. decis. 277. nu. 6. Card. Paris. cons. 23. num. 258. lib. 1.* 40

Utque post lapsum † triginta annorum malam fidem allegare non permittatur, *Bart. l. fin. [n.] 17. C. de unde vi. Paul. Castrens. cons. 169. colum. 2. lib. 1. Menoch. in tract. de recuper. possess. remed. 13. nu. 70. Tiraquel. in tract. de præscript. §. 1. gl. 4 vers. 18. Vasq. in controvers. illustr. lib. 2. cap. 79. nu. 16. & cap. 81. num. 2. & num. 7.* 41

Sed ex iis, quæ in præcedenti ratione adducta sunt, liquere videtur, quod illi Principes cum quibus sua illustrissima Celsitudo ratione sessionis litem vel controversiam habet, sint in quasi possessione illius sessionis sive prælationis & præeminentiæ.

Igitur videtur dicendum, illos Principes adversarios pro se habere istam præsumptionem, quod ista quasi possessio sit & legitima & justa & ab ipsis bona fide & acquisita, & continuata, quodque ista præsumptio multò magis locum habeat, si vel constet vel probari posset de quasi possessione adversariorum decem vel triginta annorum.

Rursus ex hoc videtur inferri, quod sua illustrissima Celsitudo se ex eo vel per id juvare nequeat, quod nulla præscriptio vel lapsus temporis illi patrocinetur, qui est in mala fide.

Decimo octavò videtur dicendum, † quod præscriptio annalis vel minoris temporis etiam cum mala fide & currat, & labatur, prout hoc satis probari videtur per id quod Dd. tradunt, actioni de dolo quanti minoris, & redhibitoriæ præscribi etiam ab illo qui est in mala fide & habet scientiam rei vel juris alieni, *Paul. Castrens. l. sequitur. §. si viam ff. de usucap. Panorm. c. fin. colum. 3. & ibi Hostiens. Imol. col 12. & Aur. de But. col. 2. Felin. n. 2. extr. de præscription. Francisc. Balb. in tract. de præscript. 2. part. 3. part. princ. quæst. 13. num. 7.* 42

num 7. Covar. repetit. cap. possessor. part. 2. §. 11. nu. 5. de reg. jur. lib. 6. Ant. Gabriel. Roma. in tract. regula. lib. 3. tit. de præscription. conclusio. 3. nu. 12. Paul. Castrens. l. fin. §. 1. in fin. ff. rem rat. haber. Menoch. in tract. de recuper. possessor. reme. 15. nu. 189. Crott. repet. l. omnes populi. num. 75. & ibi Caccialupus. col. 32. fi. ff. de just. & jur. Crott. repet. l. nemo potest. col. 32. ff. de legat. 1. facit id quod tradit *gloss. Auth. quas actiones. verb. durantib. C. de SS. Eccles. Panorm. c. cum causam colum. 2. & 3. extr. de emption. & vendition. Felin. c. de quarta. colum. final. extr. de præscriptionib.*

Cum itaque tempus præfinitum in constitutione Spirensi sit sex mensium, & sic minus anno, videtur dicendum, quod lapsus sivè præscriptio illius temporis Principibus adversariis patrocinetur, etiamsi probari vel fides fieri posset, Principes adversarios in mala fide fuisse, & habuisse scientiam juris sivæ illustrissimæ Celsitudini competentis.

43 Decimo nonò, ex † lapsu temporis decem vel plurium annorum præsumitur & probatur, quod in actu aliquo intervenerint omnes solennitates omnique requisita etiam extrinseca, *l. si filiusfamilias. & ibi Bald. & Dd. C. de petit. hæreditat. l. qui in aliena. §. 1. & ibi Bart. Bald Angel. Imol Roman. Alex & Ias. ff. de acquirend. hæreditat. c. cura. extr. de jure patronat. c. pervenit. & ibi gloss. Anton. de Butr. Imol. Panormitan. & Dd. extr. de censib. Innocent. Hostiens. Ioan. Andr. Bald. Anton. de Butr. & Felin. c. Albericus extr. de testibus. Bald. Angel l. Imol. Raph. Cuman. Roman. Alex. Barbat. Ias. & Dd. l. sciendum. ff de verbor. obligat. Bald. l. 2. circ. med. C de acquirend. possession. Bald. l. executione. C. de executione. rei judicat. Roman. cons. 252. Alex. cons. 113. column. 2. lib. 1. Cravett. in tract. de antiquitat. tempor. part. 3. §. venio nunc ad tertiam. & § vidimus in genere. Tiraquel. in tract. de præscription. §. 1. gloss. 4. versicul. 39. Anton. Gabriel. Roman. in tractat. regul lib. 1. titul. de præsumption. conclus. 1. in quibus locis Cravett. Tiraquell. & Anton. Gabriel. Roman. multos alios Dd. ad hoc citant.*

44 Et hoc usque adeo verum est, ut † procedat etiam in præjudicium Ecclesiæ.

Namque etiam in illius præjudicium, ex lapsu longi temporis decem annorum, nempe præsumitur, quod in actu sivè negocio aliquo intervenerint omnes solennitates, omniaque requisita etiam extrinseca *Anton. de Butr. & Imol. ea noscitur. extr. de his quæ fiunt à Prælat. sine consensu Capituli. Anton. de Butr. c. cura. column. 2. extr. de jure patronat. Petr. de Anchoran. cons. 136. Francisc. Aretin. cons 36. column. 2. Alex. cons. 79. col. 3. lib. 1. cons. 45. circ. fin. lib. 3. Socin. cons. 208. column. penult. lib. 2. Felin. c. sicut. column. 19. versicul. septimo & ultimo. extr. de sentent. & re judicat. Dec. l. 1. col. 4. C. qui admitti. Dec. l. 1. column. 4. C. qui admitti. Dec. cons. 36. column. penult. versicul. ultimo non obstat. cons. 152. column. 2. cons. 329. column. final. cons. 341. column. 6. Cravett. in tractat. de antiquitat. tempor. part. 3. §. vidimus in genere. num. 26 Tiraquell. in tractat. de præscription. §. 1. gloss. 4. versicul. 36. Anton. Gabriel Roman. in tractat. regular. lib. 1. titul. de præsumption. conclus. 1. num. 3. ubi ipse etiam alios Dd. ad hoc citat.*

Ex lapsu † quoque temporis longi, decem nempe vel plurium annorum præsumitur causa justa & legitima, *Panormitan. cons. 7. column 5. cons. 26. column. final. lib. 2. Tiraquell in tractat. de præscription. §. 1. gloss. 4. vers. quadragesimo.* 45

Similiter quoque † legibus cautum est, quod tempus de proximo complendum, pro jam completu habeatur, *l. si fundum. ff. de fund. dotal. l. non tantum in princip. ff. de excusat. tutor. l. penult. & ibi Bart. & Dd. ff. de testament. militar. Ias. l. divortio. §. interdum. numer. 15. ff. solut. matrimon. Felin. c. cum te numer. 57. extr. de rescript. Hippolyt. de Marsil. singul. 106. Sylvest. Aldobrand §. item ij. num. 15. cum. 8. sequentibus. Institut. de excusat. tutor. Tiraquel. in tractat. de legibus connubial. gloss. 2. num. 2. cum omnibus sequentib. usq. ad nu. 18. Bernhard. Alphan. in suis collectan. nu. 599.* 46

Et in præallegatis locis *Tiraquell. & Sylvest. Aldobrand. multos alios. & textus & Dd. ad hoc citant.*

Sed ab eo die à quo illud tempus sex mensium est finitum, ferè elapsi sunt decem anni.

Igitur videtur dicendum, perinde habendum ac reputandum, atque si illud tempus decem annorum completum fuisset.

Rursus videtur ex hoc inferri, quod ex lapsu illius temporis præsumatur, quod in renunciatione & consensu ex lapsu temporis præfiniti resultante, intervenerint omnia requisita, omnesque solennitates legitimæ, nec non & quod illa renunciatio ex causa justa & legitima facta fuerit.

47 Vigesimo, Ex tarditate † sive negligentia præsertim longa, sive ex eo, quod quis diu distulit vel neglexit actionem suam proponere vel instituere, talis inducitur suspicio vel præsumptio, quod is nullum jus foveat, *Cyn. l. 1. C. ut quæ desi. advocat. part. Frideric. de Sen. cons. 23. colum. 2. in princip. & colum. 3. in princ. cons. 93. Petr de Anchor. cons. 234. colum. 1. Paul. Castrens. cons. 281. colum. 1. cons. 282. colum. 3. lib. 1. Bald. cons. 37. in fin. lib. 1. Oldrad. cons. 183. column. 3. Cravett. cons. 28. num. 6. cons. 65. num. 8. cons. 75. nu. 9. cons. 171. num. 7. fac. text. l. si quis forte. §. 1. ff. de pæn.*

48 Illaque præsumptio† secundum aliquorum Dd sententiam illius efficaciæ est, quod actor nullo modo audiri, sed repelli debeat, *Frideric. de Sen. cons. 23. Cravett. cons. 75. num. 9.*

Sed Illustrissimus Princeps & Dominus, Dominus J. F. postulatus Administrator Primatus & Archiepiscopatus Magdeburgensis, Marchio Brandenburgensis &c. diu distulit & neglexit actionem suam ratione sessionis instituere.

Igitur videtur dicendum ex hoc colligi & probari, quod sua illustrissima Celsitudo nullum jus foveat, quodque illa præsumptio ejus efficaciæ sit, quod sua illustrissima Celsitudo nullo modo audiri, sed ab agendo repelli debeat.

49 Vigesimo primò, terminum sive tempus à lege, statuto vel constitutione aliqua præfinitum, judex prorogare, alterare, vel mutare nequit, *gloss. supra verb. octo. & ibi Dominic. colum. final. de exception lib. 6 gloss. c. si tibi absenti de prabend. lib. 6. Iacob. de Aren. & Cyn. l. 1. C de dilation. Iacob. de Aren. & Cyn. Auth. qui semel C quomodo & quando judex gloss. c cum sit Romana verb. Rectius extr. de appellat. Guilhelm. de Cugn. & Albert. de Rosat. l. cum post mortem. ff. quando act. de pecul. est anal. Dyn. c. indultum. colum. 4. de regul. jur. lib. 6. Guilhelm de Cugn. & Bald. l. de die. ff. qui satisdar. cogant. Alber. de Rosat. l. sive pars. C. de dilation. Alberic. de Rosat. l. 2. §. 1. ff. de jur. deliberand. Alberic. de Rosat. l. final colum. final. ff. de fer. Alber de Rosat l. Senatus. §. fin. ad SC. Turpillian. Bald. Auth. jubemus. C. de judiciis Alber. de Rosat. Bald. Roman. Raph. Cuman. Paul. Castrens. Petr. de Besutio. & Ias. l. 2. & ibi Ripa. num. 14. ff. de re judicat. Tiraquell. in tractat. de utroq. retract. part. 1. §. 3. gloss 2. num. 4. & §. 8 gloss 2. num. 14. fac. text. l. propter luem. §. 1. ff. de excusat. tutor. l. adulter. C. ad l. Iuliam de adulter. §. si. verò solum in fin. Auth. de nupt.*

Illudque generaliter † quidem verum est, potissimum autem procedit eo casu, quando illa lex vel constitutio, per quam certus terminus sive certum tempus assignatur, in contractum transivit, Tunc enim multò minus judex illud tempus sivè illum terminum mutare, alterare sivè prorogare potest. 50

Eam ob causam, quia clari & indubitati juris est, quod Princeps etiam summus nemini auferre possit jus ex tali constitutione vel lege quæsitum, *Bald. l. donationes quas Divus in princip. C. de donat. inter vir & uxor. Anton. de Butr. c. 1. colum. 1. versicul. item si transiret in contractum extr. de constitut. Anton. de Butr. c. at si clerici §. de adulteriis. column final. versicul. an autem circa proprias. extr. de judic. Abb. cons. 35. column. 2. lib. 1. Roman. cons. 116. column. 1. cons. 352. column. penult. Ias. l. civitas. column. 3. ff. si cert. petat. Godzadin. cons. 5. column. 3. Boer. decis. 215. Anton. Gabriel Roman in tract. regular. lib. 3. tit. de jur. quæsit. non tollend conclus. 6. nu. 1.*

Sed certum est, illam constitutionem sivè ordinationem factam in Comitiis Spirensibus, legem & jus commune esse, & legis atque juris communis vim & vigorem obtinere.

Et ex fine illius constitutionis liquet, illam constitutionem in contractum transivisse, atque & Imperatorem Romanum & omnes status atque ordines Imperii promisisse, se omnia illa, quæ in ista constitutione continentur, & disposita sunt, inviolabiter servaturos.

Igitur videtur dicendum, quod nec imperatoriæ quidem Majestati permittatur illum terminum sex mensium alterare, prorogare, mutare, vel post lapsum illius termini ulli homini permittere actiones suæ ratione sessionis, vel in possessorio vel in petitorio instituere.

Vigesimo secundò, † neque minori neque Ecclesiæ, neque ulli alii restitutio in integrum conceditur, contra ea quæ jure communi cauta vel disposita sunt, *l. final. & ibi Dd. C. de in integrum restitutione.* 51

Sed illa constitutio facta Spiræ, quâ cavetur, quòd actiones ratione sessionis intra sex menses proponi debeant, quodque post lapsum illius termini nemo audiri vel admitti

admitti debeat, est & jus commune, & juris communis vim & vigorem obtinet.

Igitur etiam ex hoc videtur dicendum, quod neque Illustrissimo Principi ac Domino, Domino J. F. postulato Administratori Primatus & Archiepiscopatus Magdeburgensis, neque etiam Episcopatui vel Ecclesiæ Magdeburgensi restitutio in integrum concedi debeat adversus hoc, quod sua illustrissima Celsitudo istum terminum labi passa fuit.

52 Vigesimo tertiò, † pro modica læsione sivè propter modicam læsionem restitutio in integrum nec peti potest, nec petita sivè postulata concedi debet, *l. scio. & ibi Dd. ff. de in integrum restitut. l. 1. Cod. si advers. vendit. pignor. gloss. 2. cap. 1. & ibi Holstiens. Anton. de Butr. Cardinal. Petr. de Ancharan. collect. ar. & Abb. extr. de in integr. restitut. Hostiens. c. cum ex literis & ibi. Ioan. Andr. Cardinal. & Abb. extr. eod. titul. Innocent. c. coram. extr. eod. titul. Bart. & Dd. l. si proprietarius. ff. de damn. infect. Bald. c. cum alio. column. 2. extr. de rescript. Bald. l. si. in emptione. ff. de minoribus. Panorm. Dec. & Dd. c. de appellationibus. extr. de appellat. Alex. cons. 27. column. 2. lib. 1. consil. 222. colum. 3. lib. 2. Iason. cons. 63. column. 5. & sequent. lib. 3. Socin. cons. 57. column. 9. lib. 4. Alex. l. 1. §. nunciatio. column. 9. versic. secundò limita. extr. de oper. nov. nunciat. Specul. in titul. de in integrum restitut. §. 1. col. penult. Dec. c. quoniam extr. de testibus. Dec. c. maioribus in princ. extr. de præbend. Dec. l. cum quid in princ. ff. si cert. petat. Dec. l. 1. §. si quis. ff. quod quisq; jur. Dec. cons. 616. Gomesius. §. pœnales. col. 2. Institut. de action. Corset. in tract. de minimis in princ. num 3. Hippolyt. de Marsil. l. furem. num. 9. ff. ad l. Cornel. de Sicar. Matth. de Afflict. decision. 109. Maurit. in tractat. de in integrum restitut. cap. 328. Tiraquell. repetit. l. si unquam verb. omnia. num. 15. C. de revocand. donat. Anton. Gabriel. Roman. in tract. regular. lib. 2. titul. de in integrum restitut. conclus. 1. Arius Pinel. repet. l. 2. part. 1. cap. 1. num. 25. & 26. C. de rescindend. vendit.*

53 Et hoc etiam in Ecclesiis † locum habere videtur, *Socin. jun. cons. 84. column. 7. lib. 2. Anton. Gabriel. Roman. in tractat. regular. lib. 2. titul de in integrum restitut. conclus. 1. num. 2. Corn. cons. 179. num. 10. lib. 4. Ruin. cons. 119. num. 13. lib. 5. Francisc. Bursat. cons. 168. num. 13. lib. 2. facit id quod tradit. Tiraquel. repet. l. si unquam verb. omnia. num. 15. C. de revocand. donat.*

Eamque sententiam magis communiter receptam esse, attestatur Franc. Bursat. in loco præallegato.

Sed interesse † honoris, sessionis vel 54
præeminentiæ videtur esse minimum, prout hoc tradit, *Barbat. cons. 29. colum. 11. lib. 1.*

Et confirmatur, tùm † quia apud De- 55
um non gradus elegantior, sed vitæ melioris actio approbatur, *c. sicut excellentiam. 13. quæst. 4. c. non loca. distinct. 40.*

Tum quia non in sublimitate graduum, sed in amplitudine charitatis acquiritur regnum Dei, *c. ad aures. extr. de temporib. ordinat.*

Tum quia non qui major est, sanctior est, sed qui sanctior est, major est, *c. multi. distinct. 40. Alber. de Rosat. l. nemo. C. de offic. Magistr. milit. Luc. de Pen. l. 1. C. de Præposit. sacr. cubicul. lib. 12.*

Tum quia is cui alius præfertur, non dicitur pati præjudicium in reditibus, *Felin. Rubr. extr. de majoritat. & obedient. argum. cum olim. extr. de consuetud.*

Tum quia alibi traditum est, quod desiderans primatum in terra, inveniet confusionem in cœlo, *c. multi distinct. 40. Ludovic. Montal. in tractat. de reprobat. sentent. Pilat. articul. 4. num. 12.*

Igitur videtur videndum, etiamsi per lapsum termini sex mensium Illustrissimus Princeps & Dominus, Dominus J. F. postulatus Administrator Primatus & Archiepiscopatus Magdeburgensis, Marchio Brandenburgensis &c. excluderetur à suæ illustrissimæ Celsitudinis jure sessionis, prælationis & præeminentiæ.

Attamen suæ illustrissimæ Celsitudini contra hoc in integrum restitutionem nullo modo concedendam.

Vigesimo quartò, † uni Ecclesiæ con- 56
tra aliam, & uni Archiepiscopo contra alium restitutio in integrum non datur, prout hoc expressè & in specie tradit *Francisc. Bursat. cons. 27. num. 17. lib. 1. cons. 199. nu. 49. lib. 2. Vbi ipse ad hoc allegat text. l. verum. §. penult. & final. l. si minor viginti quinq; annis. ff. de minoribus. Dd. auth. quas actiones. C. de SS. Ecclesiis.*

Et confirmatur, namque † privilegiatus 57
non utitur privilegio suo contra pariter privilegiatum, prout hoc latè tradunt *Dd. d. auth. quas actiones.*

Igitur videtur dicendum, si Illustrissimo Principi & Domino, Domino J. F. postulato Administratori Primatus & Archiepiscopatus Magdeburgensis, Marchioni

Brandenburgensi &c. ratione sessionis lis vel controversia sit, cum aliis Archiepiscopis suæ illustrissimæ Celsitudini adversus illos alios Archiepiscopos, & contra lapsum illius temporis restitutionem in integrum minimè concedendam.

58 Vigesimo quinto, † adversus præscriptionem statutariam secundum multorum Dd. sententiam in integrum restitutio non conceditur, *Alex. cons. 163. num. 7. lib 2. Dec. cons. 29. num. 3. cons. 375. & ibi addit. Socin. jun. cons. 54. lib. 1. cons. 6 nu 17. lib. 2. Antou. Rub. cons. 97. cum sequent. Curt. jun. cons. penult. Vasquius controvers. illustr. cap. 74. Francisc. Bursat. cons. 164 num. 6. lib. 2.*

Ubi ipse affirmat, hanc sententiam magis communiter receptam.

Sed videtur dicendum, præscriptionem sex mensium per constitutionem Spirensem sancitam & introductam, esse præscriptionem statutariam,

Igitur etiam ex hoc capite videtur dicendum, suæ illustrissimæ Celsitudini contra hanc præscriptionem restitutionem in integrum nullo modo concedi posse.

59 Vigesimo sexto, † petens restitutionem in integrum, non aliter obtinere potest, nisi is probet vel fidem faciat, se vel facultate sua vel dolo adversarii læsum esse, *Socin. jun. cons. 84. num. 42. cum sequent. lib. 2. Card. Parif. cons. 56. nu. 66 lib. 1. Francisc. Bursat. cons. 27. nu. 17. lib. 1.* Ubi ipse affirmat hanc sententiam magis communem esse.

Sed ut opinor, hoc in præsenti casu haud facilè probari poterit.

Igitur etiam ex hoc videtur dicendum, suæ illustrissimæ Celsitudini contra lapsum illorum sex mensium restitutionem in integrum non concedendam.

60 Vigesimo septimo & ultimò, etiam † Ecclesiis & Rebuspublicis non permittitur petere restitutionem in integrum, nisi intra quadriennium a die læsionis, *l. fin. & ibi Dd. C. de tempor. in integrum restitut. cap. 1. & 2. de in integrum restitut. lib. 6. Clement. 1. eod. titul. Speculat. in titul. de Emphyteusi. §. nunc aliquo. num. 27 quæst. 16. Ias. l. 2. num. 49. C. de jur. emphyteut.*

61 Quinimò multi Dd. tradunt, † quod eo casu, quando jus petit restitutionem in integrum adversus lapsum temporis minoris quadriennio, illa restitutio peti & proponi non possit, nisi intra tantum tempus, quantum est illud tempus, ex cujus cursu læsio contigit, *glos. l. sed etsi pro prætor. §. quoties. ff. ex quibus causis maiores. Bart. Bald. Ang. & Salycet. l. final. C. de tempor. in integrum restitut. Iacob. de Aret. & Paul. Castrens. l. quod tempore. C. de in integrum restitut. Iacob. Butrigar. & Dyn. §. rursus. & ibi Angel. num. 6. Ias. numer. 68. Institut. de actionibus. Speculat. §. restat. num. 1. de integrum restitut. Bart. & Bald. l. interdum. ff. de minoribus. Bart. l. ab hostibus. §. sed quod simpliciter. ff. ex quibus causis major. Bart. l. ait Prætor. §. si conditionalis. ff. de his quæ in fraud. creditor. Francisc. Balb. in tractat. de præscription. part. 1. 6. part. principal. num. 28.* Ubi ipse affirmat, hanc sententiam communiter receptam.

Cum itaque tempus præfinitum in constitutione Spirensi sit sex mensium & sic quadriennio minus, videtur dicendum, quod etiam in iis casibus, in quibus quis contra lapsum illius temporis restitutionem in integrum petere potuisset, illa petitio restitutionis in integrum intra sex menses post illud tempus præfinitum elapsum proponi debuisset.

Rursus ex hoc videtur inferri, cum ab eo tempore quo prædicti sex menses finiti sunt, sint jam ultra novem anni elapsi, quod suæ illustrissimæ Celsitudini nullo modo permitti debeat contra lapsum hujus temporis restitutionem in integrum petere.

Et licet hæc prima fronte fortiter urgere videantur.

Ego tamen hisce rationibus non obstantibus, decisionem superius factam verissimam esse judico.

Et ad illam decisionem tenendam, ego moveor per sequentes rationes.

Namque primò, † clari & indubitati juris est, quod Primates in magna & summa dignitate constituti sint, quodque & ipsi in omnibus & per omnia Patriarchis æquiparentur, & ipsi præ cæteris omnibus Principibus tam secularibus quàm ecclesiasticis, tam Episcopis quàm Archiepiscopis, etiam respectu sessionis multum privilegiati sint, usque adeo, ut ipsi quoad sessionem omnibus & Episcopis & Archiepiscopis præferri debeant, atque omnes omninò Archiepiscopi in ista provincia, in qua quis Primatus officium sustinet, Primati & reverentiam & obedientiam præstare teneantur & obligati sint, juxta *text. clarum. & expressum distinct. 21. in princip. & c. Cleros. & distinct. 99.* 62

in prin-

in princip. & c. 1. & 2. Ioann. Lecirier in tractat. de primogenit. lib. 2. quæst. 1. nu 5. & 6. Francisc. Pavin. in tractat. de visitation. part. 1. quæst. 2. num. 8. cum 4. sequentib. Ioan. Baptist. Caccialup. in tractat. de unionibus. articul. 3. num. 16. Ioan. Franc. Pavin. in tractat. de offic. & potestat. capit. sed vacant. prælud. 6. num. 12. & 13. Bartol. Bellenoc. in tractat. de charit. subsid. rubr. qui potest imponere subsidium charitativum. quæst. 2. num. 5. Speculat. in titul. de offic. judic. ordinar. num. 1. & 2. Chassan. in catal. glor. mundi. part. 4. §. decima nona consideratio. Bertachin. in suo repertor. verb. Patriarcha & verb. Primas. Alberic. de Rosat. in suo Dictionar. verb. Patriarcha, & verb. Primas. Socin. c. sicut unire. num. 36 extr. de excess. Prælat. Bald. l. 1. §. his cunabulis. num. 3. ff. de offic. Præfect. prætor. Feliu. Rubr. num. 1. extr. de majoritat. & obedient. Ias. l. 1. num. 9. & ibi Dec. num 19. Paul. de Orian. num. 23. Iacob. de Nigr. num. 16 ff. de offic. ejus, cui mandat. est jurisdict. Alex. in disput. sua. incip. Sigismund. vers. merum Imperium. facit id quod tradit Abb. c. antiqua extr. de privileg. Ang. de Clavas. in sua summ. verb. Patriarcha.

Illaque privilegia & præeminentiæ Primatibus concessa, Corpori juris inserta sunt.

63 Et legibus expressè cautum est, † quòd nulla dispositio vel constitutio quantumvis generalis extendatur ad casus sive personas habentes specialia privilegia vel speciales prærogativas, præsertim respectu illius materiæ, de qua ista constitutio sive dispositio loquitur, *l. final. §. exceptu. C. si quis decurialis cohortalis. l. Decurionibus. & ibi gloss. Bart. & Ioan. de Plat. C. de silentiar. lib. 12. Bald. l. 1. ante med. C. de nov. Codic. confirmand. Bald. l. non plures circ. fin. C. de SS Eccles. Bald. l. final. circ. fin C. si contra jus vel utilitatem public. Bald. l. 1. colum. 1. ff. de constitut. Princip. Bald. c. 1. colum. 3. & ibi Felin. & Dec. extr. de rescript. Bald. Martin. Laudens. & Præposit. c. 1. quo tempore miles Alex. cons. 123. colum. 5. lib. 4. Barbat. cons. 56. lib. 2. cum multis similibus allegatis per Tiraquell. in tractat. de præscription. §. 1. gloss. 11. & in tractat. de utroq. retract. part. 1. §. 1. gloss. 14. num. 104. Anton. Gab. Rom. in tractat. regul. lib. 6. tit. de legib. conclus. 1.*

Similiter legibus cautum est, quòd constitutio generalis nunquam extendatur ad casus vel personas habentes specialem favorem, *l. si quis adulterium cum incæstu. §. liberto. ff. ad l. Iul. de adulter. Ias. l cohæredi. §. qui discretas, notab. 4. ff. de vulgar. & pupillar. gloss. Bart. Ias. & Dd. l. sciendum in princip. ff. qui satisdare cogant. cum multis similibus allegatis per Tiraquell. in tractat. de præscription. §. 1. gloss. 11.*

Et prædicta generaliter quidem vera sunt, potissimùm autem procedunt in privilegiis Corpori juris insertis, namque illa sunt & fortiora & efficaciora, & difficiliùs tolluntur vel abrogantur, *Paul. Castrens. l. si mihi & tibi. §. in legatis. ff. de legatis 1. Lancelot. Galiaul. l. centurio. num. 171. ff. de vulgar. & pupillar.*

Igitur sequitur, quòd sub prædicta constitutione edita & promulgata Anno 1570. in Comitiis Spirensibus non comprehendantur Primates, quodque per illam juri Primatum nullo modo derogatum sit.

Rursus ex hoc infertur, † cùm Archiepiscopus Magdeburgensis citra omnem controversiam sit & Primas Germaniæ, & Primatum totius Germaniæ obtineat, prout hoc præter id, quod illud in Imperio Romano notorium est, tradit *Francisc. Pavin. in tractat. de offic. & potest. Capit. sed vacant. in prælud. 6. num. 13. Franc. Pavi. in tractat. de visitation. part. 1. quæst. 2. num. 9.* 64

Archiepiscopum Magdeburgensem sub ista constitutione non includi & suæ illustrissimæ Celsitudini permitti non obstante lapsu temporis in ista constitutione præfiniti, suam actionem & jura ratione sessionis semper & quandocunque & instituere & in judicium deducere.

Secùndò à Dd. traditum est, † quòd nulla penitùs constitutio quantumvis generalis extendatur ad personas in summa vel maxima dignitate constitutas, *Petr. de Ancharan. cons. 296. incip. pro clariori evidentia. & cons. 298. incip. efficacius Roman. consil. 498. incip. in quo quæritur. num. 6 Dec. c. Ecclesia S. Mariæ. num. 15. extr. de constitution. Rip. respons. 2. num 4. respons. 15. circ. fin. lib. 1. Godzadin. cons. 76. num. 11. cons. 101. num. 15. Cardin. Paris. cons. 141. num. 8. lib. 4. Petr. Rebuff. super concordat. titul. de collation. §. si quis verò. verb. Cardinalatus. Barbat. in tractat. de præstant. Cardinal. part. 1. quæst. 7. circ. fin. Ias. cons. 117. colum. 3. versicul. tertiò principaliter. lib. 4. Hieron. Gigas in tractat. de pension. quæst. 9. num. 7. & 8. & quæst. 59. num. 13. & 14. Matth. de Afflict. decision. 265. num. 15. cum multis seqq. Quintilian. Mandos. in regula Cancellar. apostol. regul. 19. quæst. 2. num. 4. ubi Quintilian. Mandos. attestatur, hanc sententiam communiter receptam.* 65

Sed certum est, nec non & superius comprobatum, quòd Primates sint constituti in dignitate summa & maxima.

Igitur etiam ex hoc capite videtur dicendum, quòd sub ista constitutione Primates non comprehendantur, quodque non obstante ista constitutione Primati Magdeburgensi permittendum sit etiam post lapsum sex mensium, de quibus in ista constitutione fit mentio, ratione sessionis actiones suas & proponere, & in judicium deducere.

66 Tertiò † omnes constitutiones sunt stricti juris, strictè intelligendæ, & quantum fieri potest, restringendæ, *Bart. l.constitutionibus argum. illius text. ff. ad municipal. Bald. l. contractus in princ. C.de fide instrument. Bald. c.1. in fin.de feud. cognition. Dyn.& Bart. l. Cæsar. ff. de publican. Alex. conf. 49. lib. 2. Dec. c. caussam quæ. num. 5. extr. de rescript.*

67 Illudque potissimùm procedit † in illis constitutionibus vel statutis, quæ vel sunt juri communi contraria vel à jure communi exorbitant.

Namque tales constitutiones vel talia statuta multò magis sunt stricti juris & strictè intelligenda, *l. quod verò. ff. de legibus. c. quæ à jure. & ibi Dyn. Ioan. Andr. & Dd. de regul. jur. lib. 6.*

Quinimò illa statuta & constitutiones, quæ sunt juri communi contrariæ, non tantùm strictè, sed etiam strictissimè intelligi debent, *Roland. à Vall. conf. 55. num. 13. lib. 1.*

Ideoque & alibi traditum est, quòd statutum juri communi contrarium sit præcisi fori, & ad unguem & contextum observandum, *Bald. Auth. hodiè. C. de judic. Curt. sen. conf. 35. colum. 7. Roland. à Vall. conf. 55. num. 13. lib. 1.*

68 Quodq; & omne illud † quod est contra jus commune, sive quod à jure communi recedit, sit & stricti juris, *Bart. l. Cæsar. colum. 8. versicul. Quæro. ff. de publican. Bald. l. non jure. C. de bon. quæ liber. Alberic. de Rosat. in 1. part. statutor. quæst. 2. versicul. item quæro an statuta.*

Et odiosum, *Abb. c. olim. extr. de verb. significat. Abb. c. cùm dilectus extr. de consuetud. Abb. c. 1. & 2. extr. de fil. præsbyter. Abb. conf. 1. colum. 2. lib. 1. Corn. conf. 89 colum. 3. lib. 3. conf. 27. colum. 4. lib. 4. Tiraquell. in tractat. de utroq; retract. part. 1. in præfat. num. 62.*

69 Nec non quòd † omnia odiosa sint stricti juris, & quantum fieri potest, restringenda, *l. cùm quidam. & ibi Ias. num. 10. ff. de liber. & posthum. c. odia. & ibi Dyn. Ioann. Andr. & Dd. de regul. jur. lib. 6. Iacob. de Aren. & Bald. l. non possunt. ff. de legibus.*

Similiter quoque & omne id, † quod pœnale & simul odiosum & stricti juris & quantum fieri potest, restringendum est, *Ias. l. cùm quidam. num. 10. ff. de liber. & posthum. Cravett. in tractat. de antiquitat. tempor. part. 4. §. transeo nunc ad quartam. num. 147. cum multis sequentibus.* 70

Eamque sententiam communiter receptam esse, attestatur *Ias. & Cravett. in locis modò citatu.*

Deinde quoque certum & indubitatum est, † quòd sub nulla penitùs dispositione generali, quæ vel est odiosa vel stricti juris, comprehendantur personæ constitutæ in dignitate summa vel maxima, prout hoc tradunt Dd. communiter in præcedenti ratione citati. 71

Et ultra illos idem tenet *Bart. Bellenin. in tractat. de charitat. subsid. quæst. 66. num. 28. Quintilian. Mandos. in reg. cancellar. 19. quæstion. 2. num. 7.*

Sed videtur dicendum, istam constitutionem factam in Comitiis Spirensibus, perinde ut quamlibet aliam constitutionem esse stricti juris.

Præterea quoque illa constitutio est & juris communis correctoria vel saltem à jure communi exorbitans.

Cùm secundum dispositionem juris communis † regulariter omnes actiones sint perpetuæ, & usque ad triginta vel quadraginta annos durent, *l. sicut. & l. omnes. C. de præscription. 30. vel 40. annorum. Institut. de perpet. & temporal. action. in princip.* 72

Et porrò, illam constitutionem ita accipi posse, quòd per lapsum sex mensium illi Principes seculares, vel ecclesiastici, qui intra illud tempus actiones suas ratione sessionis non proponunt, à jure suo sive actione suâ exclusi esse debeant, illa constitutio etiam esset pœnalis, cùm omnis privatio actionis vel exclusio ab actione suâ pœna esse dicatur, sicut & hoc inferiùs docebimus.

Igitur sequitur, quòd multò magis ista constitutio sit & stricti juris & strictè intelligenda, nec non & etiam odiosa.

Rursus ex hoc infertur, quòd sub ista constitutione nullo modo debeant includi vel comprehendi Primates, cùm illi sint constituti in dignitate & suprema & maxima, quodque Archiepiscopo Magdeburgensi tanquam Primati totius Germaniæ permitti

permitti debeat, etiam post lapsum illorum sex mensium jura & actiones suas ratione sessionis proponere.

73 Quartò, † omnis omninò constitutio quantumvis generalis, ita intelligi & accipi debet, ne per illam vel Respublica lædatur vel in præjudicium aut detrimentum publicæ utilitatis quid inducatur, *Dyn. l. si ex toto. & ibi Alex. & Ias. num. 13. cum multis sequentibus. ff. de legat. 1. Bald. l. jubemus nullam. argum. illius text. C. de SS. Eccles. Roman. l. si verò. §. de viro. num. 32. versicul. tertiò eadem conclusio. & versicul. quartò eadem fallentia. ff. solut. matrim. Roman. cons. 436. num. 10. Felin. c. caussam quæ. num. 17. extr. de rescript. Felin. c. nonnulli in princip. num. 15. & 16. extr. eod. tit. Dec. cons. 10 colum. 1. & colum. 3. Losfred. in Paraphrasi feudal. c. 1. de Capitan. qui cur. vendidit. fac. text. l. jubemus. C. de navib. non excusand. lib. 10 l. 1. C. ut nemini lic. in emption specier. lib. 10. l. nullus. C. de cursi publ. lib. 12. c. non minus extr. de immunitat. Ecclesiar. Felin. c. nonnulli in princ. num. 15. extr. de rescript.*

74 Sed publica utilitas † hoc suadet & exigit, ut Primatibus honor & dignitas iis debita, salva & illæsa conservetur.

Et si honor vel dignitas Primatum labefactaretur, hoc cum detrimento publico conjunctum esse dubio omni caret.

Igitur etiam ex hoc sequitur, prædictam constitutionem Spirensem nullo modo ita accipi posse, ut sub illa comprehendatur Archiepiscopus Magdeburgensis tanquam Primas Germaniæ, utque si sua illustrissima Celsitudo intra tempus sex mensium suas actiones ratione sessionis sibi competentes non proposuerit, illa propter hoc a jure suo excludatur.

75 Quintò indubitatum est, nec non & à Dd. communiter traditum, quòd lex atque constitutio quælibet ita interperari debeat, ne per illam Ecclesiis & ecclesiasticis personis in juribus, honoribus, dignitatibus & libertatibus ipsorum aliquod præjudicium inferatur, *gloss. c. Ecclesia extr. ut lit. pendent. Bald. Anton. de Butr. & Ioann. de Lignan. c. Ecclesia S. Mariæ. & ibi Panormitan. in lectur. & in repetit. num. 1. & num. 11. Barbat. num. 2. Dec. num. 10. versic. summatur & dividitur. & num. 27. Mant. num. 1. & num. 23. extr. de constitut. Ioan. de Lignan. c. cùm venissent. extr. de eo, qui mittitur in possess. rei servand. caussa. Ioann. de Lignan. c. final. extr. de vit. & honestat. Cleric. Ioann. de Lignan. c. final. extr. de rebus Eccles. non alienand. Salicet. Auth. cassa & irrita. C. de SS. Eccles. Calcan. cons. 10.*

Et hoc habet locum non tantùm in constitutionibus factis ab Inferioribus Principibus, quæ absque omni dubio ita interpretari debent, ne per illa Ecclesiis vel ecclesiasticis personis in juribus, dignitatibus, honoribus vel libertatibus suis aliquod præjudicium inferatur, *Bart. l. si quis sub conditione. ff. de condition. institution. Ioann. Monach. c. 2. de constitution. lib. 6. Archidiacon. c. lege distinct. 10. Anton. de Butr. c. Ecclesia S. Mariæ. & ibi Panormitan. in lectur. num. 25. Dec. num. 50. Mant. num. 45. extr. de constitution. Bald. l. final. §. in computatione. C de jur. deliber. Barbat. cons. 21. lib. 3 Lap. allegat. 101. colum. 5. Dominic. c. final. colum. final. in princip. de offic. delegat. lib. 6. Cardinal. c. perpendimus extr. de sentent. excommunicat. Alex. cons. 209. colum. penult. lib. 2.*

Sed etiam procedit in constitutionibus factis ab Imperatore Romano vel Regibus.

Namque tales constitutiones ita interpretari & accipi debent, ne per illas Ecclesiis vel ecclesiasticis personis ullum præjudicium in juribus, honoribus, dignitatibus, libertatibus vel privilegiis inferatur, prout hoc expressè tradit *Panormitan. c. Ecclesia S. Mariæ in lectur. num. 3. & ibi Dec. num. 14. & 15. Mant. num. 6. extr. de constitution.*

Idemque volunt omnes Dd. citati suprà pro confirmanda hac quinta ratione decidendi.

Et hanc sententiam omnes Dd. communiter amplecti, attestatur *Mant. d. c. Ecclesia S. Mariæ. num. 6. extr. de constitut.*

Sed certum est nec non & superiùs comprobatum, quòd Archiepiscopus Magdeburgensis, utpote Primas Germaniæ illud jus, illamque dignitatem atque honorem habeat, quòd sua illustrissima Celsitudo omnibus omninò Archiepiscopis & Episcopis, nec non & aliis Principibus Germaniæ præferri, & præ illis atque super illos sessionem habere debeat, quòdque omnes alii Episcopi & Archiepiscopi suæ illustrissimæ Celsitudini & reverentiam & obedientiam præstare obligati sint.

Igitur sequitur, prædictam constitutionem editam & promulgatam in Comitiis Spirensibus ita intelligendam & ita accipiendam esse, ne vel per illam

vel

vel per lapsum termini in illa constitutione expressi Ecclesiæ & Archiepiscopatui Magdeburgensi, item & ejus Archiepiscopo & Administratori in jure & sessionis & præeminentiæ & prælationis ullum præjudicium illatum intelligatur.

76 Sextò, † omnes omninò constitutiones repugnantes vel detrahentes ecclesiasticæ libertati, per se & ipso jure nullæ sunt, *c. quæ in Ecclesiarum. & ibi Dd. extr. de constitution. c. Ecclesia S. Mariæ. & ibi Dd. extr. eod. titul. c. final. extr. de rebus eccles. non alienand. c. benè quidem cum omnibus capitulis sequentibus. distinct. 96. Auth. cassa & irrita. & ibi Dd. & Dec. num. 9. C. de SS. Ecclesiis.*

Illudque locum habet non tantùm in constitutionibus vel statutis conditis ab inferioribus, sed etiam in constitutionibus & statutis conditis ab Imperatore Romano vel Regibus.

Namque & talia statuta talesque constitutiones quatenus derogant libertati ecclesiasticæ, vel illi repugnant, viribus carent, *Panormitan. c. Ecclesia S. Mariæ in lectur. num. 3. & ibi Dec. num. 14. & 15. Mant. nu. 6. extr. de constitut.*

Eamque sententiam omnes, omninò Dd. communiter amplecti, attestatur *Mant. in loco præallegato.*

77 Deinde quoque certum est, † quòd omnes illæ constitutiones, omniaque statuta dicantur esse contra libertatem Ecclesiæ, atque libertate Ecclesiæ refragari, per quæ derogatur privilegiis concessis Ecclesiis à Deo vel à Papa vel ab Imperatore, *Innocent. Hostiens. Ioann. Andr. Petr. de Perus. & Abb. c. noverint extr. de sentent. excommunic. Cyn. Bart. Salicet. Dec. & Dd. Auth. cassa. C. de SS. Eccles. Bart. cons. 87. Bart. l. 1. versicul. quintò quæro. C de summ. Trinitat. & fide catholic. Bald. rubric. in princ. versic. sed quæro extr. de constitutionib. Bald. Auth. statuimus in fin. C. de Episcop. & Cleric. Petr. de Anchoran. c. 1. part. part. 2. extr. de constitutionibus. Cardinal. Zabarell. c. perpendimus. quæst. 3. extr. de sentent. excommunicat. Cardinal. cons. 144. Abb. cons. 63. in princip. cons. 83. lib. 1. Alex. cons. 17. colum. 4. lib. 4. Barbar. cons. 31. lib. 4. Felin. c. Ecclesia S. Mariæ. num. 69. & ibi Dec. num. 2. extr. de constitutionibus.*

Eamque sententiam communiter receptam esse, attestatur *Abb. d. cons. 83. lib. 1. Dec. Auth. cassa & irrita. n. 18. C. de SS. Eccles.*

Similiter quoque & omnes illæ constitutiones dicuntur esse adversus ecclesiasticam libertatem, & tanquam refragantes ecclesiasticæ libertati per se & ipso jure nullæ sunt, per quas constitutiones Ecclesiis vel ecclesiasticis personis aufertur vel diminuitur illud jus, quod ipsis de jure communi, civili vel canonico indultum vel concessum est, *Anton. de Butr. & Imol. c. Ecclesia S. Mariæ & ibi Felin. num. 69. versic. tertiò fuit opinio Dec. num. 3. extr. de constitut. Anton. de Butr. & Imol. c. cùm terra. argum. illius text. extr. de election. Anton. de Butr. c. noverint extr. de sentent. excommunicat. Bald. repetit. l. cunctos populos. col. 38. versicul. nunc de tertio membro. C. de summ. Trinitat. & fide catholic. Fulgos. Auth. cassa & irrita. & ibi Dec. num. 20. C. de SS. Eccles. Alex. l. filiusfamiliás. §. divi. col. 7. ff. de legat. 1. Alex. cons. 209. colum. penult. cons. 210. colum. 4. lib. 1. cons. 17. colum. penult. lib 4. Lapus allegat. 92. Barbat. cons. 31. lib. 4. Dominic. c. final. notab. 2. de immunitat. Eccles. lib. 6. Cardinal. cons. 144. colum. penult.*

Prætereà quoque certi & indubitati juris est, quòd omnia illa statuta omnesque constitutiones, per quæ derogatur juribus Ecclesiæ vel ecclesiasticarum personarum, per se & ipso jure nulla sint, *Bald. rubric. num. 2. versicul. Quæro an sit differentia. extr. de constitutionib. Imol. c. Ecclesia S. Mariæ. colum. 5. & ibi Felin. num. 69. Dec. num. 1. extr. eod. titul. Dec. Auth. cassa & irrita. num. 17. & num. 20.*

Et prædicta usque adeò vera sunt, ut etiam illa statuta vel constitutiones, per quæ unius tantùm Ecclesiæ jus, dignitas, honor vel libertas læditur vel diminuitur, & contra libertatem ecclesiasticam esse dicantur, & per se & ipso jure nulla sint, *Bald. repetit. l. 1. C. de summ. Trinit. & fide cathol. Salicet. Auth. cassa & irrita. quæst. 2. C de SS. Eccles. Cardinal. Zabarell. c. perpendimus. quæst. 4. & 5. extr. de sentent. excommunicat. Felin. c. Ecclesia S. Mariæ num. 69. & ibi Dec. num. 5. extr. de constitut.*

Ulterius etiam certi juris est, quòd non tantùm illa statuta & constitutiones, quæ directò & principaliter, sed etiam illæ, quæ per indirectum sive in consequentiam derogant juribus, honoribus, dignitatibus vel libertatibus unius vel plurium Ecclesiarum, per se & ipso jure nulla sint.

Tum quia clari & indubitati juris est, quòd ad id, quod una via prohibetur, quis per aliam viam nullo modo admitti debeat, *l. scire oportet. §. si mater. & ibi Dd. ff. de tutor. & curator. dat. ab his. l. 3. §. liberi. &*

l. si

l. si post mortem. §. exhæredati. ff. de bonor. possess. contra tabul. c. 1. de Cleric. conjugat. lib. 6. c. cùm quid. & ibi Dyn. Ioann. Andr. & Dd. de regul. jur. lib. 6.

Tum quia prohibito consequente censetur prohibitum etiam antecedens, *l. oratio. ff. de sponsalib. c. presbyter. distinct. 34. c. nam concupiscentiam. extr. de constitut. Nicol. Everhard. in sua topic. in loco à destruct. consequent. Vincent. Corat. repetit. c. cùm quid. part. 3. de regul. jur. lib. 6.*

Tum quia expediti juris est, quòd destructo vel prohibito antecedenti, etiam destructum & prohibitum intelligatur consequens, *l. si patronus. §. patronum. ff. si quid in fraud. patron. c. 1. §. & quia vidimus de his qui feud. dar. poss. cum multis similib. allegat. per Nicol. Everhard. in sua topic. in loc. à destruct. antecedent. & Vincent. Corat. repet. c. cùm quid. part. 4. de regul. jur. lib. 6.*

Sed certum & notorium est, quòd Ecclesiæ sive Episcopatui Magdeburgensi nec non & Archiepiscopis & Administratoribus illius Ecclesiæ & à jure communi & à Pontificibus & ab Imperatoribus Romanis jus Primatus totius Germaniæ sive in tota Germania concessum sit.

Similiter quoque certum est, quòd Primas Germaniæ præferatur omnibus & Archiepiscopis & Episcopis & multò magis aliis Principibus secularibus totius Germaniæ, quodque is & habeat sessionem & dignitatem præeminentiorem, quàm reliqui Archiepiscopi, Episcopi, & Principes.

Illa que dignitas, honor, jus & præeminentia & Ecclesiæ & Archiepiscopatui, nec non & Archiepiscopis & Administratoribus Magdeburgensibus est concessa & per dispositionem juris communis & per privilegia summorum Pontificum & Imperatorum Romanorum.

Si itaque constitutio prædicta facta in Comitiis Spirensibus ita interpretari possit, quòd per illam vel lapsum sex mensium in illa constitutione præfixorum Ecclesiæ sive Archiepiscopatui vel etiam Archiepiscopo & Administratori Magdeburgensi in jure sessionis, prælationis & præeminentiæ aliquod præjudicium & aliqua diminutio illata esset.

Ex prædictis liqueret & constaret, quòd illa constitutio refragaretur ecclesiasticæ libertati.

Rursus ex hoc infertur, quòd illa constitutio respectu Primatis Germaniæ & Archiepiscopi Magdeburgensis per se & ipso jure nulla esset.

Septimò, † minor sive inferior in præjudicium superioris vel majoris nihil ordinare, statuere, præsumere vel disponere potest, *l. nam Magistratus. ff. de arbitr. l. ille à quo. §. tempestivum ff. ad Senatusconsult. Trebellian. c. cùm inferior. & ibi Panormitan. Felin. & Dd. extr. de majoritat. & obedient. c. inferior. distinct. 21.* 78

Ideoque & legibus cautum & à Dd. traditum est, quòd omnes omninò constitutiones & dispositiones ab inferioribus factæ, ita intelligi, accipi & interpretari debeant, ne per illas superiori sive majori aliquod præjudicium inferatur, *c. venientes. & ibi Dd. extr. de jurejur. c. ea te. eod. tit. c. 1. in princ. & ibi Dd. de nova forma fidelitat. c. 1. §. final. & ibi Dd. de prohibit. feud. alienat. per Frideric. Zas. in tractat. feud. part. 7. num. 22. Iacob. de S. Georg. in tractat. feudal. verb. & promiserunt. num. 13. gloss. & Dd. c. 1. §. final. per quos fiat investitur.*

Et omnes constitutiones omnesque dispositiones, per quas juri superioris sive majoris derogatur aut præjudicatur per se & ipso jure nullæ sunt, *c. venientes. & ibi Anton. de Butr. Panormitan. & Dd. extr. de jurejurand. c. ea te. extr. eod. titul. Bart. l. omnes populi. num. 27. & ibi Alex. in addit. ff. de justit. & jur. Bart. l. final. ff. de aqu. pluv. arcend. Bald. cons. 86. lib. 3. cons. 2. colum. 2. lib. 5. Bald. l. final. colum. 2. C. de sentent. & interlocut. omn. judic. Salicet. l. final. colum. final C. de tempor. appellat. Bald. l. cùm filius. ff. de testament. militar. Bald. l. præscriptione. colum. 6. C. de precib. Imperat. offerend. Bald. l. 2. colum. 2. C. quæ sit long. consuetud. Bald. l. cùm de consuetudine. ff. de legib. Cardinal. Zabarell. cons. 71. colum. 2. Roland. à Vall. cons. 29. num. 7. cum 9. sequentibus. lib. 1.*

Et sicut inferior in præjudicium superioris nihil statuere, disponere vel præsumere potest, & omnia disposita atque præsumpta ab inferiore in præjudicium superioris per se & ipso jure nulla sunt.

Ita quoque & inferior sive minor ad hoc consensum præstare nequit, ut in præjudicium superioris quid fiat vel præsumatur, & talis consensus ab inferiore præstitus per se & ipso jure nullus est, *l. cùm quis §. cùm autem. ff. de regul. jur. Bald. & Salicet. l. 2. C. si adversus donat. Bald. l. si prædium. C. quando decret. opus non est. Barbat. consil. 41. colum. 7. lib. 4. Barbat. c. si qui presbyterorum. extr. de rebus eccles. non alienand. Dec. & Cagnol. l. aliud est rendere in princip. ff. de regul. jur.*

Sed

Sed certum est, quòd Archiepiscopus Magdeburgensis sit Primas Germaniæ, & ratione Primatus major & superior omnibus & Archiepiscopis & Episcopis totius Germaniæ, quodque omnes alii & Archiepiscopi & Episcopi Germaniæ Primati Magdeburgensi tanquam superiori reverentiam & obedientiam præstare teneantur.

Igitur sequitur, licet alii & Archiepiscopi & Episcopi Germaniæ ad prædictam constitutionem Spirensem consensum præstiterint, atq; cum illorum consensu ista constitutio facta, edita & promulgata sit.

Attamen nihilominùs illam constitutionem ita interpretandam & accipiendam esse, ne per illam vel lapsum temporis in ista constitutione præfiniti Ecclesiæ vel Archiepiscopatui Magdeburgensi ejusque Archiepiscopo & Administratori in jure Primatus & sessionis ullum præjudicium illatum sit.

Rursus ex hoc infertur, si illa constitutio aliter accipi & interpretari posset, illam constitutionem non obstante consensu Archiepiscoporum & Episcoporum respectu Archiepiscopatus, Archiepiscopi & Administratoris Magdeburgensis per se & ipso jure nullam esse & viribus carere.

79 Octavò, omnes † omninò constitutiones secundum jus commune intelligendæ, declarandæ, limitandæ & restringendæ sunt, *l. 2. & ibi Salicet. & Dd. C. de noxalib. action. c. ad audientiam. & ibi Panormitan. extr. de Cleric. non residentib. c. cùm dilectus. & ibi Ioann. Andr. & Panormitan. extr. eod. titul. Innocent. Hostiens. Compostel Ioan. Andr. & Panormitan. c. caussam quæ extr. de rescript. Bart. l. omnes popul. 2. & 3. quæst. 6. quæst. principal. ff. de justit. & jur. Bald. l. terminato in fin. C. de fructib. & lit expens. Bald. l. Gallus. §. quid si is ff. de liber. & posthum. Bald. cons. 58. colum. final lib 2. Roman. cons. 42. num. 4. Alex. cons. 50. colum. final. lib. 1. & cons. 217. lib. 2. Corn. cons. 1. colum. final. lib. 2.*

Etiamsi necesse sit; verba ad significationem impropriam detorquere, *Anton. de Butr. Imol. & Dd. c. cùm dilectus. argum. illius text. extr. de consuetud. Tiraquell. in tractat. de utroq; retract. part. 1. §. 9. gloss. 2. num 55.*

80 Quod usque adeò verùm est, ut † procedat, etiamsi illud statutum sit correctorium juris communis sive juri communi contrarium.

Namque nihilominus tale statutum secundum jus commune intelligendum, declarandum, restringendum & limitandum est, secundum communem & receptam Dd. sententiam, *Ioan. de Imol. l. si verò. §. de viro ff. solut. matrim. Roman. & Alex. l. si quis priore. ff. ad Senatusconsult. Trebellian. Alex. l. inter cætera. & ibi Claud. de Seysell. num. 17. ff. de liber. & posthum. Alex. l final. §. in computatione. C. de jur. deliber. Ias. l. omnes popul. lect. 2. num. 61. & 62. ff. de justit. & jur. Ias. Auth. novissima. colum. 6. versicul. quartò hoc fallit. C. de inoffic. testament. Ias. auth. præterea. num. 14. C. unde vir & uxor. Dec. c. caussam quæ. num. 5. versicul & prædicta extr. de rescript. Curt. jun. cons. 7. num. 8. Cravett. cons. 236. num. 9 Horat. Mandos. in addit. ad Roman. cons. 299. num. 13.*

Et licet in hoc contrarium teneant Dd. aliqui † volentes, statutum juri communi contrarium sive juri communi derogativum, secundum jus commune intelligendum non esse, *Bald. l. maximum vitium. colum. penult. versic. ulterius quæritur. C. de liber. præterit. Paul. Castrens. Auth. novissima. colum. 1. C. de inofficios. testament. Paul. Castrens. l. final. §. in computatione. C. de jur. deliberand. Roman. cons. 399. num. 13. Alex. cons. 20. num 9. lib 1. & cons. 35. num. 7. lib. 6. Socin. l. cùm filiusfamilias. colum. 4 ff. de verb. significat. Dec. rubr. colum. 2. C. qui admitti. Ruin. cons. 32. num. 13. lib. 3. Roland. à Vall cons. 72. num. 62 lib. 1. Castellian. Cotta memoral. incip. statutum derogans.* 81

Attamen illa † contraria sententia communiter reprobata est, prout illam communiter reprobatam esse, attestatur *Claud. de Seysell. d. l. inter cætera. num. 17. Curt jun. consil. 7. nu. 8. Horat Mandos. in addit. ad. Roman. cons. 399. num. 13.* 82

Ideoque de ista contraria opinione nihil curandum est, cùm judex in judicando semper communem & receptam Dd. sententiam sequi teneatur.

Sed jure communi expresſè cautum est, quòd Primas tam respectu sessionis quàm respectu omnium aliorum jurium omnibus omninò Archiepiscopis & Episcopis præferri debeat, sicut hoc satis probatur per ea, quæ in prima ratione decidendi adduxi.

Similiter jure communi expresſè cautum est, † quòd Primas nullo modo à sede, throno vel dignitate sua amoveri, vel illa turbari debeat, juxta textum clarum & expressum, *c. diffinimus. distinct. 22.* 83

Igitur sequitur, prædictam constitutionem factam Anno 70. in Comitiis Spirensibus secundum jus commune intelligendam, declarandam, restringendam, & ita acci-

accipiendam, ne per illam vel per lapsum temporis in illa constitutione præfiniti Primatui & Archiepiscopatui, nec non & Primati Archiepiscopo & administratori Magdeburgensi ullum præjudicium, vel ulla diminutio in jure sessionis vel prælationis illata esse censeatur.

84 Nonò, omnes † omninò constitutiones ita interpretari debent, ne per illas juris communis correctio inducatur, *l præcipimus. §. final. & ibi Bart. C. de appellationib. c. Ecclesia vestra. el. 2. extr. de election. c. cum expediat. eod. titul. lib. 6. l. si quando, in princip. C. de inofficios. testament. Cravett. in tractat. de antiquitat. tempor. part. 4. §. absolutis. num. 42. Roland. à Vall. cons. 80. num. 49. lib. 1. fac. text. l. sancimus. C. de testament.*

85 Usque adeò ut † correctio juris communis non inducatur neque per subauditos intellectus, *gloss. c. capientes. §. quod si per viginti. verb. petere de election. lib. 6. Ias. l. 1. in in princ. num. 47. ff. de offici. ejus cui mand. est jurisdictio. Ias. auth. quas actiones. num. 21. C. de S S. Eccles. Ias. l. si arrogator. colum. 19. post med. versicul. nunquid autem ista quarta. ff. de adoption. Cravett. cons. 70. num. 8. Roland. à Vall. cons. 80. num. 49. lib. 1. Nicol. Euerhard. in sua Topic. in loco à contrario sensu. num. 6. Cravett. cons. 368. num. 5. cons. 413. num. 2. cons. 579. num. 22. & 23. cons 589. num. 4. cons. 625. n. 7. cons. 757. n. 4. Crav. cons. 412. n. 2.*

Neq; per argumentationes, *Cravett. cons. 625. n. 7. Socin. l. Marcellus. §. 1. col. final. in fin. ff. ad senatuscons. Trebell. Crav. cons. 412. n 2.*

Et hoc usq; adeò verum est, ut potiùs admittatur, ut statutum vel alia dispositio sit supervacua & sine effectu operanda, quam ut per subauditos intellectus & argumentationes inducatur juris communis correctio, *Crav. cons. 670. num. 23. fa. id quod tradit Crav. cons. 412. num 1.*

Neq; per verba generalia vel universalia, *Ias. cons. 164. col. 1. in fin. lib. 2. Crav. in tract. de antiquit. temp. part. 4. §. absolutis. num. 42.*

Similiter quoq; certi & indubitati juris est, quod omnes omninò constitutiones ita interpretari debeant, ut quantum minus fieri potest, juri communi derogent, *Alex. cons. 2. n. 9. lib. 1. Dec. cons. 444. n. 15. Card. Paris. cons. 95. in pr. lib. 1. cons. 66. n. 100. lib. 3. Ias. l. omnes populi. lectur. 2. n. 62. ff. de justit. & jur. Rol. à Vall. cons. 21. n. 21. cons. 63. n. 30. lib. 1. Crav. cons. 197 n. 6. cons. 540. n. 15. cons. 589. n. 5.*

Etiamsi necesse sit, verba detorquere ad significationem impropriam vel improprissimam, *Crav. cons. 197. n. 6. cons. 540. n. 15. cons. 589. n. 5. Rol. à Vall. cons. 21. n. 21. lib. 1. Godzad. cons. 74. n. 11. Tiraquell. in tractat. de utr. retract. part. 1. §. 9. gloss. 2. num. 57.*

Sed jure communi cautum est, quod Primas omnibus & Archiepiscopis & Episcopis præferri debeat.

Similiter jure communi cautũ est, quod Primati in hoc jure nullo modo præjudicari vel illi hoc jus auferri debeat.

Et capiendo hanc interpretationem, quod per constitutionem Spirensem Primatui Magdeburgensi neq; directo neque per indirectum præjudicatum sit, evitatur juris communis correctio.

Igitur sequitur, illam interpretationem omninò capiendam & amplectendam esse.

Decimò, jura † juribus concordari, & una lex vel constitutio secundum aliam declarari & restringi debet, *l. 1. §. quibus. C. de nov. Codice faciend. l. 1. C. de inoffic. dotib. c. cum expediat. de election. lib. 6.* 86

Et leges † sive constitutiones posteriores à prioribus & declarationem & restrictionem recipiunt, *l. non est novum cum duabus legib. sequent. & ibi Bart. ff. de legib. gloss. l sciendum. in pr. & ibi Bart. Ias. & DD. n 4. ff. qui satisdar. cog. gl. §. sed hodie. Instit. de satisdat. gl. auth. offeratur. C. de lit. contest. gl. §. suscepto. auth. de exhibend. reis. Bart. l. omnes populi. q. 3. principal. circ. fin. & ibi Bald. colum. 8. vers. modo quæro utrum. ff. de just. & jur. Bald. c. 1. extr. de præscript. Bart. in constitutione ad reprimendum. verb. non obstantib. Petr. de Anch. c. 1. q. 12. principal. versicul. reperio ipsum Bartolum. extr. de constit. Petr. de Anch. c statutum. §. cum autem. col. 2. de rescript. lib. 6. Tiraq. in tract. de utr. retract. part. 1. §. 15. gl. 2 num. 21.* 87

Et hoc usq; adeò verum est, ut † locum habeat, etiamsi constitutioni vel legi posteriori etiam generaliter loquenti, sit inserta clausula non obstante sive clausula derogativa. 88

Namq; nihilominus lex sive constitutio posterior secundum leges sive constitutiones priores vel præcedentes intelligi, declarari & restringi debet, *gloss. §. 1. verb. evacuans. auth. de hæred ab intest. veniente Bart. in constit. ad reprimendum. verb. non obstantibus. versic. sed quæro. Roman. cons. 40. n. 5. cons. 57. cons. 322. n. 2. cons. 399. num. 10. Ias. l. sciendum. in pr. num. 4. versic. amplia istam regulam. ff. qui satisdar. cogant. Dec. l. in toto jure. nu. 7. ff. de regul. jur. Petr. Rebuff. in proœm. concordator. verb. nihil. Tiraq. in tractat. de utroq; retract. part. 1. §. 15. gloss. 2. num. 21.*

Et idem quoq; juris est, si constitutio in posteriori generaliter loquenti, sit inserta dictio taxativa.

Namque nihilominus talis constitutio posterior secundum leges & constitutiones præcedentes intelligi, declarari & restringi debet, *Roman. cons. 322. num. 2.*

Ubi ipse ad hoc allegat *gloss l. non tantum. verb nec ulla exceptio ff. de petit. hæreditat. gl. l 1. §. denique. verb. nulla justa. & ibi Bart. ff quod vi aut clam. gl. l. servi nomine. ff. de usucapion. gl. l. 1. §. servum corporaliter. ff de acquirend. possession. gl. l. ob æs C. de præd. minor. gl. l. ita nobis pudor. C. ad l. Iuliam de adulter.*

Igitur sequitur, licet prædicta constitutio facta in Comitiis Spirensibus, & legis & juris communis vim & vigorem obtineat.

Attamen illam constitutionem ita intelligendam esse, ut cum prioribus juribus & concordet & conveniat, quodque illa constitutio secundum jus commune antiquius sive prius declaranda, intelligenda & restringenda sit.

Sed certum nec non & superius comprobatum est, quod jure communi antiquiori sive antiquissimo cautum sit, quod Primas Germaniæ omnibus & Archiepiscopis & Episcopis aliisq; Principibus, tam quoad sessionem quàm quoad alia præferri debeat, quodq; Primas Germaniæ in illo honore nullo modo turbari vel ab illo removeri aut illo spoliari debeat.

Ideoque rursus ex hoc infertur, prælegatam constitutionem Spirensem secundum illud jus commune antiquius ita declarandam, intelligendam & restringendam esse, quod per illam Archiepiscopo Magdeburgensi in jure sessionis & prælationis nullum præjudicium illatum esse intelligatur.

89 Undecimò, † constitutio generalis subsequens, nunquam derogat legi vel constitutioni speciali præcedenti vel antiquiori, *Bart. Ias. & Dd l sciendum. ff. qui satisdar. cogant. Bart. l. omnes populi. quæst. 3. princip ff de just. & jur. Bart. in constit. ad reprimend. verb non obstantibus. Francisc. Aretin. cons. 163. Corn. cons. 135. colum 1. cons. 117. colum. 2. lib 4. Dec. l. in toto jure. num. 7. & 10. & ibi Cagnol num. 8. ff. de reg. jur.*

90 Et confirmatur, † tum quia statutum posterius indistinctè loquens, non derogat statuto præcedenti sive priori distinctè loquenti, *Ioan. Andr in addit. ad Specul. tit de execut. sentent. §. postremò. Petr. de Anchoran. c. Canonica statuta. quæst. 14. princip. num. 1. extr. de constit. Corn. cons. 199 col 22. n. 67. lib 2.*

Tum quia etiam per conventionem generalem subsequentem nunquam derogatur conventioni speciali præcedenti, *Cravett. cons. 70. num. 16.*

Et idem est de mente *Dyn. c. generi. de regul. jur lib. 6. Ang. cons. 160. Fulgos. cons. 215. Dec. l. in toto iure. num. 12. & ibi Cagnol. num. n. 12. ff. de reg. iur. Alex. cons. 95. circ fin lib 4.*

Sicut etiam conventio posterior indistinctè loquens, non derogat conventioni præcedenti distinctè & clarè loquenti, *Cravett. cons. 70. num. 15.*

Tum quia in toto jure generi per speciem derogatur, *l in toto iure. & ibi Dec. & Cagnol. ff. de reg. iur. c. generi. & ibi gloss. Dyn. Ioan. Andr. & Dd. de reg. iur. lib. 6.*

Et hæc decisio usq; adeò vera est, † ut per constitutionē generalem subsequentem legi vel constitutioni speciali præcedenti derogatum non esse intelligatur, etiamsi legi vel constitutioni sequenti, vel posteriori sit inserta clausula derogativa, *Dec. d l. in toto iure. n 7. circa fin ff. de reg. iur.* 91

Et idem quoq; tenent omnes Dd. communiter citati in præcedenti ratione decidendi.

Sed illa dispositio juris communis quod Primas Germaniæ tàm quoad sessionem quàm quoad omnia alia omnibus & Archiepiscopis & Episcopis præferri illiq; hoc jus nullo modo auferri vel diminui debeat, est specialis & specialiter de Primaribus loquitur.

Constitutio verò Spirensis est generalis & generaliter de statibus Imperii loquitur, nec ullam facit specialem mentionem de Primatibus.

Igitur sequitur, illam constitutionem Spirensem nullo modo ad Primates extendi, nec ita accipi posse, ut per illam, vel per lapsum temporis in ista constitutione præfiniti, Primati Germaniæ in jure prælationis sive præeminentiæ aut sessionis aliquod præjudicium illatum sit.

Duodecimò, † constitutio generalis subsequens, & clausula derogativa carens, nunquam extenditur ad leges, jura, vel constitutiones præcedentes etiam generales clausulam derogatoriam habentes, nec iis derogat, vel illas tollit aut corrigit, *Bal. l. humanum C. de legib. Panorm. c. nonnulli. & ibi Felin. n. 5. circ fin. extr de rescript. idem est de mente Ant. de Butr. c. Ecclesiarum. col. 8. vers. venio nunc ad tertiam. extr de constitution.* 92

Et confirmatur, † tum quia etiam per statutum posterius sive subsequens simplex, nunquam derogatur statuto præcedenti, clausulam derogatoriam habenti, *Bart. repetit. l. omnes populi. num. 31. ff. de iust. & iur.* 93

Tum

Tum quia etiam per rescriptum subsequens & simplex sive clausula derogatoria carente, nunquam intelligitur derogatum esse legi vel constitutioni habenti clausulam derogatoriam, *c. nonnulli. & ibi Ioan. And. Abb. & Dd. & Felin. n. 2. extr. de rescript. c. cum te. extr. de aetat. & qualitat. c. pen. extr. de Capell Monach. c. fin. de rescript. lib. 6. c. 1. de excessibus. praelator. lib 6. l. 1. C si nupt ex rescript. petant. Petr. de Anchor. cons. 255. colum. 3. Salyc. l. hac consultissima. §. pen. C. de testament. Dominic. c. quoniam colum. 3. distinct. 28.*

Tum quia etiam per testamentum posterius sive subsequens & simplex atq; clausula derogatoria carens, nunquam tollitur vel sublatum esse intelligitur, testamentũ praecedens, cui clausula derogatoria inserta est, *l si quis in principio & ibi Bart & Dd. ff. de legat. 3. Bald. Paul. Castr. Alex. & Ias. l. sancimus. C. de testam. Covar. rubr part. 2. n. 19. & 20. extr. de testam. Francisc. Mantic. in tract. de conjectur. ultim volunt lib. 12. titul. 1.*

Sed illud jus commune quo cavetur, quod Patriarchae & Primates omnibus omninò Archiepiscopis & Episcopis praeferri, nec illis illorum jus auferri vel diminui debeat, habet & clausulam derogatoriam & clausulam prohibitoriam, sicut hoc patet ex *c. diffinimus. distinct. 22.*

Constitutio verò edita & promulgata in Comitiis Spirensibus praeter hoc quod illa generalis est, est & simplex & caret clausula derogatoria.

Igitur etiam ex hoc sequitur, quod illa constitutio ad Primates nullo modo extendi, nec ita accipi possit, ut per illam vel per lapsum temporis in illa expressi Primati Germaniae in jure sessionis vel praelationis praejudicium aliquod illatum sit.

94 Decimo tertiò, † nulla constitutio quantumvis generalis vel universalis ita accipi potest, ut per illam intelligatur correctum vel sublatum id, aut derogatum illi quod in Comitiis generalibus prius definitum, sancitum vel constitutum est, *Archidiac. c 1. super. verb noscatur, in fin. ibi vel dic planius. de consit. lib. 6. Ioan. Andr. c. 1. de exces. praelator. lib 6. Oldrad. consil 226. cons. 426. Bald. l. humanum. notab. 2. C. de legib. Ioan de Anan. c. cum in Dioeces colum. ult. extr. de usur. Benedi. Capr cons. 157. Roman. l. si verò. §. de viro fallent. 23. versic. tertiò probatur. ff. solut. matrimon. Roman. cons 436. num. 11. & ibi Horat. Mandos. in addit. Alvarott. c. 1. post princip. de constitution. feud Dom. Lothar. Felin. c. nonnulli. num. 2. & 3. extr. de rescript. Dec. c. prudentiam. in princip. num. 3. extr. de offic. delegat.*

Eamque sententiam totum mundum & sequi & amplecti, attestatur *Felin. in hoc praeallegatu.*

Sed in Comitiis generalibus & praesertim in octava Synodo sanctorum & dispositum est, quod Patriarchae & Primates omnibus & Archiepiscopis & Episcopis praeferri, nec illorum jus sessionis ullo modo tolli, auferri aut diminui debeat, sicut hoc patet ex *d. c. diffinimus distinct. 22.*

Igitur etiam ex hoc sequitur, praedictam constitutionem factam in Comitiis Spirensibus, nullo modo ita accipi vel intelligi posse, ut sub illa Primates comprehendantur, utque per illam vel lapsum temporis in illa expressi Primatibus, & inter caetera Primari Germaniae in jure sessionis sive praelationis aliquod praejudicium illatum esse censeatur.

Decimo quarto, † nulla constitutio 95 quantumvis generalis ita accipi vel intelligi potest, ut per illam intelligatur derogatum privilegio Corpori juris inserto, *gloss. auth quas in provincia. verb. illic omni privilegio & ibi Bartol. Bald. & Paul. Castrens. C. ubi de crimin. ag. oport. gloss. l 2. §. legatu. versic. Omnes isti autem. verb. non compelluntur. & ibi Bart. Paul Castrens. Lanellot. Dec. & Francisc Curt. ff. de judic. gloss. l. haeres absens. in princip. verb. excusatur & ibi Bart. ff. eod. titul. glos. c 1. verb. consuetudine. extr. de Capell. Monach. Bald. l 1. §. si qua verò. C. de Iustin. Codic. confirmand. Bald l. non plures. C. de S S. Eccles. Bald. l final. C. si contra jus vel utilit. public. Alexand. cons. 501. colum. 2 lib 1. Bart. in constitut. ad reprimend. verb. non obstantibus circa fin. Paulus Castrens. l. 1. ff. de legib. Roman. l. si verò. §. de viro. fallent. 23. ff. solut matrim. Nicol. de Mil. in suo repertor. verb clausula generalis & Cepoll. cautela. 47. incip Domini & Principes. Felin. c. 1. num. 12. & ibi Dec. num. 9. circa fin. Ripa. nu. 54. Berous nu. 66. extr. de rescript. Felin c. nonnulli. in princip. num. 9. versicul. Amplia primò. & num 26. extr. eod titul. Felin. c. final. colum. 2. extr. de foro competent. Ias. l. 1. n. 16 ff. de constit. Princ. Roman cons. 498. n. 15. & ibi Horat. Mandos. in addit. Bertachin. in tract. de Gabell. part. 7. n. 10 Alex l miles. circ fin. ff. de re judic. Dec. cons. 165. circ. fin. Ioan. Crot. repet. c. 1. notab. ultim de constitut. lib. 6. Ruin. cons. 80. n 3. lib. 1. Montferat. repetit. l. filiusfamilias. § Divi. colum. 30. ff. de legat. 1. Lanellot. Galiaul. repet. l Centurio. n. 90 & 169. ff. de vulgar. & pupillar. Iacob de Nigr. repetit. l 1. num.*

num. 16. ff. de legat. 2. fac. text. l. Decurionibus. junct. gloss. C. de decur. lib. 10.

Sed privilegium concessum Primatibus, quod illi omnib. omninò & Archiepiscopis & Episcopis quoad sessionem & reliqua jura præferri debeant, quodq; illorum honor, dignitas, locus & sessio per nullam constitutionem vel aliter diminui aut auferri possit, est Corpori juris insertum.

Igitur etiam ex hoc sequitur, quod per constitutionem editam & promulgatam in Comitiis Spirensibus, & per lapsum temporis in ista constitutione expressi nullo modo derogatum sit juri sessionis prælationis & præeminentiæ Archiepiscopatui, Ecclesiæ Archiepiscopo & Administratori Magdeburgensi tanquam Primati Germaniæ competenti.

96 Decimo quintò, † nulla constitutio quantumvis generalis extenditur ad id, quod statuentibus sive constitutionem facientibus de jure vel de facto impossibile est, *c. à nobis. el. 1. & ibi Abb. extr. de sentent. excommunicat. c. 1. de jurejur. lib. 6. l. quanquam. ff. de ritu nuptiar. l. si pater. ff. de his quæ in fraud. creditor. l. Lucius. § pen. ff. ad municip. Bart. l. si quis sub conditione. in fin. ff. de condition. instit. Bald. l. final. §. in computatione. C. de jur. deliberand. Ant. de Butr. cons. 41. Card. cons. 46. colum. 1. Roman. cons. 102. colum. 1. & cons. 209. Alex. cons. 121. colum. 2. lib. 4. Dec. l. 1. num. 3. argum. ill. text. C. de sentent. quæ pro eo quod interest.*

Aut quod in specie fieri prohibetur, *Alex. cons. 95. lib. 6. Ias. l. filius à patre. §. fin. notab. 2. ff. de liber. & posth. Aymon. Crav cons. 200. n. 6.*

Sed ex supra deductis & præsertim ex *c. diffinimus. distinct. 22.* clarè liquet atq; patet, quod per nullam penitus constitutionem derogari possit juri & sessionis & prælationis & aliis Ecclesiæ & Archiepiscopatui, Archiepiscopo & Administratori Magdeburgensi tanquam Primati Germaniæ competenti.

Igitur etiam ex hoc sequitur, quod illa constitutio Spirensis nullo modo extendi possit ad Ecclesiam, Archiepiscopatum, Archiepiscopum & Administratorem Magdeburgensem tanquam Primatem Germaniæ, quodq; per illam constitutionem nullo modo derogatum sit juri sessionis, prælationis & præeminentiæ Ecclesiæ, Archiepiscopatui, Archiepiscopo & Administratori Magdeburgensi cõpetenti.

97 Decimo sextò, † nulla constitutio quantumvis generalis extenditur vel porrigitur ad id quod constitutionem promulgantes, verisimiliter in specie in illa constitutione includere vel comprehendere noluerunt, *l. obligatione. ff. de pignorib. c. tertiò de offic. vicar. lib. 6. c. 2. de decim. lib 6. Abb. c. 1. n. 5. extr. de rescript. Roman. cons. 436. n. 9. cons. 495. n. 18. Grat. cons. 17. n. 50. cons. 22. n. 18 lib. 1. cons. 29. n. 31. lib. 2. Boer in tract. de potest. legat. à latere q. 1. circ. princ. Loffred. cons. 34. n. 9. Ant. Gabr. Roman. in tract. regulat. lib. 6. titul. de reg. jur. conclus. 12.*

Similiter quoq; & constitutio † vel alia 98 dispositio generalis non refertur ad illa, neq; comprehendit illa, in quibus is qui istam dispositionem vel constitutionem fecit, se solet difficilem reddere, *Ioan. Monach. c 1. gl. 2. verb. Natalium. de fil. præsbyter. lib. 6. Bald. c. 1. §. naturales. circ. fin. si de feud. defunct. content. Ant. de Butr. cons. 19. colum. 4. Cæpoll. cons. fin. colum. 2. Crav. cons. 172. n. 4.*

Sed certum & indubitatum est, † quod 99 & Imperator & Imperium Romanum se soleat difficilem reddere in præjudicando Primatibus in jure ipsorum.

Similiter quoq; verisimile est, † quod Imperator & status Imperii Romani in specie præjudicare voluissent Primati Germaniæ in jure sessionis reliquisq; juribus.

Ex hoc igitur sequitur, quod prædicta constitutio Spirensis nullo modo ita accipi possit, quod per illam vel per lapsum temporis in illa præfiniti Primati Germaniæ in jure sessionis præjudicatum sit, quodque Primati Germaniæ non obstante ista constitutione licitum & permissum sit, jus suum sive sibi competens respectu sessionis, nec obstante lapsu istorum sex mensium semper & quandocunq; in judicium deducere.

Decimo septimò, † in omnibus omni- 100 nò dispositionibus pro expresso & disposito habetur id, quod disponentes verisimiliter expressissent & disposuissent, si de illo vel cogitassent vel interrogati fuissent, *l. tale pactum. §. final. & ibi gl. Bart. Bald. Paul. Castrens. Fulgos. Ias. & Dd. ff. de pactis. l. Barbarius. & ibi Bald. Ias. & Dd. ff. de offic. prætor. l. Titius. §. Lucius. & ibi Bart Paul. Castrens. Alex. Ias & Dd. ff. de liber. & posthum. Bald. l. cum acutissimi. colum. 1. C. de fideicommiss. c. 1. de duob. fratr. à capitan. invest. Bald. Rubr. extr. de pact. Ioan. Andr. in addit. ad Specul. tit. de locat. §. 1. in fin. versic. quid sit colonus. Signorol. cons. 3. col. 2. Roman. cons. 150. Roman. l. 4. §. Cato. Chart. pen. ff. de verb. obligat. Panormit. c. secundò requirit. notab. 1. extr. de appellat. Alex. cons. 48. col. 2. lib. 2.*

cons.

conf. 24. colum. 10. conf. 34. colum. 3. conf. 142. colum 4. conf. 217. colum. 7. lib 2. Dec. conf. 15 colum. pen. conf. 25. colum. final. conf. 89. Nevizan. conf. 39. n. 6. Mandell conf. 7. n. 31. Franc. Bursat. conf 28. n 7. lib. 1. Ant. Rub. conf. 86 colum. final. Hippol. Riminald. conf. 5. n. 70. conf. 110. n. 63. Anton. Gabr. Roman. in tractat. regular. lib. 6. titul. de regul. jur. concl. 10. Tiraq. repetit. l. si unquam. in præfation. n. 56. C. de revocand. donat. Francisc. Mantic in tractat. de conjectur. ultimar. voluntat. lib. 3. titul. 19. num 4. in quibus locis Tiraquell. & Francisc. Mantic. & Ant. Gabr. Roman. multos alios Dd. ad hoc citant.

Et hoc etiam in legibus, statutis & constitutionibus locum habet.

Namque etiam in legibus, statutis & constitutionibus illud & pro expressis & pro disposito habetur, quod illi qui istam legem, statutum vel constitutionem condiderunt aut ediderunt, verisimiliter disposuissent vel expressissent, si de hoc vel cogitâssent vel interrogati fuissent, *gloss. l. tale pactum. & ibi Bald. notab. 2. Paul. Castrens. colum. 1. Fulgos. col. 2. Ias. colum. final. Iacob de S. Georg. column. 1. ff. de pact. Paulus Castrens. Alexand. & Iason. l. Titius. §. Lucius. ff. de liber. & posthum. Ias. l. Barbarius. column. 1. ff. de offic. prætor. Alexand. conf. 24. colum. 11. conf. 46. colum. 1. conf. 217. column. 7. lib. 2. conf. 75. column. 1. lib. 5. Roman. conf. 105. colum. 1. conf 392. versicul. tertiò certum est. Angel. Aretin. Institud. de hæred. quæ ab intestat. deferunt. in pr. colum. 2. Cæpoll. conf. criminal. 18. col. 3. Hippol. de Marsil. l. sed sciendum. col. 1. ff. ad l. Pompei. de parricid. Hippol de Marsil l si quis viduam. colum. 3. versic. & istud non solùm ff. de quæst. Claud. l. mulier. ff. ad SC. Trebell. Tiraq. repetit. l. si unquam. in præfat. n. 56. Ant. Gabr. Roman. in tract regular. lib. 6. titul. de regul. jur. conclusion. 10. num. 2.*

Sed verisimile est, imperatoriam Majestatem & status atq; ordines Imperii Romani qui illam constitutionem ediderunt, si de hoc vel cogitâssent vel interrogati fuissent, in ista constitutione expressuros fuisse, quod per illam constitutionem Primati Germaniæ in jure sessionis throni, loci & prælationis prejudicare noluerint.

101 Decimo octavò, † nulla penitùs lex vel constitutio quantumvis generalis, extenditur ad id vel in derogationẽ illius, quod notorium est, sed notorium ab omni lege omniq; constitutione quantumvis generali exceptum esse intelligitur, *c. ad nostram. el. 3. extr. de jurejurand. c. cum specialì. §. porrò. & c. consuluit. extr. de appellat. c. Roman. eod. titul. lib. 6. Clement. pastoralis. §. Pisana de sentent. & re judicat. Roman. l. si verò. §. de viro. n. 55. ff. solut. matrim. Barbat. c. 1. n. 9. cum seq. extr. de offic. ordinar. Corn. conf. 194. lib. 1. Hippolyt. de Marsil. conf. 60. num. 17. conf. 73. n. 69. Grammat. decis. 36. num. 49. Berous. c. 1. num. 4. extr. de rescript. Berous. conf. 13. num. 56. & sequent. lib. 3. Menoch. in tractat. de arbitrar. judic. quæst. lib. 1. quæst. 80. num. 79. Cæsar. Contard. repetit. l unic. limitat. 9. n. 16. Ant. Cruch. in tractat. de moment. possess. num. 232. Franc. Bursat. conf. 225. n. 121. lib. 2.*

Et confirmatur, tum quia exceptio sive allegatio illius juris quod notorium est, nunquam remota vel exclusa esse intelligitur, *Bald. rubr. C. de probat. Abb. conf. 44. incip. in præsenti quæstione, in 2. dub. lib. 1. Bald. l. 1. colum. 1. C. ne liceat tertiò provocar. Alexand. l. 4. §. condemnatum. colum. 4. & ibi Franc. Ripa. nu. 17. ff de sentent. & re judicat. Bald. conf 370. lib 3. Alex conf. 77. colum. pen. lib. 2. Calderin. conf. 8. Petr. de Anchor. conf. 212. Franc. Aretin. l. naturaliter. §. nihil commune. colum. 6. & ibi Fr. Ripa. n. 70. ff. de acquir. possess. Philip. Franc. c. dilecto. quæst 52. colum. antepenult. C. de appellation. Felin. c. ex parte. el. 2. n. 7. & ibi Philip. Dec. n. 5 limitat. 5. extr. de offic. delegat. fac. id quod tradit Tiraq. in tract. de utr. retract. part. 1. §. 4. gloss. 1. n. 36. cum 4 sequent. Berous. c. item cum quis num 29 extr de restitut. spoliator. Cæsar Contard. repetit. l. 1. limitat. 9. num. 17. C. si moment. possess. appel. fuer.*

Tum quia licet exceptiones peremptoriæ regulariter ante litem contestatam opponi nequeant.

Attamen hoc non locum habet eo casu, quando illæ exceptiones sunt notoriæ, *Ioan. Andr. & Petr. de Anchoran. c. 1. de lit. contestat. lib. 6. Bald. in repertor. Innoc. verb. exceptio. quæst. 20. Bald l. eleganter. § si quis post. ff. de condict. indebit. Bald. l. postquam liti. colum. 8. versic. octavò exceptio C. de pact. Ant. de Butr. & Abb c. super literis & ibi Felin. n. 37. & Dec. n. 11. extr. de rescript. Ant de Butr. & Abb. c. fin. & ibi Felin n. 4. extr. de libel. oblat. Ant de Butr. c. ex parte B extr de for. competent Ant de Butr. Abb. & Imol. c. exceptionem & ibi Felin. n 34. extr. de exception. Abb. c. 1. n 8. extr de ord. cognit. Alex. l. nam & postea. in pr. n. 7. & §. sed etsi quis. & ibi Ias. n. 8. ff. de jurejurand Alex. conf. 62. n. 11. & 12. lib. 7. addit. ad decis. Tholosan. q. 187. Dec. c super. literis. n. 11. extr. de rescript. Blanc. in tractat. de compromiss. quæst. 4. principal. num. 32. & 97.*

Tum quia licet † spoliatori agenti remedio recuperandæ possessionis, regula- 103

riter nulla exceptio vel allegatio obstet, *l. si quis ad se fundum. & ibi Angel. C. ad l. Iul. de vi public. c. in literis. & ibi Dd. extr. de restitut. spoliator. c fin. extr. de ordin. cognit. Ripa. l. naturaliter. §. nihil commune. ff. de acquirend. possess Card Parif. cons. 1. colum. antepenult. lib. 1. Iacob Novell. in practic. crimin: §. vulgaris est quæstio, Anton. Gabr. Roman. in tractat. regular. lib. 5. titul. de restitut. spoliator. conclus. 1.*

104 Attamen † agenti interdicto unde vi sive remedio recuperandæ possessionis, talis exceptio quæ notoria est, semper obstat, & agentem repellit, *Innoc. c. constitutus extr de fil. Præsbyteror. Oldrad cons. 214. Bald. l. si de proprietate. C. si à non compet. judic, Bald. rubr. C. de probat Panormit cons 44. lib. 1. Ang. l. Paulus. §. qui pignori. ff. quib. mod. pignor. vel hypothec. solvit. Anton. de Butr. c pastoralis. chart. penult. & ibi Abb. colum. 11. extr. de caus. possess & proprietat. Abb. c. intelleximus. notab. 3 extr. de adulter. Abb. c. cum dilectus colum. 6, extr. de ordin cognit. Abb. c in literis. colum 3. & ibi Ant. de Butr extr. de restitut spoliator. Archidia. c. ad decimas. & ibi Philipp. Franc. colum. 1. & 2. de restitut. spoliator. lib. 6. Paul. Castr. l. 2. C. de edi. l. D. Hadrian. tollend. Alex. l. naturaliter §. nihil commune. colum. 7. & ibi Franc. Ripa. n. 70. ff. de acquirend possess. Alex. cons. 77. colum penult. lib. 2. Ias. cons. 9. colum. 1 lib. 3. Felin. c si constiterit. colum. 2. extr. de accusation. Felin. c ad petitionem. colum. 3. extr. eod. titul. Card. Paris cons. 170. lib. 1. Nevizan cons. 81. n. 32. Covar. in Epitom. 4. lib. decretal. part. 2, cap. 7. §. 5. n 10. Ant. Gabr. Roman. in tractat. regular. lib. 5 titul de restitut. spoliator. conclus. 1. n. 94 ubi ipse multos alios Dd. ad hoc allegat.*

Idemq; tenet *Præposit c. 1. & ibi Matth. de Afflict. n. 14 & Frider. Schenck de controvers inter vasall & Episcop Cravett. cons. 299. num. 6. circ. fin. Menoch. in tractat de recuperand. possess remed. 11. num. 44.*

105 Tum quia † licet agenti remedio, *si quis conductionis. C. de locat. & conduct.* regulariter nulla exceptio vel allegatio obstet vel objici possit.

106 Attamen † agenti tali remedio, & obstat & objici potest talis & allegatio & exceptio quæ notoria est, *Alex. l si rem aliquam colum. final. ff. de acquirend. possess. Curt. sen. cons. 61, colum. 6 Ripa l. naturaliter. § nihil commune. & ibi Corras. part. 2. num 67. ff. de acquirend. possess. Iafred. decis. 498. Menoch. in tractat. de recuperand. possess. remed 1. n. 44.*

107 Tum quia † licet petenti revocationem attentatorum pendente lite, regulariter nulla exceptio vel allegatio opponi possit.

Attamen hoc non habet locum in allegatione sive exceptione notoria, *Guid. pap quæst. 213. idem Guid. pap. cons. 4. num. 3. cons. 69. colum penult. cons. 124. colum. 3. Imol. c. bonæ memoriæ. & ibi Philip Franc. num. 15. extr. de appellat. Bellemer. decis. 553. Matth. de Afflict. decis 6. Card. Paris. cons. 108. nu. 7. lib. 1. Marant in suo Specul. titul de appellat. n. 121. Manfred. in tractat. de attentat. lib. 2. conclus. 71. Franc Herculan in tractat. de attentat. cap. 21. n. 53. 64 & 74. Covar. practic. quæst. cap. 23. num. 4.*

108 Tum quia † licet regulariter pendente appellatione ad executionem sententiæ latæ procedi nequeat.

Attamen hoc non habet locum quando notorium est, vel notoriè constat, appellationem esse frivolam vel appellantem nullum jus fovere, *Oldrad. cons. 16. colum 2. Roman. cons. 324. Specul. in titul de appellation. §. novissimè. numer. 2. versicul septimus casus. & numer. 12. versicul. & nota quod hodiè Specul in titul. de notor. crimin. §. 1. num. 7. versic quid si auditis. Guid. pap. in tract. de appellation. quæst. 120. col. 4. Marant. in suo Specul. part. 3. 6. part. princip quæst 2. n. 175. Manfred. in tract. de attent. lib. 2. concl. 71. Petr. Duenn. regul. 42. num. 12. limitat. 12. Ioann. Crott. cons 101. num. 9. Robert. Lanellot. in tract. de attent. pact. 2. c. 12. limitat. 9.*

Tum quia exceptio sive allegatio notoria etiam hoc operatur, ne quis compromittere vel compromissum facere cogatur, etiam in casibus, in quibus alioquin vigore consuetudinis vel statuti compromittere tenetur, *Ioan. de Mont Sperel. l. eleganter § si quis post. ff de condict. indebiti. Socin. cons. 38. colum penult. lib. 1. Blanc. in tractat. de comprom. quæst. 4. princip n. 32. & 97.*

109 Tum quia licet † exceptio opposita testibus ante examen non semper impediat examinationem sive examen testium, *Bart. auth. si testis productus. num. 9. C. de testibus Panormitan c ex parte. num. 8. & ibi Felin. num. 12. extr. de testib. Socin. regul 129. fallent. ult. Menoch. in tractat. de arbitrar. judic. quæst. lib. 2. cent. 3. casu. 239. num. 9.*

Attamen illud, locum non habet, quando illa exceptio sive allegatio testibus opposita est notoria.

Tunc enim semper impedit examen testium, *Panorm c. ex parte n. 8. & ibi Felin. n. 14 extr. de testib. Menoch. in tract. de arbitr. judic. quæst. lib. 2. centur. 3. casu 239. n. 12.*

110 Tum quia licet † exceptio sive allegatio feloniæ non semper repellat investituram petentem.

Atta-

Attamen exceptio feloniæ manifesta & notoria semper petentem investituram repellit, *Bald. c. 1. §. insuper nu. 3. & ibi Alvarott. nu. 4. Præposit. nu. 1. colum. 2 de prohibit. feud. alienat. per Frideric. Iacob. de S. Georg. in tract. feud. verb. dictiq; Vasalli nu. 57.*

Tum quia lex, statutum & constitutio
111 † qua generaliter rejicitur vel prohibetur, appellatio non intelligitur rejicere vel prohibere appellationem à sententia continente manifestam & notoriam iniquitatem, *gloss. & Bald. c. ex conquestione & ibi Abb. notabil. 5. & Dd. extr. de restitut. spoliator. Alex. cons. 77. num. 12. lib. 3. Dec. cons. 49. num. 2. circ. fin. Abb. c. pastoralis column. penult. Versicul. Tertius effectus extr. de Appellat. Abb. cons. 44. column. 2. lib. 1. Abb. c. inter. cæteras num. 3. extr. de sentent. & re judicat. Ruin. cons. 27. num. 5. lib. 3. cons. 82. num. 1. lib. 5. Natt. cons. 172. num. 4. Ripa c. 1. num. 3. extr. de Rescript. Roland. à Vall. cons. 29. num. 37. lib. 1. Ægid. Boss. in practic. Criminal. titul. de Principe num. 377. Hippolyt. Riminald. l. ut vim num. 288. ff. de Iustit. & jur. Cæsar. contard repetit. l. 1. limitat. 9. num. 4. 5. & 6. C. si de momentan. possess. appellat. fuer. ubi ipse multos alios Dd. ad hoc citat.*

112 Tum quia † licet à sententia lata in judicio possessorio appellare permissum non sit, *l. 1. & ibi Cæsar Contard. & Dd. C. si de momentan. possession. appellat. fuerit Duenn. Regul. 44. lib. 1.*

Attamen à sententia lata in judicio possessorio, indistinctè & absque omni dubio appellare licet eo casu, quando ista sententia manifestam & notoriam iniquitatem continet, *Alex. cons. 91. num. 2. lib. 6. Ripa c. 1. num. 3. extr. de Rescript. Barbat. cons. 82. column. antepenult. lib. 3. Calcan. cons. 83. column. penult. Ruin. cons. 47. num. 17. versicul. ultimo & eam. lib. 1. Natt. cons. 51. num. 21. & cons. 172. num. 4. lib. 1. Cæsar. Contard. repet. l. 1. limitat. 9. num. 1. & 2. C. si momentan. possess. appell. fuer. ubi Cæsar. Contard. multos alios Dd. ad hoc allegat.*

Sed certum est, illud quod Archiepiscopus Magdeburgensis tanquam primas Germaniæ tàm quoad sessionem quàm quoad reliqua jura omnibus & Archiepiscopis & Episcopis & reliquis Principibus totius Germaniæ præferri debeat, quodque illud jus suæ illustrissimæ Celsitudini nullo modo auferri vel diminui debeat, in toto Imperio Romano notorium & manifestum esse.

Tum quia hoc jus & privilegium est Archiepiscopo Magdeburgensi, & per viam juris communis concessum & Corpori juris insertum.

Et certum est, quod † illa quæ per viam juris communis concessa vel Corpori juris inserta sunt, sint & notoria, & nemo illorum ignorantiam vel allegare vel prætendere possit. *l. juris ignorantia & l. Regula in princip. ff. de jur. & facti ignorantia l. leges sacratissimæ C. de legibus l. 2. l. cum quis & l. constitutiones C. de jur. & fact. ignorant. l. juris ignorantia & ibi Dd. C. qui admitt. facit id quod tradit Anton. Gabriel. Roman. in tractat. Regular. lib. 6. titul. de Regul. jur. conclus. 7. cum similibus quæ facilè magna copia allegari possent.* 113

Tum quia illud jus in Imperio Romano publicatum sive publicè promulgatum est.

Et certum est, quod † illud quod in Imperio Romano publicè promulgatum & notorium sit & esse dicatur *c. 1. & ibi panormitan. Dec. & Dd. extr. de postulat. prælator. gloss. c. proposuisti verb. non probatur distinct. 82. Innocent. c. 2. extr. de constitut. Abb. c. pastoralis column. 1. in fin. extr. de fide instrument. Abb. cons. 35. colum. 1. lib. 1. Salycet. l. Senatus C. de his qui sibi ascrib. Anton. Gabriel Roman. in tract. Regular. lib. 6. titul. de Regul. jur. conclus. 5. num. 9. plot. in tractat. de in litem jurand. §. 5. num. 43.* 114

Igitur sequitur, quod sub prædicta constitutione edita & promulgata Anno 1570. in Comitijs Spirensibus, non comprehendatur jus sessionis vel prælationis Archiepiscopo Magdeburgensi tanquam Primati Germaniæ competenti. Quodque Archiepiscopo Magdeburgensi tanquam Primati Germaniæ semper & quandocunque etiam post lapsum termini in illa constitutione præfiniti permittatur jus suum ratione sessionis & allegare & in judicium deducere.

Decimo nonò, clari juris est, quod privilegium † concessum per viam juris communis & constitutionis publicè promulgatæ aut insertum Corpori juris vel volumini constitutionum ulterius allegare insinuare, proponere vel probare necesse non sit, *Innocent. & Dd. c. 1. & ibi Felin. nu. 11. limit. 2. & 3. Mantua. nu. 30. Bero. nu. 63. extr. de rescript. Ioann. Andr. Anton. de Butr. & Dd. c. cum ordinem ext. eod. tit. Bald. in addit. ad Spec. titul. de appellation. sub Rubr. Incipiunt quædam dicta extravagantia column. final. circ. fin. versicul. vota.* 115

quod habens privilegium. Bertachin. in suo repertor. verb. privilegium dicitur. nu. 55.

Eamque sententiam communiter receptam esse, attestatur *Felin in loco præallegato.*

Similiter quoque & tale privilegium quod est notorium, nemo allegare, proponere, insinuare vel probare tenetur secundum communem & receptam Dd. sententiam, *Hostiens. Ioann. Andr. Calderin. Anton. de Butr. Abb. & Dd. c. cum ordinem extr. de Rescript. Innocent. c. ex parte extr. de verbor. significat. Ioann. Andr. c. scienti. de Regul. jur. lib. 6. Bart. l. 3. ff. de judic. Bald. l. generaliter column. 2. C. de Episcop. & Clericis. Innocent. c. venerabili column. final. extr. de censib. Anton. de Butr. c. prudentiam in princip. column. 3. extr. de offic. delegati. Abb. c. si diligenti. colum. penult. extr. de foro competent. Abb. c. 2. column. 7. extr. de dilation. gloss. c. convenientior. verb. congruens. 23. quæst. 8. Anton. de Butr. c. super literis columu. 25. extr. de Rescript. Bald. in addit ad Speculat. titul. de appellation. sub Rubr. incipiunt quædam dicta. coulmn. final. versic. Nota quod habens privilegium Bertachin. in suo Repertor. verb. privilegium dicitur. num. 55.*

116 Et licet † privilegium non præsumatur, nisi probetur, *Bald. in addit ad Speculat. titul de præsumption. verb. nemo præsumitur.*

Eamque ob causam quilibet cogatur & obligatus sit, privilegium suum & allegare & probare, *Bald. in sua Margarita verb. Privilegium vers. final. Bald. in addition. ad Speculat. titul. de Appellation Rubr. incipiunt quædam dicta extravagantia verb nota quod habens Privilegium Bertachin. in suo repertor. verb. Privilegium dicitur nu. 27. & num. 55. Felin. c. cum ordinem num. 8. extr. de Rescript.*

Attamen hoc non procedit in iis privilegiis, vel quæ per viam juris communis aut constitutionis generalis concessa vel Corpori juris aut volumini constitutionum inserta, vel per se notoria sunt, sicut hoc ex modò deductis liquet.

117 Et licet notorium, † quod absque omni dubio ab onere probandi relevat, *gloss. l. cives. C de Appellation. gloss. Clement. Appellanti. eod. titul Bart. l 1. C. qui & adversus quos. Alex. cons. 14. in princip. lib. 5. cons. 1. columm. final. lib. 6. cons. 67. lib. 7. Ias. l. si vero. §. qui pro rei qualitate column. final. ff. qui satisdar. cogant. Felin. c. 2. num. 9. extr. ut lite non contestat. Rip. Rubr. colum. 3 extr. de constitut. Riminald. cons. 24. num. 5 Corn. cons. 181. num. 53. lib. 2. cons. 131. num 4. lib. 5. Francisc Herculan. in tractat. quis teneatur probar. negativ. nu. 60.*

Nihilominus & allegari & proponi debeat, *gloss. Clement. appellanti verb. judicis de appellation. Abb. c. ut debitus. column. 1. extr. eod. tit. Felin. c. cum ordinem. num. 8. circ. fin. extr. de Rescript. Felin. c. afferte. num. 8 extr. de præsumption. Ias. l. 2. nu. 36. ff. si quis in jus vocatus non ierit. Ias. l. si vero. §. qui pro rei. num. 12. ff. qui satisdar. cogant. Ias. l. si unus. §. pactus ne peteret. num. 25. ff. de pact. Bero. cons. 13. num. 54. & 72. lib. 3. Francisc. Herculan. in tractat. quis teneatur probar. negativam. nu. 61. Francisc. Bursat. cons. 43. nu. 26. lib. 1.*

Attamen hoc non procedit in notorio juris, resultante nempe vel ex Corpore juris, vel ex volumine constitutionum, illud enim nec allegare quidem necesse est. *Innocent. c. Raynutius Argum. illius text. extr. de testament. Bald. l. minoribus. C. de his quib ut indign. Abb. c. afferte. nu. 4. extr. de præsumption. Barbat. cons. 58. num. 11. lib. 3. cons. 79. num. 1. lib. 4.*

Sed illud privilegium quod Archiepiscopus Magdeburgensis tanquam Primas Germaniæ, tàm quoad sessionem, quam quoad alia jura omnib. & Archiepiscopis & Episcopis & reliquis Principibus Germaniæ præferri debeat, est Archiepiscopis Magdeburgensibus concessum per viam juris communis, nec non & Corpori juris insertum.

Igitur etiam ex hoc sequitur, quod Archiepiscopus Magdeburgensis non fuerit obligatus illud jus suum intra tempus in constitutione Spirensi præfinitum, in judicium deducere, vel ejus prætextu actionem aliquam in petitorio vel possessorio instituere, quodque non obstante hoc, quod Archiepiscopus Magdeburgensis intra tempus in ista constitutione expressum, actiones suas non proposuit, nihilominus Archiepiscopo Magdeburgensi tanquam Primati Germaniæ jus sessionis salvum & illæsum remanserit.

Vigesimò, legibus cautum est, quod cuilibet † licitum atque permissum sit, leges 118
sive jura etiam post terminum legalem peremptorium & exclusivum in judicium deducere: Sicut hoc satis probatur per id quod traditur, quod leges sive jura etiam post cunclusionem in causa, quam constat esse terminum legalem peremptorium & exclusivum, & allegari & in judicium deduci possint. *Bald. auth. jubemus. num. 9. C. de judic. Bald. c. final. columu fin. extr. de probation. Cardinal. cons. 23. Roman. cons. 176. num. 9. & ibi Horat. Mandos. in addit. Anton. de Butr. c. dudum*

dudum. el. 1. colum. 3. extr. de Elect. Anton de Butr. c. licet causam. colum 5. & ibi Dec. num. 17. Berous. 98. extr. de probation. Felin. c. cum dilectus. num. 25. & 26. extr. de fide instrument. Ias. repetit l. admonendi. num 64. ff. de jurejur. Robert. Marant. in suo Specul. part. 3. act. 15. num. 2. Prosper. Caravit in irtib. magn. Cur. rit. 75. num. 5. Lancellot. Conrad. in sua practic. lib. 1. cap. 9. §. 2. in titul. de allegation. & motiu. num. 9. Francisc. Nicont. c. quoniam contra in gloss. verb. productiones. & ibi Bero. num. 217. & Carol. Molin. in addit. ad. Dec. num. 31. extr. de probationib.

119 Et idem quoque juris est † in privilegiis vel concessis per viam juris communis aut constitutionis publicè promulgatæ, vel insertis Corpori juris aut volumini constitutionum.

Namque talia privilegia juris communis vim & vigorem obtinent, *gloss. c. ut circa §. 1. verb. corporali, & ibi Dominic. de election. lib. 6. gloss in proœm. Clement. verb. de cætero. Hostiens. & Ioann. Andr. c. ex parte el. 1. extr. de decimis. Dec. c. de causis colum. final. circ. fin. extr. de off. de legat. Rip. c. 1. num. 54. & ibi Mant. num. 30. extr. de rescript.*

Huc etiam accedit quod omnia omninò privilegia, & jus censeantur & appellatione juris veniant, *Socin. cons. 60. nu. 1. lib. 1. Abb. c. 1. num. 5. extr. ut lit. pendent. Sylvest. Aldobrand. §. ex non scripto. num. 7. institut. de jur. Natural. Gent. & Civil.*

Sed certum est, illud privilegium sessionis & prælationis quod primati Germaniæ competit, suæ illustrissimæ Celsitudini esse concessum per viam juris communis & Corpori juris insertum.

Igitur etiam ex hoc sequitur, quod non obstante lapsu termini in constitutione Spirensi præfiniti, illud privilegium tàm respectu petitorii quàm possessorii in judicium deduci possit.

120 Vigesimo primò, illud † quod est notorium sive evidens, non obstante ullius termini legalis peremptorii vel exclusivi lapsu, semper & quandocunque in judicium deduci & in judicio proponi potest, sicut hoc satis probatur.

121 Tum quia † licet conclusio in causa sit terminus & legalis & peremptorius & exclusivus.

Attamen post conclusionem in causa in judicium deduci possunt illa quæ notoria sunt, *Bald. l. 1. C. ut quæ desf. advocat. part. Anton. de Butr. c. 1 el. 1. colum. 2. & ibi Abb. colum. 2. num. 6. extr. de Election. Roman. l. 1. num. 9. ff. de arbitr. Ias. repetit. l. admonendi. num 64. ff. de jurejurand. Francisc. Nicont. c. quoniam contra num. 110. extr. de probation. Marant. in tractat. de ordin. judicior. part. 3. act. 15. num. 2. Ioann. Baptista Asyn. in sua praxi. §. 23. cap. 6. limitat. 17.*

Tum quia etiam post attestationes publicatas & testificata didicita quem similiter terminum legalem peremptorium & exclusivum esse dubio omni caret, illud quod notorium est, in judicium deduci potest, *Speculat. in titul. de probationib. §. videndum. versicul. hoc quoq. Bald. l. si quis testibus circ. fin. & ibi Salicet. col. final. C. de testibus Rom. l. si vero. §. de viro fallent. 31. ff. solut. matrimon. Roman. repetit. Rubr. colum. 9. versicul. item fallit si per evidentiam. ff. de arbitr. Matth. de Afflict. decis. 286. num. 3. Stephan. Bertrand. cons. 337. colum. 2. lib. 1. Tiraquel. in tract. de utroq. retract. part. 1. §. 4. gloss. 1. num. 37.*

Tum quia id quod notorium est, etiam post sententiam, à qua appellatum non est, quam similiter terminum peremptorium & exclusivum esse certum est, in judicium deduci potest, *Bald. l. 1. circ. fin. C sentent. rescind. non poss. Tiraquel. in tractat. de utroq. retract. part. 1. §. 4. gloss. 1. num. 37.*

Sed certum est, quod jus sessionis sive prælationis Ecclesiæ & Archiepiscopatui, nec non & Archiepiscopo Magdeburgensi tanquam Primati Germaniæ competens, sit notorium, manifestum & evidens.

Igitur sequitur, illud jus etiam post terminum in constitutione Spirensi præfinitum tàm agendo quàm excipiendo, & tàm in petitorio quàm in possessorio in judicium deduci posse.

Vigesimo secundò, † omnis omninò 122
lex omnisque constitutio loquens de litibus sive de rebus litigiosis ita intelligi, declarari & restringi debet, ut non habeat locum in litibus calumniosis vel injustis. *Bisignet. decis. 2. num. 2. in fin. de rer. permutat. Cassador. decis. 7. num. 1. de dolo & contumac. Sarnens. super Regul. de Annali. quæst. 45. Mandos. super. regul. è subrogandis collitigatoribus. quæst. 11. num. 6. Matth. de Afflict. decis. 31. Boer. decis. 2. num. 27. decis. 161. num. 4. Robert. Lancellot. in tractat. de attentat. part. 2. in præfat. illation. 5. num. 471. & limitat. 4. facit id quod tradit Lapus. allegat. 53. num. 8. Cardinal. Paris. cons. 100. num. 3. lib. 1.*

Similiter quoq; & † lex atq; constitutio 123
quælibet quantumvis generalis de lite

sive

ſive rebus litigiuſis loquens, nunquam extenditur ad lites inutiles, invalidas, nullas ſive nulliter & invalidè motas. *Matth. de Afflict. deciſ. 366. num. 12. Cardinal. Pariſ. conſ. 41. nu. 36. lib. 1. Robert. Lamellot. in tract. de Attentat. part. 2. limitat. 3.*

Eamque ſententiam communiter receptam eſſe, atteſtatur *Cardin. Pariſ. & Robert. Lamellot. in locis modò citatis.*

Et hæc ſententia confirmatur.

Tum quia certum eſt, quod quælibet diſpoſitio quantumvis generalis reſtringatur tantum ad actum validum, nec ullo modo extendi poſſit ad actum invalidum vel nullum, *l. quoties. & ibi Iaſ. ff. qui ſatisdar. cogant. l. quærentis. § ſi convenerit & ibi Bart. ff. ad SC. Vellejan. l. nulla. ff. de authoritat. tutor. l. non putavit. §. non quæras de bonor. poſſeſſion. contra tabul. l. 4. § condemnatum & ibi Dd. ff. de re judicat. l. ſi aut nullum C. de legit. hæredib. l. fin. junct. gl. C. ad l. Flaviam de plagiar. l. 1. §. quod ſi nemo ff. quod cuiuſq. univerſitat. nomine c. Nicolao & ibi Bald. & Dd. extr. de appellation.*

Tum quia de lite invalida, inutili vel nulla in precibus vel ſupplicatione mentionem facere neceſſe non eſt, *Curt. jun. conſ. 174. num. 5. Rum. conſ. 8. nu. 2. & per tot. lib. 4.*

124 Deinde quoque certum eſt, † quod lis mota ab illo, qui nullum penitus jus fovet, ſit & calumnioſa & injuſta, *Caſſador. deciſ. 7. num. 2. titul. de dol. & contumac. facit text. l. properandum. §. ſin autem alterutra. & ibi Iaſ. C. de judic. l. eum qui temere. ff. eod. tit. c. finem litibus extr. de dolo & contumac.*

Eodem quoque modo abſque omni dubio lis mota ab illo, qui habet ſcientiam rei vel juris adverſarii, ſive quod adverſarius jus bonum foveat, dicitur & injuſta & calumnioſa, *c. ſi virgo & ibi gloſ. 34 quæſt. 2. l. bonæ fidei. ff. de verb. ſignificat. l. ſi exiſtimans & ibi Bart. ff. pro ſolut. l. ſi quis fundum. ff. de acquirend. poſſeſſion. gloſ. Abb. & Dd. c. ſi diligenti extr. de præſcription. Dyn. & Philip. Franc. c. poſſeſſor. de Regul. jur. lib. 6. Franciſc. Balb. in tit. de præſcription. 2. part. 3 part principal. quæſt. 1. Bart. l. illud ff. de petit. hæreditat. Bart. l. furtum. §. fundi ff. de uſucapion. Bart. l. final. C. unde vi. Bald. l. poſt ſententiam. C. de ſentent. Aym. Cravett. conſ. 146. lib. 1.*

Multò vero magis illa lis & controverſia dicitur & calumnioſa & injuſta, quæ contra legis ſive juris communis diſpoſitionem movetur, *l. ſi idem cum eodem. §. 1. & ibi Bald. & Alex. ff. de juriſdiction. omn. judic. Bertachin. in ſuo repertor. verb. calumnia num. 3. fac. text. l. quemadmodum. circ. fin. C. de agricol. & cenſit. lib. 10. c. qui contra jura & ibi. Ioann. Andr. Dyn. & Dd. de Regul. jur. lib. 6.*

Et in ſpecie, quod is qui jus ſeſſionis vel aliud jus evidens, manifeſtum notorium & perſpicuum Eccleſiis vel Eccleſiaſticis perſonis auferre, vel illas in iſto jure turbare nititur, & calumnioſè & injuſtè agat, probat & decidit *text. c. omnes diſtinct. 22.*

Præterea quoque certi & indubitati juris eſt, quod lis vel controverſia mota contra legis diſpoſitionem & prohibitionem, per ſe & ipſo jure nulla ſit, *l. non dubium & ibi Bart. Bald. & Dd. C. de legibus c. quæ contra jus. & ibi Ioann. Andr. Dyn. & Dd. de Regul. jur. lib. 6.*

Legibus quoque omnibus omninò hominibus, cujuſcunque ſortis & conditionis prohibitum eſt, ne Patriarchas vel Primates in ſua ſede, throno vel jure ſeſſionis turbent, moleſtent, aut de illa amoveant, *d. c. diffinimus. diſtinct. 22.*

Illud quoque indubitatum eſt, † quod ſecundum diſpoſitionem juris communis & decreta conciliorum Archiepiſcopus Magdeburgenſis tanquam primas Germaniæ quoad ſeſſionem reliquaq; jura omnibus aliis & Archiepiſcopis & Epiſcopis reliquiſque Principibus Germaniæ & præferatur & præferri debeat. 125

Et hoc jus commune cum illud in Imperio Romano & publicatum & publicè promulgatum ſit omnibus omninò ſtatibus atque ordinibus, nec non & ſubditis & incolis Imperii Romani eſt & notum & notorium, illique ſtatus qui Archiepiſcopo Magdeburgenſi tanquam Primati Germaniæ reſpectu ſeſſionis litem vel controverſiam movere nituntur, non modò nullum jus fovent, ſed & contra jus ſive juris prohibitionem delinquunt & ſciunt, aut ſaltem ſcire debent, Archiepiſcopum Magdeburgenſem tanquam Primatem Germaniæ, bonum jus atque optimam cauſam habere.

Igitur ſequitur, lites vel controverſias motas, nec non & turbationem illatam Archiepiſcopo Magdeburgenſi tanquam Primati Germaniæ reſpectu ſeſſionis eſſe calumnioſas, injuſtas & invalidas.

Rurſus ex hoc ſequitur, conſtitutionem Spirenſem nullo modo ad tales lites extendi vel porrigi poſſe, quodque non obſtante conſtitutione Spirenſi & lapſu termini in illa præfiniti Archiepiſcopo Magdeburgenſi tanquam Primati Germaniæ nihilominus

minus jus sessionis salvum, illæsum & incolume remanserit, & quidem taliter, ut Archiepiscopo Magdeburgensi permissum sit, semper & quandocunque jus suum tàm in petitorio quàm in possessorio in judicium deducere.

126 Vigesimo tertiò,† omnis omninò dispositio secundum subjectam materiam sive secundum naturam illius rei de qua agitur, intelligi, declarari & restringi debet *c. solitæ & ibi Dd. extr. de majoritat. & obedient. l. si uno. in princip. ff. de locat. & conduct. l. si olei. C. eod. titul. l. damni infecti quidam in princip. & ibi Angel ff de damn. infect. l. final C. de non numerat. pecun Clement. exivi. de verbor. significat. Alex. conf. 26. num. 6. lib. 3. cum mult. sequentib allegat. per Georg. Natr. Clement. sæpe colum. 4 & column. 64. de verbor. significat. Nevizan. conf 92. num. 12. usq; ad num. 42. Nicol Everhard. in loco à subiect. mater.*

Etiamsi necesse sit, verba detorquere ad significationem impropriam *d. l. si uno in princip. ff. de locat. & conduction. c. 1. §. porrò & ibi Domin. de statu regular. lib. 6. gloß. l. eas ff. de condition. & demonstrat. Salycet. l. quoniam multa facinora. C. ad l. Iul. de vi public. Imol. l. fin. ff. de hæred. Institut.* Dec & Dd. c. nam concupiscentiam extr de constitutionib. cum multis similib. allegatis per Tiraquell. repetit. l. si unquam verb. Revertatur. num. 37. C. de revocand. donationib.*

Vel impropriissimam, *Alex. l. 1. in princip. column. 4. ubi ponderat Bart. etiam hoc ibi velle ff. ad l. Falcid Ias. l. liber. homo in princip. la 2. n. 3. ff. de verb. obligation. Nicol. Everhard. in loco à subiecta mater.*

127 Item etiamsi † verba dispositionis sint prægnantia, *Alex conf. 38. num. 10. & 11. lib. 4. Dec l quoties idem sermo. ff de regul. jur.*

128 Vel † universalia, *Dec. l. 1. num. 15. C. qui admitti. Nevizan. conf. 92. nu. 27. Bald conf. 67. column. 2. lib. 3. Bald. c 1. §. donare column. 2. & ibi Martin. Laudens. & Præposit qualit. feud. olim. Francisc. Aretin. & Socin. l. Gallus. §. etiamsi à parente. ff. de liber. & posthum. Barbat. conf. 63 lib. 1. Iacob. de S Georg. in tractat. feudal. verb. & quibuscunq; hæredibus. nu. 2. Curt. senior. conf. 83. colum 5 Dec. conf. 185. colum 3. Corn. conf. 199. colum. 4. lib. 2.*

Vel geminata, *Alciat. Respons. 203. nu. 28. Argument l si stipulatus ff. de usur.*

Vel apta infinitatem comprehendere, *Catell Cott. memoral. quandocunq; ubi ipse attestatur etiam Bald. & Corn in locis ab ipso citatis eandem opinionem amplecti.*

Et hanc sententiam confirmat id, quod tradit *Gammar. in tractat. de extensione chart. 6. column. 2.* ubi ipse formaliter dicit: Quod subjectum & materia de qua loquimur, declarant, quo sensu verba capienda sint, in tantum quod quandoq; relicta propria significatione ad impropriam recurramus, & contra. Quia sufficit disponentem ostendere secundum subjectam materiam quid velit.

Quodq; de jure respondit *Alex. conf. 216. num. 5. lib 6.* ubi dicit, quod propter subjectam materiam verba capiantur quandoq; largius quandoque strictius.

Atque etiam ab eodem Alexandro alibi scriptum est: Quod verba instrumenti debeant reduci ad naturam contractus & subjectam materiam, & quod quando verba sunt reducibilia, ad subjectam materiam nunquam alterent ipsius dispositionem, *Alex conf. 37. colum. 2. lib. 3.*

Quas decisiones refert atq; sequitur *Nevizan dict. conf. 92.*

His adde, quod verba universalia restringantur secundum naturam rei & materiam subjectam *gloß. c. 1. extr. de constitutionibus gloß. c. dilecto de sentent. excommunicat. lib. 6. Geminian. conf. 29. circ. fin. Laurent. Sylvan. conf. 56. num. 19.*

Quodque verba universalia restringantur ad ea, quæ sunt de natura disponentis cui adjiciuntur, *Bald. conf. 67. incip. quis ex facto column. 1. post med. lib. 3 Calcan. conf. 1. col. 15. Dec. l. 1. C qui admitti. Laurent. Sylvan. conf. 57. nu. 19. Cravett. conf. 144. nu. 7. lib. 1.*

Et prædicta † procedunt etiam in tali 129
materia, in qua alioquin stricta interpretatio fieri debet.

Namque etiam in illa materia verba secundum subjectam materiam intelligenda sunt, etiam impropriando verba, *Dec. conf. 278. col. 4. & conf. 388. num 4. & 5. Dec. l. 1. nu. 16. C. qui admitti. Nevizan. conf. 92. num. 15. Alex. conf. 5. column. 2. lib. 4. Dec l quoties idem sermo. ff. de regul. jur. Tiraquell. repetit. l. si unquam verb. revertatur num. 38. C. de revocan. donat.*

Ideoque in † statutis, in quibus alioquin 130
verba debent intelligi propriè & strictè, *l. 3. §. hæc autem. ff. de negoc. gest.* propter subjectam materiam, idem ut dispositio statuti subjectæ materiæ conveniat, verba ad significationem impropriam trahuntur, *Paul. castrens. conf. 82. lib. 1. Dec. l. 1. nu. 16. C. qui admitti. Nevizan. conf. 92. nu. 29.*

Imò

Imò ut subjectæ materiæ serviamus in statutis sive constitutionibus, verba etiam impropriissimè intelligenda sunt, *Alex. l. 1. in princip. ff. ad Falcid. Ias. l. liber homo. Is. 2. in princip. num. 3. ff. de verbor. obligation. Nicol. Everhard. in loco à subiect. mater.*

Etiamsi verba universalia sint, *Dec. l. 1. num. 15. C. qui admitti. Nevizan. conf. 92. num. 27.*

Huc accedit, quod verba quantumcunque præcisa, recipiant interpretationem, *Bart. Angel. & Dd. l. stipulatus sum. Daman. ff. de verbor. obligat. Bald. & Ias. l. quamvis Argument. illius text. ff. de in ius vocand.*

Atque cum temperamento justitiæ intelligi debeant, *Bald. l. quod dicimus. Argument. ill. text. ff. de solutionib.*

Etiamsi verba sint universalia & geminata simul, *Ias. l. stipulatus sum Daman. num. 3. ff. de verbor. obligation. l. 1. iunct. gloss. ff. solut. matrimon.*

Item etiamsi statuto cautum sit, quod verba debeant esse præcisa & præcisè intelligi, *Bald. l. omnes populi column. 10. ff. de iustit. & iur. Ias. d. l. stipulatus sum. Daman. num. 3.*

131 Quinimò potius admittendum est, ut † verba sint supervacua nihilque operentur, quàm ut aliquid operentur, contra subjectam materiam sive naturam rei, *Bald. Rubr. quæst. 9. C. de contrahend. emption. Dec. cons. 477. num. 11. Ioann. Nevizan. conf. 92. num. 31.*

132 Sed sessionibus † & de jure communi & decretis conciliorum illa & natura & subjecta materia tributa est, quod Primas Germaniæ omnibus & Archiepiscopis & Episcopis & aliis Principibus quoad sessionem præferri, quodque jus sessionis suæ Illustriss. Celsitudini competens, nullo modo neque auferri neque diminui neque labefactari debeat.

Igitur sequitur, constitutionem Spirensem inspecta & natura & subjecta materia sessionis, ita intelligendam & accipiendam esse, quod per illam sive lapsum temporis in illa præfiniti nullo modo derogatum sit juri sessionis Primati Germaniæ competenti.

133 Vigesimo quartò, † omnis omninò constitutio secundum verisimilem mentem disponentis intelligitur, declaratur, extenditur & restringitur, *l. scire §. aliud. ff. de excusat. tutor. l. 3. §. conditio ff. de adimend. legat. l. penult ff. ad exhibend. l. credendum. ff qui pet. tutor. l. 2. §. mater versicul. quid si Curatores & vers. quid ergo si non fuerint. ff. ad SC. Tertullian. l. sed sciendum. ff. ad l. Pompeia. de parricid. l. si quis adulterium. §. 1. & l. nihil. ff. ad l. Iul. de adulter. l. Divus. §. item Senatus. ff. ad l. Cornel. de fals. l. Impuberem. §. qui liberti. ff. eod. titul. l. 1. §. incidit. ff. ad SC. Turpullian. l. in bello. §. si quis servam. ff. de captiv. & postlim. reversi. cum mult. similib. allegatis. per Tiraquell. repet. l. si unquam verb. libertis. num. 47. C. de revocand. donat.*

Huc etiam accedit, quod in omnibus omninò dispositionibus verisimilitudo magnæ sit efficaciæ, & magni momenti, *l. cum res in princip. ff. de legat. 1. l. cum avus. ff. de condition. & demonstration. l. ex facto. § sicut. autem susceperit. ff. ad SC. Trebell. l. hæredes mei §. cum ita ff. eod. titul. l. sed etsi susceperit. §. si liberis. ff. de indic. cum mult. similib. allegat. per Nicol Everhard. in sua Topic. in loco à verisimili Tiraquell. repet. l. si unquam in præfation. num. 37. Francisc. Mantic. in tractat. de coniectur. ultimar. voluntat. lib. 3. titul. 19. num. 1. 2. & 3.*

Quodque nulla penitus constitutio vel dispositio ad id, quod verisimile non est, extendatur, *Roman. conf. 436. num. 10. conf. 493. num 18. Grat. conf. 7. nu. 50. conf. 22. num. 18 lib. 1. conf. 29. num. 31. lib. 2. Boer. in tractat. de potestat. legat. à later. quæst. 1. post princip. Loffred. conf. 34. num. 9. Quintilian. Mandos. in Regul. de infirmis. quæst. 19. num. 2.*

Præterea quoque certi & indubitati juris est, quod tàm in constitutionibus quàm in omnibus aliis dispositionibus mens & disponentis & constitutionem condentis, colligatur ex subjecta materia, sive ex natura illius rei de qua agitur, quodque talis præsumatur esse mens disponentis sive constitutionem condentis qualis inspecta subjecta materia sive natura illius rei, de qua agitur esse debet, *l. si fundus in princip. ff. solut. matrimon. l. si duo & ibi Bald ff. de acquirend. hæreditat. l. sicut. §. non videtur. ff. quib. mod. pignus. Georg. Natt. repetit. c. quamvis. column. 56. de pact. lib. 6. Paul. de Mont. pico repetit. l. in quartam. colum. 28. ff. ad l. Falcid. Ioann. Nevizan. conf. 50. nu. 26.*

Deinde quoque clari & indubitati juris est, † quod in omnibus omninò dispositionibus talis præsumatur esse mens ac voluntas disponentis qualis de jure communi esse debet, *l. si duo. ff. de acquirend. hæreditat. l. sed nisi hoc. junct. gloss. ff. de jur. dot. Aymon. Cravett. conf. 33. nu. 18. & conf. 186. nu. 9. lib 1. Socin.* 134

Sociu. jun. conf. 72, num. 55. lib.1. Sebaſt. Vant. in tractat. de nullitat. rubr. ex defect. citation. numer. 94. fac. id quod tradit Bart. l. ut jurisjurandi. §. ſi liberi. ff. de oper. libertor. Bart. Alex. Franciſc. Ripa. & Dd. l. hæredes mei. §. cum ita. ff. ad SC. Trebellian. Angel. l. tres fratres. ff. de pact. Petr. de Anchoran. conſ. 125. colum. 3. ad fin. Franc. Aretin. conſ. 145. Corn. conſ. 72. colum. 2. & conſ. 138. ad fin. lib. 2.

Et in dubio actus intelligitur factus ſecundum id quod jus diſponit, *Calderin. conſ. 11. in fin. titul. de feud. Aymon. Cravett. conſ. 186 num. 9. lib. 1. argum. c. ex literis. extr. de conſtitutionibus. c. ſedes Apoſtolica. extr. de reſcript. c. venientes. extr. de jurejurand.*

135 Et hoc uſque adeo verum eſt, † ut locum habeat in conſtitutionibus Principum ſivè a Principibus factis.

Namque & in iis talis præſumitur eſſe mens & voluntas, qualis de jure communi eſſe debet, *Bald. Alex. & Dd. l. ex facto in princip. argum. illius text. & ibi Iaſ. num. 4. & Hieronym. verius in repetit. num. 36. ff. de vulgar. & pupillar. Bald. l. omnes populi column. 19 ff. de juſtit. & jur. Bald. c. licet. extr. de offic. ordinar. Dec. conſ. 383. column. 2. & 3. Franc. de Curt. conſ. 49. cart. 9. column. 2. Bald. l. 2. C. de commun. rer. alienat. Iaſ. l. juſtitia. column. 2. ff. de juſtit. & jur. Iaſ. l. final. column. 4. ff. de conſtitut. princip. Iaſ. l. cauſas. column. 2. C. de tranſact. Cardinal. Pariſ. conſ. 101. num. 62. lib. 1 & conſ. 51. num. 15. lib. 4. Caſſan. conſ. 7. num. 62. & conſ. 64. num. 18. Martin. Laudenſ. in tractat de crimin. læſæ Majeſtat. quæſt. 4. num. 11. fac. text. c. quoniam. extr. de natur. liber.*

Et Princeps in omnibus diſpoſitionibus ſuis intelligitur ſe voluiſſe conformare juris communis diſpoſitioni, *Cardinal Pariſ. conſ. 82. nu. 60. lib. 1. argum. c. cauſam. quæ extr. de reſcript.*

Atque Principis tàm diſpoſitio quælibet quam actus quilibet ita interpretari debet, quod ipſe noluerit juri communi derogare, *Bart. l. reſcripta. C. de precibus imperat. offerend. Bald. & Dd. l. humanum. C. de legib. Corn. conſ. 92. nu. 10. lib. 2.*

Sed voluerit jus commune in omnibus & per omnia ſequi & imitari, *l. ex facto in princip. ff. de vulgar. & pupillar. c. propoſuit. extr. de conceſſ. præbend. Lancellot. Galiaul. repetit. l. Centurio, num. 133. ff. de vulgar. & pupillar.*

Uſque adeo quod verba poſita in diſpoſitione Principis debeant conformari æquitati & juri, licet verba illud non patiantur, *gloſſ. c. paratus. 23. quæſt. 1. Iaſon. l. ex facto in princ. nu. 5. ff. de vulgar. & pupillar. Felin. c. cauſam quæ. num. 5. extr. de reſcript. Dec. conſ. 275. num. 13.*

Sed jure communi cautum eſt, & talis eſt natura & ſubjecta materia ſeſſionum illis a jure communi attributa quòd Primas Germaniæ quoad ſeſſionem omnibus aliis & Archiepiſcopis & Epiſcopis & Principibus Germaniæ præferri & ſuæ illuſtriſſimæ Celſitudini in iſto jure nullo modo præjudicari debeat.

Igitur ſequitur, ex hac & diſpoſitione juris communis & ſubjecta materia ſivè natura ſeſſionis ſatis colligi & probari, & Imperatoriæ Majeſtatis & ordinum atque ſtatuum Imperii, qui iſtam conſtitutionem & condiderunt & promulgarunt, talem veriſimilem mentem fuiſſe, quod per iſtam conſtitutionem Primati Germaniæ in jure ſeſſionis non præjudicare ſed ſuæ illuſtriſſimæ Celſitudini jus ſuum ſalvum & illæſum conſervare voluerint.

Rurſus ex hoc infertur, quod hæc veriſimilis mens & voluntas abſque omni dubio ſequenda & ſecundum illam conſtitutio Spirenſis reſtringenda ſit.

Vigeſimo quintò, † per nullam penitus conſtitutionem quantumvis generalem cenſetur eſſe derogatum vel præjudicatum privilegiis conceſſis perſonis alioquin privilegiatis, *Cyn. l. 1. C. quand. Imperat. int. pupill. & vidu. Roman. conſ. 327. num. 8. verſic. reſpondeo per ſingulare dictum. & ibi Horat. Mandoſ. in addit. Roman. conſ. 436. nu. 11. conſ. 498. num. 17. Roman l. ſi vero. §. de viro. num. 99. ff. ſolut. matrimon.* 136

Sed certum eſt, quòd tàm Primas Germaniæ quàm alii Primates præ cæteris Archiepiſcopis, Epiſcopis & Principibus multum privilegiati ſint.

Et in conſtitutione Spirenſi nulla penitus fit mentio de Primatibus, ſed illa conſtitutio generalis eſt.

Igitur etiam ex hoc ſequitur, quod per iſtam conſtitutionem, item & per lapſum temporis in iſta conſtitutione præfiniti, non ſit derogatum juri ſivè privilegio ſeſſionis Primati Germaniæ competenti.

Vigeſimo ſextò, † omnis omninò conſtitutio quantumvis generalis ita interpretari debet, ne per illam derogatum ſit iis juribus vel privilegiis, quæ aliquo modo roborata vel confirmata ſunt, *gloſſ. Clement. dudum. § penult. verb. puta de ſepultur. Roman. l. ſi vero. §. de viro fallent. 23. ff. ſolut. matrimon.* 137

trimon. Roman conſ.393 nu. 13. conſ. 404. circa fin. conſ. 436. num 13. conſ. 517. circ. fin. Dec. cap. 1. num. 11. extr. de reſcript. Loffred. conſ. 24. num. 20. conſ. 35. nu. 15. Cardinal. Pariſ. conſ. 140. n. 6. lib. 4. Rum. conſ. 229. nu. 7. lib. 1. facie id quod tradit. Dec. conſ. 142. colum penult.

Sed certum atque indubitatum eſt, quod & jus ſeſſionis, & reliqua jura Patriarchis & Primatibus conceſſa, non ſemel ſed ſæpius confirmata & corroborata ſint, ſicut hoc ſatis patet *ex text. diſtinct. 21. in ſumma. & c. 1 & diſtinct. 22. c. omnes. & c. diffinimus. & diſtinct. 99. in ſinum & c. 1.*

Deinde quoque & per inveſtituras & confirmationes a Romanis Imperatoribus, Archiepiſcopis Magdeburgenſibus factas, ſaltem verbis generalibus non ſemel ſed ſæpius credo confirmatum eſſe & jus ſeſſionis & reliqua jura Archiepiſcopis Magdeburgenſibus tanquam Primatibus Germaniæ competentia.

Igitur etiam ex hoc ſequitur, quod conſtitutio Spirenſis nullo modo comprehendat jus ſeſſionis Archiepiſcopo Magdeburgenſi tanquam Primati Germaniæ competens, quodque per illam conſtitutionem juri ſeſſionis Archiepiſcopo Magdeburgenſi tanquam Primati Germaniæ competenti nullo modo derogatum ſit.

138 Vigeſimo ſeptimo, † quælibet diſpoſitio, quantumvis generalis ita reſtringi debet, ut evitetur id quod vel iniquum vel abſurdum eſt, *gloſſ Clement. literas de reſcript. Paul. Caſtrenſ. conſ. 50. colum 2 lib. 2. Imol. l. ſi verò §. de viro. ff ſolut. matrimon. Socin. conſ. 84. colum. 2. lib. 1. Cravett. conſ. 86. nu. 8. lib. 1. Laurent. Sylvan. conſ. 56. n. 16. vbi ipſe hoc alleg. text. l. ut gradatim §. ſed ſi lege. ff. de munerib. & honorib. Bart. & Dd. l 1. § nunciatio. ff. de oper. novi nunciat. Iaſ. conſ. 182. colum. 6. lib. 2. & conſ. 115. colum. 5. lib. 4.*

Et ſemper fugienda eſt illa interpretatio, quæ abſurdum in ſe continet, *Socin. jun. conſ. 72. n. 4. lib. 3. arg. l. non abſurdum. ff. de bonis libertor. l. hæredes mei. §. cum ita. ff. ad SC. Trebell.*

Et verborum generalitas nunquam extenditur ad caſum iniquum ſivè iniquitatem continentem, *Ioan. Cephal. conſ. 115 nu. 6.*

Quinimò potius tolleratur, ut verba ſint ſupervacua nihilque operentur quàm ut inducatur abſurdum vel iniquitas, *Paul. Caſtr. conſ. 258. colum. 1. lib. 2. Corn. conſ. 119. colum. 2. ad fin lib. 2. Cravett. conſ. 70. nu. 29. lib. 1.*

139 Et confirmatur ex eo, † quod omnis diſpoſitio quantumvis generalis, univerſalis, geminata vel præciſa, ſecundum æquitatem reſtringi debet.

Et omne illud, quod æquitati contrarium eſt, ſivè ab æquitate deviat, abſurdum dicitur, *Bald. l. in vendentu vel ementis. C. de contrahend. empt. Bald. l. ſi quis ſervo. C. de furt. Cagnol. l. in omnibus quidem. nu. 4. ff. de reg. jur. Ioan. Nevizan. in ſylv. nuptial. lib. 5. nu. 68. argum. l. ita vulneratus. ff. ad l Aquil.*

Similiter & verba generalia nec non & univerſalia reſtringuntur, quando alioquin inconveniens ſequeretur, *Paul. Caſtrenſ. conſ. 50. incip. viſo Codicillo. colum. 2. lib. 2. Socin. conſ. 84 colum. 3. lib. 1. Aymon. Cravett. conſ. 70. nu. 21. lib. 1.*

Eodem modo & verba generalia reſtringi debent, ne comprehendant caſum odioſum, *l. Lucius. §. Lucius el 2. ff. de legat. 2. Capol. conſ ſin. column. 2. Dec. conſ. 361. colum. 3. Laurent. Sylvan. conſ. 50. num. 15.*

Deinde etiam diſpoſitio univerſalis affirmativa reſtringitur ad caſus habentes eandem rationem & cauſam, nec extenditur ad caſus habentes diverſam rationem, *Calcan. conſ. 1. col. 29 circ fin. Cravett. conſ. 144. nu. 6. lib. 1. argum. l. creditor. §. datur ff. de bonis autor. judic poſſidend.*

Imò verba univerſalia non comprehendunt ea, in quibus non eſt eadem aut tanta ratio, *Rota. deciſ. 288. incip. Major pars in nov. Calcan. conſ. 1. column. 19. & conſ. 164. column. 2. circ. med. Laurent. Sylvan conſ. 56. nu. 17.*

Et hæc deciſio confirmatur ex eo, quia oratio generalis & indefinita non operatur tantum, quantum operatur ſpecialis, quando ratio diverſitatis militat, & aſſignari poteſt, *Bart. l. ſi plures. ff. de legat. 2. Paul. Caſtrenſ. conſ. 187. colum. pen. lib. 2. Cravett. conſ. 33. n. 15. & conſ. 70. nu. 27. lib. 1.*

Præterea in generali & effuſo ſermone veniunt ea tantum, quæ ſunt moris atque conſuetudinis, *Oldrad. conſ. 198. circ. medium. Laurent. Sylvan. conſ. 56. num. 27. argum. l. penult. ff. de aur. & argent. legat. l. ſi prius, §. placuit. ff. de aqu. pluv. arcend.*

Et nullum verbum adeò eſt univerſale, generale & indiſtinctum, quod ex conſideratione debitarum circumſtantiarum, non debeat civiliter intelligi, vel limitationem recipere, *Oldrad. conſ. 148. Laurent. Sylvan conſ. 56. num. 23. argum l. ſi cui. ff. de ſervitut l. non tantum. §. 1. & ibi gloſſ. ff. de petit. hæreditat. l. obligatione. ff. de pignorib. l. ſi mihi Mavia. § fin. ff. de legat. 3.*

Verba

Verba quoque generalia sivè universalia restringi debent, ne comprehendant id, quod vel est insolitum, *Bart. l. sed etsi quis. §. quæsitum. & ibi Ias. nu. 33. ff. si quis cautionib. Bald. l. falsus. circ. med. colum. fin. C. de furt. Ang. cons. 73. Anton. de Butr. cap. 1. extr. commodati. Alexand. cons. 28. column. 7. lib. 1. argum. l. fistulas. §. frumenta. ff. de contrahend. emption.*

Vel id quod est immoderatum grave aut nimium onerosum, *Bald. cons. 372. nu. 2. lib. 3. argum. §. oportet. Auth. de judicib. Ias. l. sed etsi quis. §. quæsitum. nu. 37. ff. si quis cautionib. Hieron. Gigas. in tract. de pensionib. quæst. 66. num. 5.*

Item verba generalia restringi debent ad verisimilia, *Alber. de Rosat. l. final. colum. 2. C. de remiss. pignor.*

Et ex verisimili mente & intentione disponentis, *Dec. cons. 58 2. column. 2. Cravett. cons. 70. nu. 25.*

Et ad cogitata disponentis sivè ad illa de quibus cogitatum est, *Bald. cons. 159. column. 3. lib. 3. Alex. cons. 76. column. 1. lib. 1. Aymon. Cravett. cons. 3. num. 17. & cons. 33. num. 9. lib. 1. Laurent. Sylvan. cons. 56. num. 26. Cardinal. Paris. cons. 88. numer. 31. lib. 1. argum. l. solutam. §. solutam. ibi non enim credibile est convenisse ff. de pignoralit. action. l. obligatione generali. ff. de pignorib. l. si quis ita. §. final. ff. de testam. tutel. l. non omnis in princ. & ibi Ias. ff. si cert. petat.*

Nec ulla dispositio est adeò generalis, universalis vel lata, ut extendatur sivè porrigatur ad id, quod verisimile non est, sivè de quo quis verisimiliter non cogitavit, *Angel. cons. 259. incip. super primo quæsito. colum. 2. Ias. cons. 141. column. 9. & cons. 142. column. 3. lib. 2. Ias. l. cum res column. 3. ff. de legat. 1. Laurent. Sylvan. cons. 56. num. 26. Tiraquell. repetit. l. si unquam in præfation. nu. 59. C. de revocand. donat. Aym. Cravett. cons. 70. num. 25. lib. 1.*

Vel ad ea quæ verisimile non est loquentem sive disponentem inclusurum, *Oldrad. cons. 95. colum. 2. Cravett. cons. 160. n. 50.*

Restringuntur quoque verba quantumvis universalia & indefinita ad id quod æquum est, ne indebitè quis damnum patiatur, *Cravett. cons. 3. num. 6. lib. 1. Ubi ipse ad hoc citat gloss. & Dd. l. final. §. in computatione. C. de jur. deliberand. Socin. cons. 44. column. 4. lib. 1. Ias. l. si servum. §. sequitur. ff. de verbor. obligation.*

Nec ulla verba quantumvis generalia debent extendi ad illum casum, in quo possit esse læsio, *Alex. cons. 46 colu. 3. lib. 1. Cravett. cons. 70. nu. 28. lib. 1. argum. l. tres fratres. ff. de pact. l. obligatione. ff. de pignor.*

Legibus quoque cautum est, quod verba generalia siva universalia restringi debeant ad id, quod rationis est, *Bald. auth. ingressi. colum. 1. C. de SS. Eccles. Ias. l. non dubium. colum. 7. vers. adeo etiam. C. de legibus. Cravett. cons. 3. numer. 3. lib. 1. Ioan. Cephal. cons. 76. num. 88.*

Quod absque omni dubio procedit eo casu, quando aliàs & sine hac restrictione indebitè quis læderetur, vel ad alterum lucrum indebitè perveniret, *Ang. cons. 391. colum. 1. Abb. cons. 1. colum. 2. cons. 44. colum. 2. cons. 64. colum. penult. lib. 1. Cravett. cons. 3. nu. 3. lib. 1.*

Quinimò potius admitti debet, ut verba sint supervacua, quam ut quis grave damnum patiatur, *Bald. Alex. & Ias. l. fin. §. in computatione. C. de jur. deliberand. Corn. cons. 275. colum. 2. lib. 3. & cons. 191. column. 3. lib. 1. Dec. cons. 37. colum. 3. Cravett. cons. 70. num. 29. lib. 1.*

Ulterius etiam † legibus cautum est, 140
quod in iis, quibus de gravi sivè magno præjudicio agitur, expressio specialis & individua requiratur, nec sufficiat generalis, universalis vel geminata dispositio, *Bart. l. filiusfamilias. ff. de donationibus. Alex. l. Titius. & ibi Ias. num. 15. & 16. ff. de liber. & posthum. Alex. cons. 146. lib. 5. Salycet. l. 1. C. de sponsalib. Tiraq. in tract. de legib. Connubial. gloss. 7. num. 111.*

Et magnitudo summæ exigit specialem ipsius mentionem, *l. item apud. §. hoc edictum. ff. de injur.*

Et propter rei magnitudinem non sufficit clausula generalis, sed specialis adhibenda est, *gloss. c. qui ad agendum. de procurator lib. 6. Ias. Rub ff solut. matrimon.*

Deinde quoque ardua sivè gravia ab omnibus regulis juris communis excepta intelliguntur, & generales juris regulæ ardua sivè gravia non comprehendunt, *Barbat. cons. 46. num. 15. & 16. lib. 2. Purpurat. in addit. ad Ias. l. 2. § si quis judicio. num. 12. verb. arduis ff. si quis caution. fac. text. c. per venerabilem. & ibi Panorm. num. 15. 16. & 20. extr. qui fil. sint legitim.*

Et confirmatur per id, quod Dd. tradunt, quod mandatum generale non extendatur ad causas graves sivè arduas.

Sed certum est, quod & absurdum, & absonum, & iniquum, & inconveniens, & insolitum, & irrationabile, nec non & cum odio conjunctum sit, Primari

Germaniæ jus suum sessionis & prælationis auferre, diminuere vel labefactare, sicut hoc satis probatur ex *text. c.1. distinct.21. c. 8.& c.diffinimus. distinct.22.*

141 Et inter † jus sessionis competens Primati Germaniæ, & inter jus sessionis competens reliquis Archiepiscopis, Episcopis, & reliquis Principibus Germaniæ, magna ratio diversitatis militat.

Tum quia jus sessionis & prælationis competens Primati Germaniæ est omninò notorium, manifestum, liquidum planum & evidens.

Tum quia Primari Germaniæ jus sessionis & prælationis est concessum, & quidem cum clausulis derogatoriis, & per decreta Conciliorum generalium, & per jus commune, nec non etiam Corpori juris insertum.

Tum quia ut opinor, illud jus sessionis & prælationis Archiepiscopis Magdeburgensibus, tanquam Primatibus Germaniæ competens, est iis & confirmatum & renovatum per investituras, concessiones & confirmationes Romanorum Imperatorum & Pontificum.

Nec etiam est verisimile, quòd Imperator & status Romani imperii concedentes istam constitutionem Spirensem, voluerint Primati Germaniæ jus suum sessionis & prælationis auferre, vel de hoc cogitaverint.

Illaq; causa & negocium sessionis & prælationis Primati Germaniæ competens, est negocium & causa gravissima.

Et si hoc jus sessionis & prælationis Primati Germaniæ auferretur, labefactaretur, vel diminueretur, ex hoc inferretur Primati Germaniæ grave & intollerabile damnum atque gravissima læsio.

Igitur etiam ex hoc sequitur, quod constitutio Spirensis nullo modo ita accipi vel intelligi possit; ut per illam Primati Germaniæ in jure sessionis & prælationis præjudicatum sit.

142 Vigesimo octavò, † ubi est separata sivè diversa ratio, ibi quoq; diversum ac separatum jus esse debet, *Anton. de Butr. c. post translationem. colum. 4. versicul. Tu dic. latius. extr. de translation. prælator. Tiraquell. in tractat. cessante causa. part. 1. nu. 168. Hippolyt. Riminald. cons 81. nu. 20. lib. 1. fac. text. l. hæc actio. ff. de calumniatorib.*

Et comprobatur per id, quod vulgò dicitur, diversa ratio reformat pactum, *l. interpositas. C. de transaction. Nevizan. cons. 8. nu 76. Hippolyt. Riminald. cons. 81. nu. 20. lib. 1. Nicol. Everhard. in sua Topic. in loco à separat.*

Sed certum est, quòd inter jus sessionis competens Primati Germaniæ, & inter jus sessionis competens reliquis statibus atque ordinibus Romani imperii, magna ratio diversitatis militet.

Sicut hoc patet ex iis, quæ in præcedenti ratione decidendi docui.

Igitur etiam ex hoc sequitur, quòd in jure sessionis competente Primati Germaniæ, & in jure sessionis competente reliquis statibus atque ordinibus imperii diversum jus statui, & per consequens jus sessionis competens Primati Germaniæ, etiam propter hanc causam nullo modo sub conditione Spirensi comprehendi vel includi debeat.

Vigesimo nonò, † ex multis sensibus dispositionis semper justior sensus & eligendus & amplectendus est, *Bald. cons. 118. incip. petita venia. colum. 1. circ. fin. lib. 3. Cravett. cons. 70. num. 14.* 143

Similiter illa interpretatio, per quam minus deviatur vel receditur à jure communi, amplectenda & sequenda est, *Cephal. cons. 126. num. 8. lib. 1.*

Eodem modo & illa interpretatio omninò & capienda & sequenda est, quæ à prudentibus vel sapientibus non meretur reprehendi, *l. Salujus. Aristo. ff. de legat. præstand. Socin. cons. 11. colum. 4. lib. 3. cons. 26 nu. 8. lib. 4. Socin. jun cons. 1. nu. 128. lib. 1. Crapett. cons. 3. nu. 23. cons. 5. num. 14. Menoch in tract. de arbitrar. jud. quæst. lib. 2. centur. 2. casu. 199. num. 8. Francisc. Bursat. cons. 173. nu. 80. cons. 176. numer. 202 cons. 215. num. 27. lib. 2.*

Illa quoq; interpretatio, per quam ad jus commune reducimur, semper & amplectenda & sequenda est, *gloss. c. statutum. verb. numerandum. de præbend. lib. 6. Anton. de Butr. c. olim tibi argum. illius text. & ibi Panorm. notab. 3. extr. de verbor. significat. Alex. l. si constante in princ. colum. 3 ff. solut. matrimon. Alex. cons. 75. colum. 2 lib. 5. cons 227. column. 3. lib. 6. Francisc. Aretin. cons. 96. colum. 1. Ias. l. si unus §. pactus ne peteret. nu. 6 ff. de pact. Ias auth. quas actiones. colum. 7. vers. quarto limita. C. de SS. Eccles. Ias. l. nemo potest. lectur. 2. colum. 8. & ibi Ioan. Monteferret. colum. 10. ff. de legat. 1. Socin. cons. 112. lib. 3. Dec. cons. 11. colum. pen. Albert. Brun. in tract. statutor. mulier. excludentes. artic. 7. quæst. 2. Tiraq. in tract. de utroq; retract. part. 1 in præfat. n. 58. Tiraq. in tract. de primogen. quæst. 24. num. 6. Laur. Sylvan. cons. 65. n. 20 Menoch. cons. 1. n. 391. Francisc Bursat. cons. 131. num. 70. lib. 2.*

Deinde quoq; semper capienda & sequenda est illa interpretatio, per quã res reducitur

ad

ad statum suum pristinum, seu in statu suo pristino conservatur, *l. si unus. §. pactus ne peteret. & ibi Ias. num. 5. usq; ad numer. 12. ff. de pactis. c. ab exordio. & ibi glos. distinct. 25. Bald. cap. 1. in princ. num. 11. de capitul. Corrad. Angel. cons. 10. num. 3. vers. secundò quia res. C. Sotin. cons. 35. colum. 6. cons. 59. nu. 8. lib. 1. Matth. de Afflict. cap. 1. num. 301. ex quib. caus. feud. amitt. Bart. l. cætera. §. sed si paravit. num. 4. ff. de legat. 1. Speculat. in titul. de Instrument. edition. §. nunc autem videndum in princip. Ruin. cons. 11. lib. 5. Anton. Gabriel. Roman. in tractat. regular. lib. 3. titul. de jur. quæsit non tollend. conclus. 1. num. 38. Ioan. de Plat. l. 1. circ. fin. C. de imponend. lucrativ descript. lib. 10. Tiraquell. in tractat. de pæn. caus. 51. num. 18.*

Ista quoque interpretatio, quæ vera, justa, minus absurda irreprehensibilis ac legitima existit, semper & amplectenda & sequenda est, *Menoch. cons. 37. num. 104. lib. 1. Francisc. Bursat. cons. 173. nu. 80. lib. 2.*

Præterea quod semper & capienda & amplectenda est illa interpretatio, per quam contrarietas sive repugnantia evitatur, *l. 1. §. quibus. C. de nov. Codic. faciend. §. cæterum. Auth. de fide instrumentor. c. inter. dilectos. extr. eod. titul. Dec. l. ubi repugnantia. & ibi Cagnol. num. 4. ff. de regul. jur. Dec. l. final. C. de edend. Dec. cons. 195. column. 2. consil. 517. numer. 4. cons. 653. column. final. Alex. cons. 156. lib. 6. Alciat. in tractat. de præsumption. regul. 2. præsumpt. 31. Boër. decision. 252. numer. 1. & 2. Cantin. Paris. cons. 102. num. 19. lib. 1. Socin jun. cons. 125. num. 16. lib. 1. Francisc. Bursat. cons. 225. nu. 61. lib. 2.*

Sed hæc interpretatio, quod prædicta constitutio Spirensis non extendatur ad jus sessionis sivè prælationis Primati Germaniæ competens, quodque per illam nec non per lapsum temporis in illa præfiniti non sit derogatum juri sessionis, est vera, justa, irreprehensibilis & legitima.

Et per illam minus receditur à jure communi.

Quinimò talem interpretationem capiendo & ad jus commune reducimur & jus commune salvum, illæsum & incorrectum remanet, nec non & repugnantia sivè contrarietas inter jus commune & istam constitutionem Spirensem evitatur.

Nec non etiam per illam interpretationem Primas Germaniæ in statu atque honore suo pristino conservatur.

Illaque interpretatio non meretur reprehendi ab ullo sapiente vel prudente.

Igitur etiam ex hoc sequitur, prædictam constitutionem Spirensem ita & intelligendam & accipiendam, ne per illam, vel per lapsum temporis in illa præfiniti, juri sessionis competenti Primati Germaniæ in aliquo derogatum sit.

Trigesimò, tàm † prætor quàm quilibet alius judex semper debet habere æquitatem ante oculos, *l. quod si ephesi. §. 1. & ibi Ias. ff. de eo quod certo loco. cap. 1. 4. quæst. 4. c. final. extr. de transaction.* 144

Eamque & observare & sequi, *l. in omnibus quidem. & ibi Dec. Cagnol. & Dd. ff. de regul. jur. l. 2. §. item Varus. ff. de aq. pluv. arcend.*

Et ad hoc faciendum jusjurandum à quolibet prætore vel judice præstitum vel præstandum ipsum obligat, *§. pen. Auth. de jurejurand. quod præstat. ab his.*

Et si judex aliter fecerit, illud ab ipso oculo caligante & contra jus factum censetur, *gloss. l. inter filios. & ibi Bald. C. famil. erciscund. Ias. l. placuit. C. de judic. Ias. l. quod Ephesi. §. 1. ff. de eo quod cert. loc.*

Huc accedit, quod æquitas rigori præferenda sit, *l. placuit. & ibi Ias. C. de judic. l. si tibi. ff. si cert. petat.*

Quodque per semitam æquitatis procedendum, *c. quærenti. extr. de offic. delegat.*

Et quælibet dispositio ad æquitatem redigenda, *l. 1. in fin. C. de interdict.*

Nec non & illud tantum sequendum sit, quod æquitas suadet, *c. magnæ. extr. de vot.*

Atque æquitas est modus interpretandi tàm leges quam statuta, *Bald. l. si defunctus. C. de suis & legitim. hæred. Dec. l. in omnibus quidem. ff. de regul. jur.*

Usque adeò ut propter æquitatem sæpenumero recedatur à regulis juris communis, *l. si me & Titium. in fin. ff. si cert. petat. l. si quis mancipii. §. fin. ff. de instit. action. Bald. l. 2. in fin. C quod metus causa.*

Et à solennitatibus juris, *l. Divus. ff. de in integr. restitut.*

Et ab eo quod usitatum est, *l. Imperatores. circ. final. ff. de apellat.*

Et a verbis testatoris vel alterius disponentis, *l. qui filium. §. final. ff. ad SC. Trebellejan.*

Præterea quoque illa interpretatio tantum amplectenda est, quæ æquitati convenit, *Ioan. Nevizan. in sylv. nuptial. lib. 5. num. 68. Dec. & Cagnol. in omnibus quidem. ff. de regul. jur. Cravett. cons. 70. numer. 13. cons. 186. num. 14. Bursat. cons. 176. num. 23.*

Et opinio æquior semper sequenda est, etiamsi opinio contraria communis sit, *Curt. Sen. conf. 51. col. 10. Cor;et singular. 208. Ioan. Lup. c. per vestras. notab. 3. extr. de donat. inter vir. & uxor. Socin l qui agnatu. column. 3. ff. de exception. Hippolyt. de Marsil. Rubr. column. 37. C. de probationib. Nevizan. in sylv. Nuptial lib. 5. nu. 68.*

Quinimò lex erubescit recedere ab illo quod æquum est, *l. si quis in suo §. legis C. de inofficios. testam. l. fin. §. cum autem. C. de furt.*

Et propter æquitatem & regula juris limitatur, *glos. Auth ut sine prohibition. Matr. & aviæ in princip. versicul. existimamus.*

Et omnes omninò dispositiones secundum æquitatem restringendæ, extendendæ & limitandæ sunt, *Bald. conf. 434 lib. 1 Socin. conf. 44. colum 4. circ fin. versicul. & dicta verba lib. 1. Iaf. l à Divo pro. § ventitione. ff. de re judicat. Iaf. l. si servum §. sequitur. n. 3. ff de verbor. obligation. Cravett. conf. 70. num 24.*

Etiamsi illa dispositio sit concepta verbis universalibus, *Bald. conf. 434. lib. 1. Socin. conf 44. colum. 4. circ fin lib. 1.*

Affirmativis vel negativis, *Laurent. Sylvan. conf. 56. nu. 20.*

Usque adeout verba præcisa nòn aliter nec alio modo propter æquitatem restringantur, *Socin. conf. 44. colum. 4. lib. 1. Laurent Sylvan. conf. 56 nu. 21.*

Et arbitrium liberum alicui permissum intelligatur, servata æquitate, *Bald. conf. 177. colum. 2. lib. 1 Laurent. Sylvan. conf. 56 nu 22.*

Et per exceptionem, quæ æquitati nititur, omne jus omnisque actio & intentio adversarii elidit ur, *l. qui æquitate. ff. de except. dol. l. 3. C. de bon. auth judic. possidend. Dec. l. in omnibus quidem ff. de reg jur.*

Deinde quoque in omnibus omninò dispositionibus, illa debet fieri interpretatio, ut servetur bona fides & æquitas naturalis. *Bald conf. 112. incip quæritur qui intelligantur ad fin. lib 1. Aymon. Cravett. conf. 70. nu. 13. lib. 1. Ioan. Cephal conf 28. nu 28. lib. 1. argum. l. in omnibus ff de reg. jur.*

His adde, quod interpretatio semper fieri debeat de bono & æquo.

Quia omnis interpretatio desiderat æquitatem & non iniquitatem, *Bald. l. cum allegas in fin. C de usur. Bald. Auth. ad hæc: colum. 2. C. eod. titul. Sigismund. Neapolitan. conf. 39. nu. 19. argum. l in his. ff. de conditionib. & demonstrat.*

Et interpretatio semper debet fieri in meliorem partem, *l. 1. & ibi notat. C. de legib. l. si de interpretatione ff. eod. tit. Sigismund. Neapolit. conf. 39. nu. 40.*

Quinimò dispositio quælibet ita interpretari debet, ut sit conformis æquitati, licet verba illud non patiantur, *Sigismud. Neapolit. conf 39 nu. 21. facit id quod tradit gloss c. paratus. 23. quæst. 1. Oldrad. conf. 268. Iaf. l. ex facto in princ. nu. 5 ff. de vulgar & pupillar.*

Præterea quoque & illa interpretatio quæ benigna est, sive quæ benignitatem continet, semper sequenda & amplectenda est, *l. fin. C. qui bon. ced. poss. Socin. conf. 25. lib. 1. Menoch. in tract. de arbitrar. judic. quæst. lib. 2. centur. 2. casu. 199. n. 6. & 8. Bursat. conf. 166. n. 24 lib. 2.*

Sed illa interpretatio quod per constitutionem Spirensem, & per lapsum termini in illa constitutione præfiniti non sit derogatum juri sessionis & prælationis Primati Germaniæ competenti, quod per se est manifestum, notorium, liquidum & Corpori juris insertum, est æqua & æquissima, & cum æquitate & benignitate summa conjuncta.

Igitur sequitur, hanc interpretationem omninò sequendam & amplectendam.

Trigesimo primò, † interpretatio est Spiritus scripturæ, *Bald. conf. 276. colum. 3. lib. 2. Aymon. Cravett. conf. 3. nu. 23. lib. 1.* 145

Ideoque † omnis dispositio quantumvis præcisa, universalis & geminata, recipit interpretationem & congruam, *Paul. Castrens. conf. 174. colum. 2. conf. 438. col. 1. 2. lib. 2. Bald. l. fin. colum. 1. C. de contrahend. emption. Bart. & Iaf. l stipulatus sum. Damam. ff. de verbor. oblig. Aymon. Cravett. conf. 3. nu. 12. lib. 1. Sanam. Paul. Castrens. conf. 16. colum fin. lib. 1 Cravett. conf. 3. nu. 21. lib. 1.* 146

Vel laudabilem, *Alex conf. 80. nu. 5. lib. 1.*

Nec non etiam naturalem & rationabilem modificationem, *Bald conf. 145. colum. fin. lib. 3. Aymon. Cravett. conf. 3 num 22. lib. 1.*

Quinimò omni dispositioni semper & de necessitate inest interpretatio ex verisimilitudine, aut ex ipsius rei natura, *Bald. conf. 343. lib. 1. Aymon. Cravett. conf. 3. nu. 23. & conf. 33. nu. 22. lib. 1.*

Neque judaicè debent intelligi verba dispositionis, vel ipsa dispositio, *Bald. conf. 294 ad fin. lib. 1. argument. l. quamvis ff de in jus vocand.*

Et prædicta procedunt non tantùm in dispositione privati, sed etiam locum habent in dispositione facta à summo Principe, *Bald. l. 2 notab. 4. C. de legib. Bald. c. cùm M. Ferrariens. colum.*

Colum. 8. extr. de constitution. Ias. l. ex facto. num. 5. ff. de vulgar. & pupillar. Ias. l. stipulatus sum. Damam. num 3. ff. de verbor. obligation. fac. gloss. c. licèt de vitanda verb. absq; ulla exceptione, extr. de election.

Hùc accedit, quòd dispositio Papæ Imperatoris vel alterius Principis quantumvis generalis, ampla, universalis non debeat ad corticem tenaciter & strictè accipi, *gloss. c. alligant. verb. tenax 26. quæst. 7.*

Neque verò tantùm Papa, Imperator vel Princeps, verùm etiam quilibet inferior constitutionem vel aliam dispositionem Principis per viam rationis interpretari potest, *Bald. c. cùm venissent. circ. princip. extr. de judic. Ias. l. ex facto in princip. num. 5. ff. de vulgar. & pupillar.*

Præterea interpretatio constitutionis vel alterius dispositionis, est quodammodò de jure naturali, ideoque a statuto tolli non potest, *Bald l. 2. §. his legibus. argum. illius text. ff. de origin. jur. Ias. l. quamvis. num. 2. ff. de justit. & jur.*

Et statutum removens interpretationem, intelligitur de interpretatione extrinseca, non autem de intrinseca, *Bald. l. 3. circ. fin. C. de liber. præterit.*

Et tale statutum parum operatur, *Bart. l. omnes populi. colum. penult. versic. ultimò quæritur. & ibi Ioan. Baptist. in repetit. chart. final. ff. de justit. & jur. Cardinal. cons. 72. colum. 7. Francisc. Aretin. cons. 109. Alex. cons. 50. colum. penult. & cons. 80. colum. 4. lib. 1. Dec. c. cùm venissent. num 4. circ. fin. extr. de judicijs.*

Præterea interpretatio duplex est, una necessaria, quæ fit per punctum rationis, altera probabilis, quæ fit per viam æquitatis, *Bald. cons. 411. colum. 1. lib. 1. Aym. Cravet. cons. 3. nu. 23. & cons. 135. nu. 37. lib. 1.*

Sed illa interpretatio, quòd constitutio Spirensis non extendatur ad jus sessionis Primati Germaniæ competens, quodque per illam item & lapsum temporis in illa expressi, juri sessionis præeminentiæ & prælationis Primati Germaniæ competenti derogatum non sit, est & congrua & sana, & laudabilis, & rationabilis, & æqua, nec ab ullo sapientum meretur reprehendi, & convenit, & verisimili menti disponentium, & naturæ rei sive subjectæ materiæ, nec non & dispositioni juris communis.

Igitur sequitur, illam interpretationem omninò & capiendam & sequendam.

147 Trigesimo secundò, † certum est, quòd neque pœna privationis, vel exclusionis a jure suo neque alia pœna locum habeat, nisi in casibus in jure expressis, & nisi hoc exprese in jure disponatur, *§. cùm igitur. Auth. de non eligend. secund. nubent. c. is qui in princip. de sentent. excommunicat lib. 6. l. at si quis §. divus. ff. de religios. & sumptib. fun. gloss. & Panormit c. final. extr. de jure patronat. cum mult similibus allegatis per Tiraquell. repetit. l. si unquam verb. revertatur. num 249. cum duobus sequent. C. de revocand. donation.*

Et legibus cautum est, † quòd omnis privatio vel amissio juris sui pœna sit & esse dicatur, *l. in criminali. C. de jurisdict. omn. judic. l. 1. C. de his quæ pœn. nomin. gloss. 1. verb. in pœnam. argum. illius text. C de jur. patronat. Barbat. cons. 24. in princip. & cons. 51. nu. 18. lib. 1. Ias. l. si insulam. colum. 11. ff. de verbor. obligation. Ias. l. venia. colum. 4. C. de in jus vocand. Dec. Auth. qui rem. num. 3. C. de SS. Eccles.* 148

Similiter & exclusio a jure suo pœna est, & esse dicitur, *Gemin. c. cupientes. §. insuper. argum. illius text. de election. lib. 6. Ias. l. cum quidam num. 19. ff. de liber. & posthum.*

Eodem modo & annullatio juris pœna est & esse dicitur, *l. Senatus. ff. de contrahend. emption. Bart. l. turpia. ff. de legat. 1. Bart. l. Prætor ait. ff. de nov. oper. nunciat. Ias. d. l. cùm quidam. num. 19. ff. de liber. & posthum. Robert. Lancellot. in tractat. de attentat. part. 3. cap. 31. num. 9. cum quatuor sequentib,*

Sed in constitutione Spirensi expressum non est, quòd is, qui jus suum sive actiones suas respectu sessionis intra sex menses non producit, propter hoc jure & actione sua privatus esse debeat.

Igitur videtur dicendum, constitutionem Spirensem ita interpretari non posse, ut is, qui actiones suas respectu sessionis intra sex menses non proponit, jure suo privari debeat.

Trigesimo tertiò, † per lapsum termini 149
ad agendum præfixi, non aliter quis actione sive jure suo privatur, nisi a judice bis admonitus, actiones suas intra terminum non proposuerit, *Angel. l. si quis autem non implens. argum. illius text. Auth. de hæredib. & Falcid. Ang. §. si quis autem pro redemptione. Auth. de Eccles. titul. Alex cons. 108. circ. fin. lib. 1. Cæpoll. cautel. 110. Angel. Aretin. institut. de exception. in princip. num. 23. Angel. in tractat. de malefic. verb. nec ad querelam colum. 3. Felin. c. ex literis. num. 8. limitat. 9. extr. de constitution. Felin. c. penult. colum. 4. versic. secundo nota extr. de judic. Ias. l. final. num. 19. ff. de fer. Ias. l. rem quæ nobis circ. fin. ff. de acquirend. possession. Ias. l. 2. colum. 3. & ibi Dec. Hieron. Tort. Franciscus Purpurat. nu. 44. Claud. Aquens. col. 2.*

Curt. colum. 3. Moderni Taurinenses colum. 8. Rip colum. 5. C. de edend. Ias. auth. hoc amplius. num. 4. C. de fideicommiss. Matth. de Afflict. decis. 264. Matth. de Afflict. c. 1. §. præterea si quis. num. 23. de probibit. feud. alienat. per Frideric. Cravett. cons. 103. num. 9. Hieron. Schurff. cons. 34. num. 9. lib. 1. Alex. in addit. ad Bartol. l. Titia. num. 8. ff. de accusat. Natt. Clement. sæpè in princip. colum. 35. de verbor. significat. Catell. Cott. memoral. incip. judex potest statuere terminum actori. Hippol. de Marsil. singular. 616. Præposit. c. cum in tua. num. 7. extr. de his, qui matrimon. accusar poss. vel non. Claud. Aquens. l. si ex legati caussa. colum. 2. ff. de verbor. obligat. Boer. decis. 255. num. 10. Blarer. repetit. l. diffamari cap. 6. num. 38. & 39. C. de ingen. & manumiss. Anton Gabr. Rom. in tract. regul. lib. 3. titul. de solution. conclus. 9. nu. 14. Andr. Geil. practic. observ. lib. 1. observat. 12. num. 3 Minsing. observat. 86. cent. 3.

Eamque sententiam communiter receptam esse, attestantur *Oldendorp. & Blarer. in d. l. diffamari. Andr. Geil. pract. observat. lib. 1. observ. 12. nu. 3. Minsing. observ. 86. cent. 3.*

Et licet quoad hoc contrarium teneant aliqui volentes quoad hoc, ut quis propter lapsum termini actione sua privari possit, unicam monitionem sufficere, *Roman. l. quamdiu. la 3. ff. de acquirend. hæreditat. Alex. l. final. colum. 1. ff. de fer. Felin. c. accepimus. num. 6. extr. de fide instrumentor. Covarr. variar. resolut. lib. 1. capit. 18. num. 2. Dec. l. final. colum. 17. C. de edict. D. Hadrian. tollend. Cagnol. l. 2. num. 44. C. de edend. Cagnol l. diffamari. num. 7. C. de ingen. & manumiss.*

Atque hanc contrariam sententiam communiter receptam esse, attestetur *Cagnol. in loco præallegato.*

Attamen & illi ipsi Dd. statuunt & concludunt, quòd per lapsum termini non aliter quis ab agendo excludatur, nisi saltem unica monitio judicis præcesserit.

Et hæc decisio secundum prædictorum Dd. opinionem habet locum in termino ad agendum præfinito non tantùm ab homine, sed etiam à lege, statuto, vel constitutione præfixo.

Namque præallegati Dd. ad istam opinionem tenendam moventur *per text. § si quis autem non implens. Auth. de hæredib. & Falcid.* Illumque textum pro comprobanda sua sententia adducunt.

Et cùm textus *in d. §. si quis autem non implens*, loquatur in termino legali sive a lege præfinito, dubio omni caret, præallegatos Dd. communiter velle, quòd nec per lapsum termini à lege vel constitutione aliqua præfiniti quis actione sua privetur, nisi judicis monitio intervenerit.

Namque clari & indubitati juris est, † quòd quælibet decisio Dd. sit intelligenda, limitanda & extendenda secundum illum textum, qui pro ista decisione citatur, *Bart. l. non solùm. §. si liberationis. num. 7. ff. de liberat. legat. Bart. l. cùm quidam cert. med. ff. de his quib. ut indign. Ioan. And. c. cùm nuncius extr. de testibus. Salicet. l. si ex cautione. colu. 10. C. de non numerat. pecun. Roman. cons. 76. num. 8. cons. 211. num. 5. Alex. cons. 5[illegible] num. 8. lib. 4. Cæpol. Auth. sed novo jure. colum. 10. C. de serv. fugitivi. Barbat. cons. 8. colum. 7. lib. 1. Dec. cons. 189. post princip. Lampertin. in tractat. de jur. patronat. lib. 2. part. 1. quæst. 9. articul. 18. num. 17. Curt. sen. cons. 48. nu. 32. Stephan. Bertrand. cons. 128. num. 5. cons. 182. num. 9. lib. 1.* 150

Sed hactenus probatum non est, quòd illustrissimus Princeps & Dominus, Dominus J. F. Marchio Brandenburgensis intra vel post terminum præfinitum à judice admonitus fuerit, ut actiones suas respectu sessionis in petitorio vel possessorio proponeret.

Igitur sequitur, etiamsi probari posset, quòd sub prædicta constitutione etiam comprehendatur, & Primas Germaniæ, & actiones Primati Germaniæ ratione sessionis competentes.

Item, quòd ista constitutio ita accipi possit, quòd illi, qui actiones suas ratione sessionis intra tempus præfinitum non proponunt, jure suo privari debeant.

Attamen illustrissimum Principem & Dominum, Dominum J. F. propter hoc, quòd hactenus actiones suas ratione sessionis sibi competentes in judicio non proposuit, jure suo minimè privatum esse.

Trigesimo quartò, † lapsus termini ad 151
agendum præfiniti regulariter non nocet, nec quem ab actione sua excludit, nisi adversarius termino elapso compareat, & contumaciam non agentis accuset, *Raph. Fulgos. & Paul. Castrens. l. properandum. §. siquidem. & ibi Ias. num. 7. argum. illius text. C. de judic. Bart. l. arbiter argum. illius text. ff. de arbitr. Bart. l. 2. colum. final. C. si quis in jus vocat. non ier. Bart. l. si finita. §. Iulianus. colum. 4. ff. de damn. infect. Bart. l. consentaneum. C. quomodo & quando judex. Bald. l. sancimus. §. cùm autem. C. ad Senatusconsult. Trebellian. Angel. cons. 8. versic. tertio. Angel. Aretin. rubr. num. 23. institut. de exception. Hieron. Schurff.*

cons.

conf.34. num 8. conf.38. num.4. lib.1. Plot. consil.3 num. 12. Burfat. conf. 225. num. 26. lib.2. Hippol. de Marsil. singular. 283. num.1.

Sed licet terminus sex mensium in constitutione Spirensi præfinitus, jam dudum elapsus sit.

Attamen nullus ex illis ordinibus vel statibus, qui illustrissimo Principi & Domino J.F. Marchioni Brandenburgensi &c. tanquam Primati Germaniæ & Archiepiscopo Magdeburgensi quæstionem & controversiam ratione sessionis movent, hactenus contumaciam suæ illustrissimæ Celsitudinis accusavit.

Igitur sequitur, quòd illustrissima Celsitudo per lapsum illius termini ab actione sua ratione sessionis nullo modo exclusa sit.

152 Trigesimo quinto, † per lapsum termini quantumvis peremptorii nemo ab agendo excluditur, vel actione suà privatur, nisi post lapsum termini non tantùm adversarius contumaciā non agentis accusaverit, sed etiam judex interlocutus fuerit, illum, cui terminus præfinitus est, ulteriùs non audiendum, *Innocent. c. lator. extr. qui fil. sint legitim. Innocent. c. cùm in sua. extr. de his qui matrimon. accusar. poss. vel non. Bald. auth. ad hac. colum. penult. C. de usur. Angel. l. Papinianus. §. si quis post. ff. de inoffic. testament. Angel. & Imol. l quamdiu. ff. de acquirend. hæreditat. Angel. Aretin. Rubr. num. 23. institut. de exception. Angel. Aretin. §. idem juris. num. 62. institut. eod. titul. Capoll. cantel. 167. Francisc. Aretin. c. licet in beato. Petr. colum. 5. extr. de accusation. Hippol. de Marsil. singular. 283.*

153 Et hanc decisionem † non tantum in termino ab homine assignato, sed etiam in termino per legem vel constitutionem præfixo, locum habere vult, *Angel. Aretin. §. idem juris. num. 52. institut. de exception. Hippolyt. de Marsil. singular. 283. num. 1. & 3. ubi ipse affirmat eandem sententiam etiam amplecti Paul. Castrens. in loco ab ipso citato.*

Sed licet terminus sex mensium in constitutione Spirensi præfinitus jamdudum elapsus sit.

Attamen hactenus pronunciatum non est, quòd sua illustrissima Celsitudo tanquam Primas Germaniæ ulterius vel suæ illustrissimæ Celsitudini permitti non debeat, actiones suas ratione sessionis in judicium deducere.

Igitur sequitur, etiamsi probari posset, quòd constitutio Spirensis ita accipi possit & debeat, quòd illi, qui intra terminum in illa constitutione præfinitum actiones suas ratione sessionis non proponunt, ab actione & jure suo excludi debeant, quodq; sub illa constitutione etiam Primas Germaniæ comprehendatur. Quod tamen in perpetuum probari non potest.

Attamen nihilominùs suam illustrissimam Celsitudinem per lapsum illius termini nullo modo ab agendo exclusam, sed nihilominus permitti suæ illustrissimæ Celsitudini actiones suas & jus suum in judicium deducere.

Trigesimo sextò, † legibùs cautum & 154
à Dd. communiter traditum est, quòd eo casu, quando non constat vel non probatur, jus partis adversæ deterius effectum, cuilibet liceat atque permissum sit, etiam post lapsum termini quantumvis peremptorii jus suum in judicium deducere, *gloss. Clement. sæpè verb. non obstante. de verbor. significat. Iacob. de Aren. Cyn. & Bald. l. si ea. C. qui accusar. poss. vel non. Innocent. c. cùm in sua circ. fin. extr. de his qui matrimon. accus. poss. vel non. Hostiens. & Ioann. Andr. c. coram. extr. de restitut. in integrum. Bart. l. final. ff. de fer. Bald. Angel. & Imol. l. insulam. ff. de verb. obligation. Bald. l. etsi post tres. colum. 14. & ibi Angel. ff. si quis cautionibus. Bald. & Imol. l. quamdiu. la 3. ff. de acquirend. hæreditat. Bald. l. diffamari. column. 2. C. de ingen. & manumiss. Cardinal. Clement. sæpè. §. & quia. quæst. 15. de verbor. significat. Angel. l. 1. §. edenda. ff. de edendo. Angel. l. si quis hæres instituatur. ff. de hæred. instituend. Angel. l. peremptorias. C. sentent. rescind. non poss. Anton. de Butr. & Imol. c. ultra tertiam. extr. de testibus. Lanfranc. repetit. c. quoniam contra verb. instrumentorum productiones. num. 29. extr. de probation. Iacob. de Aretin. l. judices. C. de judiciis. Bald. conf. 351. num. 7. lib. 5. Paul. Castrens. l. admonendi. nu. 28. ff. de jurejurand. Imol. c. licet caussam. nu 71. extr. de probation Boër. decis. 294. nu. 25. Ioan. Baptist. Asyn. in sua praxi. §. 22. cap. 2. limit. 1. Laur Kirchhoff in tractat commun. opin. lib. 4. cent. 2. conclus. 80.*

Eamque sententiam communiter receptam esse, attestatur *Lanfranc. Boër. & Laurent. Kirchhoff in locis modo citatis.*

Et † hanc sententiam etiam in termino 155
legali & statutario locum habere, tradit *Ioan. Baptist. Asyn. in sua praxi. §. 22. cap. 2. limitat. 1.* ubi ipse attestatur, hanc opinionem amplecti *Iacob. de Aren. Cyn. Bald. Angel. Card. Paul. Castrens. & Imol. in locis ab ipso citatis facit id quod tradit Hippol. de Marsil. singular. 283. nu. 4.*

Sed hactenus probatum non est, illorum statuum atque ordinum, qui Primati Germaniæ de jure sessionis litem movere nituntur,

tuntur, jus esse factum d[illegible]rius propter hoc, quod sua illustrissima Celsitudo ante hoc tempus actiones suas non instituit.

Igitur etiam ex hoc sequitur, quòd lapsus termini præfixi in constitutione Spirensi suæ illustrissimæ Celsitudini non obstet, etiamsi probari posset, suam illustrissimam Celsitudinem sub ista constitutione comprehendi.

156 Trigesimo septimò, † possessio vel quasi juris sessionis & similium jurium solo animo retinetur, *Cyn. l. 2. num. 3. C. de servitut. & aqua. Bart. l. justo. §. non mutat. num. 3. & 4. ff. de usucapion. Bart. l. si ergo. §. 1. num. 2. ff. de public. in rem action. Petr. de Ancboran. c. sine possessione. num. 9. versic. sequitur videre de regul. jur. lib. 6. Corn. cons. 16. num. 14. & 15. lib. 5. cons. 142. num. 9. lib. 3. cons. 268. colum. 10 versic. non obstat secunda ratio. lib. 4. Paul. Castrens. cons. 3. num. 4. colum. final. consil. 4. num. 2. lib. 2. Francisc. Aretin. l. 1. in princip. num. 26. ff. de acquirend. possess. Francisc. Aretin. l. 3. §. ex contrario num. 31. ff. eod. tit. Francisc. Aretin. cons. 153. colum. fin. Cravett. cons. 4. num. 5. Panormitan. c. cùm Ecclesia Sutrina. num. 42. extr. de caussar. possess. & proprietat. Felin. c. de quarta. num. 37. extr. de præscript. Francisc. Balb. in tractat. de præscript. part 5. part. principal. quæst. 3. num. 5. Covar. variar. resolut. lib. 1. cap. 17. num. 10. circ. fin. & num. 11. §. sed quia in hoc ipso capite. Covar. repet. c. possessor. part. 2. §. 3. num. 3. de regul. jur. lib. 6. Vasq. in controvers. illustr. cap. 83. num. 36. facit id quod tradit Ripa l. 1 àu princip. num. 34. ff. de acquirend. possess. Tiraquell. in tractat. Lemort. part. 4. declarat. 7.*

Eamque sententiam communiter receptam esse attestatur *Felin. Francisc. Balb. Covarru. & Vasquius in locu præallegat.*

Et possessio vel quasi jurium sive rerum incorporalium & facilius retinetur, & difficilius amittitur quam possessio rerum corporalium, *Petr. de Anchoran. c. sine possessione. colum. antepenult. versicul. illud etiam. de regul. jur. lib. 6.*

Sed certum est, quòd Archiepiscopi Magdeburgenses tanquam Primates Germaniæ, semper illius propositi fuerint, quòd quasi possessionem juris sui retinere & conservare voluerint.

Igitur sequitur, quòd Archiepiscopi Magdeburgenses quasi possessionem juris sessionis saltem animo semper retinuerint. Etiamsi probari posset, suas illustrissimas Celsitudines isto jure non semper usas fuisse.

Trigesimo octavo, † possessio vel quasi jurium sive rerum incorporalium non acquiritur, nisi interveniente scientia & patientia adversarii sive illius, de cujus præjudicio agitur, *l. 2. C. de servitut. & aqua. Panormitan. c. cùm Ecclesia Sutrina. num. 25. extr. de causs. possession. & proprietat. Francisc. Aretin. cons. 42. num. 4. Ruin. cons. final. num. 9. lib. 4. cons. 163. num. 5. lib. 5. Cravett. cons. 134. num. 14. Ias. cons. 81. num. 1. lib. 3. Francisc. Balb. in tractat. de præscription. 2. part. 4. part. princip. quæst. 1. versicul. quartò requiritur. Paris. cons. 182. num. 46. cons. 114. num. 20. lib. 1. Capyt. decis. 57. Alciat. respons. 258. num. 20. Coras. lib. 5. miscellan. jur. cap. 5. Covarru. repetit. c. possessor. part. 2. in princip. num. 8. de regul. jur. lib. 6. Menoch. in tractat. de arbitrar. judic. quæstionib. lib. 2. centur. 2. casu 160. ubi ipse attestatur, hanc opinionem communiter receptam.* 157

Et hoc usque adeò verum est, ut quoad hunc finem requiratur scientia & patientia non tantùm illius, de cujus præjudicio respectu dominii agitur, sed etiam illius, de cujus præjudicio respectu possessionis agitur, *Bald. l. 2. num. 19. C. de servitut. & aqua.*

Atque eo casu, quando agitur de præjudicio plurium omnium scientia & patientia requiritur & necessaria est, *Bald. l. 2. num. 18. C. de servitut. & aqua. Petr. de Anchoran. c. sine possessione. num. 9. de regul. jur. lib. 6.*

Illaque † scientia & patientia, sive quòd quis jure aliquo sciente & patiente adversario usus fuerit, non præsumitur, sed ab allegante probari debet, *Dec. cons. 437. num. 3. cons. 445. num. 71. cons. 671. num. 7. Sebast. Vant. in tractat. de nullitatib. rubr. quib. mod. sententia nulla reparetur. num. 145.* 158

Præterea quoque legibus cautum est, † quòd per nullum penitus usum vel exercitium juris, neque is, de cujus præjudicio agitur, possessionem vel quasi juris sui amittat, neque adversarius illam possessionem vel quasi acquirat, eo casu, quando constat de impatientia & resistentia saltem verbali illius, de cujus præjudicio agitur, prout hoc expressè & in specie tradit *Petr. de Anchoran. c. sine possessione. colum. antepenult. versic. illud etiam ibi nota de regul. jur. lib. 6. facit id quod tradit Bald. l. 2. num. 68. C. de servit. & aqua.* 159

Sed hactenus probatum non est, quòd Archiepiscopi Magdeburgenses unquam scienter passi fuerint, quòd alii status vel ordines illorum sessionem occuparunt & sibi arrogarunt.

Et ego

Et ego credo contrarium, quòd videlicet Archiepiscopi Magdeburgenses semper impugnaverint hoc, quòd alii illorum sessionem occupare & sibi arrogare conati sunt, & liquere & facilè probari posse.

Igitur ex hoc sequitur, quòd illi status vel ordines, qui sessionem Archiepiscoporum Magdeburgensium tanquam Primatum Germaniæ occupare, nisi sunt illius juris, quasi possessionem nunquam acquisiverint.

160 Trigesimo nonò, † clari juris est, quòd quamdiu quis habet possessionem vel quasi juris vel rei alicujus, alius ejusdem rei vel juris possessionem vel quasi acquirere nequeat, *l. sint certò. §. si duobus. ff. commodati. l. 3. §. ex contrario. & ibi Dd. ff. de acquirend. possession. l. duo in solidum. ff. de precario.*

161 Similiter legibus cautum est, † quòd juris improbi sive a legibus improbati possessio vel quasi, nullo unquam tempore acquiri possit, *Anton. de Butr. c. fin. num. 38. extr. de caus. possess. & propriet at. Nicol. de Milii in suo repertor. verb. possessio. quæst. 70. Menoch. in tractat. de retinend. possession. remed. 3. num. 157.*

162 Et hoc usque adeò verum est, † ut locum habeat, etiamsi sola juris præsumptio possidenti refragetur, *Menoch. in tractat. de retinend. possess. remed. 3. num 157.*

Et confirmatur. Namque certi juris est, quòd possessio vel quasi improba nemini patrocinetur, *l. improba. C. de acquirend. possess.*

163 Et prædicta multò magis procedunt eo casu, † quando illud jus, cujus possessionem vel quasi quis acquirere nititur, est alteri concessum, cum clausula decreti irritantis.

164 Namque † talis clausula & titulum & possessionem inficit, & hoc operatur, ne quis alius præter eum, cui illa concessio facta est, illius juris possessionem vel quasi acquirere possit, atque ut possessio vel quasi acquisita possidenti, nihil penitùs patrocinetur, prout hoc expressè tradit *Rota. decis. 429. & decis. 475. in antiquis. Ægidius Bellemer. decis. 342. & decis. 536. Cassiodor. decision. 7. num. 3. titul. de regular. decis. 5. titul. de jur. patronat. Socin. l. rem quæ nobis num. 19. ff. de acquirend. possession. Socin. cons. 67. colum. final. versic. dici potest. lib. 3. Ioann. de Selua in tractat. de beneficijs. part. 3. quæst. 11 num. 45. Sarnens. in regul. de triennali possession. quæst. 41. num. 2. quæst. 49. num. 2. quæst. 55. num. 13. Cardinal. Paris. cons. 12. nu. 19. lib. 4. Mantua. cons. 38. num. 26. Præposit. c. quo jure. colum. 3. versicul. contrarium tamen. distinct. 8. Ioan. Prob. c. sibi qui. num. 18. de rescript. lib. 6. Bertrand. consil. 142. num. 4. lib. 2.*

Sed ex supra ductis liquet, quòd Archiepiscopi Magdeburgenses tanquam Primates Germaniæ suam possessionem vel quasi sessionis, prælationis & præeminentiæ semper saltem animo retinuerint & adhuc retineant.

Illudque facilè multis aliis rationibus comprobari posset.

Et hoc, quòd alii Archiepiscopi vel Principes Primati Germaniæ jus suum sessionis, prælationis & præeminentiæ auferre nituntur, omni jure improbatum est, *d. c. 1. & c. diffinimus. distinct. 22.*

Igitur etiam ex hoc sequitur, quòd alii Archiepiscopi vel Principes, qui Primati Germaniæ jus suum sessionis, prælationis & præeminentiæ auferre nituntur, illius juris quasi possessionem nullo modo acquirere potuerint, etiamsi constet vel probetur, quòd ipsi illud jus non semel, sed sæpiùs usurpaverint.

Rursus ex hoc infertur, quòd hoc multò magis locum habeat, si constaret vel probari posset, quòd concessionibus, privilegiis, investituris vel confirmationibus Romanorum Imperatorum, vel Papæ, Archiepiscopis Magdeburgensibus concessis, essent insertæ clausulæ decreti irritantis.

Quadragesimo, † quasi possessio juris, sessionis, prælationis vel præeminentiæ Primati Germaniæ competentis acquiri nequit sine titulo justo vel legitimo, sicut hoc satis probatur. 165

Tum † per id, quod in simili in quasi possessione jurisdictionis meri & mixti Imperii tradit *Natt. cons. 289. num. 12. lib. 2. Alciat. respons. 408. num. 7.* 166

Tum per id, quod in simili tradit in quasi possessione jurisdictionis meri & mixti Imperii, in alterius territorio acquirenda, *Ioann. Fabr. §. retinendæ. num. 33. versic. item nota. Institut. de interdict. Menoch. in tract. de retinend. possession. remed. 3. num. 590.*

Tum per id, quòd in quasi possessione regalium tradit *Matth de Afflict. c. 1. in princ. num. 84. de controvers. investitur. Matth. de Afflict. c. 1. §. illud. num. 32 de probib. feud. alienat. per Frideric. Roland. à Vall. cons. 88. numer. 24. lib. 2.* ubi ipse attestatur, *Luc. de Penna* hanc opinionem amplecti.

Præte-

Præterea quoque certum est, quòd illi, cui jus commune sive præsumptio juris communis resistit vel refragatur, possessio vel quasi nihil possit vel patrocinetur, nisi is de titulo justo atque legitimo fidem fecerit, *Roman. consf. 499. num. 4. Capyt. decis. 6. num. 5. Gravett. cons. 258. & cons. 322. colum. 2. versicul. secundò considera. Bero c. in literis. num. 87. extr. de restitut. spoliator. Ioann. de Selva in tractat. de benefic. part. 2. quæst. 25. nu. 2. vers. secundo præmissa. Rebuff. in praxi beneficior. titul. de rescript. ad benefic. vacant. num. 22. & 23.*

Similiter legibus cautum est, quòd quasi possessio illius juris, quod quis habere nequit, absque concessione Principis, possidenti non patrocinetur, *Cyn. Bald. & Salicet. l. solemnibus. C. de rei vendicat. Bald. & Imol. l. Titia. ff. solut. matrimon. Bald. l. 2. colum. 2. C. de sentent. & interlocut. omn. judic. Bald. l. ignorat. C. de his qui accusar. poss. vel non. Ias. l. si prius. num. 46. ff. de oper. nov. nunciat. fac. text. c. ad decimas de restitutione spoliator. lib. 6. cum persona de privileg. lib. 6.*

Sed statibus atque ordinibus Imperii Romani qui nituntur, Archiepiscopo Magdeburgensi tanquam Primati Germaniæ jus sessionis auferre vel labefactare, jus commune & resistit & refragatur, *c. 1. & c. diffinimus. distinct. 21.*

167 Et nec ab † Imperatore quidem Romano Archiepiscopo Magdeburgensi tanquam Primati Germaniæ jus sessionis auferri potest, *d. c. diffinimus.*

Illique status atque ordines, qui Archiepiscopo Magdeburgensi tanquam Primati Germaniæ jus suum sessionis auferre nituntur, de titulo justo & legitimo nec hactenus fidem fecère, nec unquam facere possunt.

Igitur etiam ex hoc sequitur, etiamsi probari posset, illos status vel ordines jus sessionis Archiepiscopo Magdeburgensi tanquam Primati Germaniæ competens, non tantùm semel sed sæpiùs usurpasse.

Attamen illos status atque ordines per hoc neque quasi possessionem illius juris acquisivisse, neque se ullà quasi possessione, usu vel exercitio tueri posse.

168. Quadragesimo primò, † præscriptio facti est & in facto consistit, ideoque non præsumitur, sed ab allegante probari debet, *Bart. l. celsus. & Francisc. Balb. in repetit. numer. 145. ff. de usucapionib. Bald. cons. 450. lib. 4. Corn. cons. 236. colum. final. lib. 2. Abb. cons 32. colum. 2. lib. 1. Alex. cons. 113. nu. 12. lib. 2 Cardinal. Paris. cons. 29. num. 89. lib. 1. Francisc. Balb. in tractat. de præscription. 3 part. 3. part. principal. quæst. 3. num. 8. Aym. Cravett. cons. 29. num. 9. cons. 132. num. 12. & cons. 201. num. 29. Roland. à Vall. cons. 53. num. 18. & cons. 89. num. 30. lib. 2.*

Illamque opinionem communem esse attestatur *Francisc. Balb. repetit. l. celsus num. 145. ff. de usucapion.*

Et hoc usque adeò verum est, ut † pro- 169
cedat etiam in præscriptione immemorabili sive illius temporis, cujus in contrarium memoria non extat.

Namque nec illa quidem præsumitur, sed ab allegante probari debet, prout hoc expressè & in specie tradit *Roland. à Vall. cons. 89. num. 32. & 33. lib. 2. Et idem est de mente Matth. de Afflict. c. 1. § si quis per triginta. notab. 3. num. 3. si de feud. defunct. content. Alex. cons. 24. colum. 4. vers. & ubi doceretur. lib. 5. Ruin. cons. 115. colum. 1. ibi & de cujus cursu non constat. lib. 4. Cardinal. Paris. cons. 29. num. 89. cons. 104. num. 121. cons. 112. nu. 22. cons. 114. num. 18. lib. 1.*

Et non sufficit; † præscriptionem sim- 170
pliciter probare, sed necesse est, ut illa probetur cum omnibus requisitis, omnibusque qualitatibus necessariis, *Geminian. & Philipp. Franc. c. 1. argum. illius text. de præscript. lib. 6. Franc. Balb. repetit. l. Celsus. num. 145. ff. de usucap. Francisc. Balb. in tractat. de præscription. 3. part. 3. part. principal quæst. 3. num. 7. Cardinal. Paris cons. 27. num. 89. cons. 104. num. 129. lib. 1. Ioann. Baptista. Bovi de statutar. urb. præscript. gloss. 5. num. 15. & 16. Franc. Bursat. consil. 66. num. 9. lib. 1.*

Requiritur etiam ad hoc, ut quis præscriptione se tueri possit, ut illa præscriptio fuerit plenè probata, *Aymon. Cravett. cons. 201. num. 29.*

Et prædicta procedunt, non tantùm si præscriptio in agendo deducatur in judicium, sed etiam si præscriptio excipiendo proponatur.

Namque nihilominus illa præscriptio non præsumitur, sed ab allegante probari debetur, & quidem plenè concludenter & cum omnibus requisitis, *Aymon. Cravett. consil. 201. num. 29.*

Cùm regulariter † Reus in exceptione 171
actor sit, & pro actore habeatur, & exceptionem suam perinde ut actor actionem suam probare teneatur, *l. 1. & ibi Bart. & Dd. ff. de exception. l. in exceptionib. ff. de probation.*

Et quidem plenè & perfectè, ita ut necessariò concludat, *Ioann. de Anan. inter consil. Paul. Castrens. consil. 261. colum. 2. lib. 2.*

Imò

172 Imò † exceptio debet probari in sua specie & forma, ut concludat effectum exceptionis, *Ang. conf. 61. colum. 2. circ. med. Corn. conf. 46. colum 4. verf fecundò eft advertendum, lib. 2. Dec. conf 434 colum. 3. ante med.*

Sed isti ordines atq; status Imperii Romani, qui Primati Germaniæ jus sessionis, prælationis & præeminentiæ auferre & labefactare nituntur, de præscriptione, sive se præscriptione munitos esse, hactenus nullam penitus fidem fecere, nec ullo unquam tempore facere poterunt.

Igitur sequitur, illos status contra jus sessionis Primati Germaniæ competens, se nulla præscriptione vel exceptione præscriptionis tueri posse.

173 Quadragesimo secundò; clari juris est † quod sine possessione vel quasi, nulla penitus currat præscriptio, *c. fine poffeffione & ibi Ioann. Andr. Dyn. & Dd. de regul jur. lib 5. l. fine poffeffione. ff. de ufucapion l. deniq; & ibi Bart. & Dd. l. nec utilem ff. ex quib cauf. maior. Specul. in tit. de cauf. poffeff. & proprietat, §. 1. verf. & hoc etiam circ. fin. Bart. l. ficut circ. fin. C. de præfcript. 30. vel. 40. annor. Bart. l. deniq; el. 2. ff. de aqu. pluv. arcend. Panormit. c. caufam quæ not ab. 1. extr. de præfcription. Bertachin. in fuo repertor verb. præfcriptio quomodo caufatur. num. 55. Franc. Balb. in tractat de præfcription. 3. part. 3. part. princip. in princ. nu. 1.*

174 Et hoc usque adeò verum est, † ut nec præscriptio quidem centenaria vel immemorialis absq; possessione vel quasi procedat, *Curt. conf. 61. nu. 25 lib. 1. Cephal. conf. 40. nu. 32. Franc. Burfat. conf. 182. num. 23. lib 2. Hippolyt. Riminald. conf. 34. nu. 33. lib. 1. Crarett. in tractat. de antiquitat. tempor. part. 4. §. abfolutis. nu. 15.*

175 Similiter quoque † & contra eum qui alicujus rei vel juris possessionem vel quasi saltem civilem habet, nulla penitus præscriptio currit vel labitur, *gloff. Bart. Salycet. & Dd. l. 1. C de ferv. fugitivis. gloff. l. male agitur. C. de præfcription. 30. vel 40. annorum. gl. §. aliquando Inftitut. de ufucapion. Bart. l. 3. §. ex contrario ff. de acquir. poffeffion. Bart. l. Celfus colum. 4 ff. de ufucap. Imol. l. 1. §. per fervum. ff. de acquir. poffeffion.*

Sed Archiepiscopi Magdeburgenses tanquam Primates Germaniæ semper possessionem vel quasi, sessionis, prælationis & præeminentiæ saltem animo retinuerunt. Illique status atque ordines qui illud jus sessionis Archiepiscopo Magdeburgensi tanquam Primati Germaniæ præripere nituntur, nullam unquam possessionem vel quasi illius juris habuére.

Igitur etiam ex hoc sequitur, quod illi status atque ordines se nulla penitus præscriptione tueri vel juvari possint. 176

Quadragesimo tertiò, & † legibus cautum & à Dd communiter traditum est, quod in juribus sive servitutibus neq; currat neque incipiat currere præscriptio, nisi interveniente scientia & patientia illorum de quorum præjudicio agitur, *Innoc. c. 2. extr. de in integrum reftitut. Innocent. c. bonæ el. 2. extr. de poftulat. prælator. Bart. & Dd. l. 2. C de fervitut. Bart. l. 1. §. denique. ff. de aqu. pluv. arcend Bart l 1. §. 1 ff. de itin. actuq; privat. Abb. c de quarta ad fin. & ibi Felin. n. 41. extr. de præfcription. Abb c. cum Ecclefia & ibi Ripa. nu 64. extr. de cauf. poffeff. & propriet Anton. de Butr. c. pervenit. colum. 5. extr. de cenfib. Alex. conf. 16. n. 3. lib. 5. Ioan. Lup. repetit. c. per veftras. col. 2. §. fed eft pulchr. n. 33. extr. de donat. inter vir. & uxor.*

Eamque sententiam communiter receptam esse, attestatur *Abb. in c. de quarta extr. de præfcription.*

Et hoc usque adeo verum est, † ut secundum multorum Dd. sententiam, nec præscriptio quidem immemorialis in servitutibus vel juribus locum habeat, nisi interveniat scientia & patientia omnium illorum, de quorum præjudicio agitur, *Bart. l. 1. §. deniq; ff de aqu. pluv. arcend. Bart. l. fi publicanus §. in omnib. ff. de publicanis. Bart. & Salycet. l. vectigalia. C nov. vectigalia inftitui non poffe. Cyn. l. 1. verf. credo quod longiffimo. C. eod tit. Oldrad. conf. 254. col. 1 Bald. c. 1. circ. fin. verf. tertio modo regitur extr. de conftitution. Ang. l fi provincialium C. nov. vectigal. inftitui non poffe Franc. Aretin. l. more nu. 4 ff de acquir. hæreditat. Abb. c. cum nobis col. 1. verf. in hoc confuetudine. extr. de præfcriptionib. Pract. Papienf. in form. libelli qua agitur. action. confeffor. verb. plenam & omnimodam jurifdictionem. n. 15. Bertachin. in tractat. de Gabell part. 1. quæft. 1. n 27. Ioan. de Anan. c. 2. col 3. verf. ex quo infert. de cleric. Venator. Socin. c. cum contingat. colum. 2. extr. de foro competent Ioan. Lupus repet. c. per veftras. fol. 35. nu. 14. & fol. 36. col. 2. extr. de donat. inter virum & uxorem Boer. decif 264 n. 19. Paul. Caftrenf. l. fervitutes col. fin ff. de fervitutib. Bald conf. 352. lib. 1. conf. 370. lib 3. & conf. 340. lib 5. Albert. Brun. conf. 36. col. 1. Ripa. c. cum Ecclefia nu. 67. extr. de cauf. poffeff. & propriet at. Rip. refponf. 36. lib. 2.* 177

Idemq; tenet *Alex. conf. 125. col. 1. lib. 2. conf. 16. num 18. lib. 5.* ubi ipse attestatur, eandem sententiam etiam amplecti *Cyn. Ang. & Rayn, in locis ab ipfo citatis.*

Eandem etiam opinionem sequitur *Cravet. in tract. de antiquit tempor. part 4. §. absolutis.n.14.& 15 ubi ipse attestatur, hanc opinionē etiā sequi Oldr. Abb.& Rom. in locis ab ipso citatis.*

Deinde quoque certum est, † quod præ-
178 scriptio jurium & impediatur & interrumpatur eo ipso, quod constat vel probatur de impatientia illius, contra quem quis præscriptionem inducere vel complere vult, *Bart. l. naturaliter. nu. 27. & ibi Dd ff. de de acquirend. possession. Anton. de Butr. & Abb. c. illud. extr. de præscript. Innocent. c. cum Ecclesia Sutrina extr de caus. possession. & proprietat. Innocent. c auditis. extr. de præscript. Franc. Balb. in tract. de præscription. 3. part. 6. part. principal. vers. capio tertiam partem nu. 40.*

Usque adeo, ut quoad interrumpendam præscriptionem, præscriptionem jurium sola impatientia & resistentia verbalis sufficiat, prout hoc expressè & in specie tradit *Petr. de Anchoran. c. sine possessione colum. antepenult. vers. illud etiā ibi not. de reg juris lib. 6. fac. id quod tradit Bald. l. ne. n. 68. C. de servit. & aqua.*

Præterea quoq; præscriptio jurium sive rerum incorporalium eo ipso & interrumpitur & impeditur, quod is adversus quem quis jus aliquod præscribere intendit, isto jure saltem semel utitur, vel unicū actum contrarium saltem semel celebrat, *Innocent. c. auditis. extr. de præscription. Franc. Balb. in tract. de præscription. 3. part. 6. part princip. vers. capio tertiam partem. nu. 40.*

Sed hactenus non probatum est, quod illi status atq; ordines qui Archiepiscopo Magdeburgensi tanquam Primati Germaniæ controversiam sive litem respectu sessionis movere nituntur, illo jure ultra tempus ad præscriptionem requisitum usi fuerint, interveniente scientia & patientia Archiepiscoporum Magdeburgensium tanquam Primatum Germaniæ.

Et insuper credo, quod Archiepiscopi Magdeburgenses tanquam Primates Germaniæ, illud factum semper improbaverint & impugnaverint, & impatientiam suam & verbis & factis declaraverint.

Igitur etiam ex hoc sequitur, quod illi status atque ordines se contra Archiepiscopum Magdeburgensem tanquam Primatem Germaniæ ulla penitus præscriptione tueri vel juvari possunt.

Quadragesimo quartò, indubitati juris
179 est, † quod eo casu, quando lex sive illud quod legis vigorem habet, possessioni resistit, quis nullius temporis, nec immemorialis quidem lapsu se tueri vel juvari possit, *Abb. c. causam notab. 1. extr. de præscript. Abb. c. ad aures. not. 1. extr. eod. tit. Abb. c. quanto. not. 1. extr. de consuetudin. Abb c. cum Apostolica. nu. 12. extr. de his quæ fiunt à Prælatis sine consensu Capituli Abb. c. novit. n. 22. extr. de judic. Abb c. de hoc. n. 10. extr. de Simon. Abb. c. dilecto. notabil. 1. extr. de testib. Ioan. Menoch. c. 2. colu. 1. & ibi Ioan. Andr. colu. fin. & Dom colu. 3. de præbend lib 6. Domin. c. Catholica colum. 2. distinct. 11. Bald. l. omnes in fin. C. de præscript. 30. vel 40. annorum. Cardinal. cons 57. num. 3. cons. 88. column. 1 Præposit. c. frustra column. penult. dist. 8. Anton. de Butr. c. pervenit. column. 3. extr. de censib. Franc. Aretin. c. dilecto. column. 1. extr. de testibus cum multis similibus allegatis per Anton. Gabriel. Roman. in tractat. regular. lib. 5. titul. de præscription. conclus. 1. num. 16.* ubi ipse attestatur, hanc sententiam communiter receptam.

Similiter expeditum est, † quod quis 180
nullius temporis lapsu nec immemorialis quidem se tueri vel juvare possit eo casu, quando lex præscriptioni resistit, *gloss §. in omnibus verb. præscriptione & ibi Angol. auth. ut de cætero commutationes ecclesiasticar. rerum. Bald. & Angel. l. 1. C. ne rei Domin. vel templ. Bald & Angel. l. 2. C. eod. titul. Ang. l. omnes circ. fin. C. de præscription. 30. vel 40. annorum Ang. l. nemo potest. col. 2. & ibi Alex col. pen ff. de legat. 1. Bald. c. 1. §. præterea. de Capit. Corrad Rom. l. 1. in fin. ff. de usuca. Abb. c. fin. n. 85. extr. de præscr. Abb cons. 26. colu. 2. lib. 2. Pet. de Anch cons. 51. vers. nec obstat Præpos. c frustra. col. 3. dist. 8. Alex. cons. 60. col. 2. lib. 1. cons. 16. col. 8. lib. 5. Corn. cons. 22. colu. fin lib. 3. Ias. cons. 92. colu. fin. lib. 3. Dec l. traditionib. n. 12. & ibi Rimin. col. 2 C. de pactis Curt. jun. in tract. feud. 2 part. 2. part princ quæst. 2. Felin. Rubr. colu. fin. vers. considera secundò. ext. de præscrip. Franc. Aret. cons. 15. Franc. Balb. in tract. de præscrip. 2. part. 3. part princ. quæst. 6. n 31 Matth. de Afflict. decis. Neap. 4. & decis. 254. Cassan. cons. 54. n. 15. Curt. jun cons. 158. n. 13. Card. Paris. c. accedentes. n. 13. extr. de præsc. Card. Paris. cons. 27. n. 85. lib. 1. Grat. cons. 61. n. 25 lib. 1. Soc. jun. cons. 54. n. 4. li. 1. Ruin. cons. 13. colu. fin. vers nō obstat. lib. 2.*

Sed lex expressè resistit possessioni vel q. illorū, qui jus sessionis, prælationis & præeminētiæ Primati Germaniæ cōpetens usurpare & suæ illust. Celsit. auferre nituntur, juxta text. clar. & express. *c. diffinimus. dist. 22.*

Et ex eodem textu colligitur, quod lex etiam præscriptioni illius juris resistat.

Igitur etiā ex hoc sequitur, quod illi status atq; ordines contra Primatē Germaniæ nulla tēporis præscriptione se tueri possint.

Quadragesimo quintò, † clausula decreti 181
irritantis tollit & impedit contrariā præscriptionē, *Felin. c. cum accessissent colu 15. vers. quartò limita. extr. de constitution. Prob. c. qui tibi. num. 7.*

num. 7. versic. istud tamen non obstat de rescript. lib. 6. Rebuff in concordat. Rubr. de firmand. & irrevocabilib concordat. stabiliendu verb plus dicit.

Et consuetudinem, *Dominic. c. 1. de benefic. col. 2. versic. nota bene & ibi Archidiacon. verb sed pone. Ioann. Andr. verb. legitima Philip Franc col. 1. vers ex quibus nota de præbend. lib. 6. Præposit. c. in istu. §. leges, colum. 1. distinct. 4. Barbat. Clem. 1. nu. 23. de Electionib. Probus. c. tibi qui. num. 7. de rescript. lib. 6. Felin. c. cum accessissent columm. 1 5. versicul. quartò limita extr. de constitution. Roch. Curt. repet. c. final. extr. de consuetudin. Rnim. cons. 13. nu. 13. lib. 2. cons. 102. nu. 11 lib. 3.*

Si itaq; concessionibus, privilegiis & confirmationibus Romanorum Pontificum vel Imperatorum super jure Primatus Archiepiscopo & Archiepiscopatui Magdeburgensi concesso, confectis, esset inserta clausula decreti irritantis, prout illis concessionibus, privilegiis & confirmationib. talis clausula inseri solet, etiam ex hoc sequeretur, quod illi status atq; ordines qui sessionem Archiepiscopo Magdeburgensi tanquam Primati Germaniæ competentem occuparunt vel occupare nituntur, se nulla penitus neq; præscriptione neq; consuetudine tueri posse.

182 Quadragesimo sextò, † is qui habet scientiam rei vel juris alieni, in mala fide est, & esse dicatur, *c. fin. & ibi Dd. extr. de præscriptio nib. c. si virgo & ibi gloss. 34. quæst. 2. l. bonæ fidei ff. de verbor. significat. l. si existimans & ibi Bart. ff. pro soluto. l. si quis fundum. ff. de acquirend. possession. gloss. Abb. & Dd. c. si diligenti extr. de præscription. Dyn. & Philipp. Franc. c. possessor. de regul juris. lib. 6. Bart. l. illud. ff. de petit. hæreditat. Bart. l furtum. §. fugdi. ff. de usucap. Bart. l. final. C. unde vi Bald. l. post sententiam column penult. C. de sentent. & interlocut. omn. judic. Bald. cons. 242. column. 2. lib. 1. Fulgos. cons. 123. column. 1. Barbat. cons. 51. column. 9. lib. 1. Card. Paris. cons. 92. n. 24. & cons. 110. nu. 30. lib. 3. Franc. Balb in tract. de præscrip. 2. part. 3. part. principal. quæst. 1. & quæst. 14. nu. 4. Cravett. cons. 146. lib 1.*

Legibus quoq; cautum est, quod is, qui contra leges, sive id quod legis vigorem obtinet, quid facit vel præsumit, in mala fide esse dicatur, *l. quemadmodum. C. de agricol. & censit. lib. 10. c. qui contra jura de reg. jur. lib. 6.*

Similiter legib. cautum est, quod is qui solam præsumptionem juris contra se habet, in mala fide esse dicatur, *Alex cons. 75. col. penult. vers. præterea videtur. lib. 4. Cravett. cons. 258. nu. 9. vers. & maximè.*

Sed illis statibus atq; ordinibus, qui jus sessionis, prælationis & præeminentiæ Primati Germaniæ competens, usurpare, sibiq; arrogare nituntur, non tantum juris præsumptio sed etiam juris dispositio resistit & refragatur.

Et cum jus sessionis, prælationis & præeminentiæ Primati Germaniæ competens, & in Imperio Romano publicè promulgatum, & Corpori juris insertum, nec non & notorium sit, dubio omni caret, quod omnes status atq; ordines Imperii Romani illius juris noticiam atq; scientiã habeant.

Igitur sequitur, per hoc satis superq; probari, illos status atq; ordines Imperii Romani, quis sessionis Primati Germaniæ competens, occupare sibique arrogare nituntur, esse in mala fide.

Quadragesimo septimò, † is qui est in mala fide, se nullius temporis præscriptione tueri vel juvare potest, *c. vigilanti & c. fin. & ibi Dd. extr. de præscript. c. possessor. de regul. jur. lib. 6.* 183

Rursus ex hoc infertur, illud quod in rationibus dubitandi adductum est, quòd pro re minima restitutio in integrum minimè concedi debeat, in casu præsenti locum non habere, nec Administratori Primatus & Archiepiscopatus Magdeburgensis quicquam obesse.

233 Sexagesimo, † etiam pro modica læsione restitutio in integrum concedi debet tam Minori quam Ecclesiæ, *Odofred. & Alberic. de Rosat. l. scio. ff. de in integrum restitut. Azo in summ. C. de præd. minor. circ. fin. Cyn. Bald. Angel. Salicet. Ioann. Fabr. & Paul. Castrens. l. 1. C. si advers. vendit. pignor. Imol. c. cùm contingat. colum. 61. vers. item adverte, quia quando extr. de jurejurand. Roman. consil. 90. num. 4. versicul. item & quod. Alex. consil. 67. colum. 1. & sequent. lib. 5. Claud. l. 1. §. nunciatio colum. final. num. 62. ff. de oper. nov. nunciat. Claud l. si infusam colum. 9. num. 1. versicul. tertiò limitatur. ff. de verbor. obligat. Albert. Brun. conf. 41. colum. 9. Albert. Brun. in tractat. statut. quod exstantibus masculis fœm. non succed. fol. 48. colum. 1. Barbat. conf. 10. colum. 4. lib. 1. conf 34. colum. 5. lib. 4. Eman. à Cost. repetit. l. Gallus. §. & quid si tantùm. part. 2. num. 76. & 77. ff. de liber. & posthum. Cæsar. Contard. repetit. l. 1. limitat. 8. num. 25. C si de momentan. possession. appellat. fuer. Covarr. variar. resolut. lib. 1. cap. 3. num. 11. Arius Pinel. repetit. l. 2. part. 1. cap. 1. nu. 26. C. de rescindend. vendition. Eman. Soarez in tractat. commun. opinion. sub litera R. num. 71.* ubi ipse attestatur, hanc opinionem communiter receptam esse.

Et hæc † sententia potissimum procedit eo casu, quando is, qui restitutionem in integrum sibi dari postulat, certat de damno vitando. 234

Namque etiam pro modico damno restitutio in integrum concedi debet, *Dec. c. majoribus. colum. 1. extr. de præbend. Anton. Gabriel. Roman. in tractat. regular. lib. 2. titul. de restitut. in integrum. conclus. 1. num. 4.*

Similiter hæc decisio multò magis locum habet eo casu, quando per hoc, quòd pro modica læsione restitutio in integrum conceditur majori rei vel summæ, non fit præjudicium.

Tunc enim multò magis pro modica læsione restitutio in integrum concedi debet, prout hoc expressè & in specie tradit *gloss. Andr. de Pis. Bart. Alber. de Rosat. Fulgos. l. scio. ff. de in integrum restitut. Ioann. Andr. c. 1. & ibi Panormitan. num. 8. extr. de integrum restitut. Alex. conf. 67. lib. 5. Corn. conf. 179. lib. 4. Dec. c. de appellationib. num. 7. extr. de appellat. Dec. c. majorib. num. 2. extr. de præbend. Covarr. variar. resolut. lib. 1. cap. 3. nu. 11. Gomes. §. final. colum 1. Institut. de actionibus. Ioann. Hannibal. repetit. l. post contractum. num. 88. ff. de donation. Corras. repetit. l. qui liberos in præfation. nu. 30. ff. de ritu nuptiar. Tiraquell. repetit. l si unquam verb. omnia vel partem aliquam. num. 15. C. de revocand. donat. Emanuel à Cost. repetit. l. Gallus. §. & quid si tantum. part. 2. num. 77. ff. de liber. & posthum. Hippolyt. Riminald. l. 1. §. si quis. ff. quòd quisq. iur. Cæsar Contard. repetit. l. 1. limit. 8. nu. 25. C. si de momentan. possess. appellat. fuer. Arius Pinel. repetit. l. 2. part. 1. §. capite primo. num. 26. C. de rescindend. venditione.*

Eamque sententiam & communiorem & veriorem esse, attestatur *Arius Pinel. in loc. præallegat.*

Multò verò magis pro læsione minima restitutio in integrum & peti potest, & petita concedi debet eo casu, quando ista læsio minima cum majori damno conjuncta est, sive ex illa majus damnum vel in consequentiam vel ratione connexitatis redundare posset.

Tum quia † restitutio in integrum peti potest non tantùm adversus damnum de 235

præsen-

præsenti, sed etiam adversus damnum vel læsionem de futuro, præsertim si illa læsio vel damnum haberet caussam radicatam de præsenti, *l. 1. §. si quid minori. ff. de minoribus Tiraquell. in tractat. de legibus connubial. gloss. 2 num 38. §. sed ut redeamus.*

236 Tum quia † propter gravamen futurum præsertim tale, quod habet caussam radicatam de præsenti, perinde ut propter gravamen præsens appellari potest, *gloss. c. concertationi. verb. gravatum de appellat. lib. 6. Abb. c. significaverunt extr. de testibus. Dec. c. dilecto. num. 2. extr. de appellation.*

237 Tum † quia de flumine non navigabili, ex quo aliud navigale fit, idem jus statuitur, quod de flumine navigabili statui solet, *l. quo minus. & ibi Ias. & Francisc. Rip. ff. de fluminibus.*

238 Tum quia † dispositum de termino etiam locum habet in via, per quam ad terminum progreditur, *l. abesse. & l. qui mittuntur. ff. ex quibus caussis major. l. quis sit fugitivus. §. Cœlius. ff. de ædilit. edict. l. 3. § & qui volens ff. de re militar. c. nam concupiscentiam. & ibi Bald. extr. de constitut. Rip. l. quo minus. num. 19. & 20. ff. de fluminibus.*

239 Tum † quia secundum effectum sive caussatum de caussa judicium sumitur, *Alberic. de Rosat. l. quicunque num. 3. C. de serv. fugitivu Bald. Rubr. colum. penult. ff. si cert. petat. Cardinal. Florent. c. cum dilecto. colum. 1. extr. de accusat. Matth. de Afflict. in constitut. Sicil. incip. si quis aliquem. colum. 3. quæst. 5. Tiraquell. in tractat. cessant. causs. part. 1. num. 144.*

240 Tum † quia de spe sive illo, quod futurum speratur vel timetur, idem omnino jus, quod de re sive damno præsenti statuitur eo casu, quando illud habet caussam sive radicem de præsenti, *Bart l. quod Servius circ. fin. argum. illius text. & ibi Paul. Castrens. & Alex. ff. de condict. ob caussam. Bart. l. qui cum tutoribus in princip. & ibi Angel. Paul. Castrens. & Dd. ff. de transaction. Bart. l. si post emancipationem. §. 1. ff. de liberat. legat. Bart. Angel. Francisc. Aretin. Alex. & Dd. l. qui Romæ. §. duo fratres. ff. de verbor. obligation. cum multis similib. allegat. per Tiraquell. in tractat. de legib. connubial. gloss. 2. num. 36.*

241 Tum † quia de antecedenti & de consequenti idem jus statuitur, & dispositum de uno etiam in alio locum habet, *l. ad legatum. & l. ad rem mobilem & ibi gloss. ff. de procurat. l. 1. §. 1. ff. si ususfruct. petat. l. 3. §. qui habet. & ibi Paul. Castrens ff. de servitut. rusticor. prædior. l. refectionis gratia. & ibi gloss ff. commun. prædior. l. oratio, ff. de sponsal. Felin. c. caussam quæ. num. 217. extr. de rescript. Dec. c. nam concupiscentiam lectur. 2. num. 4. extr. de constitut. Dec. c. juravit. extr. de probation. Menoch. in tractat. de arbitr. judic. quæstion. lib. 1. quæst. 52. num. 5. Nicol. Everhard. in sua topic. in loco à concess. antecedent. & in loco à concess. consequent. & in loco à destruct. antecedent. & in loco à destruct. consequent. Anton. Gabriel. Roman in tractat. regular. lib. 1. titul. de præsumpt. conclus. 7. in quibus locis præallegati Dd. multa alia ad hoc citant.*

Tum † quia de connexis idem jus sta- 242
tuitur, & dispositum de uno etiam in alio locum habet, *l. quid ergò. § sufficit. & ibi Bald. ff. de contrar. judicio tutelæ. c. translato. & ibi Panormitan. & Dd. & Dec. num. 5. extr. de constitution. c. quanto. extr. de judic. gloss. c. quia in tantum. extr. de prebend.*

Sed ista læsio, de qua in casu præsenti agitur, non est modica vel minima, sed est maxima atque gravissima, sicut hoc ex iis, quæ in præcedenti ratione decidendi adducta sunt, liquet.

Et in casu præsenti & Primas Germaniæ & Archiepiscopus Magdeburgensis agit de damno vitando.

Insuper etiam per hoc, quod Archiepiscopus Magdeburgensis vel Primas Germaniæ petit restitutionem in integrum contra lapsum hujus termini in constitutione Spirensi præfiniti, non præjudicatur ulli hominum, multò verò minùs majori rei vel summæ.

Sed si illa restitutio suæ illustriss. Celsitudini denegaretur, per hoc suæ illustriss. Celsitudini fieret præjudicium, etiam in aliis & gravioribus.

Igitur sequitur, quòd Primati Germaniæ & Archiepiscopo Magdeburgensi in casu præsenti restitutio in integrum minimè denegari posset, etiamsi in casu ageretur de minima sive modica læsione, quod tamen falsum est.

Rursus ex hoc infertur, quòd in casu præsenti & Primati Germaniæ & Archiepiscopo Magdeburgensi multò magis restitutio in integrum concedi debeat, cùm in casu præsenti agatur de gravissimo & maximo præjudicio.

Sexagesimo primò, † restitutio in inte- 243
grum nunquam censetur esse exclusa vel remota, *Cyn. l. 2. C. si pendent appellat. Bald. consil. 236. lib. 1. Calcan. cons. 75. colum. 13. in fin. Crott. repetit. l. nemo potest. colum. 26. ff. de*

legat. 1. Angel. Aretin. conf. 103. colum. 2. consil. 161. colum. 2. Socin. conf. 153. volum. 10. lib. 2. Iaf. l. postquam liti. num. 16. & ibi Purpurat. num. 116. Alciat. colum. final. C. de pact. Roman. conf. 166. num. 11. Ruin. conf. 123. num. 11. lib. 2. Gomes. Reg. de non tollend. quæst. 6. num. 7. Roland. à Vall. conf. 68. nu. 28. lib. 3. Zuccard. de corrig. repetit. Rubr. nu. 26. ff. si cert. petat. Tiraquell. in tractat. de utroq. retract. part. 1. §. 35. gloss. 4. num. 41. Cæsar Contard. repetit. l. 1. limit. 8. num. 4. C. si de momentan. possession. appellat. fuer. Hippolyt. Riminald. conf. 242. num. 169. cum tribus sequentib. lib. 3. Cæsar de Vrsill. in addit. ad Matth. de Afflict. decis. 175. num. 2.

244 Et hoc usque adeò verum est, † ut locum habeat, etiamsi verba statuti vel constitutionis sint & generalia & prægnantia & præcisa.

Namque nec isto quidem casu per statutum vel constitutionem generalem beneficium restitutionis in integrum exclusum vel remotum esse intelligitur, *Socin. consil. 153. colum. 10. versicul. confirmatur responsio. conf. 299. colum. penult. lib. 2. Iaf. l. si infanti circ. fin. C. de jur. deliberand. Ruin. conf. 75. num. 35. lib. 1. Cephal. conf. 3. num. 129. consil. 40. circ. finem. lib. 1. Claud. l. postquam liti circ. fin. C. de pactis. Hippolyt. Riminald. consil. 142. num. 169. cum tribus sequentib. lib. 3. Cæsar Contard. repetit. l. 1. limitat. 8. num. 5. C. si de momentan. possess. appellat. fuer.*

Et hanc eandem opinionem tenent communiter & illi Dd. qui concludunt, licet lex civilis disponens, quòd nulla actio, nullumque jus ultra triginta vel quadraginta annos durare debeat, sit concepta verbis non modò generalibus, sed universalibus, geminatis & prægnantibus, *l. sicut. & l. omnes. C. de præscript. 30. vel 40. annorum.*

Attamen contra hanc præscriptionem sive lapsum temporis restitutionem in integrum concedendam, atque per illa verba generalia; universalia & prægnantia beneficium restitutionis in integrum non esse exclusum, remotum vel sublatum, prout hoc expressè & in specie in Ecclesia tenent Dd. communiter relati supra in 53. ratione decidendi.

Idem quoque tenent & Dd. allegati & relati per *Tiraquell. in tractat. de utroq. retract. part. 1. §. 35. gloss. 4. num. 36. Francisc. Bursat. conf. 26. num. 34. lib. 1. conf. 160. numer. 70. 71. 73. & 74. Hippol. Riminald. consil. 37. num. 66. lib. 1.*

Et hæc decisio facilè multis firmissimis rationibus comprobari posset, quas sciens prudensque omitto.

Sed in constitutione Spirensi cautum non reperitur, quòd Primatibus, Archiepiscopatibus, Episcopatibus reliquisque Ecclesiis, nec non & Præsulibus eorum contra lapsum termini in ista constitutione præfixi restitutio in integrum concedi non debeat.

Igitur sequitur, per illam constitutionem beneficium restitutionis in integrum nullo modo exclusum, sublatum vel remotum esse.

Rursus ex hoc infertur, etiamsi probari vel fides fieri posset, Primatem Germaniæ & Archiepiscopum Magdeburgensem sub ista constitutione comprehendi, atque istam constitutionem ita accipi posse, quòd sub illa & Primas Germaniæ & Archiepiscopus Magdeburgensis comprehendatur, quodq; Primas Germaniæ & Archiepiscopus Magdeburgensis per lapsum illius temporis ab actione & jure suo ratione sessionis exclusus esset: Quod tamen falsum est.

Attamen Archiepiscopo Magdeburgensi tanquam Primati Germaniæ contra hoc restitutionem in integrum concedendam.

Sexagesimo secundò, † licet Dd. citati in rationibus dubitandi velint, quòd eo casu, quando quis petit restitutionem in integrum adversus lapsum temporis minoris quadriennio, restitutio in integrum peti debeat intra tantum tempus, quantum tempus est illud, contra cujus lapsum quis se restitui petit. 245

Attamen quoad hoc contrarium tenent multi alii Dd. volentes, restitutionem in integrum peti posse, semper & quandocunque intra quadriennium, etiamsi illud tempus contra cujus lapsum quis se restitui petit, quadriennio minus sit, *Mart. Odofred. Guid. de Suzar. Petr. de Bellapertic. Cyn. & Alberic. de Rosat. l. supervacua. C. de temporib. in integrum restitut. Ioan. Andr. Paul. de Leazar. & Cardinal. Florentin. Clementin. 1. de in integrum restitut. Ioan Fabr. §. rursus. Institut. de actionibus. Paul. Castrensl. l. divortio. §. non solùm. ff. solut. matrimon. Petr. de Anchoran. c. 1. de restitut. in integrum. lib. 6. Matth. de Afflict. decis. 175. num. 5. & 6.*

Et in hanc sententiam etiam inclinare videtur, *Tiraquell. in tractat. de utroq. retract. part. 1. §. 35. gloss. 2. num. 23.*

Eamque

Eamque sententiam communiter receptam esse, attestatur *Cardin. Zabarell. Paul. Castrens. & Matth. de Afflict. in loc. præallegat.*

246 Illaque sententia † satis probatur per textum clarum & expressum *in Clementin. 1. de in integr. restitut.*

Et multò magis & absque omni dubiò hæc sententia locum habet in Ecclesia, prout hoc tradit *Matth. de Afflict. decis. 175. num. 4.*

Præterea quoque certi & indubitati juris est, nec non & a Dd. communiter traditum, quòd eo casu, quando agitur de læsione gravissima vel valde excessiva, restitutio in integrum non tantùm intra quadriennium, sed etiam postea semper & quandocunque peti possit, & petita concedi debeat, *gloss. final. c. 1. & ibi Geminian. Philip. Franc. & Dd. de in integr. restitut. lib. 6. Anton. de Butr. & Imol. c. 1. & ibi Panormitan. num. 3. Bero num. 11. & Mant. num. 10 extr. de in integr. restitut. Roman. cons. 123. num. 5. consil. 407. num. 6. circ. fin. Felin. c. 1. num. 9. extr. de præscript. Dec. cons. 36. circ. fin. Ias. cons. 54. num 2. lib. 1. Albert. Brun. cons. 41. num. 37. Corn. cons. 181. lib. 2. Socin. cons. 266. num. 24. lib. 2. Socin. jun. cons. 84. num. 10. lib. 2. Roderic. Suarez allegat. 21. num. 3. Emanuel Soarez in tractat. commun. opinion. sub litera R. nu. 80. Hostiens. collectar. Cardinal. & Imol. c. ad nostram. extr. de integr. restitut. Emanuel à Costa repetit. l. Gallus. §. & quid si tantum. part. 2. num. 80. cum multis sequentib. ff. de liber. & posthum. Angel. Aretin §. rursus. colum. 4. Instit. de actionib. Felin. c. accepimus. num. 7. vers. secundò declara. & num. 8. extr. de fide instrumentor. Covarr. variar. resolution. cap. 3. nu. 10. cum tribus sequentibus. Hippolyt. Riminald. consil. 17. num. 27. lib. 1. cons. 237. num. 87. & 88. lib. 2.*

Eamque sententiam communiter receptam esse, attestatur *Socin. cons. 266. colum. 12. lib. 2. Emanuel Soarez in tractat. commun. opinion sub litera R. num. 80.*

Similiter & restitutionem in integrum non tantùm intra quadriennium, sed semper & quandocunque peti posse, traditur eo casu, quando pars adversa habet scientiam læsionis, & scit contra se & restitutionem in integrum peti posse, *Imol. c. apostolica. colum. 3. num. 10. extr. de donation. Arius Pinel. repetit. l. 2. part. 2. C. de rescindend. venditione.*

Sed in casu præsenti agitur de maximo imò & gravissimo præjudicio & Primatus Germaniæ & Archiepiscopatus Magdeburgensis, sicut hoc ex suprà deductis liquet.

Et insuper certum & indubitatum est, quòd omnibus Principibus tam ecclesiasticis quam secularibus in toto Imperio Romano notum sit, vel saltem notum esse debeat; quòd Primas Germaniæ & Archiepiscopus Magdeburgensis quoad sessionem præferri debeat omnibus, & Archiepiscopis, Episcopis & aliis Principibus tam secularibus quam ecclesiasticis Romani Imperii.

Igitur sequitur, etiamsi probari possit, sub constitutione Spirensi etiam Primatum Germaniæ & Archiepiscopatum Magdeburgensem, nec non & Primatem Archiepiscopum & Administratorem Magdeburgensem comprehendi, atque suam illustrissimam Celsitudinem per lapsum sex mensium in ista constitutione præfinitorum à jure sive actione suà respectu sessionis exclusam, quod tamen & falsum est, & contrarium superiùs comprobatum.

Attamen suam illustrissimam Celsitudinem non obstante hoc, quòd per istum terminum finitum ultra novem anni elapsi sunt, contra istum lapsum termini restitutionem in integrum petere, & mediante istà restitutione in integrum obtinere posse, ut suæ illustrissimæ Celsitudini permittatur, jura & actiones suas respectu sessionis proponere & in judicium deducere.

Sexagesimo tertiò, † verior & communior est illorum Dd. sententia, qui concludunt, quòd Ecclesia petens restitutionem in integrum, non teneatur vel allegare vel probare, quòd suà facilitate aut dolo adversarii læsa sit, sed quòd sufficiat simpliciter probare vel constare de læsione, prout hoc tradit *Speculat. §. qualiter circ. princip. titul. de in integrum restitut. Cardinal. Zabarell. Clement. 1. num. 24. de in integr. restitut. Cardinal. Zabarell. Clement. 1. num. 24. de in integrum restitut. Ioann. de Imol. c. 1. num. 9. & 10. extr. eod. titul. Ioann. de Imol. c. constitutus. extr. de in integrum restitut. Barbat. cons. 79. num. 1 Pomat. in addit. ad Bart. l. final. C. de in integrum restitut. minor.* 247

Eamque sententiam communiter receptam esse, attestatur *Ioan. de Imol. Barbat. & Pomat. in locis præallegatis.*

Idem quoque est de mente Panormitani *c. 1. num. 2. & ibi August. Bero. num. 6. 7. & 8. extr. de in integrum restitut.*

Dum videlicet illi ibi ponunt omnia requisita ad obtinendam petitionem restitutionis in integrum, & inter illa non referunt hoc requisitum, quòd quis vel suâ facilitate vel dolo adversarii læsus sit.

243 Illaque † sententia satis probatur *per text. l. minoribus. la 1. C. de in integrum restitut.*

Namque in illo textu Imperator expresse decidit, minoribus probantibus se captos vel læsos, restitutionem in integrum concedendam, etiamsi dolus adversarii non probetur.

Et in illo textu deciditur, quòd sufficiat probare se captum vel læsum, nec requiritur, ut probetur, quem suâ facilitate læsum.

Et sic ex illo textu liquet atque patet, quòd minori probanti se læsum, restitutio in integrum concedi debeat, etiamsi ipse non probaverit, se vel suâ facilitate vel dolo adversarii læsum esse.

Idem quoque probat text. *l. minoribus. la 2. C. de in integr. restitut.*

Namque in illo textu deciditur, quòd minori concedatur restitutio in integrum, non tantùm adversus illa, quæ ipsi scienter, sed etiam adversus illa, quæ ipsi ignoranter omisère.

Cùm itaque ignoranti nulla facilitas imputari possit, ex isto textu clarè liquet atque patet, quòd minori læso restitutio in integrum concedi debeat, etiamsi non probetur, minorem sua facilitate læsum.

Pro eadem sententia confirmanda facit etiam textus *l. 1. & 2. ff. de in integrum restitution.* Dum videlicet in istis textibus deciditur, quòd læsis indistinctè restitutio in integrum concedi debeat, sive ipsi metu sive calliditate, sive ætate sive absentia sive errore læsi sint.

Deinde etiam hanc sententiam probat textus *c. 1. extr. de in integrum restitut.* Dum videlicet in illo textu deciditur ad hoc, ut Ecclesiæ restitutio in integrum concedi debeat sufficere, ut constet vel probetur, Ecclesiam læsam sive damnum vel detrimentum perpessam.

Præterea hæc eadem sententia confirmatur.

Namque in nullo textu juris hoc cautum vel dispositum reperitur, quòd Ecclesia, petens se in integrum restitui, adversus læsionem teneatur probare vel fidem facere, se vel facilitate suâ vel adversarii dolo læsam aut deceptam esse.

Et certum est, quòd & erubescamus sine lege loqui, *l. dissentientis. C. de repud. §. consideremus. Auth. de trient. & semiss. c. inter corporalia. §. sed neq. istud extr. de translat. prælator. c. illa extr. ne se de vacant. c. si qui de sentent. excommunicat. lib. 6.*

Et illa opinio, † quæ nullâ lege nititur, nullo modo tenenda vel sequenda sit, *Archidiac. c. nolite. 11. quæst. 3. Bald. l. Respublica. C. ex quib. causs. major.* 249

Hûc accedit, quòd id, quod lege non cavetur, in practica non recipiatur, *Bald. c. nihil. column. final. extr. de election.*

Atque paria sint, aliquid fieri sine lege, & aliquid fieri contra legem, *Bald. c. in Genesi extr. de electionib.*

Sexagesimo quartò, † licet Ecclesia, 250
Minor, Respublica vel similes personæ petentes restitutionem in integrum non aliter audiantur, nisi se læsos esse probaverint, *l. minoribus. la 1. C. de in integrum restitut. minor. l. nam postea. §. si minor. & ibi Bartol. Alex. & Ias. ff. de jurejurand. Corn. cons. 50. num. 3. lib. 3. Socin. cons. 115. numer. 13. lib. 1. Dec. l. nihil consensui. §. non capitur. num. 4. ff. de regul. jur. Matth. de Afflict. decis. 211. num. 3. Cardinal. Paris. consil. 49. num. 29. cons. 96. num. 69. lib. 1. consil. 53. num. 61. lib. 3. Francisc. Bursat. consil. 114. num. 34. lib. 1. cons. 168. num. 30. & 35. lib. 2.*

Attamen † hoc tantùm procedit eo casu, quando Ecclesia, Respublica, Minor vel similis persona restitutionem in integrum petit adversus tale quid, quod in faciendo vel omittendo consistit, quodque sua natura se tam ad commodum quàm ad incommodum sive ad damnum vel lucrum habere potest. 251

Secus autem est, quando restitutio in integrum petitur adversus id, quod se à communiter accidentibus non potest habere nisi ad damnum & læsionem.

Tunc enim petens restitutionem in integrum, ulterius de læsione sua fidem facere non tenetur, *August. Bero. c. 1. nu. 6. extr. de in integrum restitut.*

Et hæc

252 Et hæc ſententia confirmatur, † namque certum eſt, quod ſufficiat quamlibet probationem a communiter accidentibus concludere, quodque illud, quod per argumentum a communiter accidentibus concludit, vim plenæ probationis obtineat, *gloſſ. l. cum dotem. & ibi Bald. C. de jur. dot. Bald. l. neq; C. de nupt. Bald. conſ. 351. num. 10. lib. 1. Abb. c. 1. extr. de Cleric. non reſidens. Iaſ. l. non hoc. nu. 15. limitat. 3. C. unde legitim. Cravett. conſ. 276. num. 2.*

Uſque adeo ut argumentum à communiter accidentibus, etiam ad ſententiam diffinitivam proferendam ſufficiat, *Ioan. Calderin. c. 1. extr. de Cleric. non reſidentibus. Abb. conſ. 114 lib. 2. Iaſ. l. non hoc nu. 15. limitat. 4. C. unde legitim.*

253 Ideoque traditum & receptum eſt, † quod Minor, Eccleſia vel Reſpublica, petens ſe reſtitui in integrum adverſus tacitam vel expreſſam renunciationem vel remiſſionem juris ſui abſque ulteriori probatione læſionis, audiri, illique beneficium reſtitutionis in integrum concedi & imperitiri debeat, *gloſſ. Bald. Paul. Caſtrenſ. & Alexand. l. 1. C. de in integrum reſtitut. minor. l. deniq; §. ſi quid minori ff. de minoribus. Alex in addit. ad Bald l. 1. C. ſi ut ſe abſtineant. Cardin. Pariſ. conſ 11 num. 35. lib. 2. Auguſt. Bero. cap. 1. nu. 7. extr. de in integrum reſtitut.*

Similiter quoque & Minor, Eccleſia vel Reſpublica petens reſtitutionem in integrum adverſus lapſum termini ſivè temporis abſque ulteriore probatione læſionis & audiri & ipſis ſuccurri debet, *Auguſtin. Bero. c. 1. num. 7. extr. de in integrum reſtitut.*

Et confirmatur, tum per *text. Clement. 1. de in integr. reſtitut.*

Inducendo videlicet illum textum, prout eum inducit *Auguſt. Bero. in loco. præallegat.*

Tum quia multi Dd. tradunt, quod Minor, Eccleſia & Reſpublica petens reſtitutionem in integrum adverſus lapſum termini probatorii & peremptorii & audiri, & illi ſuccurri debeat, etiamſi de læſione nullam fidem fecerit, *Speculat. §. 1. in princip. titul. de reſtitut. in integrum. Anton. de Butr. c. auditis column. penult. & ibi Abb. notab. 3. argum. illius text. extr. de in integrum. reſtitut. Abb. c. ſuſcitata. notab. 2. argum. illius text. extr. eod. titul. Franciſc. Aretin. l. nam. & poſtea. §. ſi minor. ff. de jurejurand. Franc. Aretin. conſ. 66. colum. penult. Apoſtill. in addit. ad deciſ. Tholoſ. 53. Matth. de Afflict. deciſ. 109. Anton. Gabriel. Roman. in tract. regular. lib. 2. titul. de minorib. concluſ. 1. num. 2.*

Illudque potiſſimum procedit eo caſu, quando Minor, Eccleſia vel Reſpublica tractat de damno vitando, *Anton. Gabriel. Roman. in tractat. regul. lib. 2. titul. de minoribus concluſ. 1 nu. 3.*

Tum quia ſecundum aliquorum Dd. ſententiam Minori petenti reſtitutionem in integrum adverſus lapſum temporis ad interponendam vel proſequendam appellationem præfiniti, abſque ulteriori probatione læſionis indulgeri debet, *gloſſ. l. ſi minor viginti quinq; annis filiusfamilias §. 1. verb. jure deſiderat. ff. de minoribus Bart. l. fin colum. fin. C. in quib. cauſ. reſtitut. in integr. non eſt neceſſ. Paul. Caſtrenſ. l. nam & poſtea. §. ſi minor ff. de jurejurand. quos refert Anton. Gabriel. Roman. in tractat. regul. lib. 2 titul. de minorib concluſ 2.*

Et licet † aliqui Dd. velint, quod Minor, Eccleſia vel Reſpublica petens ſe reſtitui in integrum adverſus lapſum termini non aliter audiri debeat, niſi is de læſione ſua fidem fecerit, *Bart. Bald. Angel. Salicet. Roman. & Iaſ. l. nam & poſtea. § ſi minor. ff. de jurejurand. Alber. de Roſat. l. minor viginti quinq; annis emiſſam. ff. de minorib. Imol. c. auditis notab. 2. colum. 1. in fin. extr. de in integr. reſtitut. Bald. & Salycet. l. final. in fin. C. in quib. cauſis in integr. reſtitut. non eſt neceſſar. Abb conſ. 77. columu. 3. lib. 2. Boër. deciſ 79 cum mult. ſimilib allegatis per Anton. Gabriel Roman. in tract. regul. lib. 2. titul. de minorib. concluſ. 1. & 2.* 254

Attamen omnes Dd. communiter nemine penitus diſcrepante concludunt, quod hoc caſu læſio probetur eo ipſo, quod vel conſtat vel probatur ſaltem ſummariè vel ſemiplenè, quod quis vel probationes vel jura vel actiones quas intra terminum præfinitum proponere potuerat, habuit, illudque facere neglexit, prout hoc patet ex traditis per Dd. in locis modò citatis.

Et certum eſt, nec non & ſupra comprobatum, quod & Primati Germaniæ & Archiepiſcopo Magdeburgenſi hoc jus competat, quod ſua illuſtriſſ. Celſitudo quoad ſeſſionem præferri debeat, omnibus

omninò & Archiepiscopis & Episcopis & aliis Principibus tam secularibus quam ecclesiasticis Romani Imperii.

Similiter quoque certum est, quòd suæ illustrissimæ Celsitudini contra omnes omninò suam illustrissimam Celsitudinem in isto jure turbantes, vel ex illo expellere conantes, actio tàm respectu possessionis quam respectu proprietatis juris competat, quodque sua illustrissima Celsitudo illam actionem intra terminum præfinitum in constitutione Spirensi & proponere & probare potuerit.

Igitur sequitur si probari posset, quòd sub constitutione Spirensi etiam Primas Germaniæ & Archiepiscopus Magdeburgensis, comprehendatur, quodque sua illustrissima Celsitudo à jure & actione sua, ratione sessionis competente, per lapsum termini in ista constitutione præfiniti exclusa esset.

Attamen suæ illustrissimæ Celsitudini contra hoc restitutionem in integrum concedendam.

Rursus ex hoc infertur, suæ illustrissimæ Celsitudini restitutionem in integrum concedendam etiam contra renunciationem vel remissionem si qua forsan ex lapsu illius termini colligi vel resultare posset.

255 Sexagesimo quintò, † clari & expressi juris est, quòd Ecclesia, Respublica & Minor restitutionem in integrum petere possit, etiam adversus præscriptionem ex statuto vel consuetudine introductam, *Bart. l. final. C in quib. caus. in integr. restitut. est necessar. Anton. de Butr. c. constitutus. nu. 11. & ibi Panormitan. num. 1. extr. de in integr. restitut. Alex. cons. 31. num. 4. lib. 5. Hippolyt. Riminald. cons. 21. num. 23. lib. 1.*

Idemque volunt & illi Dd. qui concludunt, licet tempus anni ad petendam investituram a consuetudinibus feudorum præfinitum etiam Ecclesiis, Rebuspublicis & Minoribus ipso jure currat.

Attamen contra lapsum hujus temporis Ecclesiis, Rebuspublicis & Minoribus restitutionem in integrum concedi, prout hoc expresse & in specie tradit *gloss. Bald. Alvarott. præposit. & Matth. de Afflict. cap. 1. §. præterea si quis, de prohibit. feud. alienat. per Frideric. Alex. cons. 79. lib. 1. Matth. de Afflict. c. 1. in princip. quæ fuit prima caus. Curt. jun. in tractat feudal. part. 4. num 46. Socin. jun. cons. 115. numer. 23 lib. 2. Roland. à Vall. cons. 18. num. 21. lib. 1. Molin. in consuetud. Paris tit. 1. §. 1. gloss. 7. num. 2.*

Eandem sententiam, quòd videlicet contra præscriptionem à statuto vel consuetudine introductam, Minori, Ecclesiæ & Reipublicæ restitutio in integrum concedatur, amplectuntur etiam, *Ioann. Andr. in addit. ad Speculat. §. quoniam. num. 27. titul. de feud. Andr. de Isern. Iacob. de Belvis. Bald. Martin. Laudens. Alvarott. Præposit. & Matth. de Afflict. c. 1. §. præterea. el. 1. de prohibit feud alienat. per Frideric. Oldrad. Guid. de Susar. & Bald. l. final. C. in quib. caus. restitut. in integrum non est necessar. Bald. l. omnes populi. num. 23. ff. de justit. & jur. Alex. cons. 79. num. 11. lib. 1. Tiraquell. in tractat. de utroq. retract. part. 1. §. 35. gloss. 2. nu. 2. Dec. cons. 456. Matth. de Afflict. decis. 370.*

Et hæc sententia satis probatur per text. clarum & expressum in *c. constitutus. extr. de in integr. restitut.*

Illaque sententia cum textibus expressis nitatur, & communiter recepta sit, absque omni dubio in judicando & consulendo sequenda est, etiamsi aliqui Dd. velint, adversus statutariam præscriptionem ex capite ignorantiæ restitutionem in integrum non concedi, *Francisc. Bursat. cons. 164. nu. 6. lib. 2.*

Igitur ex prædictis sequitur, etiamsi tempus sex mensium in constitutione Spirensi præfinitum pro præscriptione statutaria censeri & reputari possit, attamen contra istam præscriptionem statutariam Primati Germaniæ & Archiepiscopo Magdeburgensi restitutionem in integrum concedendam.

Sexagesimo sextò, clari & indubitati 256
juris est, quod pro jure sessionis & similibus honoribus, dignitatibus & juribus & petitorium & possessorium competat, prout hoc est expressè decisum in constitutione Spirensi anno 1570. promulgata.

Idem etiam probatur per id quod tradit *Bald. in c. licet causam. col. 4. extr. de probationib. Præposit. in proœm. feudor. colum. 21. & 22. Iacob. de S. Georg. in tractat feud. colum. 6. Cassan. in consuetud. Burgund. Rubr. 3. des fietz §. 4. gloss. 1. num. 15. versicul. adverte ad illud. notabile & rubr. 6. des infans. §. 4. gloss. 1. num. 1. Specul. in titul. de religios. domib. §. 1. vers. porro si quis. Mart. Laudens. in tract. de dignit. quæst. 64.*

Deinde quoque certi & indubitati juris
est, † quod respectu juris sessionis aliorum- 257
que jurium & petitorium & possessorium in uno eodemque libello & cumulari & proponi possit, prout hoc, quod respectu juris

juris sessionis & petitorium & possessorium in uno eodemque libello & cumulari & proponi possit, expressè & in specie sancitum est in constitutione edita & promulgata in Comitiis Spirensibus Anno 1570.

Et quòd respectu jurium sivè rerum incorporalium petitorium & possessorium in uno eodemque libello & cumulari & proponi possit, tradit *Bart. l. naturaliter. §. nihil commune. numer. 18. & 21. & ibi Ripa. numer. 150. Beringar. Fernand. cap. 3. num. 22. ff. de acquirend. possess. Bald. cons. 161. lib. 3. Menoch. in tractat. de retinend. possession. remed. 3. numer. 539. cum tribus sequentibus.*

258 Prætereà quoque † in uno eodemque libello cumulari & simul proponi potest, & officium judicis rescindens sive petitio restitutionis in integrum & actio rescissoria: illudque absque omni dubio locum habet eo casu, quando ista duo remedia proponuntur non simpliciter, sed successivè, ordinatè & conditionaliter, prout hoc expressè & in specie tradit *Dyn. Iacob. de Aren. Iacob. Butrigar. Bald. Nicol. de Neapol. & Rudolph. de Auricur. §. rursus. & ibi Ioan. Fabr. num. 23. Ias. num. 85. Institut. de actionib. Innocent. c. tum ex literis. extr. de in integrum. restitut. fac. text. l. qui de in officioso. §. 1. & ibi Bart. ff. de inofficios. testament. gloss. l. conducteres. C. de locat. & conduct. gloss. l. non ab re. & ibi Bart. C. eod. titul. gloss. c. Raynaldus. extr. de testament. Alex. l. 1. num 4. C. de judic. Ias. l. edita. num. 33. C. de edend.*

Illaque sententia & verior & commu-
259 nior est, † licet quoad hoc contrarium, sed malè teneant *Bald. l. quod tempore. C. de restitut. in integr. Abb. c. tum ex literis. num. 19. extr. de integ. restitut. Angel. §. Rursus. Instit. de action.*

Igitur sequitur, Illustrissimum Principem & Dom. Dom. J. F. postulatum Archiepiscopum Magdeburgensem tanquam Primatem Germaniæ in uno eodemque libello cumulare sivè proponere posse, & petitorium & possessorium & remedium rescindens sivè petitionem restitutionis in integrum, & remedium rescissorium sivè actionem rescissoriam, quodque hoc potissimum locum habeat, quando ista cumulatio fit non simpliciter sed successivè, ordinatè vel conditionaliter.

260 Multò † verò magis hoc procedit, quando libello inseruntur clausulæ salutares, nempe clausula, omni meliori modo forma & via, item clausula petens sibi jus & justitiam administrari & similes clausulæ.

Namque tales clausulæ faciunt, ut libellus sustineatur, omni meliori modo forma & via utque salvetur ab omni ineptitudine, contrarietate & defectibus, prout hoc multis authoritatibus comprobari posset, quas sciens prudensque omitto.

Et sic ex prædictis liquet, hasce meas decisiones formatas ad propositam facti speciem verissimas esse.

Nec obstant hisce verissimis decisionibus rationes dubitandi.

Namque ad illas omnes & singulas facilis est responsio.

Et ad primam rationem dubitandi ego
respondeo, † licet terminus ad agendum 261
præfixus sit & peremptorius & exclusivus, illud tamen tantum procedere in iis sivè quoad ea, quæ sub ista dispositione in qua terminus ad agendum præfinitus seu præfixus est, continentur vel comprehenduntur.

Secus autem est quoad alia, cum sit
clari & indubitati juris, † quod nulla penitus 262
dispositio extra terminos vel metas suas extendatur, quodque limitata causa limitatum effectum producat, *l. Cancellaverat. ff. de his quæ in testament. delent. l. in agris. ff. de acquirend. rerum Domin. l. age cum Geminiano. & ibi Ias. & Dd. C. de transaction. Tiraquell. in tractat. cessant. caus. part. 1. num. 142*

Sed in rationibus decidendi comprobatum est, quod constitutio Spirensis non comprehendat Primatem Germaniæ vel Archiepiscopum Magdeburgensem, neque etiam jus sessionis Primati Germaniæ & Archiepiscopo Magdeburgensi competens.

Igitur sequitur, ea quæ in prima ratione dubitandi adducta sunt, nostræ decisioni non obstare vel refragari.

Secundò respondeo, quod † terminus 263
ad agendum præfinitus non aliter noceat, nisi ante lapsum termini quis bis a judice admonitus fuerit ad actiones suas instituendas, sicut hoc in 33. ratione decidendi docui.

Tertiò respondeo, quod ea quæ in prima ratione dubitandi adducta sunt, non

non habeant locum in nostro & similibus casibus, quando per terminum elapsum contumacia agentis accusata non fuit, prout hoc docui in 34. ratione decidendi.

Quartò respondeo, quod terminus ad agendum præfinitus neminem ab actione sua excludat, nisi post terminum elapsum judex pronunciaverit quem ulterius non esse audiendum, prout hoc docui in 35. ratione decidendi.

Quintò respondeo, quod Primatui, Archiepiscopatui, Episcopatui & reliquis Ecclesiis, nec non & Primatibus, Archiepiscopis, Episcopis, reliquisque Prælatis, item & Rebuspublicis, & Regibus, & Principibus, contra quemlibet lapsum termini restitutio in integrum concedi, & mediante isto beneficio non obstante ullius termini lapsu permitti debeat, actiones suas & proponere & in judicium deducere, quodque eam ob causam & Primati Germaniæ & Archiepiscopo Magdeburgensi contra terminum in constitutione Spirensi præfinitum, si ille terminus suæ illustrissimæ Celsitudini obstare posset, restitutio in integrum concedi & mediante isto beneficio permitti debeat, non obstante illius termini lapsu actiones suas ratione sessionis & proponere & in judicium deducere; sicut hoc docui in 53. ratione decidendi.

264 Ad secundam rationem dubitandi ego respondeo, † ea quæ in ista ratione dubitandi adducta sunt, non procedere præsertim in nostro & similibus casibus, vel quando sub permissione ad tempus non comprehenditur iste casus de quo agitur.

Vel quando ante terminum ad agendum præfinitum elapsum non intervenit bina monitio judicis.

Vel quando post terminum elapsum contumacia non agentis accusata non fuit.

Vel quando post terminum elapsum judex ad instantiam partis adversæ non pronunciavit, actorem ulterius non audiendum.

Sicut hæc omnia liquent ex iis, quæ docui in responsionibus ad primam rationem dubitandi.

Secundò respondeo, Ecclesiis, Rebuspublicis, Minoribus, nec non & reliquis Principibus tam contra lapsum termini, quàm contra prohibitionem inde descendentem, nec non & contra quamlibet aliam læsionem restitutionem in integrum concedi, sicut hoc ex deductis in rationibus decidendi liquet.

Et ultra ibidem adducta certum est, quod in iis casibus, in quibus conceditur restitutio in integrum contra antecedens, similiter & illa restitutio concedatur contra omnes sequelas omniaque illa quæ in consequentiam veniunt, *argum. l. 3. §. qui habet. ff. de servitut. rustic. prædior. c. præterea. extr. de offic. delegat. cum mult. similib. allegat. per Nicol. Everhard. in sua Topic. in loc. concess. antecedend. item à destruct. anteced.*

Ad tertiam rationem dubitandi ego respondeo, † multos Dd. relatos in rationibus decidendi tradere & velle, quod terminus à lege, constitutione, vel statuto præfixus, non sit peremptorius vel exclusivus in nostro & similibus casibus. 265

Vel quando res est integra.

Vel quando ante lapsum termini bina monitio judicis non intervenit.

Vel quando post lapsum termini contumacia non est accusata.

Vel quando post lapsum termini judex non pronunciavit, quem ulterius non audiendum.

Secundò respondeo, ea quæ in tertia ratione dubitandi adducta sunt, in nostro & similibus casibus locum non habere, quando iste casus sive illud negocium de quo agitur, sub termino non comprehenditur, sicut hoc patet ex iis, quæ docui in responsione ad priam rationem dubitandi.

Tertiò respondeo, quod Primatibus, Archiepiscopatibus, Episcopatibus reliquisque Ecclesiis, nec non & Primatibus, Archiepiscopis, Episcopis, reliquisque Prælatis & Rebuspublicis, Regibus & Principibus contra lapsum termini etiam legalis peremptorii & exclusivi restitutio in integrum concedatur & concedi debeat, sicut hoc docui in 53. ratione decidendi.

Ad quartam rationem dubitandi ego respondeo, † ea quæ in quarta ratione dubitandi adducta sunt, non habere locum in nostro & similibus casibus, quando videlicet illa de quibus agitur, sub termino non comprehenduntur vel includuntur, sicut hoc ex iis, quæ in responsione ad primam rationem dubitandi traditi, liquet. 266

Secundò respondeo, illa non habere locum.

Vel quando res est integra.

Vel quando intra terminum bina judicis monitio non fuit facta.

Vel

Vel quando post lapsum termini non intervenit accusatio contumaciæ.

Vel quando post lapsum termini judex non pronunciavit quem ulterius non audiendum.

Tertiò respondeo, illud quod lapsus temporis vim renunciationis & consensus habeat, non procedere respectu illarum personarum quæ expressè consentire, vel illi juri de quo agitur, renunciare nequeunt.

167 Tum † quia nulla penitus dispositio quantumvis generalis extenditur ad id, vel comprehendit id, quod de jure vel de facto impossibile est, *c. à nobis el. 1. & ibi Abb. extr. de sentent. excommunicat. cap. 1. de jnrejurand. lib. 6. l. quamquam. ff. de ritu nuptiar. l. si pater. ff. de his quæ in fraud. creditor. l. Lucius. §. penult. ff. ad municipal.*

168 Tum † quia qualibet dispositio restringitur ad habiles, *l. ne gradatim. §. 1. ff. de muneri. & honorib. Bart. & Dd. l. 1. §. nunciatio. ff. de oper. nov. nunciat.*

169 Tum † quia taciti & expressi eadem virtus & efficacia est, *l. cum quid. & ibi Dd. ff. si cert. petat.*

Atque tacitum non est efficacius vel fortius, sed debilius & minoris efficaciæ, quàm est expressum, *l. expressa. & ibi Dec. Angel. & Dd. ff. de regul. jur. Tiraquell. in tract. de legib. connubial. num. 49. cum mult. sequentib.*

Sed certum est, quod Primates, Archiepiscopi, Episcopi reliquique Prælati per renunciationem expressam, vel consensum expressum non possint præjudicare juri liquido & manifesto, Ecclesiis competenti.

Igitur sequitur, quod ex lapsu temporis in præjudicium Ecclesiarum non possit colligi tacitus consensus, vel tacita renunciatio Primatum, Archiepiscoporum, Episcoporum & aliorum Prælatorum.

170 Quartò respondeo, quod † Primatibus, Archiepiscopatibus, Episcopatibus, reliquisque Ecclesiis & Rebuspublicis, item & Regibus, Primatibus, Archiepiscopis & Episcopis, Prælatis, reliquisq; Principibus tam secularibus quam ecclesiasticis contra quamlibet & renunciationem & remissionem & consensum tam tacitum quàm expressum, nec non & contra pactum de non petendo restitutio in integrum concedatur & concedi debeat.

Sicut hoc docui in ratione 56. decidendi.

Ad quintam & sextam rationem dubitandi ego respondeo, † ea quæ in quinta & sexta ratione dubitandi adducta sunt, quod videlicet terminus legalis statutarius habeat vim & vigorem præscriptionis, non habere locum in nostro & similibus casibus, nempè quo ad ea quæ sub termino non comprehenduntur, vel inclusa sunt. 171

Secundò respondeo, illa non habere locum in nostro & similibus casibus.

Vel quando res est integra.

Vel quando ante terminum elapsum bina monitio judicis non intervenerit.

Vel quando post terminum elapsum contumacia non fuit accusata.

Vel quando post terminum elapsum judex non pronunciavit quem ulterius non audiendum.

Sicut hæc omnia ex supra deductis liquent.

Tertiò respondeo, quod Ecclesiis, Rebuspublicis, nec non & Regibus & Principibus tam secularibus quàm ecclesiasticis contra omnem omninò præscriptionem & lapsum termini, item & contra formam ex temporis præfinitione inductam, nec non & contra quamlibet aliam læsionem restitutio in integrum & concedatur & concedi debeat, sicut hoc docui suprà in 52. 53. & 65. ratione decidendi.

Quartò respondeo, quod contra omissionem formæ & solennitatis Minoribus, Ecclesiis & Rebuspublicis succurratur & succurri debeat, *Mathesilan. singular. 155. & ibi Gabriel. Sarain. in addit. Felin. c. dilectus. el. 2. num. 8. extr. de rescript. Jas. l. cum hi. §. eam transactionem nu. 2. limitat. 1. ff. de transaction. Tiraquell. in tractat. de legib. connubial. gloss. 8. nu. 91. & 92. Ar. Pinell. repetit l. 1. part. 3. nu. 32. C. de bon. matern.*

Quintò respondeo, quod nulla penitus præscriptio patrocinetur illi qui est in mala fide, sive illi qui habet scientiam rei vel juris alieni, sicut hoc docui in 47. ratione decidendi.

Sed omnes status atque ordines Imperii Romani habent noticiam atque scientiam illius, quod Primas Germaniæ omnibus aliis & Archiepiscopis, Episcopis, nec non & Principibus ecclesiasticis & secularibus Romani Imperii quoad sessionem præferri debeat.

Igitur

Igitur etiam ex hoc sequitur, quod reliqui Archiepiscopi, Episcopi, & Principes seculares & ecclesiastici Romani Imperii se in casu præsenti per lapsum termini in constitutione Spirensi præfiniti in modum præscriptionis contra Primatem Germaniæ tueri vel defendere nequeant.

Ad septimam rationem dubitandi ego respondeo, quod in casu præsenti nulla sit commissa mora, nec ulla executio vel translatio juris à lege vel ab homine facta, quodque in casu nostro nullum sit tempus elapsum in præjudicium Primatus vel Archiepiscopatus, Primatis, Archiepiscopi, vel Administratoris Magdeburgensis, multò verò minus ex lapsu alicujus temporis renunciatio aut legis prohibitio colligi possit.

Igitur sequitur, ea quæ in septima ratione dubitandi adducta sunt, huic nostræ decisioni nihil obstare.

Secundò respondeo, Ecclesiæ, Reipublicæ & Minori, nec non & Regibus, Primatibus, Archiepiscopis, Episcopis, reliquisque Principibus ecclesiasticis vel secularibus, & contra moram & contra lapsum temporis, & contra inde descendentem executionem, translationem, renunciationem, & prohibitionem, nec non & contra omnem aliam læsionem, restitutionem in integrum concedendam, sicut hoc docui in 52. 53. 54. 56. & 65. ratione decidendi.

Igitur sequitur, etiamsi probari vel fides fieri posset, in casu præsenti Primati Germaniæ & Archiepiscopo Magdeburgensi aliquam moram aut negligentiam vel inde descendentem executionem vel translationem juris a lege aut ab homine factam, vel etiam renunciationem aut prohibitionem obstare.

Attamen Primati Germaniæ & Archiepiscopo Magdeburgensi contra hoc restitutionem in integrum concedendam.

172 Ad † octavam & novam rationem dubitandi ego respondeo primò, ea quæ in rationibus dubitandi adducta sunt, non habere locum quoad casus sive personas specialiter privilegiatas.

Namque tales casus & personæ sub dispositione generali non comprehenduntur, sicut hoc docui in prima ratione decidendi.

Nec obstat id, quod in octava ratione dubitandi dictum est, legem vel constitutionem generalem etiam ad casus & personas privilegiatas extendi.

Namque hoc tandem procedit in iis casibus, quando illi casus vel personæ sunt quidem generaliter privilegiati vel privilegiatæ, sed non sunt privilegiati vel privilegitæ specialiter, quo ad illud negocium de quo agitur.

Secus autem est in nostro & similibus casibus, quando videlicet & casus vel personæ specialiter privilegiti vel privilegiatæ sunt respectu illius negocii de quo agitur. Tunc enim nulla lex, constitutio vel alia dispositio porrigitur ad casus vel personas privilegiatas, prout hoc expressè probant text. & Dd. citati in prima ratione decidendi.

Et ultra illos textus & Dd. ad illud contrarium ita respondet *Tiraquell. in tractat. de utroq; retract. pars. 1. §. 1. gloss. 14. nu. 104. & in tract. de præscription. §. 1. gloss. 10. circ. fin.*

Secundò respondeo, quod constitutio odiosa vel exorbitans, qualis est constitutio, de qua in casu præsenti agitur, non extendatur ad casus vel personas privilegiatas, prout hoc tradit *Quintilian. Mandos. in reg. Cancellar. 19. quæst. 2. nu. 7.*

Tertiò respondeo, quod dispositio quantumvis generalis non extendatur ad personas constitutas in dignitate summa vel maxima, prout hoc docui in secunda ratione decidendi.

Similiter nulla constitutio vel lex generalis extenditur ad personas, quæ sunt notabili nota dignæ, *Quintilian. Mandos. in reg. Cancellar. 19. quæst. 2 nu. 7.*

Illudque potissimum procedit in nostro & similibus casibus, quando illa lex vel constitutio est odiosa vel stricti juris, sicut hoc docui in tertia ratione decidendi.

Quartò respondeo, ea quæ in octava & nona ratione dubitandi adducta sunt, non habere locum in nostro & similibus casibus, quando per hoc Respublica læderetur vel in damnum Reipublicæ & utilitatis publicæ quid induceretur, sicut hoc docui in quarta ratione decidendi.

Quintò respondeo, quod quælibet lex atq; constitutio quælibet quantumvis generalis, ita intelligi debeat, ne per illam præjudicetur Ecclesiis vel ecclesiasticis personis in juribus, honoribus, dignitatibus & libertatibus, sicut hoc docui in quinta ratione decidendi.

Sextò respondeo, quod quælibet dispositio quantumvis generalis, ita interpretari

pretari debeat, ne per illam majori sivè superiori in jure suo aliquod præjudicium inferatur, sicut hoc docui in septima ratione decidendi.

Septimò respondeo, quod omnis constitutio quantumvis generalis, secundum jus commune intelligi, declari, limitari, restringi, & ita accipi debeat, ne per illam inducatur juris communis correctio, sed ut jura juribus concordentur, sicut hoc docui in 8. 9. & 10. ratione decidendi.

Octavò respondeo, quod constitutio generalis subsequens ita intelligi debeat, ne per illam intelligatur derogatum constitutioni præcedenti speciali vel habenti clausulam derogatoriam, vel editæ in concilio generali, prout hoc docui in 11. 12. & 13. ratione decidendi.

Nonò respondeo, quod constitutio quantumvis generalis, ita intelligi debeat, ne per illam derogetur privilegio Corpori juris inserto, nevè illa extendatur vel ad id quod statuentibus de jure vel de facto impossibile fuit.

Vel ad id, quod statuentes verisimiliter in specie includere noluerunt.

Vel ad id, in quo statuentes se solent difficiles reddere.

Vel ad id, quod statuentes verisimiliter in specie excepissent, si de hoc vel cogitassent vel interrogati fuissent.

Vel in derogationem illius quod notorium est, prout hæc omnia docui in ratione decidendi 14. 15. 16. 17. & 18.

Decimò respondeo, constitutionem generalem ita interpretandam esse, ne quis cogatur privilegium vel concessum per viam juris communis, vel Corpori juris insertum, allegare, proponere, vel in judicium deducere, nevè quis per lapsum ullius termini excludatur ab allegando vel in judicium deducendo.

Vel jus commune.

Vel privilegium per viam juris communis concessum aut Corpori juris insertum.

Vel id quod notorium est, sicut hoc docui in 19. 20. & 21. ratione decidendi.

Undecimò respondeo, quod lex vel constitutio quantumvis generalis, de litibus vel rebus litigiosis loquens non extendatur ad lites calumniosas, injustas, inutiles, invalidas vel nullas, sicut hoc docui in vigesima secunda ratione decidendi.

Duodecimò respondeo, quod quælibet constitutio quantumvis generalis restringatur & secundum subjectam materiam, & secundum verisimilem mentem disponentis, & ne per illam derogetur, privilegiis vel concessis personis alioquin privilegiatis, vel aliquo modo roboratis ant confirmatis, nevè inde sequatur iniquum, absurdum, inconveniens odium, vel insolitum vel immoderatum vel nimium onerosum.

Similiter constitutio vel alia dispositio quantumvis generalis, ita intelligi debet, ne alteri grave damnum inferatur.

Eodem modo quælibet constitutio quantumvis generalis, ita accipi debet, ne ad gravia sivè ardua extendatur.

Prout hæc omnia docui in 23. 24. 25. 26. & 27. ratione decidendi.

Decimo tertiò ad istas duas rationes dubitandi ego respondeo, quod constitutio vel alia dispositio quantumvis generalis, ita interpretari debeat, ut non extendatur ad illa, in quibus est diversa vel separata ratio.

Similiter & in dispositionibus quantumvis generalibus, semper est amplectenda illa interpretatio, quæ vel justior est.

Vel per quam minus deviatur à jure communi.

Vel quæ non meretur reprehendi à prudentibus vel sapientibus.

Vel per quam ad jus commune reducitur.

Vel per quam res reducitur ad statum suum pristinum, aut in eo conservatur.

Vel per quam evitatur contrarietas aut repugnantia.

Vel quæ æquitati aut rationi convenit, sicut hoc patet ex iis quæ docui in ratione decidendi 28. 29. 30. & 31.

Decimo quartò respondeo, si constitutio Spirensis ita intelligi vel accipi posset, quod per illam aut per lapsum temporis in illa præfiniti Primati Germaniæ vel Archiepiscopo Magdeburgensi in jure suo sessionis, prælationis vel præeminentiæ præjudicatum esset illa constitutio per se & ipso jure nulla esset, prout hoc patet ex iis quæ docui in sexta & septima ratione decidendi.

Ad † decimam rationem dubitandi ego respondeo, Dd. citatos in secunda ratione decidendi magis communiter velle, quod sub constitutione vel alia dispositione quantumvis generali non comprehendantur personæ constitutæ in dignitate summa vel maxima. 273

274 Illaque † communis Dd. sententia potissimum procedit in nostro & similibus casibus.

Vel quando ista constitutio est exorbitans aut stricti juris.

Vel quando ista constitutio continet odium aut præjudicium illarum personarum, quæ sunt constitutæ in dignitate summa vel maxima.

Vel quando in isto negocio de quo agitur, personæ constitutæ in dignitate summa vel maxima specialiter privilegiatæ sunt.

Similiter illa sententia potissimum procedit in nostro & similibus casibus, quando aliam interpretationem, vel publica utilitas aut Ecclesiastica libertas, aut jus superioris læderetur.

Vel juris communis correctio induceretur.

Vel derogaretur constitutioni præcedenti, quæ aut est specialis aut habet clausulam derogatoriam, aut est edita in concilio generali.

Vel auferretur alicui privilegium Corpori juris insertum.

Vel constitutio sive dispositio extenderetur ad id, quod statuenti de jure vel de facto impossibile fuit, aut quod statuentes verisimiliter & in specie includere noluere, aut in quo statuentes se difficiles reddere solent, aut quod statuentes verisimiliter & in specie excepissent, si de hoc vel cogitassent vel interrogati fuissent, aut in quo est diversa ratio, aut quod est nimium grave sive arduum, aut ad id quod est notorium.

Eodem modo hæc sententia potissimum procedit eo casu, quando capiendo aliam interpretationem vel quis cogeretur privilegium aut concessum per viam juris communis, aut Corpori juris insertum allegare, proponere vel in judicium deducere.

Vel per lapsum termini sive temporis quis excluderetur ab allegando, aut in judicium deducendo, aut jus commune aut privilegium per viam juris communis concessum sive Corpori juris insertum, aut id quod notorium est.

Vel dispositio generalis extenderetur ad lites calumniosas, injustas, inutiles, invalidas, aut nullas.

Vel offenderetur aut subjecta materia aut verisimilis mens disponentis.

Vel derogaretur privilegiis concessis personis alioquin privilegiatis, aut aliquo modo roboratis aut conformatis.

Vel inde sequeretur iniquum, absurdum, inconveniens odium, insolitum, immoderatum aut nimium onerosum.

Vel alteri grave damnum inferretur.

Vel dispositio extenderetur ad id, quod est nimium grave sive arduum, aut ad id, in quo est diversa sive separata ratio.

Vel offenderetur illa interpretatio, quæ est justior.

Vel per quam minus deviatur à jure communi.

Vel quæ non meretur reprehendi à prudentibus vel sapientibus.

Vel per quam ad jus commune reducitur.

Vel per quam res reducitur ad statum suum pristinum, aut in eo conservatur.

Vel per quam evitatur contrarietas aut repugnantia.

Vel quæ æquitati aut rationi convenit, sicut hæc omnia patent ex responsionibus traditis ad præcedentes duas rationes dubitandi.

Secundò respondeo, si constitutio Spirensis ita accipi posset, quòd per illam, vel per lapsum temporis in illa præfiniti Primati Germaniæ in jure suo sessionis derogatum esset, illam constitutionem quoad hoc ipso jure nullam esse, sicut hoc patet ex iis, quæ docui in sexta & septima ratione decidendi.

Ad † undecimam rationem dubitandi ego respondeo, ea, quæ in undecima ratione dubitandi adducta sunt, secundum communem & receptam Dd. sententiam locum non habere eo casu, quando agitur de excludendo quem à jure suo vel actione sua. 275

Tunc enim lapsus temporis sive interpellatio ex lapsu temporis causata non sufficit, sed ultra hoc requiritur bina monitio judicis, sicut hoc docui in 33. ratione decidendi.

Et ultra Dd. ibidem allegatos idem, est de mente *Francisc. Aretin l si ex legati.colum. final. & ibi Ias. num. 14. limitat. 1. ff. de verbor. obligat.*

Secundò respondeo, † adducta in undecima ratione dubitandi non habere locum eo casu, quando agitur de gravi sive magno 276

magno præjudicio, *l. 1. §. licet. & ibi Alberic. de Rosat. & Bald. ff. de pericul. & commod. rei vendit. Roman. l. si quis mihi bona. §. sed si mandavit. column. 1. in fin. ff. de acquirend. hæreditat. Franc. Aretin. l. si ex legati. & ibi Iaf. num. 14. limit. 1. ff. de verbor. obligation. Anton. Gabriel. Roman. in tractat. regular. lib. 8 titul. de solution. conclusion. 9. nu. 13.*

Tertiò respondeo, ea quæ adducta sunt in undecima ratione dubitandi, non habere locum in iis, quæ præparatoria judiciorum respiciunt *Paul. Castrens. conf. 110. lib. 2. Felin. c. fin autem. column. 3. & sequent. extr. de rescript. Iaf. l. si ex legati. num. 14. limitat. fin. ff. de verbor. obligat. Dec. conf. 2. column. 2. Hippolyt. de Marsil. Rubr. quæst. 18. colum. 33. ff. de fidejussor. Hippolyt. de Marsil. l. unius. §. cogniturum. column. 5. ff. de quæstionib. Anton. Gabriel. Roman. in tractat. regular. lib. 2. titul. de solution. conclus. 9. nu. 22.*

Et editio sivè propositio actionis præparatoria judiciorum respicere videtur, *l. 1. in princ. ff. de edend. l. edita. & ibi Dd. C. eod. titul.*

Sed in casu præsenti agitur de gravissimo & maximo præjudicio, sicut hoc patet ex iis, quæ docui in ratione decidendi 59.

Et constitutio Spirensis ad hoc tendit, quod quis actionem suam ratione sessionis intra sex menses proponere & in judicium deducere debeat.

Et sic videtur dicendum, quod illa constitutio præparatoria judiciorum respiciat.

Igitur etiam ex hoc sequitur, ea quæ in undecima ratione dubitandi adducta sunt, in casu præsenti locum non habere.

Rursus ex hoc videtur inferri, etiamsi probari posset, Primatem Germaniæ atque hunc nostrum casum sub constitutione Spirensi comprehendi.

Attamen cum in casu præsenti ultra lapsum termini nullà monitio vel interpellatio intervenerit, Illustrissimo Principi & Domino, Dn. J. F. postulato Administratori Primatus & Archiepiscopatus Magdeburgensis non obstante lapsu illius termini permittendum esse actionem suam ratione sessionis in judicium deducere.

Quartò respondeo, quod lapsus termini ad agendum præfiniti nemini noceat, nisi post lapsum termini & contumacia illius qui intra terminum actionem suam non proposuit & accusata fuerit, & judex pronunciaverit, Actorem ulterius non audiendum, sicut hoc docui in 34. & 35. ratione decidendi

Quintò respondeo, quod in nostro & similibus casibus, quando non constat vel probatur, jus partis adversæ deterius effectum, cuilibet liceat atque permissum sit, etiam post lapsum termini quantumvis peremptorii jus suum in judicium deducere, sicut hoc docui in trigesima sexta ratione decidendi.

Sextò respondeo, quod Primatui, Archiepiscopatui, Episcopatui reliquisq; Ecclesiis, nec non & Regibus, Principibus, Primatibus, Archiepiscopis, Episcopis atque Rebuspublicis contra quemlibet lapsum termini, & contra amissionem actionis vel juris sui restitutio in integrum concedatur & concedi debeat, sicut hoc docui in ratione decidendi 53. & 54.

Ad † duodecimam rationem dubitandi ego respondeo. 277

Primò, quod casus præsens non comprehendatur sub constitutione Spirensi, neque sub termino in ista constitutione præfinito.

Secundò, quod in casu præsenti lapsus termini etiam scienti non noceat, nisi & ante lapsum termini bina monitio vel interpellatio a judice facta, & post terminum elapsum agentis contumacia accusata, atque pronunciatum fuerit, actorem ulterius non audiendum, sicut hoc patet ex iis, quæ docui in responsione ad præcedentem rationem dubitandi.

Sed in casu præsenti ante lapsum termini bina monitio judicis non intervenit, neq; post lapsum termini contumacia accusata est, nec etiam judex pronunciavit, Primatem Germaniæ ratione juris sessionis ulterius non audiendum.

Igitur sequitur, lapsum termini in constitutione Spirensi, præfiniti Primati Germaniæ & Archiepiscopo Magdeburgensi non nocere, etiamsi doceri posset, & Primatem Germaniæ sub ista constitutione sivè præfinitione termini comprehendi, & istum terminum sciente Primate Germaniæ elapsum.

Tertiò respondeo, lapsum termini etiam scienti non nocere eo casu, quando res est integra, & non constat vel probatur, jus partis adversæ deterius effectum.

Quartò respondeo, quod Minoribus, Ecclesiis & Rebuspublicis, nec non & Regibus, Primatib⁹, Archiepiscopis, Episcopis adversus lapsum termini restitutio in integrum

indistinctè concedatur, etiamsi Minor, Ecclesia, vel Respublica scienter actionem vel jus suum intra terminum in judicium deducere neglexerit vel omiserit, juxta text. clarum & expressum, *l. minoribus la. 2. & ibi gloss. Salycet. & Alex. C. de in integr. restitut.*

Igitur sequitur, etiamsi probari posset, quod illustrissimus Princeps & Dominus, Dominus J. F. tanquam Primas Germaniæ, & sub constitutione Spirensi comprehensus sit, & habuerit scientiam sive noticiam illius constitutionis, atque ex certa scientia terminum in ista constitutione præfinitum labi passus fuerit.

Attamen suæ illustrissimæ Celsitudini, tanquam Primati Germaniæ contra hunc lapsum termini restitutionem in integrum concedendam & mediante ista restitutione permittendam, non obstante illius termini lapsu actiones suas ratione sessionis in judicium deducere.

Ad decimam tertiam rationem dubitandi ego respondeo.

Primo ex iis, quæ in responsionibus ad præcedentem rationem dubitandi docui, satis liquere, quod in casu præsenti illustrissimo Principi & Dno, Dn. J. F. postulatu Administratori Primat⁹ & Archiepiscopatus Magdeburgensis nihil obstet vel nocere, etiamsi doceri vel probari posset, & suam illustrissimā Celsitudinem sub constitutione Spirensi, & sub termino in illa præfinito cōprehendi, & noticiam sive scientiam illius constitutionis habuisse, & terminum in ista constitutione præfixum adversus scientem lapsum fuisse.

Multò verò minus suæ illustrissimæ Celsitudini ignorantia crassa, supina aut improbabilis vel affectata obesse potest.

278 Cum † is cujus ignorantia est crassa, supina, affectata, injusta, vel improbabilis, non sit deterioris conditionis sciente, sicut hoc facile multis & textibus & rationibus comprobare possem, quas sciens prudensque omitto.

Secundò respondeo, legibus expressè cautum esse, quod Primatibus, Archiepiscoparibus, Episcopatibus, aliisque Ecclesiis & Rebuspublicis, nec non & Regibus, Primatibus, Archiepiscopis, Episcopis reliquisque Principibus etiam adversus illa, quæ ipsi ignorantia juris, aut alia ignorantia crassa, supina, vel improbabili ōmisêre, restitutio in integrum concedi debeat, *l. indebito C. si adversus solution. l. regula. §. 1. ff. de jur. & fact. ignorant. gloss. fin. l. quamvis. C. eod. titul. gloss. 1. minoribus la. 2. verb. ignoraverunt. C. de in integrum restitut. minor gloss. final. l. error. C. de jur. & fact. ignorant. Roman. l. admonendi. ff. de jurejurand. Felin. c. cum dilectus. nu. 18. C. de fide instrument. Ioan. Baptist. Asyn. in sua praxi, §. 23. cap. 6. limitat. 12.*

Ad † decimam quartam rationem dubitandi ego respondeo. 279

Primò, Primatem Germaniæ & Archiepiscopum Magdeburgensem sub constitutione Spirensi, & sub assignatione termini in ista constitutione præfixi non contineri.

Secundò respondeo, ea quæ in ista ratione dubitandi adducta sunt, non habere locum in nostro & similibus casibus.

Vel quando agitur de privando vel excludendo quem a jure vel actione sua.

Vel quando agitur de gravi vel magno præjudicio.

Vel quando agitur de iis quæ præparatoria judiciorum respiciunt.

Tertiò respondeo, licet is, qui certus est, sive certam scientiam vel noticiam alicujus rei habet, certiorari non debeat.

Attamen terminum ad agendum præfinitum elapsum non aliter nocere nisi & intra terminum bina monitio a judice facta, & post terminum Actoris negligentia accusata fuerit, nec non & judex pronunciaverit, actorem ulterius non audiendum.

Quartò respondeo, quod lapsus termini alicui non noceat, eo casu, quando non constat, vel non probatur, jus partis adversæ deterius effectum, sicut hoc docui in 37. ratione decidendi.

Et cum illa decisio sit generalis, dubio omni caret, illam decisionem generaliter intelligendam, & ita accipiendam, ut locum habeat indistinctè, sive certioratio facta fuerit sive non, item sive certiorationem facere necesse fuerit, sive non, *Argument. l. regula. §. final. ff. de jur. & fact. ignorant. l. 1. ff. de legat. præstand. l. 1. §. aut ergo. ff. de his quæ in fraud. creditor.*

Quintò respondeo, quod contra lapsum cujuslibet termini Ecclesiæ, Reipublicæ, & Minori, nec non & similibus personis restitutio in integrum concedatur.

Et quidem indistinctè sive certiorationem facere necesse fuerit, sive non, item sive certioratio facta fuerit sive non.

Sicut

Sicut hoc patet ex iis, quæ tradidi in 53. ratione decidendi.

280 Ad † decimam quintam rationem dubitandi ego respondeo.

Primò lapsum termini in constitutione Spirensi præfiniti Primati Germaniæ & Archiepiscopo Magdeburgensi non nocere eam ob causam: quia sub constitutione Spirensi Primas Germaniæ & Archiepiscopus Magdeburgensis non comprehenditur.

Secundò respondeo, quod lapsus termini etiam legalis præsertim ad agendum præfiniti, item etiam notorius, nec scienti quidem præjudicet, nisi & intra terminum bina monitio à judice facta, & post terminum Actoris contumacia accusata, & à judice pronunciatum fuerit, Actorem ulterius non audiendum, prout hoc tradunt Dd. citati in 33. 34. & 35. ratione decidendi.

Tertiò respondeo, quod secundum aliquorum Dd. sententiam nec lapsus quidem termini legalis etiam scienti præjudicet nisi constet vel probetur, jus partis adversæ deterius factum, sicut hoc tradunt Dd. citati in 36. ratione decidendi.

Quartò respondeo, quod Ecclesiæ, Minori, Reipublicæ & similibus personis adversus lapsum termini etiam legalis statutarii notorii & publicè promulgati restitutio in integrum concedatur, etiamsi illæ personæ scientiam sivè noticiam illius termini habuerint, illumque terminum scienter labi passi fuerint, sicut hoc ex supra deductis liquet.

281 Ad † decimam sextam rationem dubitandi ego respondeo.

Primò illud, quod in ista ratione dubitandi dicitur, quod quasi possessio jurium sivè rerum incorporalium animo non retineatur, procedere tantum in servitutibus realibus meris prædiorum.

Secus autem est in juribus, personalibus meris vel mixtis quale est jus sessionis, talium enim jurium possessio vel quasi solo animo retinetur.

Prout hoc expresè tenent & talem distinctionem inter jura faciunt Dd. communiter citati in 37. ratione decidendi.

Secundò respondeo, quod possessio vel quasi jurium sivè rerum incorporalium, neque per unum neque per plures actus, vel requiratur vel amittatur, nisi intervenerit scientia & patientia illius de cujus præjudicio agitur.

Illaque scientia & patientia non præsumitur, sed ab allegante probari debet.

Et cum hæc scientia & patientia Archiepiscoporum & Administratoris Magdeburgensis, tanquam Primatum Germaniæ hactenus probata non sit.

Sequitur, quod in casu præsenti dici vel prætendi non possit, adversarios acquisivisse possessionem vel quasi juris sessionis Archiepiscopo Magdeburgensi, tanquam Primati Germaniæ competentis, prout hæc omnia docui in 38. ratione decidendi.

Tertiò respondeo, quod per nullos penitus actus vel exercitia actuum possessio vel quasi alicujus juris acquiri possit.

Vel quando alius illius juris possessionem vel quasi habet & retinet.

Vel quando illud jus est improbum sivè legibus improbatum.

Vel quando illi qui possessionem vel quasi alicujus juris acquirere vult, clausula decreti irritantis refragatur, prout hæc omnia docui in 39. ratione decidendi.

Quartò respondeo, quod per nullum actum vel exercitium actus, possessio vel quasi sessionis Primati Germaniæ competentis absque titulo justo & legitimo acquiri possit, prout hoc docui in quadragesima ratione decidendi.

Ad † decimam septimam rationem dubitandi respondeo, ex responsionibus traditis ad proximam præcedentem rationem dubitandi satis superque liquere, quod illi Principes qui Archiepiscopo Magdeburgensi tanquam Primati Germaniæ litem sivè controversiam ratione sessionis movent, nullam penitus possessionem vel quasi illius juris habeant. 282

Igitur sequitur, nullo modo dici vel prætendi posse, illorum Principum possessionem vel quasi justam & legitimam, vel bona fide acquisitam & continuatam.

Cum sit clari & indubitati juris, quod non entis nullæ sint qualitates, *l. 2. & ibi Bart. ff. de usufruct. l. ejus qui vers. quod si stipulatus. & ibi Alex. & Ias. num. 3. Dec. num. 6. reliquiq; Dd. ff. si cert. petat. l. etiam. §. si quis absentis. & ibi Angel. ff. de petit. hæredit. l. si servum. § 1. ff. de action. empt. l. Pomponius. §. final. & ibi Aretin. ff. de acquirend. possession. l. adeo. §. insula verb. & qui vicinum ff. de acquirend. rerum domin. l. si quis uxori. §. neq; verbo ff. de furt, l. cum hæreditatem. & l.*

quod si nulla. ff. de hæred. & action. vendit. l. apud Pamphilum circ. fin. ff. de aur. & argent. legat.

283 Secundò † respondeo, multos Dd. velle, quod is qui caret titulo, præsumatur possessor esse malæ fidei, *Innocent. & Bald. c. super tuæ extr. de testibus. Imol. repetit. c fin. colum. 5. extr. de præscription. Menoch. in tract. de arbitrar. judic. quæst. lib. 2. centur. 3. cas. 225. num. 4.*

284 Similiter † quoque & possessor jurium sivè rerum incorporalium regulariter præsumitur esse in mala fide, *Bart. l. 1. §. hoc interdicto. num 12. ff. de itin. act. privat. Bald. in quæst. incip. accusatus de vi turbativa colum antepen. Anton. de Butr. c. si diligenti. & ibi Panormitan. nu. 18. & 19. extr. de præscription. Hieron. Gabriel. cons. 145. nu. 4. & 6. Francisc. Balb. in tract. de præscript. 4. part. principal. part. 2. quæst. 1. nu. 10.*

Ubi ipse attestatur, hanc sententiam communiter receptam.

Eodem quoque modo & quis præsumitur esse possessor malæ fidei eo casu, quando constar de antiquiori possessione alterius, *Bart l. Celsus, nu. 17. & ibi Francisc. Balb. part. 3. num. 9. & 10. ff. de usucap. Alex. cons. 75. num. 47. lib. 4. Bart. l. fin. C. unde vi Menoch. in tractat. de recuperand. possess. remed. 13. num. 68. Abb. c. si diligenti. nu. 15. & 16. & ibi Felin. nu. 4. extr de præscription. Vasquius in controvers. illustrib. cap. 81. nu. 6.*

Et hæc sententia etiam comprobatur per id, quod & legibus cautum & a Dd. traditum est, quod eo casu quando constat vel liquet de antiquiori possessione, possessio recentior præsumatur esse & clandestina & injusta & vitiosa, *Bart. l. si duo in princip. ff. uti possidet. Bart. l. 1. C. eod. titul. Bald. l. ordinarii. num. 11. C. de rei vendicat. Bald l. si super longi. colum final. C. de præscript. long tempor. Bald. l. non ignorabit. C. ad exhibend. Abb. & Dd. c. licet. & ibi Dec. num. 9. & Felin. num. 9. Augustin. Bero. num. 51. extr. de probation. Bart. Ioann. de Imol. & Alex. l. si de eo §. final ff. de acquirend. possess. Alex. cons. 110. numer. 1. lib. 1. & cons. 117. num. 5. lib. 2. Cardinal. Paris. cons. 12. num. 73. lib. 1. cons. 126. num. 3. & cons. 145. num. 4. & 5. lib. 4. Curt. sen. cons. 24. Nevizan. cons. 79. numer. 28. cons. 81. num. 26. Socin. cons. 187. num. 25. lib. 2. Socin. l. rem quæ nobis. num. 16. ff. de acquirend. possess. Hieron. de Mont. in tractat. de finib. cap. 67. Matth. de Afflict. decis. 363. num. 3. Menoch. in tract. de retinend. possess. remed. 3. num. 726.*

Deinde quoque & is possessor cui jus commune resistit, in mala fide esse præsumitur & censetur, *Bart. l. Celsus. num. 17. & ibi Franc. Balb. in repetit. part. 3. nu 9. 10. & 12 ff. de usucap. Anton de Butr. c. si diligenti. & ibi Panormitan num. 10 & 16. Felin. num. 4. extr. de præscription. Ripa. c. cum Ecclesia Sutrina. num 94. extr. de caus. possession. & proprietat. facit. text. cap. 1. de præscript. lib. 6. c. qui contra jura. & ibi Ioan. Andr. & Dyn. de regul. jur. lib. 6. l. quemadmodum. & ibi Bart. C. de agricol. & censit. lib. 11. Menoch. in tract. de arbitrar. judic. quæst lib 2. centur. 3. cas. 226. n. 6. & 7. Vasq. in controvers. illustrib. lib. 2. c. 71. nu. 1.*

Et hoc usque adeo verum est, ut locum habeat, etiamsi sola juris præsumptio possidenti refragetur, *Ripa. c. cum Ecclesia Sutrina. num 94. extr. de caus. possess. & prietat. Menoch. in tractat. de recuperand. possess. remed. 13. numer. 72. fac. text. c. ad decimas de præscription. lib. 6.*

Sed ut oppinor, illi Principes seculares & ecclesiastici qui Archiepiscopo Magdeburgensi tanquam Primati Germaniæ quæstionem sivè litem respectu juris sessionis movere nituntur, nullum penitus titulum habent.

Et in casu præsenti agitur de possessione vel quasi juris, sessionis, & sic rei incorporalis.

Atque & Archiepiscopus Magdeburgensis tanquam Primas Germaniæ absque omni dubio habet antiquiorem quasi possessionem illius juris.

Et Dominis adversariis obstat & refragatur non tantum præsumptio sed etiam dispositio juris.

Igitur sequitur, ea quæ in decima septima ratione dubitandi adducta sunt, in casu præsenti locum non habere, quodque adversarii præsumantur esse in mala fide, etiamsi illi probare possent, se possessionem vel quasi illius juris habere, quod tamen neque hactenus probatum est, nec unquam probari poterit.

Tertiò respondeo, † licet Dd. citati in 285
decima septima ratione decidendi velint, quod ex possessione triginta annorum bona fides præsumatur, etiam in præjudicium antiquioris possessionis, prout hoc ultra Dd. ibidem allegatos tradit etiam *Menoch. in tractat. de recuperand. possession. remed. 13. num. 70. Rip. c. cum. Ecclesia Sutrina. num. 99. extr. de caus possess. & proprietat. Vasp. in controvers. illustr. lib. 2. c. 79. nu. 16. Menoch. in tractat. de arbitrar. judic. quæst. lib. 2. cent. 1. cas. 43. num. 8. & 9.*

Atque

286 Atque † aliqui Dd. velint, ex possessione longi vel longissimi temporis bonam fidem præsumi & probari, etiamsi possidenti jus commune resistat vel refragetur, *Innocent. c. 1. colum. 3. & ibi Imol. colum. final. extr. de in integr. restitut. Anton. de Butr. c. cum Ecclesia. colum. 8. extr. de causs. possess. & proprietat. Panormitan. c. si diligenti. num. 16. & ibi Felin. num. 4. extr. de præscription. Panormit. c. consultationibus. circ. med. extr. de jur. patronat. Alex. cons. 110. colum. final. lib. 1. Francisc. Balb. repetit. l. Celsus. part. 3. num. 12. ff. de usucapion. Vasq. in controvers. illustribus. lib. 2. cap. 81. num. 1.*

Eamque sententiam communiter receptam esse, attestetur *Francisc. Balb. in loco præallegato.*

Attamen quoad hoc ultimum contrarium, quòd videlicet ex possessione longa vel longissima bona fides non præsumatur eo casu, quando jus commune possidenti refragatur, tenet *Bald. l. cùm de in rem verso. colum. 1. in princ. ff. de usur. Anton. de Butr. c. pervenit. colum 24. & ibi Abb. circ fin. extr. de censib. Florian. c. servitutes. circ. fin. ff. de servitutib. Angel. Aretin. §. æquè colum. 6. Institut. de action. Imol. c. final. extr. de præscriptionibus. Alex. cons. 101. num. 5. lib. 6. Anton. Gabriel Roman. in tractat. regul. lib. 1. titul. de præsumptionib. conclus. 1. num. 63.*

287 Deinde † quoque ad hoc, ut ex possessione vel quasi præsumptio aliqua colligi possit, requiritur atque necesse est, ut constet atque probetur de scientia atque patientia adversarii, *Alex. cons. 9. circ. fin. lib. 3. cons. 11. colum. fin. cons 16. colum. 2. in fin. lib. 4. cons. 94. colum. 2. lib. 7. Corn. cons. 98. colum. final. lib 1. Felin. c. sicut. colum. 19. extr. de sentent. & re judicat. Socin. jun. cons. 56. colum. penult. lib. 2. Ruin. cons. 26. colum. 4. cons. 39. colum. 11. lib. 1. Matth. de Afflict. decis 107. colum. final. Aymon. Cravett. in tractat. de antiquitat. tempor. part. 3. §. venio nunc ad tertiam. num. 18. Anton. Gabriel Roman. in tractat. de regul. jur. lib. 1. titul. de præsumpt. conclus. 1. num. 59. Roland. à Vall. cons. 2. num. 127. lib. 1.*

288 Multi † quoque Dd. volunt, quòd ex lapsu temporis longi vel longissimi in præjudicium pupilli vel minoris præsumptio capi nequeat, *Alex. cons. 94. colum. 2. lib. 7. Corn. cons. 98. colum. final. lib. 1. Socin. cons. 254. colum. 2. lib. 2. Anton. Gabriel Roman. in tract. regul. lib. 1. titul de præsumpt conclus. 1. num. 58.*

289 Et † idem quoque juris esse videtur, quando agitur de præjudicio Ecclesiæ vel Reipublicæ.

Cùm sit clari & indubitati juris, quòd Ecclesia vel Respublica in omnibus & per omnia jure & privilegio pupilli & minoris fruatur, *c. 1. & ibi Dd. extr. de in integr. restitut. l. respublica. C ex quib. caussis major. l. rempublicam. C. de jur. respubl.*

Præterea † quoque aliqui Dd. volunt, 290
quòd præsumptio ex lapsu temporis descendens cesset eo casu, quando agitur de gravissimo & maximo præjudicio, prout hoc tradit *Anton. Gabriel Roman. in tractat. regul. lib. 1. titul. de præsumption. conclus. 1. num. 30. & 53 ubi ipse multos alios Dd. ad hoc citat.*

Aliqui † etiam opinantur, præsumptio- 291
nem, ex lapsu temporis descendentem tantùm procedere de jure civili, non autem de jure canonico, *Francisc. Aretin. l. sciendum. num. 12. ff. de verbor. obligat. Anton. Gabriel. Roman. in tractat. regul. lib. 1. titul. de præsumptionib. conclus. 1. num. 76.*

Sed in casu præsenti jus commune resistit illis statibus atque ordinibus Imperii Romani, qui sedem atque locum Archiepiscopo Magdeburgensi tanquam Primati Germaniæ competentē occupare nituntur.

Et in casu præsenti agitur de præjudicio gravissimo & maximo, nec non etiam de præjudicio Ecclesiæ, nempe Primatus Germaniæ & Archiepiscopatus Magdeburgensis. Atque videtur, quòd in casu præsenti jus contrarium servandum sit.

Nec hactenus est probata scientia & patientia Archiepiscoporum & Administratoris Magdeburgensis.

Igitur sequitur, ea, quæ in decima septima ratione dubitandi adducta sunt, de præsumenda bona fide ex possessione longi vel longissimi temporis in casu præsenti locum non habere.

Quartò respondeo, † præsumptionem 292
bonæ fidei ex lapsu temporis longi vel longissimi descendentem, non esse præsumptionem juris & de jure, sed juris tantùm, ideoq; contra hanc præsumptionem probatio contraria admittitur, *Corn. cons. 270. lib. 3. Aymon. Cravett. cons. 146. in fin. lib. 1. Aymon. Cravett. in tractat. de antiquitat. tempor. 4. part. §. materia ista num. 20. & 21. Didac. Covarr. repetit. c. possessor. §. 8. nu. 3. Felin. c. vigilanti. num. 12. extr. de præscription. & est de mente Paul. Castrens. in cons. 424. lib. 2. argum. l. final. in princip. ff. quòd metus caussa. l. si chyrographum. & l. cùm de indebito. ff. de probationib. l. nuptura in fin. ff. de jur. dot. l. filio quem pater. in princip. ff. de liber. & posthum.*

Quinimò hæc præsumptio non tantùm prubatione, sed etiam præsumptione fortiuri eliditur, *Felin. d. c. vigilanti. num. 12. Boër. decis. 211. num. 17. & 18. Aym. Cravett. in tractat. de antiquitat. tempor. 4. part. §. materia ista. num. 21. argum. l. divus. ff. de restitut. in integrum. l. non solùm. §. 1. ff. de ritu nuptiar. l. eum qui probabilem. C. de Episcop. & Cleric. l. 1. C. qui & adversus quos. l. mater. & ibi Salicet. & Angel. C. de calumniator.*

Et confirmatur, tum quia licet ex antiquitate temporis sulennitas extrinseca præsumatur, hæc enim præsumptio non est præsumptio juris & de jure, sed juris tantùm, & tollitur & eliditur contraria tàm probatione, *Paul. de Castrens. cons. 81. colum. 3. lib. 2. Felin. c. sicut. num. 33. extr. de sentent. & re judicat. Ias. l. 1. num. 15. C. qui admitti. Ias. cons. 176. colum. final. lib. 2. Dec. cons. 13. colum. 1. & cons. 36. colum. 3. in fin. Dec. c. quoniam contra colum. 20. versic. successivè. Abbas extr. de probation. Curt. jun. consil. 130. colum. 2. Godzadin. cons. 73. colum. 1.*

Quàm præsumptione, *Abb. c. Albericus extr. de testibus. Corn. cons. 144. colum. 1. num. 2. lib. 4.*

Tum quia licet ex antiquitate temporis titulus præsumatur: Hæc tamen præsumptio est præsumptiu non juris & de jure, sed juris tantùm, eamque ob caussam ad tollendam hanc præsumptionem admittitur contraria tàm probatio, *Petr. & Cyn. l. si certis annis. quæst. 10. & ibi Paul. Castrens. & Ias num. 15. C. de pactis. Ioan. Andr. c. final. extr. de causs. possess. & proprietat. Anton. de Butr. c. pervenit. extr. de censib. Bald. l. 2. C. de dot. promiss. Paul. de Castrens. cons. 323. incip. ex puncto transmisso. colum. 2. lib. 2. Bellemer. consil. 10. colum. 10. in princip. versic. item & aliter respondeo. & colum. 13. versic. plus dico. Alex. cons. 113. num. 4. lib. 1. Felin. c. de quarta. num. 41. extr. de præscription. Francisc. Balb. in tractat. de præscription. 2. part. 3. part principal. quæst. 10. num. 2. Aymon. Cravett. in tract. de antiquitat. tempor. 4. part. §. absolutu. num. 60.*

Quam præsumptio fortior, *Francisc. Balb. in tractat. de præscription. 2. part. 3. part. principal. quæst. 10. num. 21.*

Tum quia generaliter quælibet præsumptio ex antiquitate sive cursu longi vel longissimi temporis descendens, non est præsumptio juris, & de jure, sed est præsumptio juris tantùm, illaque tàm probatione, quàm præsumptione furtiori contrariæ tollitur, *Abb. cons. 61. colum. final. lib. 1. Capoll. cons. 25. ad fin. lib. 1. Alex. cons. 113. num. 4. lib. 1. Dec. l. si certis annis. num. 15. 16. & 17. C. de pactis. Cravett. in tractat. de antiquitat. tempor. part. 3. §. venio nunc ad tertiam. num. 28. & 30. Roland. à Vall. cons. 2. num. 132. lib. 1. Anton. Gabriel. Roman. in tractat. regular. lib. 1. titul. de præsumption. conclus. 1. num. 62.*

Prætereа quoque certum est, † quòd mala fides per indicia & conjecturas plenè & sufficienter probetur, *Bart. l. Celsus. numer. 18. & ibi Claud. de Seisell. num. 39. Franciscus Balb. part. 3. num. 17. ff. de usucapion. Bald. l. penult. C. de electionib. Alex. cons. 187. num. 8. lib. 2. cons. 54. num. 9. lib. 6. Mandell. cons. 28. num. 3. Francisc. Bursat. cons. 66. num. 10. lib. 1. Vasq. in controvers. illustrib. lib. 2. cap. 81. num. 3. Menoch. in tractat. de arbitrar. judic. quæst. lib. 2. centur. 3 casu 225. num. 2. Felin. c. si diligenti. num. 5. extr. de præscript. facit id quod tradit Rip. c. cùm Ecclesia Sutrina. num. 95. extr. de causs. possess. & proprietat.* 293

Et legibus expressè cautum nec non & à Dd. communiter traditum est, quòd mala fides probetur eo ipso, quòd vel constat vel probatur, quem habere scientiam rei vel juris alieni, prout hoc docui in ratione decidendi quadragesima sexta.

Similiter & mala fides probatur per famam, si videlicet de hoc extet publica vox vel fama, quòd illa res vel jus, quam rem sive quòd jus quis sibi arrogare præsumit, ad alium spectet vel pertineat, *Bart. l. Celsus. num. 18. & ibi Francisc. Balb. in repetit. part. 3. num. 17. ff. de usucapion. Capoll. in tractat. de servitutib. urban. prædior. cap. 20. num. 2. Socin. cons. 22. in fin. lib. 1. Matth. de Afflict. decis. 369. num. 9. Socin. jun. cons. 69. num. 52. lib. 1. Menoch. in tractat. de arbitrar. judic. quæst. lib. 2. centur. 3. cas. 225. num. 9.*

Similiter quuque & per id, quod aliquid in loco aliquo publicè notum est, sive publicè scitur, mala fides probatur, cùm per id, quod publicè notum est, perinde ut per famam scientia & notitia probetur, *gloss. l. si tutor verb. ostenderis. & ibi Bart. C. de pericul. tutor. gloss. §. qui autem verb. cognoverint. Institut. de excusat. tutor. gloss. 1. c. præsumitur de regul. jur. lib. 6. Anton. Gabriel Roman in tractat. regular. lib. 6. titul. de regul. jur. conclus. 5. num. 21. ubi ipse multa alia ad hoc citat.*

Eodem quoque modo & per hoc, quòd in aliquo loco per publicam promulgationem constat de jure alterius satis, superque probatur, aliquem in mala fide esse, cùm per hoc propter promulgationem publicè factam

factam

factam perinde, imò magis quàm per famam scientia & inducatur & probetur, *c. 1. & ibi Dd. extr. de postulat. Prælator. gloss. 6. propositi. verb. non probatur. distinct. 82. Anton. Gabriel Roman. in tractat. regular. lib. 6. titul. de regul. jur. conclus. 5 num. 9. 10. & 16.*

Multo verò magis per hoc, quòd quid in loco aliquo notorium est, probatur & præsumitur mala fides.

Cùm notorium non sit minoris, imò majoris efficaciæ ad probandam scientiam vel notitiam, quàm est fama publica, *gloss. l. 1. in fin. ff. de receptator. Alex. cons. 94. colum. penult. lib. 5. Iaf. l. 3 item. §. Lucius. colum. 2. ff. de liber. & posthum. Iaf. l. is potest. ff. de acquirend. hæredit. Anton. Gabriel Roman. in tractat. regular. lib. 6. titul. de regul. jur. conclus. 5. num. 18.*

Deinde quoque certum est, quòd in facto arduo, per id nempe, quòd quis nititur occupare jus sessionis, vel aliam dignitatem maximam ad alium spectantem, mala fides & præsumatur & probetur, *Panormitan. cons. 3. colum. 24. lib. 2. Feliu. c. si diligenti. num. 4. circ. fin. extr. de præscriptionib. Francisc. Balb. repetit. l. Celsus. part. 3. num. 22.*

Per id quoque, quod quis contra juris prohibitionem quid facit vel præsumit, mala fides probatur, *l. quemadmodum. C. de agricol. & censit. lib. 11. c. qui contra juris. & ibi Ioann. Andr. Dyn. & Dd. de regul. jur. lib 6. Menoch. in tractat. de arbitrar. judic. quæst. lib. 2. centur. 3. cas. 225. num. 6. & 7. ubi ipse multos alios Dd. ad hoc citat.*

Sed in casu præsenti agitur de facto admodum arduo & gravissimo, nempe de jure sessionis & prælationis Archiepiscopo Magdeburgensi, tanquam Primati Germaniæ competenti.

Illudque jus commune, quo cautum & sancitum est, quòd Archiepiscopus Magdeburgensis, tanquam Primas Germaniæ, quoad sessionem omnibus Archiepiscopis, Episcopis & Principibus tam secularibus quam ecclesiasticis præferri debeat, est in toto Romano Imperio & publicatum & publicè promulgatum & notorium, nec non & de eo apud omnes publica vox & fama extat.

Et illis statibus atque ordinibus, qui locum & sedem Archiepiscopo Magdeburgensi tanquam Primati Germaniæ competentem occupare nituntur, juris communis dispositio resistit.

Igitur sequitur, per hoc satis superque probari, illos status atque ordines esse in mala fide, illorumque prætensam possessionem, si de illa fides fieri posset, esse & injustam & illegitimam.

Rursus ex hoc infertur, illustrissimo Principi ac Domino, Domino J. F. postulato Administratori Primatus & Archiepiscopatus Magdeburgensis, ea, quæ in decima septima ratione dubitandi adducta sunt, non obstare nec refragari.

Iterùm ex hoc infertur, quòd domini adversarii se in casu præsenti propter malam fidem nulla præscriptione tueri vel juvare possint.

Quintò respondeo, † illud quod *Bart. in l. final. num. 17. C. unde vi.* tradit, & alii Dd. sequuntur, post lapsum triginta annorum malam fidem allegari non posse, procedere tantùm de jure civili. 294

Secus autem esse de jure canonico.

Namque secundum dispositionem juris canonici quòd in materia præscriptionis quoad hoc etiam in foro civili servandum est, etiam post lapsum triginta annorum mala fides allegari potest, *Aym. Cravett. consil. 147. num. 5 lib. 1. idem Aymon Cravett. in tractat. de antiquitat. temp. 4. part. §. materia ista. num. 20.*

Similiter illa decisio Bartoli & sequacium procedit tantùm quoad effectum, *d. l. final. C. unde vi.*

Secus autem est quoad alios effectus, *Corn cons. 207. colu. 3. lib. 3. Cravet. cons. 146. n. 5.*

Eodem modo illa doctrina Bartoli & sequacium procedit tantùm in mala fide præsumpta ex eo, quòd de antiquiori possessione alterius fides fit. Illa enim per cursum longissimi temporis triginta annorum nempe purgatur.

Eamque ob caussam post lapsum illius termini ulterius allegari nequit.

Secus autem est in mala fide vera vel etiam præsumpta, aliundè quàm ex antiquiori possessione alterius: Illa enim indistinctè post lapsum triginta annorum allegari potest, *Aretin. cons. 153. addit ad Bart. l. final. num. 17. C. unde vi. Cravett. cons. 146. nu. 6. Cravett. in tractat. de antiquitat. tempor. part. 4. §. materia ista. num. 20. Covarr. repetit. c. possessor. part. 2. §. 8. num. 4. de regul. jur. lib. 6.*

Sed in casu præsenti non agitur de effectu, *d. l. final. C. unde vi.* sed ad alium finem.

Et in casu præsenti mala fides dominorum adversariorum probatur non tantùm ex antiquiori possessione Archiepiscoporum Magdeburgensium, sed etiam aliundè, & non tantùm præsumptivè, sed etiam verè,

Igitur

Igitur etiam ex hoc ſequitur, illam doctrinam Barroli & ſequacium Primati Germaniæ & Archiepiſcopo Magdeburgenſi in caſu præſenti non obſtare.

295 Sextò † reſpondeo, quòd eo caſu, quando poſſidenti jus commune ſive juris communis præſumptio reſiſtit, is etiamſi habeat poſſeſſionem juſtam, legitimam & bona fide acquiſitam & continuatam, ſe nullius temporis præſcriptione tueri vel juvare poſſit, niſi is titulum habeat, *c. 1. & ibi Dd. de præſcription. lib. 6. Abb. c. ſi diligenti. num. 20. & ibi Felin. num. 7. uſq. ad nu. 12. extr. de præſcriptione. Dec. conſ. 134. num. 4. & 5. Rip. c. cùm Eccleſia Sutrina. num. 119. uſq. ad num. 127. extr. de cauſſ. poſſeſſion. & proprietat. Covarr. variar. reſolut. cap. 17. num. 7. lib. 1. Vaſq. in controverſ. illuſtrib. lib. 2. cap. 87. num. 1. cum multis ſequentib.*

Sed in caſu præſenti non tantùm præſumptio, ſed etiam diſpoſitio juris communis refragatur dominis adverſariis, qui locum atq; ſeſſionem Archiepiſcopi Magdeburgenſis, tanquam Primatis Germaniæ occupare nituntur.

Et domini adverſarii nullum penitùs titulum pro ſe habent.

Igitur ſequitur, dominos adverſarios ſe in caſu præſenti nullà penitùs præſcriptione tueri vel juvare poſſe, etiamſi de illorum poſſeſſione juſta & legitima, nec non & de bona fide & de lapſu temporis ad præſcriptionem ſufficientis fides fieri poſſet. Quod tamen neque hactenus probatum eſt, nec etiam ut opinor, unquam probari poterit.

Septimò reſpondeo, etiamſi probari vel fides fieri poſſet, in caſu præſenti contra Archiepiſcopum Magdeburgenſem tanquam Primatem Germaniæ aliquam præſcriptionem lapſam eſſe.

Attamen Archiepiſcopo & Archiepiſcopatui Magdeburgenſi contra illam præſcriptionem reſtitutionem in integrum concedendam & mediante illà reſtitutione permittendam, non obſtante ullà præſcriptione actiones ſuas ratione ſeſſionis & proponere & in judicium deducere.

296 Ad † decimam octavam rationem dubitandi patet reſponſio ex iis, quæ docui in 49. ratione decidendi.

Secundò, ad illam rationem dubitandi reſpondeo, Etiamſi probari poſſet, Archiepiſcopum Magdeburgenſem tanquam Primatem Germaniæ ſub iſta conſtitutione comprehenſum, & terminum ſive præſcriptionem in illa conſtitutione introductam, contra Archiepiſcopum Magdeburgenſem tanquam Primatem Germaniæ lapſam & completam fuiſſe.

Attamen ſuæ illuſtriſſimæ Celſitudini contra iſtam præſcriptionem & lapſum termini reſtitutionem in integrum concedendam, ſicut hoc docui in 53. ratione decidendi.

Ad decimam nonam rationem dubitandi ego reſpondeo.

Primò, in caſu præſenti non adeſſe neque lapſum temporis, neque renunciationem, vel conſenſum inde reſultantem, quæ Archiepiſcopo Magdeburgenſi tanquam Primati Germaniæ obeſſe poſſent, ſicut hoc ex ſupra deductis liquet.

Ideoq; in caſu noſtro fruſtrà tractatur de præſumenda ſolennitate in iſta renunciatione & conſenſu, quæ renunciatio ſive qui conſenſus in rerum natura non reperitur.

Tum quia non Entis nullæ ſunt qualitates.

Tum † quia ex hoc, ut præſumptio ex lapſu temporis colligi poſſit, requiritur atque neceſſe eſt, ut priùs de ſubſtantia actus conſtet, *Alex. conſ. 50. colum. 2. lib. 5. conſ. 179. colum. 3. lib. 6. Dec conſ. 442. colum. 4. Cravett. in tractat. de antiquitat. tempor. part. 3. §. venio nunc ad tertiam. num. 22.* 297

Secundò reſpondeo, † quoad hoc, ut ex lapſu decem annorum præſumptio aliqua colligi poſſit, requiri, ut illud tempus ſit omninò completum, nec ſufficere illud tempus de proximo complendum. Cùm quodlibet tempus regulariter de momento ad momentum computetur. 298

Tertiò reſpondeo, † quòd in caſu præſenti non habeat locum præſumptio ex lapſu temporis reſultans. 299

Tum quia hic agitur de præjudicio graviſſimo.

Tum quia jus reſiſtit & refragatur illis Principibus, qui locum & ſedem Archiepiſcopo Magdeburgenſi tanquam Primati Germaniæ competentē occupare nituntur.

Tum quia hactenus non eſt facta fides de ſcientia & patientia Archiepiſcoporum & Adminiſtratoris Magdeburgenſis.

Prout hæc omnia docui in reſponſionibus ad præcedentem rationem dubitandi.

Quartò reſpondeo, ea quæ in decima nona ratione dubitandi adducta ſunt, non habere locum in noſtro & ſimilibus caſibus.

Vel quando agitur de titulis ſivè honoribus aut dignitatibus eccleſiaſticis, *Bald. c. contingit.*

contingit. nu. 26. extr. de dolo & contumac. Bald. c. ex parte. colum. 1. extr. de testibus. Iaf. l. si certis annis. num. 15. limitat. 7. C. de pact.

Vel quando agitur de donatione, renunciatione aut remissione juris liquidi.

Sicut hoc satis probatur per id, quod tradit *Bald. l. final. C. ne de stat. defunctor. Iaf. l. si cert. ann. num. 15. limitat. ultim. C. de pact. Tiraquell. repetit. l. si unquam. verb. donat. largitus. nu. 209. C de revocand. donation.*

Vel quando illa persona, in cujus favorem illa præsumptio allegatur, est incapax illius juris, de quo agitur, *Bald. & Angel l. super longi. C. de præscript. long. tempor. Franc. Balb. repetit. l. Celsus. part. 3. num. 12. ff. de usucapionib.*

Prout omnes alii Principes tam seculares, quam ecclesiastici sunt incapaces illius sessionis, quę Archiepiscopo Magdeburgensi tanquam Primati Germaniæ competit, juxta text. clarum & expressum *c. diffinimus. dist. 22.*

Quintò respondeo, illam præsumtionem ex lapsu temporis descendentem, non esse præsumptionem juris & de jure, sed juris tantùm. Eamq; ob caussam contraria & probatione & præsumptione tolli & elidi.

Et ut opinor in casu præsenti facilè probari posset, in illa prætensa renunciatione & consensu nullas penitùs intervenisse solennitates vel requisita legitima.

300 Sextò † respondeo, quòd omnis donatio, omnisque renunciatio vel remissio juris liquidi ab Ecclesia vel ecclesiasticis personis facta, per se & ipso jure nulla sit, etiamsi in illa intervenerint vel adhibitæ fuerint omnes omninò solennitates legitimæ, sicut hoc facilè multis & textibus & authoritatibus firmis comprobari posset, quæ sciens prudensque omitto.

Septimò respondeo, quòd Primatibus, Archiepiscopatibus, Episcopatibus reliquisque Ecclesiis & Rebuspublicis, nec non & Primatibus, Archiepiscopis, Episcopis reliquisque Prælatis contra quemlibet actum, in quo ipsi læsi fuerunt, restitutio in integrum concedatur, etiamsi ille actus intervenientibus omnibus solennitatibus & requisitis legitimis celebratus fuerit, sicut hoc patet ex iis, quæ tradidi in rationib. decidendi.

Et ultra illa facilè & multis textibus & authoritatibus & rationibus firmis hæc comprobare possem.

301 Ad † vigesimam rationem dubitandi respondeo: Præsumptionem descendentem ex tarditate sive negligentia etiam longa, non esse præsumptionem juris & de jure, sed juris tantùm: Ideoque illa præsumptio non habet locum eo casu, quando de contrario liquet, vel per probationes vel per præsumptiones fortiores.

Namque clari & indubitati juris est, quòd quælibet præsumptio penitus & tollatur & elidatur, & per probationem contrariam, *l. final. in princ ff. quòd metus caussa. l. si chyrographum. & l. cùm de indebito ff. de probat. l. nuptura in siu ff. de jur. dot. l. filio quem pater in prin. ff. de liber. & posth. l. sive possidetis. C. de prob.*

Et per præsumptionem fortiorem, *l. divus ff. de in integr. restitut l non solùm §. 1. ff. de rit nuptiar. l. eum qui probabilem. C. de Episcop. & Cleric. cum simil. vulgaribus.*

Sed in casu nostro & per dispositionem juris communis, & per concessiones, privilegia & confirmationes Romanorum Pontificum & Imperatorum satis superque probatur, Archiepiscopum Magdeburgensem tanquam Primatem Germaniæ respectu juris sessionis optimam caussam fovere.

Igitur sequitur, ea, quæ in vigesima ratione dubitandi adducta sunt, Primati Germaniæ & Archiepiscopo Magdeburgensi nihil obstare.

Ad vigesimam primam rationem dubitandi ego respondeo.

Primò, † quòd Archiepiscopus Magdeburgensis tanquam Primas Germaniæ sub 302
constitutione Spirensi, & in illa præfinito termino non comprehendatur, quodq; sua illustrissima Celsitudo contra lapsum illius termini ipso jure servetur illæsa.

Secundò ego respondeo, illa, quæ in vigesima prima ratione dubitandi adducta sunt, non procedere respectu Ecclesiarum, Rerumpublicarum, Regum, Primatum, Archiepiscoporum & similium.

Namque illis judex quilibet post terminum quemlibet legalem & statutarium elapsum, restitutionem in integrum concedere, & mediante ista restitutione permittere debet, & potest jura sua deducere & proponere, sicut hoc docui in rationib. decidendi.

Multò verò magis judex quilibet ante terminum elapsum illis succurrere potest & debet, sicut hoc satis probatur per id, quod tradit *Angel. & Paul. Castrens. l. final. & ibi Iaf. nu 42. limitat. 5. ff. de fer. Paul. Castr. l. 1. C. de dilation. facit text. l. patre furioso. & ibi Iaf. ff. de his qui sunt sui vel alien. jur.*

Tertiò respondeo, ea, quæ in vigesima prima ratione dubitandi adducta sunt, non habere locum in Imperatore Romano, *c. ex ore. & ibi Petr. de Anchor. & Imol. extr. de his quæ fiunt à Prælat. sine consens. Capituli. Rip. l. 2. num. 16. limitat. 5. ff. de re judicat.*

Quartò

Quartò respondeo, illa secundum aliquorum Dd. sententiam non habere locum eo casu, quando adversarius nullum potest interesse prætendere, nisi solius temporis, *Paul. Castrens. l. 2. ff. de re judicat.*

Quintò respondeo, multos Dd. velle, quòd ex caussa justa & legitima judex possit prorogare dilationes & terminos legales & statutarios, prout hoc tradit *Bart. & Alex. l. 2. ff. de re judicat. Rom. singular. 414. Alex. l. si finita. §. Iulianus. colum. 18. ff. de damno infecto. Dec. c. cùm sit Roman. colum. 4. extr. de appellationib. Natt. Clement. sæpè. colum. 30. de verbor. significat.*

Eamque sententiam communiter receptam esse, attestatur *Natt. d. Clement. sæpè.*

Et hoc usque adeò verum est, ut judex præsertim si is sit Imperator Romanus prorogare & mutare possit, terminos legales & statutarios ex caussa justa & legitima, licet illa lex vel statutum, per quam legem sive per quod statutum terminus assignatus est, in contractum transiverit.

303 Namque † clari & indubitati juris est, quòd Imperator Romanus ex caussa justa & legitima, etiam jus alicui quæsitum ex contractu alteri auferre & diminuere possit, *Bald. l. donationes quas. C. de donat. inter vir. & uxor. Bald. l. final. ff. de senatoribus. Anton. de Butr. & Imol. c. cùm M. Ferrariens. extr. de constitutionib. Anton. de Butr. c. cùm omnes. colum. 5. vers. adverte tu Legista. extr. eod. titul. Roman. consil. 352. circ. fin. Alex. consil. 101. colum. 5. lib. 1. consil. 216. colum. 5. lib. 2. Socin. consil. 8. colum. 1. lib. 3. Tiraquell. in tractat. de de pœn. in præfation. num. 41. Anton. Gabriel Roman. in tractat. regular. lib. 3. titul. de jur. quæsit. non tollend. conclus. 5. num. 42. in quibus locis Tiraquell. & Anton. Gabriel Roman. multos alios Dd. ad hoc citant.*

Similiter quoque & Princeps sive Imperator Romanus ex caussa justa & legitima auferre potest, jus alicui quæsitum ex constitutione, lege, vel statuto, quæ vel quod in contractum transivit, *Anton. de Butr. c. cùm M. Ferrariensis, colum. 5. extr. de constitutionibus. Anton. de Butr. c. novit. colum. penult. extr. de judic. Dominic. c. 1. colum. 4. de constitut. lib. 6. cum multis similibus allegatis per Anton. Gabriel. Roman. in tractat. regul. lib. 3. titul. de jur. quæsit. non tollend. conclus. 6. nu. 19.*

Sed hæc caussa ad cognitionem Imperatoris Romani tanquam summi Principis spectat.

Et hactenus probatum non est, nec unquam probari poterit, Dominos adversarios ullum interesse præter lapsum solius temporis prætendere posse, quominus Primati Germaniæ permitti debeat actionem suam & jus suum respectu sessionis in judicium deducere.

Insuper etiam in casu præsenti adsunt multæ caussæ non tantùm justæ, verùm etiam justissimæ, suadentes quòd non obstante lapsu termini in constitutione Spirensi præfixi, Primati Germaniæ permitti debeat, jus suum actionesq; suas ratione sessionis & proponere & in judiciū deducere.

Igitur etiam ex hoc sequitur, ea quæ in vigesima prima ratione dubitandi adducta sunt, in casu præsenti locum non habere.

Præterea quoq; certi & indubitati juris est, quòd quilibet judex contra lapsum termini legalis & statutarii Primatibus, Archiepiscopatibus & Episcopatibus, nec non & Præsulibus illorum restitutionem in integrum concedere possit & debeat.

Ad vigesimam secundam rationem dubitandi ego respondeo, † Licet neque Minori neque Ecclesiæ neque ulli alii concedatur restitutio in integrum contra ea, quæ jure communi cauta sunt. 304

Attamen Minori, Ecclesiæ, Primatibus, Archiepiscopis, & similibus personis restitutionem in integrum contra hoc concedi, quòd ipsi terminum à lege, constitutione vel statuto præfixum labi passi fuêre, & intra illum terminum jura sua in judicium non deduxerunt. Sicut latè hoc comprobavi in rationibus decidendi nempe 53. & 65.

Ad vigesimam tertiam rationem dubitandi patet responsio ex † iis, quæ tradidi in 59. & 60. ratione decidendi. 305

Namque primò caussa honoris sive dignitatis non est caussa minima vel levis, sed est caussa maxima & gravissima.

Nec obstat, quòd caussa honoris sit caussa minima.

Attamen ego credo, hanc opinionem ita declarandam esse, quod non sit necesse, ut illæ scripturæ per se sint authenticæ vel publicæ, sed quod sufficiat, illas scripturas ratione Archivi pro authenticis & publicis reputari, licet illæ per se non sint neque authenticæ neque publicæ, prout hoc tradit *Cravett. in tractat. de antiquitat. tempor. part. 1. §. quartò limitatur. num. 2. quem refert atque sequitur Anton. Gabriel Roman in tractat. regular. lib. 1. titul. de probation. conclus. 5. nu. 13. circ. fin.*

Secundò † credo, illam sententiam, si 17
aliquo casu sustineri possit, ita declarandam esse, quod Archivus publicus talem præsumptioné pro se habeat, quod omnes omninò scripturæ in illo positæ ratione Archivi publicæ & authenticæ præsumantur, licet illæ scripturæ per se & sua natura sint, & privatæ, & neq; publicæ neq; authenticæ, quodq; illi præsumptioni standum sit, donec contrarium ab allegante probetur.

Namque clari & indubitati juris est, [illegible]
quod regulariter stetur præsumptioni, donec contrarium probetur, quodque præsumptio & eum pro quo militat, ab onere probandi relevet, atque onus probandi in adversarium transferat. *l. ab ea parte. ff. de probation. l. fin. in princip. ff. quod metus causa. l. 1. & l. sive possidetis. C. de probationib. Bart. l. in illa stipulatione si Calend. ff. de verb. signif. Hippol. de Marsil singul. 451. Francisc. Herculan in tract. quis teneatur probare negativam. lib. 4. ubi ipse multos alios Doctores ad hoc citat.*

Nec non & illum majori onere probandi gravet, *Bald. l. fin. in princ. arg. ill text. ff. quod metus*

metus cauſ. Specul. in tit. de probat. §. fin. colu. fin. verſ. quartum. Panor. c ultim. in fin. extr. de Preſbyter. non baptiz. Abb. c. quia veriſimile. extr. de præſum. Alex. l transactionem. C. de transact. Dec. conſ. 165. col 6. Hippolyt. de Marſil. ſing. 451. Tiraquel. repet. l. ſi unquam in præfat. nu. 38. C. de revocand. donat Franciſc. Herculan. in tractat. quis teneatur probare negativam. nu. 4. in quibus locis & Tiraquell. & Franciſc. Herculan. multa alia ad hoc citant.

Huc accedit, quod præſumptioni ſtandum & inhærendum ſit, quando veritas aliter haberi nequit, *Calcan. conſ. 8. col. 6. Hippolyt. de Marſil. ſing. 451.*

29 Tertiò † poſito, illorum Dd. ſententiam qui ad hoc, quod ſcriptura in Archivo publico inventa & ex eo producta, fidem faciat, requirunt, quod in iſto Archivo tantum ſint ſolitæ conſervari ſcripturæ publicæ & authenticæ, aliquo caſu ſalvari poſſe.

Attamen iſta opinio meo judicio nullo modo locum habet, eo caſu, quando à communiter accidentibus ſive ut plurimum in iſto Archivo ſolent cuſtodiri & conſervari ſcripturæ vel inſtrumenta authentica, licet interdum ibidem reponantur etiam illa, quæ conſtat authentica non eſſe.

30 Namque clari & indubitati juris eſt, † quod bonum ſit argumentum à communiter accidentibus ſive ab illis, quæ ut plurimum fieri ſolent, quodque illud argumentum etiam in materia probationis concludat, *c. 1. & ibi Cardin. Ioann. Calderin. Ioann. de Imol. Panorm. & Dd. extr. de Cleric. non reſidentib. l. ideoq. & ibi gloſ. ff. de legibus l. quædam numularios. ff. de edend. gloſ. l. cum dotem. & ibi Bald. C. de jur. dot. Bald. l. neq. C. de nupt. Bald. auth. ſi quis in aliquo colu. pen. C. de edend. Bald. Rubr. column penult. C. de privileg. dot. Bald. c. fin. extr. de cauſ. poſſeſ. proprietat. Bald. c. 1. §. vaſſallus el. 1. ſi de feud. defunct content. Bald. conſ. 70. col. 2. lib. 1. Cyn. l. cum oportet. in princip. & ibi Bald. C. de bon. quæ liberis Angel l. contrahitur. ff. de pignor. Petr de Anchor. Clement. 1. de probat. Felin. c in præſentia. col. 7. verſ. quartò limita. extr. de probation. Ioann. Fabr. l. neque natales. C. eod. titul. Salyc. & Alexand l. non hoc & ibi Iaſ. nu. 15. limit. 3. C. unde legitimi. Nicol. Everhard. in ſua Topica in loco à communiter accidentibus per tot præſertim verò. num. 6. Cravett. conſ. 6. num. 23.*

Uſque adeò ut probatio concludens per argumentum à communiter accidentibus ad ſententiam diffinitivam proferendam ſufficiat. *Calderin. c. 1. extr. de cleric. non reſidentib. Abb. conſ. 114. lib. 2. Iaſ. l. non hoc. nu. 15. limitat. 3. C. unde legitim.*

Huc etiam accedit id, quod Dd. tradunt, quod ex frequentia & generalitate præſumatur, verum eſſe illud, quod frequenter & generaliter ita fieri conſuevit, niſi probetur, quod aliter factum ſit, *Bald. conſ. 351. circ. fin. lib. 1. Cravett. conſ. 6. nu. 23.*

Quartò poſito, illorum Dd. ſententiam qui concludunt † ad hoc, ut ſcriptura ex Archivo publico producta fidem faciat, re- 31 quiri, ut in iſto Archivo ſolummodò inſtrumenta publica vel authentica conſerventur, aliquo caſu ſalvari poſſe.

Attamen ego judico, iſtam opinionem abſque omni dubio locum non habere eo caſu, quando major ſive potior pars ſcripturarum in iſto Archivo inventarum eſt publica vel authentica.

Tum enim aliæ ſcripturæ in iſto Archivo repertæ publicæ & authenticæ cenſentur & præſumuntur, etiamſi probari vel fides fieri poſſit, interdum in iſto Archivo ſcripturas etiam non authenticas conſervatas vel repoſitas fuiſſe.

Cum ſit clari & indubitati juris, quod † 32 in mixtis ſemper id quod majus, potentius vel efficacius eſt, inſpiciendum & ſequendum, nec non ſecundum illud omnia illa regulanda ſint, *l. quæritur. ff. de ſtatu hominum. l. imperium. & ibi Alex. & Iaſ. nu. 3. ff. de juriſdict. omn. judic l. is qui Reipublicæ ff. ex quib. cauſis maior. l. domum. ff. de contrahend empt l. quæſitum. §. illud fortaſſe. ff. de legat. 3. l etſi non ſunt. §. perveniamus. ff. de aur. & argent. legat. l. quicquid §. cum partes. ff de acquir rerum Domin. l. ſi vir. ff. de uſucap. pro donat. l repetundarum. §. Hermophroditus. ff. de teſtibus. l. tenetur. §. 1. ff. de act. empt. Alciat. l. 2. in princip. num. 31. ff. de verb. obligat. Laurent. Sylvan. conſ. 92. num. 3. Beneven. Strac. in tractat. de Mercator. part. 1. nu. 50. & 52. Bart. l. 1. §. 1. ff. de locat. & conduct. Signoroll. conſ. 48. column. fin. conſ. 95. col. 2. Alex. conſ. 119. col. 3. lib. 5. Albert. Brun. conſ. 43. colum. 3. Anton. Rub. conſ. 142. colum. final. Tiraquell. in tractat de utroque retract. part. 1. §. trigeſimo gloſ. 1. num. 10. Menoch. in tract. de recuperand. poſſeſſion. remed. 9. nu. 15.*

Zum fünfften/ † Ad hoc, ut ſcriptura publica ex Archivo producta fidem faciat, 33 aliqui Dd. requirunt, ut Archivus ſit locus publicus, *Auth. ad hæc. C de fid. inſtrument. §. illud. auth. de his qui ingred. ad appelland. Bald. Rubr. num. 43. C. de fide inſtrument. Bald.*

 l. com-

l. comparationes nu. 9. & ibi Salycet. nu. 13. C. de fide instrument. Ias. repet. l. admouendi. nu. 94. ff. de jurejurand. gl. cum causam & ibi Panormit. nu. 1. versic. secundò dicit ista gloss. Felin. n. 7. Dec. n. 7. Hostiens. colu. 2. Anton. de Butr. num. 8. Henric. Boick. num. 4. extr. de probation. gloss. c. ad audientiam. verb. librum censualem & ibi Imol. num. 3. extr. de præscription. Carol. Molin. in consuetud. Paris. titul. 1. §. 5. n. 26. Roman. cons. 165. Hippolyt. de Marsil. Rubr. num. 312. C. de probation. Hyppol. de Marsil. cons. 20. nu. 57. & cons. 43. num. 11. Anchoran quæst. 49. num. 3. lib. 1. Cacheran. decis. 69. Tiber. Decian. cons. 24. num. 47. lib. 1. Ioann. de Anania. ad audientiam. num. 5. extr. de præscript. Ioann Andr. in addit. ad Specul. §. nunc dicendum verb. si Oeconomus, vers. quintum supplementum titul. de instrument. edition.

34 Artamen illud penitus indubitatum est, † quod omnis Camera vel locus Principis vel Ducis, in qua Camera sive loco scripturæ vel instrumenra Principis vel Ducis sive ad Principem vel Ducatum pertinentia conservantur, & locus publicus & Atchivus publicus esse dicatur, *c. ad audientiam. §. nos igitur extr. de præscript. Cacheran decis. 69. nu. 5. & 6. ubi ipse multa alia ad hoc citat.*

35 Et aliqui Dd. volunt, † ad hoc, ut scriptura producta ex loco aliquo fidem faciat, sufficere, licet is locus non sit publicus, dummodo tamen is locus sit vel non suspectus, *Roman. cons. 165. vel authenticarum personarum. Imol. c. 1. n. 8. extr. de in integr. restit.*

36 Zum sechsten / † Mulri Dd. ad hoc, ut scriptura ex Archivo publico producta fidem faciat, requirunt, ut Archivus publica authoritate ad hoc sit deputatus sive destinatus, ut in eo scripturæ publicæ vel authenticæ conserventur sive ibidem reponantur, *Ioan. Andr. in addit ad Spec §. nunc dicendum verb. si Oeconomus vers. quintum supplementum titul. de instrument. edition Bald. l. exemplo. nu. 1. vers primus. C. de probation. Bald. Rubr. nu. 43. C. de fide instrument. Carol. Molin. in consuetud. Paris. titul. 1. §. quintò. num. 30. Panormitan c. 2. num. 6. extr. de fide instrument. Florian. l. census. n. 3. vers. primus casus. ff de probationib.*

37 Ad hoc tamen quod † Archivus publica authoritate erectus, vel ad id depuratus esse censeatur, ego credo non requiri, vel decretum vel sententiam judicis, vel etiam legem, constitutionem aut statutum. Sed sufficere judico, quod cum consensu Principis, Ducis, vel alterius Magistratus in tali loco sunt repositæ vel conservatæ scripturæ authenticæ, quodque eo ipso, quod interveniente consensu, vel etiam scientia Ducis, Principis vel alterius Magistratus in loco aliquo scripturæ publicæ vel authenticæ conservantur vel reponuntur, is locus ad hoc deputari & erigi intelligatur.

33 Namq; clari & indubitati juris est, † quod voluntas non tantùm verbis, sed etiam rebus ipsis & factis declaretur, *l. de quib. circ. fin. ff. de legib. l. recusari & ibi gl. ff. de acquirend hæreditat. l. Paulus respondit. ff. rem rat. haber. l. reprehendenda & ibi Ias. C. de instit. & substitut.*

Quinimò facta sunt longè & efficaciora & fortiora & potiora ad declarandam voluntatē quàm sunt verba. *l. si tamen. §. ei qui servum. ff. de ædilit. edict gloss. c. dilecti argument. ill. text. extr. de appellat. Petr. de Anchor. cons. 302. Rom. cons. 291. nu. 4. Thom. Grammat. cons. civil. 150. num. 24. & cons. criminal. 13. n. 3. cons. 31. nu. 3. Thom. Gramm. not. 10. nu. 1. Tiraquel. in tract. de utroq. retract. part. 2. in fin. nu. 75.*

Et prædicta generaliter quidem vera sunt, potissimum autem procedunt eo casu, quando in loco aliquo ultra tempus longum decem nempe annos, instrumenra vel scripturæ alicujus Principis aut Ducis, vel etiam aliàs authenticæ conservatæ fuêre.

39 Namq; certum est, † quod ex lapsu temporis longi decem annorum & præsumatur & probetur, in actu aliquo intervenisse omnia omninò necessaria omniaq; requisita, *l. filiusfamilias. & ibi Bald Salycet & Dd C. de petit. hæredit. l. qui in aliena. §. 1. & ibi Alex. Ias & Dd. ff. de acquirend. hæreditat. Roman. Alex. Ias. & Dd. l. sciendum. ff. de verb. obligation. Cravett in tractat. de antiquitat tempor. part. 3. §. venio nunc ad tertiam & §. vidimus in genere Anton. Gabriel. Roman. in tractat. regular. lib. 1. titul. de præsumpt. conclus. 1. in quibus locis. Anton. Gabriel. Roman. & Cravett. multos alios Dd. ad hoc citant.*

40 Illudq; penitus indubitatum est, quod Duces & Principes seculares Imperii Romani habeant jus, potestatē & facultatem erigendi Archivum publicum, prout hoc expressè & in specie tradit *Cacher decis. 69.*

41 Et confirmatur, Namq; † Princeps seculares Imperii Romani habent omnia jura & regalia & fiscalia, & in illorum territoriis fruuntur omnibus privilegiis & præeminentiis & imperatoriæ Majestati & Regibus concessis. *Bald. l. more ff de jurisd. omn. judic Bald l. receptitia. C. de constit. pecun. Bald. l. exemplo. C. de prob. Bald. cons. 188. n. 6. lib. 2. Ang. cons. 137. incip. in causa accusationis. Paul. Castrens.*

cons.

conf. 34. incipient. super primo dubio. lib. 2. Alex. conf. 2. nu. 9 lib. 1. conf. 1. nu. 29. lib. 5. conf. 12. nu. 9. lib. 7. Barbat. conf 34. nu. 62. lib. 2. Cuman. conf. 158. & conf. 172. Socin. conf. 3. & conf. 66. lib. 3. Curt. jun. conf. 1. nu. 29. conf. 61. nu. 9. & conf. 100. num. 2. Albert. Brun. conf. 3. num. 7. conf. 19. nu 4. & conf. 45. num. 18. & 19. Dec. c. pastoralis in princip. nu. 2. extr. de appellationib. Dec. conf. 191. Calcan. conf. 2. conf. 7. & conf. 26. Ias. conf. 100. nu. 2. lib. 4. Ruin. conf. 20[illegible]. num. 2. lib. 3. & conf. 130. num. 2. lib. 5. Socin. jun. conf. 73. num. 4. lib. 1. conf. 33. nu. 9. conf. 76. num. 11. conf. 93. num. 3. conf. 98. nu. 1. conf. 136. num. 1. lib. 3. Socin. jun. conf. 4. num. 18. conf. 17. num. 10. conf. 60. num. 7. conf. 76. num. 11. & 14. conf. 92. num. 2. & 7. lib. 4. Stephan. Bertrand. conf. 360. nu. 4. lib. 1. conf. 156. lib. 3. Roland. à Vall. conf. 26. conf. 29. num. 24. & conf. 30. & conf. 86. num. 13. lib. 1. & in libr. quæstion. de lucr. dot. quæst. 3. num. 8. Nevizan. conf. 26. num. 1. Aym. Cravett. conf. 135. colu. 2. Zas. conf. 1. num. 21. & 22. lib. 2. Ias. conf. 70. column. 4. lib. 3. Curt. senior. conf. 73. num. 28. Nicol. Bellon. repetit. Rubr. num. 13. ff de offic. eius cui mandat. est jurisdict. Ias. conf. 235. nu. 1. lib. 2. Cardin. Paris. conf 17. num. 4 lib. 2. Roland. à Vall. conf. 1. nu. 49. 50. & 51. & conf. 4. num. 42. lib. 3. Natt. conf. 437. nu. 9. Festas. in tract. de collect. part. 2. §. quid sit collecta. num. 22. Ascan. Clemens. in tract. de patr. potest. effect. 2. nu. 41. Bellon. conf. 51. num. 3. conf. 59. num. 8. cum mult. sequentib. Roman. conf. 59. num. 7. & ibi Horat. Mandos. in addit. Cacheran. decis. 355. num. 1. Francisc. Bursat. conf. 4. num. 20. lib. 1. Hippol. Riminald. conf. 25. num. 49. conf. 57. num. 17. conf. 68. num. 18. lib. 1. Paul. de Orian. repetit. l. 1. num. 60. ff. de offic. eius cui mandat. est jurisdict. Hippolyt. Riminald. conf. 57. num. 17. 18. 19. 20. & 21. conf. 68. num. 17. 18. 19. & 20. lib. 1. conf. 221. num. 2. cum mult. sequentib. lib. 2.

42 Zum siebenden / † Ad hoc ut scriptura ex Archivo publico, producta fidem faciat, requiritur atque necesse est, ut illa scriptura habeat testimonium publicum, *auth. ad hac. & ibi gloss. verb. testimonium publicum. Cyn. Bart. Ang. Paul. Castrens. C. de fid. instrument. §. illud. vers. si verò etiam ex publicis & ibi gl verb. testimonium. Bart. num. 2. & 3. auth. de his qui ingred. ad appelland. c. ad audientiam §. nos igitur & ibi gloss. verb. librum censualem. & ibi Panormitan. nu. 11. extr. de præscript. Azo in sua summa C. de fide instrument. nu. 9. Cardin. Zabarell. conf. 72. n. 6. & 7. Corn. conf. 142. num. 6. lib. 3. Cacheran. decis. 69. nu 3. & nu. 8. circ. fin. Hier. de Mont. in tract. de finib. c. 63. nu. 11. Roland. à Vall. conf. 75. n. 5. lib. 4. Carol. Molin. in consuetud. Paris. titul. 1. §. 5. num. 26.*

Vel † illius Magistratus cui Archivus subest, *gl. d. auth. ad hac verb. testimonium publicum. C. de fid. instrument. gloss. c. ad audientiam verb. librum censualem & ibi Panormit. num. 11. extr. de præscr. Azo in sua summ. C. de fid. instrum. n. 9. Cardinal Zabarell. conf. 72. nu. 6. & 7.* 43

Vel † Commentariensis sive Officialis Archivo præpositi, *gloss. d. auth. ad hac verb. testimonium publicum & ibi Bart. Ang. Paul. Castrens. C. de fid. instrum. Bart. §. illud. nu. 2. & 3. auth. de his qui ingred. ad appell. Bart. auth. at si contractus nu. 1. & 2. C de fid. instrument. Panormitan. c. ad audientiam. nu. 11. & ibi Card. Zabarell. Felin. nu. 15. vers. septima conclusio, extr. de præscription. Cardinal. Zabarell. conf. 72. num. 6. & 7. Gemin. conf. 82. nu. 5. 6. & 7. Corn. conf. 142. nu. 6. lib. 3. Cravett. in tractat. de antiquitat. tempor. part. 1. §. quartò limitatur. nu. 1. Anton. Gabriel. Roman. in tractat. regular. lib. 1. titul. de probat. conclus. 5. nu. 14. Cacheran. decis. 69. nu. 3. & 8. circ. fin. Roland. à Vall conf. 75. nu. 5. lib. 4. Hier de Mont in tract. de finib. c. 63. n. 11. Carol. Molin in consuetud. Paris. titul. 1. §. 5. nu. 26.* 44

Nec etiam † ad hoc, ut scriptura ex Archivo publico producta fidem faciat, requiritur, ut ille Commentariensis sive Officialis præpositus Archivo, sit Notarius, sed illius testimonium sufficit, etiamsi is Notarius non sit, *Paul. Castrens. d. auth. ad hac. C. de fide instrument. Panormitan c. ad audientiam. n. 11. & ibi Cardinal. Zabarell. extr. de præscript.* 45

Ideoq; etiam Cancellarii alicujus Ducis vel Principis testimonium quoad hoc sufficit, eo præsertim casu, quando custodia Archivi ipsi commissa est, *Corn. conf. 142. n. 6. lib. 3. Tiber. Decian conf. 24. nu. 48. lib. 1. ubi ipse affirmat, hanc sententiam omnes Dd. amplecti.*

Et quo ad hoc sufficere judico, † ut vel Magistratus vel Commentariensis, Archivista, sive Præpositus Archivi attestetur, scripturam & in Archivo repositam sive conservatam & ex illo productam esse, *gl. d. auth. ad hac verb testimonium publicum. C. de fid. instrum. Azo in sua summa. C. eod. tit. nu 9. gl. c. ad audientiam verb. librum censualem & ibi Panorm. nu. 11. extr. de præscrip. Gemin. conf. 82. nu. 5. 6. & 7. & gloss. in d. auth. ad hac ibidem sequuntur, & cum ea pertransennt. Albericus de Rosat. Ang. & Paul. Castrens.* 46

Eandem quoq; opinionem sequitur *Cacheran. decis. 69. nu. 5. ubi ipse affirmat, hanc sententiam etiam amplecti. Bart. Bald. Ang. Alberic. de Rosat. Paul. Castrens. Innocent. Abb. Roman. Felin. & Cagnol. in locis ab ipso citatis.*

Et sic liquet, hanc sententiam communiter receptam.

47 Et licet aliqui Dd. velint,† quod ad hoc, ut scriptura inventa in Archivo publico & ex illo producta fidem faciat, requiratur atque necesse sit, ut constet vel probetur, quod ista scriptura authoritate publica in Archivum publicum redacta, vel Archivo deputata sit, *Ioann. Andr. in addit. ad Specul. §. nunc dicendum. verb. si Oeconomus vers. quintum supplementum titul. de instrum. edit. Bald. Rubr. num. 43. C. de fide instrument. Panormitan. c. 2. num. 6. extr. de fide instrument. Alex cons. 138. n. 5. lib. 1. Corn cons. 142. nu. 6. lib. 3. Anchoran. quæst. 49. num. 6. lib. 1.*

48 Attamen quoad hoc contrarium,† quod videlicet scriptura in Archivo publico reperta, & ex illo producta fidem faciat, licet non constet à quo sive cujus authoritate illa scriptura in Archivum redacta vel reposita sit, tenet *Tiber Decian. cons. 24. nu. 50. vers. item & ultimò respondeo lib. 1.*

Similiter quoad hoc contrarium tenent Dd. communiter supra relati, dum videlicet ipsi concludunt, quod ad hoc, ut scriptura Archivi fidem faciat, sufficiat probare vel constare, quod illa scriptura in Archivo sit inventa, & ex illo producta.

Eodem modo hanc sententiam contrariam amplectitur *Cagnol. repetit l. 2. nu. 324. argument. ill. text. ff. de origin. juris.*

49 Illamque † contrariam sententiam ego veriorem esse judicio.

Et ad illam contrariam sententiam tenendam moveor.

Tum quia præcedens opinio nulla lege nititur.

Et certum est nec non & superius comprobatum, quod illa sententia quæ nulla lege nititur, nullo modo tenenda vel sequenda sit.

Tum quia textus decidentes, quod scriptura Archivi plenam fidem faciat, tantum requirunt, ut illa scriptura sit in Archivo inventa, & ex illo producta, nec ultra hoc exigunt, ut illa scriptura sit authoritate publica Archivo deputata, vel in Archivum redacta. *Auth. ad hæc. C. de fid. instrument. § illud vers si verò etiam ex publicis auth. de his qui ingred. ad appella id cum similib. allegat. supra.*

Et certum est, nec non & superius comprobatum, quod illud quod lex non dicit vel requirit, nec nos dicere vel requirere debeamus.

Tum quia illa opinio refragatur generalitati illorum textuum, in quibus generaliter deciditur, scripturam repertam in Archivo publico & ex eo producta plenam fidem facere, nec distinguitur, utrum illa scriptura authoritate publica in Archivum redacta sit, an verò non.

Et posito,† hanc sententiam aliquo casu salvari posse. 50

Attamen ego statuo in dubio præsumi, scripturam inventam in Archivo publico & ex illo productam authoritate publica in Archivum esse redactam, & Archivo deputatam, prout hoc est de mente *Tiber. Dec. cons. 24. num. 50. versicul. item & ultimò respondeo lib. 1. Cagnol. l. 2. n 324. ff. de origin jur.*

Illudque potissimum procedit eo casu, quando illa scriptura longo tempore decem nempè annis vel ultra in Archivo publico conservata fuit. Tunc enim multò magis præsumitur, quod illa authoritate publica in Archivum redacta & Archivo deputata fuerit, prout hoc tenet *Tiber. Decian. cons. 24. nu 50. versicul. item & ultimò respondeo lib. 1.*

Et confirmatur:† Tum quia clari & indubitati juris est, quod ex lapsu temporis longi præsumatur authoritas superioris, sive in actu aliquo intervenisse superius authoritatem, *Bald. & Paul. Castrens. l. si filiusfamilias. C. de petit. hæreditat. Ang. l. qui in aliena & ibi Imol. Raph Cuman. & Iason ff de acquirend. hæreditat. Bald. l. sive possidetis. col. 1. in fin. C. de probation. Gemin. c. Ordinarii §. 1. columm. 2. extr. de offic. ordinar. Ias. l. sciendum. col. 6. ff. de verb obligat Anton. Gabriel. Roman. in tractat. regul lib. 1. titul. de præsumpt. conclus. 1. nu. 10. ubi ipse multos alios Dd. ad hoc citat.* 51

Tum quia ex lapsu temporis longi vel longissimi præsumitur, in actu aliquo intervenisse superioris & licentiæ, *Franc. Aret. cons. 36 in princip. Dec cons. 409 colum. 1. capit. decis. 4 colu. fin. Ias. l. sciendum. colu. 3. ff. de verb obligat. Cravett. in tract. de antiquitat. temporis part. 5. § vidimus in genere, nu. 31. Anton. Gabriel. Roman. in tractat. regular. lib. 1. titul. de præsumpt. conclus. 1. num. 48.*

Et consensus, *Imol. c. officii colum. 13. extr. de testament. Roman. l sciendum. colum 9. vers. tertiò quod si appareat. ibi Ias. colu. 6. ff de verb. obligat. Alex. cons. 101. colu. 4. in fin lib. 7 Ias. l qui in aliena. colu. 5 ff. de acquir. hæreditat. Ias. l si certis annis. col. 3. C de pact. Dec. l. 1. lect. 3. colum. 3 C. qui admitti. Cravet in tract. de antiquitat. tempor. part 3. §. vidimus in genere. n. 30. Ant. Gabr. Rom. in tract. regul. lib. 1. tit de præsumpt. concl. 1. n. 7. & 9. ubi ipse multos alios Dd. ad hoc citat.*

Et de-

Et decretum, *Calcan. conſ. 11. colum. 5. circ. med. Dec. l. 1. colum. 4. circ med. C qui admitti. Cravett. in tractat. dd antiquit. tempor. part. 3. §. vidimus in genere. nu. 35.*

Tum quia ex lapſu temporis longi vel longiſſimi præſumitur & probatur, in actu aliquo interveniſſe omnis ſolennitas etiam extrinſeca omniaq; requiſita & neceſſaria, *l. filiusfamilias & ibi Bald. & Dd. C de petit. hæredit at. l. qui in aliena. §. 1. & ibi Alex. Iaſ. & Dd. ff. de acquirend. hæreditat. Iaſ. & Dd. l. ſciendum. ff. de verb. obligat. Cravett. in tractat. de antiquitat. tempor. part. 3. §. venio nunc ad tertiam. & §. vidimus in genere per tot. Anton. Gabriel. Rom. in tract. it. regul. ar. lib. 1. tit. de præſumpt. concluſ. 1.*

Illaq; præſumptio ejus efficaciæ eſt, ut & illi ſtetur, donec contrarium probetur, utq; & eum pro quo militat, ab onere probandi relevet, & illud onus in adverſarium transferat, prout hoc ſuperius docui.

52 Deinde etiam † quoad hoc, ut ſcriptura inventa in Archivo publico & ex eo producta ab initio authoritate publica in Archivum redacta, & Archivo deputata ſit. Ego ſolins Commentarienſis ſive Officialis vel Præpoſiti Archivo plenam fidem adhibendam eſſe ſtatuo, ſicut hoc ſatis probatur.

Tum ex ſupra deductis.

53 Tum † quia regulariter in his quæ ad officium alicujus pertineat, illi plena fides adhibetur, *Ruin. conſ. 56. columm. 3. lib. 1. Rebuff. l. 2. column. 1. verſicul. & adverte. C. de ponderatorib. & aur. illation. lib. 10. Grammat. conſ. civil. 24. col 2. fac. text l. 1. § cura carnis, verſ. quies & ibi Bald. ff. de offic. præfect urb. l. magis puto. §. ne tamen & ibi gloß. & Bart ff. de rebus eorum. l. Divus & ibi Bart ff. de cuſtod. reor. l. ſi quis decurio. C. de falſ. l. apparitores. C. de exactor tributor. lib 10. c cum parati. extr. de appellation c. bonæ el. 1. extr. de election. c. cum dilecti. extr de dolo & contumac. c. ſi forte diſt. 65 cum mult. ſimilib. alleg. per Tiraq. in tract. de utroq. retract part. 1. §. 3. gl. 9. num. 10.*

54 Et licet aliqui Dd. velint, † ad hoc, ut ſcriptura reperta in Archivo publico & ex eo producta fidem faciat, requiri, quod Commentarienſis, Cancellarius, Secretatius ſive alius Officialis Archivo publico prepoſitus, atteſtetur, illam ſcripturam non tantum in Archivo publico inventam, & ex eo productam, ſed etiã eam ſcripturã Archivi eſſe, *Corn. conſ. 142. n. 6 lib. 3. Dec. c ad audientiam n. 7. extr. de probat. Dec. auth. ſi quis in aliquo. nu. 25. C. de edend. Dec. conſ. 458. n. 5. Cacher. in. deciſ. 69. n. 3. Cravet. in tract. de antiquit tempor. part. 1. §. quartò limitatur. n. 1. circ. fin. Anton. Gabriel. Rom. in tract. regul. lib. 1. tit. de probation. concl. 5 n. 14. Roland. à Vall. conſ. 75. nu 5. & 6. lib. 4. Hieron. de de Mont. in tract. de finib. c. 63. n. 11. & idem videatur eſſe de mente Tiber. Decian. conſ. 24. n. 50. & 51.*

Attamen contrariam ſententiam, † quod videlicet quoad hoc, ut ſcriptura in Archivo publico reperta & ex illo producta fidem faciat, ſufficiat, quod Officialis vel Magiſtratus ſolummodo atteſtetur, illam ſcripturam in Archivo publico repertam, & ex illo productam eſſe, tenent *gl. juris canonici & civilis, nec non Azo. Panormitan. Geminian. & multi alii Doctores ſuprà citati.* 55

Illaque † contraria opinio meo judicio omninò ſequenda & tenenda eſt. 56

Tum quia illam opinionem amplectuntur gloſſæ utriuſque juris.

Et certum eſt, † quod gloſſæ authoritas cæteros omnes Dd. antecellat & ſuperet, *Bart. Bald. Alex. Iaſ. & Dd. l. ut vim ff de juſtit & jur. Roland. à Vall conſ. 14. nu. 39. & 40. lib. 3.* 57

Tum quia † regulariter opinio gloſſæ & attendenda & ſequenda eſt, *Iacob. de Burr. l. 1. C. qui pro ſua juriſdict. Dd. l. ut vim. ff. de juſtit. & jur. Bald. l final. nu. 9. C de pœn. judic qui malè judic. Pariſ de put. in tract. Syndicat. verb. judicare. c. 8. incip. An. ſi judex qui dedit. n. 11. Alex. l. quæ dotis. nu. 4. ff. ſolut. matrim. Dec. conſ. 146. Grat. conſ. 75. colum. 4. nu. 21. lib. 2 Roland. à Vall. conſ. 94. nu. 25. lib. 1. Riminald. §. hoc quoque. num. 18. Inſtitut. per quas perſon. nob. acquirit.* 58

Etiamſi † Dd. magis communiter contrarium teneant, *Felin. c. 1. n. 14. limit. 2. & ibi Franciſc. Coß quæſt. ultim. limitat 2. nu 25. extr. de conſtit. Dec. conſ. 23. prope fin. verſ. non obſtat. ſi dicatur. Purpurat. l. ſi idem cum eodem. §. ſi una actio. num. 13. ff. de juriſd omn judic. Curt. jun. conſ. 160. nu. 12. Ioann. Baptiſt. Ferrett. conſ. 48 nu. 3. Petr. Duenn. lib. 2. reg. 6. nu. 6.* 59

Tum † quia hanc opinionem ultra gloſſas amplectitur *Azo*, qui fuit & mens legum, *Cyn. l. certi iuris C. de locat. & conduct.* 60

Et vas electionis, *Bald. l. contractus. C. de fid. inſtrument.*

Et inter omnes gloſſatores Principatum obtinet, *Corn. conſ. [illegible]. lib. 3.*

Tum † quia opinio gloſſæ præſertim ab uno vel pluribus Dd. approbata communis eſſe reputatur, & tanquam communis ſequenda eſt, *Iaſ. l. ut vim. n. 35. ff de iuſtit. & iur. Thom. Ferrat. caut. 17. num. 2. Hieron Grat. conſ. 131. num. 20 lib. 1. conſ. 73. nu. 22 lib. 2. Franciſc. Coß. cap. 1. nu. 26. extr. de conſtitut Viv. in tract. commun. opinion. lib. 1. num. 182. incip. iudex in iudicando.* 61

Tum quia ex numero illorum Dd. qui supra allegati sunt, liquet, illam sententiam amplecti Dd. & numero plures & authoritate superiores, & sic hanc opinionem absq; omni dubio communem esse.

62 Et posito, † veram esse illorum Dd. opinionem, qui concludunt ad hoc, ut scriptura in Archivo publico reperta fidem faciat, requiri, ut probetur, quod illa sit scriptura Archivi publici.

Attamen ego credo, scripturam repertam in Archivo publico eo ipso præsumi esse scripturam Archivi publici, quodque illi præsumptioni standum sit, donec contrarium probetur, prout hoc tenet *Cagnol. in l. 2 nu. 324. ff. de origin. jur.*

63 Et confirmatur: Tum † quia eo ipso quod aliquis reperitur descriptus in matricula scholarium vel canonicorum sive inter scholares vel canonicos, is præsumitur & probatur canonicus esse, *Archidiac. c. ordinarii de offic. ordinar. lib. 6. Matth. de Afflict. c. 1. nu. 17. de feud. cognition.*

64 Tum quia † reperta inter moniales, monialis esse præsumitur & probatur, *gloß. distinct. 19. in princip. Matth de Afflict. c. 1. in princ. nu. 17. de feud. cognition. Matth. de Afflict. c. 1. nu. 294. ex quib. cauf. feud. amitt facit. text. c quam progenitores. 20 quæst. 1.*

65 Tum quia † repertus inter cives eo ipso civis esse præsumitur & probatur, *Hippolyt. de Marsil. l. de minore. §. plurium. num. 37. ff. de quæstion.*

Tum quia quis præsumitur esse de ea civitate, in qua ipse reperitur, *Guid. Pap. in tractat. de præsumption. nu. 31. circ. fin. Alciat. in tract. de præsumption. reg. 2. præsumpt. 15.*

66 Tum † quia repertus cum armis in isto loco, in quo homicidium aliquod perpetratum est, præsumitur esse delicti particeps, *Innocent. c. contumacia extr. de cleric. percuss. Guid Pap decis. 437. Guid. Pap. in tractat. de præsumption. num. 29.*

67 Tum † quia res sita vel posita in territorio, Ducatu vel Principatu alicujus Principis vel Ducis, eo ipso præsumitur & censetur pertinere ad illud territorium, Ducatum vel Principatum saltem quoad jurisdictionem, *Hostiens. Petr de Anchoran. & Imol. c. nimis & ibi Panormit. num. 1. extr. de jurejurand. Panormitan. c. si diligenti. num. 2. & ibi Felin. num. 2. extr. de præscription. Socin. cons. 86. colu. 2. cons. 127. colu 2. in fin. lib. 1. Oldrad. cons. 176. Chassan. cons. 18. colu 8. Matth. de Afflict. decis. 267. Specul. in tit. de feud. §. quoniam quæst. 14. Guid Pap singular. 661. Guid. in tract. de præsumption nu. 80. Baver. in suis singular. verb præsumptio vers. decimo octavo. Iacob de S. Georg. in suo tract. feud. verb. dicti vasalli promiserunt. colu. 3. Curt. jun. cons. 158 circ. fin. Henning. Goden. cons. 5. nu. 26. titul de arbitr. Covar. practicar. quæst. cap. 27. nu. 1. Hieron. de Mont. in tractat. de finib. c. 6. n. 12. & c 96. n. 6. 7. 8. & 9. Stephan. Bertrand cons. 37. nu. 1. lib. 1. part. 1. cons. 75. nu. 15. lib 2 part. 1. cons. 1. nu. 1. lib. 3. part. 1. Roland. à Vall. cons. 89. nu. 1. & 2. lib. 3. cons. 46. nu. 34. & 65. lib. 3. Petr. Duenn. reg. 107. Alciat. in tract. de præsumpt. regul. 2. præsumpt. 3. Anton. Gabriel Roman in tract. regular. lib 1. titul. de præsump. concl. 9. Hipp. Riminald. cons. 223. num 4. lib. 2.*

Tum quia res sita intra fines alicujus agri, ad illum agrum etiam jure dominii pertinere præsumitur, *Bald l insula ff. de jud. Bald. Rubr. quæst. 21. C de contrahend. empt. Hostiens. c. si diligenti. col. 1. extr. de præscription. Socin. l. 1. col. 4. in fin. ff. de acquirend. possess. Socin. cons. 197. colu. 2. in fin. lib. 1. cons. 166. num. 2. lib. 2. cons. 15. colum. 2. lib. 3. Albert. Brun. cons. 34 colum. 2. Socin. jun. cons. 65. lib. 1.*

Tum † quia res sita in isto Ducatu, Comitatu vel Principatu, qui feudalis est, eo ipso feudalis esse præsumitur, *Andr. de Isern. Iacob. de Belvis. & Alvarott. c. 1. de controversi. inter mascul. & fœmin. Curt. jun cons. 140. nu. 10. cons. 158. num. 2. cons. 184 num 5. Curt. jun in tractat. feud part. 2. post princip. quæst. 6. num 40 Ias cons 235. num. 2. lib 2 Anton Gabriel. Roman. in tractat regular. lib. 1. titul. de præsumpt. conclus. 9. nu. 14.* 68

Tum † quia & instrumentum & probatio qualibet talis esse præsumitur, qualis in prima sua figura sive forma apparet, *Bald. l. fin. not. ab. 6 & ibi Dec. nu. 15. Mane lect. 1. num. 62. Argum. ill. text. C. de edict D. Hadrian. tollend. Bart. in constitut. ad reprimendum verb summariè: num. 9. Socin. cons. 89. col. 2. lib. 3. Anchoran. cons. 197. colum. penult. Aretin. cons 66. nu. 9. Dec. cons. 439. nu 3. circ. fin. fac. text. l. alieno servo. §. si u cujus ibi prima face ff. de fidei-commissar. libertat c. ad audientiam. el. 2. extr. de rescr. c dilectis. § præterea extr. de appellation.* 69

Tum † quia talis quis esse præsumitur, qualis in habitu reperitur, *l. item apud Labeonem. §. si quis virgines & ibi Bart ff. de injur. c. in audientia. extr. de sentent. excommunicat. c. si judex. eod. titul. lib. 6. Alberic de Rosat. in tract. statutorum. quæst. 43. Bald. l. si qua pro calumnia C. de Episcop. & cleric. Bald. l. 1. § sed qui. C. de latin. libertat. tollend. Dec. cons. 307. num. 3. Grammat. decision. 31.* 70

Tum quia † talis judicatur esse contractus, qualem sua apparentia ostendit, *Bello.* 71

cons.

conf. 21. num. 1. Menoch. in tract. de adipiscend. possess. remed. 4. num. 69.

72 Tum quia † ex possessione de præsenti præsumitur & probatur etiam dominium, *l. 1. ff famil. ercis*c*und. l. ob maritorum. C. ne uxor pro marit. glos. l. ficuts. §. sed si quæratur. ff. si servit. vendic. Bart. l. cum res. num. 14. C. de probation. Bald. l. 2. C. eod. titul. Guid. Pap. in tract. de præsumpt. num. 19.*

73 Tum † quia res descripta inter bona feudalia, eo ipso præsumitur & probatur feudalis esse, *Matth. de Afflict. c. 1. num. 295. ex quib. caus. feud. amitt.*

74 Tum † quia epistola inventa vel descripta inter decretales, eo ipso & præsumitur & probatur decretalis esse, *Matth. de Afflict. c. 1. num. 293 ex quib. caus. feud. amitt.*

Tum quia constitutio reperta inter constitutiones extravagantes, eo ipso præsumitur & probatur extravagans, *Roman. cons. 260. num. 3. & ibi Horat. Mandos. in addit. Hippolyt. de Marsil. cons. 57. num. 14. Hipp. de Marsil. Rubr. nu. 263. circ. fin. ff. de fidejussor.*

75 Tum † quia scriptura reperta in actis de actis esse præsumitur, *Bald. l. ne in arbitris. C. de arbitr.*

76 Et hoc † generaliter quidem verum est, potissimum autem procedit eo casu, quando scriptura aliqua ultra tempus longum vel longissimum in Archivo conservata fuit. Tum enim multò magis præsumitur & probatur, quod illa scriptura sit & scriptura Archivi, & solenniter & cum authoritate publica, nec nō & servatis servandis in Archivum redacta, prout hoc tradit *Tiber. Dec. cons. 24. num. 50. 51. lib. 1.*

Et confirmatur per hoc, quod suprà docui, quod ex lapsu temporis longi vel longissimi & probetur & præsumatur, in actu aliquo intervenisse & authoritatem & licentiam & decretum superioris, nec non & omnia solennia & requisita legitima.

77 Nec † obstat ista ratio, quam *Com.* & sequaces pro sua sententia adducunt, quod videlicet eo casu, quo sufficeret solummodò illud testimonium, quod scriptura in Archivo publico reperta, & ex eo producta, facilè quilibet privatus scripturas adulterinas in Archivum mittere posset, quodq; sic occasio falsum fabricandi nec non & via fraudibus aperiretur.

Namque ad illam rationem facilis est responsio.

78 Tum † quia delictum non præsumitur, *l. meritò. ff. pro soc. l. quoties. §. qui dolo ff. de probatio. cum simil. lib.* quæ facilè magna copia allegari possunt.

Tum quia non præsumitur, quod Magistratus vel Officialis, qui Archivo præest, permiserit vel permissurus sit, quod quis scripturas adulterinas vel non veras in Archivum reponat vel reponere possit, *l. 2. C. de offic. civil. judic. l. 1. C. de suscepror. & arcar. Bart. l. damni. §. Sabinus. ff. de damn. infect. Bald. l. errorem. C. de testament. Felin. c. licet causam num. 23. versic. item non sufficere. extr. de probation. Ias. l. decem. num. 36. ff. de verb. oblig.*

Tum † quia quilibet status atq; possessio quælibet præsumitur esse justa & legitima, *Bald. & Alex. l. communi dividundo. §. inter Prædones. ff. commun. dividund. Alex. cons. 33. lib. 4. Corn. cons. 185. in fin. lib. 2. Cravett. cons. 150. num 5. lib. 1.* 79

Et † bona fide non tantùm acquisita, sed etiam continuata, *Bart. l. Celsus. & ibi Franc. Balb. in repetit. part. 3. num. 9. ff. de usucap. Anton. de Butr. Abb. & Felin. c. si diligenti. extr. de præscription.* 80

Illudq; † potissimùm procedit in Archivis majorum Magistratuum, quales sunt Duces & Principes. 81

Namq; illi eorumq; Archivi majorem pro se præsumptionem habent, *Bald. l. tutores, in princip. ff. de confirmat. tutor. Ias. l. pacta novissima. num. 9. vers. limita prædicta. C. de pact. Ias. c. 1. num. 10. de his qui feud. dare. poss. Ias. Rubr. colum. 2. C. qui admitti. Cardin. Paris. cons. 98. colum. 4. lib. 1. Trigon. singul. 122. Claud. l. sciendum. colum. fin. ff. de verb. obligat. Bald. c. cum parati colum. 1. & ibi Præposit. nu. 5. extr. de appellat. Hipp. sing. 438. Bertrand. cons. 236. colum. 3. lib. 3. Ant. Gabr. Roman. in tract. regul. lib. 2. tit. de sentent. concl. nu. 23.*

Multò verò magis hoc locum habet, quando scriptura aliqua ultra longum tempus ultra decem nempe annos in Archivo conservata fuit.

Tum quia ex lapsu decem annorum præsumuntur omnia ritè, rectè & solenniter, nec non & interveniente authoritate, licentia, consensu & decreto superioris, & omnibus requisitis legitimis gesta, sicut hoc suprà comprobavi.

Tum quia ex lapsu temporis multò magis præsumitur & probatur, quod quilibet status atq; possessio quælibet sit justa, legitima & bona fide acquisita & continuata, *Innoc. c. 2. extr. de in integr. restit. Abb. & Dd. c. consultationib. extr. de jure patronat. Alex. cons. 142. in pr. lib. 1. cons. 200. lib. 2. cons. 24. & cons. 69. lib. 5.*

Tt 4 Absque

Absque omni verò dubio hoc locum haber eo casu, quando ultra 30. annos scriprura aliqua in Archivo publico conservata fuit.

Namque certum & indubitatum est, quod absque omni dubio ex lapsu triginra annorum præsumatur & probetur, quemliber statum atque possessionem quamliber esse justam, legitimam, atq; bona fide & acquisiram & continuatam, *Bart. l. fin. nu. 17. C. unde vi. Bald. & Ang. l. super longi. C. de long. temp. præscript. Abb. cons. 89. & 162. lib. 1. Roman. cons. 107. Franc. Aret. cons. 54. cons. 102. cons. 111. & cons. 154. Alex. cons. 6. cons. 71. circ princ. cons. 110. colum. final. lib. 1. cons. 76. cons 151. colum 2. lib. 2. cons. 16. colum. 6. cons. 24. colum. final. lib. 5. Ias. § sed iste. num. 100. Instit. de actionib. Ias. cons. 57. cons. 72. colum. 2. lib. 1. cons. 207. colum. 2. lib. 2. Dec. cons. 267. & 272.*

Usq; adeò ut status vel possessio triginta annorum præsumatur habere justitiam permanentem, *Cyn. l. solennibus. C. de rei vendicat. Bald. c. 1. § cum autem. de controvers. investitur. Matth. de Afflict. decis. 277. num. 6. Cardin. Paris. cons. 23. num. 258. lib. 1.*

Urque post lapsum triginta annorum malam fidem allegare non permittatur, *Bart. l. fin. num. 17. C. unde vi. Paul. de Castr. cons. 169. colum. 2. lib. 1.*

Und rahte in Unterthenigkeit getrewlich/ E. F. G. wolten die gnedige Verordnung thun/ daß mit und neben denselben brieflichen Urkunden/so E. F. G aus derselben Archivis oder scrinius zu produciren vorhabens/E. F. G. Archiviste sive Commentariensis & Præpositus Archivo unter seiner Hand und Petschafft oder Siegel eine schrifftliche Kundschafft/ laut der beyvorwahrten Copey mit C. von sich gebe/ und den Keyserlichen Commissarien zustelle.

Und wird die Notturfft erfordern/ daß in derselben Kundschafft alle und jede briefliche Urkunden/so E. F. G. aus derselben Archivis und scrinius produciren werden/specificiret und namkündig gemacht werden.

Gleicher weis wird es die Notturfft erfordern/daß in derselben Kundschafft auch vormeldet werde/ daß dieselben brieflichen Urkunden scripturæ Archivi, und in E. F. G. Archivo unter andern glaubwirdigen Instrumentis und brieflichen Urkunden conserviret und gehalten worden/ auch noch heutiges tages conserviret und gehalten werden.

Item daß er der Archiviste dieselben brieflichen Urkunden aus E. F. G. Archivo E. F. G. Vollmechtigem zugestalt/ daß auch E. F. G. Vollmechtiger dieselben in beysein Hertzog J. Vollmechtigen vor den Keyserlichen Commissarien produciret, von den ex Archivis producirten brieflichen Urkunden glaubwirdige und mit den Originalien, so wiederumb in den Archivum gebracht/ allenthalben gleich lautend Abschrifft und Copien genommen/ auch dieselben den Keyserlichen Commissarien zugestalt.

Zu dem rahte ich/ E. F. G. wolten die gnedige Verordnung thun/ daß E. F. G. Archiviste nicht allein berürte schrifftliche Kundschafft von sich gebe/ besondern auch uber das/ alle und jede Copien/so aus E. F. G. Archivo transumiret werden/ mit eignen Händen unterschreibe und bezeuge daß dieselben Copien und Abschrifften aus E. F. G. Archivis extrahiret, daß auch die Originalia derselben wiederumb in E. F. G. Archivum gebracht/ und daselbst noch heutiges tages in guter Gewahrsam gehalten werden.

Zum achten † wird von etlichen Rechtslehrern geschlossen/ quod ad hoc, ut scriptura ex Archivo publico producta fidem faciat, requiratur atque necesse sit, quod illa scriptura sit conscripta manu publica vel Notarii vel illius Commentariensis sive Officialis, qui Archivo præest, *Bartol. authent. ad hæc. C. de fid. instrument.* 82

Quo† ad hoc tamen contrarium tenent Dd. magis communiter, volentes, quod scriptura etiam penitùs privata, in Archivo publico reperta, & neque à Notario, neque à Commentariensi sive Officiali Archivo præposito conscripta vel etiam subscripta plenam fidem faciat, *gloß. d. auth. ad hæc. verb. testimonium publicum. & ibi Alber. de Rosat. Ang. Paul. Castrens. C. de fid. instrum. gloß. §. illud. vers. si verò etiam ex publicis. verb. testimonium. & ibi Bart. num. 2. & 3. auth. de his qui ingred. ad appell. Azo in sua summ. de fide instrument. num. 9. Bart. auth. at si contractus. num. 1. & 2. C. eod. tit. Corn. cons. 171. nu. 10. lib. 1. Hieron. Grat. cons. 122. nu. 4. lib. 2. Gemin. cons. 82. num. 5. 6. & 7. Ias. l. admonendi in lectur. num. 78. versic septimus casus. & in repetit. num. 94. ff. de jurejurand. Cravett. in tractat. de antiq. temp. part. 1. §. quartò limitatur. num. 1. Hieron. de Mont. in tract. de fin. c. 63. nu. 11. Ant. Gabr. Roman. in tract. regul. lib. 1. tit. de probat. conclus. 8. num. 1. & 10. ubi ipse multos Dd. ad hoc citat.* 83

Eandem etiam opinionem amplectitur *Cacheran. decis. 69. num. 5. ubi ipse affirmat, hanc sententiam amplecti gl. Bart. Bald. Alber. & Rosat. Ang.*

Ang. Paul. Castrens. Innocent Abb. Roman Felin. Ias. Cardinal. & Cagnol. in locis ab ipso citatis.

Similiter hanc eandem opinionem tenent omnes Dd. supra citati, concludentes, quod scriptura etiam penitus privata, item & exemptum in Archivo publico inventum plenam fidem faciat,

Eodem modo & hanc sententiam amplectuntur & illi Dd. qui concludunt, quod ad hoc, ut scriptura in Archivo publica inventa fidem faciat, sufficiat, quod vel Commentariensis sive præpositus Archivo illam scripserit vel attestetur, illam scripturam Archivi esse, prout hoc tradunt *Corneus cons. 142. num. 6. lib. 3. Dec. authent. si quis in aliquo. num. 23. C. de edend. Dec. c. cum causam. num. 7. extr. de probation. Cravett. in tractat. de antiq. tempor. part. 1. §. quartò limitatur. num. 1. Hieron. de Mont in tractat. de finibus. cap. 63. num. 11. Roland. à Vall. cons. 75. num. 5. & 6.*

84 Cum † sit clari & indubitati juris, quod unam ex alternativis existere vel verificare sufficiat, *l. si hæredi plures ff. de conditionib. institut. l. si is qui ducenda. §. cum ita. & §. utrum. & ibi Bart. ff. de reb. dub. l. si quis ita stipulatus fuerit decem. ff. de verb. obligat. Nicol. Everhard. in sua Topic. ab alternativ.*

85 Et † hæc sententia & verior & communior est,

Et confirmatur: Tum quia textus generaliter decidunt, quod scriptura reperta in Archivo publico plenam fidem faciat, nec distinguunt, utrum illa scriptura sit conscriptura aut etiam subscripta a Notario, vel ab alio Officiali, qui Archivo præest, an verò non, *auth. ad hæc C. de fid. instrument. §. illud. auth. de his qui ingred. ad appelland. cum similibus suprà allegatis.*

Et certum est, nec non & superius comprobatum, quod lex generaliter & indistinctè loquens, à nobis non distingui, sed generaliter intelligi & ita accipi debeat, ut omnes omninò casus comprehendat nullis penitus exceptis.

Tum quia lex non dicit nec requirit, quod ad hoc, ut scriptura in Archivo inventa & conservata fidem faciat, necesse sit, ut illa sit vel scripta vel subscripta manu publica Notarii vel etiam Officialis sive Commentariensis Archivo præpositi, *d. Auth. ad hæc. & d. §. illud cum similibus suprà allegatis.*

Et certum est, nec non & superius comprobatum, quod id quod lex non dicit vel requirit, nec nos dicere vel requirere debeamus.

Tum quia scriptura conscripta ab Officiali publico, in his quæ ad officium illius pertinent, fidem facit, licet illa non sit reperta in Archivo publico, *Paul. Castrens. auth. ad hæc. C. de fid. instrum. Bart. l. quædam, §. numularios. & ibi Ias. ff. de edend. Salycet. l. exemplo. C. de probation. Dec. c. cum causam. nu. 7. extr. eod. tit. Alex. cons. 179. in princ. lib. 6. Socin. cons. 159. in princip. cons. 205. col. 2. versic. tertiò probatur. lib. 2. Bald. cons. 249. colum. 2. cons. 265. lib. 1. cons. 353. lib. 4. cons. 400. lib. 5. Imol. cons. 37. dub. 2. Cravett. in tract. de antiquitat. tempor. part. 1. §. quartò limitatur. num. 61.*

Zum neundten/ † Ob wol etliche Rechts- 86
lehrer sich also ansehen lassen/ als solten dieselben dahin schliessen/ quod ad hoc; ut scriptura ex Archivo publico producta, vel in Archivo publico conservata fidem faciat, requiratur atq; necesse sit, quod Commentariensis sive Officialis, vel Præpositus Archivi in ista scriptura conficienda à partibus rogatus sit; *Hieron. de Mont. in tract. de finib. cap. 63. nu. 11. Crav. in tract. de antiq. temp. part. 1. §. quartò limitatur. num. 11.*

Attamen illi Dd. non loquuntur simpliciter, sed dicunt, quod ad hoc, ut scriptura Archivi fidem faciat, alternativi requiratur, vel quod Commentariensis de hoc fuerit rogatus, & ipse illam scripturam scripserit, vel quod attestetur, illam scripturam esse scripturam Archivi publici.

Et sic volunt, quod unum ex illis ad hoc sufficiat.

Cum sit clari juris, nec non & modò comprobatum, quod in alternativis unum verificari sufficiat,

Præterea quoque Dd. relati in octavo requisito, communiter contrarium tenent. Dum videlicet ipsi concludunt, quod ad hoc, ut scriptura ex Archivo producta fidem faciat, non requiratur, quod illa sit scripta manu Commentariensis vel Officialis Archivo præpositi,

Et sic expressè volunt, quod multò minus requiratur, quod Officialis sive Commentariensis ad conficiendum illam scripturam rogatus sit, cum non entis, nullæ sint qualitates, *l. 2. & ibi Bartolus, ff. de usufruct. l. ejus qui. versicul. quod si stipulatus. & ibi Alex. & Ias. nu. 3. Dec. nu. 6. reliquiq. Dd. ff. si cert. petat. l. etiam. § si quis absentis. & ibi Ang. ff. de petit. hereditat. l. si servum. §. 1. ff. de*

ff. de act. empt. l. Pomponius. §. final. & ibi Areti. ff. de acquir. possess. l. adeò. §. insula. verb. & qui vicinum. ff. de acquir. rerum domin. l. si quis uxori. §. neq; verb. ff. de furt. l. cum hæreditate. & l. quod si nulla. ff. de hæredit. & act. vendit. l. apud Pamphilum. circ. fin. ff. de aur. & argent. legat.

Et in specie quod ad hoc, ut scriptura Archivi fidem faciat, non requiratur, Officialem Archivo præpositum de hoc esse rogatum, tradit *Cardinal. Zabarell. c. ad audientiam. extr. de præscription.*

Illaque sententia etiam comprobatur per id, quod & legibus expresse cautum & a Dd communiter traditum est, quod neque ad substantiam, neque etiam ad fidem vel probationem ullius scripturæ præter instrumentum publicum à Notario conscribendum & testamentum requiratur rogatus testium vel etiam scribentis, *l. ad fidem, & ibi Dd. ff. de testibus. l. final. C. de codicill. glos. & Dd. auth. rogati. C. de testibus Bald. Rubr. col. 2. versic. sed dubitatur. C. de fid. instrument. Alex cons. 70. lib. 2.*

87 Zum zehenden / † videtur sciendum, scripturam ex Archivo publico productam non aliter fidem facere, nisi constet vel liqueat, cujus manu ista scriptura facta vel conscripta sit.

88 Tum † quia in qualibet dispositione pri° debet constare de substantia actus, *Bart. l. divus. ff. de testam. militar Calc. cons 87. colum. 2. Dec. c. consuluit. notab. 3. extr. de appallation. Ias. l. si quando notab. 4. C unde vi. Bald l. 2. colum 1. C. de bonorum possess. secund. tab Bald. l. omnium. colum. 1. circ med. C. de testam. Ias. in proœm tit. Instit. de actionib. num. 1. & 2. Ias. l. ejus qui. § quod si stipulatus. nu. 3 ff si cert. petat.*

89 Tum † quia etiam in iis casibus, in quib. privata scriptura fidem facit, illa non aliter probationem inducit, nisi constet, cujus manu ista privata scriptura confecta vel conscripta sit, *Crav. in tract. de antiq. temp. part. 1. §. viso de verbis enunciativis. num. 3. 4. & 5.*

Quoad hoc tamen contrarium & meli° tenent alii volentes, scripturam in Archivo publico repertam, & ex illo productam fidem facere, etiamsi non constet neque probetur, cujus manu ista scriptura facta vel conscripta sit, *Crav. in tract. de antiq. temp. part. 1. §. viso de verbis enunciativis. num. 5. circ. fin.*

Idem quoq; est de mente *Cagnol. repet. l. 2. num. 324. ff. de orig. jur. Tiber. Decian. cons. 24. num. 50. & 51. lib. 1.*

Eandem quoq; sententiam amplectuntur omnes Dd. communiter relati suprà, dum videlicet ipsi concludunt, omnem omninò scripturam etiam privatam & informem, item exemplum in Archivo publico repertum, plenam fidem facere, nec requirunt, ut constet à quo vel cujus manu ista scriptura facta vel conscripta sit.

Huic opinioni etiam astipulantur Dd. suprà relati: Dum concludunt ad hoc, ut scriptura in Archivo reperta fidem faciat, sufficere, quod constet illam scripturam in Archivo publico repertam & ex illo productam esse, nec ultra hoc requirunt, ut constet vel probetur, à quo ista scriptura confecta vel conscripta sit.

Et hæc † sententia communiter recepta confirmatur. 90

Tum quia præallegati textus ad hoc, ut scriptura ex Archivo publico producta fidem faciat, solummodò requirunt, ut ista scriptura in Archivo publico conservata & ex illo producta sit, nec requirunt, ut constet vel probetur, cujus manu ista scriptura confecta vel conscripta sit.

Et certum est, nec non & superius comprobatum, quod id quod lex non dicit vel requirit, nec nos dicere vel requirere debeamus.

Tum quia præallegati textus generaliter decidunt, quod scriptura in Archivo publico reperta & ex illo producta fidem faciat, nec distinguunt, utrum constet, cujus manu ista scriptura conscripta sit.

197. Præsertim negativa.

198. Geminatio universalium quid operetur.

199. Constitutio disponens id, quod alioquin de iure communi dispositum erat, quomodo interpretanda.

200. Confessio scripta etiam inter absentes, plenè probat.

201. Sententia lata in caussa filiationis omnibus etiam tertio praiudicat.

203. Verba enunciativa plurium instrumentorum, habent vim famæ.

204. Fama in antiquis quantum probet.

205. Vis verborum enunciativorum si geminentur.

207. Ad successionem feudi nemo admittitur, nisi sit de descendentibus primi adquirentis.

208. Probato aliquo, & omnia illa probata intelliguntur, quæ ex eo sequuntur, verè vel præsumptivè.

210. Filiationis probatio respectu patris difficilis & ferè impossibilis est.

211. Leviores probationes in quibus admittantur.

212. Instrumentis sigillatis sigillo authentico alicuius Ducis, Comitis & quando plenè credatur.

214. Nominatio filiationis an & quando filiationem probet, & n. 216.

215. Valet argumentum à communiter accidentibus.

218. Pluralitas coniugum non præsumitur, nec testamentorum.

219. Præsumptio iuris quantum probet.

220. Liber rationum, quando etiam proscribente, plenè probet.

221. Testi aliàs non idoneo quandò credatur.

222. Fides assertionis verisimilia continentis.

223. Testis simpliciter dicens articulum verum probat omnia in eo contenta.

225. In rebus allodialibus ad successionem admittuntur, qui ultimo defuncto usq. ad decimum gradum coniuncti sunt.

226. Idem est in feudalibus.

227. In quibus etiam usq. ad millesimum & ulteriorem gradum ultimo defuncto coniuncti, admittuntur secund. commun.

228. Ius prothymiseos in omnibus & per omnia ius successionis ab intestato sequitur.

247. Di-

toriè iuris communis in materia feudali comprehenduntur.

325. *Omnis actus secundum loci consuetudinem intelligendus.*

327. *Statutum novi iuris inductivum, ad habiles restringi debet.*

329. *Mens vasalli recipientis feudum & domini concedentis.*

330. *Mens in quolibet actu unde colligatur.*

331. *Generalis determinatio legis, secundum naturam contractus intelligi debet.*

334. *Cessante ratione legis & lex cessat.*

335. *Praecedentia per sequentia declarantur & econtrà.*

336. *Exempla regulam non restringunt nec alterant, declarant tamen.*

337. *Statutum id tantum disponit, de quo in eo quaeritur.*

338. *In omni constitutione pro expresso habetur, quod constituens verisimiliter expressisset, si de eo cogitasset, vel interrogatus fuisset.*

340. *Qui est de linea comprehensa in concessione feudi, caeteris qui de linea illa non sunt, praeferri debet.*

341. *Privilegia, statuta & consuetudines quomodo interpretari debeant.*

342. *Consuetudines regulariter locales sunt, nec ius commune faciunt.*

344. *Verba in potiori significatione accipienda sunt.*

Declaratur ibidem.

347. *Natura feudorum cedit naturae verborum, & ab ea regulatur.*

348. *Feudum in dubio rectum & proprium praesumitur.*

349. *Contrarium allegans qualiter id probare debeat.*

350. *Verba investiturae ita interpretanda, ne feudi proprij naturae quidquam derogetur.*

351. *Vera & ordinaria natura feudi est, quae determinatur à consuetudine loci, in quo feudum situm est.*

354. *Pro omisso non reputatur, quod eadem ratione concluditur.*

355. *Dispositum de simplici, etiam in mixto obtinet.*

356. *Etiam in materia favorabili, non fit extensio ab illo casu, in quo maior ratio militat, ad casum, in quo minor ratio est.*

357. *Constitutio à iure communi exorbitans & de feudo mentionem faciens, tantùm de feudo proprio intelligenda.*

359. *Non probat hoc esse, quòd ab eo contingit abesse.*

360. *Transactio super quibus rebus fieri possit.*

361. *Renunciatio litis in dubio ob quid facta praesumatur.*

362. *Non inspiciendum quid factum sit, sed quid fieri debuerit.*

363. *Ad probandam consuetudinem quid requiritur, remissivè.*

364. *Foemina caput est & finis familiae.*

365. *Ius successionis in tres diversas lineas dividitur.*

366. *Statutum admittens descendentes ad successionem feudi nunquam extenditur ad transversales.*

367. *Renunciatio quomodo interpretanda.*

368. *Appellatione familiae quomodo foemina veniat, & descendentes ex illis.*

369. *Quando unius dispositionis duae pluresvè rationes assignari possunt, dispositio nihilominùs locum habet, licet una ex illis rationibus cesset.*

370. *Declaratur regula, quòd una eademq́; res diverso iure censeri non debeat.*

371. *An usufructus in feudo constitui possit, praesertim in eo, ad quod foemina semel admissa fuit.*

372. *Argumentum à contrarijs sive oppositis quando non procedat.*

373. Per

373. Per refutationem, venditionem, aliamvè concessionem vasalli, feudum non efficitur novum.

374. Consensus patris simplex, neq; filii, neq; reliquis descendibus in feudo antiquo nocet.

375. Imò ne obligatorius quidem.

DEr Fall / darüber ein Rathschlag begert / verhelt sich kürtzlich wie folget: Es ist im Stifft M. durch eine besondere Begnadung oder Constitution versehen / daß die Lehngüter so vom Stifft M. als Manlehngüter oder Dienstmans Lehngüter zu Lehn rühren / im Mangel der Söhne vermittels erblicher Folgung / auff die Töchter / als auff die Söhne verfallen: Daß auch der Bischoff sich keiner Lehngüter vnterfangen oder anmassen sol / es sey denn S. G. dieselbigen von der Manschafft zuvor zuerkandt. Daß auch der Bischoff die zuerkanten vnd vorledigte Lehngüter / denselben / so den Verstorbenen ex linea masculina vel fœminina verwandt / im Fall / so sie darumb innerhalb Jahrsfrist ansuchen würden / oder aber da dasselbe nicht geschehen würde / einer andern tüglichen Person zu verleihen schuldig seyn / vnd dieselben keinerley weise behalten / oder S. G. Tafeln zueignen sol.

Nun aber hat es sich begeben / daß welland der Wolgeborne vnd Edle Herr / Herr J. Herr zu B. vnd C. ohn Leibserben in Gott verstorben / vnd nach sich verlassen den Wolgebornen vnd Edlen Herrn / R. Graff zu D. seines Vatern Schwester / der auch Wolgebornen vnd Edlen Frawen H. Geborne von B. Gräffin zu D. Enckels Söhne / sive pronepotem an einem / vnd die auch Wolgeborne vnd Edle Fraw J. geborne von der W. Gräffin zu L. vnd Frawen zu S. vnd W. seiner Mutter Schwester Tochter am andern Theil.

Vnd masset sich der Bischoff zu M. der Herrschafft B. so wolgemelter Herr J. nach sich verlassen / vnnd S. G. altväterlich Stamlehn gewest / als eines vorledigten Lehnguts / an / hinwider aber wolgemelter Graff zu D. vorwenden lassen / daß berührte Herrschafft dem Lehnherrn nicht eröffnet / besondern auff seine G. als den nechsten des Verstorbenē blutsverwandten Ohem von Brunckhorstischem Geschlechte vermöge des Bischoffthumbs M. privilegii, vnnd alter herbrachten Gewonheit verfellet / vnnd derwegen hochgedachter Bischoff schuldig sey / S. G. mit der Herrligkeit B. vnd derselben Ein vnd Zugehörungen zu belehnen / vnd darein wircklichen zu setzen. In gleichem gibt die Gräffin von A. vor / als solte wolgemelter Herr J. die Herrschafft B. auff J. G. als S. G. nechste bluwerwandte Freundinne vnd Landerben gebracht vnd vorfellet haben / wie dieses von den Parten allerseits in Actis weitleufftig disputirt.

Vnd derwegen gefragt.

Zum ersten / ob berührter Herrschafft B. nach Absterben wolgemeltes Herrn J. dem Lehnherrn eröffnet / oder aber auff wolgemelten Graffen R. verfellet sey / Vnd im Fall / da gleich berührte Herrschafft dem Lehnherrn eröffnet / Ob nicht der Lehnherr Graff R. vnd nunmehr S. G. Sohn Graffen F. darein zu belehnen schuldig.

Zum andern / ob die Gräffin zu L. an der Herrschafft B. durch tödlichen Abgang wolgemelten Herrn J. einige Gerechtigkeit oder Zuspruch bekommen.

Auff die erste Frage zu antworten / erachten wir Dechand / Ordinarius vnd andere Doctores der Juristen Facultet zu Franckfurt an der Oder / im Rechten ergründt seyn. Daß die Herrschafft B. durch Absterben wolgemeltes Herrn J. dem Bischoffe zu M. als dem Lehnherrn nicht eröffnet / besondern auff wolgemelten Graffen R. vnnd nunmehr nach dem S. G. pendente lite in Gott verstorben / auff S. G. Sohn Graff F. verfellet sey / vnnd daß derwegen der Bischoff wolgemeltem Graffen F. berührte Herrschafft mit aller Ein vnd Zubehörung zu leihen / vnd S. G. wircklichen darein zu setzen schuldig sey / daß auch im Fall / da das Lehngut dem Bischoffe als dem Lehnherrn heimgefallen / der Bischoff wolgemeltem Graffen F. berührte Herrligkeit / beyde vermöge der gemeinen beschriebenen Rechten / vnnd des Stiffts M. besondern Begnadungen vnd Gewonheiten auffs newe zu verleihen schuldig / Wie dieses mit nachfolgenden Rechtsgründen dargethan wird.

Divini numinis implorato suffragio, sine quo nihil felix faustumque.

Cum disputando † facilius veritas inveniatur, *l. muneram. §. juxta. ff. de muneribus. & honoribus. l. cum quidam. & ibi Ias. 6. notab. ff. de liber. & posthum. l. Offilius. ff. legat. 3. l. 2. §. his legib. ff. de orig. jur. l. Divi fratres. ff. jure patronat. l. proximo. ff. de his quæ in testamen.* Atque & veritas sæpius examinata, magis

 splen-

ſplendeſcat in lucem, *c. gravem. 35. q. 9. gl. antepen. c. cum Iohannes. extr de fid. instrument. Iaſ. l. jubemus. C. judicius.* & tetro via aperiatur, qui per contraria tranſit, *Bald. l. precibus. C. de impuber. & aliis ſubſtitut. Bald. l. ſi pecuniam. C. de condict. ob cauſ. Curt. ſen. conſ. 50. col. 2.*

1 Eamque ob cauſam, † conſulentes admoneantur, ne in cauſis gravibus paſſim reſpondeant, ſed articulum poſtpoſitum ponderent & diſputent, *Præpoſ. cap. 1. col. 1. de eo qui ſibi & hæredib. ſuis maſ. ac alibi ſcriptum ſit.*

De ſingulis dubitare non inutile eſſe, *gl. l. 3. C. ſumma Trin. & fid. cat. Bart. §. & antea in prooemio Digeſtor. Barbat. conſ. 40. col. 1. lib. 4.*

Nos in deciſione hujus propoſitæ quæſtioni hunc ordinem obſervabimus.

Primò, referemus omnes illas rationes, quæ & in actis a procuratore Epiſcopi pro parte Epiſcopi adducta ſunt, & ultra ibi adducta adduci poſſunt.

Secundò, legibus & rationibus comprobavimus, quod nobilis & generoſus Comes a D. in hac cauſa, quoad Epiſcopum optimum jus foveat.

Tertiò, ad omnia illa quæ pro parte Epiſcopi adducta fuêre, reſpondebimus, illaq; & legibus & rationibus urgentibus confutabimus, ut quilibet videre atque intelligere poſſit, ea, quæ pro Epiſcopo adducta ſunt, de jure ſubſiſtere non poſſe.

Et primò, pro parte Epiſcopi ſtringit, namque jure communi expreſſe cautum
2 eſt, quod † in feudo ſive bonis feudalibus fœminæ non ſuccedant, quodque fœminæ bonorum feudalium penitus incapaces ſint, *c. 1. §. & quia vidimus. & ibi Dd. de his qui feud. dar. poſſ. c. 1. § filia verò, de ſucceſſione feudi. cap. 1. §. Proles autem. de gradibus ſuccedentium in feudum. c. 1. de feudo fœm. c. 1. an mutus vel aliter imperfect. Bald. l. quoties num. 7. C. de ſuis & legit. hæredib. Abb. c. delicti. & ibi Beronius nu. 39. extr. de arbitris. Rom. conſ. 32. Paul. Caſtr. conſ. 179. lib. 1. Ang. conſ. 262. & conſ. 321. Iaſ. conſ. 8. num. 28. conſ. 9. num. 2. & conſ. 114. num. 1. lib. 1. Bart. conſ. 72. & conſ. 92. Alex. conſ. 10. col. 2. lib. 5. Iacob. de Ardiſone. in ſumma feud. tit. de ſucceſſ. feudi. col. 2. Card. Pariſ. conſ. 4. num. 2. conſ. 12. num. 1. lib. 1. & conſ. 72. numer. 78. lib. 4. Godzadin. conſ. 8. nu. 5. conſ. 10. num. 13. conſ. 26. num. 31. & conſ. 56. num. 16. Franciſc. Ripa. conſ. 1. num. 69. lib. 1. Ruin. conſ. 18. num. 1. lib. 1. conſ. 167. num. 6. lib. 5. Andr. Barbat. in tract. de præſtant. Cardin. in 5. quæſt. 1. part. num. 15. Nicol. Boer. in conſuet. Bituricens. in tit. de feudis. §. 7. ſatis juris conſ. 65. num. 2. conſ. 72. num. 4. lib. 1. Socin. jun. conſ. 65. num. 2. Laureat. Sylvan. conſ. 1. num. 117. Curt. jun. in tract. feud. 1. part. 3. part princip. num. 1. Iacob. de S. Georg. in tract feud. verb. & fœminis. num. 1. Petr. Duen reg. 309.*

Imò contra naturam feudi eſt, ut fœmina ad ſucceſſionem feudi admittatur, *Socin. jun. conſ. 65. num. 2. & conſ. 77. num. 4. lib. 1. arg. c. 1. §. fin. quid ſit inveſtit.*

Et hoc uſque adeo verum eſt, ut procedat, etiamſi feudum expreſsè acquiſitum fuit pro recipiente & hæredibus ipſius, namque nec hoc feudum quidem ad fœminas tranſit, *Bald. cap. 1. de natura feudi. Socin. conſ. 19. lib. 1. Dec. conſ. 655. numer. 30. Cardin. Pariſ. conſ. 4. num. 4. conſ. 13. num. 6. lib. 1. & conſ. 16. nu. 12. lib. 4. Curt. jun. in tract. feud. 1. part. 3. part. princip. num. 1.* eam ob cauſam, quia feudi appellatione hæredis filius maſculus tantum continetur, *c. 1. §. fin. ſi de feudi defunct. contentio. c. 1. §. etſi clientulus. de alienat. feud.*

Deinde, hoc etiam habet locum in feudo empto & alio titulo oneroſo acquiſito, namque nec ad ejus ſucceſſionem quidem fœminæ admittuntur, prout hoc expreſsè tradit *Andr. de Iſern. & Matth Laudenſ. c. 1. §. & quia vidimus. & ibi Præpoſ. num. 62 & M. de Afflict. nu. 23. de his qui feud dare poſſ. Dec. conſil. 139. Card. Pariſ. conſ. 16. num. 10. lib. 4. Iacob. de Sanct. Georg. in tract. feud. verb. & fœminis. num. 6. Iaſ. in tract. feud. 8. part. num. 37. Socin. jun conſ. 65. num. 16. lib. 1.* eamque ſententiam & veriorem & magis communem eſſe, teſtatur *Albert. Brun. conſ. 18. col. 3. Rol. à Valle. conſ. 23. num. 32.*

Et hoc abſque omni dubio procedit, quando pro feudo † empto vel alio titulo 3
oneroſo acquiſito vaſallus juramentum fidelitatis præſtare tenetur, *Rolan. à Valle conſ. 23. num. 35.* Et potiſſimum habet locum, quando feudum vel non eſt juſto precio acquiſitum, vel vaſallus pro eo Domino ſervicium præſtare tenetur, *Bald. c. 1. § & quia vidimus. qui feudum dare poſſ. Curt. ſen. conſ. 5. col. 2. Albert. Brun. conſ. 18. col. 3. Card. Pariſ. conſ. 16. num. 10. lib. 4. Roll. à Valle conſ. 23. num. 33. Socin. jun. conſ. 65. num. 16. lib. 1.* ubi ipſe atteſtatur, hanc opinionem eſſe communiter receptam, nullo verò penitus refragante hæc opinio procedit, quando feudum non à Domino, ſed à tertio quodam emptum fuit, tunc enim illud & in omnibus & per omnia proprii & recti feudi

naturam

naturam retinet, & ad illius successionem fœmina nullatenus admittitur, prout hoc notabilirer & in specie decidit *Alvarot. respons. 170. nu. 3.* & ibi artestarur, idem sentire *Albert. Brun. cons. 108.*

Præterea, hoc etiam locum habet in feudis ecclesiasticis. Namque etiam ab eorum successione fœminæ repelluntur, *Fulgos. cons. 4. & cons. 222. Curti jun. in tract. feud. 1. part. 3. part. princ. nu. 4.*

Neque veró tantùm fœminæ, verùm 4 etiam omnes † descendentes ex fœmina à successione feudi arcentur, *c. 1. §. proles. & ibi Dd. de gradibus. succed. in feudum. gl. cap. 1. §. & quia vidimus. & ibi Dd. & M. de Afflict. num. 54. de his qui feudum dar. poss. Bald. l. quoties. C. de suis & legitim. hæred. Paul. Castr. consil. 17. num. 7. cons. 22. num. 1. cons. 23. num. 27. & 28. lib. 1. & cons. 72. num. 9. lib. 4. M. de Afflict. cap. 1. in princip. num. 1. de feudo. fœm. Matth. de Afflict. cap. 1. de natura success. feud. Alciat. respons. 188. num. 1.* quia in successione feudi paterni non artenditur conjunctio ex linea marerna, sed illa & invalida est & pro nihilo reputatur, *Bald. cons. 170. num. 3. lib. 2.*

Quæ decisio evidenti ratione comprobatur. Namq; clari & indubirari juris est, quod remoto vel excluso aliquo à successione, omnes descendenres ex illo, qui eo mediante sunt conjuncti illi, de cujus successione tractarur, exclusi intelligantur, *l. si viva matre. & ibi Arius Pinel nu. 19. C. de bonis matern. l. 1. & ibi gl verbo. fisco ff. si quis aliquem testari proh. Bart. l. 2. §. videndum. ff. ad S.C. Tertullian. Bart. l. liberorum. col. 6. & ibi Alciat. n. 11. ff. verb. sig. Bald. Ang. Raph. Fulgos. & Paul. Castr. l. illam. C. de collat. Bald. l. maximum vitium. col. 1. & ibi Salyc. C. de liber. præter. Ant. de Butr. cons. 46. Petr. de Anchor. cons. 389. Raph. Cum. cons. 117. Paul. Castr. cons. 27. lib. 2. Abb. Panor cons. 75. lib. 1. Alex. cons. 50. col. 4. lib. 1. Corn. cons. 21 lib. 1 Socin cons. 241. col. 8. lib. 2. Dec. cons. 85. cons. 311. col. 2. Hippol. de Mars. cons. 93. col. 2. lib. 2. Hieron. Gratus. cons. 4. lib. 2. Ant. Rubeus. cons. 16. nu. 13. Godzadin. cons. 89. Ias. l. 1. C. de successorio edict. Ias. l. 2. nu. 191. C de jure emphyteut. Aym. Cravett. cons. 127. num 4. & cons. 184. num. 2. Card. Paris. cons 28. num 65. cons. 49. num. 58. & 75. lib. 3. cons. 56. num. 30. & cons. 72. num. 8. lib. 4. Albert. Brun. in tractat. de statut. excludent. fœm. art. 6. num. 89. & articul. 12. numer. 235. Campeg. in tract. de dote. 5. part. princ. quæstio. 41. Tiraq in tract de jure primogen. quæst. 12. n. 16.*

Sed dubio omni caret, arque etiam ex confessione Domini Comitis a D. nec non etiam investituris productis constat, Baroniam à B. feudum esse, arque generosum & nobilem Dominum J. Dominum in B. & C. illam Baroniam & feudum suum antiquum possedisse. Similiter Comes R. ejusque filius Comes F. fatetur, se non per lineam masculinam, sed per lineam fœmininam à familia Baronum a B. & C. descendere.

Igitur videtur dicendum, tàm Comitem R. à D. quam ejus filium Comitem F. ad successionem Baroniæ controversæ minimè admittendos, eamque Baroniam Domino feudi Episcopo nempe Monasteriensi apertam.

Secundò, fœmina † transversalis non succedit in feudo, *Socin jun. cons. 63. n. 23. lib. 1.* Similirer & descendenres ex fœmina transversali, in feudum non succedunt, sicut, parer ex iis, quæ in ratione præcedenti adduximus. Cum iraq; Comes R. a Domina H. quæ generoso & nobili Domino J. linea transversali conjuncta fuit originem trahat, videtur dicendum, Comitem R. ejusq; filium etiam ex hoc capite feudi incapacem esse. 5

Tertiò, ascendentes † à successione feudi repelluntur, nec descendentibus in feudo succedere possunt, *c. 1. in princ. de natura success. feud. Corn. cons. 16. nu. 7. lib. 1.* 6

Quod non tantum in feudis secularibus, sed etiam in feudis ecclesiasticis locum habet, *Bald. Auth. defuncto. C. ad SC. Tertull. Alvar & Præpos. c. 1. de natura success feud. Curt. in tract. feud. 2. part. 3. part. princ. nu. 42.*

Er procedit non tantùm in feudis novis, verùm etiam in feudis antiquis, *Andr. de Iser. & Matth. de Affl. c. 1. de natural. successionis feudi, Ias. l. Gallus. §. etiamsi à parente. nu. 42. ff. de liberis & posthumis.*

Cum itaq; Domina H. ex qua Comes R. descendir, fuerit amita magna nobilis & generosi Domini J. ulrimi defuncti. Et sic ipsi quodammodo linea ascendenti conjuncta, *arg. §. item amitam cum. §. sequenti. & ibi gl. verb. Materteram magnam. Inst. de nuptiis.* videbatur dicendum, & ipsam Dominam H. & omnes descendentes ex illa à successione feudi controversi exclusam.

Quartò, de jure communi † fœmina est 7 incapax omnium bonorum etiam allodialium, habentium regalia vel dignitatē cum administrarione vel mero vel mixto imperio, *Innocent. c. delicta. extr. de major. & obed. Bart. l. 2. & ibi Dec. nu. 7. ff. de reg. jur. Bart. l. 1. C. de mulier. & in quo loco lib. 10. Bart. consil. 72. incip. ex facto præsup. col. 2.*

Ioh. de

Ioh. de Imm. Domin & Phil. Franc c. grandi de supplenda negl. prælator. lib. 6. Socin. jnu. consf. 65. num. 24. usq; ad num. 28. consil 68. num. 22. & 26. lib. 1. conf. 167. num. 10. lib. 2. Dec. conf. 85. col. 5. Bald. l. ex hoc jure. ff. de just. & jur. Barbat. c. cum olim. col. 6. extr. de consuet. Card Parif. conf. 72. num. 71. lib. 4. Iacob. de S. Georg l. cum antiquioribus. col. pen. C. de jure delib. Mart. Laudens. in tract. de primogeniis. col. 5. arg. l. cum prætor. §. penult. ff. jud. l. 2. ff. reg. jur. l. fin. C. arbitr. gl. c. ubicunq; verb. masculinam, de pœnis, lib. 6. Eamque sententiam communem esse, attestatur *Socin. jun. conf. 68. num. 26. lib. 1.*

8 Et hoc potissimum procedit, † si illa bona, quæ habent annexam dignitatem, ob jurisdictionem cum administratione sint bona feudalia.

Namque ad illorum successionem fœmina nullo modo admittitur, secundum communem & receptam Dd. sententiam, *Hostien. Ioan. Andr. Bald. Anton. de Butr. Panorm. & Dd. c. significavit. extr. de rescript. Abb. c. dilectis & ibi August. Bero. nu. 50. extr. de arbitr. Tiraq. in tract de primogen. quæst. 10. num 9.*

9 Sed certum est, † Baroniam dignitatem & quidem regalem esse, *Audr. de Ifern.* [illegible] *nu. 24. de Capitan. qui cur. vend. M. de Afflict. c. 1. num. 4 quis dicatur dux.* quod confirmatur etiam ex eo, quia teste *Baldo & M. de Afflict.* Barones dicuntur quasi filii Regis, *M. de Afflict. cap. 1. in fin. num. 1. & 2. de his qui feud. dar. poss.* atque Baronum appellatio generalis est, comprehendens Duces, Marchiones & Comites, *M. de Afflict. c. 1. in princ. nu. 1. de his qui feud dar. poss. M. de Afflict. c. 1. num. 4. quis dicatur dux.*

Quinimò Barones Germaniæ in omnibus & per omnia Comitibus æquiparari, testis est *Zas. in tract. feud. 5. part. nu. 29.*

Cum itaque feudum controversum Baronia sit, & sic habeat annexam dignitatem regalem cum administratione mero & mixto imperio: videtur dicendum, Dominam H. omnesque ex ea descendentes etiam ex hoc capite feudi controversi incapaces esse.

10 Quintò, cum contractus feudi † ex tenore investituræ, & formam & legem recipiat, *Bald. in prælud. feud. num. 47. id. Bald. l. quoties. C. sui. & legitim. Dec. conf. 193. num. 1. conf 614. num. 3. conf. 680. num. 1. conf. 468. num. 9. & conf. 435. num. 4. Zas. in tract. feud. 6. part. num. 24. Albert. Brun. conf. 41. nu. 6.* receptum est, quod semper recurrendum sit ad tenorem investituræ, illaque & attendendus & sequendus sit, *c. 1. & ibi Bald. de duob. fratrib. à Capitan. invest. c. si cui de extr. ordinariis. capit. Bald. l. quoties. col. 1. C. de suis & legitim. Bald. cap. 1. col. 3. de feudo Guandiæ. Roma. conf. 33. & conf. 499. Paul. Castr. conf. 146. & conf. 338. col. 1. lib. 2. Ioan. de Anan. conf. 7. Cæpol. causarum civil. conf. 24. Alex. conf. 52. num. 12. lib. 4. Barbat conf. 4. col. 7. lib. 1. Socin. conf. 67. col. 2. lib. 1. Curt. sen. consil. 47. col. 1. Curt. jun. conf. 1. & conf. 20. Ias. conf. 78. lib. 1. Albert. Brun. conf. 9. conf. 39. & conf. 41. Dec. conf. 263. Hippol. de Marsil. conf. 99. col. 2. lib. 1.* atque ab illo nullo modo recedi debeat, *Bald. c. 1. §. denique. col. 1. quæ fuit prima causa.* etiamsi pacta extranea & insolita contra naturam feudi investituræ inserta fuerint, *Curt. sen. conf. 48. col. 8. Bolocniu. consil. 1. col. 14. Albert. Brun. conf. 41. col. 1. Ioh. Nevizan. conf. 9. nu. 3. & 4.*

Similiter clari & indubitati juris est, quod tenor, verba sivè pacta investituræ, & naturæ feudi, & omni juri, statuto constitutioni, ordinationi sive privilegio deroget, *cap. 1. & ibi Bald de duob. fratrib. à cap. investic. c. 1. & ibi Bald. de feudo non habent. prop. natur. c. 1. §. præterea & ibi Bald. quid sit investitura. c. 1. §. fin. de feudo Marchiæ. Bald. c. 1. § Denique, quæ fuit prima causa. Bald. conf. 70. lib. 1. consil. 207. conf. 251. lib. 2. conf. 303. & consil. 330. lib. 3. Raph. Cum. conf. 161. col. 2. P. Castrens. conf. 171. lib. 1 Mart. Laudens. c. 1. col. 1. qui feud. dar poss. Caccialupus c. 1. col. 15. de feudi cognitione. Ioan. Neviza. conf. 9. num. 3. M. de Afflict. decis. Neapol. 265. num. 102. & 103. Dec. conf. 78. nu. 6. conf. 614. nu. 3. & conf. 680. num. 1. Card. Paris. consil. 5. in princip. lib. 1. facit. textus. l. 1. §. si conveniat. ff. depositi. l. contractus. ff. reg. juris l. pacisci. ff. pactu.*

Cum itaque in investituris Episcoporum Hentici, Conradi, Erici, Friderici & Francisci expressè dicatur, & nobilem & generosum Dominum J. nec non etiam prædecessores ipsius, de Baronia controversa tanquam de feudo masculino investitos: sequitur, in investitura expressè actum, quod ad illius successionem fœminæ nullo modo admitti debeant, cum sit clari juris, quòd ad successionem feudi masculini fœminæ non admittantur, quodque per hasce investituras sive tenores investituratum expressè derogatum sit, tàm privilegio quam consuetudini, Episcopatus Monasteriensis admittentis ad successionem feudi fœminas.

Sextò,

11 Sextò, ultima † derogant prioribus in omni materia omnibusq; actibus, l. pacta novissima. & ibi Iaf. Dec. & Dd C. de pact. l. cum proponas. C. de codicill. l. clari C. de fideicommiss. l. si unus. §. Pactus ne peteret. ff. de pact. l. duobus. §. fin cum l. sequuti. & ibi Iaf. ff. in jurejur. l. cum in plures. §. cum locator. horrei. ff. locat. & conduct. l. 1. §. fin. ff. stipulat. servor.

Cum itaq; multæ ex investituris factæ nobilibus Dominis a B. de Baronia controversa, in quibus cavetur, quod Baronia controversa sit feudum & masculinum & proprium, sint posteriores beneficio sive privilegio Monasteriensi, videtur dicendum, per illas investituras derogari privilegio Monasteriensi, quod vult, fœminas & descendentes ex fœminis ad successionem feudi admittendas.

12 Septimò, fœmina † semel exclusa à feudo sive successione feudi, perpetuò exclusa manet, nec in perpetuum ad illud admittitur, c. 1. §. quin etiam Episcopum vel Abbatem. & ibi Andr. de Isern. Baldus Alvarot. Præpos. M. de Afflict. & Dd Calderin. cons. 4. tit. de feudis Raph. Cuma. cons. 99 incip quædam possessio. 2. dubio. Paul. Castrens. cons. 29. & cons. 191. col. 4. lib. 2. Iacob. Alvarot inter cons. Albert. Brun cons. 65. Alex. cons. 20. num 8. & cons. 29. in final. lib. 1. Dec. cons. 390. col. 3. Ant. Rub. cons 57. Ioh. Blaneus in summa de feud. tit. de success. feudi vers. vel dic. quod masculus. Petr. de Anch cons. 12 1. Francis. Aret. cons. 144 & cons. 154 Albert Brun. cons. 78. n. 2. & cons. 79. nu. 7. Socin. cons. 296. lib. 2. Barthol. de Scarampis inter cons. Albert. Brun cons. 108 n. 27. Ruin. cons. 15. nu. 10. lib. 1. Card. Paris. cons. 23. num. 51. lib. 1. cons. 16. num. 5. & cons. 72. num. 79. lib. 4. Socin. jun. 104. nu. 9. cons 109. & cons. 110. num. 5. lib 2. Curt. in tract. feud 1. part. 3. part princip. num 32. Iaf. in tract. feud. 8. part. num. 58. Tiraquell. rep. l. si unquam verb. susceperit liberos. num 195. eamque sententiam communem esse, attestantur Præpos. c 1. §. quin etiam Episcopum vel Abbatem. Card. Paris. cons. 23. num. 51. lib. 1. & hæc sententia multis & evidentissimis rationibus comprobatur.

13 Namque regulariter quælibet † simplex exclusio perpetua est, & semel & simpliciter exclusus, perpetuò exclusus intelligitur, gl. & Bald. l. in quibus. C de secund. nupt. Corn. cons. 12. lib. 1. Albert Brun. in tract. de statutis excludent. fœminas. artic. 1. quæst. 5. num. 1. Alciat resp. 29. num. 1. Ideoque receptum est, fœminam semel exclusam a successione vel alio jure per masculos, perpetuò exclusam manere, nec ipse ullum regressum ad illam successionem vel illud jus, a quo exclusa fuit, conceditur, Bart. l. fin. ff. ad SC. Tertull. Bald. l. si quis posthumor. §. 1. & ibi Francisc. Aretin. ff. liberis & posthumis. Bald. Auth sed eisi quis. C. de secund nupt Bald. l. Gallus. §. & quid si tantum & ibi Ang. Francisc. Aret. & Dd. ff. liber. & posth. Bald. Salycet. Paul. Castrens. & Alex. l. si avus. C. de liberis præterit. Anton. de Butr. cons. 20. Bald. cons 267. n. 5. lib. 5. Petr. de Anch. cons. 220. Imm. cons. 207. Fulgos. cons 98. Paul. Castrens. cons. 159. lib. 2. Alex. cons. 20. lib. 1. Corn. cons. 44. col. 10. lib. 3. Socin. cons. 92. lib. 1. & cons. 50. lib. 3. Dec. cons. 627. Iaf. cons. 220. lib. 2 Ruin. cons. 167. num. 11. lib. 3. Card. Paris cons. 22. nu. 23. cons. 23. nu. 52. lib. 1. cons. 48. num. 22. lib. 2 cons. 59. cons. 81. nu 25. lib 3. cons. 48. nu. 14. & cons. 72. nu. 79 lib. 4. Socin. jun. cons. 2. n 34 lib. 1. cons. 114 nu. 1. lib 2. Albert. Brun. in tract de statutis excludentes fœminas. artic. 10. quæst. 5. Tiraq. rep. l. si nunquam vers. susceperit liberos. n. 193 & 194 C revoc donat. ubi ipse plures alios Dd. citat Tiraq. in tract. cessante causa. 1. part. num. 56.

Similiter & semel exclusus à jure prælationis, semper & perpetuò exclusus & intelligitur & manet, Card. Paris. cons. 81. num. 25. & 26. lib. 3.

Præterea eo casu, † quo filiæ vel reliquæ fœminæ ad successionem feudi admittuntur, ipsæ ad successionem feudi intelliguntur admissæ sub illa conditione, si videlicet tempore delatæ successionis nulli masculi extiterunt, Paul. Castr. cons. 191. numer. 1. lib. 2. 14

Quam conditionem semel defecisse sufficit, l. ex facto. §. si quis autem susceperit ff. ad SC. Trebell. l. hæredib & princ. ff. eod. tit l. si quis hæredem. & ibi Alex. Iaf Dec. & Dd. C. de instituт. & substitut sub condit. facit. l. cum uxori. C. quando dies legati cedat. l. fin. C. de indict. viduit. toll. cum mult. simul allegat. per Tiraq. rep. l. si unquam verb. susceperit. liberos. nu. 187. usq; ad nu. 191. C. revoc. donat.

Huc accedit, quod † obligatus ex contractu vel sententia ad rem tradendam, si eam semel tradiderit, liberetur, nec illa obligatio reviviscat, si res tradita ad illum denuò revertatur, gl l. ab emptione & ibi. Bart. ff. pacta. gl. l. si cum venderes verb. tradat. ff. contract. empt. Iacob. Aret. Bart. Imm. P. Castr. Roma. & Dd. l permiscere §. species ff. acquirenda possess. Bart. Bald. Ang. Paul. Castr Raph Cuma. & Alex l. si fidejussor. §. Meminisse. ff de legat. 1. cum multis similib. alleg. per Tiraq. rep. l. si ad unquam verb. susceperit liberos. nu. 291. 15

Quodq;

16 Quodq; testamentum semel † ruptum sive irritum factum per nativitatem posthumi vel filii præteriti, vel quia testator se in arrogationem dedit, non valescat, licet posthum⁹ vel filius præteritus postea decesserit, vel testator sui juris postea factus fuerit, *l. 2. & 3. C. posthumi hæred. Institut. l. qui ex liberis. §. testamento. ff. bonorum poss. secund. tab. l. si filius qui potest. ff. liber. & posth. l. qui uxorem. ff. injusto testamento. §. 1. Instit. exhæred. liberor.*

Neq; verò tantùm ipsa fœmina, verùm etiam omnes descendentes ex illa fœmina, quæ semel exclusa fuit, a succesione feudi in perpetuum exclusi censentur: ita ut illis nullus regressus ad illud feudum sive successionem concedatur, *Card. Paris. cons. 72. n. 80. lib. 4. Ias. in tract. feud. 8. part. nu 59. arg. l. si viva matre. C. bonis maternis. gl. l. 1. in princ. verb fiscum ff. si quis aliquem testare proh. Bald. l. 1. ff. senatorib. Alb. Brun in tractat. de statutis exclu. fœm. 6. artic. 3. quæst. 3. membri. nu. 49. & 50.*

Quod usque adeo verum est, ut licet postea illi masculi qui fœminas excluserũt vel descendentes ex ipsis sine liberis mortui fuerint, neq; fœminam, quæ semel exclusa fuit, neq; descendentes ex illa ullo modo ad successionem illius feudi admittantur, neq; tanquam successores primi acquirentis, neq; etiam tanquam successores ultimi defuncti, *Bald. c. 1. §. & quia vidimus. col. 6. vers. è contra quæ eo, de his qui feud. dar. poss. Alvar. c. 1. de eo qui sibi & suis hæred. Alvar. inter cons. Albert. Brun. cons. 65. Paul. Castr cons. 191. & cons. 300. lib. 2 Calderin. cons. 4. tit. de feud. Anton. de Butr. cons. 47. Ias. in tract. feud. 8. part. n. 58. & 59. Ias. l. si quis. nu. 1. arg. ill. textus. C. instit & substit. Alb. Brun. cons. 78 n. 2. Card. Paris cons. 72. n. 79. lib. 4. Curt. in tract. feud. 1. part. 3. part. princ. n. 32.*

17 Tum, quia eo ipso quod † masculus fœminam semel exclusit, effectus exclusionis perpetuæ est perfectus & consummatus.

18 Et clari & indubitati juris est, † quod cessante causa, nunquam cesset effectus, quando effectus jam est consũmatus & perfectus, *l. fin. ff. unde liberi. l. inter stipulantem. §. sacram. & ibi Ias. 4. notab. ff verb. oblig. l. patre furioso. ff. de his qui sunt sui vel alieni juris. l. qui res. § Aream. ff. solut. c. de bigamis. & ibi Anton. de Butr. extr. de bigamis. c. sane & ibi Anton. de Butr. extr. de renunciat. Cyn. l. generaliter. col. 2. vers. in contrariam. & ibi Bald. col. 3 C. episcop. & cler. Bart. l. 2. § fin ff donat. Bart l pluribus. §. etsi placeat. ff. verb. oblig. Dd. c. post translationem. extr. renuntiat. cum multis simul. allegat. per Tiraquell. in tract. cessante causa. 1. part. nu. 96. & 2. part. limit. 12. & rep. l. si nunquam. verb. susceperit liberos. num. 192.*

Tùm, quia successio in feudum est † successio singularis, in qua non repræsentatur persona cui succeditur, sicut nec in legato, *Bald. Auth. cessante. C. de legit. hæred.* sed solum ipsa res in qua succeditur, & sic cuicunque succedatur, cum res ipsa non varietur, non videtur variari successio, sed dicitur una & eadem, sicut est unum & idem feudum, & per consequens, fœmina semel exclusa à feudo, amplius ad illud non admittitur, sine nova investitura, *Paul. Castr. cons. 191. num. 2. lib. 2. arg. l. final. ff. success. edit l. fin. C. remiss. pig.* 19

Tùm, quia in feudis † non succeditur vasallo ultimo morienti, sed primo acquirenti feudum, & sic semper de una eademque successione agitur, *c. 1. §. 1. de feudo Marchiæ.* ideo mirum non est, quod fœmina ab illa semel exclusa nec non etiam descendendentibus ex illa, ad eam regressus non detur, *Card. Paris. cons. 22. nu. 18. lib. 1. & cons. 23. num. 53. eod. lib.* 20

Nec obstat, quod fœmina exclusa à successione patris, item & descendentes ex ea non prohibeantur succedere illi personæ, quæ fœminam & descendentes ex illa exclusit, etiam in illis bonis à quibus fœmina semel exclusa fuit, *Francis. Aret. Socin. Ias. & Dd. l. 1. § veteres. ff. acquir. poss. Dec. consil. 627. Card. Paris. consil. 22. num. 17. & cons. 23. num. 52. lib. 1. Socin. jun. cons. 104. num. 11. lib. 2 Alciat. respons. 162. nu. 20. & respons. 172. nu. 2.*

Namq; respondemus, illud tantum procedere in successione universali rerum allodialium sive hæreditariarum, in quibus succeditur ultimo morienti, quæque successiones & hæreditates in persona uniuscujusque sunt diversæ & separatæ, secus autem est in successione feudi, in qua semper succeditur primo acquirenti, & sic semper agitur de una eademque successione, prout ad hoc contrarium respondet *Card. Paris. cons. 22. nu. 18. & 19. & cons. 23. nu 53. & 54. lib. 1.*

Secundò, ad hoc contrarium respondetur, quod illud procedat in successione universali, in qua consideratur sive repræsentatur persona ultimi defuncti, secus autem esse in successione singulari, qualis est successio in feudum, *Aym. Cravett. cons. 197. nu. 1. lib. 1. Paul. Castr. cons. 191 num. 2. lib. 2.* in illa enim non consideratur neq; repræsentatur, persona ultimi defuncti, sed tantum ipsa

res

res, & sic cuicunque succedatur, cum res ipsa non varietur, non videtur variari successio, & ita ad hoc contrarium respondet *Castr. cons. 191 nu. 2. lib. 2.*

Similiter non obstat, quod textus alibi dicit, fratrem fratri in feudo succedere, *c. 1. §. cum verò Corradus, de his qui feudum dar. poss.* quodque, ad successionem feudi is admittatur, non qui primo acquirenti, sed qui ultimo defuncto proximior est, *cap. 1. vers. dummodo. & ibi Dd. de natura successionis feudi Socin. cons. 252. num. 17 lib. 2. & cons. 73. num. 16. lib. 4. Corn. cons. 22. num. 17. lib. 2. cons. 42. num. 2. & 5. & cons. 159. num. 8. lib. 4. Card. Paris. cons. 23. nu 263. lib. 1. Pract. Pap. in form. lib. ad revocationem feudi verb. superstitibus. num. 14.*

Et sic videbatur dicendum, quod etiam in feudis succedatur non primo acquirenti sed ultimo defuncto, quodque & illæ successiones sint diversæ & separatæ, & eam ob causam exclusus ab una, non intelligatur exclusus ab alia, *arg. l. si domus ff. de servit. urb. præd. l. si prius in princip. ff. aqua plu. arcend.*

Namque respondetur, verbum succedere in *d. §. cum verò Corradus*, propter subjectam naturam feudi quæ est res subjecta restitutioni, & æquiparatur fideicommisso relicto uni de familia ea conditione, ut illud fideicommissum in familia remaneat, *Andr. de Isern. c. 1. §. hoc quoq. nu. 9. & ibi Matth. de Afflict. nu. 8. de success. feudi. Andr. de Isern. c. 1. §. qui ergo. nu. 7. & ibi M. de Affl. nu. 20. de investit. de re al. fact. M. de Afflict. in prælud. feud. n. 178. Card. Paris. cons. 65. nu. 16. lib. 3.* esse intelligendum & ita accipiendum, ut frater quasi a manu fratris feudum accipiat: ex dispositione tamen primi acquirentis & sic primo acquirenti succedat, sicut etiam fideicommissum accipitur per manum ipsius, à quo relictum fuit, & in illo tamen succeditur, non ei à quo relictum fuit, sed testatori, qui illud fideicommissum reliquit, *l. coharedi. §. cum filia & ibi Ias. & Dd. ff. vulgar. & pupillar.*

Nec obstat, quod ad feudum admittatur ille qui est proximior ultimi defuncti, namque idem observatur & usu venit in re relicta uni de familia, eo pacto, ut illa in familia maneat, ad quod non admittuntur proximiores testatoris sed ultimi possessoris, secundum textum *l. cum ita. §. in fideicommisso, & ibi Cyn. Bald. & Paul. Castr. ff. legat. 2. Socin. cons. 63 num. 14. lib. 4.* ubi Socinus attestatur, hanc opinionem communem esse, & idem tenet *Card. Paris. cons. 2. num. 48. lib. 1.* & tamen illi qui ad illam rem admittuntur, dicuntur habere causam non ab ultimo defuncto, sed à testatore.

21 Eodem modo non obstat textus in *cap. 1. de eo qui sibi & suis heredibus*, dum videlicet textus ibi dicit: *Non enim patet locus fœminæ in feudi successione, donec masculus superest, ex eo, qui primum feudum acquisivit.* Et sic ex illo textu colligi possit, fœminam per masculos non perpetuò sed tantum temporaliter, donec videlicet masculi supersunt, exclusam esse, eam ob causam, quia Dd. communiter concludunt, fœminam non perpetuò sed temporaliter tantum exclusam censeri, quoniam legibus expressè cavetur, ne fœmina succedat, donec vel quousque masculus superest, eique masculo deficiente postea ad successionem locum patere, *Bart. l. final. §. 1. ff. ad SC. Tertull. Bald. l. extraneum. C. hæred instit. Bald. l. in quibus. C. de secund. nupt. Bald. l. si Pontio nulla. §. quando dies legat. ced. Bald. & Ang. l. Gallus. §. & quid si tantum. ff. de liberis & posthumis Bald. Imm. Paul. Castr. Aretin. & Dd. l. si quis posthumos. §. 1. ff. eodem tit. Socin. cons. 92. lib. 1. cons. 50. col. 1. lib. 3. Bald. cons. 369. nu. 5. lib. 5. Paris. cons. 85. num. 4. lib. 2. cons. 72. nu. 102. lib. 4. Socin. jun. cons. 1. num. 75. cons. 76. numer. 113. lib. 1. & cons. 114. num. 1. lib. 2. Alvarot. respons. 162. numer. 20. Albert. Brun. in tract. statut. exclud. fœm. art. 10, quæst. 5. casu. 2. Tiraquell. rep. l. si unquam. verb. susceperit liberos num. 194. ubi ipse multos alios Dd. ad hoc citat. C. de revocand. donat. arg. l. 5 §. fin. de ventre in poss. mit. l. fine. §. tamdiu. ff. cond. furtiva l. in delictu. §. si detracta. ff. noxal. actio.* namque ad hoc contrarium respondetur *text. in d. cap. 1.* habere varios intellectus.

Eamque ob causam illum textum ad decisionem causarum allegari non posse, cum illi textus, qui varios intellectus habent, ad decisiones causarum allegari nequeant, *Bart. l. ambiguo. ff. de reb. ambiguis.* & ita ad illum textum respondent *Præpos. c. 1. §. quin etiam Episcopum vel Abbatem. Curt. jun. in tract. feud. 1. part. 3. part prime. num. 32. Socin. jun. cons. 110. nu. 18. lib. 2.*

Secundò, ad illum textum ex sententia *Præpositi, Curtii jun. & Socini junioris*, in locis præallegatis respondetur, in illo textu expressè non dici, quod mortuis masculis fœmina semel exclusa in feudum succedat.

Et cum jura juribus concoedare conveniat, & unus textus secundum alium sit intelligendus & ita interpretandus, ne sibi invicem contradicant, *l. 1. §. quib. C. nov. Codic. facien. l. 1. C. in off. donat. l. sed & posteriores. ff. legib. c. cum expediat, de elect. lib. 6. text. 29. in d. c. 1. de eo qui sibi & suis heredib.* est intelligendus secundum textum in *d. §. quinetiam.* ut videlicet ille text. denotet temporalitatem, quoad retinendam successionem jam quæsitam, non autem temporalitatem, quoad exclusionem successionis, prout ad illum textum expresse respondet *Socin. jun. cons. 110. nu. 17. lib. 2.*

Cum itaque generosa & nobilis Domina H. Comitissa à D. semel sit exclusa à successione Baroniæ controversæ per nobiles & generosos Dominos G. & F. fratres suos, videtur dicendum, & ipsam Dominam H. & Dominum R. Comitem à D. nec non etiam ipsius filium Comitem F. à successione dictæ Baroniæ controversæ penitus exclusos esse, nec ipsis, eam ob causam, quia Dominus J. absque hærede feudi decessit, ullum locum aditum vel regressum ad dictam Baroniam patere.

22 Octavò, † fœmina semel exclusa à successione feudi, propter masculos & ipsa & descendentes ex ipsa in perpetuum ad illud feudum non admittuntur, etiam deficientibus masculis, sive illud feudum ceperit à masculo sive à fœmina, *Socin. jun. cons. 109. nu. 7. & 8. lib. 2. Card. Parif. cons. 16. lib. 4.* item, sive illud feudum sit feudum proprium, sive improprium, *Alciat. resp. 170.* item, sive illud ipsum feudum fuerit gratis concessum, sive titulo emptionis vel alio titulo oneroso acquisitum, *Socin. jun. cons. 109. nu. 7. & 8. lib. 2. Card. Parif. cons. 16. lib. 4.* quod potissimum & absque omni dubio procedit, quando feudum titulo emptionis vel simili oneroso fuit quæsitum, non à Domino feudi sed à quodam tertio: tunc enim illud in omnibus & per omnia proprii & recti feudi naturam retinet, & fœmina ab illo semel exclusa, nec non & descendentes ex illa ad illud in perpetuum non admittuntur, *Alciat. respons. 170.*

23 Eodem jure utimur, si in † Investitura dictum fuit, ut deficientibus masculis fœminæ succedant, *Socin. jun. cons. 110. n. 11. & cons. 114. nu. 5. lib. 2.* vel, si in investitura cautum sit, ut stantibus masculis fœminæ non succedant, *Socin. jun. cons. 114. n. 3. & 4. lib. 2.* item, etiamsi in investitura actum sit, ut non existente vel superstite masculo, fœmina succedet, namque etiam hoc casu, fœmina semel exclusa, item & descendentes ex illa perpetuo exclusi intelliguntur, nec postea mortuis masculis ad successionem feudi admittuntur, *Albert. Brun. in tract. de statutis exclud. fœmin. art. 10. quæst. 5. casu 2. nu. 7.*

Nonò, dispositio qua cavetur, ut fœmina in feudo succedat, ita intelligenda est, ut intelligatur de fœmina, quæ est in linea descendenti, non autem de illa fœmina, quæ est de linea collaterali, ideoque exclusa à linea descendenti, per lineam transversalem non admittitur, *Andr. de Isern. c. 1. §. quin etiam Episcopum vel Abbatem. Alciat. resp. 162. num. 19. arg. l. sed etsi plures. §. 2. ff. vulgar. & pupillar.* cum itaque Dominus Comes R. ejusque filius Dominus Comes F. & à fœmina nempe Domina H. descendant, & ultimo defuncto non sint conjuncti, linea descendenti, sed linea transversali: videtur dicendum, ipsos ad successionem Baroniæ controversæ nullatenus admittendos.

Decimò, illud quod alicui † conceditur 24 secundum vel præter legem, beneficium dicitur, illud verò quod conceditur contra legem privilegium censetur, *Bart. l. fin. C. si contra jus vel utilit. publ. Bart. l. si finita. § ex hoc edicto ff. damno infecto. Bart. l. si quando & ibi Bald. C. inoff. testam. Andr. de Butr. & Panor. c. olim. extr. verb. sig. Cyn. l. rescripta. C. precib. imperat. offerend. Alex. l. quia tale. in princip. ff. solut. matr. Bart. l. fin. num. 3. & ibi Ias. num. 27. ff. constitut. princip. Ruin. cons. 227. num. 1.*

Cum itaque ordinatio Episcopatus Monasteriensis, quâ cavetur, quod fœminæ indefectum masculorum ad successionem feudi admitti debeant, refragetur juri communi feudali, quo fœmina omninò à successione feudi excluditur, *c. 1. §. & quia vidimus. & ibi Dd. de his qui feudum dare poss. c. 1. §. filia. & ibi Dd. de successione feud. c. 1. §. ad filias de grad. b. succedend. in feudo, cum similibus allegatis.* Sequitur, dictam ordinationem Episcopatus Monasteriensis strictissime intelligendam, & quantum fieri debet, astringendam, nec extra verba ipsius extendendam.

Namque clari & indubitati juris est, quod † privilegium strictissimè intelligendum sit, *l. si quando in princip. C. de inoffic. testament. gl. c. 1. de constitut. lib. 6. Archidiac. c. frater. 16. q. 1. Bald. l. quæ ex relationib. in princ. C. legibus. Bart. l. fin. nu. 3. & ibi Iasn. 33. ff. de constitut. princip.* Similiter legibus expresse cautum est, tenorem privilegiorum 25

inspi-

inspiciendum, considerandum, attentendum, *c. porro. extr. de privileg. c. recepimus. extr. eo tit. c. consideravimus. extr. de electio.* in universum sequendum, *Petr. de Auch. cons. 171. Innoc. Anton. de Butr. & Panor. c. per venerabilem. extr. qui filii sunt legit. Paul. Castr. cons. 34. post princ. lib. 2. Cæpol. causarum civil. cons. 66. col. 2. Bald. cons. 355. lib. 1. gl. c. ut apostolica. de privileg. lib. 6 gl. Clem. 1. verb. excolendas ad fin. de dec.* singulaq; verba ipsorum esse ponderanda, *Bald. c. fin. arg. ill. text extr. de translat. prælat. Bald l. 2. col. 2. vers. ulterius quæritur ff. constit. Principum.*

Usq; adeo, ut à verbis sive tenore privilegiorum ne larum quidem unguem recedere liceat, *Bald. l. 1. §. si is qui. ff. exertitor. act.* nec etiam privilegiũ permittatur porrigere ad illum casum, ad quem verba ipsius non porriguntur, *Bal. c. eam te. col. 3. extr. de rescript.* nec obstat, quod illa ordinatio Episcopatus Monasteriensis appelletur beneficium, sicut hoc ex sequentib. verbis illius ordinationis liquet, **Alle diese vorgeschriebene Sache/ Gnade/ Puncte vnd Artickel semptlich vnd ein jeder besonder.**

Tùm, quia illa verba **Gnade**/ & alia capila illius ordinationis præter illa, in quibus cavetur, quod fœmina in defectum masculorum in feudum succedere debeat, referri debet. Tùm, quia subjecta materia & natura beneficii est, ut concedatur prætet vel secundum jus commune: privilegii verò natura est, ut concedatur contra jus commune.

26 Et clari & indubitati juris est, quod † omnia verba secundum subjectam materiam: item secundum naturã illius rei, de qua agitur, intelligi debeant, etiamsi oporteat verba ad impropriam significationem trahere, *l. si uno, in princip. ff. locat. & conduct. l. si stipulatus. ff. usur. Bald. Rub. n. 9. C. contrah. empt. Aym. Cravett. cons. 20. nu. 3. lib. 1.*

27 Et similiter indubitati juris est, quod secundum † largam & impropriam significationem vocabuli appellatio beneficii etiam privilegio conveniat, *gl. & Dd. c. olim. extr. verb. obligat. Bart. l. fin. & ibi Ias. nu. 25. ff. constit. princ. Dd. c. beneficium de reg. jur. lib. 6.* Tum, quia hic constat de effectu, quod videlicet hæc ordinatio juri communi feudali refragetur, & sic privilegium sit.

28 Et certi juris est, quod quilibet † actus nominetur ab effectu, etiam contra formam & sonum verborum, quodque eo casu, quando effectus repugnat, & adversatur formæ verborum effectus omissis verbis considerandus sit, *Bart. l. cotem ferro. §. qui maximos. ff. Publican. Bart. disputat. 4. incip. publica. Bart. l. ubi ita donatur. ff. donat. Dec. l. si Passenda. col. 2. post med. C. pactis. Dec. Auth. ex testamento. col. 2. & l. si donatione col. 1. & 7. C. de collat. Aym. Cravett cons. 20. n. 5. lib. 1.*

Tùm, quia cum hæc ordinatio Episcopatus Monasteriensis sit contra jus commune feudale, satis liquet, quòd Episcopus subditis suis privilegium & non beneficium concedere voluerit.

Et legibus expressè cautum est, quod in † omnibus dispositionibus de verbis nihil curandum sit, quando de mente disponentis constat, sive illa dispositio sit lex, *l. scire. §. aliud. ff. excusat. tutor. l. 3. §. conditio ff. adimend. legat. l. penult. ff. ad exhib. l. credendum. ff. qui petant. tut. l. 2. § si mater. vers. quid si curatores. ff. ad SC. Tertull. l. si quis adulterium. § 4. & l. nihil ff. ad l. Iuliam de adulter.* Sive statutum, *Cyn. & Bald. l. 1. ff. si cert. petat. Bart. l. contra legem. ff. legib. Bart. l. omnes populi quæst. 6. princ. ff. just. & jure.* Sive rescriptum, *gl. c. si propter verb. intentionis arg. ill. text de rescript. lib. 6. gl. c. mandatum. arg. ill. text. extr. de restit. spoliat. Ias. l. jurigentium. §. prætor ait. col. pen. ff. de pact.* Sive privilegium, *c. ex multiplici. & ibi gl. extr. de decimis.* Sive ultima voluntas, *l. hæredes mei. §. cum ita ff. ad Trebell. l. Labeo. ff. de supellect. legat. l. 3 & ibi Ias. & Dd. C. liber. præter. Aug. cons. 169. col. 1.* Sive contractus, *l. fin. C. quæ res pign. oblig. poss.* 29

Præterea quoque legibus expressè cautum est, & † beneficium Principis juri communi contrarium strictè interpretandum, *Bart. l. fin. nu. 2. ff. de constit. Princip.* 30

Deinde quoque clari juris est, quod † statuta atque constitutiones sint stricti juris, *Bart. l. omnes populi. nu. 60. ff. just. & jur. Bald. l. contractus. nu. 1. C. de fide instrum.* quodque eam ob causam strictè & propriè intelligenda, nec extra casum, de quo loquuntur, extendenda, *l. si vero. §. de viro. ff. solut. matr. l. quod constitutum. ff. testam. milit. l. constitution. ff. ad. Municip. Bart. l. omnes populi. nu. 60. ff. just. & jur. Bald. d. l. contractus. nu. 1. C. de fide instrum.* 31

Huc accedit, quod à verbis † statutorum non sit recedendum, *Bart. l. quod constitutum. ar. ill. text. ff. testam. milit.* quodque id, quod statutum non dicit, nec nos dicere debeamus, *Bald. l. omnes populi paulò ante fin. ff. just. & jur.* cui etiam convenit, quod non possimus interpretari, constitututionem id disponere, quod non loquitur, *Bald. cons. 447. col. 3. lib. 5.* quodque & verbis 32

statutorum servire debeamus sine extranea interpreratione, *Bald. conf. 134. col. 2. lib. 4.* & verbis statutorum inhærere nec aliter interpretari, quam statuta loquuntur, *Bald. c. significante. col. 2. vers. sed quid si statuta. extr. appellat.* hinc & alibi *Baldus* scriptum reliquit, quod non possumus recedere à verbis & determinatione statuti, & quod ubi statutum non determinat, nec ego determino, quia servandum prout jacet. Item, quod non attenditur ratio statuti, sed casus formaliter dispositus, *Bald. l. ita nobis. C. ad l. Iul. de adult. Bald. l. cum ancillis. col. 2. C incest. nupt.*

Et alibi traditum est, quòd statuta tantum disponant, quantum loquuntur, & nihil præterea, *Bald. l. testamentum. C. de testamentis.* quodque ubi statutum non loquitur, cesset dispolitio ipsius, *Bald. l. si furiose. arg. ill. text. C. nuptiis.*

His adde, quod tenaciter verbis statutorum inhærendum sit, nec illis quicquam addere vel detrahere liceat, *Bald. c. 1. in fin. de alienat. feud.* quodque in statutis magis ponderanda sint verba quàm mens imaginaria & incerta, *Bald. conf. 452. col. 2. lib. 1.*

Ad hanc eandem sententiam confirmandam, facit quod tradidit idem *Bald. l. contractus. num. 2. arg. ill. text. C de fide instrument.* ubi *Baldus* inquit, scripturam esse formam statuti, quæ non recipit neque plus neque minus, *arg. l. item quæritur. §. qui impleto. & ibi Bart. & Dd. ff. de locat. & conduct.*

Et hoc potissimum procedit in statutis sive constitutionibus a jure communi exorbitantibus: illæ enim semper restringendæ & nullo modo extendendæ sunt, *l. jus singulare. & l. quod verò contra. ff. legibus. l. si verò. §. de viro. ff. solut matrim. c. quæ à jure communi. & ibi Dyn. & Dd. de regul. jur. lib. 6.* etiamsi in illo casu, ad quem quis extensionem facere vult, subsit eadem ratio, *c. constitutionem. & ibi gl. verb. prorogamus, de regularibus. lib. 6. gl. c. in fidei. verb. inquisitionis. de hæret. lib. 6.* his adde, quod constitutiones exorbitantes a jure communi non debeant trahi ad consequentias, *Bald. conf. 411. Dec. conf. 334.* & ita intelligi & interpretari, ut quanto minus fieri potest, jus commune lædant, *c. cum dilectus & ibi Dd. extr. de consuetud. l. 2. C. de noxal. act. Socin. conf. 121. lib. 1.*

Quodque satis sit, ut operentur in aliquo actu, quod in reliquis reddantur superflua, *Albert. Brun. in tract. de statutis. exclud. fæmin. 9. art. princip. quæst. 1. col. 2. Card. Paris. conf. 47. nu. 83. lib. 3. faciunt notata l. fin. §. in computatione. C. jure deliberandi.*

Absque omni dubio verò hæc procedunt in statutis correctoriis juris communis, illa enim maximè restringenda, nec etiam ex ratione simili vel majori extendenda sunt, *gl. l. tam is. §. 1. ff. donat. causa mort. Bart. & Dd. Auth. quas actiones. & ibi Ias. nu. 21. C. sacrosanct. Eccles. Bart. l. si constante, in princ. quæst. 9. & ibi Alex. Ias. & Dd. ff. solut. matr. Bart. & Bald. l. præcipimus. §. fin. arg. ill. text. C appellat. Alex. consil. 141. col. 2. lib. 2. Dec. consil. 71. & 335. num. 2.*

Cum itaq; ordinatio Episcopi sive Episcopatus Munasteriensis, in qua cavetur, fœminas sive filias ad successionem feudi admitti, sit correctoria juris communis feudalis, quod à successione feudi fœminas omninò excludit, sequitur, illam ordinationem indistinctè, strictè & præcisè intelligendam, & quantum fieri potest, restringendam, sive illa ordinatio sit nominanda privilegium, sive beneficium sive statutum, & per consequens, cum illud privilegium sit tantum concessum subditis Episcopatus Monasteriensis, illud privilegium nullo modo esse extendendũ ad illos, qui extra diœcesin Monasteriensem domicilium habent, etiamsi sunt vasalli, Episcopi vel Episcopatos.

Cum sit clari & indubitati juris & a. Dd. communiter teneatur, quod † secundum 33 propriam & strictam vocabuli significationem appellatione subditi, is tantũ comprehendatur, qui domicilium in aliquo loco habet, *gl. Clem. 1. §. eisdem. verb. subditos. & ibi Zenzelinus. Ioh. de Lignano. Card. Zabarell. nu. 1. Ioh. de Imm. nu. 32. & Petr. de Anchor. n. 12. de foro compet. Pauor. c. delectus. el. 2. ibi Felin. nu. 13. extr. de rescript. Bald. l. omnes. §. si verò. C. Episcop. & Cler. Dec. c. 3. col. 1. extr. de apellat. Alex. l. cum quædam puella in princ. nu. 12. & ibi Franc. Curt. in add. ff jurisdict. omn. jud. Alex conf. 120. n. 10. lib. 7 Petr. de Anch. conf. 437. Ant. de Butr. conf. 21 in fin Socin c. 1. col. 2. extr. de foro compet. Socin. conf. 79. nu. 15 lib. 4. Ruin. conf. 120. nu. 9. Card. Paris. conf. 12. num. 14. lib. 3. Laurent. Sylvan. conf. 25. num 15. lib. 0. Ægid. Boss. in tract. de crim. læs. majest. num. 95. Plotus inter consilia. crim. conf. 108. nu. 40. lib. 1.* quod usque adeo verum est, quod procedat in vasallis, namque illi si alibi domicilium habent, subditi non dicuntur, *M. de Afflict. c. 1. nu. 1. qualiter vasallus jurar. deb.*

Quinimo is, qui originem ex aliquo loco trahit, si ipse in loco domiciliom habeat,

nun-

non dicitur subditus illius loci, ex quo originem trahit, *Ægid. Boss. in tract. de crim. læse majest. num. 95.*

His adde, quod is qui non sustinuit onera in loco cum aliis, propriè subditus non dicatur, *Bald. cons. 445. col. 1. lib. 4. Ægid. Boss. in tract. de crim. læs. majest. nu. 97.*

Cum itaque nobilis & generosus Dominus Comes R. Comitis F. pater, non habuerit domicilium in Episcopatu Monasteriensi, sequitur, ipsum propriè non posse dici subditum Episcopi vel Episcopatus Monasteriensis, non obstante hoc, quod ipse fuerit & vasallus Episcopi & possessiones aliquas in Episcopatu Monasteriensi habuerit. Et proavia ipsius Domina H. ex Episcopatu Monast. originem trahat. Eamq; ob causam, ipsum se non potuisse juvare ordinatione Episcopi Monasteriensis, qua cavetur, fœminas etiam ad successionem feudi admittendas.

34 Undecimò, tantum † origo paterna vel avita, non autem origo superiorum ascendentium consideranda est, nec quis sequitur originem aliorum majorum, præsertim si illi mortui fuerint, antequam is, de cujus origine quæritur, nascatur, *gl. & Bart. l. assumptio. §. filius. ff. ad Municipalem.*

Quod confirmatur ex eo, quod civilitas contracta ratione originis, licet transeat ad filias, non tamen transeat ad nepotes, *Ioh. Plot. inter consilia crim. cons. 108. nu. 42. lib. 1. Ruin. cons. 227. nu. 1. lib. 1. gl. & Dd. l. filios. C. de Municip. & originar. lib. 10. Cyn. l. 2. C. jurisdict. omnium jud. Crot. rep. l. si is qui pro emptore. num. 101. ff. de usucap.*

Similiter, filius reliquique descendentes sequuntur originem patris, non autem originem matris, *l. 1. ff. ad Municipal. Bart. l. fin. §. item rescripserunt. num. 7. ff. eod. tit.*

Cum itaque, neque ipse Comes R. neque avus vel pater ipsius, sed tantùm proavia, ex Episcopatu Monasteriensi originem trahat, videtur dicendum, Comitem R. nullo modo neque propriè neque impropriè quoad originem subditum Episcopi vel Episcopatus Monasteriensis censeri.

35 Duodecimò, ubicunque reperitur locus† originis & locus domicilii, potius inspiciendus & considerandus est locus domicilii, quàm locus originis, *gl. c. statutum. §. cum vero. vers. unam diætam & ibi Geminian. Philip. Franc. & Dd. rescript. lib. 6. Innocent. Auth. de Buer. & Dd. c. fin. ext. de foro compet. Bald. Rub. C. si à non compet jud. Bald. & Salic. l. si arrogator. & ibi Iaf. nu. 48. ff. de adoptionib. Alex. l. cum quædam puella. num. 11. & ibi Franc. Curt. in add.* ubi ipse attestatur, hanc opinionem communiter receptam esse, *ff. de jurisdict. omn. jud. Ægid. Boss. in tract. de crim. læs. majest. nu 96. Alex. cons. 155. n. 3. lib 7. Baldus l. 2. ff. statu hominum Alex. cons. 16. num 3. lib. 1.*

Cum itaq; nobilis & generosus Dominus Comes R. habuerit domicilium non in Episcopatu Monasteriensi, sed in alio loco, sequitur non esse attendendum id, quod majores sui originem ex Episcopatu Monasteriensi traxerunt.

Decimo tertiò, † statuta, leges, & consuetudines Regni, Ducatus, Comitatus vel Episcopatus, non habent locum in locis unitis, incorporatis vel adjectis illi regno, eo casu, quando illa incorporatio, unio, sive adjectio est facta principaliter, non accessoriè, *Bart. l. si convenerit. § si nuda. ff. de pignor. act.* quam doctrinam ibidem refert atque sequitur *Salyc. Fulgos. Paul. Castr. & Fr Aretin. idem tenet Ioh. de Plat. l. unica. C. de Metropoli. Berito. lib. 10. Paul. Castrens. cons. 322. n. 2. lib 1. Alex. l. 1. n. 10. & 11. & ibi Fr. Ripa. n. 16. ff. de legat. 1. Iaf. §. in personam. n. 10. Instit. de act. Iaf. l. si eadem. nu. 3. ff. assessor Felin. c. translato. n. 10. extr. constit. Ant. de Butr c fin. nu. 63. ex de consuetud. Aym. Cravett. in tract. de antiqui. tempor. 4. part. § transeo nunc ad 4. n. 55. Glorianus. l. repetundarum. §. Hermophroditus. ff de testib. Curt. sen. cons. 56. nu. 8.* ubi ipse hanc sententiam contrariam receptam esse attestatur. 36

Et ille locus principaliter & non accessoriè incorporatus, † unitus sive adjectus Regno, Ducatui, Comitatui vel Episcopatui censetur, qui proprium nomen regalis dignitatis retinet, *Bart. l. si convenerit. §. si nuda. ff. de pignor. act.* 37

Cum itaque, Baronia à B. de qua controvertitur, habeat nomen regalis dignitatis, Baroniæ nempe, quæ Baroniæ in Germania, ubique Comitatibus æquiparantur, videtur dicendum, quod in Baronia à B. ordinatio Episcopi vel Episcopatus Monasteriensis servanda non sit.

Decimo quartò, † statutum vel constitutio loquens in una persona, non extenditur ad aliam personam, *l. si verò. §. De viro. ff. solut. matr.* Ideoque *Bald.* rectè inquit, quod à jure communi quis non excludatur per statutum vel constitutionem, nisi à personis nominatis vel specificatis, *Bald l. sed & milites in princ ff. excusat. tut.* & confirmatur ex eo, quod licet alias in qualibet dispositione fiat extensio ex verisimili rectè disponentis, *l. tale pactum. §. fin. cum ibi not ff. de pactis.* Hoc tamen 38

ramen tantum procedat in extensione unius casus ad aliū, non autem in extensione unius personæ ad alias, *Raph Commens. l. commodissimæ. ff. liber. & posthum Fr. Aret. & Ias. l. Gallus §. & quid si tantum ff. lib. & posthum. Ias. l. cum res. ff. legat. 1. Ias. cons. 220. col. 4. cons. 228. lib. 2. Dec. cons. 211. cons. 218. col. 3. cons. 273. & cons 288. col. 3. Hippol. sing. 499. Anton. Rub. cons. 31. col. 2. in fin.*

Quod absque dubio in dispositionibus sive statutis correctoriis juris communis procedit, namque illæ nunquam de persona ad personam extenduntur, *Card. Paris. cons. 47. nu. 77. cum 4. sequentib. lib. 3.*

Quinimò, etiam in dispositionibus favorabilibus non fieri extensionem de persona ad personam, tradit *Fr. Aret. l. Titius. ff. liber. & posth. Socin. cons. 93. col. 4. lib. 4.*

Cum itaq; ordinario Episcopi sive Episcopatus Monasteriensis loquatur tantum de filiabus & disponat, ut non extantibus filiis, feuda ad filias devolvantur, sequitur, illud statutum neque ad nepotes neque ad neptes ex filiabus descendentibus, multò verò minus ad ulteriores descendentes vel transversales extendendum.

39 Tum quia in statutis appellatione † filiorum etiam nepotes quidem comprehenduntur, *Bald. l. sed & milites in princ. ff. excusat. tutor.*

Tùm, quia statuta, constitutiones & ordinationes, præsertim juri communi defragantes, debent strictè & propriè intelligi, & clari juris est, quod secundum propriam & strictam vocabuli significationem appellarorie filiarum nepotes reliquique descendentes non veniant, *l. justa & ibi Dyn. ff. verb. sig. l. filium. C. ad SC. Macedo. clem. 1. verb. liberi de Baptismo Ioh. Andr. & Anton. de Butr. c. ad extirpandam extr. de filiis presbyterorum. Bart. l. liberorum. num. 9. cum tribus sequentib. ff. verb. sig. Alber. de Ros in tract. statutorum. 2 part. quæst. 107. Bald. l. filium num. 2. ff. his qui sunt sui vel alien. jur. Bald. l. Gallus. §. instituens. col. fin. ff. liber. & posth. Bald consil. 2. circa med. lib. 1. Salyc. l. 2. quæst. 21. C. jure emphyteut. Glorian. l. 1. ff. fide instrum. Paul. Castr. l. 1. C. de condit insert. Paul. Castr. cons. 40. col. 2. & cons. 97. lib 2. Abb. c. 2. extr. de verb. sig. Corn. cons 182. col. 3. lib. 2. Dec. l. 2 num. 6. & ibi Ias. nu. 4. C. de in jus voc.*

Decimo quintò, in privilegiis appel-
40 latione, † filiorum non comprehenduntur nepotes, pronepotes reliquique descendentes, multò verò minus transversales, *Bart. l. liberorum. num. 7. ff. de verb. sig. Bald. l. maximum vitium. C. liber. præter. Bald. l. sed & milites, in princ. arg. illius text ff de excusat. tut. Ruin. cons. 227. lib. 1. Hieron. Cuchalon. in addit. ad Dec. l. in omnibus causis. ff de reg. jur.*

Igitur sequitur, ordinationem Monasteriensem quæ & privilegii vigorem & de filiabus tantum loquitur ad nepotes, pronepotes aliosvè descendentes, multò verò minus ad transversales extendendam, & per consequens, cum Comes R. Domino J. ultimo defuncto, linea transversali in sexto nempe gradu conjunctus sit, ipsum etiam ex hoc capite se beneficio ordinationis Monasteriensis juvare non posse.

Decimo sextò, privilegium † avi vel 41
proavi non transit ad nepotem vel pronepotem, qui post mortem avi vel proavi conceptus est, *Bart. l. emancipatum §. fin. ff. de senator. Ruin. cons. 227. num. 1. lib. 1.*

Quod absq; omni dubio procedit in privilegio acquisito ex dispositione legis, illo enim nepotes, pronepotes reliquiq; descendentes ex persona avi, proavi, reliquorumq; ascendentium se juvare nequit, si illi post mortem avi vel proavi concepti fuerint, *Ruin. cons. 227. nu. 5. lib. 1.*

Cum itaq; nobilis & generosus Comes R. verisimiliter conceptus fuerit post mortem proaviæ, nempe Comitissæ H. etiam ex hoc capite sequitur, ipsum ex persona suæ proaviæ privilegii Monasteriensis capacem non esse.

Decimo septimò, privilegium † in du- 42
bio præsumitur esse personale, *gl. l. sordidorum. C. de excusation. muner. lib. 10 gl. c. cum venissent. extr. de Instit. gl. c. possessionis. 16. q. 1. Ioh. Andr. c privilegium. de reg. juris. lib. 6. Bald. l. 1. in fin. ff. de constit. princ. Alex. l. quia tale. n. 2. ff. solut. matr. Dec. c. in omnib. causis. n. 3. ff. reg. jur. arg. l. 1. §. permittitur. ff. aqua quotid & æst. l. 3. §. fin. ff. de censib. l. 1. in fin. ff. constit. principum. l. 1 §. 1. ff. jure immunitatis,* sive hoc privilegium concedatur à lege sive à Principe vivente, *Bart. Ang. & Imm. d. l. quia tale & ibi Alex. nu. 2. ff. solut. matr Dec. l. in omnib. causis. nu 4. ff. reg. jur.*

Ideoq; privilegia cum persona & extinguntur, *l. in omnib. causis. & l. privilegia. ff. reg. jur. l. cum patronus. in fin ff. legat 2 l. quia personale ff. solut. matr.* & sepeliuntur, *Dec. d. l. in omnibus causis. n. 1. ff. reg jur.*

Nec de persona ad personam † extendi- 43
tur etiam ex identitate rationis, *Ant. de Butr. c. sanè arg ille textus. extr. de privileg. Bald. l. 1. in princ. C. de legib.* usque adeo, ut nec privilegium concessum Regi extendatur ad Reginam vel filios, *Dominic. c. ne aliqui arg. illius text. de privileg. lib. 6.*

Nec

Nec privilegium concessum filio, extendatur ad fili[illegible], *Card. cons. 135.* Atque & privilegium concessum Ecclesiæ vel fisco, non porrigatur ad successores singulares ipsorum, *Dyn. & Bart. l. licitatio. §. Imperatores. ff. publican. Alex. l. quia tale. num 3. ff. solut. matrim. Dec. cons 48.*

Similiter & beneficium personale cum persona extinguitur, nec ultra personam extenditur, *Cagnol. l. in omnibus caussis. ff. reg. jur.*

Cùm itaq; privilegium Monasteriense certas tantùm personas comprehendat, loquatur nempe de subditis Episcopi sive Episcopatus, ac etiam tantùm filiarum mentionem faciat. Sequitur, illud privilegium non esse extendendū ad non subditos. Item, nec ad nepotes, pronepotes reliquosq; descendentes ex filiabus: multò verò minùs in transversalibus locum habere.

Decimo octavò, pro Episcopo adduci potest id, quod Dd. in fortioribus terminis tradunt. Quod si † privilegium conceda-
44 tur alicui & descendentibus suis, tàm masculis quàm fœminis, fœminæ itaq; demum gaudeant tali privilegio, si sint virgines: secus autem si sint nuptæ, *Bart. Ang. & Ioann. de Plat. l. quoties. C. privileg. scholar. lib. 12. Roman. l. cum quadam, in princ. ff. jurisdict. omn. jud. Ias. l. 1. num. 18. ff. constitut. princip.*

Ex quo videtur inferri, & Dominam H. & omnes descendentes ex ipsa eo ipso privilegio Monasteriensi exclusos, quòd ipsa extra diœcesin Monasteriensem nupsit nobili & generoso Comiti Domino O. Comiti à D. proavo Domini R.

45 Decimo nonò, casus omissus † à statuto secundum jus commune decidendum est, *l. commodissimæ. & ibi Dd ff. de vulgar. & pupillar. l. si extraneus. ff. condict. ob caussam. Bart. l. omnes populi. num. 60. ff. justit. & jur. Bald. l. si plures. col. penult. C. condit. insert. Dec. consil. 334. nu. 4. Card. Paris. cons. 47. nu. 81. lib. 3.* Et ubi statutum non loquitur, juri communi standum est, *Bald. cons. 95. incip. considerandum est in fin. lib. 1.*

Et id, quod non mutatur, stare non prohibetur, *l. sancimus. & ibi Ias. & Dd. C. de testamentis. l. præcipimus in fin. C. appellat.*

Cùm itaq; statutum sive ordinatio Monasteriensis expresse non loquatur in casu præsenti, in quo non subditus & sexto gradu ab ultimo defuncto distans, ad successionem feudi se admitti cupit: Et sic noster casus sit omissus in constitutione Monasteriensi. Ac etiam jus commune, quo ad casum præsentem non sit mutatum: Sequitur, quòd casus præsens secundum jus cōmune decidendus & ita determinandus sit. Quòd neque Comes R. neque ipsius filius Comes F. ad successionem Baroniæ controversæ admitti debeat.

Vigesimò, exceptio unius casus confirmat regulam in omnibus casibus non exceptis, *§. ut autem, & ibi gloss. & Bart. Authen. de non alien. & permut. reb. eccl. l. eam quod liquidè. §. fin. ff. testam. milit. c. nonnè. & ibi Felin. extr. de præsumpt. c. dominus. 32. q. 7. l. quæsitum. §. denique. & ibi Bart. ff. feudo instru. Ang. cons. 239. 290. & 337. Dec. c. cùm dilectus. 5. notab. extr. de confirmat. utili & inut. Dec. cons. 151. col. 2. & cons. 604. col. 4. Barb. cons. 9. col. pen. lib. 3.* Et unius exclusio est alterius inclusio, *l. cùm Prætor. ff. in judicijs. l. maritus. C. procurat. Felin. d. c. nonne. Aquensis. l. fin. ff. quod quisq; iu. Riminal. l. 1. col. 18. ff. offic. ejus cui mand. est jurisd. Lancellot. Dec. l. penult. col. 3. C. pactis.*

Cùm itaque constitutio Episcopi sive Episcopatus Monast. à dispositione juris communis quod vult, fœminas à successione feudi penitùs excludi, excipiat certos tantùm casus, nempe filias, & quidem non simpliciter sed subditorum, sequitur, quòd per illam constitutionem Monasteriensem jus commune volens fœminas & descendentes ex fœminis à successione feudi excludi, & omnibus & per omnia confirmari: ita & illi, qui subditi non sunt, penitùs à successione feudi excludantur, atque nullæ fœminæ, nisi filia ultimi defuncti ad successionem feudi admitti debeat.

Vigesimo primò, si in investitura † cau- 46
tum vel conventum fuerit, ut ad successionem feudi admittantur filiæ ultra filias, nullæ fœminæ ex filiabus vel filiis prognatæ nulliq; descendentes ex filiabus admittuntur, *Curt. in tract. feud. 1. part. 3. part. princ. nu. 2.* Nec obstat, quòd secundum communem & receptam Dd. sententiam, in feudis appellatione filiorum nepotes atque ulteriores descendentes comprehendantur, *gloss. c. 1. §. etsi clientulus. & ibi Bald. Mart. Lauden. Alvarot. & Præpos. arg. ill. text. de alienat. feudi. Bald. c. quæ in Ecclesiarum extr. constitut. Ias. l. de quib. nu. 19. ff. legib. Alex. & Ias. l. Gallus. §. instituens. ff. liber. & posthum. Card. Paris. cons. 20. nu. 23. lib. 1.*

Quia hoc procedit eo casu, quando secundum ordinariam atque regularem naturam feudi, filii ad successionem feudi admittantur, secus verò est, quando filiæ admittuntur ad successionem contra feudi naturam, quod fit in filiabus fœminis, quæ ex pacto in feudum succedunt.

Tunc enim, quia hoc pactum est à jure communi exorbitans, in materia feudali appellatione filiorum, nepotes & ulteriores descendentes minimè comprehendi debent, *arg. c. ea quæ à jure de reg. jur. lib 6. l. quod verò. ff. de leg.*

Quod optimâ ratione comprobatur, quia licet ad feudum ſimpliciter ab aliquo acquiſitum ad omnes deſcendentes illius in infinitum uſque admittantur, *c.1.§. cùm verò. Corrad. de his qui feud. dar. poſſ.* Tamen ad feudum, ad cujus ſucceſſionem quis per pactum extraordinarium admittitur, ipſe tantùm non autem deſcendentes ex eo admitti debent, *Bald. c. quæ in Eccleſiarum, col. antepen. extr. de conſtitut. Alex. conſ. 204. lib. 2. Curt. in tractat. feud. 2. part. 3. part. princip. num. 57.* Cùm itaque diſpoſitum de pactis, etiam in ſtatutis locum habeat, atque à pactis ad ſtatuta optimum argumentum ſit, *gloſſ. rub. de decret. decur. lib. 10. Bart. & Dd. l. alia. §. eleganter. ff. ſolut. matrim.* Sequitur, conſtitutionem Epiſcopi ſive Epiſcopatus Monaſterienſis, quà filiæ ad ſucceſſionem feudi admittuntur, nullo modo eſſe extendendam ad deſcendentes ex filiabus, & per conſequens eà conſtitutione neque Dominum Comitem R. neque filium ejus Dominum F. ſe juvare poſſe.

47 Vigeſimo ſecundò, fœmina ſemel † excluſa à ſucceſſione per maſculos, etiam per dictiones ſuſpenſivas, omneſque deſcendentes ex ea in perpetuum excluſi intelliguntur, ſecundum multorum Dd. ſententiam, prout hanc opinionem tenere *Bart. Bald. Alex. Rainer. Socin.* Atq; ita conſuluiſſe duo celebratiſſima Collegia Italiæ, tradit *Socin conſ. 63. lib. 1. Albert. Brun. in tractat. de ſtatutis excludend. fœminas. art. 10. quæſt. 5. caſ. 2. num. 1. & 2.* Eamque ob cauſſam, abſque omni controverſione in feudis procedere tradit *Socin. jun conſ. 114 num. 6. & 7. lib. 2.* Eam ob cauſſam, quia ſtatuta admittentia fœminas ad ſucceſſionem feudi, juri communi refragantur. Eamque ob cauſſam & ſtrictè intelligenda, & quantum fieri poteſt, reſtringenda ſunt.

Igitur ſequitur, etiamſi conſtitutio Epiſcopatus ſive Epiſcopi Monaſterienſis ita interpretari poſſit, ut fœmina per verba tantùm ſuſpenſiva à feudi ſucceſſione excluſa eſſet, fœminam tamen ſemel per maſculum excluſam, in perpetuum ad ſucceſſionem feudi non admitti.

48 Vigeſimo tertiò, omnia † ſtatuta omneſque conſtitutiones à jure communi paſſivam interpretationem recipiunt, atque ſecundum jus commune intelliguntur, declarantur & reſtringuntur, *l. 2. & ibi Bart. & Dd. C. noxalib. action. c. cùm dilectus extr. de conſuet. c. ad audientiam. & ibi Panorm. & Dd. extr. de Cler. non reſid. l. 1. § lex Falcid. & ibi Bart. Alex. & Dd. ff. ad leg. Falcid. l. 1. §. ex iis, & ibi Bart. ff. muneribus & honorib. gloſſ. & Dd. l. final. §. in computatione. C. de jur. delib. Bart. l. omnes populi. num. 60. ff. de juſtit. & jur.*

Quod ſecundum † communem & re- 49
ceptam Dd. ſententiam locum habet, etiamſi ſtatutum vel conſtitutio ſit correctoria, vel derogatoria juris communis, *Bart. Alex. & Dd. l. 1. §. lex Falcid. arg. illius text. ff. ad leg. Falcid. Ioann. de Imol. l. ſi verò. §. de viro. ff. ſolut. matrim. Roman. & Alex. l. ſi quis priore. ff. ad Senatuſconſult. Trebell. Alex. l. inter cætera. ff. libert. & poſthum. Iaſ. Auth. præterea. num. 14. C. unde vir & uxor.* licet in hoc contrarium, ſed malè teneat *Bald. l. maximum vitium. col. penult. C. liber. præter. Paul. Caſtrenſ. l. fin. §. in copulatione. C. jure delib. Roman. conſ. 399.*

Ex quo ſequitur, licet conſtitutio Epiſcopi ſive Epiſcopatus Monaſterienſis admittens fœminas ad ſucceſſionem feudi ſic juris communis feudalis derogatoria & correctoria: Illam tamen conſtitutionem ſecundum jus commune intelligendam & ita interpretandam eſſe, ut filia tantùm & præter illam nulla fœmina præſertim collateralis ad ſucceſſionem feudi admittatur. Utque fœmina ſemel excluſa perpetuò excluſa maneat, non tantùm ipſa, verùm etiam omnes deſcendentes ex ea.

Vigeſimo quartò, privilegium non
† extenditur de loco ad locum, nec etiam de 50
perſona ad perſonam, *Bald. l. 1. in princ. C. de legib. Dec. l. in omnibus cauſſis. num. 6. ff. reg. jur.* Et privilegium conceſſum perſonæ certi loci, non ſequitur, illam perſonam extra illum locum degentem vel commorantem, *Guilhelm. de Cun. & Bald. l. ſervis. arg. illius text. C. Epiſcop. & Cleric.* ubi concludunt, privilegium conceſſum ſtudentibus vel habitantibus in certo loco, puto in *Cluſo Peruſino* non durare niſi perſeverante ſtudio vel habitatione, quam deciſionem refert atque ſequitur *Tiraq. in tract. ceſſante cauſa 1. par. n. 209.*

Cùm itaque privilegium Monaſterienſe admittens filios, fœminas ad ſucceſſionem feudi in defectum maſculorum ſic conceſſum nobilibus atq; vaſallis Epiſcopi ſive Epiſcopatus Monaſterienſis: Et ſic reſpectu certi loci Epiſcopatus nempe, videtur dicendum, illud privilegium non opitulari illis, qui extra Epiſcopatum Monaſterienſe domicilium habent.

Vigeſimo quintò, & in quibus agitur de
† gravi ſive magno præjudicio, ſub generali 51
diſpoſitione non comprehenduntur, ſed in illis ſpecialis expreſſio requiritur, *Bart. l.*

filius-

filiusfamil. ff. de donation. Alex. l. Titius. & ibi Iaſ. num. 15. & 16. ff. de liber. & poſthum. Alex. conſ. 146. lib. 5. Salicet. l. 1. C. ſponſal. Tiraquell. in tractat. de legib. connub. gloſſ. 7. num. 111. arg. l. generali. C. de ritu nupt. l. ſi quis mihi bona. §. ſed utrum. ff. de acquir. hæred. c. fin. & ibi Dd. extr. procurat. Paul. Caſtrenſ. conſ. 270. num 4. lib. 2. Quæ ſententia ex eo confirmatur, quia magnitudo ſummæ requirit ſpecialem ipſius expreſſionem, *l. item apud. §. quod dicitur. ff. de injuriis.* Et propter rei magnitudinem non ſufficit clauſula generalis, ſed ſpecialis adhibenda eſt, *gloſſ. c. qui ad agendum de procurat. lib. 6. Iaſ. Rub. ff. ſolut. matrim.*

Cùm itaque Baronia à B. inter feuda Epiſcopatus Monaſterienſis facilè primas obtineat, & quò ad illud, agatur de majori præjudicio Epiſcopatus quam quò ad reliqua feuda, atque in illa conſtitutione nulla fiat mentio neque de feudis Baroniæ in genere, neque de Baronia controverſa in ſpecie, ſequuntur conſtitutionem Epiſcopi ſive Epiſcopatus Monaſterienſis, quâ cavetur, fœminas ad ſucceſſionem feudi admittendas, non extendi ad feuda Baroniæ reliquaque feuda magna, eamque ob cauſſam in caſu præſenti locum non habere.

52 Vigeſimo ſextò, Diſpoſitio † generaliter loquens, non includit vel caſus, vel perſonas privilegiatas, *Salicet. l. fin. arg. illius text. C. de jur. dot. Iaſ. l. 1. 3. notab. ff. ſolut. matr. Anton. Neguſ. in tract. de pignor. 8 part.* ubi ipſe atteſtatur, idem tenere *Bald. Socin. & Bald. novellum.* Ideoque alibi traditum eſt, conſtitutionem generaliter loquentem, non extendi ad Epiſcopos, *c. quia periculoſum de ſentent. excom. lib. 6.*

Cùm itaque feudum Baroniæ præ reliquis feudis multa privilegia habeat, atque Comites & Barones aliquid majus habeant præter communem & vulgarem ceterarum nobilitatem, *Tiraq. in tract. de nobil. cap. 6. n. 51.* ſequitur, dictam conſtitutionem Epiſcopatus Monaſterienſis generaliter loquentem, minimè extendendam ad feuda Baroniæ, item ad bonorum vel Comitum perſonas.

53 Vigeſimo ſeptimò, etiam beneficium † Principis ſtrictiſſimè interpretandum, quando alioquin duo ſpecialia contineret, & ſemper ita reſtringendum, ne duo ſpecialia contineat, *Bald. & Ang. l. final. & ibi Iaſ. num. 33. limitat. 5. ff. conſtitut. Princip. arg. l. 1. & ibi gloſſ. C. dotis promiſſ.*

Sed ſi privilegium Monaſterienſe ita intelligeretur, ut illud etiam ad feuda Baroniæ atque ſimilia feuda extenderetur, in illo privilegio duo ſpecialia concurrerent. Primùm, quia fœmina admitteretur ad ſucceſſionem feudi, ſecundò, quia fœmina admitteretur ad ſucceſſionem dignitatis, adminiſtrationem cum juriſdictione habentis.

Igitur ſequitur, privilegium Monaſterienſe etiam poſito, illud beneficium eſſe vel dici poſſe, nullo modo extendendam ad Baronias reliquaque feuda dignitatem vel juriſdictionem habentia.

Vigeſimo octavò, ſicut clauſula † in fine poſita ad omnia præcedentia extenditur, *l. 1. & ibi Iaſ. C. liber. præterit.* ita quoque & clauſula poſita in principio ad omnia ſequentia refertur, *l. 3. §. filius. ff. liber. & poſth. c. ſecundo de reg. jur. & ibi Dec. & Dd. extr. appellat. Bart. & Dd. l. talis ſcript. in princip. ff. leg. 1.* imò, clauſula in principio poſita eſt majoris efficaciæ & potentiæ ad determinandum ſequentia, quàm clauſula in fine poſita ad determinandum præcedentia, *gloſſ. & Bart. l. quinquis. ff. legat. 3. Fulgoſ. Paul. Caſtrenſ. & Iaſ. l. 1. C. liber. præter.* Et poſitum in uno articulo vel parte alicujus diſpoſitionis declarat alias partes illius diſpoſitionis, *l. qui filiabus in princip. & ibi Bart. & Dd. & Iaſ. num. 2 ff. legat. 1. l. ſi ſervus plurium. §. fin. ff. eod. tit.* Quod etiam in diſpoſitione legis ſive ſtatuti locum habet. 54

Namque ex iis, quæ in uno capitulo legis vel ſtatuti poſita ſunt, ea, quæ in reliquis capitulis illius legis vel ſtatuti ponuntur, declarationem, limitationem & reſtrictionem recipiunt, *l. utrum. & ibi Bart. Bald. & Ang. ff. petit. hæred. l. quemadmodum. §. Hæc verba. & ibi Bart. ff. ad l. Aquil. l. Bald. c. ſecundò requiris. col. fin. extr. appellat. Iaſ. d. l. qui filiobus in princ. num. 2. ff. legat.*

Cùm itaque in privilegio Monaſterienſi feuda magna diſtinguantur à reliquis feudis, ſequitur, quòd talis diſtinctio in omnibus ſequentibus capitulis illius privilegii & inter reliqua in illo capitulo, ubi diſponitur, fœminas ad ſucceſſionem feudi admittendas, repetita intelligi debeat, quodque illud capitulum privilegii, in quo de ſucceſſione fœminæ diſponitur, ſecundum præcedentem diſtinctionem ita intelligenda ſit, ut tantùm in feudis minimis locum habeat.

Vigeſimo nonò, pro Epiſcopo Monaſterienſi adduci poteſt id, quod tradit *Bald. c. quæ in*

quæ in Ecclesiarum, col. antepen. extr. de constit. Alex. cons. 204. lib. 2. Curt. in tract. feud. 2. part. 3. part princ. nu 57. Iacob. de S. Georg. in tractat. feud. verb. præsentes, num. 15. ubi concludunt, si in investitura cautum fuerit, ut frater primi acquirentis ad successionem feudi admitti debeat, solius tantùm fratris personam, non autem filios fratris vel alios descendentes ex fratre, multò verò minus totam lineam transversalem ad successionem feudi admitti.

Ex quo sequitur, licet per constitutionem Monast. filia ad successionem feudi admittatur, descendentes tamen ex filiabus nullo modo ad successionem feudi admittendos.

55 Trigesimò, ad successionem † feudi hæreditarii non admittuntur, nisi illi, qui hæredes sunt, *Iacob. de Belvis. Andr. de Isern. & Dd. c. 1. §. Hoc quoque, de successione feudi. Bart. l. ut jusjurandum. §. si verb. ff. operu liber. Alex. l. quædam. §. nihil. ff. edendo. Alex. cons. 44. nu. 6. lib. 1. cons. 9. col. 3. lib. 2. cons. 10. col. penult. lib. 3. cons. 26. num. 4. lib. 5. Alex. l. quod dicitur la 2. ff. de verb. oblig. Albert. Brun. cons. 1. col. 8. Cardin. Paris. cons. 65. num 9 lib. 3. Ias. l. 2. col. antepenult. C. jur. emphyteut. Ias. cons. 57. col. 1. lib. 1. Socin. jun. cons. 114. num. 8. lib. 2.*

Sed videtur, Baroniam controversam reliquaque feuda sita in Episcopatu Monast. feuda hæreditaria esse.

Tum, quia in constitutione Monaster, per quam fœminæ ad successionem feudi admittuntur, fit mentio de hæredibus. Et disponitur, ut deficientibus masculis filiæ secundum morem hæreditariæ successionis, ad successionem feudi admittantur.

56 Et certum est, illa feuda, † ad quorum successionem quis vel nomine hæredis vel hæreditario nomine admittitur, feuda hæreditaria dici, *Andr. de Isern. c. 1. col. fin. qui successor. teneantur. Andr. de Isern. Alvarott. & Bald. c. 1. an agnatus. Alex. cons. 19. num. 4. & cons. 26. lib. 5. Curt. jun. in tractat. feud. 1. part. 8. quæstion. num. 19. & 20. & cons. 138. & 155. Matth. de Afflict. in prælud. feud. num. 166. usque ad nu. 179. Card. Paris. cons. 65. num. 6. lib. 3.*

Tum, quia in dubio quodlibet feudum hæreditarium præsumitur, *Andr. de Isern. c. 1. in princip. & ibi Alvarott. num. 8. Præpos. num. 3. & Ma*[illegible] *de Afflict. num. 15. de alienat. feudi pater. Andr. de Isern. Bald. & Iacob. de Belvis. c. 1. an agnatus. Andr. de Isern. c. 1. in fin. qui success. teneant. Alex. cons. 18. num. 7. & cons. 26. num. 3 lib. 5. Card. Paris. cons. 23. lib. 1.*

Igitur videtur dicendum, cùm Comes R. non fuerit hæres nobilis & generosi Domini J. ipsum nullo modo fuisse capacem feudi controversi.

57 Trigesimo primò, consuetudo † facti est, ideoque non præsumitur: Et is, qui consuetudinem allegat, eam probare tenetur, eaque non probata, jus commune servandum est, & in dispositione juris communis manemus, *gloss. l. 1. verb. probatis. & ibi Bald. arg. illius text. C. quæ sit longa consuetudo. Bart. l. 2. num. 29. C. eod. tit. Alex. cons. 67. lib. 7. Socin. cons. 39. num. 27. cons. 46. num. 50. & cons. 111. num. 1. lib. 4. Dec. cons. 538. num. 8. cons. 472. num. 16. cons. 483 cons. 420. num. 8. & num. 111. Ang. hic num. 26. & Ioann. Fab. num. 13. Card. Paris. cons. 27. num. 35. lib. 1. cons. 86. num. 11. lib. 2. Hieron. Schurff. cons. 47. num. 10. lib. 3.*

Quod usque adeò verum est, ut plena probatio consuetudinis requiratur, nec sufficiat illam semiplenè probare, *Bart. d. l. 2. num. 31. quæ sit longa consuet.*

58 Ex quo infertur, licet † proverbia ad decisionem caussarum allegari possint, *l. solent. ff. officio Proconsulis. l. si chorus. ff. de legat. 3. c. etsi Iudæus. & ibi Hostiens. extr. de Iudæis. Albert. de Rosat. l. septimo mense. ff. statu hominis.*

Cùm tamen proverbia plenam fidem non faciant, prout patet ex iis, quæ tradit *Nicol. Everhard. in loco ab autoritate,* & eorum allegatio nullo modo admissa sit, quando jus commune contrarium disponit, *Albert. de Rosat. d. l. septimo mense. ff. statu hominis:* per illud vulgare Proverbium: Der krumme Stab schleust niemand aus / non probari in Episcopatu Monasteriensi consuetudine receptum esse, ut fœminæ ad successionem feudi admittantur, & per consequens videtur dicendum: Cùm illa consuetudo plenè probata non sit, Comitem R. ad successionem feudi controversi non potuisse admitti.

59 Trigesimo secundò, consuetudo est stricti † juris, & non extenditur neque de persona ad personam, neque de casu ad casum, neque de loco ad locum, *Francisc. Aret. cons. 15. 44. & 132. Dec. cons. 8. col. 3. consil. 72. col. 2. & cons. 389. col. penult.*

Similiter & statuta sive constitutiones sunt stricti juris, & non extenduntur extra territorium statuentium, juxta text. *l. fi.*

& ibi

& ibi Doctores l. omnes populi. ff. de iust. & iur.

Ex quo sequitur, & si probari possit in vicinis Ducatibus, Episcopatibus & Comitatibus, vel consuetudine receptum, vel statuto cautum esse, ut ad successionem feudi fœminæ admitti possint: Hanc tamen tam consuetudinem quam statutum nullo modo extendendum ad feuda Episcopatus Monasteriensis.

60 Trigesimo tertiò, consuetudine † familiæ introduci non potest, ut fœmina ad successionem feudi admittatur, nisi illa consuetudo introducta fuerit domino consentiente, *Ias. in tractat. feud. 8. part. num. 42 arg. l. non debet. ff. de reg. iur.*

Ex quo sequitur, etiamsi in familia Dominorum à B. aliquoties observatum fuisset, ut fœminæ ad successionem illius Baroniæ fuissent admissæ. Ex hoc tamen consuetudinem in præjudicium Domini feudi minimè introductam.

61 Trigesimo quartò, Dominus feudi, feudum † sibi apertum de novo alteri neque extraneo neque conjuncto ultimi defuncti in feudum concedere cogitur, prout in extraneo hoc tradit *Præpos. & Matth. de Afflict. c. 1. in princip. qualiter feud olim. Francisc. Aret. l. si mihi & Titio, in princip. ff. verb. obligat. Curt. jun. in tractat. feud. 1. part. 2. part. princ. quæst 15.* In agnatis verò sive cognatis ultimi defuncti hoc expresse tradit *Ioann. de Imol. & Aretin. l. si mihi & Titio in princ. ff. de verb. obligat. Rom. cons. 70. Fulgos. cons. 222. nu. 2. Imol. c. pet. extr. postulat Prælat. Barbat. c. 1. col. pen. extr. locat. Matth de Afflict. decis. Neapol. 292 num. 20.* Tum, per *leg. c. 2. extr. de feud.* dum ibi dicitur, si per mortem vasalli feudum fuerit reversum ad Ecclesiam, Prælatus liberè potest illud concedere cui vult. Si liberè igitur sive contradictione cog[illegible] torum, alias non posset liberè. Tum, quia *text. in c. 1. si vasall. feud. privari dicit*, feudum finitum non transire ad filium, nisi illud filio ex gratia & sic non ex debito vel necessitate concedatur. Cùm itaque Baronia controversa Domino Episcopo aperta fuerit, prout ex rationibus supra adductis liquet, videtur dicendum, Dominum Episcopum non esse obligatum, illud feudum de novo Comiti F. concedere.

62 Trigesimo quintò, Dominus † feudi non cogitur agnatis vel cognatis vasalli defuncti feudum sibi apertum de novo concedere, quando ipse Dominus feudum sibi apertum pro se atque usibus suis retinere vult, *Abb. c. bonæ el. 2. num. 28. & ibi Corset. in addit. extr. postulat. Prælat. Fr. Ripa l. 1. num. 9. ff. privileg. credit.*

Quæ sententia absque omni dubio procedit, quando illi, qui renovationem investituræ petunt, non sunt descendentes ultimi defuncti, *Socini jun. cons. 9. num. 6. lib. 3.*

Cùm itaque verisimile sit, Episcopum Monasteriensem Baroniam sibi apertam pro se absque usu suo retinere velle, & insuper certum sit, Dominum R. ejusque filium Dominum F. non esse in linea descendenti conjunctum Domino J. ultimo possess[illegible] Baroniæ controversæ: Atque etiam sup[illegible] satis superque ostensum sit, Baroniam controversam Episcopo Monasteriensi apertam esse. Sequitur, Episcopum Monasteriensem non cogi neque obligatum esse nobili & generoso Domino F. Comiti a D. feudum controversum de novo concedere.

Trigesimo sextò, ecclesiastici † finiti & Domino aperti renovatio peti non potest; Et Dominus feudi, cui feudum ecclesiasticum apertum fuit, illud alteri cognato vel agnato ultimi defuncti de novo concedere non cogitur, *Roman. cons. 70. & cons. 205. Alex. l. similiter Titio, in princ. ff. de verbor. obligat. Alex. cons. 82. num. 3. lib. 7. Godzadin. cons. 71. incip. in caussa Domini Simonis. num. 3. 4 & 5. Socin. jun. cons. 9. num. 12. lib. 3. Tiraq. in tract. de utroq. retract. 1. part. in præfat. num. 42.* 63

Cùm itaque Baronia controversa sit feudum ecclesiasticum, sequitur, quòd etiam ex hoc capite, quòd Episcopus Monasteriensis Baroniam controversam sibi apertam nobili Domino F. Comiti a D. de novo in feudum concedere non cogatur.

Trigesimo septimò, renovationem † feudi sibi aperti Dominus facere non tenetur, nisi illis agnatis tantùm, qui vasallo ultimo defuncto in primo gradu conjuncti sunt, *Tiraquell. in tractat de utroq. retract. part. 1. in præfat. num. 42.* Et per consequens, cùm nobilis Dominus R. pater Domini F. Comitis a D. ultimo defuncto in sexto gradu conjunctus fuerit, atque ipse Comes F. ipsi in septimo gradu conjunctus sit, videtur dicendum, Episcopum Monasteriensem obligatum non esse, Dominum F. Comitem a D. de novo investire cum Baronia controversa. 64

Trigesimo octavò, Dominus † feudi renovationem feudi sibi aperti nullis aliis nisi descen- 65

descendentibus ultimi defuncti tantùm facere cogitur, nec ipse obligatus est hanc renovationem facere agnatis vel cognatis transversalibus ultimi defuncti, *Petr. de Anchor. conf. 134. Ioann. Staphilanus in tractat. de gratijs & expectativis sub Rub. de modis provisionis post princip. Socin. jun. conf. 9. num. 11. lib. 3. Tiraquell. in tractat. de utroq; retract. 1. part. in praefat. num. 42.*

Sed certum est, tàm Comitem R. quàm ipsius filium Comitem F. ultimo defuncto linea non descendenti, sed transversali conjunctum.

Igitur sequitur, Episcopum Monasteriensem nullo modo obligatum esse illis facere renovationem investiturae de Baronia controversa sive aperta.

66 Trigesimo nonò, renovatio † feudi aperti nullo modo facienda est, etiam nec descendentibus quidem vasalli ultimi defuncti, nisi ipsi sint haeredes ultimi defuncti. *Imola in conf. incip. quidam Toninus. Petr. de Anchoran. conf. 134. Alex. in addit. ad Bart. l. 1. §. permittitur. ff. aqua quotid. & aestiva. Alex. l. similiter Titio, in princip. num. 19. ff. de verb. obligat. Alex. conf. 10. num. 11. lib. 2. & conf. 161. num. 2. lib. 7. Dec. conf. 131. num. 2. Corset. in add. ad Abb. c. bonae el. 2. num. 28. extra postulat. Praelat. Matth. de Afflict. c. 1. num. 4. quemadmod. feud. ad fil. pertin. Francisc. Ripa l. 1. num. 8. ff. privileg. credit. Roland. à Vall. consil. 3. num. 152.*

Cùm itaque neque Comes R. neque filius ipsius Comes F. sit haeres nobilis & generosi Domini J. ultimi possessoris feudi controversi, videtur dicendum, quòd etiam ex hoc capite ipsis renovatio investiturae de Baronia controversa minimè fieri debeat.

67 Quadragesimò, feudo † finito vel aperto, Dominus feudi non tenetur renovationem investiturae facere filiabus vel foeminis, *Fulgos. conf. 222. num. 2. Praepos. c. 1. quemadmodum feudum ad fil. pertineat*; facit id, quod tradit *Paul. Castrens. l. maritus. C. de procurat. Curt. sen. conf. 40. col. 6. cùm per gloss. l. 1. §. permittitur, & ibi Bart. ff. aqua quotid. & aestiva.*

Dum videlicet *gloss. ibidem dicit*, mortuo enim vasallo, facilè potest impetrare haeres masculus investituram, ponderando scilicet verbo haeres masculus, quibus etiam verbis ibidem utitur Dominus *Bart.*

Tum, quia foemina non est capax feudi, neque idonea ad serviendum Domino. Et doctrina illorum Dd. qui volunt, renovationem feudi aperti esse faciendum haeredibus & sanguine junctis ultimi defuncti, tantum procedit, quantum persona idonea capax & habilis renovationem investiturae petit, *Fulgos. d. conf. 222. num. 2. Socin. jun. conf. 9. num. 7. lib. 3. arg. l. ut gradatim. §. sed si leg. ff. munerib. & honorib. gloss. fin. §. in hac resistit. de verb. obligat. gloss. & Dd. l. 1. C. sacrosanct. Eccles. Bart. Ias. & Dd. l. 1. §. nunciatio. ff. operis novi nunc.*

Et hoc absque omni dubio procedit, quando in investitura cautum fuit, ut feudum tantùm ad masculos transeat, *Socin. jun. conf. 9. num. 9. lib. 3.*

Similiter hoc indubitatè procedit, quando ultimus defunctus masculus fuit. Cùm sit clari juris, renovationem investiturae non esse faciendam illi, qui est alterius conditionis atque qualitatis, quàm ultimus defunctus fuit, *Fulgos. conf. 222. num. 2. Socin. jun. conf. 9. num. 7. lib. 3.*

Quinimò aliqui Dd. concludunt, Praelatum ecclesiasticum feudum sibi apertum foeminae nullo modo renovare posse, *Raph. Cum. conf. 100. Fulgos. conf. 4.*

Et licet aliqui Dd. velint, etiam foeminam renovationem investiturae petere posse, *Petr. de Anchor. conf. 70. incip. casus talis est. & conf. 172. incip. Dominus Lazarus. Socin. jun. conf 76. num. 121. lib. 1. Imol. conf. 38. Roman. conf. 22. Augnst. Bero. c. dilecti. nu. 48. extr. arbitr.*

Attamen omnes illi Dd. concludunt, hoc ita demum locum habere, quando foemina est haeres ultimi defuncti, *Imol. conf. 38. Bero. c. dilecti. num. 48. extr. arbitriis. Socin. jun. conf. 76. num. 121. lib. 1.*

Et hoc nullo modo procedit, quando in investitura cautum est, ut feudum ad masculos tantùm transeat.

Cùm itaque ultimus defunctus masculus fuerit, & in investitura dictum fuerit, Baroniam controversam in feudum rectum & masculinum concessum esse. Et insuper feudum controversum sit ecclesiasticum, & Dominus Comes R. ultra hoc quòd ipse à foemina originem trahit, non sit haeres ultimi defuncti, sequitur, ipsum renovationem investiturae de Baronia controversa petere non potuisse.

Quadragesimo primò, statutum † vel constitutio loquens in materia juris communis, recipit omnes interpretationes, limitationes, ampliationes & restrictiones ipsius. 68

ipsius juris, *l. jus autem civile. ff. justicia. & jur. l. Cæsar. ff. publica. l. 2. C. noxal. act. l. final. C. testament. cap. ad audientiam. & ibi Panormitan. de Cler. non resid. c. cum dilectus. & ibi Ioan. Andr. Panorm. extr. eod. tit.*

Quinimò, verba statuti sive constitutiones sunt impropria, ut concordent atque conveniant cum jure communi, *c. cum dilectus. & ibi Ant. de Butr. Immol. & Dd. extr. de consuet.*

Præterea clari juris est, quod tàm constitutiones quàm privilegia ex verisimili mente declaranda, restringenda & primum capitulum privilegii, vel constitutionis secundum aliud intelligendum & restringendum sit.

Similiter manifesti juris est, quod omne illud, quod est contra jus commune sive per quodà jure communi receditur, sit stricti juris, *Bart. rep. l. Cæsar. col. 8. vers. quæro. ff. de publica. Bald l. non sine. C. de bonis quæ liber. Arbert. de Rosat. in. 1. part. statutorum. quæst. 2. vers. item quæro, an statuta simulq; & odiosum. Abb. c. quia. notab. 3. extr. de privileg. Abb. c. olim. extr. verb. significat. Abbat. cons. 1. col. 2. lib. 1. Cornel. cons. 89. col. 3. lib. 3. & cons. 271. col. 4. lib. 4.*

Cum & omnis recessus à jure communi odiosus sit, *Abb. c. cum dilectus. extr. consuetud. Abb. c. 1. & 2. extr. fil. præsbyt.* omniaque odiosa stricti juris reputentur, *Iacob de Aren. & Bald l. non possunt. ff legit.*

Et licet omnia statuta stricti juris sint, *Bald. c. 1. in fin. de feudi cog. Aug. consil. 202. post princ. Dyn. & Bart l. Cæsar. ff. publican.*

Magis tamen stricti juris sunt illa statuta, quæ vel sunt contraria juri communi, vel à jure cõmuni recedunt, eamq; ob causam illa statuta strictissimè intelligenda, & quantum fieri potest, restringenda sunt, *l quod verò. ff. de ll. c. quæ à jure. & ibi Dyn. Ioan. Andr & Dd. de reg. jur. lit. 6.*

Ex quo infertur, constitutionem Episcopat⁹ Monasteriensis qua cavetur, quod Episcopus nullum feudum sibi apertum mensæ suæ applicare debeat, sed de illo agnatos vel cognatos defuncti intra annum renovationem petentes investire cogatur: vel si nullus agnatus vel cognatus intra annum renovationem investituræ petat, ipse hoc aliis personis extraneis, idoneis tamẽ & habilibus concedere obligatus sit, & secundum alia capitula illius constitutionis, & secundum verisimilem mentem constituentis, nec non etiam secundum dispositionem juris communis interpretandam, & ita accipiendam esse, ut non procedat in feudis magnis, sed tantùm habeat locum in fendis minimis: item ut non habeat locum, quando Episcopus pro usu atq; necessitate sua vel Ecclesiæ suæ maxime de novo emergente feudum retinere vellet, item, quod Episcopus ita demum agnatis vel cognatis ultimi defuncti renovationem investituræ facere cogatur, si ipsi sint & descendentes ultimi defuncti, & ipsi primo gradu conjuncti, nec non etiam hæredes ipsius. Et per consequens, cum feudum controversum sit feudum maximum, Baroniæ nempe atq; Dominus Comes R. generoso & nobili Domino J. ultimo possessori in sexto tantùm gradu lineæ transversalis conjunctus fuerit, nec hæres illius extiterit.

Videtur dicendum, ipsum se constitutione Monasteriensi juvare non potuisse.

Quadragesimo secundo, clari & indubitati juris est, quod † is qui filiationem vel 69 consanguinitatem allegat, eam probare teneatur, *Ang. l liberorum. in pr. ff. his qui not. infa. Ias. l. neque possessio. n. 3. C. testamentis. Dec. cons. 54. n. 1.*

Neq; omnis † probatio ad probandam 70 filiationem vel consanguinitatem sufficit, sed requiritur, ut illa probatio sit urgens & concludens, *l non epistolis. & ibi Bart. Bald. & Dd. C. probation. l. non nudis. & ibi Bart. Bald. & Dd. C. eod. tit. l. neq. possessio. & ibi Ias. & Dd C. de testam. c. licet ex quadam. & ibi Abb. & Dd. extr de testib gl. & Dd. C. Michaël. extr. filijs præsbyt. gl. & Dd. c. per duas. extr. probat. gl. & Dd. c. transmisso extr. qui filij sunt legitimi.*

Et si ꝓbatio filiationis sive cõsanguinitatis concludens non fuerit, illa, contra eum qui se in consanguinitate vel filiatione fundat, interpretari dicitur, nec pro eo ullam fidem ullamvè probationem facit, *Tiraq. in tract. de utroq; retract. 1. part. §. 1. gl. 16. n. 4. arg. c. in præsentia. & ibi gl. Innoc. Hostiens. Panor. & Imm. extr. de probat. l. non hoc. & ibi Ias. & Dd. C. unde legitimi. Bald. l. quoties. §. si quis ita. ff. hæred. instit. Ias. cons. 36. col. 3. lib. 3.*

Similiter clari juris est, quod instrumentum inter alios confectum, contra tertium nullam fidem nullamvè probationem faciat, *l. 1. & ibi Dd. C. res inter alios acta.*

Et hoc potissimùm procedit in verbis enunciativis instrumenti., namq; verba enunciativa instrumenti regulariter contra tertium nullam fidem faciunt, & si illud instrumentum sit antiquum sive de antiquo, *Paul. Castr. cons. 139. col. 2. lib. 1. Alex.*

conf. 50. col. 2. lib. 5. conf. 219. col. 5. lib. 6. Socin. conf. 266. col. 5. lib. 2. Corn. conf. 22. col. 3. lib 3. præsertim si agatur de gravi præjudicio, *Abb. & Dd. c. cum causam. extr. de probat. Abb. consil 54. col. 2. lib. 1. Cornel. conf. 22. col. 3. lib 3.*

Quod usq; adeò verum est, ut locum habeat etiam quoad probandam consanguinitatem, *Fulgos. d. l. non nudu. C. probat. Felin. c. per tuas. nu. 17. col. fin. vers. tertiò nota. extr. probat.*

Eodem modo clari juris est, quod neq; per nominationem, neq; per tractatum probetur, quem consanguineum alterius esse, *Petr. de Anchor. conf. 52. col. 2. Iacob de Ravenn. l. non epistolis. C. probat. Tiraq. in tract. de utroq; retract. part. 1. §. 1. gl. 16. nu. 1.* filiationem quoque per solam nominationem non probari, *Dd. communiter tradunt, Bartolus l. 1. §. idem per contra. ff. liberis agnos. Anton. de Butr. c. Michaël. extr. filijs præsbyt. Paul. Castr. & Ang. l. non epistolis. C probat. Bald. l. non nudu. C. eod. tit. Felin. c. per tuas. num. 11. & ibi Dec. num. 7. extr. probat.*

Quinimò, in judicio petitorio neq; per nominationem, neq; per tractatum filiationem probari tradit *Alvarot. in tractat. de præsumpt. reg 3. præsumpt 38. & idem Alvarot. conf. 201. num 58.* ubi ipse attestatur, eandem opinionem tenere *Petr. Cyn. Bart. Bald. Alberic. Salic. & Ias.* eamq; & veriorem & communiter receptam esse.

Idem jus generaliter & indistinctè observatur quo ad præjudicium tertii. Namq; in illius præjudicium neq; per nominationem, neq; per tractatum filiatio probatur, *Ias. conf. 106. col. 2. vers. & adhuc notabilius. lib. 1. Alciat. conf. 201. num. 57. Tiraq in tractat. de utroq; retract. part. 1. §. 1. gl. 16. nu. 3.*

Eam ob causam, quia speciale est, quod sententia lata super filiationem præjudicet tertio, *l. 2. §. plenè. & ibi Bart. ff. liber. agnos. c causam. el. 2. extr. qui filij sint legitimi, c. pen. & ibi gl. extr. re jud* igitur nullo modo trahi dicitur in consequentiam, nempè ad nominationem vel tractatum.

Sed certum est, quod instrumenta producta ad probandum, quod Domina H, fuerit & filia Domini O, a B, & soror Domini F, avi Domini J. ultimi defuncti. Quodq; Dominus Comes R. ab illo originem trahat, quoad Dominum Episcopum sint res inter alios actæ, quodque in illis instrumentis de filiatione & consanguinitate fiat mentio enuncativè & incidenter propter aliud.

Similiter, nullus ex testibus dicit, quod Domina H. fuerit filia Domini O. à B. nec concludenter deponunt, de eo quod Comes R. originem traxerit a Domina H.

Et similiter, unus ex testibus contradicit instrumento producto, incipienti: Dem Durchleuchtigsten/ Hochwirdigsten etc. Nam in illo instrumento dicitur, aviam Comitis R. fuisse Comitissam von der Lippe. Testis verò dicit, aviam Domini R. fuisse Comitissam à Rheinstein.

Igitur sequitur, neque per instrumenta, neque per depositiones testium probatum esse. Quod Domina H. fuerit filia Domini O. & amita magna Domini J. ultim possessoris Baroniæ controversæ, quod Dominus Comes R. originem traxerit ex Comitissa H.

Et per consequens, quod ipse etiam ex hoc capite a petitione sua excludatur, cum quilibet actor intentionem suam probare debeat, & actore non probante, reus etsi nihil præstiterit, absolvendus sit, *l qui accusare. & ibi Dd. C. de edend. l actor. ff. probation. c. 1. extr. ne ecclesiast. benefic. sine dom. confer.*

Nec sufficit, ei qui tanquam successor feudum vel hæreditatem petit, probare simpliciter, se esse consanguineum ultimi defuncti, sed requiritur, ut ipse probet atque fidem faciat, quoto gradu ultimo defuncto conjunctus sit, *Dec. consil 321. col. 1. Alciat. in tractat. de præsumptio. reg. 2. præsumpt. 28. numer. 9.* Item, se esse proximiorem consanguineum ultimi defuncti, *Angel. Aretin. §. actionum col. penult. vers. si ab intestato. Instit. action. Francisc. Aretin. l. sed etsi de sua col. 4. ff. acquir. hæred. Raph. Fulgos. consil. 184. col. 1. Alexand. consil. 124. col. 1. libro 7. Socin. jun. consil. 26. numer. 10. lib. 2.*

Quadragesimo tertiò, Nullus† Episcopus 71
vel alius Prælatus ecclesiasticus, ordinationem vel constitutionem contra jus commune facere potest, omnisque ordinatio & constitutio ab Episcopis reliquisque contra jus commune facta, viribus caret, *Hostiensis & Ioann. Andr. c. final. argument. ill. text. extr. officio Archidiac. Ioann. Andr. in add. ad Speculat. rubric. de elect. Bald. consil. 330. lib. 4. Curt. sen. consil. 79. col. final. Martin. Laud. in tract. de Principib. §. 92. Albert. Brun. conf. 108. lib. 3. Bart. & Ias. d. l. omnes populi.*

Abb.

Abb. consil. 1. num. 3. lib. 2. Alexand. & Ias. l. nemo potest. ff. de legat. 1. Alexand. consil. 17. num. 14 lib. 4. consil. 34. nu 4. lib. 6. cons. 90. lib. 7. Felin. c. 1. extr. de rescript. Felin. c quod super his. extr. de majoritate & obedient. Ias. l. 1. C. de precibus. Imperat. offerr. Ias. d. l. apertissimi. Dec. rub. nu. 22. C. qui admitti. Dec. c quæ in Ecclesiarum extr. de constitut. Aym. Cravet. consil. 103. num. 2. arg. l formam. C. de offic. Præfecti Illirici. c. cum inferior. extr. de majorit. & obedient. Clement. ne Romani. de jurejur. glos. c. fin ver. figura de hæret. lib. 6. Felin. c. novit. num. 11. extr. de judiciis. Fel d. c. quæ in Ecclesiarum. num 33. extr. de constitut.

Cum itaq; constitutio Episcopi sive Episcopatus Monasteriensis, admittens fœminas ad successionem feudi juri communi feudorum refragetur, quò jure fœminæ à successione feudi penitus excluduntur, videtur dicendum, illam constitutionem Episcopi sive Episcopatus Monasteriensis non valere, & per consequens, hunc casum secundum jus commune ita decidendum, quod hoc feudum fuerit apertum Domino Episcopo.

Et licet hæc & similia quæ pro parte hac adduci possunt, prima fronte fortiter urgere videantur. Nec tamen his & simil. non obstantibus, verissimum esse judicamus, quod Baronia controversa per mortem nobilis & generosi Domini J. ultimi possessoris, non fuerit domino feudi aperta, sed ad Dominum Comitem R. ipsi sexto gradu cognationis conjunctum devoluta sit, quodq; & Dominus Comes R. illam Baroniam ad filium suum Dominum Comitem F. transmiserit: & Episcopus Monasteriensis obligatus sit, Dominum Comitem F. de illa Baronia investire atque actualem & realem possessionem illius Baroniæ tradere.

Quinimò etiam si illa Baronia Domino feudi Episcopo nempe Monasteriensi aperta fuisset, nos tamen judicamus, quod tàm de jure communi, quàm secundum constitutionem Monasteriensem Episcop⁹ Monasteriensis obligatus sit, Domino Comiti F. Baroniam controversam de novo in feudum concedere.

72 Quæ decisio ex sequentibus rationibus comprobatur. Namq; primò clari & indubitati juris est, † privilegium admittens fœminas & descendentes ex fœminis ad successionem feudi ratum esse, *Dec. cons. 589. n. 17. Roland. à Vall. cons. 3. n. 117. Card. Paris cons. 17. nu. 15. lib. 1.*

73 Eam ob causam, † quia secundum communem & receptam Dd. sententiam consuetudo admittens fœminas ad successionem feudi rata est, *c. significavit. & ibi Bald. Abb & Dd. extr. de rescr. Spec. §. quoniam. vers. 21. & ibi Ioan. Andr. de feud Alvarot. c. 1. §. & quia vidimus, qui feudum dare possunt. Alex. cons. 29. num. 2. lib. 1. Dec. cons 20. num. 13. cons. 39. num. 12. consil. 208. num. 5. consil. 424. num. 13. consil. 445 num. 20. & consil. 588. num 17. Immol. Dominic. & Philip. Francisc. c. grandi de supplenda. neglig. prælat. lib 6. Ioan. Fab auth. ingressi. C. de sacrosanct. Eccles. Bald. consil. 143. lib. 1. Ias. l. de quibus. num. 54. ff. de legib. Iacob de S. Georg. in tractat. feud. verb. & fœminis num. 9. Curt. in tractat. feud. 1. part 3. part. princip. num. 10. Zas. in tract. feud. 8. part. num 42. Cardin. Paris. consil. 13. num. 21. & consil. 22. num. 24. lib. 1. Ioan. Campeg. inter consilia. Albert. Brun consil. 2. num. 52. Godzadin. cons. 8. num. 10. & 41. Matth de Afflict. c. 1. num. 25. de alienat. feudi pater. Cassen. in consuet Burg. rub. 3. §. 5. in princip. num. 30. Tiraquell. in tractat. de Primogen. 10. quæst. num. 8. & 12. Roland. à Vall. cons. 3. num. 117. Petr. Duen. reg. 309. num. 1.*

Quod usque adeò verum est, ut consuetudine introduci possit, ut fœmina etiam in feudis habentibus regalem dignitatem, jurisdictionem merum & mixtum Imperium succedere possit, *c. significavit & ibi Bald. Abb. Anton. de Butr. & Dd. extr. de rescript. Abb. c. dilecti. & ibi Bero. nu. 49. & nu. 50. extr. de arbitris. Bald. consil. 275. col. 2. lib. 2. Dec. consil. 85. Iacob de S. Georg. l. cum antiquioribus. col. final. vers. an autem filia. C. jure delib. Guil. Benedict. rep c. Raynutius verb. duas habentes filias. num. 67. extr. de testamentis. Cassen in cons. Burg. rub. 4. §. 5. in pr. n. 30. & 41. usq. ad n. 62. Tiraq in tract de Primogen. quæst. 10. Petr. Duen. reg. 309. limitat. 1.*

Et clari & indubitati juris est, omnia illa quę per consuetudinem introduci possunt, etiam per privilegium concedi posse, & consuetudinem atque privilegium à pari procedere, *c. duo simul. extr. officio ordinarii. c. cum contigat. & ibi Abb. extr. foro compet. Lapus & Card. Clem. 2. col. penult. de religios. domib. Abb. c. accedentes. & ibi Felin. num. 6. extr. de præscript. Oldrad. cons. 172.*

Similiter & statutum † sive constitu- 74
tio admittens fœminas & descendentis ex fœminis ad successionem feudi valet, *Guilhelm. Benedict. c. Raynutius vers. duas habens filias. num. 67. extr. de testam.*

Tum quia consuetudines feudales excludentes fœminas à successione feudi,

ſunt juris poſitivi. Et clari & indubitati juris eſt, ea, quæ juris poſitivi ſunt, ſtatuto ſive conſtitutione contraria tolli poſſe, *l. de quibus. ff. de legib. §. ſed naturalia Inſtit. de jur natur. gent. & civil. Bart. l. omnes populi. n. 26. ff. juſt: & jur. Ang. §. jus autem civile. Inſtit. de jur. natur. gent. & civ.*

Tum quia conſuetudine introduci poteſt, ut fœmina in feudū ſuccedat, put hoc ſuprà diximus. Et certi juris eſt, quod conſuetudo & ſtatutum à pari procedant: quodq́; omnia illa, quę per conſuetudinem introduci poſſunt, etiam per ſtatutum ſive conſtitutionem permitti poſſunt, *Bald. l. 2. n. 4. C. quæ ſit longa conſuet. Bart. l. de quib. n. 11. & Iaſ. n. 46. ff. de LL.*

Tum, quia pacto effici poteſt, ut fœmina in feudum ſuccedat, *c. 1. §. hoc autem notandum, de his qui feud. dare poſſ. c. 1. §. filiam. de ſucceſſ. feudi.*

Et clari juris eſt, omnia illa quæ per pactum fieri poſſunt, etiam per ſtatutum ſive conſtitutionem fieri poſſe, *gl. rub. C. de decret. Decur. lib. 10. Bart. & Alex. l. alia. §. eleganter. ff. ſolut. matr. Bart. l. omnes populi. 26. ff. juſt. & jur.*

75 Nec in ſtatuto† admittente fœminas ad ſucceſſionem feudi, requiritur clauſula derogatoria, eam ob cauſam, quia conſuetudines feudales diſponentes fœminam ad ſucceſſionem feudi non admitti, non habent clauſulam derogatoriam. Et certi & indubitati juris eſt, quod ſtatutum contrarium juri communi non habenti clauſulam derogatoriam valeat & ratum ſit, etiam clauſula derogatoria in ſtatuto expreſſa non ſit.

Tum, quia & legib. cautum, & à Dd. communiter traditum eſt, ſtatuta juri communi contraria rata eſſe, nec diſtinguunt, utrū illa habeat clauſulam derogatoriam, an verò non, *d l. de quibus. & d. §. ſed naturalia. Bart. l. omnes populi. n. 26. ff. juſt. & jur. arg. §. jus autem civile. num. 7. Inſt. de jur. natural. gent. & civil.*

Et certi & indubitati juris eſt, quod lex generaliter & indiſtinctè loquens, generaliter intelligenda, nec à nobis diſtinguenda ſit, *l. 3. ff. offic. præſidis. l. de precio. ff. publ. in rem act.*

Tum, quia lex poſterior tollit legem præcedentem, contrariam clauſulam derogatoriam non habentem, etiamſi in lege poſteriori clauſula derogatoria expreſſa non ſit, *gl. c. 1. verb. noſcatur. de conſtitut. lib. 6. Bart. in conſtit. ad reprimend. verb. non obſtantibus. num. 3. & 4. Felin. c. nonnulli. in princip. num. 5. extr. de reſcript. arg. l. non eſt novum. & l. ſed & poſteriores. ff. de legib.*

Tum, quia ſtatuta ſive conſtitutiones alicujus Ducatus, vel Epiſcopatus, juris communis vigorem obtinent in illo Ducatu vel Epiſcopatu, *Bald. l. illa inſtitutio ff hæred. inſtit. Anton. de Butr. c. quintavallis col. fin. extr. de jurejur. Abb. rub extr. conſuetud. Abb. c. jus generale. diſtinct. 1. Paul Caſtr. l. 2. & ibi Iaſ. num. 19. ff. ſi contra jus vel util. publ. Roma. l. poſt dotem. col. 13. ff ſolut. matr.*

Et certi juris eſt, quod ſtatutum vel conſtitutio contraria priori ſtatuto non habente clauſulam derogatoriam rata ſit, etiamſi illud ſtatutum vel conſtitutio clauſulam derogatoriam non habeat, *Bart. in conſtitut. ad reprimendum. verb. non obſtantibus. numer. 5. Bartol. l. omnes populi. num. 29. ff. de juſt. & jur. Geminian. c. 1. num 6. & 7. de conſtit. lib. 6.*

Tum quia in † conſtitutione nova ſemper præſumitur certa ſcientia juris contrarii, *Ioh. Andr. c. 1. & ibi Phil. Franc. nu. 10. de conſtit. lib. 6.* 76

Et clari & indubitati juris eſt, quod certa † ſcientia illius qui legem vel conſtitutionem condit, aliquem actum contra jus facit, æquipolleat clauſulæ non obſtanti. 77

Quodq́; ubi conſtat de certa ſcientia, clauſula derogatoria non ſit, *gloſ. c. 1. verb. noſcatur. de conſtitut. lib. 6. Ioan. Andr. c. unito. de exceſſ. Prælat. lib. 6. Abb. Panorm. c. nonnulli. in. princip. & Felin. num. 11. limit. 4. extr. de reſcript. Paul. Caſtr. conſ. 223. Nicol. de Milu. in repertorio. verb. privileg. §. 14. Albert. Brun. conſil. 1. num. 75.* ubi ipſe atteſtatur, hanc opinionem communem eſſe, igitur ab illa neque in judicando, neque in conſulendo recedendum eſt.

Cum ſit clari & indubitati juris, quod judex in judicandō ſemper communem Doctorum ſententiam ſequi teneatur, *Bartolus l. 1. argument. illius textus. ff. Senatoribus. Baldus c. 1. §. judices de pace, jurament. firm. Abbat. Feliu. & Dec. in capit. 1. extr. conſtitut. Abbat. c. novimus. argument. illius text. extr. de verborum ſignificatione, facit text. cap. 1. ff. officio Quæſtor. l. Athletas. in princip. ff. his qui notantur infa. l. final. C. fideicommiſſ. c. prudentiam. in princ. extr. de offic. del.*

Utque

Utque adeò juris, quod qui contra communem judicat, imperitus præsumetur, *Alex. conſ. 95. num. 1, lib. 1.* & faciat litem ſuam, atque parti læſæ ad id, quod intereſt, teneatur, *Bart. l. fin. C de pæn. jud. qui malè judicat. Angel. l. terminato. C. de fructib. & lit. expenſ. Abb. d. c. prudentiam. in princip. item Abb. c. 1. extr. de ſentent. & re jud. Abb. c. 1. extr. de decimis. Petrus de Anchor. Clem. Roman. de elect. Anton. de Butr. c. ex literis. el 1. extr. de ſponſal. Felin. c. 1. num. 54. extr. de conſtitut. Iaſ. l. cum prolatis. ff. de re judic.*

78 Præterea quoque legibus expreſsè cautum eſt, quod clauſula † derogatoria non requiratur in illis, quæ motu proprio ordinantur, conſtituuntur vel conceduntur, *Bald. l. omnes. verſ. ſalvo. niſi Imperator. C. de quadrienn præſcript. Ioan. Andr. c. unico. de exceſſib. Prælator. lib. 6.*

79 Et ea, quæ per viam † legis vel ſtatuti conceduntur, motu proprio conceſſa eſſe intelliguntur, *Bart. l. 1. ad finem. C. de bonis vacant. lib. 10. Bart. l. 1. C. petit. bonor. ſub loco eod. lib. Iaſ. l. 3. in princip. num. 8. ff. quod quisque jur.*

80 Similiter generatio † ſive ritè ratio actus clauſulæ derogatoriæ æquipollet, & ubi eſt geminatio ſive reiteratio, actus etiam juris communis derogatorii, clauſula derogatoria non requiritur, *Ioan. Andr. c. porrecta. extr. de confirmat. utili & inutili. Ant. de Butr. c. 1. extr. de reſcript. Nicol. de Milis in ſuo reperto. verb. privilegium. §. privilegium contra jus. Alex. ſ. 3. in princip. Felin. c. nonnulli. in princip. extr. de reſcript.* quod ex eo confirmatur,

81 Tum, quia † geminatio habet vim motus proprii, ſive clauſulę ex motu proprio, *Bald. l. nec damnoſa. C. de precib. Imperat. offerend. Iaſ. l. 3. num. 6. ff. quod quiſq; jur.*

82 Tum, quia † recta ratio ſive geminatio actus habet vim clauſulæ ex certa ſcientia, *Iaſ. d. l. nec damnoſa. num. 6. Ioh. Andr. & Dd. c. porrecta, extr. de confirmat. utili & inutili.*

83 Eodem modo, in illis † quæ contra jus commune propter favorem ſive utilitatem publicam ordinantur, conſtituuntur vel conceduntur, clauſula derogatoria jam requiritur, *Bart. in conſtitut. ad reprimendum. verb. non obſtantibus. Abb. c. nonnulli, in pr. & ibi Felin. num. 15. extr. de reſcript. argum. l. quidam conſulebant. ff. de re jud.*

84 In iis quoq;, quæ per modum † privilegii conceduntur clauſula derogatoria non requiritur, *Hoſtienſ. in ſua ſumma. tit. de reſcr. §. quas res. col. 4. verſ. ſed poteſt diſtingui. Ant. de Butr. c. 1. extr. de reſcript. Bald. l item lapilli. ff. de rer. diviſ. Lapus & Cardin. Clement. 1. quæſt. 3. de cenſib. Ioan. Andr. & Dominic. c. 1. de exceſſ. Prælat. lib. 6. Nicol. de Milis. in ſuo repert. verb. privileg. col. 3. Mart. Laudenſ. in tract. privileg. §. 39. Ioan. de Imol. c. nonnulli in princ. & ibi Felin. num. 11. extr. de reſcript.*

Et inſuper in omnibus illis caſibus, † in quibus clauſula derogatoria requiritur ſecundum communem atq; receptã Dd. ſententiam ſufficit clauſula generalis, *Petrus Cyn. & Bald. l. final. C. ſi contra jus vel util. pub. Alber. l. quoties. C. de precib. Imperat. offer. Martin. Laudenſ. in tract. de privileg. quæſt. 30. Fel. c. nonnulli. in princip. num. 10. limit. 1. extr. de reſcript.* 85

Deinde etiam clari juris eſt, quod † ex cauſa juſta Epiſcopi, reliquiq; Prælati eccleſiaſtici contra jus commune ſtatuta concedere poſſint, *Bald. l. omnes populi. & ibi Iaſ lectur. 1. num. 31. ff. de juſt. & jur. Abb. c. dilecti. extr. de appellat. Abb. c. final. col. 2. extr. de conſuet. Abb. c. at ſi Clerici. §. de adulteriјs. extr. de judiciјs. Abb. c. ſtuduiſti. extr. offic. legat. Alex. conſ. 106. col. 5. lib. 2. Alex. l. nemo poteſt. col. 1. & ibi Iaſ. lect. 1. num. 8. & lec. 2. n. 8. & 9. ff. legat. 1. Felin. c. quod ſuper his. nu. 4. extr. majoritat. & obedient. Dec. rub. C. qui admitti. arg. l. ſi hominem. & ibi Bart. ff. mandati. l. ſi quis filio exhæredato. §. hi autem omnes. ff. in juſto rupto irritoq; fac. teſtam. c. final. & ibi Anton. de Butr. & Imm. extr. de tranſact. l. pen. ff. ad l. Cornel. de Sicar.* 86

Similiter legibus expreſsè cautum eſt, Epiſcopos reliquosq; Prælatos eccleſiaſticos cum conſenſu ordinum ſive ſubditorum conſtitutionem vel ordinationem juri communi contrariam facere poſſe, prout hoc expreſsè tradit *Archidiac. c. nolite, 12. quæſt. 1. Domin. c. placuit. diſtinct. 32.*

Et confirmatur ex eo, quod tradit *Bart. l. omnes populi. num. 8. ff. juſt. & jur. ubi Bart.* concludit, licet illis magiſtratibus, qui habent temporalem jurisdictionem, ut ſunt poteſtates & rectores terrarum, communiter legem vel ſtatutum condere non permittatur, ipſis tamen convocato conſilio & proceribus civitatis indiſtinctè legem, ſtatutum, conſtitutionem ſive ordinationem facere licere.

Cum itaque conſtitutio Monaſterienſis admittens filias & fœminas ad ſucceſſionem feudi ex juſta & legitima cauſa, nempe propter publicam utilitatem, & cum conſenſu omnium ordinum condita, & ab omnibus Epiſcopis non ſemel, ſed

 ſæpius

sæpius reiterata & ultra tempus legitimum ad consuetudinã inducendam requisitum, observata fuerit: Dubio omni caret, illam constitutionem valere & ratam esse, nec in i[illegible] necessariam fuisse clausulam derogatoriam ad jus commune, sive dicamus illã constitutionem habere vim statuti, sive vim privilegii, sive vim beneficii, præsertim cum illa consuetudo propter utilitatem publicam & motu proprio facta & sæpius reiterata fuerit.

Quinimò, in illa constitutione saltem generalem clausulam derogatoriam esse, ex verbis sequentibus privilegii liquet: **Alle diese verschreuene Sache / Gnade / Punct. vñ Articulen / sämptlich vnd ein jeder besunder: Lauen wi etc. vor vns vnd vnse Nachkömlinge / den vorbenendten vnsen Edelmannen / Dienstmannen / Manschoff / Stadt Münster / Weichbilde / vorgeschreuen / tho ewigen tiden / stede / vest ununterbraken tho holden one waren Argelist / Niesunde vnd Behelpinge gentzlich vnd vmbgesproken / in diesem vorschreuen Dinge.**

Quam generalem clausulam derogatoriam sufficere etiam in illis casibus, in quibus clausula generalis derogatoria requiritur, Dd: communiter tradunt.

Nec etiam opus fuit, constitutioni Monasteri: inserere clausulam derogatoriam, ad illas investituras, in quibus dictum est, investituram esse factam de feudo masculino. Namque eo ipso, quod in constitutione Monasteriensi dicitur, quod fœminæ debeant succedere etiam in illis feudis: **die man heft von vnser Kirchen / in Mahngute oder in Dienstmangute /** derogatur omnibus investituris, in quibus masculorum vel masculini mentio quolibet modo fit.

Cum, quia secundum communem & receptam Dd. sententiam eo casu, quando ex tenore rescripti vel constitutionis de voluntate, mente vel certa scientia Principis constat, clausula derogatoria non requiritur, prout hoc ultra Dd. suprà allegatos tradit *Dominic. c. statutum. §. cum verò. col. 1. de rescript. lib. 6. Petrus de Anchor. Immol. & Andr. Syculus. c. fin. extr. rerum permut. Oldrad. consil. 295. Bald. l. final. post princip. vers. ultimo dic quod tria sunt. C. sentent. rescindi non posse, Bald. c. 1. §. mater. si de feud defunct. conten. Angel Aret l. si constat. ff. appellat Ioann. de Anania. cons. 81. Paul. Castr. l. 3. § si is pro quo. ff. quod quisq. iur. Benedict. de Perus. cons. 157. Felin. d. c. nonnullis in princ nu. 1. vers. limita secundò. extr. de rescript. Curt. sen. cons. 65. num. 11.*

Tum quia clausula ex certa scientia æquipollet clausulæ derogatotiæ sive non obstante, *gl. l. ratas. C. de rescind. vendit. Bart. cons. 196. Bald. l. idem Vlpianus ff. excusat tuto. Bald c. 1. §. naturales. col. 1. vers. sed ego quæro si de feudo defunct. content. Ioan. de Anan. cons. 81. Paul. Castr. l. 3. §. si is pro quo. ff. quod quisque jur. Alex. cons. 30. col. 3. lib. 5.*

Et clari & indubitati juris, quod ubi ex narratis vel ipsa concessione de certa scientia Principis concedentis liquet, non sit necesse, opponere clausulam ex certa scientia. Quodque à pari procedant, si in dispositione aliqua fuerit expressa illa clausula, vel si ex narratis, aut ex ipsa concessione liqueat de certa scientia, *gl. c. pastoralis. §. præterea. verb. ex certa sciencia. extr. de offic. de leg. gl. Clem. 1. verb. ex certa scientia de jud. Innocent. c. statutum. de rescript. lib. 6. Abb. & Immol. Clement. 2. in fin. de rescript. Abbat. c. ad hæc in fin. extr. eod. titul. Barcol. cons. 196. num. 2. lib. 1. Abbat. Felin. & Dec. c. cum inter. extr. de exception. Franc. Aret. consil. 15. col. 5. & consil. 57. Franc. Aretin l. potest quis. ff. vulgat. & pupill. Immol. l. quidam consulebat ff. de re judic. Curt. sen. cons. 65. Albert. Brun. cons. 1. n. 75.* ubi ipse attestatur, hanc opinionem communiter receptam esse. Et hæc decisio confirmatur ex eo, quod & legibus expressè cautum & à Doctoribus communiter traditum est, eum, qui actum ex certa scientia facit, omne ob statutum tollere atque removere intelligi. Idem *Vlpianus §. 1. & ibi Bald. & Dd. ff. qui satisd. cog. l. quidam consulebat. & ibi Dd ff re judic. Bartol. d. consil. 196. num. 2. lib. 1. Bald. l. imperiales. §. similes. C. de nupt. Bald. c. cum adeò. col. 4. extr. de rescript. Anton. de Butr. & Immo. c. sua nobis. extr. de appellat. Alex. cons. 72. lib. 2. Bald. l. Barbarius. & ibi Ias. n. 10. cum trib sequentib. ff. offic. prætor. Felin. c. nonnulli. in princip. n. 12. extr. de rescript. Petrus de Anchor. cons 61. incip. pro clariori. col. 2. Felin. c. cum inter. num. 3. & 4. extr. de exceptionib. Bart. l. 2. C. si servus aut libertus ad decurion. aspiret. lib. 10.*

Quod secundum communem & receptam Dd sententiam non tantùm in Papa vel Imperatore, verùm etiam in inferiorib. Principibus sive Magistratibus locum habet.

Eo potissimùm casu, quod in facto inferioris causæ cognitio intervenit, *Bart. d. l. 2. C. si servus aut libert. ad decur. aspir. lib. 10. Bald d. l. Barbarius. & ibi Ias. num. 14. ff de offic. prætor. Aug & Alex, l quidam consulebat. ff. de re jud. Roman. cons. 216. incip. electio.*

Quæ

Quæ cognitio causæ omniaque alia necessaria in præsenti casu intervenisse, propter antiquitatem temporis, quo primo illa constitutio facta fuit, præsumitur.

87 Cum ex cursu temporis † longi vel longissimi, & causæ cognitio & solennitates etiam extrinsecæ omniaque in actu aliquo requisita intervenisse præsumatur, *Alex. Ias. & Dd. l. qui in aliena in princip. ff. de acquir. hæred. Calcan. cons. 11. col. 5. Alex. cons. 12. cons. 113. col. penult. lib. 4. & consil. 218. col. 3. lib. 6. & cons. 179. col. 3. lib. 7. Dec. c. 1. col. 6. extr. de fide instrum. Dec. cons. 442. col. 5. Dec. & Ias. l. 1. C. qui admitti. Ias. cons. 176. col. 3. lib. 2. & cons. 148. col. pen. in fin. lib. 4. Ias. l. sciendum. ff. verb obligat.* Etiamsi de illa causæ cognitione vel reliquis solennitatibus sive requisitis in actu sive dispositione nulla fuerit facta mentio, *Felin. c. sicut. col. 15. vers. septimo & ultimo extr. de sentent. & re jud. Dec. cons. 341. col. 6. & cons. 558. col. 2. Ias. d. l. sciendum. nu. 16. ff. verb. oblig.*

Deinde hanc sententiam confirmat id, quod privilegium secundum faciens mentionem primi contrarii, illud tollatur, *Inno. & Dd. c. veniens extr. præscript.*

88 Quodq; investitura feudi pro se & filiis includat & inhabilitet † spurios de ipsis sciebat investiens, *Bald. l. eam. vers denuo quæro. C. fideicommiß. Albert. Brun. consil. 1. n. 76.*

Et sic ex prædictis liquet, licet secundum dispositionem juris communis fœminæ, & ex illis descendentes ad successioné feudi non admittantur: cum tamen statuto sive constitutione Episcopatus Monasteriensis cautum sit, fœminas & ex illis descendentes ad successionem feudi etiam masculini, sive in cujus concessione masculorum mentio facta fuit, admittendas esse, hanc constitutionem sive statutum & ratum esse & vigore illius constitutionis per mortem Domini J. ultimi possessoris Baroniæ controversæ hanc Baroniam fuisse acquisitam Domino R. Comiti à D. & ab ipso Domino R. in filium ipsius Dominum F. transmissam.

Secundò, dubio omni caret, consuetudine introduci posse, ut fœmina, item descendentes ex fœminis in feudum succedant, prout hoc in præcedenti ratione multis authoritatibus comprobatum est.

Quod procedit, non tantùm in consuetudine universali alicujus populi sed etiam
89 locum habet in † consuetudine particulari alicujus familiæ, cum sit clari & indubitati juris, etiam familias particulares consuetudinem introducere posse, *Ioan. Andr. in add. ad Spec. §. compendiosè vers. sed nunquid verb. interposuit tit. de instrum. editio. Andr. Imm. Iacob. Puteus & Raph. Comensis l. 3. ff. de testam. Barb. rub. extr. de rescript. col. 7. & c. 2. col. 8. extr. de prob. Guid. Pap cons. 131. n. 1. Soc cons. 61. n. 2. li. 3. Ias. rep. l. omnes populi. n. 42. & ibi Crotus, col. 4. ff. de just & jur. Ias. cons. 46. col. fin. lib. 1. & cons. 192. col. 3. lib. 2 Ruin. cons. 19. nu. 6. & cons. 34. n. 5. lib. 1. Bald cons. 347. lib. 1. Andr. de Isern. c. 1. §. præterea Ducatus. col 2 de prohibit. feud. alienat. per Frid. Albert. Brun. in tract. statutorum. verb. parentela. in fin. Ioan. Neviz. inter cons. Brun. cons. 11. col fin Ioan. Campeg. in tract. de dote. in ult p. quæst. 79. Boër. decis. 155. nu. 29. Cassen. in comment. consuet. Burg tit. des fiens §. 1. gloß 1. in final. Curt. jun. in tract. feud. 1. part. 3. part princip. nu. 10. Ioan. Lezirier. in tract de primogen. lib. 1. quæst. 22. nu. 6. Card. Paris. cons. 72. n. 11. lib. 4. Hier. Schurf. cons. 92. lib. 2.* facit id quod docet *Ias. l stipulatio hoc modo n. 10. ff. verb. obligat.*

Et hoc absque omni dubio procedit in illa familia, quæ jurisdictionem habet. Namque illa absque omni dubio consuetudinem inducere potest, *Ang. l. fin. C. testa. Alex. l. si non speciali C. eo tit. Ias. l si quis à filio. §. fin. & ibi Ias ff. legat. 1. Zas cons. 1. nu. 34. lib. 2. Ruin. cons. 38. nu. 6. cons. 40. nu. 11. lib. 1.*

Similiter hoc absque omni dubio procedit, quando illa consuetudo familiæ à populo sive à majori parte populi approbata est, sicut hoc satis probatur ex eo, quod in simili decidit *Bart. l. 2. col. 7. C. quæ sit longa consuetudo.* ubi *Bart.* concludit, licet mulieres consuetudinem introducere nequeant, consuetudinem tamen mulierum, quod primogenita succedat sola non contradicente populo introductum valere. Ex eo, quia tunc videtur esse consuetudo populi, qui patiendo videtur consentire, qui consensus populi vel majoris partis, eo ipso probatur vel præsumitur, quod fides sit, tales actus ad inducendam consuetudinem celebratos, qui veresimiliter ad notitiam populi vel majoris partis pervenerit, *Bart. l. secundo. numer. 14. C. quæ sit longa consuetud. argument. l. secundò. ff. ad municipalem. l. an in totum. C. ædificiis privat.*

Quod potissimum locum habet † interve- 90
niente cursu longi vel longissimi tẽporis,

cum ex cursu illius temporis præsumatur intervenisse consensus omnium illorum, quorum consensus in actu aliquo requiritur, *Fr. Aret. consil. 36. Dec. consil. 174. col. 2. & consil. 309. col. 1. Ias. l. sciendum. ff. verb. oblig.*

91 Nec obstat, quod secundum † aliquorum sententiam talis consuetudo, quod fœminæ in feudum succedant, à familia in præjudicium Domini feudi introduci non possit, *Zas. in tract. feud. 8. part. num. 40. per reg. l. non dicitur. ff. de reg. jur. facit id quod tradit Carol. Rum. consil. 108. num. 30. lib. 2.* Namque hoc non procedit in illa consuetudine, quæ consentiente Domino feudi introducta fuit, cum quilibet consentiendo juri suo renunciare possit, *l. penult. & ibi D.d. C. de pact. l. cum quædam C. de administ. tutor.* qui consensus ex lapsu longi vel longissimi temporis præsumitur, sicut in simili dicitur ex lapsu longi vel longissimi præsumi Dominum feudi alienationi feudi consensisse, *Alex. consil. 113. col penult lib. 4. Ias. l. sciendum. num. 17. ff. verb. oblig. Dec. consil. 185. col pen. post med facit id quod tradit Felin. c. illud. nu. 5. extr. præsumpt. Gozad. consil. 4. col. 6. in fin.*

Deinde, dubio omni caret, consuetudinem authoritate publica niti & jure publico approbatam esse, *l. de quib. ff de legib. §. ex non scripto. & §. sed naturalia. Instit. jure nat. gent. & civili.*

Quod non tantum in consuetudine unius populi, verùm etiam in consuetudine unius familiæ locum habet, prout supra dictum fuit. Et clari juris est, *d. reg. l. non debet. ff. reg. jur.* non habere locum in iis, quæ authoritate publ. fiunt, *gl. Dec. & Cag. d. l. non dicitur. ff. reg. jur.*

Similiter non obstat, quod tradit *Ruin. consil. 208. nu. 3. lib. 1.* ubi ipse concludit, sicut inferior à Principe, statutum contrarium juri civili condere non potest, ita quoque inferiorem à Principe contrariam consuetudinem juri civili introducere non posse.

Et ex hoc infert, nec Marchionum quidem familias consuetudinem contra jus civile inducere posse.

Namque respondemus primò, illud quod traditur, inferiores Imperatori contra jus civile contrarium statutum condere non posse, procedere tantum in magistratibus inferioribus ecclesiasticis & aliis qui perpetuam regalem dignitatem & ad hæredes transitorium non habent, secus autem est in dominis secularibus habentibus perpetuam regalem dignitatem, & ad hæredes transitorium, quales sunt Duces, Comites, Barones, illi enim etiã contra jus civile statuta condere possunt, *Bal. l. fin. C. quorum appellat. recipiantur. Paul Castr. 24. col. 3. lib. 2. Alexand. consil. 1. col. 7. lib. 5. Socin. consil. 3. & consil. 66 lib 3. Dec. c pastoralis col. 2. extr. appellat. & cons. 191. col. 2. Curt. jun. cons. 1. col 10. Calcan. cons. 2. col. 7. Felin. c. 1. nu. 2. extr. rescript. Fel c. quod supra his extr. maioritat. & obed. Ias. l. nemo potest. ff. legat. 1. Albert. Brun. cons. 45. nu. 19. Aym. Crav. cons. 135. nu. 2. lib. 1.*

Secundò respondemus, illud dictum contrarium tantum habere locum in singularibus personis, secus autem esse in populo, ille enim etiam contra jus civile tàm statutum condere quàm consuetudinem inter ducere potest, *l. de quibus. ff. legib. Bart. l. omnes populi. num. 26. ff. just. & jur. Ang. §. jus autem civile. num. 7. Instit. jur. nat. gen. & civil.*

Et idem quod de populo dicitur, etiam in familia locum habet, cum familiæ perinde ut populus universitatem quandam constituat, & perinde ut populus consuetudinem introducere possit, secundum communem & receptam Dd. sententiam superius allegatam.

Sed in casu præsenti, videtur sufficienter probata consuetudo saltem familiæ, quod Baronia controversa sit feudum fœmineum, atque ad illius successionem fœminæ admittantur. Namque primò ex libris quorum initium: Jch Goddart von Vorsalo, & datum anno 1397. die Martis post festum concep. Mariæ liquet, generosam & nobilem Dominam H. Baroniam controversam tempore vitæ suæ possedisse, & post obitum ipsius nobilem & generosum Dominum G. à B. pattuum ipsius, in Baronia controversa ipsi successisse, eamque concessisse, Domino G. Primo.

Secundò, hoc probatur per aliud instrumentum cujus initium: Jch Friederich Herr zu Brunckhorst / & datum anno 1490. auff dem nechsten Satertag nach dem Sontage Lætare, per quod instrumentum probatur, nobilem & generosam Dominam W. Comitissam von L. Patri suo domino G. secundo in Baronia conversa successisse, eamque nobili & generoso Domino F. pattuo suo vendidisse, qui actus cum admodum notabiles fuerint, & verisimiliter ad notitiam totius familiæ, imò omnium incolarum

latum Baroniæ controversæ pervenerit, per illos absque omni dubio introducta est consuetudo, quod fœminæ & descendentes ex fœminis ad successionem Baroniæ controversæ admittantur, & admitti debeant, etiamsi constitutio Monasteriensis admittens fœminas & descendentes ex illis, ad successionem feudi non extaret.

92 Cum sit clari & indubitati juris, per duos† actus accedente cursu legitimi temporis consuetudinem induci, *Bart. l. de quibus lect. 1. numer. 10. & lect. 2. num. 11. & ibi Bald. num. 15. & Ias. nu. 751. ff. legib. Bart. l. 2. num. 12. C. quæ sit longa. consuet. Bald. l. 3. C. Episcopo audient. Alex. consil. 45. consil. 131. lib. 2. consil. 173. lib 6. Ang. §. ex non scripto. numer. 11. Instit. jur. nat. gent. & civil. Corn. consil. 179. lib. 3. cons. 125. consil. 247. num. 7. & consil. 295. num. 5. lib. 4. Socin. consil. 7. num. 8. lib. 1. Dec. consil. 215.* Etiamsi illi actus extrajudiciales sunt, *Ioann. Andr. Anton. de Butr & Imm. c. final. & ibi Abb. num. 16. extr. consuet. Bart. l. de quibus. lec. 1. num. 13. & lect. 2. num. 18. & ibi Ias. num. 51. ff. legib. Bart l. 2. num. 19. C. quæ sit longa consuet. Abb. consil. 72. lib. 2. Bart. l. semper in stipulationibus argum. ill. text. ff. reg. jur. Ang. §. ex non scripto. num. 16. Instit. jur. nat. gent. & civil. Corn. cons. 293. lib. 1. cons. 73. nu. 9. lib. 2. & cons. 155. lib. 4.*

93 Nec dubium est, † consuetudinem instrumentis probari posse, *Bart. l. de quibus. n. 21. ff. de legib. Petr. & Cyn. l. 2. C. quæ sit longa consuet. Bald. l. 1. ad fin. C. ad S C. Velleia. Socin. cons. 44. n. 7. lib. 1. Curt. jun. cons. 106. num. 5. Rochus. Curt. rep. c. fin. nu. 584. extr. consuetud. Card. Paris. cons. 13. n. 33. & 34. lib. 1.*

94 Nec obstat, quod in dictis instrumentis tantum† enunciativè fiat mentio de hoc, quod dictæ duæ H. & W. in Baronia controversa successerint, quodq; verba enunciativa etiā in antiquis præjudicium tertii fidem non faciant, *Paul. Castr. cons. 139. col. 2. lib. 1. Alex. cons. 50. col. 2. in fin. lib. 5. cons. 219. col. 5. post med. lib. 6. Socin. cons. 266. col. 5. lib. 2. Corn. cons. 22. col. 3. circa med. lib. 3.*

Quod potissimum locum habet, quando de enunciato principaliter disputatur, prout in casu præsenti fit, in quo jam principaliter disputatur, utrum dictæ fœminæ ad successionem feudi controversi admissæ fuerint. Tunc enim verba enunciativa etiā inter illos, inter quos instrumentum confectum fuit, fidem non faciunt, *Ant. de Butr. c. illud extr. præsumpt. Bald. l. ad probat. C. locat. & conduct. Bald. l. fin. circa fin. C. si à non compet. jud. Alex. consil. 136. col penult. lib. 1. cons. 202. lib. 2. & cons. 69. lib. 5. Corn. cons. 269. col. 2. lib. 3. Dec. l. 2. col fin. & auth. si quis in aliquo. C. de edendo. Ias. l. jurisgentium. §. quod vero col. 2. ff. pactis. Fel c. per tuas col. 4. extr. probat. Curt. jun. cons. 95.*

Namq; respondetur, illud quod dicitur, verba enunciativa propter aliud emissa, fidem non facere, quando de enunciato per se principaliter disputatur, non procedere in factis antiquis, *Aym. Cravet. in tract. de antiquitat. tempor. 1. part. §. propositum. num. 77.* Item & in iis, in quibus agitur de modico præjudicio, licet illa non sint de antiquis, *Panor. c. cum olim. argum. gloss. ibidem extr. censib. Panor. c. sunt & alii. col. 4. extr. rescript. Panor. cons. 64. col. 4. vers. item videtur. lib. 1. Tiraq. in tract. de judiciis in reb. exiguis. vers. 89.* Et in hoc quod dictum fuit, verba enunciativa etiam in antiquis contra tertium fidem non facere, contrarium tenet *Ias. cons. 65. col. 2. lib. 3. Cravet. in tract. de antiquitat. temp. 1. part. §. ampliatur. nunc nu. 5.* ubi ipse attestatur, idem tenere *Dec. Socin. Corn. & Alex.*

Quod absque omni dubio procedit, eo casu, quando agitur de modico præjudicio, tunc enim verba enunciativa in antiquis, absque omni dubio plenam fidem etiam in præjudicium tertii faciunt, *Cravet. d. §. ampliatur. num. 6. argum. l. thesaurus. ff. ad exhibendum c. cum causam. extr. probat. gl. 2. c. cum olim extr. censibus. Dd. l. cum aliquis. C. jure deliber. Ias. rep. l. admonendi. ff. de jurejur.*

Similiter verba enunciativa in prejudiciū tertii in antiquis indistinctè plenam fidem faciunt in iis, quæ sunt difficilis probationis, *Alex. cons. 90. col. 4. lib. 6. Rebuff. in tract. nominatio. pag. 1. vers. primò fallit. Cravet. in tr. de antiquit. temp. 1. part. §. ampliatur. num. 11. & 12.*

Sed certum est, consuetudinem esse † 95
difficilis probationis, *gloss c. fin & ibi Card. q. 46. & Roch. Curt. jun. 171. extr de consuet. Abb. cons. 53. lib. 1. Card. Paris. cons. 27. n 34. lib. 1.* imò ejus probatio quodammodo impossibilis reputatur, *Host & Ioan Andr. c. fin. extr. consuet.* Eodem modo dubio caret, quod in casu præsenti agatur de modico præjudicio Domini Episcopi, cum ipsi directum suum dominum semper salvum maneat, & utile tantum in descendentes ex fœminis transeat, quo casu de modico præjudicio Domini agi, testatur *Alex. cons. 113. num. 10. lib. 4.*

Quod

Quod potissimum in casu nostro locum habet, in quo Episcopus tàm secundum constitutionem Monasteriensem, quàm secundum dispositionem juris communis etiam circumscripta consuetudine & constitutione Monasteriensi de successione fœminarum obligatus fuisset, Baroniam controversam sibi apertam & fœminis & descendentibus ex fœminis de novo concedere, prout hoc inferius docebimus.

Deinde quoque non obstat, quod instrumenta producta cum illa non sunt à Notario confecta instrumenta, privata reputari eamque ob causam fide carere debeant.

Namque respondetur, illa instrumenta multis sigillis authenticis & etiam testium munita esse.

Primum enim instrumentum est roboratum sigillis generosorum & nobilium duorum, Domini G. à B. Domini H. à G. Domini R. à W. Iohann. Freitages Judicis cum temporis ordinarii, in Baronia B. & quinque aliorum nobilium sigillis munitum est.

Secundum verò instrumentum est roboratum sigillis authenticis duorum Comitum, septem bonorum, unius equitis & sex nobilium, igitur omni dubio caret, illa instrumenta plenam fidem facere.

96 Cum instrumenta † munita sigillo authentico alicuius Ducis, Comitis, Baronis vel alterius majoris Magistratus, plenam fidem faciant, *c. 2. & ibi Abb. & Bald. extr. fide instrum. c. 2. de officio ordin. lib. 6. Iohann. Andr. in addit ad Specul. §. Nunc dicendum nu. 4. vers. secundum supplementum tit. de instrumentorum edit. Bald. rub. nu. 40. C. fide instrum. Bald. l. si quando per calumniam arg. ill. text. C. Episcop. & cleric. Bald. l. pacta novissima. C. pactis Ias. l. admonendi lect. 1. num. 77. & lectu. 2. nu. 88. ff. jurejur.* Quod secundum communem & receptam Dd. sententiam absque omni dubio procedit, quando instrumenta & sigillo authentico munita & testium subscriptione roborata sunt, *Abb. c. post cessionem & ibi Dec. num. 16. extr. probat.* Cui subscriptione testium, sigilla testium æquipollent, eum idem judicium sit de sigillo quod de subscriptione, *Bald. l. 2. C. de reb. alien. non alien.*

97 Similiter instrumenta † pluribus authenticis sigillis munita, plenam & omnimodam fidem faciunt, licet testium subscriptio vel sigillatio non accesserit, *Archid. Iohann. Andr. & Domin. c. ut circa de elect. lib. 6. Felin. d. c. post cessionem. num. 16. arg. cap. ut in Ecclesia extr. de majoritat. & obedientia. cap. non fine. extr. de arbitriis cap. penult. extr. purgat. canon.*

98 Præterea in iis casibus, in quibus agitur de † levi præjudicio, instrumentum etiam unico sigillo authentico munitum, citra testium subscriptionem sive sigillationem plenam fidem facit, *Bald. Abb. Felin. Dec. & Dd. d. c. post cessionem Innoc. c. 1. extr. fide instr. Cyn. & Bald. l. pacta novissima. C. pactis Abb. c. cum in Ecclesia col. fin. extr. majorit. & obedient. facit: text. l. Divus. § cum autem. ff. officio præsidis* In antiquis quoq; literis etiam unico sigillo authentico Episcopi, Comitis, Ducis vel Baronis munitis, etiam citra subscriptionem vel sigillationem testium plena fides adhibetur, licet agatur de gravi præjudicio, *Imm. d. c. post cessionem & ibi Felin num. 16 arg. c. cum causam extr. de probationib.* Et quod prædicta instrumenta inter Barones & Comites confecta, pro privatis instrumentis reputari non possunt, sed majus robur atque majorem authoritatem habeant, confirmatur etiam ex eo, quod tradit *Bald. l. sancimus in princip. num. 5. & 6. Alex. consil. 156. lib. 2. Ruin. consil. 23. nu. 18. lib. 2. Bald. cons. 300. lib. 2. Ias. l. omnium. nu. 15. l. 1. C. testament. Roland. à Vall. cons. 93. num. 42. Marcus Mantuan. consil. 1. num. 15. Riminald. § 1. num. 497. cum decem sequentib. Instit. de donat.* in quibus locis præfati *Dd.* communiter concludunt, & donationem à Comitibus, Baronibus reliquisque Dominis merum & mixtum imperium habentibus, absque insinuatione factam & testamentum etiam non intervenientibus legitimis solennitatibus à talibus Dominis conditum perinde valere, atque si illud & testamentum & donatio actis insinuata fuisset.

99 Deinde quoque in antiquis † scriptura penitus privata & nullo sigillo authentico munita, etiam contra tertium semiplenam fidem facit, *Spec. in tit. de instrument. edit. §. Nunc dicendum. col. penult. vers. regulariter ergo. Anton de Butr. c. 2. col. 4. vers. tertius casus & ibi Felin. col. 3. limit. 3. extr. fide instrument. Socin. cons. 186. col. 5. lib. 2. Dec. c. cum causam col. 2. extr. probat. Ias. & Fr. Ripa. l. admonendi. ff. jurejur. Ias. l. cum aliquis in fin. C. jure deliber.* Quin imò, in antiquis scripturam penitus privatam nulloque authentico sigillo munitam contra tertium plenam fidem facere, tradit *Ias. cons. 65. col. 3. lib. 3.*

lib. 3. & conf. 166. col. 3. lib. 4. Iaf. l. admonendi. lectu. 1. nu. 72. ff. jurejurando. argum. l. censu. ff. probat. c. ad audientiam. extr. præscript. quod absque omni dubio procedit in iis, in quibus agitur de levi præjudicio, in illis enim scriptura penitus privata in antiquis nullo penitus refragrante, plenam fidem facit, *Abb. c. cum c. ius. in extr. de probat.* Idem est in iis, quæ sunt difficilis probationis, namque in illis similiter in antiquis scriptura privata plenè probat, sicut hoc satis probatur ex iis, quæ supra ex sententia *Alexand. Rebuff. & Aym. Cravet.* docuimus, in iis quæ sunt difficilis probationis in antiquis, verba enunciativa quæ alioquin semiplenè tantum probant, plenam fidem facere, item & ex eo, quod regulariter in illis, quæ sunt difficilis probationis, probatio per conjecturas & indicia pro plena probatione habeatur, *Feder. de Senis. consil. 118. Bald. l. quicunque col. penult. C. serv. fugit. Bart. l. de pupillo. §. si quis ipsi quæst. ff. oper. novi nunc. Alexand. consil. 64. lib. 1. Iaf. l. si quis ex argentariis l. prætor. ait. num. 20. cum o. to sequentib. ff. edend.* ubi ipse multas authoritates ad hoc citat.

100 Sed certum est, nos hic versari† in factis antiquis, namque primum instrumentum est confectum anno 1397. & sic ante 160. annos, & dubio omni caret, illud dici antiquum, quod excedit spatium 100. annorum, *Innoc. c. veniens extr. verb. sig. Paul. Castr. consil. 139. lib. 1. Alexand. & Iaf. l. cum aliquis. C. jure deliber. Alex. conf. 6. num. 7. lib. 1. conf. 108. col. pen. lib. 2. Corn. conf. 35. in fin. Cæpoll. in tract. de servit. urb. prædior. c. 19. Curt. sen. conf. 82. col. fin. Dec. c. 1. col. 4. extr. appellat. Dec. conf. 13. Iaf. l. admonendi. lec. 2. nu. 246. ff. jurejur. Steph. Bert. conf. 283. col. 1. numer. 3. & col. 2. num. 10. lib. 3. Curt. jun. conf. 17. & conf. 90. Aufrerius. decif. Tholoss. quæst. 379. Socin. conf. 89. numer. 7. lib. 1. Ruin. conf. 141. num. 2. & 18. & conf. 161. nu. 5. lib. 5. & conf. 17. num. 3. lib. 3. Aym. Cravet. in tract. de antiquit. temp. 1. part. in princip. Hier. de Monte in tract. de finib. cap. 70.* Secundum verò instrumentum est conscriptum anno 1490. & sic ante 73. annos, & multi Dd. tenent, illud dici de antiquo, quod 40. annos excedit, *Anton. de Butr. c. veniens el. 1. extr. testib. Alex. conf. 4. col. 5. & conf. 187. col. 2. lib. 2. Alexand. conf. 70. col. 2. lib. 3. & conf. 90. col. 3. lib. 6. Socin. conf. 106. col. 2. lib. 3. Barbat. conf. 17. col. 26. in princip. lib. 2. Cass. conf. 15. num. 19.* Quæ opinio absque omni dubio procedit in iis, in quibus agitur de modico præjudicio, *Cravett. in tractat. de antiquit. temp. 1. part. in prin. numer. 6. Hier. de Monte in tractat. de finibus. cap. 70. numer. 6. & 7.*

Similiter hæc opinio absque omni dubio locum habet in iis, quæ sunt difficilis probationis, *Carol. Mol. in consuet. Parif. §. 5. num. 64.*

Deinde etiam illud, quod excedit 70. annos, antiquum dici, tradit *Aretin. conf. 36. incip. casus talis est. col. fin.* Quam sententiam absque omni dubio procedere in nostro & similibus casibus, in quibus lex expressè & specialiter immemorialem probationem non requirit, tradit *Carol. Mol. in consuet. Parif. §. 5. num. 60.* & cum *Carol. Mol.* in hac materia antiquitatis distinctius loquatur reliquis Dd. nec ipsius opinio reprobata inveniatur, illius opinio omninò sequenda est. Cum sit clari & indubitati juris, illius D. opinionē, quæ magis distinctè & in specie loquitur, semper & in judicando & consulendo sequendam esse, *Iohann. Neritz. in sylva nupt. lib. 5. num. 72.* Igitur sequitur, per illa instrumenta munita, pluribus sigillis authenticis & testium consuetudinem, quæ difficilis probationis est, plene sufficienterque probari, præsertim cum in casu præsenti agatur de modico præjudicio Domini feudi, cui directum suum Dominium salvum remanet.

Neque etiam contra Dominum actorem, allegari potest, quod verba enunciativa in favorem narrantiū sive affirmantium, item & successorum eorum plenam fidem non faciant, *Bertran. conf. 167. nu. 12. lib. 3. Hier. de Monte in tract. de finibus. cap. 60. num. 13.* Namque negatur Dominum Comitem R. successisse illis, quorum verba enunciativa, quibus probatur, fœminas in Baronijs controversis successisse, in illis instrumentis continentur.

Et præterea clari juris est in † illis, quæ sunt difficilis probationis, etiam parentum testimonium pro liberis recipi, & quidem ad plenam probationem faciendam, *Iaf. l. si quis ex argentariis. §. Prætor ait. nu. 28. ff. edendo* ubi ipse ad hoc allegat *text. l. quoties & ibi Bartolus C. naufragiis. libro 10.* Quod potissimum procedit, quando tale testimonium sive talis actus non principaliter, sed in consequentiam tantum respicit favorem & utilitatem filiorum, sive descendentium, cum multa in consequentiam permittantur, quæ alioquin permissa non sunt, *l. 1. in princip & ibi* 101

ibi Bart ff. authoritat. tutor. Iaſ. l. ſi quis nec cauſam arg. ill. text. ff. ſi cer. petat. non tantùm in reliquis actionibus, verùm etiam in teſtimoniis, *gloſ. §. legatarii. Inſtit. de legat. gloſ. l. nullus. ff de teſtib. gloſ. & Bart. l. ſi quis ita. ff. reb. dub. Dd. l. dicłantib. C. teſtament.*

102 Ultimò, non obſtat huic noſtræ ſententiæ, quod † conſuetudo ſit ſtricti juris, neque extendatur de caſu ad caſum, *Bart. auth. qui rem. C de ſacroſanct. eccle. Iacob. de Belviſo. c. 1. in princip. de his qui feud dare. poſ. Bald. auth. ſi quas C. de SS. Eccleſ. Bald. l. etiam ff. ſoluto matrim. Bald l. ſi pupillorum. in fin. ff. rebus eorum. Calder. conſ. 11. tit de feud Imm. c. ex parte extr. eod. tit. Alexand. conſ. 6. lib. 5. Ruin. conſ. 9. in princip. lib. 3.* Quodque eam ob cauſam, conſuetudo in ſucceſſione ex teſtamento non extendatur ad ſucceſſionem ab inteſtato, nec econtra: Aut, ſi ſic inter deſcendentes non trahatur ad collaterales, *Bart. & Dd. l. poſt dotem. ff. ſol. matrim. Petr. de Anchor. conſ. 339. Ruin. conſ. 208. col. 1. num. 2 lib. 1. & conſ. 108. col. fin. lib. 2.* Ideoque videbatur dicendum, cum inſtrumenta producta tantum probent dictas duas Dominas H. & W. parentibus ſuis in Baronia controverſa ſucceſſiſſe, per illa inſtrumenta tantum probari talem conſuetudinem, quod filiæ fœminæ parentibus ſuis in Baronia controverſa ſucceſſerint, & ſic tantum conſuetudinem ſuccedendi in Baroniam controverſam quo ad fœminas deſcendentes primo gradu, ultimo defuncto conjunctas, eamque ob cauſam illam conſuetudinem minimè eſſe extendendam ad deſcendentes ex fœminis; item nec ad illas fœminas vel deſcendentes ex illis, qui vel quæ ultimo defuncto vel linea tranſverſali vel ulteriori gradu conjuncti vel conjunctæ ſunt. Namque reſpondetur, prætallegatam deciſionem contrariam, quod conſuetudo ſit ſtricti juris, quodque non extendenda de uno caſu ad alium caſum, non procedere in illa conſuetudine, quæ nos ad jus commune antiquum reducit, illa enim favorabilis eſt, & extendenda ſecundum jus commune, *gl. c. ſtatutum. verb numerandum. de præbend. lib. 6. Ant. de Butr. c. olim arg. ill. text. extr. de verb. ſignificat. Alex. l. ſi conſtante in princip. col. 6. ff. ſolut. matr. Iaſ. l. ſi unus. §. Pactus ne peteret. nu. 6. ff. de pactis. Iaſ. auth. quas actiones. num. 24. C. de SS. Eccleſ. Socin. jun. conſil. 7. numer. 18. & 19.*

Cum itaque hæc conſuetudo, de qua in præſenti caſu agitur, reducat nos ad jus commune Romanorum antiquius, quo jure in illius rei ſucceſſione differentia fiebat inter maſculos & fœminas: item & deſcendentes ex maſculis & fœminis, ſed fœminæ & deſcendentes ex iis perinde ut maſculi & ex eis deſcendentes ad ſucceſſionem admittebantur, dubium non eſt, hanc conſuetudinem favorabilem & extendendam eſſe, prout hoc expreſſè & in ſpecie tradit *Card. Pariſ. conſ. 4. n. 5. & conſ. 12. nu. 12. lib. 1.* Nec illud motivum contrarium nobis quicquam obſtare, illamq; conſuetudinem, quæ filias fœminas ad ſucceſſionem feudi admittit, ſecundum jus commune interpretandam & extendendam, ut non tantum filia fœminam ſed etiam deſcendentes ex illis ad ſucceſſionem feudi admitti intelligantur, cum conſuetudo reducens nos ad jus cómune, omnes qualitates omneſque extenſiones juris communis ſortiatur, *Tiraq. in tract. de utroq. retr. part. 1. §. 9. gloſ. 2. num. 55. arg. l. Cæſar. ff. publ. l. 2. C. noxal. act. l. fin. C. de teſtament. milit. c cum dilectus. & ibi Anton. de Butr. Imm. & Dd. extr. de conſuetud. c. ad audientiam. & ibi Abb. extr. de Cleric. non reſid. c. cum dilectus & ibi Ioan. Andr. & Panor. extr. eod. tit.* Præſertim, cum per hanc interpretationem nos magis reducamus ad ſtatum antiquum juris ſuccedendi, quæ interpretatio omninò capienda eſt, *Socin. jun. conſ. 7. nu. 18. lib. 2. arg. l. ſi unus. §. Pactus ne peteret. ff. pactis. c. ab exordio diſt. 35.* Et inſuper, conſuetudo perinde ut ſtatutum paſſim interpretationem & extenſionem recipiat à jure communi, *l. 1. §. lex. Falcid. & ibi Bart. & Alex. ff. ad l. Falcid. l. 1. verſ ex iis. & ibi Bart. ff. de muner. & honor. Bart. l. liberorum. num 12. ff. verb. ſign.* Quo jure commune expreſsè cautum eſt, quod diſpoſitum de filiis & filiabus, in iis quæ favorē ipſorum reſpiciunt, extendi ad omnes deſcendentes ex filiis & filiabus, *Bart. & Dd. l. liberorum. ff. verb. ſign cum ſimilib. inferius allegand.*

Et ſic ex prædictis ſatis ſufficienterque liquet, quod non tantum ſecundum conſtitutiones Epiſcopi ſive Epiſcopatus Monaſterienſis, ſed etiam propter conſuetudinem particularem Baroniæ controverſæ, Baronia controverſa per obitum nobilis & generoſi Domini J ultimi poſſeſſoris fuerit devoluta ad nobilem & generoſum Dominum Comitem R.

Tertiò, pro Domino actore adduci poteſt, quia in prima inveſtitura facta Domino

Domino G. primo anno 1406. nulla est facta mentio masculorum vel feudi masculini, & licet in sequentibus omnibus investituris sit inserta illa clausula: Tho einem rechten Manlehn / attamen illa clausula in præjudicium Domini nihil operatur neq; allegari potest.

103 Namque cum primo investitura sit† origo, radix atque fundamentum & feudi & omnium sequentium investiturarum, *Bald. l. 1. col. pen. C. quand. non pet. part. Bald. c. 1. de eo quod sibi & suu. Bald. c. 1. §. 1. de feud. guar. Zas. in tract. feud. 6. part. 6. nu 33 arg. l. 1. C. de imponend. lucrat. descript. libro. 10. l. 1. ff. orig. ju.* legibus expresse cautum est, primam investituram tanquam potissimam in omnibus controversiis feudalibus inspiciendam attendendam, *Card. cons. 92. in princip. Bald. cons. 82. lib. 1. M. de Afflict. decis. Neapol. 195. n. 5. & 6. Dec. cons. 193. col. 2. Curt jun. cons. 108. col. 5. Albert. Brun. cons. 1. col. fin. Card. Paris. cons. 2. nu. 24. cons. 17. nu. 16. & 17. cons. 23. num. 65. lib. 1. Roland. à Valle. cons. 23. num. 2. arg. c. 1. de vasallo decrepit ætat.* Et secundum illam omnes sequentes investituras declarandas esse, *Card. Paris. cons. 2. nu. 15. cons. 3. num. 14. cons. 5. nn. 6. & cons. 13. nn 13. cons. 22. n. 6. & cons. 23. nu. 64. lib. 1. arg. l. si servus plurium. §. fin. & l. qui filiorum in princip. ff. legat. 1.* usque adeo, ut si quid in sequentibus investituris mutatum vel alteratum fuit, illud & per errorem factum præsumatur, & neq; vasallo neq; posteris suis præjudicet, *Alex. cons. 55. nu. 17. & 18. lib. 1. Iacob de Sanct. Georg. in tract. feud. verb. qui quidem investiti. n. 70. Card. Paris. cons. 23. num. 68. & 69. lib. 1. argum. l. cum testament. & l. cum falsa. C. juris. facti ignor.*

104 Præterea quoque clari & indubitati juris est, † quod investitura feudi sit intelligenda secundum consuetudines & statuta illius loci in quo feudum situm est, *Oldrad. cons. 159. num. 9. Albert. Brun. cons. 81. nu. 6. M. de Afflict. c. 1. num. 10. an agnatus. Cardin. Paris. cons. 21. nu. 48. lib. 1.* ubi ipse attestatur, idem tenere *Bald. & Dec. in locis ab ipso citat. Alciat. in tract. de præsumpt. reg. 3. præsumpt. 32. nu. 15.* ubi ipse attestatur, idem tenere *Andr. de Isern.* Et idem tenet *Ronchegallus l. nemo est qui nesciat. nu. 28. verb. investitura ff. de duob. reis.* facit id quod tradit *Ludo. Rom. cons. 59. col. 2.* Ideoque receptum est, si statuto vel consuetudine illius loci, in quo feudum situm cautum fuerit, ut fœminæ vel descendentes ex iis ad successionem feudi admitti debeant, fœminas & descendentes ex illis indistinctè ad feuda admitti, etiamsi in investitura illarum mentio facta non fuerit, prout hoc expressè tradit *Card. Paris. cons. 21. num. 48. lib. 1.* ubi ipse attestatur, eandem sententiam amplecti *Oldrad. Bald. Dec. & Albert. Brun.* Idem tenet *Alciat. in tract. de præsumption. reg. 3. præsumpt. 32. num. 15.* ubi ipse attestatur, etiam *Andr. de Isern.* hujus opinionis esse, eandem opinionem sequitur *Felin. c. jus generale. col. 4. dist. 1.*

Et hoc usq; adeo verum est, ut consuetudo sive statutum loci potius sit attendendum, quàm tenor investituræ, *M. de Afflict. c. 1. nu. 10. an agnatus.* utque consuetudo vel statutum perinde liget, atq; si in investitura expressum fuisset, *M. de Afflict. c. 1. nu. 10. an agnat. arg. l. excepto. C. locat. & conduct. l. Domini prædiorum. C. agnat. & consuetud. lib. 10.*

Et hæc sententia comprobatur ex eo, 105
quod† contrahentes censeantur se confirmare statutis sive consuetudinibus loci, quodq; omnes contractus secundum statuta atque consuetudines loci intelligi & ab iis interpretationem recipere debeant, *Bart. l. ut jusjurandi. §. si liberi. ff. oper. libert. Dd. l. Gallus. §. quidam rectè. ff. liber. & posth. Cyn. & Bald. l. liberti libertæq; ff. oper. libert. Imm. c. potuit extr. locat & conduct Bart. cons 183. incip. quæst. ita se habet. Petr. de Anchor. cons 125. & cons. 433. Ang. l. damni infecti quidam §. cum parens. ff. dam. infect. Bald. l. fin. arg. ill. text. C. ad l. Falcid Rainer. & Alex. l. post dotem & ibi Ias. nu 32. 33. & 34. ff. soluto matrim. Petr. de Anchor. Clem. 2. de jure patr. Alex cons. 15. nn. 6. lib. 4. & cons. 133. lib. 5. Alex l. hæredes mei. §. cum ita. nu. 9. ff. ad SC. Trebellian. Guil Benedicti rep. c. Rainutius verb. duas habens filiu. nu. 177. extr. testam. Paul. Castrens. & Ias. l. conscriptione. C. si contra jus vel utilit. publ.*

Similiter & dispositio testatoris sive testamentaria, secundum statuta atque consuetudines illius loci, in quo loco testamentum conditum est, intelligi, licet in omnibus illis casibus, in quibus statutum sive consuetudo loci juri communi derogat, *Dyn. Bart. Ang. Im. Raph. Curt. Paul. Castrens. Rom. Alex. & Dd. l. hæredes mei. §. cum ita. ff. ad SC. Trebell. Signorol. cons. 181. Anton. de Butr. cons. 9. Petr. de Anchor. l. tres fratres. & ibi Ias. limit. 6. ff. de pact. Petr. de Anchor. sed si hac. §. liberis. ff. jur. vocand Fulgos. cons. 34. Alex. cons 15. lib. 4. Corn. cons. 55. col penult. lib. 1. Barbat. cons. 43. lib. 1. Socin. cons. 36. & cons. penult.*

Mmm *lib. 1.*

lib. 1. Curt. sen. conf. 45. Ias. l. omnes populi. col. 7. ff. just. & ju. Ias. l. qui filiabus. in princ. ff. legat. 1. Dec. cons. 257. col. 2. Aneon. rubr. conf. 63. Ang. Aret. in tract. de testamentis vers. nolens decedere intestatus, Berdran, cons. 15, col. 13. lib. 1.

Eodem modo & omnes actus intelliguntur secundum statuta & consuetudines illius loci, in quo actus celebratur, & quilibet actum celebrans censetur se confirmare cum dispositione statutorum in iis locis, in quibus ille actus celebratur, in omnibus iis casibus, in quibus statuta juri communi contradicunt, *Felin. c. jus generale dist. 1 Fel. c. cum M. Ferrariensis. nu. 6. extr. constit. arg. l. si prius. § placuit ff. aqua pluv. arc. l. quod si nolit §. quia assidua. ff. aedilit. edict.*

Huc accedit, quod statuta sive consuetudines particulares unius loci & jus commune illius loci esse censeantur & legibus sive constitutionibus imperialibus in illo loco praeferantur, *Bald. l. illa institutio. ff. hered. instit. Aneon. de Butr. c. quum vassallus. col. pen. extr. jurejur. Abb. Panor. rub. extr. de consuet. Panor. c. jus generale & ibi Fel. dist. 1. Paul. Castrens. l. 2. & ibi Ias. num. 69. C. si contra jus vel utilitatem publicam. Felin c. cum M. Ferrariens. nu. 6. extr. constitut.* Quodque & ea quae juris sunt, omnibus contractibus inesse censeantur, *l. cum quid. ff. Si cer. petat.* & contrahentes intelligantur & contrahere & se obligare, prout jus disponit, *l. si duo. ff. acquir. hered. l. sed nisi & ibi gl ff. jure dot. l. curatores. §. fin. ff. administ. rerum ad civit. pertinent. Paul. Castrens conf. 271. col. 1. lib. 1. & conf. 371. col. 2. lib 2. Aym. Cravet conf. 77. n. 9. lib. 1.*

Eodem modo & quilibet actus secundum ea, quae in aliquo loco consueta sive usitata sunt, celebratus intelligitur, eaque omnia in contractu sive actu conventa censentur, licet illa verbis omissa fuerint, *l. quod si nolit § quia assidua ff. edilit edic. l. fin. C. fidejuss. Bart. l nemo est qui nesciat & ibi Ronchegallus. num 27. & 28. ff. duobus reu. Ias. l. certi conditio. §. si nummos. nu. 12, ff. Si cert. petat. Dec. l. semper in stipulationibus. nu. 10. ff. reg juris. Dec. cons. 10 col. e. in princ. Alex. cons. 37. col. 4 lib. 2. & cons. 8, num 6. lib. 6. Socin. conf. 98. col. 2. lib 2 Fel. c. cum M. Ferrariensis. n. 6 extr. de constitution.* Et sic ex praedictis sequitur, etiamsi non prima sed sequentes investiturae essent considerandae, in quibus dicitur, Baroniam controversam esse in feudum concessam, ut feudum rectum & masculum, illas tamen investituras tam secundum constitutionem Episcopatus Monasteriensis, in qua expressè cavetur, quod etiam ad successionem feudorum masculinorum foeminae admitti debeant, quam secundum consuetudinē feudi controversi, ad cujus successionem foeminae aliquoties admissae fuerunt, ita intelligendas, ut non obstantibus verbis investiturae, etiam ad hujus feudi successionem foeminae & descendentes ex foeminis admitti debeant.

Nec dubium est, † constitutionem Episcopi sive Episcopatus Monasteriensis vim constitutionis sive statuti obtinere, sicut hoc primò satis probatur ex verbis constitutionis: Gegeuener gesetter geordneret vnd gewillkoret diese nachgeschreuen Sache/ Punct vnd Arttcul/ quae verba proprie conveniunt statuto sive constitutioni. 106

Et clari juris est, quod † in dubio verbis inhaerendum, *l. 1. §. si is qui navem. ff. exercit. act. l. non aliter, in princip. ff. legat. 3. l. ille aut ille. §. cum in verbis. ff. eo eie.* Quodq; ex verbis in dubio & mens disponentis colligatur, *l. Labeo. ff. supellect. legata c. is autem. 22. quaest. 2. Bald. l. sed & reprobari in princip. ff. de excus. tut. Ias. l. 3. C. liberis praeter. Tiraquel. rep. l. si unquam verb. libertis. num. 17. & num. 18. C. revoc. donat.* 107

Et secundum illa de qualibet dispositione judicium faciendum sit, *Oldrad. cons. 159. Dec. conf 32. col. 4. Aym. Cravet. conf. 20. num. 4. lib. 1.*

Secundò, quia constitutio † Monasteriensis cum consensu omnium ordinum facta fuit, quae solennitas non in privilegiis sed in statutis sive constitutionibus adhiberi solet, *arg. l. humanum. C. de legib.* 108

Tertiò, quia constitutio Episcopi Monasteriensis generalis est, & omnes incolas Episcopatus omnesque illos qui feuda ab Episcopo tenent, extenditur, quod similiter terminos privilegii excedit, *arg. c. privilegia dist. 3.*

Quartò, quia privilegium favorem alicujus respiciens, constitutio dici potest, *Ruin. cons 228. nu. 5. lib. 1.*

Et posito, constitutionem Episcopi Monaster. propriè privilegium dici & censeri. Attamen, cum in illo privilegio dicatur, quod ad successionem feudi masculini foeminae debeant admitti, dubio omni caret, quod omnes investiturę in quib. de masculis sive feudis masculinis tacitè vel expressè mentio facta est, secundum illud privilegium intelligi & ita interpretari debeant, ut ad illorum feudorum successionem etiam foeminae admittantur.

Cum

Cum & privilegium loci legis sive juris vigorem obtineat, *d. c. privilegia. dist. 3.* & omnes rationes, quæ volunt, investituras sive contractus esse intelligendas secundum consuetudinem sive statuta loci, in quo res sita est, etiam in privilegiis militent, & insuper privilegium Monasteriense omninò supervacuum esset, si illud non extenderetur ad illa feuda, in quorum investituris de masculis tacitè sive expressè mentio facta est,

109 Quod minimè admittendum, cum omnia †privilegia sita sint intelligenda, ut non sint supervacua, sed aliquid operentur, *c. si Papa de privileg. lib. 6. l. si quando. ff. legat. 1. l. 1. ff ad municipal. gl. & Dd. l. si quando. C. de in offic. testam.*

110 Quartò, licet in contractibus appellatione filiorum non comprehendantur†filiæ, concessionem tamen in Emphyteusin pro recipiente & filiis etiam ad filias extendi, eo casu, quando in isto loco ubi Emphyteusis concessa, usitatum & consuetum est, quod fœminæ ad successionem Emphyteusis admittantur. Dd. tradunt, *Ioan. de Imm. c. potuit. extr. locat. & conduct. Felin. c. cum M. Ferrariensis. nu. 6. extr. constit. Nicol. Everh. in loco ab usitato.*

Quintò, pro Domino actore faciunt sequentia verba privilegii: Dem vorgeschrevenem unserm Edelman / Dienstman / Manschop der Stadt Münster.

Ex quibus verbis clarè liquet, illam constitutionem omnes omninò nobiles atque vasallos ab Episcopo feuda tenentes comprehendere, cum omnes Nobiles feudum ab aliquo tenentes, rectè ipsius nobilis dicantur, prout hæc satis patet ex iis, quæ tradit *Bald. c. inter dilectos. col. 3. de fid. instru. Tiraq. in tract. de nobilitate. cap. 7.* Atq; appellatione der Dienstmanne / omnes omninò vasalli contineantur.

111 Tum, quia vasallus eo ipso, quod feudum ab aliquo tenet, Domino feudi ad servitia tenetur, licet de servitiis in investitura nulla fuerit facta mentio, *Præpos. c. 1. ex quibus caus. feud. amit. Alex. cons. 30. num. 19. lib. 1. Corn. cons. 139. num. 28. lib. 1. Card. Paris. cons. 23. nu. 19. lib. 1.* ubi ipse attestatur, eandem sententiam amplecti *Franc. Aret. & Dec. in locis ab ipso citatis. & idem etiam tenet Bald. c. 1. §. fin. nu. 18. & ibi M. de Afflict. nu. 3. & Alvarot. in exposit. text. verb. æqualitas de allodiis.* dum videlicet ibi inquiunt, eo ipso, quod vasallus feudum recipit, ipsum æqualitatis servandæ generaDomino ad servitia obligari,

Et hæc sententia satis confirmatur per *text. c. 1. in princip. verb. Etsi scivero de nova forma fidel. c. 1. §. licet, si de feudo defunct. content. c. 1. §. ad hæred. hic finitur lex. c. 1. §. firmiter, de prohibit. feudi alien. per Frid. c. 1. §. sed quia, de form. fid. c. 1. §. fin. an ille qui interf. frat. Dom.*

Tum, quia feudum sive obligatio ad fidelitatem quasi quædam servitus est, *gloss. l. si ususfructus in princ. verb. oportere. ff. quemadmodum ususfruct. amittit. Bald. c. 1. §. inter filiam si de feud. defunct. cont. Bald. l. libertas. ff. statu hom. Bald. l. si uxori ad fin. C. condit. insert. Bald. l. fin. col. 1. C. suis & legitimis hæredibus. Bald. c. 1. lect. 2. col. 4. extr. judic. Bald. cons. 351. n. 7. & cons. 466. ad fin. lib. 1. Lucas de Penna. l. coloni. col. 1. in quib. caus. coloni. domin. ac poss. lib. 11. Luc. de Pen. l. decretum in princip. C. metatis lib. 12. Curt. sen. cons. 49. n. 54. Spec. §. nunc dicendum. vers. sed nunquid. tit. de emption. & vendit. Bald. Salyc. & Paul. Castr. l. 2. & ibi Panthal. de Cremo. in rep. nu. 34. C. rescind. vendit. Rom. l. si quis cum aliter. ff. verb. oblig.* Et tum in constitutione Episcopi Monaster. expressè cautum sit, illam constitutionem esse latam in favorem nobilium & vasallorũ ipsius Episcopi, nec in illa constitutione fiat distinctio, utrum illi nobiles vel vasalli Episcopi habeant domiciliũ in Episcopatu Monast. an verò non, item, utrum ipsi sint subditi Episcopi an verò non, dubium non est, illã constitutionẽ generaliter esse intelligendam ita, ut comprehendat omnes omninò nobiles & vasallos Episcopi, sive illi in Episcopatu Monast. domicilium habeant sive non, Item, sive illi sunt subditi Episcopi sive non,

Cum lex†generaliter & indistinctè loquens, generaliter intelligenda sit, ita ut omnes casus omnesque personas comprehendat, *l. regula. §. fin. ff. de jur. & fact. ignor. l. 1. §. cum urbem. ff. off. præf. urb. l. 1. §. at ergo. ff. de his quæ in feud. cred. l. fin. & ibi gl. & Salyc. C. hæred. & act. vend.* nec à nobis, quoad casus vel personas distinguenda, *l. 3. ff. de officio præsidis. l. de precio. ff. Public. in rem act.* Huc accedit, quod verba generalia generaliter præjudicent, *l. fin. C. dotis promiss.* omniaque comprehendant, *l. plurib. ff. acceptilat. l. emptor. §. Lucius. ff. pactis. l. Iulian. de legat. 3.* etiamsi major non sit in uno quàm in alio, *l. 1. § quod autem. ff. de aleatorib. & lusu. Alex Soc. l. 2. § ex his in princip. ff. verb. obligat. Dec. cons. 20. & cons. 29.* His adde, quod generalis dispositio tantum operetur quo ad quamlibet suam speciem, quantum operatur specialis quo ad speciem in illa expressam, *l. si duo & ibi Bartol. ff. de administr. tut. l. Gallus. §. instituens & ibi* 112

Mmm 2

& ibi Bald. & Alex. ff. liberis & posth. l. si thorus in princip. ff. legat. 3. l. omnes. & ibi Bald. & Ang. C. præscript. 30. vel 40. ann.

Et prædicta procedunt etiam in materiis odiosis, & strictis, *Ang. l. fin. col. fin ff. constit: princip. Fr. Aret. l. cum lege arg. ill. text. ff. testamentis.*

Quin imò, hæc in dispositione juris communis correctoria locum habere, tradit *gl. c. contra Christianos. verb. procedendi, de hæret. lib. 6. Imm. l. si verò. §. de viro. ff. solut. matr. Alex. auth. ex testamento. col. 3. C. collat. Hier. Gratus. cons. 59. col. 2. vers. præterea & cons. 95. nu. 14. lib. 1.*

Sed certum est, Comitem R. fuisse vasallum Episcopi Monasteriensis, atq; ab eo in feudum tenuisse, Das hohe Gerichte zu Sudholtz/ prout hoc liquet ex literis investituræ incip. Wir Frantz von Gottes Gnaden. Et procurator Domini Episcopi hoc in responsione sua ad 6. positionem Domini actoris fatetur, quæ confessio liquidissima probatio dicitur, *Ias. l. cum te transegisse C. transact.*

Igitur sequitur, etiam nobilem Dominum Comitem R. se constitutione Episcopi Monast. de successione fœminarum loquente, & juvare potuisse & modernum Comitem Dominum F. se illa constitutione juvare posse.

Etiam posito, quod ipse Comes R. neque fuerit subditus Episcopi Monasteriensis neq; domicilium in Episcopatu habuerit.

113 Sextò, dubio omni caret, † constitutionem Monasteriensem admittentem fœminas & descendentes ex fœminis ad successionem feudi favorabilem esse, eamque ob causam & extendendam & latissimè interpretandam.

Tum, quia illa constitutio deducit nos ad dispositionem juris communis, secundum quam nulla fit mentio inter masculos & fœminas: item & descendentes à masculis vel fœminis, quoad successionem, & certum est, omnem constitutionem, quæ nos ducit ad jus commune antiquius, favorabilem & extendendam.

Tum, quia quod talis constitutio, qua fœmina & descendentes ex illis ad successionem feudi admittuntur, favorabilis & extendenda est, expresse tradit *Card. Paris. in locis supra citatis.*

Tum, quia hæc constitutio propter publicam utilitatem facta est, sicut hoc ex proœmio sive præfatione illius constitutionis colligitur, quæ præfatio causam finalem, item & mentem constitutionis indicat, *l. fin & ibi Bart. & Bald. ff. hæred. instit. l. cum hi in princip. & ibi Ias. ff. transact. Ang. cons. 68. Anchor. cons. 26. Paul. Castrens. cons. 42. incip. tria sunt. col. 2. Cæpol. cons. 13. col. 3. Corn. consil. 11. col. 7. lib. 3. Alexand. cons. 76. & cons. 88. col. 2. lib. 2. Dec. cons. 48. Barbat. cons. 12. lib. 2. Ioann. de Nevizan. consil. 45. num. 26.*

Et clari & indubitati juris est, omnē constitutionem favorem publicum sive publicam utilitatem respicientem, latè interpretandam & extendendam esse, etsi illa constitutio sit exorbitans, *gl. l. illud. vers. alia causa. C. Sacros. Eccles. Bart. Alex & Ias. l. si constante in princip. ff. solut. matr. Bart. l. 2. §. exercitus. ff. infamibus. Dominic. c. statutum de elect. lib. 6. Aym. Cravet in tract. de antiquitat. temp. 4. part. § transeo nunc ad quartam. num. 78. Dec. cons. 372. num. 8.* Imò, constitutio respiciens favorem publicum, extenditur, etsi illa constitutio juris communis correctoria sit, *Roma. cons. 105. incip viso themate. Ias. l. fratres. num. 5. C. inoff. testam.* Quod procedit, non tantum quando illa constitutio principaliter respicit favorem publicum, sed etiam quando illa constitutio secundariò tantum favorem sive utilitatem publicam respicit, *Bald cons. 286. lib. 4. Ias. d. l. fratres. nu. 5. C inoffic. testam.* Ideoque receptum est, statutum quo cavetur, quod agnati aut affines invicem litigantes cogantur compromittere, cum illud favorem publicum secundariò saltem respiciat, latè interpretandum esse, ut etiam illos comprehendat, qui largè appellatione agnatorum & affinium comprehenduntur, *Alex. Bald. Ias. Dec. & Dd. l. qui se patris. C. unde liberi. Alex. l. 1. § lex Falcidia. ff. ad l. Falcid. Alex. cons 125. col. pen. lib. 7. Ias. l. de quibus. col. 5. ff. de legib. Ias. l. prætor. §. prætor. col. 2. ff. edendo. Ias. cons 76. col. 2. lib. 3. Roch. Curt. c. fin. chart. 35. 8. limit. extr. de consuet. Rolan. à Valle cons. 72. nu. 64. lib. 1.*

Similiter & statutum civitatis *Brixiæ*, quod potestas possit committere appellationem à sententia definitiva, extenditur etiam ad appellationes à sententiis interlocutoriis, licet appellatione sententiæ diffinitivæ sententia interlocutoria non comprehendatur, eam ob causam, quia hoc statutum utilitatem publicam respicit saltem secundariò, *Paul. Castrens. consil. 23. incip. viso puncto. col. 3. Ias. l properandum in princ. num. 8. circa fin. C. de judic.* Et hæ decisiones confirmantur ex eo, quia statutum con-

concernens publicam utilitatem, dicitur favorabile & pium. *Roma. conf. 23. Felin. c. nonnulli in princip. n. 16 extr. de rescrip.* Et favore reipub. petinde fit extensio statuti, sicut extenditur lex favorabilis, *Bart. l. quemadmodum C. agric. & censit. lib. 11.*

114 Huc accedit, quod etiam † consuetudo favorabilis reipub. sive in favorem reipub. introducta latissime interpretari & tam de casu ad casum, quàm de persona ad personam extendi debeat. *Cald. cons. 4. tit. de censib. Alex. cons. 190. col. 4. lib. 2. & cons. 34. lib. 5.*

Etiamsi illa constitutio pœnalis sit, *Ias. l. si quis id quod. col. 9. ff. jurisd. omnium jud. Bart. l. quemadmodum, C. agricol. & censit. lib. 11. Ias. l. si filiusfamilias. col. 3. ff. si cert. pet. Ias l cum quidam. nu. 26. ff. liberis & posth. Ias. l fratris. C. in offic. testam.*

115 Eodem modo & dispensatio, † si illa publicam utilitatem respiciat, extendenda erit, licet à jure communi exorbitet, *Franc. Aret. c. at si cler. §. de adult. & ibi Dec. col. 8. ex. jud.*

116 Privilegium quoq; favorem sive utilitatem publicam respicientis, extendendum & laté interpretandum esse, *Ruin cons. 227. n. 3 lib. 1.* facit id quod tradit *Paul Castr. l. quia tale & ibi Alex. n. 5. ff solut. matr.*

117 Præterea quoq; certi juris est, † quod is qui in aliquo loco domicilium tantum, vel etiam armarium habet, in isto loco & domicilium habere & subditus sive incola illius loci esse censeatur, *Ioan. Andr. in add in Spec. tit. de compet. judic. §. 1 in add incip. si dicas. M de Afflict. c. 1. §. 34. de controversa inter vasallum & alium. Socin jun. cons. 7. num. 8. lib. 2.*

Illi quoque, qui petinde ut alii subditi ejusdem sortis & conditionis onera in aliquo loco subeunt, subditi illius loci censentur, *Socin. jun. conf. 7. num. 12. lib. 2.* ubi ipse attestatur, eandem sententiã amplecti *Bald. arg. l. 1. ff. ad municipal.* usque adeò, ut ad hoc sufficiat, licet ut ipse de ejus commodo sive favore vertatur, sed parentes, fratres vel alii sanguine juncti, in isto loco onera subierunt, *Socin. cons. 292. lib. 2. Socin. jun. conf. 7. nu. 15. lib. 2.*

Deinde quoq; dubio omni caret, vasallos item & illos, qui in aliquo loco bona aliqua immobilia possident, vel etiam ratione contractus in illo loco forum sortiuntur, saltem largè & impropriè subditos & incolas illius loci dici, *gl. Clem. 1. verbo subditos & ibi Iohan. de Imm. nu. 32. reliquiq; Dd. de foro compet.* & idem etiam tenent omnes Dd. in rationib. dubitãdi citatis, sed certum est, & tàm ex confessione procuratoris Episcopi quàm ex libris investituræ liquet, Dominum Comitem R. fuisse vasallum Episcopi Monasteriensis ad omnia onera fidelitatis obligatum, quæ reliqui vasalli ejusdem qualitatis feuda habentes, & inhabitantes in Episcopatu Monasteriensi obligati sunt.

Zu dem ist es in den Actis hin vnd wieder angezogen / vnnd hat sich des Herrn Anklegers Anwald zu beweisen erboten / daß Graff R. im Stifft M. vnter dem Gericht zu P. vnd sonsten wol hundert Höfe / ja gantze Bawerschafften besessen / vnd seinen Erben nachgelassen.

Aber dem erscheint es aus dem Reuers des Drosten zu Wilshausen / welcher sich anfahet / Ich Wilke Stading des Graffen zu D. der Burglehn zu W. zustendig. Vnd wird in den Actis narrirt, daß es notorium, kundt / offenbar / vnd beweislich sey / daß der Graffe zu D. vermöge der Burglehn Gerechtigkeit / in der Hoheit W. wenn S. G. gefellig / jage zulassen bewust / sich auch derselben Gerechtigkeit vor vnd vor gebraucht haben / vnnd noch heutiges Tages gebrauchen.

Et insuper, omnia onera Baroniæ controversæ sustinuerunt cognati D. R. Secundi, Comitis in D, Dn. nempe J. Baro in B. & C. ejusq; parentes & majores, ex quibus omnibus liquet, Dominum Comitem R. non tantum vasallum & nobilem, sed etiam subditum Episcop. Monast. saltem secundum largam significationẽ vocabuli fuisse, quodq; eam ob causam, ipse sub constitutione Monasteriensi comprehensus fuisset, etiam si illa constitutio tantum de subditis mentionem fecisset, & tantum in favorem subditorum facta fuisset.

Septimò, secundum naturam † & omnibus l l. conveniens est, quod eadem ratio sit commodi sive lucri quæ est onerum sive gravaminum, quodq; is qui paria onera sustinet, iisdem quoq; commodis frui debeat, *§. illud Instit pro socio l. secundum naturam & ibi Dec. Cagn. & Dd. ff reg. jur. c. qui sentit onus. & ibi Dyn. & Dd de reg. juris lib. 6.* Ideoque receptum est, illos cives, qui subeunt eadem munera quæ reliqui cives sustinere coguntur, omnibus privilegiis & beneficiis civibus civitati indultis, frui, licet ipsi in ista civitate non habitent, sed in alio loco domicilium habeant, *Bart. conf. 62. lib. 1. Alex. conf. 157. num. 13. lib. 2.* 118

Cum itaq; ex libris investituræ liber der Gerichte zu Sudholz / liqueat, nobilem & generosum Dominum Comitem R. à D. ad

Mmm 3 omnia

omnia illa onera obligationis fidelitatis obstrictum fuisse, ad quæ onera reliqui vasalli Episcopatus Monasteriensis ibidem habitantes & similia feuda tenentes obligati sunt, sequitur ipsum nobilem & generosum Dominũ perinde beneficio constitutionis Monasteriensis uti posse, atque si ipse in Episcopatu Monast. habitasset.

119 Octavò, à pari procedunt †sortiri forũ in aliquo loco & regi statutis illius loci, quodque in illis causis, in quibus quis sortiatur forum in aliquo loco, ipse utatur legib. atq; statutis illius loci, *Alex cons. 157 n. 15. lib. 2. Socin. cons. 271. n. 5. lib. 2.*

Sed certum est, quod nobilis & generosus Dominus Comes R. in Episcopatu Monaster. forũ sortitus fuerit, & quo ad omnia feuda & bona quæ ipse in illo Episcopatu tempore vitæ possedit, & etiam quoad Baroniam controversam, igitur etiam ex hoc capite sequitur, quod ipse se constitutione Monasteriensi juvare possit.

120 Nonò, clari & indubitati juris est, †quod in successionibus ab intestato sint servandæ leges atq; statuta illius loci, in quo loco res, de quarum successione agitur, sitæ sunt, sive illa statuta sint concepta in rem sive in personam, *Iac. de Raven. Iacob. de Aret. Guill. de Cun. Dyn. Rainerius Ioh. Fab. & Bald. l. cunctos populos. C. summa Trinit. & fide cath. collectam. c. 1. & ibi quoq; Petr. de Anchor. quæst. 12. princip extr. constit.* in quo loco *Pet. de Anchor.* attestatur, hanc opinionem communem esse, & idem tenet *Bald. cons. 245. lib* 1. ubi ipse dicit, hanc opinionem communiter practicari & observari, eandem opinionem amplectitur *Bald. cons. 132. ad fin. lib. 2. Bald. l si arrogator. col. penult. ff. de adopt. Lapus Ab alleg. 92. Card. Florent. cons. 2. Paul. Castr. cons. 32. lib. 1. Alex. cons. 16. & cons. 128. col. 2. lib. 1. cons. 19. col. 2. lib. 6. Corn. cons. 115. & cons. 202. lib. 2. cons. 85. & cons 162. lib. 3. Socin. cons. 288. col 2. & cons. 292. lib. 2. Iacob. de Sanct. Georg. in tract. feud. col. 6. vers. insuper quæro. Card. Paris. cons. 84. nu. 42. lib. 1. & cons. 12. n. 47. lib. 3. Soc. jun. cons. 25. n. 1. lib. 3.*

Et hoc potissimum in feudis locum habet, namque in feudis semper inspicienda sunt statuta & consuetudines illius loci, in quo feudum situm est, *Bald. c. 1. §. si qua controversia de pace constant. M. de Afflict. decis. Neap. 226. nu. 51. Card. Paris. cons 23. nu 18. & cons. 21. nu. 14. lib. 1. Cassen. in consuet. Burg. tit. de feudis. §. 7. gloss. 2 col. 1. Carol. Molin. in consuet. Paris. tit. 1. §. 7. nu 34.*

Cum itaque Baronia controversa in Episcopatu Monast. sita sit.

Sequitur, quod quo ad successionem ipsius Baroniæ sit servanda & constitutio & consuetudo Episcopatus Monasteriensis, nullo habito respectu, in quo loco is qui succedere cupit, domicilium habeat, præsertim cum in casu præsenti constitutio Episcopi Monasteriensis quatenus loquitur de successione fœminarũ, sit in rem concepta sicut hoc patet ex his verbis: Dit Guter die man heft von unser Kerken tho Mangut/oder Dienstmansgut/sind dar keine Söne/ sellen wi lathen vorfallen vormittels erblicher Volgung up die Töchter / als up die Söhne. Quo casu omnes Dd. concludunt, in successione ab intestato esse inspicienda statuta atque consuetudines illius loci, in quo res, de qua controvertitur, sita est, *Petr. Cyn. Baron. & Signorol. l. cunctos populos col fin. C. summa trin. & fide cath. Petr. de Anchor cons. 163. 1. dubio Im. c. cum olim extr. clericis conjugat. Panor. c. quod clericis & ibi Barbat. extr foro compet. Panor. c. postulasti col penult. eod. tit. Calder. consil. 17. Barbat. cons. 75. col. 4. & col. pen lib 3. Soc. cons. 128. col. 1. lib. 4 Pet. Ferrar. in form. libelli quo petitur hæreditas ex testam. verb. vallatam legitimo numero testium col. penult.*

Decimò, in successione ab intestato in iis casibus, in quibus habetur respectus ad personam, inspicienda est tantũ qualitas illius personæ, de cujus successione agitur, sive defuncti, non autem illius qui successionẽ petit, *Bart. d. l. cunctos populos, nu. 42. & ibi Signorol. de Homodiis & Fr. Aretin. C. summa trin. & fide cathol. Calderin. cons. 17 tit. de [illegible] Fr de Ramponib. inter consilia Calderin. cons. 34. tit. de testamentis. Panor. c. ecclesia. S. Mariæ, col. penult. extr constit. Alex. cons. 45. col. 2. lib. 5. Barbat. cons. 75. col. 4. lib. 3.* ubi ipse hanc opinionem communem esse dicit, & idem tenet *Socin cons. 128. col. 1. lib. 4.* 121

Cum itaq; omnes constitutiones, statuta atq; privilegia secundum jus commune intelligenda, declaranda, extendenda, & restringenda sint, *l 2. C. noxal. act.* sequitur, & privilegium sive constitutionem Monasteriensem ita intelligendam, ut sufficiat, cum de cujus successione agitur, sive ultimum possessorem feudi fuisse nobilem vel vasallum Episcopi Monasteriensis nulla habita consideratione, utrum is qui in feudo succedere cupit, sit vasallus Episcopi, an verò non item, utrum ipse sit subditus Episcopi & in Episcopatu domicilium habeat, an verò non,

Et

Et per consequens, cum nobilis & generosus Dominus J. ultimus possessor Baroniæ controversæ fuerit & subditus & nobilis & vasallus Episcopi Monasteriensis, & in Episcopatu Monasteriensi domicilium habuerit, dubio omni caret, Dominum R. qui à primo acquirente Baroniam controversam originem trahit, omninò ad successionem illius admittendum, etiamsi ipse neque subditus neque vasallus Episcopi Monasteriensis esset.

Quod in casu præsenti etiam ex eo confirmatur, quia in constitutione Monasteriensi quo ad illos, quibus successio feudi defertur, nulla fit distinctio, utrum ipse fuit Episcopi vasalli, an verò non, item utrum ipsi sint subditi an verò non. Et certum est, quod privilegium sive constitutio generaliter & indefinitè loquens, generaliter intelligenda nec ullo modo distinguenda sit.

Undecimò, procurator Domini Comitis in actis sæpius repetit, in Episcopatu Monasteriensi ultra tempus immemoriale observatum fuisse, quod fœminæ & descendentes ex fœminis etiam non habentes domicilium in Episcopatu Monasteriensi, ad successionem feudi fuère admissæ, per quam observantiam posito, constitutionē Monast. aliquid dubii habuisse, illa constitutio ita declarata est, quod in posterum etiam illę fœminę & descendentes ex fœminis, quæ in Episcopatu Monasteriensi domicilium non haberet, ad successionem feudorum admitti debeant.

122 Cum sit clari juris, quod ex † observantia postea secuta, omnes ll. omnesq; constitutiones declarationem & interpretationem recipere, *l. minimè. & l. si de interpretatione ff. legib. c. cum dilectus. extr. de consuet.*

123 Quod usq; adeò verum est, ut † in observantia interpretativa præscriptio nulla requiratur, *Paul. Castrens. cons. 347. lib. 1. Aret. cons. 11. col. 3. Socin. cons. 111. col. fin. lib. 1. Corn. cons. 148. col. fin. lib. 4. Cravet. cons. 101. n. 4 lib. 1.* utq; talis interpretatio sive declaratio ex observantia introducta omninò sequenda sit, licet verba privilegii vel statuti tali interpretationi contradicerent, *Socin. cons. 84. num. 15. lib. 3.*

Duodecimò, in constitutione Monasteriensi in initio illius §. ubi tractatur de successione fœminarū, ponuntur illa verba: Vnd den Eddelman/vnd den Frien / vnnd den Erven die nicht sind von Mañes kommen.

Et licet illa verba sint indefinita, & orationem imperfectam contineant, attamen illa verba benè possunt suppleri ex præcedentibus verbis illius constitutionis, scilicet illis concedimus tale beneficium, de quo iste §. loquitur, esse concessum omnibus illis, qui non descendunt ex masculis, sed qui ex fœminis descendunt.

Prout semper orationes † imperfectæ ex præcedentibus supplendæ sunt, *l. cum pater. §. cum imperfecta & ibi Bart. Bald. Alberic. & Dd. ff. legat. 2.* 124

Et cum illud initium §. generale sit, & comprehendat omnes descendentes ex fœminis, sequitur & totum illum §. in quo de successione fœminarum tractatur, licet sequentia verba de filiab⁹ tantùm loquantur, generaliter de omnibus fœminis descendentibus ex illis, quod videlicet illi deficientibus masculis ad successionem feudi admittendi sunt, intelligi debeat.

Cum sit clari & indubitati juris, † quod 125 quando præfatio sive initium alicujus legis vel constitutionis est generale, illa lex sive constitutio generaliter intelligenda & ita accipienda sit, ut locum habeat in omnibus illis casibus, qui sub generali initio sive præfatione comprehendi possunt, etiamsi verba dispositionis sive constitutionis generalia sint, & de uno casu tantùm loquantur, juxta legem expressam *l. regula. §. fin & ibi Bart ff. juris. & facti ignor.* & idem tradit *Roman. cons. 16. num. 4.* ubi ipse formalibus verbis inquit, ex præfatione statuti dispositionem & mentem constringi, extendi & declarari.

Et hæc sententia confirmatur ex eo, † quia ex præfatione colligitur & ratio & 126 causa finalis cujuslibet dispositionis, *l. fin. & ibi Bart. Bald. Angel. Imm. & Dd. ff. hæred. instit. Bald. in proœm. Cod. §. quibus. Bald. l. ut liberæ. notab. 1. argum. ill. text. C. collat. Bald. l. nostram. col. 1. C. testam. Bald. l. 1. de orig. jur. Bald. cons. 250. lib. 1. Cardinal. Florent. & Imm. c. ex parte. extr. Cleric. conjug. Roman. cons. 190. col. 2. Alex cons. 72. col. lib. 2. cons. 119. lib. 5. Ang. Aret. §. sed etsi quis. Instit. quib. mod. testam. Philip. Franc. c. quoniam. post medium de immunit. eccles. lib. 6. Socin. cons. 67. col. 2. lib. 1 & cons. 84. nu. 6. lib. 3. Iacob de S. Georg. l. fin. col. 1. C. edicto. D. Adr. toll. Cart. sen. cons. 39. Dec. consil. 397. Socin. jun. cons. 21. col. 1. lib. 1.*

Similiter ex præfatione colligitur † & 127 mens & intentio & voluntas disponentis, nec non etiā cujuslibet dispositionis, *l. item*

quia, § *fin. ff. pact. l. cum hi. in princip. & ibi Bart. ff. transact. l. Titia. §. idem respondit. & ibi Dd. ff. verb. obligat. l. cum pater. §. dulcissimus. ff. de leg 2. c. ex multa. §. 2. & ibi Panorm extr. vot. c. ubi periculum. & ibi Ioh. And. ne Clerici vel Monach. lib. 6. Bart. l. eum qui certarum. ff. verb. obligat. Roman. cons. 70. Panorm. cons. 93. vers. 2. lib. 1. Socin. jun. cons. 3. num. 24. lib. 2. & cons. 141. num. 10. lib. 3.* Ideoque mirum non est, quod propter præfationem sive initium generale, lex sive constitutio etiam generaliter in uno casu loquens, generaliter intelligenda & ad omnes casus extendenda sit.

118 Namque cum ratio legis † sit & ipsa lex, *gl. l. 2. verb. rationem vel legem. C. quæ sit longa consuet. Bal. cons. 467. in fin. lib. 2.* & mens, *Dyn C. fin. de reg. jur. lib. 6.* & medulla, *Bald. l. 1. col. fin. ff. si cert. pet.* & anima, *Bald. l. si quis servo. col. fin vers. ex his apparet. C. de furt.* & spiritus, *Bald. cons. 275. col. 3. lib. 2.* & essentia ipsius legis, *Bald. c. 1. §. & quia vidimus. col. antepen. de his qui feud. dare poss.* nihilque à lege ipsa differat, *Tiraq. in tractat. cessante causa. part. 1. num. 135.* receptum est in dispositione legis, statuti vel constitutionis potius rationem sive mentem, quàm verba esse inspicienda, *l. pen. ff. ad exhib. l. credendum. ff. qui pet. tut. l. sive. ff. de legib. l. quamvis. ff. de in jus vocand. l. sive. §. aliud. ff. de excus. tut. l. 3. §. conditio. ff de adimen. legat. l. Labeo. ff. supellect. legat.* illudq; non censeri omissum, quod eadem ratione concluditur, *Bald. l. per diversas. col. 1. C. mand.* atque in omnibus illis casibus, in quibus eadem ratio militat, idem quoq; jus statuendum est, *l. illud. in princip. ff. ad l. Aquil. l. à Titio. in princip. ff. verb. obligat.* etiamsi verba legis deficiant, *l. 2. §. si mater. vers. quid si curatores. & vers. quid. ergo si non fuerint. ff. ad S C. Tertullian. l. si quis adulterum. §. 1. & l. nihil. ff. ad l. Iuliam de adulter. l. 1. §. incidit. ff. ad S C. Turpil.* Usque adeò ut in omnibus illis casibus, in quibus eadem ratio militat, non dicatur fieri extensio, sed illi casus omnes secundum proprium intellectum sub illa lege sive constitutione comprehenditur, *Petr. & Cyn. l. juta non in singulas. ff legib. Pet. Cyn. & Bald. l. quod verò. ff. eod tit. Bald. l. omnes popul. col. fin. ff. de justit. & jur. Tiraq. rep. l si unquam. verb. libertis. num. 45. C. de revoc. donat. & in tract. cessante causa part. 1. num. 151. arg. l. nominis & rei. §. verbum ex legibus. ff. de verb. signif.*

129 Deinde hanc sententiam comprobat etiam id, quod à Dd. communiter, traditum est, † si rubrica legis vel statuti sit generalior nigro, nigrum sive statutum vel legem in speciali casu loquentem, extendi ad omnes casus sub rubro sive rubrica generali comprehensos, *gl. l. 1. & ibi Bart. C. de captat. civium. cens. extr. gl. verb. hujusmodi lex. auth. ut novæ constit. in princip. Alex. rub ff. officio ejus. Alex & Ias. l. 1. ff. si cert. petat Dec. cons. 527. Card. Paris. cons. 53. num. 95. lib. 3.*

Quod procedit, etiamsi illud statutum sive constitutio sit vel exorbitans à jure communi, vel juris communis correctorium, *Cornel. cons. 184. num. 23. lib. 1. & cons 67. num. 4. eod. lib.* Ideoque receptum est, si rubrica statuti vel constitutionis generaliter disponat, ut fœmina dotata non succedat, licet statutum sequens caveat, ut filia dotata matri non succedat, propter rubricam sive titulum statuti generaliter loquentem, tàm filiam quàm aliam fœminam dotatam, non tantùm à matris, sed etiam à patris successione excludi, *Paulus Castr. cons. 334.* quam decisionem referunt atque sequuntur *Alex. l. 1. ff. si cert pet. Cornel. cons. 67. & cons. 184. lib. 1. Ias. rub. num. 17. Instit. de actionib. Dec. cons. 527. nu. 11. Bernard. de Landria. in addit ad Abb. in proœm. Decretal,* quamvis in hoc contrarium sed malè teneat *Ias. l. 1. ff. si cert. petat.*

Similiter, si rubrica statuti dicat, ut in causis Laboratorum & Notariorum procedatur summariè, licet in statuto nulla fiat mentio de Notariis, tamen hoc statutum propter rub. generalem etiam ad Notarios extenditur, *Salyc. l. 1. & ibi Ias. num. 8. ff. si cert. pet. arg. l. 1. C. divers. rescript.*

Eodem modo & statutum disponens, ut maritus lucretur tertiam partem dotis numeratæ sive traditæ, extenditur etiam ad dotem promissam tantùm si rubr. sive titulus statuti generaliter conceptus sit, ut maritus lucretur tertiam partem dotis, *Corn. cons. 67. & cons. 184. lib. 1. Ias. l. 1. nu. 9. ff. si cert. petat.*

Huc accedit, quod statutum disponens, ne soror dotata succedat propter generalitatem rubricæ disponentem indefinitè ne mulier dotata succedat, ad omnem mulierem dotatã extendat, *Corn. cons. 67 cons. 184.*

Quodq; statutum excludens à successione ascendentes, per lineam fœmineam porrigatur ad omnes cognatos nostros, etiam lineæ descendenti vel collaterali nobis junctos, si rubrica statuti generaliter sit concepta, ne cognatus cognato succedat, *Dec. cons. 527. num. 11.*

Decimo

Decimotertiò, dubium non est, †constitutionem Monasteriensem admittentem fœminas, ad successionem feudi in defectum masculorum favorabilem & latè interpretandam esse. Tum quia illa constitutio reducit nos ad jus commune, quo jure nulla doctrina est inter masculos & fœminas, & omnis constitutio quæ reducit nos ad jus commune antiquius, favorabilis & extendenda est. Tum, quia quod constitutio admittens fœminas ad successionem feudi, favorabilis & extendenda sit, exprese & in specie decidit *Card. Paris. consil. 4. nu. 5. & consil. 12. n. t 2. lib. 1.* Tum, quia hæc constitutio propter utilitatem publicam condita fuit, prout ex procemio sive præfatione constitutionis liquet. Et certum est, illam constitutionem, quæ propter utilitatem publicam facta est, favorabilem & extendendam, prout hoc superius diximus.

631 Tum, quia in specie hæc † constitutio favorem filiarum sive fœminarum respicit, sed certum est, quod in qualibet dispositione favorabili, etsi illa dispositio favorem tantùm privatum contineat, appellatione filii vel filiæ omnes omninò descendentes ex filio vel filia, comprehendantur.

Quod absque omni dubio locum habet in dispositione testatoris, *Bart. l. liberorum, col 3. ff. verb. signif. Angel. Immol. Alex. & Ias. l. Gallus. §. instituens. ff. liber. & posth. Oldrad. consil. 269. Anton. de Butr. in c. cujusdam. extr. de pœnis. Petrus de Ancboran. Clem. 1. de Bapt. Card. Florent. c. 1. de verborum signif. Ludov. Roman. consil. 438. Alex. cons. 9. lib. 1. & consil. 26. lib. 3. Aretin. consil. t 46. Socin. consil. 14. 1. quæst.* Eamq; sententiam communem esse, attestatur *Alex. d. consil. 9. lib. 1. Ias. d. §. instituens. num. 22. & 23.*

Idem etiam tenet *Steph. Bert. consil. 196. lib. 2. Ias. consil. 52. num. 1. lib. 3. Alex. cons. 5. lib. 3. Barbat. consil. 11. lib. 2. Cornel. consil. 207. lib. 2. Curt. jun. consil. 111. Cardinal. c. 2. extr. verb. signif. Dec. consil. 391. numer. 5.* ubi ipse attestatur, hanc opinionem communiter receptam esse, *Socin. jun. consil. 111. nu. 29. cons. 125. num. 35. lib. 1. Iacob Buttrigar. inter consilia. Bald. consil. 364. lib. 4. Socin. jun. consil. 1 num. 36. & 37. lib. 2.* ubi ipse similiter attestatur, hanc opinionem communem esse, *Socin. jun. cons. 2. n 9. lib. 3.* ubi ipse similiter dicit, hanc opinionem communiter receptam esse, *Socin. jun. cons. 30. n. 2. lib. 3.* ubi ipse similiter dicit, hanc opinionem communem esse, *Socin. jun. cons. 144. nu. 84. lib. 3.*

Eandem opinionem etiam complectitur *Bald. cons. 76. lib. 4. Card. Paris. cons. 78. n. 10. & cons. 86. n. 22. lib. 2. Anton. rub. consil. 28. col. 3. & consil. 47. Carol. Molin. in addit. ad Alex. cons. 1. n. t 2. lib. 1.* ubi ipse similiter attestatur, hanc opinionem communem esse, quam & sequitur *Carol Mol. cons. 51. n. 20.*

Idem etiam procedit in contractibus favorabilibus sive favorem filiorum respicientibus *Alex. l. liberorum. ff. verb. sign. Socin. jun. cons. 144. nu. 85. & 86. lib. 3.*

Nec non etiam in beneficiis, *Bart. l. liberorum. nu. 7. ff. verb sign. Ant. de Butr. c. in quibusdam. extr. pœnis. Ias. l Gallus §. instituens. n. 31. ff. liber. & posth. Socin. jun cons. 144. nu. 87. lib. 3.* ubi ipse attestatur, hanc opinionem communiter receptam esse.

Similiter hoc etiam procedit in legum dispositione, favorē filiorum respiciente. Namq; & in illa appellatione filiorum sive filiarum omnes descendentes comprehenduntur, *Bart. l. liberorum. n. 6. ff. verb. signif. Anton. de Butr. c. penult. extr. pœnis. Ioann de Immol. & Alexand. l Gallus. §. instituens. ff. liber. & posth.*

Eodem modo & in statutis favorabilibus sive favorem filiorum respicientibus appellatione filiorum omnes descendentes comprehenduntur, *Bart. l. liberorum. n. 12. ff. verb. sign. Bald. Salyc. Alex. & Dd. l. 2. & ibi Ias. nu. 4. & Dec. n. 6. C. de edendo. Fulgos. consil 78. Roman. cons. 129. Petr. de Anch. c. Canonum statuta. extr. de constitut. Paul. de Castr. l. maximum vitium. & ibi Bald. C. liberis præter. Ias. l. prætor. §. prætor ait. nu. 5. ff. in jus vocando. Socin jun. consil. 144. nu. 83. lib. 3.* ubi ipse attestatur, hanc opinionem communiter receptam esse, idem etiam tenet *Dec. cons. 372. nu. 8.* ubi ipse dicit, hoc potissimùm locum habere, quando statutum propter utilitatem publicam conditum fuit, & hoc etiam procedit in statutis exorbitantibus à jure communi, sive juris communis correctoriis, in quibus terminis omnes Dd allegati loquuntur.

In privilegiis etiam favorabilibus potissimùm verò utilitatē publicam respicientibus, appellatione filiorum & filiarum, & nepotes & pronepotes, omnesq; descendentes comprehenduntur, *Ruin. cons. 227. n. 3. lib. 1.* quod potissimùm & absq; omni dubio pcedit eo casu, quando privilegium non per hominem vivum, sed per legem, constitutionem vel statutum conceditur, *Bartol. l liberorum. numer. 12. ff. de verborum significatio.* idem juris obtinet in illis privilegiis

legiis, quæ nos ad jus commune antiquius reducunt. Nam & illa similiter latissimè interpretanda sunt, prout hoc diximus.

Et licet aliqui ex præallegatis Dd. loquantur tantum in nepotibus & pronepotibus, nec faciunt mentionem de reliquis descendentibus, & quidam velint appellatione filiorum alios descendentes præter nepotem non comprehendi, *Ang. consil. 88 col. fin.*

Attamen omnes Dd. superius citati magis communiter sentiunt, quod in testamentis, contractibus, beneficiis, legibus, statutis & privilegiis favorabilibus, appellatione filiorum sive filiarum, non tantùm nepotes & pronepotes, verùm etiam omnes omninò descendentes ex filiis sive filiabus expressè comprehendantur, sicut hoc expressè & in specie tradit *Socin. jun. cons. 1. nu. 45. & consil. 2. num. 9. lib. 3. Carol. Molin. in addit. ad Alexand. cons. 1. num. 12. lib. 1.* ubi ipse attestatur, eandem sententiam etiam *Alexand.* complecti. Et idem renet *Carol. Mol. consil. 51. num. 20.* & satis probatur per *text. l. filij appellatione. ff. verb. signif. junct. l. liberorum. ff. eod. tit.* & comprobatur ex eo, quod traditur, licet appellatione parentum illi, qui sunt ultra tritavum secundum propriam significationem non contineantur, *l. Iurisconsultus. §. parentes. ff. de gradibus.* Attamen in materia favorabili appellatione parentū omnes ascendentes atq; majores in infinitū usq; comprehendi, *Ias. l. prætor. §. prætor ait arg. ill. text. ff in jus vocand.* Nec non etiam ex eo, quod appellatione filiorum saltem largè sumpto vocabulo omnes omninò descendentes comprehenduntur, *Abbat. c. 2. extr. verbor. signif. Aym. Cravett. cons 155. num. 8. lib. 1.* Quodq; in favorabilibus fiat extensio ad casum improprium, *Ias. l. 2. num. 4. & ibi Dec. n. 6. C. in jus. voc. Ias. l. prætor ait. §. prætor. nu. 4. ff. in jus voc.* Igitur sequitur, in constitutione Episcopi Monasteriensis admittentis ad successionem feudi filias in defectum masculorum appellatione filiarum omnes descendentes ex filiabus in infinitum comprehendi, sive illa constitutio juris communis, sive statuti, sive privilegii, sive beneficii vigorem obtineat.

132 Decimo quartò, in † feudis appellatione filiorum secundum communem & receptam Dd. sententiam omnes omninò descendentes comprehenduntur, *gl. c. 1. §. si clientulus. arg. ill. text. & ibi Iacob de Belv. Bald. Alvar. Præpos. & Mart. Laud. de alien. feud. Bald. c. quæ in Eccles. n. 39. extr. constit. Pet. de Anchor. c. 1. extr. eod. tit. Alex. cons. 121. col. 3. lib. 4. Alex. & Ias. l. Gallus. §. instituens. ff. liberis & posth. Iacob de S Georg. in tractat. feud. verb. præsentium. num. 2. Ias. l. de quibus. num. 19. ff. legib. Card. Parif cons. 20. num. 23. lib. 1.*

Et licet præfati Dd. loquuntur † in contractu feudi sive super feudo celebrato. Tamen illud multò magis locum habere dicitur in statuto vel constitutione de feudo disponente. 133

Tum, quia secundum multorum sententiam statuta magis æquiparantur ultimis facultatibus, quàm contractibus.

Tum, quia statuta regulariter latiorem interpretationem recipiunt quàm contractus, sicut hoc satis liquet ex eo, quod in statutis appellatione filiorum nepotes reliquique descendentes regulariter comprehendantur, in contractibus verò non, *Bartol. l. liberorum, ff. verb. signif.* Item & ex eo, quod in statutis masculinum regulariter comprehendat fœmininum, licet in contractibus aliud observetur, *Ias. l. si quis id quod. ff. jurisdic. omnium jud.*

Sed certum est, quod quando fœmina per statutum vel consuetudinem habilitatur ad successionem feudi, idem judicium statuatur de fœmina, quod de masculo, sicut hoc satis liquet ex illis, quæ tradit *Ias. in tract. de feudis. part. 12. num. 29.*

Item etiam ex eo, quia constitutio habilitans fœminam ad successionem feudi passivam interpretationem à jure communi recipere debet, *l. 2. C. noxal. act.* cum similibus, *§. allegat.* Et dubium non est, quod de jure communi in successione inter masculum & fœminam, item & descendentes ex masculo & fœmina, nulla sit differentia, *l. maximum vitium. C. liberis præterit.* Igitur sequitur, quod statutum admittens filias ad successionem feudi, ita interpretandum sit, quod non tantùm filia, sed omnes descendentes ex filia ad successionem feudi admissi & habilitati intelligantur.

Decimo quintò, pro hac † eadem sententia confirmanda facit quod tradit *Matt. de Afflict. cap. 1. num. 8. & 9. de eo qui sibi & suis hæredibus.* ubi concludit, si in investitura conventum fuerit, ut non existentibus masculis filiæ fœminæ succedant, hoc pactum esse intelligendum de fœminis descendentibus in infinitum, perinde sicut de masculis dicitur & subjungitur, 134

Nota

Nota, quod qui habet feudum pro se & filiis masculis & his deficientibus filiabus, non dicitur decedere sine descendenti, si decedat relicta filia, vel descendentib. ex filia fœmina, quia nulla doctrina fit, quoad successionem primi acquirentis feudum, an quis descendat ex fœmina vel masculo primi acquirentis.

135 Et cum dispositum de pacto † sive contractu etiam in statuto sive constitutione locum habeat, atque bonum sit argumentum de pactis ad statuta sive constitutiones, *gloss. rubr. C. de decret. Decur. libro 10.* Imò statuta sive constitutiones magis sunt extendendæ & latius interpretandæ, quàm pacta sive contractus, sequitur similiter & statuta sive constitutionem admittens fœminam ad successionem feudi ita interpretandum, quod non tantùm fœmina, verùm etiam omnes descendentes ex fœmina ad successionem feudi admissi intelligantur.

136 Decimo sextò, hanc sententiam comprobat id, † quod tradit *Baldus l. maximum vitium, numer. 7. Codic. de liber. præterit.* ubi Baldus formaliter inquit: Nomen filius profertur interdum respectu gradus, & tunc non continet nepotem, *l. jubemus, Cod. ad Trebell.* interdum respectu affectionis determinatæ, & idem *l Gallus. §. instituens. ff. liber. & posthum.* interdum respectu naturæ & tunc continetur nepos, *argument. l. tutelas ff. capit. diminut.* sed in dubio videtur proferri respectu naturæ, *l. final. Cod. de his qui ven. ætat. impet.*

137 Quia dispositio legis † regulatur secundum rationem non secundum affectum animi, & sic ex illa doctrina Baldi liquet, in casu præsenti præsumendum est, in constitutione Monasteriensi filiarum mentionem esse factam, non respectu gradus, neque respectu affectionis, sed respectu naturæ.

Eamque ob causam, appellatione filiarum omnes omninò descendentes ex filiabus, sive totam lineam fœmininam comprehendi, cui præsumptioni standum, donec contrarium probetur, *l. final. in princip. ff. quod met. causa, l. sive possidetu. & ibi Dd. C probat.* imò hanc præsumptionem liquidissimam probationem censeri dubio omni caret, *l. si quis locuples in fin. ff. manumis. testament. glos. l. si tutor petitus, C. de periculo tutor.*

Decimo septimò, in † materia indifferenti quo ad gradum appellatione filii vel filiæ omnes descendentes ex filiis vel filiabus in infinitum usque comprehenduntur, *Baldus c. quæ in Ecclesiarum. numer. 39. extr. constitut. Ias. l. Gallus. §. instituens. numer. 32. ff. testamentis.* 138

Cum itaque materia præsens successionis feudi nempe sit indifferens, quoad gradum sequitur, quod etiam ex hoc capite in statuto Monasteriensi appellatione filiarum omnes descendentes ex filiabus comprehendi debeant.

Decimo octavò, † relatio intelligitur fieri cum omnibus suis qualitatibus, atque relatum inest referenti cum omnibus suis qualitatibus & circumstantiis, *l. in testamento. ff. condit. & demonstrat. l. à filio. §. si testator ff. aliment. & liber. legat. l. 3. in princip. ff. de fund. instruct. Bartolus l. si quis servum. § fin. numer. 5. ff. legat. 2. Bart. l. 1. in princip. ff. receptatoribus. Bartolus l. 1. §. fin. ff. si familia furt. fecisse dicitur. Bartolus l. sancio legum. numer. 7. ff pœnis. Franc. Aretin. l. scire debemus. ff. verbor. oblig. Ias. l. si cui. §. si à filio. num. 10. ff. de leg. 1. Card. Paris. consil. 21. nu. 45. & cons. 23. num. 86. lib. 1.* 139

Sed in constitutione Monasteriensi admittente filias fœminas ad successionem feudi, sit expressa relatio ad successionem filii, & dicitur, quod non existentibus filiis, filiæ, sicut sive prout filii succedere debent. Et certum est, quod ad successionem feudi non tantùm filii, verùm etiam omnes descendentes ex filio admittuntur. Igitur etiam ex hoc capite sequitur, quod non tantùm filiæ fœminæ, verùm etiam omnes descendentes ex fœminis, vigore constitutionis præfatæ, ad successionem feudi admitti debeant.

Decimo nonò, hoc etiam probatur ex eo, † quia dictio Sicut, sive Prout, similitudinem importat, *l. sicut. C. de repud. hæred. l. sicut. C. action. & obligat. c. fin. extr. rest. spol. & ibi Anton. de Butr. 4. notab.* per illum textum dicit, quod dictio Sicut importat omnimodam similitudinem & in substantia & in qualitate, quod dictum refert atque sequitur *Socin. jun consil. 76. num. 44. lib. 1.* 140

Et ex eo infertur, cum constitutio Monasteriensis disponat, non existentibus filiis ad filias sicut ad filios feuda devolvi, per illam constitutionem successionem filiarum in feudum in omnibus & per omnia

omnia successioni masculotum æquiparatam. Et per consequens, descendentes ex fœminis perinde ut descendentes ex masculis ad successionem feudi admittendos.

Vigesimò, Hoc etiam suadetur ex illis verbis privilegii: **Vermittels erblicher Folgung auff die Tochter / als auff des Sohns**/cujus hæreditariæ successionis illa natura est, ut eo ipso quod quis capax sucessionis efficitur, & omnes descendentes ex illo, ad eandem successionem capaces & habiles facti intelligantur.

Vigesimo primò, verba constitutionis Monasteriensis respiciunt tempus futurum, dum videlicet in eo disponitur, quod non existentibus filiis, feudum ad filias, sicut ad filios devolvi debeat, atque insuper cujuslibet legis sive constitutionis

141 ea natura est, ut † futurum tempus respiciat, juxta textum *l. leges. C. de legibus. Bart. l. cum lex. ff. eod. tit.*

142 Et clari juris est, quod † appellatione filiorum vel filiarum nepotes reliquique descendentes in infinitum usque comprehenduntur, eo casu, quando verba dispositionis futurum tempus respiciunt; *Immol. Alexand. Socin. & Dd. l. Gallus. §. instituens. ff. liberis & posth. Alexand. consil. 9. lib. 1. & cons. 26. lib. 3. Dec. cons. 391. Ias. cons. 52. lib. 3. Card. Paris. cons. 78. nu. 10. lib. 2. Socin. jun. cons. 1. nu. 38. lib. 3.*

Vigesimo secundò, in constitutione Monasteriensi promiscuè ponitur verbum filia, item & descendentes ex fœminis, prout hoc satis liquet ex initio tertii §. dum videlicet in initio illius dicitur: **Den Edelman/den Frien vnd Eruen die nicht eins seyn von Mannes kommen.** Et postea in eodem § fit mentio de filiabus.

Igitur etiam ex hoc sequitur, quod appellatione filii omnes descendentes ex filiabus comprehendi debeant.

Tum, quia sequentia per præcedentia declarari debeant, *l si servus plurium. §. fin. & l. qui filiabus. in princip. ff. legat. 1. l. nummis. ff. de legat. 3.*

Tum, quia Dd. in simili concludunt, appellatione filiorum indistinctè omnes omninò descendentes comprehendi, eo casu, quando in dispositione aliqua quis promiscuè usus fuit, verbo liberorum, & verbo filiorum, *Curt. jun. cons. 111. col. 6. & cons. 116. col. penult. Aym. Cravett. cons. 62. n. 12. & cons. 155. num. 3. lib. 1.*

Vigesimo tertiò, dubio omni caret, constitutionis Monasteriensis nullam aliam rationem assignari posse, nisi illam tantùm, quam ut feuda remaneant apud descendentes illius, qui de illis feudis investitus fuit, sive illi sint masculi sive fœminæ: item ne quis absque successore feudi decedat, Quæ ratio æquè militat in descendentibus & fœminis, sicut in ipsis fœminis, sive illi descendentes ex fœminis habeant domicilium in Episcopatu Monasteriensi sive non. Et certum est, quod appellatione filiorum sive filiarum omnes descendentes in infinitum comprehendantur, eo casu, quando eadem ratio militat in descendentibus ex filiabus sive ex filiis, etiamsi illa dispositio sit juris communis correctoria, *Bald. & Salycet. l. 2. C. in jus voc. Paul. Castrens. cons. 262. lib. 2. Dec. cons. 353. & cons. 372. col. 3. ad fin. Roman. cons. 229. Alex. cons. 5. & cons. 26. lib. 3. Card. Paris. cons. 78. num 11. lib. 2. Aym. Cravett. cons. 155. num. 7. lib. 1. Curt jun. consil. 111. num. 10. Socin. jun. consil. 125. numer. 35. & cons. 1. numer. 39. libro 3.* & hoc etiam in statutis exorbitantibus sive correctoriis juris communis locum habere, expressè tradit *Ioann. de Immol. l. Gallus. §. instituens. ff. liber. & posth. Bald. l. maximum vitium. nu. 10. C. liberis præterit. & exhæred. Bald. Salyc. & Dd. d. l. 2. C. in jus voc. Curt jun. consil. 111. numer. 10.*

Et quod idem etiam in privilegiis procedat, tradit *Socin. cons. 59. num. 6. lib. 1.* Et confirmatur ex eo, quod in simili traditur, privilegia indistinctè ad hęredes transitoria esse, quando ratio privilegii perinde inest hæredi sicut defuncto, *Andr. Barbat. cons. 44. num. 10. lib. 2. Bald. l. 1. C. Episcop. & Cler.*

Similiter clari & indubitati juris est, † quod quando unica tantùm ratio alicu- 143
jus dispositionis assignari potest, illa pro expressa habeatur, *glos. Bald. Paul. Castrens. Raph. Fulgos. Corn. & Dd. l. quamvis. C. de fideicommiß. Bald. l. maximum vitium. C. liberis præterit. Bald. & Immol. l fin. ff. hæred. instit. argument. l. 2. ff. liber. & posth. l. fundus qui locat. ff. fundo instruct. l. milites. ff. re militari.*

Atque dispositio etiam juris communis correctoria extendatur ad omnes casus, in quibus illa ratio locum habet, *Paulus Castr. & Raph. Cuma l. si verò. §. de viro. ff. solut. matr. Alex. cons. 50. lib. 2. Ias. auth. quas actiones. num. 22. C. sacrosanct. Eccles.*

Igitur

Igitur etiam ex hoc sequitur, quòd constitutio Monasteriensis admittens filias ad successionem feudi, ad omnes omninò descendentes ex filiabus extendi debeat, sive illi in Episcopatu Monasteriensi domicilium habent sive non.

144 Vigesimo quartò, † appellatione filiorum & filiarum omnes omninò descendentes comprehenduntur, eo casu, quando constat de verisimili sive conjecturata mente disponentis, *Bald. cons. 362. lib. 4. Roman. cons. 129. Paul. Castrens. cons. 12. in fin. incip. videtur dicendum. Corn. cons. 38. col. 2. & cons. 97. col. 4. & 5. lib. 1. Alex. cons. 1. nu. 12. lib. 1. Otto de Nicolinis inter consilia Socini consil. 152. lib. 1. Curt. jun. cons. 1 1 1. num. 5. Cardin. Paris. cons. 78. num. 12. lib. 2. Socin. jun. cons. 25. num 35. lib. 1. & cons. 1. num. 39. lib. 3.*

Quod etiam in dispositione legum & statutorum, item etiam in privilegiis & beneficiis locum habere dubio omni caret.

145 Cùm † conjecturata sive verisimilis mens verbis præferatur etiam in dispositione legum, *l. penult. ff. ad exhib. l. fin. §. aliud. ff. excusa. tutorum, statutorum. Cyn. & Bald. l. 1. ff. si cert. petat. Bart. l. con. ra legem. ff. de legib.* & privilegiorum, *c. ex mul. iplici & ibi gloss. extr. de decim.*

Ec hoc, quod in privilegiis inspecta verisimili mente statuentis ... appellatione filiorum nepotes, reliquique descendentes comprehendantur, expressè & in specie tradit *Socin. cons. 59. num. 6 lib. 1.* sed in casu præsenti satis liquet de verisimili mente illius, qui constitutionem Monasteriensem condidit, quòd ipse voluerit appellatione filiarum comprehendere omnes descendentes ex filiabus.

Tum, quia in initio sive præfatione illius §. dicitur, illud beneficium esse concessum den Edelmannen / den Freyen vnd Erben/die nicht an sind von Mannes kommen/ quæ verba generalia sunt, & comprehendunt omnes descendentes per lineam fœmininam.

Et certi juris est, quòd ex præfatione sive initio mens constituentis colligatur.

Tum, quia in constitutione Monasteriensi dicitur, quòd feuda debeant devolvi ad filias vermittels erblicher Folge / cujus hæreditariæ successionis ea natura est, ut omnes omninò descendentes in infinitum ad successionem admittantur.

Tum, quia in constitutione expressum est, quòd feuda debeant devolvi ad filias, sicut ad filios, quæ dictio Sicut omnimodam similitudinem tàm in substantia quàm in qualitate denotat.

Et clari juris est, quòd in succedenti in feudum competens filiis, ejus naturæ & qualitatis sit, ut omnes descendentes ex filiis in infinitum usque ad successionem feudi admittantur.

Tum, quia in constitutione Monasteriensi expressè cautum est, quòd Episcopus feudi sibi apertam non tantùm per masculinam, sed etiam per fœmininam lineam descendentibus, si ipsi hoc intra annum & diem petant, de novo concedere teneatur.

Et clari juris est, quòd quid facilius conservetur quam destructum redintegretur, juxta textum *l. patre furioso, & ibi Jas. ff. his qui sunt sui vel alien. jur.*

Tum, quia non potest dici, quòd Legislator habuerit majorem affectionem erga filias, quàm erga descendentes ex filiabus.

Igitur sequitur, quòd ex hac verisimili & conjecturata mente Legislatoris sub constitutione Monast. quæ filias ad successionem feudi vocat, omnes omninò descendentes ex filiabus comprehendi debeant.

Vigesimo quintò, ex privilegiis, quæ non vergunt in præjudicium tertii, appellatione filiorum etiam nepotes reliquique descendentes comprehenduntur, *Bald. l. maximum vitium. num. 7. C. de liber. præter. Socin. cons. 59. num. 6. lib. 1.* ubi ipse concludit, eandem sententiam amplecti *Iacob. Butrig.* Et idem tenet *Ruin. cons. 227. num. 3 lib. 1. arg. l. divo Marco. C. de quæstion.*

Et hoc potissimum locum habet, quando illud privilegium non est contra publicam utilitatem, *Dec. cons. 32 n. 5.* ubi ipse asserit, idem tenere *Paulum Castrensem & Alex.*

Absque omni verò dubio hoc procedit in privilegiis, favorem publicum sive publicam utilitatem respicientibus, *Carol. Ruin. cons. 227. nu. 3. lib. 1.*

Cùm itaque constitutio Monasteriensis propter publicam utilitatem facta sit, prout ex præfatione constitutionis liquet, ex qua caussa finalis ratio & mens constitutionis colligitur, *Socin. cons. 84. num. 6. lib 3.* Et insuper non habet jus tertii, sequitur, quòd in constitutione Monasteriensi appella-

pellatione filiarum omnes descendentes ex filiabus comprehendantur.

Vigesimo sextò, in privilegio concesso alicui per statutum vel constitutionem appellatione filiorum nepotes reliquique descendentes indistinctè comprehenduntur, sicut hoc expressè tradit *Bart. in libero-rum. num. 12. ff. de verbor. significat.*

Vigesimo septimò, appellatione filiorum omnes descendentes ex filiis in infinitum comprehenduntur, quando eadem æquitas in descendentibus ex filiis sive filiabus militat, *Socin. conf. 59 num. 6. arg. gloss. c. cupientes, §. fin. de elect. lib. 6.* ubi *gloss.* dicit, quòd subsistente eadem æquitate, privilegium extendatur de persona ad personam.

Similiter & in privilegiis appellatione filiorum omnes descendentes ex filiabus comprehenduntur, quando capiendo hanc interpretationem, fugimus iniquitatem & reducimus ad æquitatem, & jus commune antiquius, *Socin. conf. 59 num. 8 lib. 1. argum. gloss. c. statutum verb numerandam, de præbend. lib. 6 text. l. si unus. §. Pactus ne pet. & ibi Ias. & Dd ff. de pactis.*

Sed certum est, quòd in casu præsenti eadem æquitas militat in descendentibus ex filiabus, quæ in ipsis filiabus militat. Et similiter dubio omni caret, quòd capiendo hanc interpretationem reducantur ad jus commune antiquius, quo jure communi expressè cautum est, quod descendentes ex filiabus perinde succedere debeant sicut ipsæ filiæ.

147 Vigesimo octavò, quando † unum adæquatur alteri virtus omnisque qualitas atque natura rei, ad quam fit adæquatio, imbuitur ei, cui adæquatur, *Bart. Socin. & Dd. l. 1. & ibi Ioann. Crott. in repetit. num. 8. & Iacob. de Nigris. num. 17. argum. illius text. ff. legat. 1. facit text. l. 1. §. 1. si quis in fraud. patron. l. illud ff. donat. causa mort. l. 1. in princip. C. rei uxor. act. Bart. l. 1. ff. confirmat. tutor.* quod etiam in privilegiis locum habere tradit *Bald. conf. 355. num. 6. lib. 1.*

Et confirmatur ex eo, quia illud, quod inest termino exemplificanti, videtur inesse termino exemplificato, etiam ex tacita repetitione, *l. in testamento. ff. condit. & demonstrat. l. Theopompus. ff. de dote prælegat.*

Quod potissimum & absque omni dubio procedit in ea natura sive qualitatibus, quam naturam sive quas qualitates illa res, ad quam fit adæquatio, de jure communi habet, *Ioann. Crot. repetit. l. 1. num. 9. & ibi Iacob. de Nigris. num 19. ff. de legat. 1.*

Cùm itaque in constitutione Monasteriensi successio filiarum in feudum sit adæquata successioni filiorum, & successio filiorum in feudis tam de jure communi, quàm de jure feudali eam naturam atque qualitatem habeat, ut omnes descendentes ex filiis in infinitum usque ad successionem feudi admittantur. Etiamsi ipsi extra illam diœcesin, in qua feudum situm est, domicilium habeant, sequitur, privilegium Monasteriense ita interpretandum esse, ut non tantum filiæ, verùm etiam omnes descendentes ex ipsis, in infinitum usque, licet ipsi extra diœcesin Monasteriensem domicilium habeant, ad successionem feudi admitti debeant.

Vigesimo nonò, hanc sententiam confirmat. Quòd † in privilegiis concessis alicui propter benè merita, appellatione filiorum nepotes reliquique descendentes comprehendantur, *Bald conf. 33. incip. ad evidentiam lib. 2. Socin. conf. 59. num. 8. lib. 1. & consil. 84. num. 12. lib. 3 Tiraquell. repetit. l. si unquam, verb. donatione largitus. num. 55. C. de revoc. donat.* 148

Ex quo sequitur, cùm publica utilitas sit favorabilior remuneratione privata, sive privatis meritis, juxta *text. Auth. res quæ. C. communia de legatis. l. 1. C. de primipilo. lib. 12. Dd. l. 1. ff. solut. matrim.*

Multò magis in illis privilegiis, quæ propter publicam utilitatem concessa sunt, quale est præsens privilegium appellatione filiarum & nepotes & omnes descendentes ex nepotibus comprehendi.

Trigesimò, jus succedendi in feudum per privilegium Monasteriense concessum filiabus, non tam privilegium quàm beneficium censeri debet.

Tum, quia illud appellatur beneficium sive gratia, prout ex verbis privilegii liquet.

Et certi juris est, quòd in † dubio quilibet actus talis judicari debeat, qualis in sua figura apparet, *Bald. c. 1. in princip. de feudo dato in vicem commiss. Alex. conf. 3. col. 2. lib. 1. Abb. conf. 15. in fin. lib. 1. & conf. 49. col. 2. eod. lib.* 149

Quodque

Quodque ubi verbum sive nomen actus vel contractus est expressum, illi verbo sive nomini ita expresso standum sit, licet præsumptiones præponderent in contrarium, *Oldrad. cons. 159. 1. dub. Dec. cons. 32. col. 2.* Et voluntas hominis constat in verbis, sicut facies in speculo, *Bald. cons. 102. col. 3. lib. 3.*

Tum, quia per illam constitutionem reducimur ad jus commune, quo jure communi in nullius rei successione fit discrimen inter masculos & fœminas.

Et certum est, illud privilegium, quo reducimur ad jus commune favorabile esse & extendendum.

Tum, quia constitutio Monasteriensis ex justa & legitima caussa, nempe, publicæ utilitatis facta est.

Et clari juris est, quod privilegium favorem publicum respiciens & extendendum & latè interpretandum sit.

Quodque privilegium etiam contra jus ex caussa publicæ utilitatis concessum, non privilegium, sed beneficium censendum & appellandum sit, *Socin. cons. 84. nu. 13. lib. 3.*

150 Sed certum est, † quòd beneficium latissimè interpretari debeat, *l. final. & ibi Doctores. ff. constitut. princip. c. cùm dilecti. extr. de donat.*

151 Quodque omnia † beneficia in dubio censeantur & realia & ad hæredes transitoria, *Bart. l. penult. ff. de servitut. legat. Imol. Paul. Castrens. & Alex. l. quia tale. ff. solut. matrim. Spec. in tit. de instrument. edic. §. nunc verò, versic. quid si fuit. Socin. cons. 84. num. 13. lib. 3. Dec. & Cagn. l. in omnibus caussis. ff. de regul. jur.*

Ex quo sequitur, jus succedendi in feudis concessum filiabus per constitutionem Monasteriensem reale & ad omnes descendentes ex filiabus transitorium censendum.

152 Trigesimo primò, † hanc sententiam comprobat, quæ privilegia ob favorem concessa, sive in quibus agitur de favore, realia censentur, *Petr. de Anchoran. cons. 327. num. 3. & 4.* Similiter & omne privilegium reale judicatur, si illud sit concessum vel universitati, *Bart. l. patet. ff. de servitut. legat. Ioann. Andr. c. privilegium de reg. jur. lib. 6. argum. l. formam. §. quanquam. ff. de censibus.* vel dignitati, *Petr. de Anchor. cons. 327. num. 3.* vel nobilitati, *Bald. cons. 333. num. 5. lib. 1.*

Sed certum est, constitutionem Monasteriensem admittentem fœminas ad successionem feudi favorabilem esse, & in ea tractari de favore, cùm illa & propter publicam utilitatem facta sit, & nos ad jus commune reducat. Eodem modo dubio caret, illud jus, quòd fœminæ ad successionem feudi admittuntur, per constitutionem Monasteriensem esse concessum universitati, item & nobilitati, sicut hoc satis liquet ex illis verbis privilegii, Den Edelmannen/Dienstmannen/Manschop.

Igitur sequitur, illud jus succedendi in feudum esse censendum & reale, & ad omnes descendentes ex fœminis transitorium.

Trigesimo secundò, constitutio † Mo- 153
nasteriensis generaliter disponit, quod non existentibus filiis feuda perinde debeant devolvi ad filias, sicut ad filios: nec in illa constitutione fit ulla distinctio, vel ullum discrimen, utrum illa feuda sint minora vel majora: Item, utrum illa feuda regalem dignitatem habeant, an verò non: Item, utrum illi, qui in feudo succedere cupiunt, sint nobiles simplices, an verò Barones, Duces vel Comites.

Igitur illa constitutio generaliter intelligi debet, ut habeat locum in omnibus omninò feudis, tam majoribus quam minoribus, sive illæ habent regalem dignitatem sive non. Item, in omnibus omninò personis, etiamsi illæ personæ sint Duces, Barones vel Comites, vel etiam extra diœcesin Monasteriensem domicilium habeant. Cùm sit clari & indubitati juris, quòd lex vel constitutio generaliter & indistinctè loquens, ita generaliter intelligenda, ut omnes casus omnesque personas comprehendat, nec à nobis distinguenda sit, quodque generalis constitutio quò ad omnes casus sub illa generalitate comprehensos tantum operetur, quantum operetur constitutio specialis, quantum ad casum in illa expressum, etiamsi major ratio sit in uno, quam in alio: Item, etiamsi illa constitutio sit odiosa, stricta vel juris communis correctoria, prout hoc superiùs docuimus.

Et hoc usque adeò verum est, ut † lex 154
vel constitutio generalis, etiam ad casus & personas privilegiatas extendatur, *l. in fraudem. §. fin. & ibi Bald. ff. militar. testamento. Bald. l. omnes populi ante finem, versic. item nota quòd generale statutum. ff. de justit. & jur. Dec. & Cagnol. l. 1. ff. de reg. jur. Dec. l. nemo potest. ff. eod. tit. Dec. l. quo tutela. §. 1. in princip. eod. tit. Dec. l. 1. arg. illius text. C. edendo. Dec. l. ex testamento. C. unde liberi. Dec. l. 1. col. 4. C. sen-*

tentijs quæ pro eo quod interest. Dec. c. cùm ordinem de rescriptis. Dec. c. sedes apostolica, extr. eod. tit. Dec. cons. 5. cons. 48. cons. 61. 131. consil. 31. cons. 531. 536. Francisc. Ripa l. 1. num. 14. ff. solut. matrim. Francisc. Ripa l. 1. num. 60. ff. de vulgar. & pupillar. Godzadin. cons. 97. nu. 7. Et hæc sententia etiam comprobatur per text. *l. ut jusjurandi. C. de testib.* in quo textu expresè deciditur, legem generaliter loquentem etiam extendi ad personas illustres, & sic personas privilegiatas. Idem, probat id, quod tradit *Card. Paris. cons. 21. num. 40 & 41. lib. 1.* ubi ipse concludit, constitutionem generalem etiam Comites & Barones comprehendere, quodque alibi traditum est, consuetudinem regni generalem etiam Regem ipsum ligare, *Bald. Auth. omnes peregrini. num. 7. C. communia de success. Bald. c. 1. num. 2. de natura feud. Ioan. Fab. l. digna vox. C. legibus. Socin. consil. 58. col. 1. lib. 3. Matth. de Afflict. in tractat. juris prothomiseos. col. fin. Verron. tit. de feud. §. 7. post princip. Tiraquell. in tractat. de utroq; retract. 1. part. §. 1. gloss. 13. num. 19.*

Et hoc potissimùm & absque omni dubio locum habet, quando illa lex vel constitutio privilegiatis personis favorabilis est. Tunc enim absque omni dubio & res & personas privilegiatas comprehendere debet. Cum sit clari & indubitati juris, quòd privilegium neminem à favoribus excludat, quodque in favorem alicujus concessum & introductum in ipsius odium minimè retorquendum sit, *l. nullo. ff. de legib. l. quod favore & ibi Bart. Bald. & Dd. C. eod. tit. Bart. l. 3. §. si emancipatus. ff. bonor. possess. contra tab.* Atque privilegiatus nunquam excludatur a remediis sive beneficiis juris communis, *Bart. l. fin. C. sacros. Eccles. Bart. l. 1. ad fin. ff. legat. 1. Felin. c. dilectus. l. 2. num. 8. extr. de rescript. Cardin. Paris. in addit. ad Bart. d. l. quod favore.*

155 Huc accedit, licet † Duces, Comites, Marchiones aliquid majus habeant præter vulgarem & communem cæterorum nobilitatem, quod tamen ipsi, præsertim in favorabilibus appellatione nobilium comprehendantur, quodque omnia privilegia concessa nobilibus, etiam ad Duces atque Comites extendantur, *c. constitutus el. 2. ibi sororis nobilis viri Marchionis extr. de testibus. c. grandi, ibi nobilem virum, Comitem & ibi Domin. de supplend. neglig. Prælat. lib. 6. & ibidem etiam Corsetus in repet. col. 12. Barbat. cons. 57. col. 3. lib. 2. Capol. in tractat. de Imperatore militum deligendo in 40. privilegio nobilit. Tiraquell. in tractat. de nobilitat. cap. 6. num. 51.*

Et hanc controversiam quasi in specie †decidit id, quod Dd. communiter tradunt, consuetudinem generalem, qua fœminæ habilitantur ad successionem feudi, extendi ad feuda regalia sive regalem dignitatem habentia, ut videlicet prætextu hujus consuetudinis fœmina etiam in Ducatibus, Comitatibus, Marchionatibus & Baroniis succedere possit, prout hoc expresè tradit *Bald. & Abb. in c. significavit arg. illius text. extr. rescript. Dd. c. dilecti extr. de arbitris. Tiraquell. tractat. de primog. quæst. 10. Guilhel. Benedict. repet. c. Raynut. verb. duas habens filias. num. 67. extr. de testament. Petr. Duen. reg. 309. num. 1.* 156

Cùm itaque inter † consuetudinem & 157 constitutionem sive statutum, quoad effectum sive potentiam nihil intersit, *Bald l. 2. num. 4. C. quæ sit longa consuetud.* sequitur, simili modo & statutum sive constitutionem generalem admittentem fœminas ad successionem feudi etiam ad feuda regalia, item & ad personas regali dignitate præcellentes extendendam.

Et per consequens, etiam consuetudinem Monasteriensem, de qua in præsentia agimus, ita accipiendum esse, ut omnia omninò feuda, tam majora quam minora, etiam illa, quibus regalis dignitas annexa est, omnesque personas etiam regalem dignitatem habentes, & extra diœcesin Monasteriensem habitantes, complectatur.

Nec obstat, quòd in constitutione Monasteriensi in præcedentibus verbis fiat distinctio inter feuda majora & minora. Namque constitutio Monasteriensis multa distincta capitula sive §§. continet.

Namque in primo capitulo sive prooemio ponitur & caussa finalis illius constitutionis, & exprimitur illa persona, in quarum favorem illa constitutio facta fuit.

In secundo §. ponitur solennitas infeudandi feuda majora Episcopo aperta.

In tertio §. disponitur, quòd non existentibus filiis, feuda perinde ad filias ut filios devolvi debeant.

In quarto §. sancitur, ne Episcopus feuda etiam sibi aperta prehendat, vel occuper,

cuper, nisi hæc feuda ipsi ex sententia parium adjudicata fuerint.

In quarto §. Quòd Episcopus etiam feuda aperta & sibi adjudicata ultra annum & diem retinere non debeat, sed quòd illa de novo concedere teneatur illis, qui primo acquirenti illud feudum per lineam fœmininam vel masculinam conjuncti sunt, dummodo ipsi hoc intra annum & diem petant, vel ipsis hoc intra annum & diem non petentibus aliis personis aptis & habilibus, Quodque Episcopus nulla feuda sibi aperta & adjudicata retinere, eoque nullo modo mensæ suæ applicare debeat.

Et hæc distinctio inter majora & minora feuda, tantùm fit in illo articulo sive paragrapho, in quo agitur de solennitate infeudandi feuda aperta Episcopo. In §. verò sequenti, in quo agitur de successione fœminarum in feudo; generaliter deciditur, quòd non existentibus filiis feuda ad fœminas devolvi debeant, nec ulla fit mentio, vel discrimen aliquod, utrum illa feuda sint feuda majora vel minora.

Igitur illa distinctio inter maiora & minora feuda, quæ fit in §. ptæcedenti, nullo modo ad §. sequentem extendi debet.

158 Tum, † quia verba illius §. in quo agitur
de successione fœminarum, hoc non dicunt.

Et clari & indubitati juris est, illud; quod lex vel statutum non dicit, nec nos quoque dicere debere, *l. si servum. §. non dicit Prætor. ff. acquirend. hæredit. Bald. l. omnes populi paulò ante finem. ff. de justit. & jur. Bald. l. 1. col. penult. C. hæredib. instit. Bald. c. inter corporalia extr. translat. Prælat. Bald. cons. 15. col. 2. cons. 256. & cons. 298. col. 2. lib. 2. Corn. cons. 287. col. 2. lib. 1.*

Tum, quia si Legislator eandem distinctionem inter feuda majota & minora circa feudi successionem facere voluisset, hoc expressisset, *c. inter corporalia. & ibi Bald. extr. de translat. Prælat. c. ad audientiam extr. decimis. l. 1. §. fin autem ad deficientis. C. caduc. tollend.*

Tum, quia verbis statutorum tenaciter inhærendum est, nec illis quicquam licet addere vel detrahere, *Bald. c. 1. de alienat. feud. Bald. l. maximum vitium. col. penult. vers. in contrarium. C. liber. præter.*

Tum, quia id, quod de quibusdam affirmatur, de reliquis intelligitur esse negatum, *l. cùm Prætor. ff. de judiciis. c. nonne. & ibi Fel. extr. de præsumpt.*

Huc accedit, quod tradit *Bald. cons. 447. col. 3. lib. 5.* ubi ipse inquit: Quod possumus interpretari, constitutionem id disponere, quod non loquitur, Quodque alibi traditum est, verbis statutorum inserviendum esse sine extranea interpretatione, *Bald. consil. 194. col. 2. lib. 4.* Cui etiam convenit id, quod verbis statutorum debeamus inhærere, nec aliter interpretari quàm statuta loquantur, *Bald. c. significante. col. 2. versic. sed quid si statutum extr. de appellat.*

Nec potest dici, quòd ea distinctio, quæ in §. præcedenti circa majora feuda fit, in §. sequenti repetita censeatur. Namq; primo §. præcedens in quo disponitur, quod majora feuda Episcopo aperta, Episcopus alteri sive consensu Decani & Capituli de novo concedere non debeat, est juris communis correctorius, quo jure communi expresse cavetur, Episcopo permitti feuda sibi aperta etiam absque consensu Capituli alteri de novo concedere, *Bald. c. 1. in princip. num. 3. & ibi Præpos. num. 14. & Ias. num. 7. de his qui feudum dare possunt. Curt. in tractat. feud. 1. part. 2. part. princip. quæst. 2. Ias. in tract. feud. 5. part. num. 47.*

Et clari & indubitati juris est, † quòd 159
dicta in præcedentibus in sequentibus nunquam repetita intelligantur, neque etiam ad sequentia ullo modo extendantur, eo casu, quando præcedentia sunt vel correctoria juris communis, vel à jure communi exorbitant, *Bart. l. 4. §. neq; doctrina. ff. vi bonorum rap. arg. l. uxori. §. uxori. ff. legat. 3. gloss. 1. salu scriptura in fine. ff. legat. 1. facit text. c. quæ à jure communi de regul. jur. lib. 6. l. quod verò. & l. in his. ff. de legibus.*

Secundò, clausula posita in instrumento
aliquo; ad † qualificandam unam disposi- 160
tionem, ad aliam dispositionem sive aliud capitulum ejusdem instrumenti referri non debet, *Bart. l. final. ff. de reb. dub. Paul. Castrens. l. si idem cum eodem. §. final. ff. de jurisdict. omnium jud. Alex. cons. 226. num. 6. lib. 6. Ias. l. 1. C. de liber. præter. Cardin. Paris. consil. 36. num. 21. lib. 1. Socin. jun. cons. 128. num. 243. lib. 1. & cons. 63. num. 114. lib. 3.*

Quod comprobatur ex eo, quòd clausula in diversa oratione posita ad præcedentia non referatur, *Bart. l. scio. §. Caio. ff. de feudo instruct. Socin. cons. 22. num. 4. cons. 66. lib. 3. & cons. 27. lib. 4. Dec. cons. 192.*

num. 2. Card. Parif. conf. 36. num. 23. lib. 1. Socin. jun. conf. 68. num. 115. lib. 3. Quodque ea, quæ in contextu unius capituli posita sunt, ad præcedentia vel sequentia minimè referri debeant, *Bart. l. fin. ff. de rebus dubijs. Cardin. Parif. conf. 36. num. 20. lib. 1.*

161 Tertiò, posita in principio non † extenduntur ad sequentia, neque in sequentibus repetita intelliguntur, quando negocia sunt diversa, *Dec. c. secundò requirit. num. 3. extr. appellat.* vel separata, *Socin. conf. 10. lib. 1. Cardin. Parif. conf. 88. num. 33. lib. 1. & conf. 38. num. 24. lib. 2. Socin. jun. conf. 160. num. 59. lib. 2.*

Quartò, clausula in uno capitulo sive §. posita, ad aliud capitulum sive §. rationem diversitatis habentem minimè extenditur, *Bald. l. 1. C. liber. præter. Ang. conf. 28. incip. testator reliquit. Petr. de Ancharan. conf. 67. incip. subtiliter & ad plenum. Roman. consil. 280. incip. in casu. Dec. c. secundò requirit. num. 3. extr. de appellat. Dec. conf. 213. Cardin. Parif. conf. 36. num. 25. lib. 1. Socin. jun. consil. 1. num. 29. lib. 1. & conf. 68. num. 117. lib. 3.*

Quintò, posita in uno capitulo vel §. nunquam partiguntur ad aliud capitulum sive §. quando alius §. *sive capit.* continent materiam favorabilem, quæ debet extendi & ampliari, si per talem relationem sive porrectionem restrictio illius §. *sive capituli* induceretur, *c. cùm dilectus. & ibi Innoc. extr. de donat. Alex. conf. 48. col. 4. lib. 1. & conf. 213. lib. 2.*

Sextò, ea, quæ in uno capitulo vel §. dicuntur, nunquam intelliguntur in alio capitulo vel §. repetita, quando intentio disponentis effectum habere potest, etiam tali repetitione non facta, *Anton. de Butr. & Imol. Clem. 1. de supplen. neglig. Prælat. Alex. consil. 48. num. 10. lib. 1. & conf. 213. lib. 2. Dec. c. secundò requiru. num. 3. limitat. 9. extr. de appellat.*

Sed certum est, quòd in casu præsenti intentio Legislatoris ad successionem feudi fœminas admittentis effectum sortiri potest, etiamsi discrimen inter majora feuda, quòd in præcedenti capitulo de solennitate infeudandi feuda aperta ad qualificandum illud capitulum ponitur, non repetatur, quodque illi duo §§. contineant & orationem & negocia diversa & separata, nec non etiam diversam & separatam rationem habentia, cùm unum agat de feudis jam apertis, aliud loquatur de feudis nondum apertis, inter quæ magnam rationem diversitatis militare dubio omni caret, *arg. l. patre furioso. & ibi Ias. & Dd. ff. his quibus ut indig.*

Similiter §. admittens ad successionem feudi fœminas est favorabilis & extendendus, sicut hoc superiùs docuimus, & hac relatione sive repetitione facta dispositio illius multum restringeretur, quod minimè fieri debet.

Et sic satis superque liquet, quòd illud discrimen inter minora & majora feuda, quòd in constitutione Monasteriensi fit in illo §. in quo agitur de solennitate infeudandi feuda aperta Episcopo, non debeat extendi neque intelligi repetitum in alio §. in quo de successione fœminarum tractatur.

Trigesimo tertiò, constitutionis Monasteriensis admittentis fœminas ad successionem feudi, nulla alia ratio assignari potest, nisi quòd feuda penes omnes descendentes primi acquirentis, tam masculos quam fœminas remanere debeant, quæ ratio æquè militat in feudis majoribus, sicut in feudis minoribus.

Et clari & indubitati juris est, † quòd in omnibus illis casibus, in quibus eadem ratio militat, idem quoque jus statuendum sit, prout hoc supra diximus. 162

Et similiter clari juris est, quòd † posita vel dicta in uno §. in alio §. nunquam intelligantur repetita, quando vel ratio generalis dispositionis vel verisimilis mens disponentis refragatur, *Card. Parif. conf. 36. nu. 18. lib. 1. Socin. jun. conf. 64. lib. 3.* 163

Trigesimo quartò, ex instrumentis productis liquet, ad successionem Baroniæ controversæ fœminas aliquoties admissas fuisse, ex qua observantia constitutio Monasteriensis, posito, quòd in illa alioque dubium fuerit, ita declarata est, quòd illa constitutio etiam in feudis majoribus locum habere debeat, etiam posito, hoc alioquin clarè ex constitutione non constare.

Trigesimo quintò, in † Ducatu Clevensi, nec non etiam Marchiæ constitutione, Ducis Clevensis simpliciter & indefinitè cautum est, quòd omnia omninò feuda non existentibus filiis ad filias devolvi debeant, & in Ducatu Geldrensi, Episcopatu Osnabruggensi & Trajectensi consuetudine receptum 164

receptum est, ut non existentibus filiis vel agnatis, fœminæ, nec non etiam ex fœminis descendentes ad successionem feudorum sine discrimine, sive illa feuda sint magna, sive parva, item sive illi, qui succedere cupiunt, ibidem domicilium habeant sive non, admittantur.

165 Et clari & indubitati juris est, quod † constitutio unius loci sive Episcopatus, si in ea aliquid dubii subsit, per constitutiones atque consuetudines vicinorum locorum declarari atque interpretari debeat, *Petr. de Castr. cons. 437. lib. 2. Matth. de Afflict. decis. Neapol. 248. col. 4.*

166 Trigesimo sextò, hoc confirmatur etiam ex proverbio generali usitato in Episcopatu Monasteriensi atque vicinis locis, quod tale est, † Der krumme Stab schleust niemand aus / nec fit illa distinctio in illo proverbio, inter feuda magna & feuda parva: item nec inter personas utrum illi sunt subditi vel non.

167 Et dubium non est, proverbia ad † decisionem causæ allegari posse, *c. etsi Iudæos extr. de Iudæis. l. solent. & ibi Alberic. de Rosat. ff. offic. consul. l. si chorus. §. fin. ff. legat. 3. Alberic. de Rosat. l. septimo mense. ff. statu homin. Ias. l. 1. nu. 36. ff. si cert. pet.*

168 Trigesimo septimò, † si fœmina per statutum fuerit habilitata ad successionem feudi eo pacto, ut masculis & fœminis simul & in eodem gradu extantibus, masculus fœminæ præferatur, fœmina semel exclusa non censetur perpetuò sed tantum ad tempus, donec videlicet masculus & descendentes ex eo supersunt, exclusa, ideoque si masculus postea absque descendentibus discesserit vel descendentes ex eo defecerint, fœmina etiam semel exclusa ad successionem feudi admittitur, *Socin. cons. 19. num. 7. lib. 1.*

169 Idem est, si fœmina † per consuetudinem fuerit habilitata, ad successionem feudi: tunc enim fœmina & transversalis & semel exclusa ad successionem illius feudi a quo semel exclusa fuit, admittitur, sicut hoc satis probatur pro textum *in c. significavit. extr. rescript.* in quo *text.* dicitur, sororem fratri successisse in comitatu & sic in re feudali, à quo ipsa semel per fratrem exclusa fuit, & *Vincent. Bald. Anton. de Butr. Panorm. & Ægid. Bellemera reliquiq; Dd.* ibi illius rei hanc assignant rationem, quia fœmina secundum consuetudinem illius loci ad successionem feudi admittebatur.

Et sic Dd. ibidem communiter volunt, eo casu, quo secundum consuetudinem illius loci fœminæ ad successionem feudi admittuntur, fœminam & transversalem & semel exclusam ad successionem illius feudi a quo exclusa fuit, admitti, & idem sentit *Socin. jun. cons. 75. num. 31. lib. 1.*

Dum videlicet ipse concludit, etiam fœminam transversalem ad successionem feudi admitti, ad hoc allegat *text. in d. c. significavit.*

Et confirmatur evidentissima ratione. † Namque in decidendis causis feu- 170 dalibus, potissimum & inprimis observari debet consuetudo loci, ubi feudum situm est, nam talis consuetudo vincit legem, & omnes alias consuetudines traditas in usibus feudorum, secundum textum apertum in *cap. 1. & ibi glos. 1. de feud. cognit.* nec hoc mirum videri debet, cum in materia feudali omne jus videatur quæsitum a consuetudine, *Bart. l. ut jusjurandum. §. si liberi. ff. operis libertorum. Bart. & alii Dd. l. de quib. ff. de legibus.* atque natura feudi consuetudine potius quàm jure scripto reguletur, *cap. 1. de success. feud. Raph. Cuman. cons. 143. post princip. Corn. cons. 97. col. 6. lib. 1. Guido. Pap. cons. 18. col. 1. numer. 8.*

Ideoq; consuetudines feudales contraria consuetudine tolli possunt, *Bald. & Dd. l. 2. in princip. ff. vulg. pupill. Dec. cons. 39. col. 7. nu. 12. Dd. l. in moræ. ff. acquir. hæred. Ias. l. de quibus. num. 54. & 69. ff. legibus,* & consuetudo posterior derogat priori, *l. Mela. §. sed si alimento. ff. aliment. & cibar. legat. c. cum de beneficio de præbend. lib. 6. Roman. l. post dotem. col. 13. ff. solut. matr. Fel. c. jus generale distinct. 1.*

Quinimò, vera & regularis natura alicujus feudi est illa, quæ determinatur à consuetudine loci, in quo feudum situm est, *cap. 1. de feud. cognit. Carol. Molin. in consuet. Paris. titul. 1. §. 7. num. 32. facit. text. l. quod si nolit. §. quia assidua. ff. ædilit. edicto. l. licet. & l. circa. C. de locat.* Sicut enim natura non præsumitur separara à subjecto, ita nec communis usus & consuetudo cui natura inest, *Bald. l. contractus col. penult. C. fide instrument.* & consuetudo perindè ut natura informat omnem contractum, *Bald. l. sed & ff. de legib omnemq; dispositionem, Petr de Anchor. c. si propter oppos. 4. de rescript. lib. 6. Ias. & Dec. l. certi condictio. §. si num. ff. si cert. petat. Ias. & Dec. l. ut liberis, C. de collat.*

Et similiter dubium non est, quod obstaculo remoto, per consuetudinem & statutum reducamur ad dispositionem juris communis, *l. si unus. §. pactus ne peteret. ff. de pactis. c. ab exordio, distinct. 35.* quo jure dubium non est, fœminam propter masculam exclusam masculo decedente succedere.

171 Nec obstat † textus in *c. 1. §. quin etiam Episcopum vel Abbatem.* namque ille textus ultra hoc, quod plures intellectus habet, eamque ob causam ad decisionem causarum allegari nequeat, juxta doctrinam *Bart. l. in ambiguo. ff. rebus dubiis.* loquitur tantum in eo casu, quando fœmina per pactum sivè tenorem investituræ ad successionem feudi admittitur, inter quod pactum & consuetudinem sive statutum maxima ratio diversitatis militat, & pactum est longè debilius statuto sive consuetudine, ideoque de pacto ad statutum sive consuetudinem negativè argumentari non licet, & non sequitur, fœmina per pactum admissa ad successionem feudi & semel exclusa, ulterius succedere nequit.

Igitur & fœmina per statutum sivè consuetudinem habilitata, ad successionem feudi & semel exclusa ulterius succedere non potest, prout hoc satis probatur per id, quod tradit *Bart. & Alex. l. alia. §. eleganter. ff. solut. matr. Bart. l. omnes populi. num. 26. ff. just. & jur.*

172 Trigesimo octavò, † exclusio per statutum vel constitutionem factam, est quædam species exhæredationis, *Bald. l. si depunctus. col. 1. C. suis & legitim. Barbat. conf. 16 lib. 1. Roman. l. apud Iulianum. §. idem Iulianus. ff. ad SC. Trebell. Alex. conf. 131. lib. 2. Ias. conf. 105. col. fin. lib. 4. Card. Paris. conf. 146. num. 18. lib. 4. Socin jun. conf. 30. num. 20. lib. 1. conf. 5. num. 13. lib. 2. Tiraq in tract. de utroq. retr. part. 1. §. 1. gl. 8. num. 13. Bart. l. 1. §. sciendum ff. de suis & legitimis. Bald. l. maximum vitium. C. de liber. præterit.* faciunt ea quæ notantur, *l. qui volebat. ff. hæred. instit.*

Quod etiam in exclusione fœminarum à feudi successione facta, locum habet, cum talis exclusio & exotbitet à jure communi, *Card. Paris. conf. 4. num. 5. lib. 1.* & sic contra jus commune, *Card Paris. conf. 21. nu. 1. lib. 1.*

173 Ideoque talia † statuta & consuetudines excludentes fœminas, sunt strictè interpretandæ, tenaciter intelligendæ & restringendæ, ut tantum locum habeant in casu & persona expressis, *Andr. Barbat. conf. 16. lib. 1. Albert. Brun. in tract. de statutis excludentibus fœminas act. 9. quæst. 1, Card. Paris. conf. 47. nu. 80. lib. 3. Socin jun. conf. 30. nu. 70. lib. 1. & conf. 5. num. 13. lib. 2. arg. l. 1. & 2. ff. liber. & post. l. 3 §. hæc verba. ff. negot. gest. l. quicquid astringendæ ff. verb. oblig.*

Nec ullo modo ad consequentias trahendæ, *Bald. conf. 411. in fin. lib. 3 Dec. conf. 334. num. 3. Card. Paris. conf. 47. num. 81. lib 3.*

Et satis est, quod talia statuta sive consuetudines operentur in aliquo, licet in aliis reddantur superflua, *Card. Paris. conf. 47. n 83. lib. 3.* ubi ad hoc allegat notata in *l. fin. §. in computatione. C. de jure deliberand. Albert. Brun. in tractat. de statut. excludens fœminas act. 9. quæst. 1. col. 2. act. 8. quæst. 20. col. 2. act. 7. quæst. 1. & act. 5. quæst. 36.* & quod exclusio facta in uno casu, per statutum vel constitutionem non extendatur ad alium casum, tradit *Socin. consil. 28. nu. 18. usq. ad nu. 23. lib. 4.* ubi ipse hoc multis rationibus comprobat, idem tenet *Socin. jun. conf. 30. nu. 12. lib. 1. conf. 4. num. 13. lib. 2. Card. Paris. conf. 47. num. 88. lib. 3.*

Cum itaque textus † in *c. 1. §. quin etiam Episcopum vel Abbatem*, loquatur tantum in eo casu, quando fœmina ad successionem feudi per pactum habilitata fuit, atque quandu quis feudum acquisivit eo tenore, ut ejus descendentes masculi & fœminæ illud feudum habeant, sequitur, illum §. non esse extendendum ad illum casum, quando vel fœmina per statutum vel consuetudinem habilitata vel feudum alio tenore acquisitum fuit. 174

Trigesimo nonò, text. † in *c. 1. §. quin etiam*, quatenus disponit, fœminam semel exclusam à successione feudi ulterius ad illud feudum non admitti, intelligitur, quod tantum locum habeat locū donec masculus superest, prout hoc expressè tenet *Socin. jun. conf. 76. n. 112. & 113. conf. 104. n. 12. lib. 1.* & idem est de mente, *Bald. c. significavit. num. 1. extr. rescript.* dum videlicet Bald. ibi concludit, si feudum fuerit copulatione acquisitum pro masculis & fœminis, fœminas ad illud in subsidium admitti, item vult *Panor. c. dilecte. num. 11. extr. de arbitris.* dum ibi tradit, si in concessione feudi dictum fuerit, ut ad illud admittantur masculi & fœminæ propter normam feudi, illam concessionem ita intelligendam, ut fœminæ ordine successivò non extantibus masculis admittantur, eandem sententiam complectitur *Bart. l. ut jusjurandum. §. si liberi. num. 5. ff. operis liber.* dum videlicet ibi dicit, ad successionem feudi fœminas admitti demum, deficientibus masculis, ejusdem opinionis est etiam *Fulgos.* 175

Fulgos. cons. 8 *& cons. 12. Iacob. de Be lvis & Matth. Laudens e.quinetiam Episcopum vel Abbatem. Alciat. resp. 162. n 20. Socin. jun. cons. 76. nu. 113. lib. e. & cons 104. nu. 12 lib. 2.* dum videlicet ibi concludunt, *text. in c. 1. § quin etiam Episcopum vel Abbatem.* disponentem, filiam semel exclusam, perpetuò intelligi exclusam, esse intelligendum, quo ad successionem patris non autem quoad successionem fratris vel ulterioris agnati: & hanc sententiam etiam tenere *Bald. Alvar. Odofr. & Ioh. Blancum,* attestatur *Alciat.* in loco superius citato.

Hæcque opinio probatur per text. in *c. v. § filia verb. non extantib. masculis de successione feud.* ex quo liquet, quod filia non excludatur a successione feudi, nisi quamdiu masculus supetest, idem probat *text. c. 1. de eo qui sibi & suis hæred.* dum videlicet textus ibi dicit: non enim patet locus fœminæ in successione feudi, donec masculus superest, ex eo, qui primus de hoc feudo fuit investitus.

Et clari & indubitati juris est, quod fœmina exclusa non simpliciter, sed donec vel quandiu masculus vivit vel superelt, non perpetuò, sed temporaliter tantum exclusa esse censeatur, & masculo deficiente, ad illud, a quo semel exclusa fuit, admittatur, *Bart. l. fin. ff ad SC. Tertul Socin. cons. 92. lib. 1. cons. 50. col. 1. lib. 3. Bald. cons 367. nu. 5. lib. 5. Bald. Auth sed etsi quis. C. secundis nupt. Albert. Brun. in tract. statutorum exclud fœm act. 10. quæst. 5. Alciat. resp. 162. num. 20. Socin. jun. cons 1. num. 75. cons. 76. num. 113. lib. 1. & cons. 114. nu. 1. lib. 2. Card. Paris. cons. 85. num. 4. lib. 2. & cons 72. num. 102. lib. 4. Tiraq. rep. l. si unquam verb. susceperit liberos, nu. 194. C. de revoc. donat.*

Quod etiam in feudis locum habere, exprefse & in specie decidit *Alexand. cons. 29. num. 7. lib. 1. Ruin. cons. 9. num. 6. & 7. lib. 1. Andr de Isern. in constient. regni incip. ut de successione. Card. Paris. cons. 22. num 20. & 21. & cons. 23. num. 56. lib. 1. Curt. in tract. feud. e. part. 5. part. princip. num. 32. limitat. 2. Alciat. resp. 170.*

Pro hac eadem sententia confirmanda facit etiam, quia exclusus semel a feudo per contractum, renunciationem vel refutationem, nempe, non perpetuò, sed tantum donec vivunt illi, in quorum favorem illa renunciatio facta fuit, exclusus intelligitur, illisque decedentibus nihilominus ad successionem illius feudi, a quo semel exclusus fuit, admittitur, *cap. 1. & ibi Dd. de eo qui finem fecit. Bald. l. 1. ff. rerum divsion. Alexand. l. 1. §. veteres. & ibi Ias. num. 24. ff. acquir. poss. ubi Ias.* attestatur, hanc opinionem communiter receptam esse.

Cum itaque dispositum de pacto, etiam in statuto vel consuetudine locum habeat, atque a pacto ad statutum, sive consuetudinem bonum argumentum sit, sequitur, simili modo, & eum qui per statutum sive consuetudinem à successione feudi semel exclusus fuit, non perpetuò, sed tantum temporaliter, donec videlicet illi in quorum favorem exclusio facta est, supersint, exclusum intelligi.

Deinde, hanc sententiam confirmat text, *cap. 1. de gradibus succed. in feud. cap. 1. in princ. de natur. success feud.* ubi deciditur, licet in successione feudi proximiores excludant remotiores, istos tamen remotiores non perpetuò, sed superstitibus tantum proximioribus eorum per descendentes exclusos intelligi.

Similiter hæc sententia probatur per *text l. cum ita. §. fin. & l. peto. § fin. ff. legat. 2. l. fin. C. verb. significat.* ubi deciditur, ad fideicommissum relictum uni de familia ea conditione, ut in familia maneat, proximiores quidem præferri remotioribus, sed remotiores semel exclusos, non censeri perpetuò, sed temporaliter tantum exclusos.

Cum itaque feuda æquiparentur fideicommisso, relicto uni de familia, ea conditione, ut illud semper in familia remaneat, atque vasallus sive possessor feudi perinde intelligatur gravatus feudum post mortem suam aliis descendentibus vel agnatis suis restituere, sicut is, cui fideicommissum ea conditione relictum fuit, ad hoc obligatus est, prout hoc exprefse tradit *Andr. de Isern c. 1. § hoc quoq. nu. 9. & ibi Matth. de Afflict. nu. 8 de success feud. Andr de Isern. cap. 1. §. quid ergo n. 7. & ibi Matth. de Afflict. n. 20. de investitur. de re alien. fac. M. de Afflict. cap. 1. in prælud. feudor. num. 178. Cardinal. Paris. cons. 65. num. 16. lib. 3.* sequitur, simili modo & cum, qui semel a succesione feudi exclusus fuit, ab eo feudo non perpetuò sed donec is superest, in cujus favorem exclusio facta est, exclusum censendum, cum dispositum de uno ex æquiparatis, etiam in alio æquiparatorum locum habeat, *gl. l. si quis servo. C. de furtis. gl. l. quod verò. ff. de legibus.*

Eodem

Eodem modo hanc sententiam confirmat, quod traditur, secundo genitum ejusque descendentes a primogenito semel exclusos, non intelligi perpetuò, sed temporaliter tantum, donec videlicet primogenitos ejusque descendentes extant exclusos, eamque ob causam illis mortuis ipsos ad illud jus, à quo semel exclusi fuere, admittendos, *Card. Parisf. consf. 72. nu. 101. & 102. lib. 4.* ad hanc eandem sententiam confirmandum facit, quod filia vel alia fœmina semel exclusa ab emphyteusi, in cujus concessione dictum fuit, ut masculi præferantur fœminis, non perpetuò sed ad tempus, donec videlicet masculi supersunt, exclusa censetur, *Paul. Cast. cons. 30. lib. 2. Socin. jun. cons. 104. num. 12. & 15. lib. 2.*

Huc accedit, quod semel exclusus ita demum intelligatur perpetuò exclusus, quando qualitas exclusiva inducitur simpliciter & cum quadam perfectione, alioquin verò secus, *Socin. jun cons. 1. nu. 74. & 75. lib. 2.*

Similiter & fœmina semel exclusa, ita demum censetur perpetuo exclusa, quando excludenti est quæsitum jus irrevocabiliter, secus autem est, si ipsi revocabiliter tantum jus quæsitum sit, prout hoc sentit *Alciat. resp. 161. num. 20. & respon 172. num.* 10. sed certum est, quod vasallo excludenti fœminam a successione feudi acquiratur jus non irrevocabiliter sed revocabiliter, donec videlicet ipse & descendentes illius vivunt, & sic qualitas exclusiva non inducatur simpliciter neque cum perfectione.

Igitur etiam ex hoc capite sequitur, quod verior sit illorum Dd. sententia, qui volunt, fœminam semel exclusam à successione feudi non perpetuò, sed donec masculus superest, exclusa intelligi.

Ultra prædicta hanc sententiam comprobat, quia exclusio fœminarum, quæ in feudis propter masculos fit, respicit tantum favorem masculorum, & sic est privilegium ipsorum masculorum, ideoque ipsis masculis cessantibus cessare & ulterius fœminæ atque descendentibus ex illa obesse non debet.

Tùm, quia personale privilegium ad alios non extenditur, *c. privilegium, & ibi Dyn. de reg. jur. lib. 6.*

Tum, quia cessante causa exclusionis, & ipsa quoque exclusio cessare debet, *l. si instituta. l. potest filium & l. si is qui ff. inoffic. testamento. l. Gallus. §. in omnibus. l. inter cæteras. ff liber. & posth. Bald. cons. 21. lib. 3. & cons. 478. lib. 5. Dec. cons. 379. nu. 5.*

His adde, quod secundum communem atque receptam Dd. sententiam fœmina exclusa ab una successione non intelligatur ab alia successione exclusa, quodque eam ob causam fœmina exclusa à successione patris, non prohibeatur succedere, secundum communem & receptam Dd. sententiam, *Bart. l. fin ff. ad SC. Tertull. Bald. c. 1. §. quin etiam Episcopum vel Abbatem. Raph. Fulgos. l. quanquam 1. notab. arg. ill. text. C. ad l. Falcid. Francis. Aret. & Alex. l. 1. §. veteres. & ibi Ias. nu. 20. ff. acquir. poss. Alciat. resp. 162. nu. 2.* quod etiam ex eo suadetur, fœminam semel exclusam non censeri perpetuò exclusam in diversis substitutionibus, *Ruin. cons. 151. nu. 3 lib. 2.*

Ultimò, hanc sententiam comprobat, quia verisimile est, id actum esse, ut fœmina descendens à primo acquirente feudum, atque ab ea progeniti feudum potius habeant quàm Dominus, ordineque successivo prius masculi quàm fœminæ, *Alciat. resp. 162. num. 2 1 arg. l. Gallus. §. 1. ff. liberis & posth.* cum non sit verisimile, nec ullo modo admittendum aut recipiendum, quod quis voluerit extraneos descendentibus suis præferre, *Bald. cons. 362. lib. 4. Corn. cons. 97. col. 4. & 5. lib. 1. Otto de Nicolinis inter consilia. Socin. cons. 152. col. 2. Imm l. Gallus. §. instituens. ff. liberis & posth. Alex. cons 1. num. 12. lib. 1. Card. Parisf. cons. 72. nu. 101. lib. 1.*

Et sic ex prædictis liquet, veriorem & receptiorem esse illorum Dd. sententiam, qui concludunt, fœminam semel a successione feudi exclusam, per masculum ejusque descendentes non perpetuò sed temporaliter, donec videlicet masculus vivit, exclusam censeri, ideoque masculo postea defuncto, eam atque descendentes ex ea ad feudi successionem admittendos, eam ob causam, illa sententia omninò & tenenda & sequenda, nullo habito respectu, quod aliqui contrarium teneant, cum ea sententia sive opinio & in judicando & consulendo semper sequenda sit, quæ fortioribus rationibus comprobatur, etiamsi communis Dd. opinio contraria sit, *l. 1. §. sed neq. C. de veter. jure enucl. l. Æmilius ff. minoribus. c. Capellanus. & ibi Abb. extr. feriis Abb. Fel. Dec. & Dd. c. 1. extr. constitut.*

Quadragesimò, pro Domino actore adduci potest & id, quod Dd. tradunt, fœminam habilitatam ad dignitatem regalem, hæreditariam & allodialem, non exstan-

exſtantibus maſculis per exiſtentiam maſculorum ſemel ab illa dignitate excluſam, mortuis maſculis ad illam dignitatem rurſus admitti, *Bald. c. ſignificavit. num. 1. extr. reſcript. Abb. c. dilecti. num. 11. extr. de arbitris. Tiraq. in tract. de primogenitu. quæſt. 10. num. 9.*

Quadrageſimo primò, dubio omni
176 caret, † feudum eſſe rem reſtitutioni ſubjectam, atque vaſallo poſſeſſori in feudo eſſe quæſitum jus non irrevocabile ſed revocabile, ipſumque intelligi gravatum feudum poſt mortem ſuam aliis reſtituere, ſicut hoc ſupra ex communi & recepta Dd. ſententia docuimus.

177 Et clari juris eſt, quod † ſecundum juris communis diſpoſitionem ſemel excluſus a rebus reſtitutioni ſubjectis, ab illis non perpetuò ſed tantum donec excludens ſupereſt, excluſus intelligatur, *l. cum ita. § fin. ff. de legat. 2.* cum ſimilibus ſuperius allegatis. Ex quo ſequitur, etiam poſito, ſed tamen non conceſſo diſpoſitionem *d. §. Quin etiam*, ita intelligendam, quod fœmina ſemel a maſculo excluſa in perpetuum excluſa cenſeatur, ita ut etiam poſtea mortuo maſculo ad ſucceſſionem feudi non admittatur, illam diſpoſitionem a jure communi exorbitantem eſſe, eamque ob cauſam ſtrictiſſimè interpretandam, nec extra verba vel illum caſum, in quo loquitur, extendendam, cum ea, quæ a jure communi exorbitant, ſtrictè intelligenda, nec extra verba vel illum caſum, in quo loquuntur, extendenda ſint, *l. jus ſingulare. l. quod verò & l. in his ff. legibus. c. quæ à jure communi. & ibi Dyn. de reg. jur. lib. 6. cum ſimilibus ſupra allegatis.* Ideoque, cum *d. §.* loquatur eo caſu, quando in inveſtitura eſt facta mentio fœminarum deſcendentium, ſequitur, illum §. non habere locum, quando de deſcendentibus expreſsè mentio facta non fuit, prout hoc poſt vetuſtiores expreſsè tradit *Socin. jun. conſ. 76. num. 112. lib. 1.* prout etiam hanc diſpoſitionem locum non habere Dd. tradunt, quando quis feudum pro ſe & hæredibus ſuis utriusque ſexus acquiſivit, *Card. Pariſ. conſil. 23. num. 56. lib. 1.* licet in hoc ultimo contrarium ſed male teneat *Paul. Caſtrenſ. conſ. 191. lib. 2.*

Rurſusque ex hoc infertur, cum in caſu præſenti neque in inveſtitura feudi controverſi neque in conſtitutione Monaſterienſi deſcendentium mentio facta fuerit, diſpoſitionem *d. §. Quin etiam*, non habere locum in caſu præſenti.

Quadrageſimo ſecundò, † poſito, *d. §.* 178
Quin etiam, eum intellectum habere, quod fœmina ſemel excluſa, in perpetuum ad ſucceſſionem feudi etiam mortuis maſculis admitti non debeat, illius deciſionis illa ratio redditur, quia fœmina ſui natura eſt incapax feudi, *Socin. jun. conſil. 104. num. 12. lib. 2.* Quæ ratio ceſſat eo caſu, quando fœmina per ſtatutum vel conſtitutionem loci ad ſucceſſionem feudi admittitur, & ſic capax feudi efficitur eam ob cauſam, quia feuda naturam ſuam potius ſortiuntur a conſuetudine ſive ſtatuto loci, quam à jure communi feudali, *Carol. Molin. in conſuetud. Pariſ. titul. 1. §. 7. num. 32. arg. cap. 1. de feud. cognit.* cum ſimilibus ſuperius allegatis Ideoque & eo caſu diſpoſitio illius. §. ceſſare debet, cum ſit clari & indubitati juris, quod ceſſante ratione legis vel conſtitutionis, etiam ipſa quoque lex ſive conſtitutio ceſſet, *l. adigere. §. quamvis ff. jure patronat. l. quod dictum. & ibi Bart. & Ang. ff. pactis. gl. l. cum tale. §. falſam. ff. condit. & demonſtrat.* quodque etiam correcta ratione legis vel conſtitutionis ipſa lex ſive conſtitutio correcta & abrogata intelligatur, *gl. l. 1. in princip. verb. providentia. & ibi Alexand. in addit. ad Bartol. ff. legit. tutor. gl. l. 1. C. eod. titul. gl. l. 1 §. filiusfamilias ff. de donat. cauſ. mort. Bald. conſil. 179. lib. 1. Salycet. Auth. ingreſſi. C. Sacroſanct. Eccleſ. Imm. & Roman. l. 2. §. final. ff. de donat. Felin. cap. 1. col. 6. & ibi Dec. lect. 1. col. 4. & Auguſtin. Bero. num. 86. extr. conſtitut. Iaſ. l. ſi quis filium. col. penult. C. inoffic. teſtamento. Auguſt. Bero. c. qui in Eccleſiarum. num. 189. extr. conſtitut.* & per conſequens, cum per conſtitutionem Monaſterienſem fœminæ & deſcendentes ex fœminis ad feuda habilitentur, dubio omni caret, diſpoſitionem *d. §. Quin etiam*, in caſu præſenti locum non habere, atque caſum præſentem remanere in diſpoſitione juris communis, qua cavetur, quod ſemel excluſus a feudis reliquisque rebus reſtitutioni ſubjectis, non perpetuò, ſed temporaliter tantum, donec videlicet excludens ſupereſt, excluſus intelligatur.

Quadrageſimo tertiò, quando fœmina
per † ſtatutum vel conſtitutionem ad ſuc- 179
ceſſionem feudi admittitur, ipſa reducitur

ad jus

ad jus commune, *Card Parif.conf.4.nu.5.conf. 12.nu.12.lib.1.*

180 Et certum est, † quod de jure communi fœmina semel exclusa a rebus restitutioni subjectis, non perpetuò, sed tantùm temporaliter, donec videlicet excludens supererit, exclusa intelligatur, *d. l. cum ita. §.fin.ff. legat.2.*

181 Quadragesimo quartò, † fœmina vocata post masculos semel exclusa non perpetuò, sed tantùm donec masculi supersunt, exclusa intelligitur, *Card.Parif.conf.22.nu.20. lib.1.*

Idem est, si fœmina ad successionem feudi fuerit vocata non simpliciter sed deficientibus masculis, *Ruin.conf.9 nu.6.7.& 8.lib.1.Alciat.respons.170.*

Tùm, quia fœmina vocata deficientibus masculis, intelligitur vocata post mortem eorum, *gloss.§.hinc nobis verb.deficientis. Auth. de hæredit. & Falcid. Alberic. in suo dictionario. verb. deficienti. Card. conf.53. num. 3. lib.2.*

Tùm quia §. *Quin etiam*, non loquitur in hisce terminis, & certum est, illum. §. cum a jure communi exorbitet, non esse extra terminos suos extendendum.

Tum, quia hæc qualitas, deficientibus nempe masculis, non respicit certum tempus.

Et clari & indubitati juris est, quod
182 quando qualitas sive † conditio certum tempus non respicit, non sufficiat conditionem vel qualitatem semel extitisse, *Socin. l. solemus. ff. condit. & demonstrat.*

Tùm, quia hæc qualitas deficientibus nempe masculis, non respicit initium actus, sed potius progressum sive perseverantiam, & clari & indubitati juris est, quod non sufficiat conditionem semel extitisse, quando illa conditio respicit progressum sive perseverantiam, *Alexand.conf. 53. lib.6. Dec. l. si quis hæredem. num. 3. C. instituat. & substitut.* eodem jure utimur, si in investitura dictum fuit, ut fœminæ succedant, quandocunque masculi defecerint, *Ruin. consil. 9. numer. 6. lib.1.*

Cum itaque in casu præsenti per constitutionem Monasteriensem, fœminæ ad successionem feudi tandem post masculos sive in defectum masculorum vocatæ sint, sicut hoc satis liquet ex illis verbis constitutionis: Die Güter die man hefft von unser Kercken in Mangüter oder Dienstmangüter/ sind dar nene Sohns folgen / sollen wi lothen vorfallen vermittels erblicher Folgung auff die Töchter als auff die Söhne/ sequitur, dispositionem *d.§. Quin etiam*, in casu præsenti locum non habere.

Quadragesimo quintò, descendentes masculi ex illa fœmina quæ semel exclusa fuit, non intelliguntur perpetuò à feudo exclusi, eo casu, quando ipsi ad feudum sive ejus successionem ex propria persona veniunt, *Curt. jun. conf. 1. col. 3. vers. etsi dicatur. Socin. jun. conf. 2. nu. 19. lib. 3.* Sed in casu præsenti in defectum filiorum non tantum fœminæ, sed etiam omnes descendentes ex fœminis ad successionem feudi vocati censentur, sicut hoc expresse patet ex illis verbis constitutionis Monasteriensis: Und den Edelman unnd den Frenen/ und den Erven die nicht an sind von Mannes kommen.

Et sic patet, quod descendentes ex fœminis in defectum filiorum ex propria persona ad successionem feudi admittantur.

Igitur sequitur, ipsis non obesse, si forsan mater, avia vel proavia ipsorum, à quo descendunt, semel a feudo exclusa fuerit.

Quadragesimo sextò, fœmina & descendentes ex ea, exclusi semel à successione illius feudi, cujus successio regulatur secundum successionem rerum hæreditariarum, non intelliguntur perpetuò exclusi, sed excludentibus mortuis ad illud feudum, a quo semel exclusi fuerunt, admittuntur, *Card Parif.conf.25.nu. 55.lib.1.*

Quæ sententia confirmatur ex eo, † quia 183
successionis hæreditariæ illa natura est, ut fœmina semel exclusa a successione patris non prohibeatur fratri in iisdem bonis succedere, *Roman. Aret. Socin. Ias & Dd. l. 1. §. veteres. ff. acquir. possess. Cardinal. Parif. conf. 22 num. 17. & conf. 23. nu. 52. lib. 1. Dec. conf. 627. Socin. jun. conf. 104. nu. 11. lib. 2. Alciat. resp. 172. num. 2. & resp. 162. num. 20.*

Sed certum est, quod jus succedendi in feudis per constitutionem Monasteriensem fœminis concessum, reguletur secundum successionem hæreditatis, sicut hoc

satis liquet ex illis verbis: Vermittels erblicher Folgung. Igitur etiam ex hoc capite sequitur, quod in præsenti casu non habeat locum regula, fœminam semel exclusam perpetuò exclusam censeri.

Quadragesimo septimò, Jus succedendi in feudis, fœminis indultum, per constitutionem Monasteriensem per illam constitutionem in omnibus & per omnia assimulatur sive adæquatur juri succedendi in feudum, filiis competens, atq; ad instar illius judicatur, sicut hoc satis liquet ex illis verbis: Auff die Töchter als auff die Söhne.

184 Quia dictio † Sicut sive Prout, similitudinariè ponitur, *Bart. in l. extraneus ad reprimend. verb. prout. Bald. & Dd. l. edita. C. edendo Socin. jun. cons. 75. num. 25. lib. 3.* & omnimodam similitudinem denotat, sicut hoc superius diximus.

Cum itaque jus succedendi in feudum competens filiis illius naturæ sit, ut semel exclusus non intelligatur in perpetuum sed temporaliter tantum, donec videlicet excludens supereſt, exclusus, *cap. 1. de grad. succed. in feud. cap. 1. de natura succ. feud. Carol. Ruin. cons. 12. num 16. lib. 1.* sequitur, & jus succedendi concessum fœminis per constitutionem Monasteriensem hanc eandem naturam habere, quod videlicet ipsa vel descendentes ex ea semel à successione feudi exclusi, non perpetuò, sed temporaliter tantum, donec videlicet excludens & descendentibus illius superest, exclusi intelligantur.

185 Tùm, quia omnis † virtus, qualitas atque natura illius rei, ad quam fit adæquatio, attribuitur rei adæquatæ.

Tùm, quia dispositum de uno ex æquipararis, etiam in alio æquiparatorum locum habet.

Tùm, quia relativo censetur inesse referenti cum omnibus suis qualitatibus.

Tùm, quia quamdiu sic se habent, quòd unum judicatur ad instar alterius, quod judicatur de uno, judicatur & de eo, ad cujus instar judicatur, *gl. c. non debet. extr. de consanguinitat. Anton de Butr. c. fin. in materia extensionis. 5. & 7. fallent. extr. de consuet. Card. Parif. cons. 146. nu. 19. lib. 4.*

186 Quadragesimo octavò, illa † regula, quæ vult, fœminam semel exclusam a successione feudi perpetuò exclusam intelligi, posito, illam aliquo casu procedere, nullo modo habet locum in feudo improprio secundum communem & receptam Dd. sententiam, *Iacob. de Belvis. Bald. Alvarot. Præpos. & Matth. de Afflict. cap. 1. §. Quin etiam Episcopum vel Abbatem. Fulgos. consil. 8. & consil. 12. Cardinal. Paris. consil. 22 nu. 20. & cons. 23. num. 55. & 61. lib. 1. Socin. jun. consil. 110. nu. 5. lib. 2. Alciat. resp. 172. nu. 9.*

Er licet in hoc contrarium teneat idem *Alciat. resp. 170.* tamen de illa contraria opinione *Alciat.* nihil est curandum, tum, quia sibi contrarius, *arg. l. eos. ff. falsis. l. scripturæ. C. fide instrum.*

Tùm, quia illa opinio communiter reprobata est, & certum est, quod communes & receptæ Dd. sententiæ & in judicando & in consulendo sequendæ per jura vulg. supra citata.

Sed Baronia controversa videtur, quòd non omninò sit feudum proprium sed sit feudum improprium.

Tùm, quia illa Baronia titulo oneroso acquisita est.

Tùm, quia ad illius successionem fœminæ admittuntur, etiam extantibus masculis remotioris gradus.

Igitur etiam ex hoc videtur inferendum, quòd illa regula, fœminam semel exclusam perpetuò exclusam censeri, in casu præsenti locum non habeat.

Quadragesimo nonò, quoad hoc, utrum fœmina semel exclusa perpetuò exclusa sit, diligenter sunt inspicienda & consideranda illa verba, per quæ fœmina excluditur, *Alexand. consil. 43. lib. 3. Cardinal. Paris. consil. 22. num. 22. consil 23. num. 57. lib. 1.* Ideoque fœmina exclusa à successione feudi per dictionem Quonsque, Donec, vel similem suspensivam, non perpetuò, sed temporaliter a successione feudi exclusa intelligitur, ideoque mortuis masculis ad illud feudum, a quo semel exclusa fuit, rursus admittitur, sicut hoc expressè tradunt Dd. superius citati, & idem juris esse volunt aliqui, quando exclusio fuit facta non simpliciter sed conditionaliter, *Cardinal. Paris. consil. 22. num. 21. & consil. 23. num. 56. lib. 1.* sed ex verbis constitutionis Monasteriensis satis liquet, fœminam atque descendentes ex fœminis a successione feudi non simpliciter sed tantum temporaliter sive conditionaliter exclusos esse. 187

Tùm, quia constitutio dicit: Sind dar nene Sohn.

Tùm, quia non tantum filiæ, verùm omnes descendentes ex filiabus ex propria persona ad successionem feudi vocantur.

Tùm, quia jus succedendi fœminis indultum, per illam constitutionem est exæquatum juri succedendi in feudum filiis competenti.

Tùm, quia constitutio dicit, illud jus succedendi regulari secundum successionem hæreditatis.

Igitur etiam ex hoc capite sequitur, illam regulam, quæ vult, fœminam semel exclusam, perpetuò exclusam intelligi, in casu præsenti locum non habere.

189 Quinquagesimò, cum in omnibus † dispositionibus tam legum, statutorum, privilegiorum, quàm ultimarum voluntatum, nec non etiam contractuum, potissimum mens, ratio & voluntas inspicienda & consideranda sit, receptum est, illam regulam, quæ vult semel exclusum perpetuò exclusum intelligi, non habere locum, quando constat de cōtraria verisimili mente dispositionis excludentis, *Card. Parif. consf. 72. nu. 100. cum tribus sequentibus. lib. 4.*

Cum itaque in casu præsenti constet, de verisimili mente constitutionis Monasteriensis, quod illa constitutio voluerit fœminas & descendentes ex fœminis à successione feudi nun perpetuò sed tantùm temporaliter, donec videlicet masculi in eodem gradu supersunt, excludere.

Tùm, quia non tantùm fœmina sed specialiter etiam descendentes ex fœminis, ad successionem feudi in defectum filiorum vocantur.

Tùm, quia & disponitur, ut illa successio reguletur secundum successionem hæreditatis & jus succedendi filiabus concessum, exæquatur juri succedendi filiis competenti, sequitur, in casu præsenti illam regulam, quòd semel exclusus perpetuò exclusus intelligatur, locum non habere.

Quinquagesimo primò, fœmina semel exclusa a feudo perpetuò exclusa non censetur, quando actum sive conventum fuit, ut fœmina masculis succederet, *Ruin. consil. 9. num. 7. lib. 1.* idem est, si tacitè vel expressè actum sit, ut fœmina non tantùm patri, verùm etiam fratri succedat, *Ruin. cons. 12. num. 16. lib. 1.* vel si cautum fuerit, ut fœminæ etiam transversalibus sive collateralibus succedant, *Alciat. resp. 162. num. 21.* sed ex constitutione Monasteriensi nempe ex adæquatione juris succedendi filiabus indulti ad jus succedendi filiis competens, collatione successionis hæreditariæ, item & ex eo, quod non tantùm filiæ, sed etiam expressè descendentes ex filiabus ad successionem feudi admittantur, satis liquet atque patet, constitutionem velle, ut fœminæ & descendentes ex fœminis succedant masculis & fratribus, aliisque transversalibus.

Igitur ex hoc sequitur, præallegatam regulam in casu nostro locum non habere.

Quinquagesimo secundò, fœmina semel à successione feudi exclusa, in perpetuum exclusa non censetur, eo casu quando ad illud feudum fœmina exclusa, vel descendentes ex ea semel admissi fuêre, *Card. Parif. consil. 21. num. 24. lib. 1. arg. l. minime. ff. de legibus. c. cum dilectus. extr. de consuetud.* sed in instrumento incipiente: Ich Friederich Herr zu Brunckhorst, quod datum est anno 1490. cautum est, ut Domino Friderico à B. absque hæredibus masculis mortuo, Baronia controversa ad Dominam W. neptem ex feudo, semel exclusam, per venditionem atque cessionem illius Baroniæ revertatur. Ex quo videtur colligi, in Baronia controversa non fuisse inusitatum, quod fœmina semel exclusa, ad successionem feudi iterum fuit admissa. Et per consequens, quod etiam ex hoc capite prædicta regula in casu præsenti locum non habeat.

Quinquagesimo tertiò, hoc quod in præcedenti ratione decidendi dictum est, etiam locum haberet, si vel in Episcopatu Monasteriensi hoc in aliis feudis, præter Baroniam controversam observatū aliquando doceri, vel etiam fides fieri possit, in vicinis Ducatibus vel Episcopatibus talem consuetudinem extare, ut fœminæ etiam semel exclusæ & descendentes ex iis ad successionem feudi admittantur.

Tùm, quia declaratio constitutionis per quoscunque actus facta, ad omnes casus sub constitutione comprehensos, extenditur, *§. fin. Auth. de filiis ante dot. instrument. nat. & fin. Auth. raptor. l. nihil. ff. de conjung. cum emancip. liber. Iaf. l. non dubium. C. de legibus.*

Tùm, quia lex vel constitutio unius loci etiam per consuetudines vicinorum locorum declaratur, sicut hoc suprà indicavimus: cæterum etiam hac observantia sivè hac consuetudine non probata, attamen in casu præsenti fœmina semel exclusa atque ex ea descendentes, nun perpetuò sed tantùm temporaliter exclusam intelligi suprà docuimus.

Quinqua-

Quinquagesimo quartò, dubium non 190 est, quod † fœmina habilitata per statutum vel consuetudinem ad successionem feudi, & ipsa & descendentes ex ea non tantùm ascendentibus verùm etiam collateralibus sive transversalibus in feudum succedant, juxta textum expressum in *c. significavit. & ibi Dd. extr. de rescript. Socin. jun. cons. 74. nu. 31. lib. 1.*

Quod potissimum in casu præsenti locum habet, in quo in constitutione Monasteriensi admittente fœminam ad successionem feudi cautum est, fœminam & descendentes ex ea non tantùm ascendentibus, verùm etiam collateralibus succedere debere, sicut hoc satis liquet ex collatione successionis hæreditariæ, ad quam non tantùm descendentes vel ascendentes, verùm etiam transversales admittuntur, item, ex adæquatione ad jus succedendi filiis competens, quod absque dubio ejus naturæ est, quod transversales transversalibus succedant, nec non etiam ex eo, quod non tantùm filiæ, verùm etiam omnes descendentes ex filiabus, ad successionem feudi vocantur.

Et sic ex prædictis satis liquet, feudum controversum Episcopo Monasteriensi non esse apertum, sed ad Dominum Comitem R. patrem Domini Comitis F. devolutum.

Quinquagesimo quintò, clari & in- 191 dubitati juris est, quod etiam † circumscripto statuto vel consuetudine Dominus feudi obligatus sit, feudum sibi apertum de novo concedere illis, qui primo acquirenti sanguine conjuncti sunt, secundum communem & receptam Dd. sententiam, *gl. Bart. & Ang. l. 1. §. permittitur. arg. ill. text. ff. aqua quotid & æst. Bartol. l. 1. ff. privileg credit Bart. Alexand. & Francis. Aret. l. si mihi & Titio. in princip. ff. de verb. obligation. Bald. c. in præsentia. col. 4 extr. de probat. Bald. Mart. Laudens. & Præpos. cap. 1. quemadmodum feudum ad filiam pert. Bald. Rub extr. de appellat. Bald l ne cut. C. de locat. Bald. in addit. ad Specul. titul de locat. col. 11. Bald. cons. 355. lib. 1. Angel. consil. 184. ex forma. col. pen. Anton. de Butr. & Goffred. cap. 1. extr. de locat. Imm. cap. 2. col. 4. extr de feud. Imm. cons. 27. consil 38. & cons. 68. Cardinal Florent. c. pen. extr. de post prælat. Panorm c. bona. el. 2 num 28. & ibi Cardinal. Petr. de Anchor. & Corset. in addit. Panorm extr. eodem titul, Petr. de Anchoran. cons. 134. cons. 171. & cons. 174. Raph. Fulgos. cons. 4 cons. 118. & consil. 220. Raph. Comens. consil. 166. Roma. l. 2. in princip. ff. solut. matrim. l. prætor. §. fin ff. de oper. no. nunc. Rom. repetit. rub. col. 15. ff. arbitru. & cons. 22. Martin. Laudens. & Præposit. cap. 1. qualiter feud. olim. Iob. de Ana cons. 84. col. 2. Paul. Castrens. cons. 32. lib. 1. consil. 159. & cons. 417. lib. 2. Alexand. cons. 80. lib. 1 cons. 93. lib. 2. cons. 10. lib. 3. cons. 83. & cons. 161. lib. 7. Nicolaus de Mil. in suo repert. in verb. Emphyteusis finita. Barbat. cons. 22. Francisc. Curt. senior. consil. 48. & consil. 50. Curt. jun. in tractat. feud. 1. part. 2. part. princip. quæst. 15 Socin. cons. 99. num. 7. lib. 1. Ias. l. 2. nu. 21. 22. & 23. C. de jur. emphyteu. Ias. l. final. num. 11. C. eod. titul. Ias l. Petrus. num. 10. C. pactis. Dec. consil. 78. cons. 131. & cons. 328. Carol. Ruin. cons. 5. cons. 45. cons. 151. num. 16. consil. 161. num. 35. lib. 1. & cons. 47. nu. 6. lib. 3. Matth. de Afflict. decis. Neapol. 238. Hippolyt de Marsil. sing. 419. Nicol. Everhard. in locis legal. in loco à feudo. ad Emphyteusin. Godzadin. cons. 71. & cons 86. num 23. Franc. Ripa. l 1 ff. de privil. creditorum & in tractat. de peste chart. 48 num. 234. Andr. Tiraq. in tractat de utroq. ret. in præfat. num. 41. Card Paris. cons. 28 lib. 1. Socin. jun. cons. 109. num. 15 lib 2. & cons. 9 lib. 3 Ant. Gab. Rom. in tr. reg lib. 3. tit de jure emphyteutico conclus. lib. 6.*

Et hoc usque adeo verum est, ut Dominus feudi non tantum agnatos ultimi possessoris feudi, sed etiam cognatos ipsius de feudo sibi aperto investire cogatur, *Petr. de Anchor. consil. 70. incip. casus talis est & cons. 172 incip. Dominus Lazarus. Imm. cons. 38. Bero. c. dilecti. num. 48. extr. arbitriu. Socin. jun. cons. 76. num. 121. lib. 1. Bart. l. 1. & ibi Francis. Ripa num. 6. & 7. ff. privileg. creditorum.* ubi *Francis. Ripa* concludit, hanc opinionem communem esse, & idem etiam tenet *Roman. consil. 22.*

Et secundum communem † atque re- 192 ceptam Dd. sententiam etiam in feudo ecclesiastico locum habet, *Bart. l. 1. ff. privileg. creditorum. Petr. de Anchor. cons. 171. & cons. 174. num. 5. Alexand. consil. 80. lib. 1. Decis. cons. 78. consil. 131. & cons. 328. Imm. consil. 38. Ruin. consil. 151. num. 16. lib. 1. cons. 171. num. 36. eod. titul. Hippolyt. singulari. 419. Ruin. consil. 12. numero 22. lib. 1.*

193 Similiter hoc habet locum, † etiamsi illi qui renovationem investituræ ultimo defuncto non linea descendenti, sed linea transversali conjuncti sint, *Dec. consil. 131. num. 3. & cons. 328. num. 6. Ruin consil. 12. num. 22. & consil. 151. num. 2. lib. 1.* idem tenet *Ruin. consil. 85. num. 8. lib. 1. Rom. consil. 22. Imm. consil. 27. & 38. Moderni. cap. 1. quemadmodum feud. ad fil. pert.* eamque sententiam communem esse, attestatur *Dec. in consiliis citatis.* non solùm in primo, verùm etiam in ulteriori gradu, cum Doctores communiter nullam distinctionem nullumque discrimen inter gradus faciant.

194 Deinde hoc procedit † etiamsi illi, qui renovationem investituræ petunt, non sint hæredes illius, qui ultimus defunctus est, *Dec. consil. 78. Bald. & Præposit. cap. 1. quemadmodum feud ad fil. pert. Alexand consil. 80. lib. 1. Ruin. consil. 12. num. 21. consil. 151. num. 21. cons. 161. nu. 35. lib 1. Imm. consil. 27. Francisc. Ripa l. 1. num. 8. quemadmodum feudum ad filiam pertinet.*

195 Nec etiam audiendus est† Dominus feudi, si ille velit feudum pro se usibusque suis retinere, *Dec. cons. 131. nu. 3 & cons. 328. nu 6. Ruin. cons. 12. nu. 22. & cons. 151. num. 20. lib. 1.*

Præterea, hoc usque adeo verum est, ut Dominus feudi quoad feudum sibi apertum etiam Ecclesiam vel aliam favorabilem personam agnatis vel cognatis ultimi defuncti ferre nequeat, *Ruin consil. 151. num. 20. lib. 1.* utque & Dominus feudi præcisè cogatur de feudo sibi aperto alium investire, nec solvendo id quod interest, ab hac obligatione liberetur, *Socin. consil. 99. num. 7. lib. 1.* & Dominus feudi recusans agnatos vel cognatos ultimi vasalli, de feudo sibi aperto investire, dicatur ipsis injuriam adferre, atque propter hanc injuriam ad superiorem appellari possit, *Bart. & Francisc. Ripa. l. 1. ff. privileg credito. Bartol l. 1. § permittitur. ff. de aqua quotid. Abb. c. bonæ. el. 2 num. 28. extr. de postulat. prælat. Anchor. cons. 171. num. 6. Alexand. consil. 80. num. 11. lib. 1. & cons 161. num. 2. lib 7. Præposit cap. 1. quemadmodum feud. ad fil. pertin Iasl. l. 2. num. 21. C. de iure emphyt. Dec cons. 131. num. 2. Ruin. consil 151. num. 16. lib 1. cons. 161. num. 35. lib. 1. Hippolyt. singul. 419. Nicol. Everhard. in sua Topica in loco à feudo ad emphyteusin.* ex quo sequitur, etiam posito sed tamen non concesso, Baroniam controversam Domino feudi apertam esse, Dominum feudi cogi atque obligatum, dicto Domino R. & quia ipse mortuus est Domino F. filio ipsius Baroniam controversam de novo concedere.

Quinquagesimo sextò, pro Domino actore adducitur etiam constitutio Monasteriensis, in qua constitutione expressè actum & conventum est, quod Episcopus Monasteriensis nulla feuda etiam sibi aperta & adjudicata retinere, nec illa ullo modo mensæ suæ applicare debeat, sed quod ipse teneatur illa feuda de novo concedere, vel conjunctis primo acquirenti per lineam masculinam aut fœmininam, si ipsi hanc renunciationem intra annum & diem petierint, vel extraneo apto & habili, si agnati vel cognati primi acquirentis ejus feudi, quod apertum fuit, intra annum & diem renovationem non petierint.

Nec in illa constitutione ulla fit distinctio inter feuda magna & feuda parva, item, inter illa, quæ regalem dignitatem habent, & alia, nec etiam ullum discrimen inter personas renovationem petentes, utrum videlicet ipsi sint subditi vel non: item, utrum ipsi in diœcesi Monasteriensi domicilium habeant an verò, item, quoto gradu is, qui renovationem petit, ultimo defuncto vel primo acquirenti conjunctus sit, item, utrum ipse eum tangat linea ascendenti, descendenti, vel transversali: nec etiam distinguitur, utrum Episcopus feudum sibi apertum pro se usibusque suis retinere, an verò aliis concedere velit.

Igitur sequitur, quod illa constitutio generaliter intelligenda, ac ita interpretanda sit, ut habeat locum in omnibus omninò feudis etiam magnis & regalem dignitatem habentibus, sive illa sint sita in Episcopatu Monasteriensi, sive non, dummodo tamen ab Episcopo sive Episcopatu recognoscantur, item in omnibus personis, sive illi sunt masculi sive fœminæ sive in Episcopatu Monasteriensi domicilium habeant sive non, sive ultimo defuncto vel primo acquirenti linea ascendenti, descendenti vel transversali conjuncti sint,

sint, nulla habita consideratione gradus, nec non etiam in omnibus casibus, sive videlicet Episcopus illud pro se atque usu suo alioquin retinere velit an verò non.

Tum, quia constitutio Monasteriensis loquitur verbis universalibus, & quidem geminatis ac negativis, videlicet verbis nulla feuda, nullo modo retinere debeat.

196 Quæ verba † universalia & sunt majoris efficaciæ, quam verba generalia, *Aymon. Cravett. conf.76. num. 6. lib. 1. Bart l. si ita. ff. auro & argento legat.* omniaque comprehendunt *l. Iulianus ff. legat. 3. c. solita. extr. majoritat. & obedient. c. Romanorum. distinct. 19.* etiamsi major ratio sit in uno quam in alio, *arg. l. 1. §. quod autem ff. aleator. & lusu alea.*

197 Quod potissimum locum haber in † universali negativa, quæ absque omni dubio ad omnes omninò casus extenditur, *Card. Paris. conf. 53. num. 94. lib. 3. arg. l. si is qui ducenta. §. utrum. ff. rebus dubiis.* & semper plus habet virium & roboris, efficaciusque obligat ac magis præcisè astringit, quam universalis affirmativa, *Archidiac. c. si peccaverit. 2. quæstio. 1. Abb. c. novit. col. 13. extr. judic.* & hæc dictio nullo modo præcisam omninò significationem habet, omnemque dispensationem, distinctionem & exceptionem excludit, *gl. Clem. 2. verb. concedatur. & verb. nullo modo. & ibi Dd. de ætate. & qualitate. Ioh. Andr. c. cum ex eo, de elect. lib. 6. Bart. l omnes populi. 3. quæst. 3. quæst. principal. ff. just. & jure Ang. & Imm. l. si quæramus. ff. testamentis. Panorm. c. non magno. col 2. extr. ne Clerici vel Monachi. Roma. conf. 325. col. 2. Barbat. conf 19. lib. 1. Alexand. l. fin. C. testamentis. Curt. sen. consil. 44. Felin. Rudolphus. col. 19. extr. de rescript. Felin. c. at si clerici. §. De adulteriis. col 2. & ibi Dec. numer. 9. extr. ju[illegible]s. Ias. l. 1. §. sublata. lect. 2. numer. 13. ff. ad SC. Trebellianum. Ias l. de populo. §. si quis forte. ff. operis no. nunc.*

198 Quod potissimum & absque omni dubio in casu nostro locum habere debet, † in quo non tantum sunt verba universalia, simplicia, sed verba universalia, geminata nempe, verba, nulla feuda nullo modo, quæ geminatio illud operatur, quod sub dispositione aliqua, etiam illa comprehendantur, quæ alioquin non comprehenderentur, *l. balista. & ibi Dd. ff. ad Senatusconsultum. Trebellian. l. quinquaginta. ff. probat. l. cum firmus. & ibi Bartolus, C. agricol. & censit. lib. 10. Alexand. l. si patroni ff. ad Senatusconsultum. Trebellian. Ruin. consil. 32. numer. 5. lib. 2. & consil. 171. num. 11. lib. 3. Roland. à Valle. consil. 60. num. 21. cum 11. sequentibus.* nullamque penitus restrictionem neque rerum neque casuum neque personarum respiciunt, *gl. l. promittendo. ff. jure dot. Bart. l. generali. §. uxori. ff. usufruct. legat Salycet. l. 2. C. noxal. act. Alexand. l. & si severior. col. 2. C. infantibus. Ias. l. 2. §. Prætor. ait. num. 3. limitat. 1. ff. qui satisda. cog. Nicol. Everhard. in sua Topic. in loco à locutionis geminatione.*

Deinde quoque certum est, constitutionem Monasteriensem dum sanxit, Episcopum feudum sibi apertum de novis cogi concedere agnatis & cognatis primi acquirentis, loqui in materia a jure civili jam disposita sive introducta, cum secundum dispositionem juris communis qui libet Dominus feudi tam laicus quam ecclesiasticus feudum sibi apertum illis, qui primo acquirenti cognatione vel agnatione conjuncti sunt, intra annum & diem hoc petentibus, de novo concedere cogatur.

Et clari juris est, quod † statutum 199
vel constitutio disponens id, quod de jure communi alioquin dispositum erat, nullam omninò restrictionem patiatur, *Bart. Alexand. Ias. Crotus. & Dd. l. 1. §. nunciatio. ff. operis. no. nunc. Bald. l. momentaneæ. 2. notab. & ibi Paul. Castrens. col. 2. & Salycet. quæst. 8. Cod. qui legit. pers. standi in jud. hab. Iohan. Nevizan. consil. 19. num. 1.*

Præterea quoque clari & indubitati juris est, quod omnia statuta omnesque constitutiones ita interpretati debeant, ut aliquid operentur ultra juris communis dispositionem, *Dyn. Bart. Paul. Castrens. Roman. & Alexand. l. 4. §. Prætor ait. ff. damno infect. Bart. l. 3. ff. usucap. Anton. de Butr. & Abb. c. causam extr. dolo & consuet. Anton de Butr. & Imm. Clem. causam de elect. Fulgos. conf. 76. Barbat. l. stipulationum. §. satis acceptio. col. 3. ff. verb obligat. Calcan. conf. 28. Philip Francisc. c. pastoralis. col 1. extr. appellat. Alciat. lib. 1. de verb. sig chart. 5*

Ultimò, pro Domino actore adduci potest, ex actis satis superque liquere, quod Dominus Comes R. ex primo acquirente Baroniam controversam Domino nempe G. primo, originem trahat, atque fuerit abnepos primi acquirentis, ac ultimo defuncto in sexto gradu lineæ transversalis conjunctus, namque procurator Domini Episcopi in sua duplica contra Comitissam a L. fatetur, Dominum G. primum fuisse proavum Domini J. ultimi possessoris feudi, quæ confessio & liquidissima probatio censetur, imò omnes alias probationes superat, *Ias. l. cum te, C. de transact.*

Et licet hæc confessio fuerit facta inter alias personas, tamen illam confessionem probationem facere judicamus.

Tùm, quia illa confessio scripta est, &
200 dubio omni caret, † confessionem scriptam etiam inter absentes plenam fidem facere, *Bart. l. certum. §. si quis absente. ff. de confessis.*

201 Tùm, quia clari juris est, quod † sententia lata in causa filiationis, omnibus & illis, inter quos res acta non est, præjudicet, *l. 1. cum duabus legibus sequentibus ff. de liberis agnosc. gl. & Abb. & Dd. c. pen. extr. de sent. & re jud. Alex. l. sæpe ff. re jud. Tiraq. in tract. res inter alios acta limit. 27.*

Et legibus expressè cautum est, quod in omnibus illis casibus, in quibus sententia præjudicat, alteri nedum confessio, verùm etiam omnia alia acta, alteri noceant, & præjudicent, *Bart. & Dd. l. 2. & ibi Ias. num. 23. limit. 2. ff. edendo. Fulgos. & Roman. sed etsi possessori. §. fin. arg. ill. text. ff. jurejur. Bartol. l. 2. col. fin. ff. judicatum solvi.*

Quod verò Domini G. Primi, filius fuerit Dominus O. eique in Baronia successerit, quod probatur, quoad hoc, ipse Baroniam habuerit ejusque Dominus fuerit, per quatuor instrumenta producta, in quibus ipse Dominus O. appellatur Dominus a B. & C. ex quibus verbis, licet illa enunciativa sint, plenè probatur, quod Dominum Baroniæ controversæ ad Dominum O. pertinuerit, eam ob causam, quia illa instrumenta ante annos 100. sunt confecta, & sic secundum omnium Dd. sententiam nemine penitus refragante, sunt instrumenta penitus antiqua.

202 Et clari & indubitati juris est, † quod verba enunciativa plurium instrumentorum de antiquo plenam fidem faciant, etiam contra tertium, item, etiamsi contingat de enunciato principaliter disputare, *Bald. Salycet. & Paul. Castrens. l. cum aliquis. & ibi Alexand. & Ias. Cod. jure deliberat. Alexand. consil. 12. lib. 4. & consil. 90. col. 3. lib. 6. gloss. c. si Papa. verb. prolata de privileg. lib. 6. Abb. c. super eod. numer. 3. extr. parochiis. gloss. & Abb. c. cum olim. verb. instrumenta extr. de censib. gloss. Abb. Fel. & Dec. c. cum causam extr. probat. Barbat. consil. 17. col. 22. & consil. 61. col. 5. lib. 2. Barbat. c. ex literis extr. probat. Guido Papa. consil. 88 numer. 2. Cornel. consil. 333. numer. 9. lib. 1. Socin. consil. 65. numer. 7. consil. 86. consil. 161. lib. 1. Iason. consil. 81. numer. 2. versicul. solum restat. & consil. 114. numer. 5. lib. 1. Dec. consil. 42 num. 7. & 8. & consil. 428. num. 4. Cardinal. Paris. consil. 104. num. 26. lib. 1. Aym. Cravett. cons. 54. num. 11. lib. 1. & in tractat. de antiquit. temp. 1. part. §. ampliatur. num. 14. Ias. l. admonendi num. 244. ff. jurejur. Hieronym. de Monte in tractat. de finib. cap. 60*

Tùm, quia † plura instrumenta sive verba enunciativa plurium instrumentorum habent vim famæ, prout hoc tradit *Baldus, Salycet. Paul. Castrens. & Alexand. in locis præallegatis.* & ultra illos *Francisc. Aretin. consil. 42. col. 1. Socin. consil. 86. col. 1. consil. 89 col. 2. lib. 1. Curt. sen. consil. 77. Decis. consil. 11. col. 6.* 203

Et dubio omni caret † famam in antiquis plenam & omnimodam fidem facere, etiamsi agatur de gravi præjudicio, & omnibus aliis conjecturis sive adminiculis destituantur, *gl. l. at qui natura. §. cum me absente. ff. negoc. gestor. Angel. l. quidam in suo ff. condict. instit. Bald. Authent. quas action. col. fin. Cod. de Sacrosanct. Eccles. An[illegible] de Butr. c. veniens. extr. de verb. signif. Bald. l. proprietatis in fin. C. de probat. Alexand. consil. 4. col. 4. lib. 2. Aretin. consil. 15. col. 4. & consil. 37. Calcan. consil. 11. in princip. Cornel. consil. 48. col. 2. lib. 4. Decis. c. cum causam. 2. notab. extr. de probation. Iason. l. cum aliquis column. final. C. de jure deliberat.* 204

Tùm, quia secundum † aliquorum sententiam verba enunciativa geminata etiam in facto recenti indubitatè probationem 205

tionem faciunt, *Iaſ. conſ. 114. col. penult. lib. 1. Nicol. Everhard. in ſua Topic. in loco à locutionis geminatione. argum. l. 1. in fin. verb. & ſecundis confeſſionibus. C. de plus petition.*

Tum, quia licet verba enunciativa regulariter nihil diſponunt: Attamen verba enunciativa geminatam diſpoſitionem inducere, Dd. communiter concludunt, *Bertr. & Ang. l. cum ſervus. C. agricol. & cenſit. lib. 10. Paul Caſtrenſ. l. ex hac ſcriptura. ff. de donation. Roman. l. gerit. ff. de acquir. hæred. & Roman. conſ. 65. Abb. c. ſi cautio. extr. de fide inſtrum. Iaſ. l. ex his verbis. limit. 1.*

Et hoc potiſſimùm in noſtro & ſimilibus caſibus procedit, ubi producuntur non tantùm duo, ſed plura inſtrumenta antiqua, non ab uno, ſed a diverſis conſcripta.

Namque licet aliqui Dd. dubitent,
206 utrum † verba enunciativa duorum tantùm inſtrumentorum in antiquis plenam fidem faciant, *Socin. conſ. 194. lib. 2. & conſil. 266. col. 5. eod. lib. Hieron. de Monte in tract. de finib. cap. 60. num. 8 & 9.*

Attamen omnes Dd. communiter in locis ſuperius allegatis nemine penitùs diſcrepante concludunt, verba enunciativa plurium quam duorum inſtrumentorum in antiquis plenam & omnimodam fidem facere, *Cravett. in tractat. de antiquitat. tempor. 1. part. §. Ampliatur num. 18. Hieronym. de Monte in tractat. de finibus. cap. 60. num. 8. & num. 9.*

Quinimò, verba enunciativa duorum inſtrumentorum in antiquis fidem facere, concludit *Aym. Cravett. in tractat. de antiquit. tempor. 1. part. d. §. Ampliatur. num. 19.* ubi ipſe atteſtatur, eandem opinionem amplecti *Franciſc. Arce. & Felin.*

Præterea licet aliqui Dd. velint, verba enunciativa plurium inſtrumentorum ab uno eodemque conſcripta contra tertium plenam fidem non facere, *Florian. l. in finalib. ff. finium regund. Arctin. c. cùm cauſſam. num. 2 extr. de probat. Iaſ. conſ. 34. num. 7. lib. 1. Cardin. Pariſ. conſ. 104. num. 19. & 20. lib. 1. Dec. conſ. 42. Aym. Cravett. d. § Ampliatur. num. 17. Hieron. de Monte in tractat. de finibus. cap. 60.*

Attamen omnes Dd. nemine penitùs refragante concludunt, verba enunciativa plurium inſtrumentorum habentium originem à diverſis perſonis in antiquis plenè probare, prout hoc volunt omnes Dd. in locis ſuperiùs citatis. Et omnium latiſſimè *Aym. Cravett. in d. §. Ampliatur. & Hieron. de Monte in tractat. de finib. cap. 60.*

Cæterùm, quòd Dominos O. Dominos in B. & C. fuerit filius Domini G. Primi, ſimiliter ſatis ſufficienterque probatum eſſe credimus.

Namque & Procurator Domini Epiſcopi fatetur, Dominum G. fuiſſe proavum Domini J. ultimi poſſeſſoris Baroniæ controverſæ. Et ex inſtrumentis productis liquet, atque per illa liquidiſſime probatum eſt, Dominum O. eſſe avum Domini J. ultimi poſſeſſoris feudi. Et ſimiliter, ipſum habuiſſe & dominium & poſſeſſionem dictæ Baroniæ controverſæ.

Ex quo neceſſariò vel ſaltem præſumptivè ſequitur, Dominum O. fuiſſe filium Domini G. Primi, cùm G. Primus de novo acquiſiverit Baroniam controverſam.

Et clari & indubitati juris ſit, quòd ad ſucceſſionem feodi nemo admittatur, niſi † ipſe ſit de deſcendentibus primi acquirentis, *c. 1 §. & quia vidimus. de his qui feudum dare poſſunt. c. 1. §. final. de ſucceſſione feudi. c. 1. §. ſi duo de feudo Marchiæ. c. 1. de beneficio fratris. c. 1. de fratribus. de novo beneficio inveſtit. c. 1. de gradib. ſuccedend. in feud.* 207

Similiter legibus expreſsè † cautum, quòd probato aliquo & omnia quoque illa probata intelligantur, quæ ex eo verè vel præſumptivè ſequuntur, vel quæ cum eo verè & præſumptivè concurrunt, *gloſſ. l. neq, natales. & ibi Salicet. C. de probat. Iaſ. l. non hoc. num. 15. C. unde legit.* 208

Quod etiam ex eo confirmatur, quòd Doctores tradunt, probatis extremitatibus & media quoque probari, *Bart. l. Celſus. num. 21. & ibi Franciſc. Balb. ff. de uſucap. Socin. conſ. 171. col. 3. lib. 1. & conſ. 187. num. 18. lib. 2. Barbat. conſil. 37. num. 5. lib 2. Felin. c. inter dilectos. num. 12. extr. de fide inſtrum.*

Deinde etiam manifeſti juris eſt, † filiationem conjecturis, indicus vel præſumptionibus plenè probari, præſertim reſpectu patris, *Innoc. Abb. & Dd. c. Michaël,* 209

extr. de filijs presbyt. Heinric Boit. c. per tuas. & ibi Felin. & Dec. num 3. extr. de probat. Dd. c. transmissæ, extr. qui filij sint legit. Petr. de Anchor. cons. 225. Corn. cons. 113. col. 2. lib. 1. & cons. 1. lib. 3. Alex. cons. 88. num. 7. lib. 7. & cons. 90. lib. 6. Socin. cons 65. col. 1. lib 3. Bald. cons. 134. lib. 1. & cons. 180. lib. 3. Card. Paris. cons. 10. num. 38.

Quod usque adeò verum est, ut etiam plures præsumptiones sive conjecturæ per se non sufficientes ad probandum plenè filiationem conjungantur, *Alex. cons. 88. num. 7. 8. & 9. lib. 7. Benedict. Capra. cons. 2. Corn. cons 1. lib. 3. Socin. cons. 65. col. 1. lib. 3. Petr. de Anchoran cons. 325. col. pen. Abb. & Præpos. c. per tuas. extr. qui filij sint legit. Card. Paris. cons. 10. num. 106 lib. 2.*

Quinimò, etiam unicam præsumptionem formiter & juridicè probatam ad probandum plenè filiationem sufficere, Dd. concludunt, *Socin. cons. 24. col. 13. lib. 1. Card. Paris. cons. 10. num. 72. lib. 2.*

Neque verò tantùm quasi possessionem filiationis, sed etiam filiationem ipsam sive jus filiationis per præsumptiones atque judicia plenè probari, tradit *Corn. consil. 1 col. 11. versic. nec etiam obstat. lib. 3. Cardin. Paris. cons 10. num. 96. lib. 2.*

Et huc usque adeò verum est, ut conjecturis, indiciis, præsumptionibus, filiatio plenè probetur non tantùm in judiciis possessoriis, verùm etiam in judiciis petitoriis, *Cardin. Paris. cons. 10. num. 69. lib. 2.* ubi ipse attestatur, eandem sententiam amplecti *Bart. Bald. Ang. Anton. de Butr. Præpos. Corn. & Dec.*

210 Et probatur evidenti ratione. † Namque filiationis probatio respectu patris difficilis & quodammodò impossibilis esse censetur, *l. Lucius. & ibi Dd. ff. de condit. & demonstrat. Felin. & Dec. c. per tuas uterq; num 3. extr. de probat. Corn. cons. 5. lib. 2. Cardin. Paris. cons. 10. num. 39. lib. 2. Stephan. Bert. cons. 221. num. 2. & cons. 335. num. 2. lib. 3. & cons. 26. num. 1. lib. 4.*

211 Et clari juris est, quòd in illis, † quæ sunt difficilis probationis, admittatur probatio per judicia, conjecturas vel præsumptiones ad faciendam plenam fidem, *Bald. Auth. quas action. col. final. C. sacros. Eccles. Bald. l. quicunq;. col. penult. C. de serv. fugit. Alex. cons. 63. lib. 1. Ang. l. si quis ex argentarijs. §. Prætor ait. & ibi Ias. num. 20. ff. edendo.*

Quod potissimùm procedit in antiquis, in quibus probationes leviores facilioresque sufficiunt, *Aym. Cravett. in tractat. de antiquitat. tempor. 1 part. §. viso de fama. num. 30. Cassan. cons. 15. num. 18. Hieronym. de Monte in tractat. de finib. c. 50.*

Et quòd in antiquis probatio conjecturalis sive per judicia & conjecturas vel præsumptiones plenam fidem faciat, probat *text. l. census cùm ibi notat. ff. de probat. c. cùm olim & ibi gloss. & Dd. extr. de censib. Paul. Castrens. cons. 164. lib. 2. Petr. de Anchor. consil. 310. Abb. c. super eodem. num. 3. extr. Parochijs. Guid. Pap. cons. 88. num. 2. Calcan. cons. 8. col. 5.*

Hinc & alibi scriptum est, quòd in antiquis sufficiat probatio præsumptiva & adminicularis, *Petr. de Anchoran. cons. ultim. col. 6.*

Quodque in antiquis sufficiat probatio coniecturalis, licet non necessariò concludat, *Ias. cons. 128. col. 1. lib. 1. Aym. Cravett. in tractat, de antiquitat. tempor. 1. part. §. viso de fama. num. 31.*

Huc accedit, quod tradit *Corn. cons. 142. num. 1. lib. 3.* ubi ipse dicit, quòd in antiquis relaxetur legitimus modus probandi alioquin necessarius.

Quodque in antiquis admittantur probationes, quæ sunt non integræ, quod dictum refert atque sequitur *Hieron. de Monte in tractat. de finibus. cap. 50.* cui convenit etiam id, quod in factis antiquis admittantur probationes, licet non omninò plenè, *Cassan. cons. 15. nu. 18.*

Quinimò, probationem semiplenam & adhuc minorem in antiquis plenam fidem & probationem facere, tradit *Steph. Bertr. cons. 171. num. 5. lib. 3.* & refert atque sequitur *Hieron. de Monte in tractat. de finib. cap 50.*

Portò quòd Dominus O. à B. habuerit duos filios, nempe Dominum G. Secundum, & Dominum F. expreßè probatur per duo instrumenta producta, quorum unum incipit: Wir Johan von Gottes Gnaden Hertzog von Cleuen/ & est confectum anno 1468. & sic ante annus 97. Alterum verò idem initium habet, & est conscriptum anno 1491. & sic ante 72. annos quæ instrumenta, cùm utrumque sit antiquius 70. annis, absq; dubio antiqua instrumenta dici debent, præsertim cùm agatur & de probanda filiatione, quæ per se difficilimæ probationis est, & de modico præjudicio

Domini

Domini Episcupi, in quibus casibus illud antiquum dicitur, quòd 40. annos excedit. Et cùm illa instrumenta sint signata sigillo authentico Ducis Clevensis, & sint confecta super his, quæ ad ufficium ipsius Ducis Clevensis tanquam Domini feudi spectabant. Dubium non est, illa instrumenta per se plenam & omnimodam fidem facere.

212 Cum instrumentis † sigillatis sigillo authentico alicujus Ducis, Comitis, Episcopi vel alterius Domini continentia ea, quæ ad officium illorum spectant, plenè credatur, *Innoc. c. 1. extr. de fide instrum. Ioh. Andr. §. Nunc dicendum restat. 7. col. versic. secundum supplementum de instrument. edit. Bald. rub. C. de fide instrum. col. pen. Abb. & Felin. c. post cessionem. & ibi Dec. num. 10. extr. de fide instrum.*

Nec etiam dubium est, illa instrumenta cum enunciatione mentionem faciant, Dominum O. fuisse patrem Domini G. Secundi, & F. illam paternitatem sive filiationem plenè probari etiam quoad tertium nempe Dominum Episcopum Monasteriensem.

213 Cùm sit clari & indubitati juris, † quòd per verba enunciativa etiam unius instrumenti authentici in antiquis filiatio sive paternitas plenè & sufficienter probetur, *Alex. cons. 90. lib. 6. Andr. Barbat. cons. 6. num. 14. lib. 2. Dec. cons. 135. Rebuff. in tractat. nominationum in princ. num. 4. Aym. Cravett. in tract. de antiquit. tempor. §. Ampliatur. num. 12. Duen. reg. 341. num. 1.*

Quòd verò Dominus F. genuerit Dominum J. ultimum possessurem Baroniæ, fatetur Procurator Episcopi in responsionibus ad positiones Domini acturis, & sic nulla alia probatione indiget. Præterea, quòd nobilis & generosus Dominus O. à B. pater Domini F. & avus Domini J. nltimi defuncti, habuerit filiam nomine H. sororem germanam Domini F. expresse probatur per instrumentum matrimonii inter nobilem & generosum Comitem Dominum O. Comitem a D. & prædictam Dominam H. contracti, quod instrumentum est conscriptum annu 1441. & est sigillatum sigillis authenticis unius Episcopi, Abbatis, duorum Comitum, quatuor Baronum & duorum nobilium, & sic est & antiquissimum, & facit propter antiquitatem & sigilla authentica & plenam & plenissimam fidem, in quo instrumento expresse dicitur, Dominam H. fuisse filiam Domini O. Baronis a B. & C. & prædictum Dominum O. etiam tanquam filiam suam & dispensasse & nuptui tradidisse generoso & nobili Domino O. Comiti a D. eamq; tanquam filiam suam dotasse. Ex qua nominatione, quòd videlicet Domina H. in illo instrumento & nominata filia Domini O. plenè probatur, Dominam H. fuisse filiam Domini O. quia hoc instrumentum est antiquissimum confectum nempe ante annos 122.

Et clari & indubitati juris est, per † solam nominationem factam in instrumento antiquo filiationem plenè probari, etiamsi nulla alia adminicula concurrant, *Alex. consil. 90. lib. 6. Barbat. cons. 6. num. 14. lib. 2. Dec. cons. 135. Rebuff. in tractat. nominationum in princip. num. 4. Aym. Cravett. in tractat. de antiquit. temp. 1. part. §. Ampliatur. num. 12. Petr. Duen. reg. 341. num. 1.* 214

Et hoc potissimum & absque omni dubio non tantùm in antiquis, verùm etiam in recentissimis factis locum habet, quando aliquis vel aliqua filius vel filia, nominatus vel nominata fuit in tali actu, qui propriè vel secundum communiter accidentia filiis & filiabus convenire solet, qualis actus est dispensatio, elocatio, dotis datio & similis, tunc enim etiam in factis recentioribus per nominationem filiatio plenè probatur secundum communem & receptam Dd. sententiam, *Bart. l. 1. §. idem per contrarium. & ibi Alex. in addit. ff. liberis agnosc. Anton. de Butr. & Francisc. Aret. c. per tuas, & ibi Felin. num. 17. & Dec. num. 7. extr. de probat. Ias. cons. 102. lib. 4. Iacob. de S. Georg. l. quidam quasi. num. 3. ff. de probat. Card. Paris. cons. 10. num. 50. lib. 2. Anton de Butr. c. Michaël. ex filijs presbyt. Anton. de Butr. c. transmissa extr. qui filij sint legitimi. Petr. Duen. reg. 342. num. 1.*

Et licet quis non tantùm filiam, verùm etiam extraneam dispensare, dotare & elocare possit, & aliqui Dd. concludant, nominationem filiationis factam in tali actu, qui etiam extraneis convenire potest, filiationem non probare, *Felin. c. per tuas. num. 17. de probation. Ias. l. neq; professio. num. 3. C. de testamentis.*

Attamen illa contraria sententia nullo modo procedit, quando nominatio filii fuit facta in tali actu, qui a communiter accidentibus magis filio vel filiæ, quam aliter convenire solet.

Cùm sit clari & indubitati juris, quòd † bonum sit argumentum a communiter acci- 215

accidentibus, quodque sufficiat probationem a communiter accidentibus concludere, *c. 1. & ibi Cardin. Iohan. Calder. Imol. Panormit. & Dd. extr. Cler. non resid. l. ideoq. & ibi gloss. ff. de legibus. l. quædam. §. Nummularius. ff. edendo. gloss. l. cum dotem. & ibi Bald. C. jure dotium. Bald. l. neq. C. de nuptijs. & ibi Bald.* arguendo a communiter accidentibus concludit, per instrumenta dotália matrimonium probari, quod etiam tenet *Innoc. c. illud extr. de præsumption. Bald. rubr. C. de privileg. dot. Ias. l. non hoc. num. 15. limitat. 3. C. unde legit.*

Et idem, quod argumentum à communiter accidentibus ratum & validum sit, tradit *Bald c. final. extr. causs. possess. & propriet. Bald. c. 1. §. vasallus el. 1. si de feud. defunct. content. & Nicol. Everhard. in loco de communiter accid.*

216 Eodem modo contraria opinio locum non habet, quando denominatio filiationis est facta in tali actu, qui saltem præsumtivè filio proportionabilis est, *Card. Paris. cons. 10. num. 53. lib. 2.* ubi ipse attestatur, hanc opinionem etiam tenere *Abb. Felin. & Ias.* Similiter illa opinio contraria nullo modo procedit vel locum habet, quando ille actus, in quo nominatio filiationis facta est, vel cum filio aut filia sive propter filium aut filiam, ut filium vel filiam, factus sive celebratus fuerit, tunc enim per talem actum absque omni dubio filiatio probatur, prout hoc expressè & in specie tradit *Felin. c. per tuas. num. 17. extr. de probat. Stephan. Bertrand. consil. 16. num. 1. parte. 2. lib. 3.* & probatur per id, quod tradit *Innoc. c. ex parte extr. de restitut. spoliat. Bald. l. non epistol. u. quæst. ult. C. probat. Felin. d. c. per tuas num. 17. Stephan. Bertrand. d. cons. 16. num. 1.* ubi ipse concludit, licet perceptio distributionum quotidianarum conveniat Capellano sicut Canonico, si tamen quis illas percipiat ut Canonicus, ipsum per hanc conceptionem constitui, in q. possess. canonicatus. Cùm itaque à communiter accidentibus nemo, præsertim Comes vel Baro soleat aliquam dotare vel elocare, nisi illa sit filia ipsius dotalis & elocalis. Et insuper hac tam dotatio quàm elocatio fuerunt facta, ut de filia nobilis & generosi Domini O. atque Dominus Comes O. à D. Dominam H. in uxorem duxerit filiam Domini O. Baronis in B. & C.

Sequitur, per illud instrumentum plenè probari & matrimonium contractum, & quòd Domina H. fuerit filia Domini O. Baronis in B. & C. & soror germana Domini F.

Deinde illud instrumentum probat non tantùm † nominationem, verùm etiam tra- 217
ctatum, quòd videlicet nobilis & generosus Dominus O. Baro in B. & C. Dominam H. ut filiam suam dotaverit, desponsaverit & elocaverit, per quem tractatum solum etiam & non intervenientibus aliis adminiculis filiatio probatur, *Iacob. Butrig. l. quidem. ff. de probat gloss. Anton. de Butr. & Abb. c. transmissæ. extr. qui filij sunt legit. Bart. l. 2. ff. de liber. agnosc. Ang. l. uxorem. ff. manumiss. testamento. Bart. l. 1. §. ad quæstionem. & ibi Alex. in addit. & Hippol. de Marsil. num. 19. ff. de quæstion. Heinric. Boic. Abb. & Franc. Aret. c. per tuas. & ibi Felin. num. 13. & Dec. num. 9. extr. probat. Cardin. Paris. cons. 10. num. 61. lib. 2.* Et per hanc tàm nominationem quam tractatum non tantùm possessio verùm etiam ipsum jus filiationis sive filiatio ipsa probatur, prout hoc tradit *Corn. cons. 1. lib. 3. Card. Paris. cons. 10. lib. 2.*

Et licet aliqui Dd. velint, per hosce actus tantùm quasi possessionem filiationis probari. Attamen hanc probationem hunc effectum operari, ut transferat onus probandi in adversarium. Utque, si contrarium ab adversario non probetur, secundum hanc probationem pronunciare debeat, Dd. communiter concludunt, *Bart. l. 1. num. 3. C. quorum bonorum. Bart. l. non nudu. & ibi Alex. C. de probat. Bald. l. non ignorat. C. de his qui accus. poss. vel non. Imol Aret. Felin. Dec. & Dd. l. per tuas. extr. de probat. Alex. cons. 51. col. 1. & 2. lib. 1. cons 90. num. 3. lib. 6. & cons. 88. num 11. lib. 7. Corn. d. cons. 1. col. pen. & fin. & cons 78. col. 2 lib. 3. Be[illegible] Capra. cons. 2. col. 2. Dec. cons. 54. col. 2. Card. Paris. cons. 10. num. 70. lib. 2.* Non tantùm in judiciis possessoriis, verùm etiam in judiciis petitoriis, *Ang. l. non ignorat. C. qui accusare poss. Felin. c. per tuas. num. 17. versic. sextò nota extr. probat. Card. Paris. cons. 10. num. 73. lib. 2.*

Hanc probationem etiam adjuvant testium depositiones.

Namque secundus testis dicit, Dominam H. a B. fuisse uxorem Domini O. Comitis a D. sequitur & vidisse & novisse Dominam H. quòd vidua quoque Domina H. zu D. in Comitum à D. sepulchro tumulata sit.

Primus testis dicit, se quidem non novisse Comitem O. & Dominam H. ejus uxorem, sed se & a parentibus suis & aliis audivisse, & ex instrumentis, libris aliisque documentis didicisse, quòd Dominus O. Comes

Comes in D. & Domina H. conjuges fuerint.

Tertius testis similiter deponit, licet ipse non noverit Dominum O. & Dominam H. à B. se tamen accepisse ab optimis ac omni exceptione majoribus nobilibus & aliis, qui cum prædictis Dominis conversati fuere, & naturitatem ipsorum optimè noverunt, illisque etiam inservierunt, quòd Dominus O. Comes à D. & Domina H. conjuges fuerint.

Quartus testis deponit, se audivisse, Comitem O. & Dominam H. fuisse conjuges, & licet ipse non noverit Comitem O. se tamen optimè novisse Dominam H.

Quòd verò Dominus Comes O. à D. cum conjuge sua Domina H. genuerit Dominum Comitem R. Primum, avum Domini Comitis R. patrem moderni Actoris, optimè probatur per instrumentum, incipiens: Wir Otto Edler Herr tho Diepholt/ quod instrumentum est conscriptum anno 1471. in die Petri & Pauli Apostoli, & sic ante 92. annos. Ideoque meritò antiquum censeri & omnibus privilegiis instrumenti antiqui gaudere dicitur. Et quia in illo instrumento dicitur, Dominum R. fuisse filium Domini Comitis O. & quidem in tali actu, qui non nisi soli filio legitimo & naturali convenire potest, saltem præsumptivè & à communiter accidentibus. Dubio omni caret, per illud instrumentum probari, Dominum R. avum Domini R. Primi, actoris fuisse filium Domini O. ex Comitissa H. procreatum, præsertim cùm illud instrumentum sigillis authenticis duorum Baronum nempe, Domini Cumitis O. & B. ejus filii, munitum sit, prout hoc, quod illud instrumentum filiarionis plenam fidem faciat, ex prædictis satis liquet. Et licet in illo instrumento nulla fiat mentio, quòd Dominus Comes R. ex Domina H. natus fuerit. Cùm tamen tàm ex instrumento super matrimonio confecto, quàm ex depositionibus testium liqueat, Dominam H. fuisse conjugem Domini Comitis O. Dubio omni caret, saltem præsumptione juris per illud instrumentum probari, Dominum R. ex Domina H. & non ex alia conjuge natum, cùm probari nequeat, Dominum Comitem O. aliam conjugem præter Dominam H. habuisse.

218 Et clari juris sit, quòd † pluralitas conjugum non præsumatur, sicut etiam non præsumitur pluralitas testamentorum, *l. omnium. junct. gloss. verb. comprobatur. & ibi Bart. C. de testamentis sententiarum. Bald. & Salicet. l. 2. C. de errore advocat.* Actuum, *c. in præsentia. §. verum. el. 2. & ibi Anton. de Butr. extr. de probat. gloss. eum qui. §. in popularibus. ff. de jurejur. factorum. Bald. l. qui jurasse. §. final. ff. de jurejur.* Vel personarum, *Bart. l. si rem. ff. de rei vendicat. Bart. l. si quis servum. §. si inter duos. ff. legat. 2. Ias. l. 2. num 9. C. bonorum possess. contra tab.*

Quæ præsumptio † juris & Dominum actorem ab onere probandi relevat, & onus probandi ad adversarium transfert, eique statur, donec contrarium probetur, *l. final. in princip. ff. quòd metus caussa. l. sive possidetis. C. de probat. Bart. l. in illa in fin. ff. de verb. obligat. Cæpol. cons. 33. Hippol. de Marsil. sign. 45.* Imò illa præsumptio juris liquidissima probatio esse censetur, *l. licet. & ibi Ias. ff. de legat. 1. l. si quis locuples in fin. ff de manumiss.* in testamento, *gloss. l. si tutor petitus. C. de peric. tutor.* & sufficit ad victoriam reportandam etiam in illis casibus, in quibus a lege vel statuto requiruntur probationes vel liquidissimæ, *l. 1. & ibi Fulgos. & Dd. C. de testamentis. Felin. rubr. extr. de probat.* vel per instrumentum, *Bald. l. 1. C. de fideicommiss. Bald. l. 1. §. 1. C. rei uxor. act. Alex. cons. 126 col final. lib. 6. Barbat. repet. l. cùm acutissimi. col. 9. C. de fideicommiss.* 219

Illudque negocium, pro quo præsumptiones juris militant, manifestum & indubitatum reddunt, *Abb. c. 1. argum. illius text. extr. de censibus. Abb. c. 1. extr. de Cleric. non resid. Ias. l. licet Imperator. num. 6. & 11. ff. de legat. 1.*

Huc accedit, quòd actus à jure præsumptus eo ipso probatus dicitur, quòd non probatur contrarium, *gloss. l. 2. C. error calculi. gloss. l. si creditor. C. de pignorat. act. Alciat. in tractat. de præsumpt. 3. part. num. 4.* Illudque, quod præsumptione juris probatur, æquè verum esse dicitur, sicut illud, quòd verè probatum est, *Tiraquell. repet. l. si unquam verb. donat. largitus. num. 162. C. de revoc. donat.* Et idem judicamus de verisimili, sicut de ipsa veritate, *Hippol. in pract. crim. §. ex prædict. num. 8. & l. 1. in princip. num. 51. ff. de quæstion.*

Et hoc comprobatur per dispositiones testium.

Namq; primus testis dicit, se à parentibus suis & aliis audivisse, & ex aliis documentis cognovisse, quòd Dominus O. Comes in D. cum conjuge sua Domina H.

genue-

genuerit Comitem R. avum Domini Comitis R. patris Domini actoris.

Secundus testis deponit, prædictum Dominum R. natum ex Domina H. atque Comite O. sequitur, Dominam H. & novisse & vidisse.

Tertius testis attestatur, se audivisse præfatum Dominum R. Domini Comitis O. & conjugis suæ Dominæ H. legitimum filium & hæredem fuisse.

Quartus testis similiter dicit, quòd Dominus Comes R. avus Domini Comitis R. patris actoris, fuerit filius Dominæ H. ex Domino O. prognatus, sequitur, Dominam H. vidisse & novisse. Et si illæ depositiones testium aliquem defectum haberent, cùm ille defectus suppleretur per illud, quod jura præsumunt, Dominum Comitem O. nullam aliam conjugem quam Dominam H. habuisse, atque tum ipsa Dominum R. genuisse, cùm & illud, pro quo præsumptio juris militat, verisimile esse dicatur, *Bal. c. 1. ext. de rescript. cum multis simlib. allegatis per Tiraq. in rep. l. si unquam, in præfat. num. 60. C. de revoc. don.* Et verisimilitudo atque præsumptio juris omnem omninò defectum probationis tollat, sicut hoc satis probatur ex eo, quòd scriptura privata, quæ alioquin pro scribente non probat, *l. instrumenta. l. rationes. C. de probat.* plenam fidem faciat, si illa contineat verisimilia, *Guilhel. de Cun. Alex. & Dec. l. edita. C. edendo. Bald. & Alex. l. 1. C. eod. tit. Bald. rub. C. de fide instrum. Petr. de Anchor. Clem. 1. §. Cæterùm de usuris. Imol. c. 2 extr. de fide instrum. Raph. Comens. conf. 136. Francisc. Aret. conf. 106. Corn. conf. 71. col. pen. lib. 4. Socin. conf. 140. lib. 2. Curt. sen. repet. l. admonendi chart. 11. ff. de jurejur.*

220 Similiter & liber † rationum tutoris vel alterius administratoris, cui alioquin plena fides non adhibetur, etiam pro scribente plenam fidem facit, si verisimilia contineat, *Bald. conf. 117. lib. 2. & conf. 418. lib. 3 Socin. consil. 46. lib. 1. & consil. 162. lib. 2.*

221 Eodem modo & † testi aliàs non idoneo creditur, quando verisimilia deponit, *Ang. conf. 267. col. final.* Et assertioni Judicis continenti verisimilia statur, etiam ubi alias ipsi non crederetur, *Petr. de Anchoran. conf. 277. col. final.*

222 Confessioni etiam, quæ verisimilis est, in † præjudicium tertii statur, *Salicet. l. si mater. C. de contrah. empt. Ang. conf. 153. Alex. consil. 18. lib. 3. Dec. conf. 96. col. 2. facit id quod tradit Bald. l. jubemus. l. 2. in fine princip. C. de sacros. Eccles. Dec. c. quando contra. col. 21. extr. de probat.*

Ubi concludunt, licet alioquin non stetur simplici assertioni Prælati, super benè meritis, quando vult aliquem remunerare tanquam benè meritum de rebus Ecclesiæ. Hoc tamen fallere, quando hæc assertio est verisimilis ex aliis conjecturis & præsumptionibus.

Præterea, quòd Dominus Comes R. filius Domini O. Comitis in D. genuerit Comitem F. patrem Comitis R. Secundi, & avum actoris.

Probatur primò per instrumentum incipiens: Wir Roloff Edler Herr tho Diepholt/quod est confectum anno 1500. & sic ante annos 63. Et insuper munitum sigillo authentico præfati Domini R. Comitis à D. in quo instrumento Dominus Comes à D. Comitem F. nominat filium suum, in tali actu, qui tantùm filio convenire potest, seque pro ipso ut filio obligat.

Secundò, hoc probatur per aliud instrumentum, incipiens: Dem Durchlauchtigsten/Hochwirdigsten/ quod est confectum anno 1530. & multis sigillis authenticis roboratum, in quo instrumento & Domina E. relicta vidua Domini Comitis R. & omnes ordines atque status Comitatus D. fatentur, Dominum F. fuisse filium Domini Comitis R. Primi, eumque decessisse relicto filio impubere Comite R. Secundo, patre actoris, & ad petitionem prædictæ Dominæ E. aviæ R. Secundi, ipsi R. Secundo, tutorem & administratorem fuisse, constitutum Comitem J. fratrem Comitis F. defuncti.

Tertiò, hoc probatur per depositiones testium.

Namque primus testis dicit, se & R. Primum novisse, eumque in matrimonio genuisse Comitem F. patrem Comitis R. Secundi, atque Comitem F. quem ipse similiter dicit, se vidisse & novisse pro filio Comitis R. Primi, habitum & reputatum, ipsique in Comitatu successisse.

Secundus testis similiter dicit, Comitem R. Primum Comitem F. genuisse, atque Comitem F. Comiti R. Primo in Comitatu D. successisse, illumque Comitatum & possedisse & administrasse.

Tertius testis dicit, decimum quintum articulum, in quo continetur, quòd Comes F. fue-

F. fuerit genitus à Comite R. Primo, simpliciter verum, eamque ob causam ipse omnia, quæ in articulo continentur, probat.

223 Cum testis simpliciter dicens, articulum † verum, omnia quæ in illo articulo continentur, probat *Bald. l. si defensor. §. qui interrogatus. argument. illius textus. ff. interrogat. act. Bart. l. Labeo. ff. supellect. legat. Alexand. consil. 134. num. 4. lib. 2. Cardinal. Parif. consil. 88. numer. 8. & 9. libro 3.* Et hic testis dicti sui hanc rationem assignat, quia dicit se & novisse Comitem F. & vidisse, quod ipse patri suo Comiti R. Primo, in Comitatu D. successerit, eumq; & possederit & gubernaverit.

Similiter & quartus testis dicit, 15. positionem simpliciter veram, & ejus dicti hanc subjungit rationem, quia dicit, se & novisse Comitem F. patrem R. Secundi, & ejus ministrum fuisse.

Et sic tàm per instrumenta quàm per testium depositiones patet, R. Primum genuisse Comitem F. patrem Domini Comitis R. Secundi, atque avi Domini actoris.

224 Et quod hæ probationes † præsertim instrumentales ad probandam illam filiationem sufficiant, satis probatur ex iis, quæ latè tradit *Abbat. Felin. Dec. & Dd in c. per tuas. extr. de probat. Cornel. consil. 1. lib. 3. Dec. consil. 54. Cardinal. Parif. consil. 10. lib. 2. Ioan. Nevizan. consil. 30. Alciat. resp. 6. num. 16. resp. 201. num. 56. & 58. & respons. 287. num. 4. Tiraquell. in tractat. de utroq; retract. 1. part. §. 1. gloss. 16.* ubi ipse habet latissimas remissiones ad illas sedes, in quibus Dd. tradunt, quibus modis filiatio vel consanguinitas probetur, ad quas sedes nos brevitatis gratia remittimus.

Ulterius, per has confessiones instrumenta testium depositiones, præsumptiones, conjecturas satis sufficienterq; probatum esse credimus, quod nobilis & generosus Dominus G. Primus, Dominus in B. & C. Primus acquisitor Baroniæ controversæ fuerit atav⁹ Domini R. Secundi, Comitis à D. quodq; Dominus R. Secundus, Comes à D. sexto gradu consanguinitatis conjunctus fuerit nobili & generoso Domino J. in B. & C. ultimi possessoris feudi controversi.

Ideoq; dubium non est, mortuo Domino J. Baroniam controversam Domino Episcopo Monasteriensi non esse apertam, sed Dominum Comitem R. Secundum, juxta dispositionem constitutionis Monasteriensis in Baronia controversa successisse.

Cum legibus expresse cautum sit, † etiam in rebus hæreditariis sive allodialibus omnes illos ad successionem admitti, qui ultimo defuncto usq; ad 10. gradum agnationis vel cognationis lineæ transversalis inclusive conjuncti sunt, *§. fin. & ibi gloss. Angel. & Dd. Instit. de success. cognationis. gloss. auth. in successione. & ibi Bartol. & Ioan. Fab. C. suis & legitimis. gloss. final. l. certum. & ibi Bald. & Dd. C. unde legitimi. gl. l. Iurisconsultus. §. Parentes. & ibi Alber. de Rosat. ff. gradib affinit. glos. l. octavi. ff. unde cognati. gloss. l vacantia. & ibi Angel. C. bonis vacantibus. lib. 10. gloss. §. Hactenus verb. longè. Institut. de gradibus. gloss. §. si verò neq; fratres. authent. de hæredit ate, quæ ab intestat. Azo in summa. C. legit. hæred. col. 2. vers. vocati agnati. Hostiens. in summa titul. de consanguin & affinit. §. usq; ad eum gradum. vers. ult. Petr. & Cyn. l. cum rem alienam. C. legatis.* 225

Similiter & ad legata sive fideicommissa relicta propinquis sive consanguineis admittuntur omnes illi propinqui & & consanguinei, qui sunt intra decimum gradum, *Dec. consil. 321. col. 2. & 328. ante fin.* facit id quod tradit *Bald. consil. 334. lib. 3. Petr. de Anch. consil. 95.*

Eodem modo & ad successionem † feudi absque omni dubio admittuntur illi, qui ultimo defuncto intra decimum gradum conjuncti sint, *Iason l. certum. C. unde legitimi. Cardinal Parif. consil. 23. numer. 261. & 262. lib. 1. Socin. jun. consil. 76. numer. 72. lib. 1.* 226

Quinimò secundum veriorem & communiorem Doctorum sententiam omnes illi † qui à primo acquirenti originem trahunt, ad successionem feudi admittuntur, licet illi ultimo defuncto in millesimo vel ulteriori gradu conjuncti sint, *gloss. Iacob. de Belvis. Nicol. de Neapoli. Baldus, Alvarot. Præpos. Matth. de Afflict. cap. 1. de feudo Marchiæ. Alciat. & Præpos. cap. 1. §. & quia vidimus. de his qui feudum dare poss. Martin. Laudens. Alvarot. & Præpos. capit. 1. in princip. argument. illius textus de natur. succession. feudi. Francisc. Aretin. consil. penult. Dec. l. certum. C. unde legit. Dec. consil. 85. numer. 5. Cardinal. Parif. consil. 3. numer. 44. libro 1. & consil. 72. numer. 103. lib. 4. Iacob. de sanct. Georg. in tractat. feud.* 227

verb. præsentes. nnmer. 6. Curt. in tractatu feudal. 2. part. 3. part. princip. numer. 48. Iason. in tractatu feudal. 8. part. numer. 34. Præpos. capit. 1. §. hoc quoque. numer. 2. de successione feudi. Petrus Cravett. capit. 1. §. satis de prohibit. feud. alien. per Lothar. Hostiens. in summ. titul. qualit. feud. constit. vers. natura success. Odofred. in sum. titul qui poss. succed in feud. in princip. Iacob de Ardizo. in sum. titul. de successio. feudi. §. & succedunt collaterales. Martin. Laudens. inter consil. Albert. Brun. consil. 119. numer. 8.

Deinde quoque clari juris est, quod
228 † jus prælationis sive prothomiseos introductum à lege, statuto vel consuetudine in omnibus & per omnia jus successionis ab intestato sequatur, *Masver. in tractatu de retract. in princip. Tiraquell. in tractatu de utroque retract. parte 1. §. 1. gloss. 9. numer. 25. & §. 13.*

Ideoque receptum est, in rebus allodialibus sive hæreditariis ad jus prothomiseos sive prælationis concessum propinquis sive consanguineis, omnes propinquos & consanguineos, qui sunt intra decimum gradum admitti, *Capoll. causarum civilium. consil. 43. col. 1. Tiraquell. in tractatu de utroque retract. 1. part. §. 1. gloss. 9. numer. 23.*

Et cum omnes descendentes à primo acquirente feudum in infinitum usque ad successionem feudi admittantur, licet illi ultimo defuncto millesimo vel ulteriori gradu conjuncti sint.

Ex hac ratione sequitur, etiam ad jus prothomiseos sive prælationis agnatis vel cognatis concessum, ratione feudi omnes omninò agnatos & cognatos, licet illi in millesimo vel ulteriori gradu sunt admittendos.

Et ex hoc infertur, etiam posito sed tamen non concesso, Baroniam controversam per obitum Domini J. Baronis in B. & C. Domino feudi Episcopo nempe Monaster. apertam, eum tamen Dominus Comes R. Secundus, Domino J. Baroni in B. & C. ultimo possessori feudi controversi in sexto gradu conjunctus sit, atque à primo acquirente Baroniam controversam descendat, Dominum Episcopum Monasteriensem omninò obligatum fuisse tam secundum dispositionem juris communis quàm constitutionem Monasteriensem jure prothomiseos sive prælationis Domino Comiti R. Baroniam controversam de novo in feudum concedere, illumq; Comitem R. Secundum, hoc jus ad filium atq; hæredem suum Comitem F. transmisisse, cum ipse in universum jus defuncti successerit, per jura vulg.

Et sic ex hisce liquet, quod Baronia à B. per obitum Domini J. Baronis in B. & C. non fuerit aperta Domino feudi, sed quod Dominus Comes R. Secundus, Comes in D. qui ipsi in sexto gradu consanguinitaris conjunctus fuit, & à primo acquirente feudum controversum descendit, in Baroniam controversam successerit, quodque ipsi etiam posito, sed tamen non concesso, Baroniam controversam Domino feudi Episcopo nempe Monasteriensi apertam, Episcopum Monasteriensem obligatum fuisse dicto Domino Comiti R. Secundo, dictam Baroniam controversam de novo in feudum concedere, quodq; Dominus Comes R. Secundus, omne hoc jus suum ad filium atq; hæredem suum Dominum F. Secundum, transtulerit & transmiserit.

Nec obstant huic verissimæ conclusioni ea quę pro parte contraria adducta sunt, namq; ad illa facilis est responsio.

Et ad primum argumentum contrarium respondemus. Ea † quæ in primo ar- 229
gumento contrario dicta sunt, non habere locum, quando statuto, consuetudine vel privilegio cautum vel introductum est, ut fœminæ & descendentes ex fœminis ad successionē feudi admittantur, prout hoc in prima ratione pro Domino actore adducta latè documus, Eamq; ob causam, ea quæ in primo argumento contrario dicta sunt, non habere locum in nostro casu, in quo & fœmina & descendentes ex fœminis per constitutionem Monasteriensem ad successionem feudi vocati sunt, atque etiam & in Episcopatu Monasteriensi generaliter, ut in Baronia cōtroversa specialiter consuetudine introductum est, ut fœminæ ad successionem feudi admittantur.

Secundò respondemus, multos † magnæ autoritatis Dd. indistinctè tenere, in 230
feudo emptitio sive pecunia vel alio titulo oneroso comparato, fœminas & descendentes ex fœminis succedere, *Rom. cons. 367. Bald. c. 1. §. & quia vidimus de his qui feud. dare poss. Curt. in tract. feud. 1. part. 3. part. princip. num. 6. Dec cons. 139. col. 2. consil. 208. num. 5. consil. 269. consil. 390. numer. 14. & consil. 424. numer. 14. Iason. consil. 63. col. fin. consil. 78. col. 3. lib [illegible] & consil. 152. col. 2. libr. 2. Odofred. in summa de feud. rubr.*

rubr. qui poss. succed. in feud. Alexand. l. utrum. ff. verbor. obligat. August. Bero. cap. dilecti. numer. 44. extr. arbitr. Ioan. Campeg. in tract. de statutis loquentibus de dote. quæst. 42. numer. 2. Ruin. cons. 18. n. 18. lib. 1. Et hoc locum habere volunt etiam in illis feudis, pro quibus juramentum fidelitatis præstatur, *Socin. consil. 257. col. 2. lib. 2. Cardinal. Paris. consil. 4. num. 21. cons. 12. col. 5. cons. 16. col. 1. cons. 21. col. 3. cons. 22. col. 6. & cons. 23. col. 4. libr. 1.*

Cum itaq; feudum controversum emptitium atque titulo oneroso acquisitum sit, etiam ex hoc sequitur, ad successionem feudi controversi fœminas & descendentes ex fœminis admittendos. Verùm, quia multi magnæ autoritatis Dd. tenent, in feudum etiam à Domino empto fœminas & descendentes ex fœminis non succedere, prout illos Dd. nos retulimus in prima ratione dubitandi pro Domino Episcopo adducta, nos præcedentem responsionem tutiorem esse credimus.

231 Tertiò respondemus, ad successionem feudi † fœminini, ad quod feudum videlicet fœmina semel admissa fuit, fœminas & descendentes ex fœminis indistinctè admitti, *c. 1. & ibi gloss. Alvar. Præpos. & Matt. de Afflict. de natura success. feudi. Dd. c. 1. de feud. fœm. Curt. in tract. feud. 1. part. 3. part. princ. num. 3. Iacob de S. Georg. verb. & fœminis. num. 3. Zasi. in tractatu feudali. 8. part. num. 39. Dec. l. generaliter, num. 19. C. institut. & substitut. Matth. de Afflictu. c. 1. §. & quia vidimus. num. 23. de his qui feudum dare possunt. Angel. Bero. cap. dilecti. num. 42. extr. arbitr. Ioan. Campeg. in tractat. de statutis loquentibus de dote, quæst. 42. num. 2.*

Cum itaque ad feudum controversum duæ fœminæ nempè, Domina H. conjunx Domini G. Primi, & Domina W. filia Domini G. Secundi, admissæ fuerint. Etiam ex hoc capite sequitur, ea quæ in primo argumento contrario dicta sunt, nostræ verissimæ decisioni nihil refragari.

232 Ad secundam rationem † contrariam respondemus, illam doctrinam *Socin. jun.* quod fœmina transversalis in feudum nō succedat, esse falsissimam & refragari textui expresso *in c. significavit. & quæ ibi Dd. communiter notant extr. de rescript.*

Præterea is idem *Socinus* contrarium tenet in *consil. 35. num. 31. lib. 1.* ideoque alia *Socini* opinio nullo modo curanda vel attendenda est, juxta *text. l. eos. ff. ad l. Cornel. de falsis.*

Deinde absque omni dubio ea, quæ in secundo argumento contrario adducta sunt, non procedunt in illa fœmina, quæ per statutum, consuetudinem vel privilegium ad successionem feudi admittitur, in quibus terminis expressè loquitur *text. d. c. significavit.*

Eodem modo, ea quæ in secundo argumento contrario adducta sunt, absque omni dubio locum non habent, quando tacitè vel expressè actum est, quod fœminæ collaterales sive transversales ad successionem feudi admitti debeant, *Alciat. resp. 162. num. 21.*

Cum itaque in casu præsenti fœminæ & descendentes ex fœmina, per constitutionem Monasteriensem ad successionem feudi admittantur. Et insuper in constitutione Monasteriensi saltem tacitè provisum sit, quod fœmina etiam transversalis ad successionem feudi admitti debeat, sicut hoc in rationibus decidendis docuimus, dubio omni caret, ea quæ in secundo argumento contrario adducta sunt, Domino actori nihil obstare.

Quinetiam dici possit, illorum sententiam, qui volunt fœminam transversalem ad successionem feudi non admitti, procedere tantùm in fœmina transversali primi acquirentis. Cæterùm, cum illæ fœminæ, quæ à primo acquirente originem trahunt, nunquam ut collaterales sive transversales, sed semper ut descendentes à primo acquirente in feudum succedant, atque feudum non ab ultimo defuncto, sed à primo acquirente habere dicatur, *c. 1. §. 1. de feud. March.* Atque ultimus defunctus tantùm censeatur gravatus aliis descentibus à primo acquirenre feudum post mortem suam restituere, sicut hoc in rationibus decidendi diximus.

Nullo modo dici potest, prællegatam opinionem ullo casu procedere in fœminis à primo acquirente descendentibus.

Ad tertiam rationem respondemus, illud quod dicitur, † ascendentes ad successionem feudi non admitti, procedere tantùm in ascendentibus directo, non autem in ascendentibus linea transversali, sicut hoc expressè probat *textus in c. 1. §. si quis miles Constitutiones feudales Domini Lothar:* in quo textu expressè deciditur, patruum filio fratris in feudo succedere, Idem probat *textus in cap. 1. de gradib. succed. in feud.* 233

in feud. ex quo textu per argumentum à contrario sensu, quod in jure & fortissimum & freqventissimum est, colligitur, in fudo antiquo patruum magnum vasallo defuncto succedere.

Secundò respondemus, ea quæ in tertio argumento contrario dicta sunt, procedere tantùm in feudo novo, & in illis ascendentibus qui à primo acquirente originem non trahunt: cæterùm, ad successionem feudi antiqui illi ascendentes qui à primo acquirente originem trahunt, indistinctè admittuntur, licet illi sint ascendentes per lineam directam, *Andr. de Isern. Alvarot. Præpos. & Matth. de Afflict. c. 1. in pr. de natur. success. feud. Præpos. & Matth. de Afflict. c. 1. de vasal. decerp. ætat. Curt. in tractat. feud. 2. part. 3. part. princip. num. 45. Zas in tractat. feud. 8. part. num. 2.*

234 Ad quartam rationem contrariam respondemus, † veriorem & communiorem esse illorum Doctorum sententiam, qui concludunt, in dignitatibus regalibus, allodialibus & hæreditariis etiam habentibus administrationem cum mero & mixto imperio, fœminas succedere, prout hoc tradit *Hostiens. Ioan. Andr. Bald. Anton. de Butr. Panormitan. & Dd. c. significavit. extr. rescript. Panor. c dilecti & ibi August. Bero. nu. 50. extr. arbitris. Tiraq. in tract. de Primog. 10. quæst. num. 9.* ubi ipse attestatur, eandem opinionem amplecti omnes *Dd. in d. c. significavit.* Et idem etiam tenet *Fel. c. dilecta. num 1. extr. de majorit. & obed.* Eandem etiam opinionem amplectitur *Oldrad. consil. 159. Petr. de Anchor. consil. 341. Ang. consil. 242. Dec. consil. 32. consil. 218. consil. 269. consil. 390. & consil. 413. Alex. consil. 24. lib. 5. Ruin. cons. 38. nu. 7. lib. 1. Socin. jun. cons. 76. nu. 48. lib. 1.* ubi ipse attestatur, etiam *Paul. Castrens.* hanc opinionem amplecti. Hanc eandem sententiam etiam tenet *Cardinal. Paris. consil. 22. num. 3. & cons. 23. nu. 14. lib. 1* ubi ipse dicit, etiam *Innoc. Ang. & Præpos.* hujus opinionis esse. Idem quoq; vult *Albert. Brun. cons. 115. n. 1. Corn. cons. 16. in fin. lib. 1. Gozad. cons. 8. n. 17 & cons 56. n. 21 Hier. Gratus, cons. 31. n. 10. lib. 1. Dec. l 2. u. 3. ff. reg. jur.* & sic liquet, hanc opinionem magis communē esse, cum illam pluris & gravioris autoritatis Dd. teneant. Illa n. opinio quam plures & gravioris autoritatis Dd. tenent, cōmunis esse dicitur, *Felin. c. 1 nu. 54 & ibi addit. ad Abb. extr. de constitut. Iason. l. si quis mihi bona. §. jussum. n. 14. de acquir. hæred. argument cap. in Canonicis, distinct. 19.* Et hæc opinio satis probatur per *text. d. c. significavit.* in quo textu dicitur, sororem fratri in Comitatu successisse, item & per *text. c. dilecti. extr. arbitris. c. dilecto. extr. testib. c. final. extr. conces. præbend. c. pervenit. extr. censib. c. ex parte. el. 3. extr. verborum sign. c. cum devotissimam. & c. sequenti. 12. q. 2. c. si quis. 14. q. 4.* Nec obstat *text. l. cum prætor. §. pēn. ff. de iudiciis l 2. ff. de regulis jur. cum similibus,* in quibus textibus deciditur, fœminam neq; magistratu neque judicandi munere fungī posse. Namq; hoc non procedit, quando dignitates atq; jurisdictiones fœminæ jure hæreditario deferuntur, item, quando talia bona fœminæ jure hæreditario deferuntur, quibus jurisdictiones & dignitates annexæ sunt, *Host. Abb. & Dd. c. dilecti. extr. arbitris Ang. l. Princeps. ff. legibus. Ang. d. l. cum prætor. §. 1. Ang. l. 2. & ibi Dec. num. 3. ff reg. jur. Alex. cons. 1. num. 24. & cons. 24. n. 12. lib. 5 Dec. consil. 32. Card Paris. cons. 21. n. 3. & cons 23. num. 14. lib. 1.*

Præterea quod in quadragesimo argu-
mento contrario dictum fuit, † fœminam 235
nullo modo admitti ad successionem feudorum, quæ habent annexam regalem dignitatem vel jurisdictionem cum administratione non procedit, quando consuetudine vel statuto loci fœmina est habilitata ad successionem feudi, tunc enim fœmina etiam in illis feudis, quæ regalem dignitatem unà cum jurisdictione habent, succedere potest, prout hoc expressè tradit *Host. Ioan. Andr. Bald. Anton. de Butr. Panor. & Dd. c. significavit. extr. rescript. Abb. c. dilecti & ibi Aug. Bero. nu. 50. extr. arbitris. Tiraquel. in tractat. de Primogen. quæst. 10. num 9. Cassen. in consuetud. Burg. Rub. 7. §. 5. glos. 1. num. 32. Petr. Duen. reg. 309. num 1.*

Ad quintum argumentum contrarium 236
respondemus, † licet tenor investituræ potissimùm considerandus sit, atq; tenor investituræ deroget omni juri, statuto, constitutioni atque ordinationi. Attamen tenor investituræ quantum fieri potest, ita considerandus & accipiendus est, quod contrahentes noluerint derogare consuetudinibus atque statutis illius loci in quo feudum situm est. Quodque contrahentes voluerint se confirmare statutis & consuetudinibus loci, prout hoc multis firmissimis rationibus pro Domino actore adductis suprà confirmavimus.

Et ultra ibidem dicta hoc in specie decidit *Cardinal. Paris consil. 13. numer. 31. libro 1.* Cum itaque in consuetudine

Mona-

Monasteriensi expressè cautum sit, quod etiam ad successionem feudi masculini fœminæ admitti debeant.

Sequitur, investituras, in quibus dicitur, Baroniam controversam in feudum masculinum esse concessam, secundum prædictam consuetudinem intelligendas atq; ita accipiendas, ut fœminę à successione hujus Baroniæ exclusæ non intelligantur.

Secundò, ad hoc quintum argumentum contrarium respondemus, in prima investitura facta Domino G. primo, nullam fieri mentionē masculorum vel feudi masculini, quæ prima investitura præcipuè & potissimùm attendenda, & si quid in posterioribus investituris in præjudicium vasalli mutatum fuerit, hoc vasallo non præjudicat, sed vel errore vel impressione Domini factum præsumitur, sicut hoc superius docuimus.

237 Ad sextam rationem contrariam respondemus in prima investitura, quæ & fons & origo est omnium sequentium, quæq; potissimùm semper attendenda vel consideranda est, nullam fieri mentionem masculorum vel feudi masculini, & sic dici non potest, per illam constitutioni Monast. derogatum.

Secundò respondemus, illam regulam quæ vult posteriora derogare prioribus, procedere tantùm, quando posteriora cum prioribus nullo modo concordare vel simul stare possunt, secus autem est, si posteriora cum prioribus vel concordare vel simul stare possint. Tunc enim per posteriora prioribus nunquam derogatum intelligitur, *Bart. consil. 72. incip. ex pacto. col. 5. Dec. l. pacta novissima. num. 5. C. de pactis.* sed investituræ recentiores cum privilegio Monasteriensi benè concordari & simul stare possunt. Cum in privilegio Monasteriensi expressè disponatur, quod etiam ad successionem feudorum masculinorum, sive in quorum concessione est facta mentio masculi sive masculini feudi, fœminæ admitti debeant. Igitur sequitur, prætallegatam, regulamquod posteriora prioribus derogent, in præsenti casu locum non habere.

238 Ad septimam rationem contrariam respondemus, † veriorem & communiorem esse illorum Dd. sententiam, quæ volunt, fœminā semel exclusam à successione feudi non perpetuò, sed tantùm donec illi vivunt, quorum favore exclusio facta fuit, exclusam censeri.

Nec obstat, quod textus in *c. 1. §. Quinetiam Episcopum vel Abbatem*, dicit, fœminam semel exclusam à successione feudi, ad illud ulterius non admitti. Namq; feudum est res restitutioni subjecta, sicut hoc superius indicavimus. Et illarum rerum quæ restitutioni subjectæ sunt, ea natura est, quod semel ab illis rebus exclusus, non perpetuò sed tantùm donec excludens superest, exclusus intelligatur, juxta textum *l. cum ita. §. fin. ff. legat. 2. cum multis similibus suprà allegatis.*

Et clari & indubitati juris est, quod omnia verba secundum subjectam materiam & naturam rei intelligenda & accipienda sint, etiamsi oporteat verba ad significationem impropriam vel impropriissimam detorquere, *l. si verò in princip. ff. locat. & conduct. Nicol. Everh. in loco à subjecta materia cum similibus vulgaribus.* Ideò sequitur, quod dictio ulterius in *d. §. Quinetiam*, posita, secundum subjectam materiam ita intelligenda sit, donec videlicet excludens atque descendentes ex eo supersint. Quod etiam suadetur per textum *in c. 1. de eo qui sibi & suis hæredibus.* dum videlicet ille textus dicit: *Non enim patet locus fœminæ in feudi successione, donec masculus superest ex eo, qui primus de hoc feudo fuit investitus.* & sic expressè denotat, exclusionem fœminæ & descendentium ex fœminis, non perpetuam sed temporalem esse. Cum sit clari juris, quod leges legib. concordare conveniat, quodq; unus textus secundum alterum intelligi, declarari & restringi debeat, *l. sed & posteriores. ff. legibus. l. 1. §. quib. C. de novo. Cod. fac. l. unica, C. inoffic. don. c. cum expediat. de elect. lib. 6.*

Deinde non obstat, quod quælibet † exclusio simplex sit perpetua, namque hoc tunc demum procedit, quando excludenti est quæsitum jus irrevocabile, secus autem est, quando jus quæsitum excludenti est revocabile, quale jus est illud, quod vasallus in feudo habet. Item, quod quilibet alius habet in re restitutioni subjecta, sicut hoc in rationibus decidendi docuimus, & legibus atque rationibus comprobavimus. 239

Similiter non obstat, quod fœmina semel exclusa à successione, perpetuò exclusa maneat, Namq; hoc verum est, in successione rerum hereditariarum quæ res hære-

 ditariæ,

ditariæ, hæredi perpetuò & irrevocabiliter acquiruntur, secus autem est in feudis aliisq; rebus restitutioni subjectis, quæ non perpetuò, sed revocabiliter tantùm acquiruntur.

Præterea, etiam in successionibus hæreditariis semel exclusus, non prohibetur excludenti succedere in illis bonis, à quibus ipse semel exclusus fuit.

Eodem modo respondetur etiam ad illud, quod semel exclusus à jure prælationis, perpetuò exclusus intelligatur & maneat, namque hoc ideò evenit, qua excludenti est quæsitum jus irrevocabile.

240 Nec est verum, quod † fœmina admissa ad successionem feudi, intelligatur ad illam successionem admissa sub conditione extinctiva, si videlicet tempore delata successionis, masculus non superfit, quia illa conditio, sub qua fœmina ad successionem feudi admititur, est suspensiva, & non initium sed processum & perseverentiam actus respicit. Ideoque in hoc casu non habet locum regula quæ vult, quod sufficiciat semel conditionem defecisse.

Nec obstat authoritas *Pauli Castrensis.* Namque illa non modò nulla lege & ratione firma probatur, sed & legibus & rationibus firmissimis refragatur, ideoque illa nullo modo in consideratione habenda est, cum nec glossæ *Bald. l. respublica. C ex quibus caus. major.* Nec Doctori quantumvis magnæ authoritatis credendum, nisi dictum suum probet lege & ratione urgenti, *Archidiac. c. nolite timere. u. q. 3.* Imò, paria sunt, aliquid fieri sine lege & contra legem, *Bald. c. in Genesi extr. electio.* Et illud, quod lege non cavetur, in practica non recipiatur, *Bald. c. nihil. col. fin. extr. elect.* Atque etiam legibus expressè cautum sit, quod illa opinio Dd. quæ vel legibus expressis, vel rationib. urgentibus refragatur, nullo modo sequenda vel imitanda sit, *l. 1. §. sed neq. C. veteri jure. enucl. l. Æmilius. ff. minoribus. c. Capellanus. & ibi Abb. ext. de feriis.*

Obligatio quoque ad habendam rem aliquam ex contractu vel sententia descendens, per traditionem semel factam penitus & irrevocabiliter extinguitur, ideoque ab illa ad casum nostrum argui nequit, in qua fœmina & descendentes ex fœmina non perpetuò sed temporaliter, licet tantum exclusi, intelliguntur, cum à diversis sive separatis non fiat illatio, juxta *l. fin. ff. calumniator. l. Papinianus. ff. minorib. l. Iulianus. ff condict. indeb.*

Illud etiam, † quod quis per traditionem semel factam ab obligatione perpetuò liberetur, procedit tantùm eo casu, quando per traditionem est accipienti acquisitum jus irrevocabile, secus autem est, si illud ipsum jus revocabile sit, tunc enim, per illam traditionem perpetua liberatio non contingit, *l. Datio. in princip. ff action. empti. l. Mevius. §. penult. ff. legat. 2. l. qui concubinam. §. si hæres. ff. legat. 3. l. qui sut. ff. solution.* 241

Sed masculo excludenti fœminam à successione feudi ejusque descendentibus non est quæsitum jus irrevocabile & perpetuum, sed tantùm donec ipse & descendentes ipsius supersunt. Igitur sequitur, illam exclusionem non perpetuam sed temporalem, donec videlicet masculus superesse censendum.

Ruptura quoque testamenti perpetua & irrevocabilis est, ideoque ab ea similirer ad casum nostrum, in quo exclusio non perpetuò neque irrevocabilitet fit, argui nequit.

Nec est verum, quod † fœmina semel exclusa per masculum à successione feudi, effectus exclusionis consummatus & perfectus sit cum masculo ejusq; descendentibus, non sit quæsitum jus irrevocabile, ipsique intelligantur gravati post mortem suam fœminæ atque descendentibus ex ea feudum restituere. 242

Igitur manet firma regula in casu nostro, quod cessante causa exclusionis deficientibus nempe masculis, & ex iis descendentibus, & ipsa quoque exclusio cesset, juxta *l si instituta. l. si is qui. l. potest filium. ff. inoffic. testament.* cum multis similibus allegatis per *Tiraquell. in tractat. cessante causa. 1. part. num. 19. & 2. part. limit. 12.*

Et regula quæ vult, † quod cessante causa, non cesset effectus perfectus & consummatus, habet tantùm locum in causa feudi, secus autem est in causa essendi, *Ioan Monach. in proœm lib. 6. Bald. c. etsi Christus. num. 7. in fin. extr. de jurejur. Tiraq. in tract. cessante causa. num. 43.* 243

Eodem modo, quando effectus consummatus non est momentaneus, sed est successivus, illa regula tantum habet locum, pro tempore præterito, non autem pro tempore futuro, *Bald. c. quemadmodum.*

col.

col. 2. vers. circa tacitas condiciones, extra jurejur. Franc. Ozar. §. superdi. l. 1. n. 18. Instit. de test. tum. milit. arg. l. tutel u. ff. capit. dimin.

Similiter hæc regula locum non habet, quando supervenit causa retrò contraria, *Bald. c. cum cessante. num. 4. arg. ill. text. extr. de appellat.* vel quando cessat causa specialis, *Anton. de Butr. c. post translationem, col. 4. extr. renunciat.*

Cum itaque masculorum existentia sit causa specialis exclusionis fœminarum atque ex iis descendentium à feudo, illaque causa, sit causa essendi & effectus exclusionis fœminarum successivus, masculisq; deficientibus, causa contraria superveniat, dubio omni caret, iuxta allatam regulam, quod cessante causa effectus consummatus non cesset, in casu nostro locum non habere.

244 Nec etiam simpliciter verum est, quod† successio in feudum sit successio singularis namque contrarium tenet, *Boer. decis. 204. num. 45.* ubi ipse plurimas autoritates ad hoc citat, & idem tradit *Bald. auth. cessante num. 4. C. de legitim. hæred.* ubi ipse concludit, successionem in Baronia & successionem in feudo successionem universalem esse, eandem sententiam etiam amplectitur *Bald. in c. significavit. num. 4. extr. rescript.* ubi ipse dicit, successionem in contractu & sic in feudo successionem universalem esse.

245 Et licet successio in feudum sit† una eademq; successio, cum in feudo semper succedatur primo acquirenti, & non ultimo defuncto, cum tamen vasallo in feudo acquiratur non jus irrevocabile sed jus revocabile, ipseque intelligatur gravatus post mortem suam feudum aliis de sanguine primi acquirentis restituere, certum est, exclusum semel à feudo, non perpetuò, sed donec excludens ejusque descendentes vivunt, exclusum intelligi, sicut hoc evenit in re relicta uni ex familia, eo pacto eaque conditione, ut illa res semper in familia maneat, & non extra familiam alienetur, ad quā rem mortuo illo, qui hanc rem justè possidet, proximiores illius quidem admittuntur, *Socin. cons. 249. lib. 2.* ubi ipse attestatur, suo consilio subscripsisse, *Bald. à Bartalinus & Corn.* & ita fuisse obtentum in causa, & idem consuluisse *Ang. & Paul. Castrens.* idem tenet *Socin. l. si cognatus col. pen. ff. reb. dub.* ubi ipse attestatur, idem consuluisse *Alex & Ioan. Bapcist. à S. Severino.* eandem sententiam amplectitur *Soc. l. heredes. §. cum ita. ff. ad Trebell.* ibiq; dicit, etiam *Bald.* ita consuluisse, idem tenet *Socin. cons. 86. lib. 3. cons. 73. col. 4. lib. 4. Ruin. cons. 13. n. 12 lib. 1 cons. 202. nu. 15. cons. 117. nu. 25. cons. 123. nu. 18. cons. 162. nu. 8. cons. 166. n. 5. cons. 63. nu. 8. cons. 11. ad fin. lib. 2. & cons. 47. col. fin. lib. 3. Steph. Berdran. cons. 300. col. 2. lib. 3. Anc. Rub. cons. 36. cons. 38. cons. 40. cons. 82. Gozadin. cons. 4. num. 17.*

Non tanquam successores ultimi defuncti, sed tanquam successores illius testatoris, qui hanc rem eo pacto uni ex familia reliquit, ut illa semper in ista familia remaneat, *l. cohæredi. §. cum filiæ & ibi Dd. ff. vulga & pupilla.* & sic illa successio est semper una eademque.

Et tamen clari & indubitati juris est, quod semel exclusus ab illa successione non perpetuò, sed tantum donec excludens ejusq; descendentes supersunt, exclusus intelligatur, non tantùm, si illud fideicommissum vel legatum sit universale, sed etiam si illud sit particulare, juxta textum *l. cum ita. §. fin. l. peto. §. fratre. ff. legat. 2.* cum similibus supra allegatis.

Et licet textus † in *c. 1. de eo qui sibi & suis heredibus*, habeat varios intellectus, attamen ille intellectus, quod fœmina semel à feudo exclusa per masculum, non perpetuò sed tantum temporaliter exclusa intelligatur, est omninò amplectendus. 246

Tum, quia ille † intellectus magis convenit proprietati verborum, nempe dictioni donec, quæ non perpetuam, sed tantum temporalem exclusionem denotat 247

Et certi juris est, quod semper † amplectendus sit is intellectus, qui magis proprietati verborum convenit, *l. 1. §. si u qui navem. ff. de exercit act. l. non aliter in princip. ff. de legat. 3.* 248

Tum, quia hic intellectus magis convenit subjectæ materiæ, cum feudum sit res restitutioni subjecta, cujus rei illa natura est, quod semel ab illa re exclusus, non perpetuò, sed tantùm temporaliter, donec videlicet excludens super est, exclusus intelligatur, sicut hoc patet ex juribus superius allegatis.

Et clari juris est, quod semper amplectendus sit ille intellectus, qui subjectæ materiæ vel naturæ rei de qua agitur, magis convenit, *l. si uno in princ. ff. locat. & conduct. l. 4. ff. usuris. l. quoties idem sermo. & ibi Dec. & Cagn. ff. reg. jur.*

Tum, quia hic intellectus melioribus & firmioribus rationibus nititur, & dubio

omni caret, illum intellectum semper sequendum esse, qui melioribus & firmioribus rationibus nititur, *c. Capellanus & ibi Ab. & Dd. extr. fer.*

249 Secundò, ad hoc septimum argumentum contrarium respondemus, illud † argumentum contrarium non procedere in fœmina ad successionem feudi habilitata, per statutum vel consuetudinem: item, nec in illa fœmina, quæ non simul cum masculis sed demum post masculos sive deficientibus masculis ad successionem feudi vocata est.

Tertiò, respondemus, ea quæ in septimo argumento contrario dicta sunt, non habere locum in feudo improprio: item eo feudo, quod regulatur secundum successionem rerum hæreditariarum, item, & quamvis succedendi in feudis concessum fœminis, est exæquatum juri succedendi masculis competenti, item quando vel ex verbis vel ex mente illius dispositionis, quæ fœminam ad successionem feudi vocat, contrarium liquet.

Quartò respondemus, septimum argumentum contrarium non habere locum, si tacitè vel expressè actum fuerit, ut fœminæ vel descendentes ex ea, etiam masculis sive transversalibus succedent, item, quando fœmina exclusa vel descendentes ex ea semel ad successionem feudi admissi fuerunt.

Quintò, respondemus, quod fœmina semel exclusa, descendentes illius exclusi non intelligantur, quando illi ex propria persona sive jure proprio ad successionem feudi se admitti petunt, prout hæc omnia in rationibus decidendi latè comprobavimus, ideoque illa repetere supervacuum ducimus.

Ad octavum argumentum contrarium
250 respondemus † veriorem & communiorem esse illorum Dd. sententiam, qui volunt, fœminam semel exclusam à feudo improprio non perpetuo, sed tantùm temporaliter exclusam censeri, prout hoc in rationibus decidendi probavimus, & similiter verior est illorum sententia, qui volunt, fœminam semel exclusam non perpetuò, sed tantùm temporaliter exclusam intelligi, sive in investitura dictum fuerit, ut deficientibus masculis fœminæ succedant, sive in investitura cautum sit, ut stantibus masculis fœminæ non succedant: item, sive investitura ita concepta sit, ut non existente vel superstite masculo, fœmina succedat, sicut hoc similiter in rationibus decidendi latè probavimus.

Ad nonum argumentum contrarium patet responsio ex illa responsione, quam ad secundum argumentum contrarium dedimus.

Ad decimum argumentum contrarium respondemus, Dominum Comitem R. etiam propriè & strictè sumpto vocabulo subditi, subditum Episcoparus Monast. fuisse.

Secundò respondemus, privilegium Monasteriense non loqui de subditis sed tantùm de vasallis atq; nobilibus Episcopi.

Tertiò, respondemus, constitutionem Monast. non privilegium, sed beneficium continere.

Tum, quia illa constitutiò † nos reducit 251 ad jus commune antiquius, quo jure in nullius rei successione fit distinctio inter masculos & fœminas, & certum est, illam constitutionē sive dispositionem, quæ nos reducit ad jus commune antiquius, & favorabilem esse & potius beneficio quàm privilegio accedere.

Tum, quia illa constitutio ex justa & legitima causa propter publicam nempe utilitatem facta est, & certum est, concessionem factam propter publicam utilitatem potius beneficio quàm privilegio accedere, sicut hoc patet ex iis, quæ tradit *Socin. conf. 84. num. 13. lib. 3. & multis aliis similibus allegatis in rationibus decidendi.*

Quartò respondemus, tam constitutionem quàm privilegium etiam juris communis correctorium, propter publicam utilitatem factam vel concessum: item per quam sive per quod, ad jus commune antiquius reducimur, licet illud sit correctorium juris communis, favorabile & latiss. interpretandum.

Et similiter clari juris est, quod appellatione subditorum, saltem large accepto vocabulo, etiam comprehendantur vasalli, item & illi qui bona aliqua in territorio aliquo possident.

Quintò respondemus, constitutionem Monasteriensem in rem conceptam, nec quoad illas personas, quæ succedere cupiunt, ullam distinctionem facere inter subditos & non subditos: item, utrum illi sint vasalli vel nobiles Episcopi an verò non, & insuper legibus expressè cautum esse, quod in successionibus ab intestato, præsertim verò in feuda, sunt inspicienda leges, statuta & consuetudines illius loci, in quo

in quo loco est sita res, de qua controvertitur.

Cum itaq; Baronia controversa sit sita in Episcopatu Monast. & Comes R. fuerit & vasallus Episcopi & habuerit multas possessiones & aliqua feuda in Episcopatu Monast.

Dubium non est, ipsum beneficio constitutionis Monast. & gaudere & vigore illius constitutionis illius Baroniam controversam ipsi apertam fuisse.

Et per hæc patet, etiam responsio ad undecimum & duodecimum argumentum contrarium.

Ad decimum tertium argumentum contrarium respondemus, †clari & indubitati
152 juris esse, quod in omnibus locis subjectis jurisdictioni alicujus Episcopi vel Episcopatus, leges, statuta atq; consuetudines illius Episcopi sive Episcopatus servandæ sint, eo præsertim casu, quando ille locus subjectus propriam legem vel consuetudinem non habet in illo casu de quo agitur, *gl. l. ex eo & ibi Bart. & Dd. ff. post und. Guil. de Cun l. 2. & ibi Bart. n. 41. & 42. C. quæ sit longa consuet. Ant. de Butr. rep. c. fin. n. 63. ext. de consuet. Bald. l. 1. in princ ff. orig. jur. Soc. conf. 7. conf. 81. n 3. lib. 1. & conf. 271. lib. 2. Signorol. conf. 254. col. fin. Bologn. conf. 62. Bulgar. in rub. ff. solut. matr. col. 1 1. Montferat. c. 1. col. 4. de consuet lib. 6. Dec. conf. 389. n. 7. Matt. Laud in disput. sua incip. Laudens. col. 2. & 3. Card Paris. conf 25. n. 42. lib. 4. Calcan conf. 2. Rom. conf. 61. n. 3. & 4. & conf. 123. n. 1. in fin. Aym. Cravet. in tract. de antiquit. temp. 4. part. §. transeo nunc ad quartam. n. 53. Ioan. Crotus rep l. omnes populi. nu. 22. & Ioan. Bapt de Sanct. Severino. n. 13 ff justit. & jur arg. § fin Instit. qui satuda. cog. l. qui ex jure & l. ejus qui ff. ad municip. l. nulli. §. 1. ff. Episc. & Cler. l. 3. C. natural. liber.*

Nec distinguunt præfati Dd. utrum ille locus subjectus sit situs intra limites illius Episcopatus an verò non, & sic liquet, præfatos Dd. velle, leges & constitutiones Episcopi vel Episcopatus indistinctè in omnib. locis illi Episcopo vel Episcopatui subjectus locum habere, etiamsi ille locus extra limites illius Episcopatus situs sit.

Quin imò, quod in locis subjectis alicui Episcopo etiam extra limites sui Episcopatus sitis, leges atq; constitutiones Episcopi servandæ sint, expressè & in specie decidit *Abb. c. 2. n. 5. extr. religio. domibus. Alex conf. 151. nu. 5. lib. 2. Paul. Castrens. conf. 129. lib. 1. Corn. conf. 151 lib. 3. Calcan. conf. 2. Ruin. conf. 39. num. 15. & conf. 219 num. 7. lib. 1. Curt. jun. conf. 110. nu. 12. Ludovic. Rom. conf. 141. Socin. jun conf. 80. nu. 9. lib. 1.*

Et hæc sententia confirmatur ex eo, quia omnis is locus in quo loco Episcopus jurisdictionem habet, dicitur esse de territorio illius Episcopi, *Bald. rub. n. 2 quæ sint regalia. Felin. c. Rudolphus. nu. 15. & 28. extr de rescript. Boër. decis. 287. num. 7. Hier. de Monte in tract. de finibus. cap. 6.* etiamsi ille locus extra limites sui Episcopatus situs sit, *Abb. conf. 61. nu. 12. lib. 2 Corn. conf. 151. lib. 3. Hier. de Monte in tract. de finibus. cap. 6. nu 2.*

Et certi juris est, quod constitutio alicujus Episcopi extendatur ad totum territorium, & sit servanda in omnibus locis, qui sunt de territorio illius Episcopi, *Corn. conf. 151. n 5. lib. 3. arg c ut am. §. statuto. de consuet. lib. 6. l. fin. & ibi Dd. ff. de jurisd. omn. judic.* etiamsi in illo particulari loco constitutio Episcopi nunquã servata fuisset, *Oldra. conf. 265. Aym. Crav. in tract. de antiquit. temp. 4. part. §. transeo nunc ad quartam nu. 57.*

Quinimò, multi Dd concludunt, loca subjecta alicui Episcopi vel Episcopatui, non posse habere constitutiones vel consuetudines repugnantes legibus vel constitutionibus illius Episcopi vel Episcopatus, cui ille locus subjectus est, *Bald l. 1. n 1. C. quæ sit longa consuet. Bald c. translato. & ibi Fel. n. 6. extr. const. Barb. c. fin & ibi Roch Curt. in rep. n. 338. extr. consuet. Rom. conf. 61. Dec. conf. 17.*

Cum itaq; Baronia controversa sit & in Episcopatu Monasteriensi sita, & Episcopo Monasteriensi subjecta, & insuper Episcopus Monast. tanquam Dominus feudi habeat in ista Baronia directum Dominum, dubio omni caret, quod in Baronia controversa, præsertim quo ad casum nostrum, in quo de Baronia ipsa controvertitur, eaque controversia in Episcopatu Monast. agitatur, prædicta constitutio Monast. locum habeat atq; hæc controversia secundũ præfatam consuetudinẽ decidenda sit, præsertim cum doceri nequeat, Baroniam controversam habere vel consuetudinem vel legem propriam contrariam, & insuper legibus cautum sit, à pari procedere, sortiri forum in aliquo loco, ac regi legibus, statutis atque consuetudinibus illius loci, *Alexand. conf. 157. n. 15. lib. 2. Socin. conf. 271. n. 5. lib. 2.*

Nec obstat, quod Dd. †tradunt, ll. atque 153
statuta Episcopatus vel regni non extendi ad loca incorporata principaliter, & velint, ea loca principaliter incorporata censeri, quæ retinent speciale nomen regalis dignitatis, namque *Bart. & Dd.* loquuntur

in iis

in iis terminis, quando uterque locus unitus principalis manet, ita ut unus alteri non subjiciatur, item, quando locus aliquis regno adjicitur post constitutiones regni latas.

Deinde doctrina *Bart.* & sequentium, tantum procedit eo casu, quando unio tantum facta est quoad gubernationem & protectionem, secus autem est quando unio facta fuit quoad dominium atq; jurisdictionem, prout hoc expressè tradit *Ang. cons. 247. Felin. c. translato. num. 6. extr. constitut.* & est de mente *Salicet, l. etiam, nu. 3. C. jure dotium.*

Præterea doctrina *Bart.* & sequacium procedit eo casu tantùm, quando illa loca principaliter incorporata speciales ll. atq; consuetudines habent, in illo casu de quo

254 agitur. Item † sentiunt, illum demum locum dici principaliter incorporatum, qui ita incorporatus est, ut Rex illius regni cui comitatus incorporatus est, appelletur simul Rex & Comes, *Bart. & Dd. l. si convenerit. §. secundo. ff. pignorat. act.*

Cum itaque Baronia à B. absque omni dubio semper ad Episcopatum Monasteriensem pertinuerit, & in Episcopatu Monasteriensi sita fuerit, & Episcopatui subjecta sit tam quoad supremam jurisdictionem, quàm quoad dominium, & insuper Episcopus se non appellet Baronem in B. atque etiam in Baronia controversa, quo ad casum præsentem non sint propriæ ll. atque constitutiones, sequitur, ea quæ in 13. ratione contraria dicta sunt, nostra verissimæ decisioni nihil refragari.

255 Ad decimam tertiam rationem contrariam respondemus, jus succedendi in feudo non tantùm filiabus, verùm etiam omnibus descendentibus ex fœminis per constitutionem Monasteriensem concessum, prout hoc in rationibus decidendi docuimus.

Secundò respondemus, appellatione filiarum secundum multorum Dd. sententiam nepotis reliquosq; ex iis descendentes usque ad trinepotem secundum propriam vocabuli significationem comprehendi, *gloss. §. fin. verb. appellatur. Instit qui tutor. dar. poss gl. §. cum igitur verb. filiorum. auth. de non eligend. secundò nubent. Bald. l. maximum vitium. col. 2. C. liberis & posthum. Petr. de Anchor. repetit. c. 1. char. fin. vers. accedant huc. extr. constit. Cæpol. causarum civil. cons. 7.*

Et licitè Dd. magis communiter velint, appellatione filiarum secundum propriam & strictam vocabuli significationem nepotes non comprehendi: attamen omnes Dd. nemine penitus refragante fatentur, & est indubitati juris, appellatione filiarum saltem largè sive secundum largam significationem vocabuli & nepotes & omnes descendentes ex filiabus in infinitum usque comprehendi, & clari & indubitati juris est, quod in statutis etiam juris communis correctoriis, largissima interpretatio facienda sit, quando illa statuta, vel propter publicam utilitatem facta sunt, vel nos reducunt ad jus commune antiquius.

Quartò respondemus, omnia statuta omnesq; constitutiones etiam juris communis correctorias, à jure communi passivam interpretationem & extensionem recipere, *l. 1. §. lex Falcid. & ibi Bart. & Alex. ff. ad l. Falcid. l. 1. §. ex iu. & ibi Bart. l. omnes populi, nu. 60. ff. de just. & jur. Ias. auth. præterea. nu. 14. C. unde vir & ux.*

Cum itaque jure communi expressè cautum sit, omnia beneficia atque privilegia indulta filiabus etiam ad descendentes ex ea extendi, dubium non est, constitutionem Monasteriensem etiam posito, sed tamen non concesso illam tantum de filiabus loqui, per jus commune extendi ad omnes descendentes ex filiabus, prout per hanc rationem Dd. concludunt, eaque conclusio & verior & receptior est, quod in statutis appellatione filiarum omnes descendentes ex filiabus comprehendantur, *Bart. l. liberorum. ff. de verb. sig. cum multis similibus allegat. supra.*

Ad decimam quintam rationem contrariam respondemus, jus succedendi concessum filiabus per constitutionem Monasteriensem, non esse privilegium sed beneficium, in quibus beneficiis appellatione filiarum omnes descendentes ex iis omni dubio comprehenduntur.

Secundò respondemus, etiam in privi- 256 legiis appellatione filiarum nepotes reliquosque descendentes contineri eo casu, quando vel illud privilegium non ab homine vivo, sed per legem, statutum vel consuetudinem est concessum, vel quando illud privilegium publicam utilitatem respicit etiam secundariò, vel quando illud privilegium nos reducit ad jus commune antiquius.

Tertiò respondemus, jus succedendi in feudis per constitutionem Monast. expressè esse concessum omnibus descenden-

tibus

tibus ex fœminis, & sic frustrà disputatur, utrum appellatione filiarum descendentes ex illis comprehendantur.

157 Ad decimam sextam rationem contrariam respondem⁹, †clari & indubitati juris esse, atq; à Dd. magis communiter teneri, ad successionem feudi omnes descendentes à primo acquirente admitti, licet ipsi post mortem primi acquirentis, item avorum vel proavorum suorum concepti fuerint, *Bart. l. item prætor ff. suis & legit. Bald. l. si in personam. C. de fideicommiss. Alvar. c. 1 de eo qui sibi & suis hæred. Iacob. de Sanct. Georg. verb. præsentes num. 14. Curt. in tract. feud. 2. part. 3. part. princip. nu. 4. & 37. Ias. l. quod dicitur nu. 43. ff. verb. obligat.*

Nec obstat, quod privilegium avi vel proavi non transeat ad nepotem vel pronepotem post mortem avi vel proavi conceptum.

Namque hoc tantum procedit in eo privilegio, eoque jure, quod competit nepotibus vel pronepotibus, non ex propria persona, sed ex persona avi vel proavi, secus verò est in illis privilegiis, quæ competunt nepotibus & pronepotibus, ex persona propria, ad illa enim admittuntur etiã nepotes vel pronepotes, licet ipsi post mortem avorum vel proavorum concepti sint, *Bart. l. item prætor. ff. de suis & legit. hæredib. facit text. l. si arrogator. cum ibi not. ff. adoptio. notat. a. in lege divi fratres. ff. jure patronat. Tiraquell. in tr. de primogen. quæst. 12. n. 2. & 4.*

Sed certum est, quod jus succedendi in feudum competens secundum constitutionem Episcopatus Monast. omnibus tàm fœminis, quàm masculis, item tàm ex fœminis quàm ex masculis descendentibus illis ex persona propria competat.

Tum, quia constitutio Monasteriensis non tantùm fœminas, verùm etiã expressè descendentes ex fœminis ad successionem feudi vocat.

Tum, quia clari juris est, quod omnes descendentes ex primo acquirente, feudum per provisionem primi acquirentis ad feudũm intelligantur, vocatur ex propria persona, *c. 1. §. 1. de feudo March. Sylvan. cons. 15. nu. 10. 11. & 12. Igitur &c.*

Præterea jus succedendi in feudum competens filiabus & descendentibus ex iis, ipsis non tantùm ex dispositione constitutionis Monast. quàm ex pacto sive investitura primi acquirentis informata, illo jure particulari, sive consuetudine competere censetur, cum contrahentes se intelligant tur semper confirmare non tantùm statutis atq; consuetudinibus, verùm etiam privilegiis loci cõtractus, prout in privilegiis tradit *Abb. c. 1. extr. in lite pend. Dec. c. licet causam. 2. notab. extr. de probat. Ludov Rom. rub. col. 4 ff. de arbitris Syl. Aldobr. §. ex non scripto nu. 7. Instit. de jur. nat gent. & civ.* Eaq; sit propria & vera natura feudi, quæ ipsi per statuta, consuetudines vel privilegia illi⁹ loci in quo feudum situm est, acquisita est, sicut hoc in rationibus decidendi latè docuimus, & clari juris est, quod ad illa jura sive privilegia, ad quæ nepotes, pronepotes reliquiq; descendentes ex provisione hominis vel contrahentium admittuntur, ipsi indistinctè admittantur, licet post mortem avorum vel proavorum concepti sint, *Carol. Ruin. cons. 227. nu. 5. lib. 1.*

Ad decimam septimam rationem contrariam respondemus, illud† quod dicitur, 158 quodlibet privilegium præsumi personale, non procedere in privilegiis propter utilitatem publicam concessa, item, nec in illis privilegiis, quæ nos reducunt ad jus commune antiquius: item nec etiam in illis, quæ nobilitati, dignitati vel universitati concessa sunt, prout hæc omnia in casu nostro concurrunt.

Nec est simpliciter verum, quod † privilegia nõ extendantur de persona ad per- 159 sonam, namq; privilegia per statutum vel constitutionem indulta, passivam interpretationem & extensionem à jure communi recipiunt, & per illam etiam de persona ad personã extenduntur, prout hoc expressè & in specie tradit *Bart. l. liberor. n. 12 ff. verb. sig.*

Deinde etiam constitutio Monast. non tantum filias, verùm etiam omnes descendentes ex fœminis nulla facta distinctione sexus vel gradus comprehendit & complectitur, non tantùm subditos, verùm etiam omnes nobiles & vasallos Episcopi: item, tam illos qui etiã largo accepto vocabulo appellatione subditorum comprehenduntur: imò ex parte illorum qui successionem petunt, illa constitutio cõprehendit omnes omninò tàm subditos quàm non subditos, etiamsi ipsi non sint neque vasalli neque nobiles Episcopi.

Et sic non agitur hîc de aliqua extensione constitutionis vel privilegii.

Ad decimam octavam rationẽ contrariã 160 respondeo, veriorem esse † illorum Dd. sententiam, qui concludunt, privilegium concessum alicui & filiis suis tàm masculis quàm

quàm fœminis, etiam ad filias nuptas extendi, prout hoc expressè & in specie tradit *Bald. conf 139. Alexand l cum quædam in princip. & ibi Dec ff. jurisdict. omnium jud. Alex. conf. 125. lib. 7. & ibi Catol. Mol. in addit. Corn. conf. 177. col. fin. lib. 3. Socin. conf. 227. lib. 2. Fel c. novit. & ibi Dec. num. 4. extr. de judiciis. Fel. c. super. eod. extr. de testibus. Dec l. 1. C. unde vir & ux. Dec. l. fœmina. num. 83. ff. reg. jur. Fr. Ripa. resp. 3. tit. de rescript. Tiraq. in tract. de legib. connub. l. 1. part. 1. gl. 1. nu. 37.*

261 Et confirmatur evidentissima ratione,† namque filia nupta manet in potestate patris, *gloss. §. 1. verb. parentes Instit. ad Tertull. Bald. l. si uxorem. C. condit. insert.* & appellatione filiæ, atque comprehenditur filia nupta sicut non nupta, *Alex. d l. cum quædam. num. 14.* & filia nupta in omnibus & per omnia in illis, in quibus ipsa non distrahitur à servitio mariti, retinet originem & familiam patris, *Bart. l. fin. §. penult. ff. ad Municip. & l. Bald. Alex. & Dec l. cum quædam. ff. jurisdict. omnium iud. Paul. Castrensis. l. voluntas in princ. C. fideicom nisf. Alex. conf. 56. lib. 1. Ang. Aret. §. 1. Institut. patria potestate. Socin. conf. 227. lib. 2. Curt. sen. conf. 27.* Et hoc absque omni dubio in præsenti casu locum habet, in quo non tantùm filia, verùm etiam omnes descendentes ex fœminis per privilegium Monast. ad successionem feudi vocati sunt.

262 Ad decimam nonam rationem contrariam respondemus, casum † præsentem non esse omissum in constit. Monasteriensi, sed expressè comprehensum. Præterea illa regula, quòd casus omissus habeatur pro omisso, non habet locum, quando ad casum omissum fit extensio per interpretationem passivam juris communis, item quando casus omissus est æquiparatus casui expressè, item, & quando casus omissus sub ratione in statuto vel expressè vel tacite conjectur ata comprehenditur, sicut hoc ex supradictis liquet.

Et ex hac responsione liquet, etiam responsio ad vigesimam rationem contrariam, cum casus præsens sit inclusus constitutioni Monasteriensi.

Deinde quoq; clari juris est, quod constitutio loquens in uno casu, extendatur ad omnes casus similes: item, similem vel majorem rationem habentes, *c. cum dilecta & ibi Abb. & Dec. extr de confirmat. utili & inutili. c post translationem. §. quanquam. extr. de renunciat. l. fin & ibi Alex. ff quod quisque vi. c. in nostra. extr. sepultur. Felin. & Dd. c. quando* frequenter extr. ut lite non contest. Dec & Cagn. l. 1. ff reg. jur.* Similiter & inclusio unius non est exclusio alterius, habentis eandem vel similem rationem, *Bart & Bald. l. 1. C. diversis rescript. Roman. l. quæ dotis ff. soluto matrim. Felin. c. nono. num. 5. extr. de præsumpt.*

Idem est in iis, quæ per extensionem passivam juris communis includuntur, per jura vulg.

Ad vigesimam primam rationem contrariam respondemus,† veriorem esse illorum Dd. sententiam, qui concludunt, feudum acquisitum pro ipso acquirente, ut filiabus ipsius, non tantum ad filias, verùm etiam ad omnes descendentes ex filiabus transire, atque appellatione filiarum in investitura posita, omnes descendentes ex filiabus comprehendi, prout hoc tradit *Matth. de Afflict. c. 1. num. 8. & 9. de eo qui sibi & suis hæred.* nec obstat, quod hoc pactum sit exorbitans à consuetudinibus feudalibus, quodque in exorbitantibus appellatione filiorum nepotes reliquique descendentes non comprehendantur, namque per hoc pactum reducimur ad jus commune antiquius, quo jure nulla fit distinctio inter fœminas & masculos: item, inter illos, qui ex fœminis & masculis descendunt, & clari juris est, quod in exorbitantibus & etiam correctoriis appellatione filiarum omnes descendentes ex filiabus comprehendantur, eo casu, quando per illa ad jus commune reducimur, sicut hoc in rationibus decidendi docuimus. 263

Præterea, *Curtius* loquitur tantum in illo casu, quando fœmina per pactum sive investituram ad feudum habilitata est, nostra verò decisio loquitur in illo casu, quando fœmina per statutum sive constitutionem ad feudum habilitata est, inter quos casus maxima ratio diversitatis militat, namque licet pacto privatorum juri publico derogari possit, quoad illum casum, in quo pactum interpositum est, *l. pacisci. ff. de pactis. l. 1. §. si conveniat. ff. depositi. l. contractus. ff. reg. jur.*

Attamen jus publicum pactis privatorum tolli nequit, atque etiam privatis non est permissum, actui eorum naturam attribuere contra dispositionem juris communis, *l. jus publicum. & ibi Dd. ff. pactis l. jurugentium. § si paciscar. & ibi gl. & Dd. ff. eod. tit l. 3. & ibi Dd. ff. testamentis. l. nemo potest & ibi Dd. ff. legat. 1. Bartol. & Dd. l. pen. C. de pactis.*

Statuto

Statuto verò & consuetudine constitutiones feudales penitus tolli & abrogari possunt, *Bald. & Dd. l. 2. in princip ff. vulga & papil. Dec. cons. 39. col 7. Dd. l. more. ff. acquir. hereditat. Ias. l de quibus, n. 54. ff. legibus Card. Paris. cons. 13. nu. 10. lib. 1.*

Imò, vera, ordinaria & regularis natura feudi illa est, quæ determinatur sive attribuitur feudo à consuetudine illius loci, in quo feudum situm est, *c. 1. de feudi cognit. Card. Paris. cons. 13. num. 18. Carol. Mol. in consuetud. Paris. tit. 1. §. 7. nu. 32. Ias. in tract. feud. ultima parte. nu. 29.*

Etsi dici non potest, quod fœmina habilitata ad successionem feudi per statutum vel consuetudinem loci contra ordinariam & regularem naturam feudi ad successionem feudi admittatur.

Igitur sequitur, quod de pacto admittente filiam ad successionem feudi, ad statutum argui nequeat, cum à diversis & separatis vel diversam & separatam rationem habentibus illatio fieri non possit, juxta textum *l Papinianus exuli. ff. minorib. l. Iulianus. ff. condict. indeb. cum similibus vulgatibus.*

Præterea hoc argumentum appellatione filiæ in pacto quo filia ad successionem feudi admittitur, non comprehenduntur descendentes ex filia, igitur etiam in statuto admittente filiam ad successionem feudi non debent comprehendi descendentes

264 ex filia, est argumentum negativum de † pacto ad statutũ, quod argumentum nullo modo procedit, *Bart & Alex l. alia. §. elegant. ff soluto matrimonio. Bart rep. l. omnes populi. 3. quæst. princip. Bart & Paul. Castr. l. non est impossibile. ff. pact. Ioan. de Plat. rub. C. de decret. decur. lib. 10.* Deinde etiam statuta & constitutiones latiorem interpretationem recipiunt quàm pacta vel contractus.

265 Namque in † contractibus appellatione masculini non comprehenditur fœmininum, *Guido de Suzaris l. veteribus. ff pactis. Roman. l. 2. in princip. ff verb. obligat. Alexand. consil. 61. lib. 1.* cum multis similibus allegatis per *Ias. l. si quis id quod. nu. 23. ff. jurisdict. omnium jud.*

266 In statutis verò † masculinum concipit fœmininum, *Bart. l. juxta ff. de legibus. l quicunq. C. servis fugit. Imm. l. si ita scriptum. ff. legat. 2. Ias. l. si quis id quod. nu. 6. ff jurisdict. omnium jud.*

267 Similiter licet in † contractibus appellatione filiorum non comprehendantur nepotes, *Bart. l liberorum. ff. verb. obligat. Ant. de Butr. c. in quibusdam extr. de pœnis. Petr. de Anchor. Clem. 1. eod. tit. Ias. d. l. si quis id quod, num. 23.*

Attamen in statutis † appellatione filiorum nepotes comprehenduntur, *Bart. l. liberorum, nu. 12. ff. verb. signif.* 268

Igitur etiam ex hac ratione sequitur, quod de pacto investituræ ad statutum sive constitutionem argui nequeat.

Nec etiam obstat, † quod quando quis per pactum extraordinarium admittitur ad successionẽ feudi, ipse tantùm non autẽ descendentes ex illa ad successionem feudi admissi intelligantur, secundum doctrinam *Bald. c. quæ in ecclesiarum. nu. 40. extr. const.* dum ibi concludit, pactum, quo cavetur, fœminam ad successionem feudi à me quæsiti admittendum, ad personam illius fratris restringi, nec ad descendentes ex illo extendi, namque contrarium & forsan melius tenet *Carol. Ruin. cons. 12. nu. 13. & 14. lib. 1.* 269

Præterea hoc non habet locum in statuto admittente filiam fœminam ad successionem feudi.

Tum quia quando filia fœmina per statutum habilitatur ad successionem feudi, illius successio non judicatur extraordinaria sed ordinaria.

Tum, quia appellatione fratris descendentes ex eo neq; propriè neq; impropriè comprehenduntur, *Alex. cons. 204. n. 12. lib 2.* appellatione filiarum verò veniunt omnes descendentes ex illa largè accepto vocabulo, *Abb. c. 2. extr verb sign. Aym. Cravet. cons. 155. num. 8. lib. 7.*

Et clari juris est, quod statutum exorbitans loquens in uno casu ex identitate, sive similitudines rationes extẽdatur ad omnes illos casus qui inspecta lata significatione vocabuli comprehenduntur sub casu expresso, *l. filiũ. ff ad Maced. l. SCto. ff ritu nupt. gloss. auth. Minoris debitor. C. qui tutor. dar. poss. Rom. cons. 129. Alex. cons. 204. n. 11. & 12. lib. 2 Dec l. qui se patris. col. pen. C unde liberi. Aym. Cravet. cons. 155. nu. 8. lib. 1.* tum, quia feudum est talis res, quæ sua natura non nisi ad descendentes transit, & clari juris est, quod secundum juris communis antiquioris dispositionem, ad successionem illarum rerũ quæ non nisi ad descendentes transeunt, omnes descendentes, tam masculi quàm fœminæ admittuntur, juxta tradita per *Dd. cap. in præsentia extr. de probation.* fratres verò, vel ex iis descendentes reliquis

 trans-

in feud. ex quo textu per argumentum à contrario sensu, quod in jure & fortissimum & frequentissimum est, colligitur, in fudo antiquo patruum magnum vasallo defuncto succedere.

Secundò respondemus, ea quæ in tertio argumento contrario dicta sunt, procedere tantùm in feudo novo, & in illis ascendentibus qui à primo acquirente originem non trahunt: cæterùm, ad successionem feudi antiqui illi ascendentes qui à primo acquirente originem trahunt, indistinctè admittuntur, licet illi sint ascendentes per lineam directam, *Andr. de Isern. Alvarot. Præpos. & Matth. de Afflict. c. 1. in pr. de natur. success. feud. Præpos. & Matth. de Afflict. c. 1. de vasal. decrep. ætat. Curt. in tractat. feud. 2. part. 3. part. princip. num. 45. Zas in tractat. feud. 8. part. num. 2.*

234 Ad quartam rationem contrariam respondemus, † veriorem & communiorem esse illorum Doctorum sententiam, qui concludunt, in dignitatibus regalibus, allodialibus & hæreditariis etiam habentibus administrationem cum mero & mixto imperiò, fœminas succedere, prout hoc tradit *Hostiens. Ioan. Andr. Bald. Anton. de Butr. Panormitan. & Dd. c. significavit. extr. rescript. Panor. c dilecti. & ibi August. Bero. nu. 50. extr. arbitris. Tiraq. in tract. de Primog. 10. quæst. num. 9.* ubi ipse attestatur, eandem opinionem amplecti omnes *Dd. in d. c. significavit.* Et idem etiam tenet *Fel. c. dilecta. num 1. extr. de majorit. & obed.* Eandem etiam opinionem amplectitur *Oldrad. consil. 159. Petr. de Anchor. consil. 341. Ang. consil. 242. Dec. consil. 32. consil. 218. consil. 269. consil. 390. & consil. 413. Alex. consil. 24. lib. 5. Ruin. cons. 38. nu. 7. lib. 1. Socin. jun. cons. 76. nu. 48. lib. 1.* ubi ipse attestatur, etiam *Paul. Castrens.* hanc opinionem amplecti. Hanc eandem sententiam etiam tenet *Cardinal. Paris. consil. 22. num. 3. & cons. 23. nu. 14. lib. 1.* ubi ipse dicit, etiam *Innoc. Ang. & Præpos.* hujus opinionis esse. Idem quoq; vult *Albert. Brun. cons. 115. n. 1. Corn. cons. 16. in fin. lib. 1. Gozad. cons. 8. n. 17 & cons. 56. n. 21 Hier. Gratus, cons. 31. n. 10. lib. 1. Dec. l. 2. n. 3. ff. reg. jur.* & sic liquet, hanc opinionem magis communē esse, cum illam pluris & gravioris autoritatis Dd. teneant. Illa n. opinio quàm plures & gravioris autoritatis Dd. tenent, cōmunis esse dicitur, *Felin. c. 1. nu. 54 & ibi addit. ad Abb. extr. de constitut. Iason. l. si quis mihi bona. §. jussum. n. 14. de acquir. hæred. argument cap. in Canonicis. distinct. 19.* Et hæc opinio satis probatur per *text. d. c. significavit.* in quo textu dicitur, sororem fratri in Comitatu successisse, item & per *text. c. dilecti. extr. arbitru. c. dilecto. extr. testib. c. final. extr. concess. præbend. c. pervenit. extr. censib. c. ex parte. el. 3. extr. verborum sign. c. cum devotissimam. & c. sequenti. 12. q. 2. c. si quis. 14. q. 4.* Nec obstat *text. l. cum prætor. §. pen. ff. de iudiciis l 2. ff. de regulis jur. cum similibus,* in quibus textibus deciditur, fœminam neq; magistratu neque judicandi munere fungi posse, Namq; hoc non procedit, quando dignitates atq; jurisdictiones fœminæ jure hæreditario deferuntur, item, quando talia bona fœminæ jure hæreditario deferuntur, quibus jurisdictiones & dignitates annexæ sunt, *Host. Abb. & Dd. c. dilecti. extr. arbitru Ang. l. Princeps. ff. legibus. Ang. d. l. cum prætor. §. 1. Ang. l. 2. & ibi Dec. num. 3. ff reg. jur. Alex. cons. 1. num. 24. & cons. 24. n. 12. lib. 5 Dec. consil. 32. Card Paris. cons. 21. n. 3. & cons 23. num. 14. lib. 1.*

Præterea quod in quadragesimo argumento contrario dictum fuit, † fœminam nullo mudo admitti ad successionem feudorum, quæ habent annexam regalem dignitatem vel jurisdictionem cum administratione non procedit, quando consuetudine vel statuto loci fœmina est habilitata ad successionem feudi, tunc enim fœmina etiam in illis feudis, quæ regalem dignitatem unà cum jurisdictione habent, succedere potest, prout hoc expressè tradit *Host. Ioan. Andr. Bald. Anton. de Butr. Panor. & Dd. c. significavit. extr. rescript. Abb. c. dilecti & ibi Aug. Bero. nu. 50. extr. arbitris. Tiraquel. in tractat. de Primogen. quæst. 10. num 9. Cassan. in consuetud. Burg. Rub. 7. §. 5. glos. 1. num. 52. Petr. Duen. reg. 309. num 1.* 235

Ad quintum argumentum contrarium respondemus, † licet tenor investituræ potissimùm considerandus sit, atq; tenor investituræ deroget omni juri, statuto, constitutioni atque ordinationi. Attamen tenor investituræ quantùm fieri potest, ita considerandus & accipiendus est, quod contrahentes noluerint derogare consuetudinibus atque statutis illius loci in quo feudum situm est. Quodque contrahentes voluerint se confirmare statutis & consuetudinibus loci, prout hoc multis firmissimis rationibus pro Domino actore adductis suprà confirmavimus. 236

Et ultra ibidem dicta hoc in specie decidit *Cardinal. Paris. consil. 13. numer. 31. libro 1.* Cum itaque in consuetudine

Mona-

Monasteriensi expresse cautum sit, quod etiam ad successionem feudi masculini fœminæ admitti debeant.

Sequitur, investituras, in quibus dicitur, Baroniam controversam in feudum masculinum esse concessam, secundum prædictam consuetudinem intelligendas atq; ita accipiendas, ut fœminę à successione hujus Baroniæ exclusæ non intelligantur.

Secundò, ad hoc quintum argumentum contrarium respondemus, in prima investitura facta Domino G, primo, nullam fieri mentionē masculorum vel feudi masculini, quæ prima investitura præcipuè & potissimùm attendenda, & si quid in posterioribus investituris in præjudicium vasalli mutatum fuerit, hoc vasallo non præjudicat, sed vel errore vel impressione Domini factum præsumitur, sicut hoc superius docuimus.

237 Ad sextam rationem contrariam respondemus in prima investitura, quæ & fons & origo est omnium sequentium, quæq; potissimùm semper attendenda vel consideranda est, nullam fieri mentionem masculorum vel feudi masculini, & sic dici non potest, per illam constitutioni Monast. derogatum.

Secundò respondemus, illam regulam quæ vult posteriora derogare prioribus, procedere tantùm, quando posteriora cum prioribus nullo modo concordare vel simul stare possint, secus autem est, si posteriora cum prioribus vel concordare vel simul stare possint. Tunc enim per posteriora prioribus nunquam derogatam intelligitur, *Bart. consil. 72. incip. ex pacto. col. 5. Dec. l. pacta novissima. num. 5. C. de pactis.* sed investituræ recentiores cum privilegio Monasteriensi benè concordari & simul stare possunt. Cum in privilegio Monasteriensi expresse disponatur, quod etiam ad successionem feudorum masculinorum, sive in quorum concessione est facta mentio masculi sive masculini feudi, fœminæ admitti debeant. Igitur sequitur, præallegatam, regulam quod posteriora prioribus derogent, in præsenti casu locum non habere.

238 Ad septimam rationem contrariam respondemus, † veriorem & communiorem esse illorum Dd. sententiam, quæ volunt, fœminā semel exclusam à successione feudi non perpetuò, sed tantùm donec illi vivunt, quorum favore exclusio facta fuit, exclusam censeri.

Nec obstat, quod textus in *c. 1. §. Quintiam Episcopum vel Abbatem*, dicit, fœminam semel exclusam à successione feudi, ad illud ulterius non admitti. Namq; feudum est res restitutioni subjecta, sicut hoc superius indicavimus. Et illarum rerum quæ restitutioni subjectæ sunt, ea natura est, quod semel ab illis rebus exclusus, non perpetuò sed tantùm donec excludens superest, exclusus intelligatur, juxta textum *l. cum ita. §. fin. ff. legat. 2. cum multis similibus suprà allegatis.*

Et clari & indubitati juris est, quod omnia verba secundum subjectam materiam & naturam rei intelligenda & accipienda sint, etiamsi oporteat verba ad significationem impropriam vel impropriissimam detorquere, *l. si verò in princip. ff. locat. & conduct. Nicol. Everh. in loco à subjecta materia cum similibus vulgaribus.* Ideò sequitur, quod dictio ulterius in *d. §. Quinetiam*, posita, secundum subjectam materiam ita intelligenda sit, donec videlicet excludens atque descendentes ex eo supersunt. Quod etiam suadetur per textum *in c. 1. de eo qui sibi & suis heredibus.* dum videlicet ille textus dicit: *Non enim patet locus fœminæ in feudi successione, donec masculus superest ex eo, qui primus de hoc feudo fuit investitus.* & sic expressè denotat, exclusionem fœminæ & descendentium ex fœminis, non perpetuam sed temporalem esse. Cum sit clari juris, quod leges legib. concordare conveniat, quodq; unus textus secundum alterum intelligi, declarari & restringi debeat, *l. sed & posteriores. ff. legibus. l. 1. §. quib. C. de novo. Cod fac. l. unica, C. inoffic. don. c. cum expediat. de elect. lib. 6.*

Deinde non obstat, quod qualibet † exclusio simplex sit perpetua, namque hoc tunc demum procedit, quando excludenti est quæsitum jus irrevocabile, secus autem est, quando jus quæsitum excludenti est revocabile, quale jus est illud, quod vasallus in feudo habet. Item, quod quilibet alius habet in re restitutioni subjecta, sicut hoc in rationibus decidendi docuimus, & legibus atque rationibus comprobavimus. 239

Similiter non obstat, quod fœmina semel exclusa à successione, perpetuò exclusa maneat, Namq; hoc verum est, in successione rerum hęreditariarum quæ res hæreditariæ,

ditariæ, hæredi perpetuò & irrevocabiliter acquiruntur, secus autem est in feudis aliisq; rebus restitutioni subjectis, quæ non perpetuò, sed revocabiliter tantùm acquiruntur.

Præterea, etiam in successionibus hæreditariis semel exclusus, non prohibetur excludenti succedere in illis bonis, à quibus ipse semel exclusus fuit.

Eodem modo respondetur etiam ad illud, quod semel exclusus à jure prælationis, perpetuò exclusus intelligatur & maneat, namque hoc ideò evenit, qua excludenti est quæsitum jus irrevocabile.

240 Nec est verum, quod † fœmina admissa ad successionem feudi, intelligatur ad illam soccessionem admissa sub conditione extinctiva, si videlicet tempore delata successionis, masculus non supersit, quia illa conditio, sub quâ fœmina ad successionem feudi admittitur, est suspensiva, & non initium sed processum & perseverentiam actus respicit. Ideoque in hoc casu non haber locum regula quæ vult, quod sufficiciat semel conditionem defecisse.

Nec obstat authoritas *Pauli Castrensis*. Namque illa non modo nulla lege & ratione firma probatur, sed & legibus & rationibus firmissimis refragatur, ideoque illa nullo modo in consideratione habenda est, cum nec glossæ *Bald. l. respublica. C ex quibus caus. major.* Nec Doctori quantumvis magnæ authoritatis credendum, nisi dictum suum probet lege & ratione urgenti, *Archidiac. c. nolite timere. u. q. 3.* Imò, paria sunt, aliquid fieri sine lege & contra legem, *Bald. c. in Genesi extr. electio.* Et illud, quod lege non cavetur, in practica non recipiatur, *Bald. c. nihil. col. fin. extr. elect.* Atque etiam legibus expressè cautum sit, quod illa opinio Dd. quæ vel legibus expressis, vel rationib. urgentibus refragatur, nullo modo sequenda vel imitanda sit, *l. 1. §. sed neq. C. veteri jure. enucl. l. Æmilius. ff. minoribus. c. Capellanus. & ibi Abb. ext. de ferys.*

Obligatio quoque ad habendam rem aliquam ex contractu vel sententia descendens, per traditionem semel factam penitus & irrevocabiliter extinguitur, ideoque ab illa ad casum nostrum argui nequit, in qua fœmina & descendentes ex fœmina non perpetuò sed temporaliter, licet tantum exclusi, intelliguntur, cum à diversis sive separatis non fiat illatio, juxta *l. fin. ff. calumniator. l. Papinianus. ff. minorib. l. Iulianus. ff condict. indeb.*

Illud etiam, † quod quis per traditionem semel factam ab obligatione perpetuò liberetur, procedit tantùm to casu, quando per traditionem est accipienti acquisitum jus irrevocabile, secus autem est, si illud ipsum jus revocabile sit, tunc enim, per illam traditionem perpetua liberatio non contingit, *l. Dacio. in princip. ff action. empti. l. Mevius, §. penult. ff. legat. 2. l. qui concubinam. §. si hæres. ff. legat. 3. l. qui scit. ff. solution.* 241

Sed masculo excludenti fœminam à successione feudi ejusque descendentibus non est quæsitum jus irrevocabile & perpetuum, sed tantùm donec ipse & descendentes ipsius supersunt. Igitur sequitur, illam exclusionem non perpetuam sed temporalem, donec videlicet masculus superesse censendum.

Ruptura quoque testamenti perpetua & irrevocabilis est, ideoque ab ea similiter ad casum nostrum, in quo exclusio non perpetuò neque irrevocabiliter fit, argui nequit.

Nec est verum, quod † fœmina semel exclusa per masculum à successione feudi, effectus exclusionis consummatus & perfectus sit cum masculo ejusq; descendentibus, non sit quæsitum jus irrevocabile, ipsique intelligantur gravati post mortem suam fœminæ atque descendentibus ex ea feudum restituere. 242

Igitur manet firma regula in casu nostro, quod cessante causa exclusionis deficientibus nempe masculis, & ex iis descendentibus, & ipsa quoque exclusio cesset, juxta *l si instituta. l. si is qui. l. potest filium. ff. inoffic. testament*, cum multis similibus allegatis per *Tiraquell. in tractat. cessante causa. 1. part. num. 19. & 2. part. limit. 12.*

Et regula quæ vult, † quod cessante causa, non cesset effectus perfectus & consummatus, habet tantùm locum in causa feudi, secus autem est in causa essendi, *Ioan. Monach. in proœm lib. 6. Bald. c. etsi Christus. num. 7. in fin. extr. jurejur. Tiraq. in tract. cessante causa. num. 43.* 243

Eodem modo, quando effectus consummatus non est momentaneus, sed est successivus, illa regula tantum habet locum, pro tempore præterito, non autem pro tempore futuro, *Bald. c. quemadmodum.*

col.

col. 2. vers circa tacitas conditiones, extra jurejur. Franc. Ozar. §. superdi.lia. n. 18. Instit. de test.am. milit arg. l. tutel u. ff capit. dimin.

Similiter hæc regula locum non habet, quando supervenit causa retrò contraria, *Bald. c. cum cessante. num. 4. arg. ill. text. extr. de appellat.* vel quando cessat causa specialis, *Anton. de Butr. c. post translationem. col 4. extr. renunciat.*

Cum itaque masculorum existentia sit causa specialis exclusionis fœminarum atque ex iis descendentium à feudo, illaque causa, sit causa essendi & effectus exclusionis fœminarum successivus, masculisq; deficientibus, causa contraria superveniat, dubio omni caret, illam regulam, quod cessante causa effectus consummatus non cesset, in casu nostro locum non habere.

244 Nec etiam simpliciter verum est, quod† successio in feudum sit successio singularis namque contrarium tenet, *Boer. decis. 204. num. 45.* ubi ipse plurimas autoritates ad hoc citat, & idem tradit *Bald. auth. cessante num. 4. C. de legitim. hæred.* ubi ipse concludit, successionem in Baronia & successionem in feudo successionem universalem esse, eandem sententiam etiam amplectitur *Bald in c. significavit. num. 4. extr. rescript.* ubi ipse dicit, successionem in contractu & sic in feudo successionem universalem esse.

245 Et licet successio in feudum sit† una eademq; successio, cum in feudo semper succedatur primo acquirenti, & non ultimo defuncto, eum tamen vasallo in feudo acquiratur non jus irrevocabile sed jus revocabile, ipseque intelligatur gravatus post mortem suam feudum aliis de sanguine primi acquirentis restituere, certum est, exclusum semel à feudo, non perpetuò, sed donec excludens ejusque descendentes vivunt, exclusum intelligi, sicut hoc evenit in re relicta uni ex familia, eo pacto eaque conditione, ut illa res semper in familia maneat, & non extra familiam alienetur, ad quā rem mortuo illo, qui hanc rem justè possidet, proximiores illius quidem admittuntur, *Socin. cons. 249. lib. 2.* ubi ipse attestatur, suo consilio subscripsisse, *Bald. à Bartolinus & Corn.* & ita fuisse obtentum in causa, & idem consuluisse *Ang. & Paul. Castrens.* idem tenet *Socin. l. si cognatus col. pen. ff. reb. dub.* ubi ipse attestatur, idem consuluisse *Alex & Ioan. Baptist. à S. Severino.* eandem sententiam amplectitur *Soc. l. hæredes. §. cum ita. ff. ad Trebell.* ibiq; dicit, etiam *Bald.* ita consuluisse, idem tenet *Socin. cons. 86. lib. 3. cons. 73. col. 4. lib. 4. Ruin. cons. 13. n. 12 lib 1 cons. 202. nu. 15. cons. 117. nu. 25. cons. 123. nu. 16. cons. 162. nu. 3. cons. 166. n. 5 cons 68. nu. 8. cons. 11. ad fin. lib. 2. & cons. 47. col. fin. lib. 3. Steph. Bertrand. cons. 300. col. 2. lib. 3. Ant. Rub. cons. 36. cons. 38. cons. 40. cons. 82. Gozadin. cons. 4. num. 17.*

Non tanquam successores ultimi defuncti, sed tanquam successores illius testatoris, qui hanc rem eo pacto uni ex familia reliquit, ut illa semper in ista familia remaneat, *l. cohæredi. §. cum filiæ & ibi Dd. ff. vulg. & pupill.* & sic illa successio est semper una eademque.

Et tamen clari & indubitati juris est, quod semel exclusus ab illa successione non perpetuò, sed tantum donec excludens ejusq; descendentes supersunt, exclusus intelligatur, non tantum, si illud fideicommissum vel legatum sit universale, sed etiam si illud sit particulare, juxta textum *l. cum ita. §. fin. l. peto. §. fratre. ff. legat. 2.* cum similibus supra allegatis.

Et licet textus † in *c. 1. de eo qui sibi & suis hæredibus*, habeat varios intellectus, attamen ille intellectus, quod fœmina semel à feudo exclusa per masculum, non perpetuò sed tantum temporaliter exclusa intelligatur, est omninò amplectendus. 246

Tum, quia ille † intellectus magis convenit proprietati verborum, nempe dictioni donec, quæ non perpetuam, sed tantum temporalem exclusionem denotat. 247

Et certi juris est, quod semper † amplectendus sit is intellectus, qui magis proprietati verborum convenit, *l. 1. §. si u qui navem. ff. de exercit act. l. non aliter in princip. ff. de legat. 3.* 248

Tum, quia hic intellectus magis convenit subjectæ materiæ, cum feudum sit res restitutioni subjecta, cujus rei illa natura est, quod semel ab illa re exclusus, non perpetuò, sed tantùm temporaliter, donec videlicet excludens super est, exclusus intelligatur, sicut hoc patet ex juribus superius allegatis.

Et clari juris est, quod semper amplectendus sit ille intellectus, qui subjectæ materiæ vel naturæ rei de qua agitur, magis convenit, *l. si uno in princ. ff. locat. & conduct. l. 4. ff. usuris. l. quoties idem sermo. & ibi Dec. & Cagn. ff. reg. jur.*

Tum, quia hic intellectus melioribus & firmioribus rationibus nititur, & dubio omni

omni caret, illum intellectum semper sequendum esse, qui meliotibus & firmioribus rationibus nititur, *c. Capellanus & ibi Ab. & Dd; extr. fer.*

149 Secundò, ad hoc septimum argumentum contrarium respondemus, illud † argumentum contrarium non procedere in fœmina ad successionem feudi habilitata, per statutum vel consuetudinem: item, nec in illa fœmina, quæ non simul cum masculis sed demum post masculos sive deficientibus masculis ad successionem feudi vocata est.

Tertiò, respondemus, ea quæ in septimo argumento contrario dicta sunt, non habere locum in feudo impropriu: item eo feudo, quod regulatur secundum successionem rerum hæreditariarum, item, & quamvis succedendi in feudis concessum fœminis, est exæquatum juri succedendi masculis competenti, item quando vel ex verbis vel ex mente illius dispositionis, quæ fœminam ad successionem feudi vocat, contrarium liquet.

Quartò respondemus, septimum argumentum contrarium non habere locum, si tacitè vel expressè actum fuerit, ut fœminæ vel descendentes ex ea, etiam masculis sive transversalibus succedent, item, quando fœmina exclusa vel descendentes ex ea semel ad successionem feudi admissi fuerunt.

Quintò, respondemus, quod fœmina semel exclusa, descendentes illius exclusi non intelligantur, quando illi ex propria persona sive jure proprio ad successionem feudi se admitti petunt, prout hæc omnia in rationibus decidendi latè comprobavimus, ideoque illa repetere supervacuum ducimus.

Ad octavum argumentum contrarium

150 respondemus † veriorem & communiorem esse illorum Dd. sententiam, qui volunt, fœminam semel exclusam à feudo improprio non perpetuo, sed tantùm temporaliter exclusam censeri, prout hoc in rationibus decidendi probavimus, & similiter verior est illorum sententia, qui volunt, fœminam semel exclusam non perpetuò, sed tantùm temporaliter exclusam intelligi, sive in investitura dictum fuerit, ut deficientibus masculis fœminæ succedant, sive in investitura cautum sit, ut stantibus masculis fœminæ non succedant: item, sive investitura ita concepta sit, ut non existente vel superstite masculo, fœmina succedat, sicut hoc similiter in rationibus decidendi larè probavimus.

Ad nonum argumentum contrarium patet responsio ex illa responsione, quam ad secundum argumentum contrarium dedimus.

Ad decimum argumentum contrarium respondemus, Dominum Comitem R. etiam propriè & strictè sumpto vocabulo subditi, subditum Episcopatus Monast. fuisse.

Secundò respondemus, privilegium Monasteriense non loqui de subditis sed tantùm de vasallis atq; nobilibus Episcopi.

Tertiò, respondemus, constitutionem Monast. non privilegium, sed beneficium continere.

Tum, quia illa constitutiò † nos reducit 151 ad jus commune antiquius, quo jure in nullius rei successione fit distinctio inter masculos & fœminas, & certum est, illam constitutionē sive dispositionem, quæ nos reducit ad jus commune antiquius, & favorabilem esse & potius beneficio quàm privilegio accedere.

Tum, quia illa constitutio ex justa & legitima causa propter publicam nempe utilitatem facta est, & certum est, concessionem factam propter publicam utilitatem potius beneficio quàm privilegio accedere, sicut hoc patet ex iis, quæ tradit *Socin. conf. 84. num. 13. lib. 3. & multis aliis similibus allegatis in rationibus decidendi.*

Quartò respondemus, tam constitutionem quàm privilegium etiam juris communis correctorium, propter publicam utilitatem factam vel concessum: item per quam sive per quod, ad jus commune antiquius reducimur, licet illud sit correctorium juris communis, favorabile & latiùs interpretandum.

Et similiter clari juris est, quod appellatione subditorum, saltem largè accepto vocabulo, etiam comprehendantur vasalli, item & illi qui bona aliqua in territorio aliquo possident.

Quintò respondemus, constitutionem Monasteriensem in rem conceptam, nec quoad illas personas, quæ succedere cupiunt, ullam distinctionem facere inter subditos & non subditos: item, utrum illi sint vasalli vel nobiles Episcopi an verò non, & insuper legibus expressè cautum esse, quod in successionibus ab intestato, præsertim verò in feuda, sunt inspicienda leges, statuta & consuetudines illius loci,

in quo

in quo loco est sita res, de qua controvertitur.

Cum itaq; Baronia controversa sit sita in Episcopatu Monast. & Comes R. fuerit & vasallus Episcopi & habuerit multas possessiones & aliqua feuda in Episcopatu Monast.

Dubium non est, ipsum beneficio constitutionis Monast. & gaudere & vigore illius constitutionis illius Baroniam controversam ipsi apertam fuisse.

Et per hæc patet, etiam responsio ad undecimum & duodecimum argumentum contrarium.

Ad decimum tertium argumentum contrarium respondemus, †clari & indubitati
152 juris esse, quod in omnibus locis subjectis jurisdictioni alicujus Episcopi vel Episcopatus, leges, statuta atq; consuetudines illius Episcopi sive Episcopatus servandæ sint, eo præsertim casu, quando ille locus subjectus proprium legem vel consuetudinem non habet in illo casu de quo agitur, *gl. l. ex eo & ibi Bart. & Dd. ff. post tuland. Guil. de Cun l. 2. & ibi Bart. n. 41. & 42. C. quæ sit longa consuet. Ant. de Butr. rep. c. fin. n. 63. extr. de consuet. Bald. l. 2. in princ ff. orig. jur. Soc. cons. 7. cons. 81. n 3. lib. 1. & cons. 271. lib. 2. Signorol. cons. 254. col fin. Bologn. cons. 62. Bulgar. in rub. ff. solut. matr. col. 11. Montefer at. c. 1. col. 4. de consuet lib. 6. Dec. cons. 389. n. 7. Matt. Laud. in disput. sua incip. Laudens. col. 2. & 3. Card Paris. cons 25. n. 42. lib. 4. Calcan cons. 2. Rom. cons. 61. n. 3. & 4. & cons. 123. n. 1. in fin. Aym. Cravet. in tract. de antiquit. temp. 4. part. §. transeo nunc ad quartam. n. 53. Ioan. Crotus rep l. omnes populi. nu. 22. & Ioan. Bapt de Sanct. Severino. n. 13 ff justit. & jur arg. §. fin. Instit. qui satuda. cog. l. qui ex jure & l. ejus qui ff. ad municip. l. nulli. §. 1. ff. Episc. & Cler. l. 3. C. natural. liber.*

Nec distinguunt præfati Dd. utrum ille locus subjectos sit situs intra limites illius Episcopatus an verò non, & sic liquet, præfatos Dd. velle, leges & constitutiones Episcopi vel Episcopatus indistinctè in omnib. locis illi Episcopo vel Episcopatui subjectis locum habere, etiamsi ille locus extra limites illius Episcopatus situs sit.

Quin imò, quod in locis subjectis alicui Episcopo etiam extra limites sui Episcopatus sitis, leges atq; constitutiones Episcopi servandæ sint, expressè & in specie decidit *Abb. c. 2. n. 5. extr. religio. domibus. Alex cons. 151. nu. 5. lib. 2. Paul. Castrens. cons. 129. lib. 1. Corn. cons. 151. lib. 3. Calcan. cons. 2. Ruin. cons. 39. num. 15. & cons. 219 num. 7. lib. 1. Curt. jun. cons. 110. nu. 12. Ludovic. Rom. cons. 141. Socin. jun cons. 80. nu. 9. lib. 1.*

Et hæc sententia confirmatur ex eo, quia omnis is locus in quo loco Episcopus jurisdictionem habet, dicitur esse de territorio illius Episcopi, *Bald rub. n. 2 quæ sint regalia. Felin. c. Rudolphus. nu. 15. & 28. extr de rescript. Boër. decis. 287. num. 7. Hier. de Monte in tract. de finibus. cap. 6.* etiamsi ille locus extra limites sui Episcopatus situs sit, *Abb. cons. 62. nu. 12. lib. 2 Corn. cons. 151. lib. 3. Hier. de Monte in tract. de finibus. cap. 6. nu 2.*

Et certi juris est, quod constitutio alicujus Episcopi extendatur ad totum territorium, & sit servanda in omnibus locis, qui sunt de territorio illius Episcopi, *Corn. cons. 151. n 5. lib. 3. arg c ut am. § statuto. de consuet, lib. 6. l. fin. & ibi Dd. ff. de jurisd. omn. judic.* etiamsi in illo particulari loco constitutio Episcopi nunquã servata fuisset, *Oldra. cons. 265. Aym. Crav. in tract. de antiquit. temp. 4. part. §. transeo nunc ad quartam. nu. 57.*

Quinimò, multi Dd concludunt, loca subjecta alicui Episcopi vel Episcopatui, non posse habere constitutiones vel consuetudines repugnantes legibus vel constitutionibus illius Episcopi vel Episcopatus, cui ille locus subjectus est, *Bald l 1. n 1. C. quæ sit longa consuet. Bald c. translato. & ibi Fel. n. 6. extr. const. Barb. c. fin & ibi Roch Curt. in rep. n. 538. extr. consuet. Rom. cons. 61 Dec. cons. 17.*

Cum itaq; Baronia controversa sit & in Episcopatu Monasteriensi sita, & Episcopo Monasteriensi subjecta, & insuper Episcopus Monast. tanquam Dominus feudi habeat in ista Baronia directum Dominium, dubio omni caret, quod in Baronia controversa, præsertim quo ad casum nostrum, in quo de Baronia ipsa controvertitur, eaque controversia in Episcopatu Monast. agitatur, prædicta constitutio Monast. locum habeat atq; hæc controversia secundũ præfatam consuetudinẽ decidenda sit, præsertim cum doceri nequeat, Baroniam controversam habere vel consuetudinem vel legem propriam contrariam, & insuper legibus cantum sit, à pari procedere, fortiri forum in aliquo loco, ac regi legibus, statutis atque consuetudinibus illius loci, *Alexand. cons. 157. n. 15. lib. 2. Socin. cons. 271. n. 5. lib. 2.*

Nec obstat, quod Dd †tradunt, ll. atque 153
statuta Episcopatus vel regni non extendi ad loca incorporata principaliter, & velint, ea loca principaliter incorporata censeri, quæ retinent speciale nomen regalis dignitatis, namque *Bart. & Dd.* loquuntur in iis

in iis terminis, quando uterque locus unitus principalis manet, ita ut unus alteri non subjiciatur, item, quando locus aliquis regno adjicitur post constitutiones regni latas.

Deinde doctrina *Bart.* & sequentium, tantum procedit eo casu, quando unio tantum facta est quoad gubernationem & protectionem, secus autem est quando unio facta fuit quoad dominium atq; jurisdictionem, prout hoc expressè tradit *Ang. conf. 247. Felin. c. translato. num. 6. extr. constitut.* & est de mente *Salicet. l. etiam, nu. 3. C. jure dotium.*

Præterea doctrina *Bart.* & sequacium procedit eo casu tantùm, quando illa loca principaliter incorporata speciales ll. atq; consuetudines habent, in illo casu de quo
254 agitur. Item † sentiunt, illum demum locum dici principaliter incorporatum, qui ita incorporatus est, ut Rex illius regni cui comitatus incorporatus est, appelletur simul Rex & Comes, *Bart. & Dd. l. si convenerit. §. secundo. ff. pignorat. act.*

Cum itaque Baronia à B. absque omni dubio semper ad Episcopatum Monasteriensem pertinuerit, & in Episcopatu Monasteriensi sita fuerit, & Episcopatui subjecta sit tam quoad supremam jurisdictionem, quàm quoad dominium, & insuper Episcopus se non appellet Baronem in B, atque etiam in Baronia controversa, quo ad casum præsentem non sine propriæ ll. atque constitutiones, sequitur, ea quæ in 13. ratione contraria dicta sunt, nostra verissimæ decisioni nihil refragari.

255 Ad decimam tertiam rationem contrariam respondemus, jus succedendi in feudo non tantùm filiabus, verùm etiam omnibus descendentibus ex fœminis per constitutionem Monasteriensem concessum, prout hoc in rationibus decidendi docuimus.

Secundò respondemus, appellatione filiarum secundum multorum Dd. sententiam nepotis reliquosq; ex iis descendentes usque ad trinepotem secundum propriam vocabuli significationem comprehendi, *gloss. §. fin. verb. appellatur. Instit qui tutor. dat. poss. gl. § cum igitur verb. filiorum. auth. de non eligend. secundò nubent. Bald. l. maximum vitium. col. 2. C. liberis & posthum. Petr. de Anchor. repetit. c. 1. char fin. vers. accedant huc. extr. constit. Capol. causarum civil. conf. 7.*

Et licitè Dd. magis communiter velint, appellatione filiarum secundum propriam & strictam vocabuli significationem nepotes non comprehendi: attamen omnes Dd. nemine penitus refragante fatentur, & est indubitati juris, appellatione filiarum saltem largè sive secundum largam significationem vocabuli & nepotes & omnes descendentes ex filiabus in infinitum usque comprehendi, & clari & indubitati juris est, quod in statutis etiam juris communis correctoriis, largissima interpretatio facienda sit, quando illa statuta, vel propter publicam utilitatem facta sunt, vel nos reducunt ad jus commune antiquius.

Quartò respondemus, omnia statuta omnesq; constitutiones etiam juris communis correctorias, à jure communi passivam interpretationem & extensionem recipere, *l. 1. §. lex Falcid. & ibi Bart. & Alex. ff. ad l. Falcid. l. 1. §. ex iis. & ibi Bart. l. omnes populi. nu. 60. ff. de just. & jur. Jas. auth. præterea. nu. 14. C. unde vir & ux.*

Cum itaque jure communi expressè cautum sit, omnia beneficia atque privilegia indulta filiabus etiam ad descendentes ex ea extendi, dubium non est, constitutionem Monasteriensem etiam posito, sed tamen non concesso illam tantum de filiabus loqui, per jus commune extendi ad omnes descendentes ex filiabus, prout per hanc rationem Dd. concludunt, eaque conclusio & verior & receptior est, quod in statutis appellatione filiarum omnes descendentes ex filiabus comprehendantur, *Bart. l. liberorum. ff. de verb. sig. cum multis similibus allegat. supra.*

Ad decimam quintam rationem contrariam respondemus, jus succedendi concessum filiabus per constitutionem Monasteriensem, non esse privilegium sed beneficium, in quibus beneficiis appellatione filiarum omnes descendentes ex iis omni dubio comprehenduntur.

Secundò respondemus, etiam in privilegiis appellatione filiarum nepotes reliquosque descendentes contineri eo casu, 256
quando vel illud privilegium non ab homine vivo, sed per legem, statutum vel consuetudinem est concessum, vel quando illud privilegium publicam utilitatem respicit etiam secundariò, vel quando illud privilegium nos reducit ad jus commune antiquius.

Tertiò respondemus, jus succedendi in feudis per constitutionem Monast. expressè esse concessum omnibus descendentibus

tibus ex fœminis, & sic frustrà disputatur, utrum appellatione filiarum descendentes ex illis comprehendantur.

257 Ad decimam sextam rationem contrariam respondem⁹,†clari & indubitati iuris esse, atq; à Dd. magis communiter teneri, ad successionem feudi omnes descendentes à primo acquirente admitti, licet ipsi post mortem primi acquirentis, item avorum vel proavorum suorum concepti fuerint, *Bart. l. item prætor ff. sui & legit. Bald. l. si in personam. C. de fideicommiss. Alvar. c. 1 de eo qui sibi & suis hæred. Iacob. de Sanct. Georg. verb. præsentes num. 14. Curt. in tract. feud. 2. part. 3. part. princip. nu. 4. & 37. Ias. l. quod dicitur nu. 43. ff. verb. oblig.*

Nec obstat, quod privilegium avi vel proavi non transeat ad nepotem vel pronepotem post mortem avi vel proavi conceptum.

Namque hoc tantum procedit in eo privilegio, eoque iure, quod competit nepotibus vel pronepotibus, non ex propria persona, sed ex persona avi vel proavi, secus verò est in illis privilegiis, quæ competunt nepotibus & pronepotibus, ex persona propria, ad illa enim admittuntur etiã nepotes vel pronepotes, licet ipsi post mortem avorum vel proavorum concepti sint, *Bart. l. item prætor. ff. de suis & legit. hæredib. facit text. l. si arrogator. cum ibi not. ff. adoptio. notata. in lege divi fratres. ff. iure patronat. Tiraquell. in tr. de primogen. quæst. 12. n. 2. & 4.*

Sed certum est, quod jus succedendi in feudum competens secundum constitutionem Episcopatus Monast. omnibus tàm fœminis, quàm masculis, item tàm ex fœminis quàm ex masculis descendentibus illis ex persona propria competat.

Tum, quia constitutio Monasteriensis non tantùm fœminas, verùm etiã expresſè descendentes ex fœminis ad successionem feudi vocat.

Tum, quia clari juris est, quod omnes descendentes ex primo acquirente, feudum per provisionem primi acquirentis ad feudũm intelligantur, vocatur ex propria persona, *c. 1. §. 1. de feudo Marth. Sylvan. cons. 15. nu. 10. 11. & 12. Igitur &c.*

Præterea jus succedendi in feudum competens filiabus & descendentibus ex iis, ipsis non tantùm ex dispositione constitutionis Monast. quàm ex pacto sive investitura primi acquirentis informata, illo jure particulari, sive consuetudine competere censetur, cum contrahentes se intelligantur semper confirmare non tantùm statuis atq; consuetudinibus, verùm etiam privilegiis loci cõtractus, prout in privilegiis tradit *Abb. c. 1. extr. in lite pend. Dec. c. ex parte. 1. notab. extr. de rescript. Dec. c. licet causam. 2. notab. extr. de probat. Ludov Rom. rub. col. 4 ff de arbitris Syl. Aldobr. §. ex non scripto nu. 7. Instit. de jur. nat gent. & civ.* Eaq; sit propria & vera natura feudi, quæ ipsi per statuta, consuetudines vel privilegia illi⁹ loci in quo feudum situm est, acquisita est, sicut hoc in rationibus decidendi latè docuimus, & clari juris est, quod ad illa jura sive privilegia, ad quæ nepotes, pronepotes reliquiq; descendentes ex provisione hominis vel contrahentium admittuntur, ipsi indistinctè admittantur, licet post mortem avorum vel proavorum concepti sint, *Carol. Ruin. cons. 227. nu. 5. lib. 1.*

Ad decimam septimam rationem contrariam respondemus, illud† quod dicitur, quodlibet privilegium præsumi personale, non procedere in privilegiis propter utilitatem publicam concessa, item, nec in illis privilegiis, quæ nos reducunt ad jus commune antiquius: item nec etiam in illis, quæ nobilitati, dignitati vel universitati concessa sunt, prout hæc omnia in casu nostro concurrunt. 258

Nec est simpliciter verum, quod † privilegia nõ extendantur de persona ad personam, namq; privilegia per statutum vel constitutionem indulta, passivam interpretationem & extensionem à jure communi recipiunt, & per illam etiam de persona ad personã extenduntur, prout hoc expresſè & in specie tradit *Bart. l. liberor. n. 12 ff. verb. sig.* 259

Deinde etiam constitutio Monast. non tantum filias, verùm etiam omnes descendentes ex fœminis nulla facta distinctione sexus vel gradus comprehendit & complectitur, non tantùm subditos, verùm etiam omnes nobiles & vasallos Episcopi: item, tam illos qui etiã largo accepto vocabulo appellatione subditorum comprehenduntur: imò ex parte illorum qui successionem petunt, illa constitutio cõprehendit omnes omninò tàm subditos quàm non subditos, etiamsi ipsi non sint neque vasalli neque nobiles Episcopi.

Et sic non agitur hîc de aliqua extensione constitutionis vel privilegii.

Ad decimam octavam rationẽ contrariã respondeo, veriorem esse†illorum Dd. sententiam, qui concludunt, privilegium concessum alicui & filiis suis tàm masculis 160

quàm

Statuto verò & consuetudine constitutiones feudales penitus tolli & abrogari possunt, *Bald. & Dd. l. 2. in princip. ff. vulga & papil. Dec. cons. 39. col 7. Dd. l. more. ff. acquir. hæreditat. Ias. l. de qui jus. n. 54. ff. legibus Card. Paris. cons. 13. nu. 10. lib. 1.*

Imò, vera, ordinaria & regularis natura feudi illa est, quæ determinatur sive attribuitur feudo a consuetudine illius loci, in quo feudum situm est, *c. 1. de feudi cognit. Card. Paris. cons. 13. num. 18. Carol. Mol. in consuetud. Paris. tit. 1. §. 7. nu. 32. Ias. in tract. feud. ultima parte. nu. 29.*

Etsi dici non potest, quod fœmina habilitata ad successionem feudi per statutum vel consuetudinem loci contra ordinariam & regularem naturam feudi ad successionem feudi admittatur.

Igitur sequitur, quod de pacto admittente filiam ad successionem feudi, ad statutum argui nequeat, cum à diversis & separatis vel diversam & separatam rationem habentibus illatio fieri non possit, juxta textum *l. Papinianus exuli. ff. minorib. l. Iulianus. ff. condict. indeb. cum similibus vulgaribus.*

Præterea hoc argumentum appellatione filiæ in pacto quo filia ad successionem feudi admittitur, non comprehenduntur descendentes ex filia, igitur etiam in statuto admittente filiam ad successionem feudi non debent comprehendi descendentes

264 ex filia, est argumentum negativum de † pacto ad statutũ, quod argumentum nullo modo procedit, *Bart & Alex. l. alia. §. elegant. ff soluto matrimonio. Bart rep. l. omnes populi. 3. quæst. princip. Bart & Paul. Castr. l. non est impossibile. ff. pact. Ioan. de Plat. rub. C. de decret. decur. lib. 10.* Deinde etiam statuta & constitutiones latiorem interpretationem recipiunt quàm pacta vel contractus.

265 Namque in † contractibus appellatione masculini non comprehenditur fœmininum, *Guido de Suzaria l. veteribus. ff pactis. Roman. l. 2. in princip. ff verb. obligat. Alexand. consil. 61. lib. 1.* cum multis similibus allegatis per *Ias. l. si quis id quod. nu. 23. ff. jurisdict. omnium jud.*

266 In statutis verò † masculinum concipit fœmininum, *Bart. l. jura ff. de legibus. l. quicunq. C. servis fugit. Imm. l. si sta scriptum. ff. legat. 2. Ias. l. si quis id quod. nu. 6. ff jurisdict. omnium jud.*

267 Similiter licet in † contractibus appellatione filiorum non comprehenduntur nepotes, *Bart. l liberorum. ff. verb. obligat. Ant. de Butr. c. in quibusdam extr. de pœnis. Petr. de Anchor. Clem. 1. eod. tit. Ias. d. l. si quis id quod. num. 23.*

Attamen in statutis † appellatione filiorum nepotes comprehenduntur, *Bart. l. liberorum. nu. 12. ff. verb. signif.* 268

Igitur etiam ex hac ratione sequitur, quod de pacto investituræ ad statutum sive constitutionem argui nequeat.

Nec etiam obstat, † quod quando quis per pactum extraordinarium admittitur ad successionẽ feudi, ipse tantùm non autẽ descendentes ex illa ad successionem feudi admissi intelligantur, secundum doctrinam *Bald. c. quæ in ecclesiarum. nu. 40. extr. constit.* dum ibi concludit, pactum, quo cavetur, fœminam ad successionem feudi à me quæsiti admittendum, ad personam illius fratris restringi, nec ad descendentes ex illo extendi, namque contrarium & forsan melius tenet *Carol. Ruin. cons. 12. nu. 13. & 14. lib. 1.* 269

Præterea hoc non habet locum in statuto admittente filiam fœminam ad successionem feudi.

Tum quia quando filia fœmina per statutum habilitatur ad successionem feudi, illius successio non judicatur extraordinaria sed ordinaria.

Tum, quia appellatione fratris descendentes ex eo neq; propriè neq; impropriè comprehenduntur, *Alex. cons. 204. n. 12. lib. 2.* appellatione filiarum verò veniunt omnes descendentes ex illa largè accepto vocabulo, *Abb. c. 2. extr. verb sign. Aym. Cravet. cons. 155. num. 8. lib. 7.*

Et clari juris est, quod statutum exorbitans loquens in uno casu ex identitate, sive similitudine rationes extẽdatur ad omnes illos casus qui inspecta lata significatione vocabuli comprehenduntur sub casu expresso, *l. filiũ. ff ad Maced. l. SCto. ff. ritu nupt. gloss. auth. Minoris debitor. C. qui tutor. d. n. poss. Rom. cons. 129. Alex. cons 204. n. 11. & 12. lib. 2 Dec l. qui se patris. col. pen. C. unde liberi. Aym. Cravet. cons. 155. nu. 8. lib. 1.* tum, quia feudum est talis res, quæ sua natura non nisi ad descendentes transit, & clari juris est, quod secundum juris communis antiquioris dispositionem, ad successionem illarum rerũ quæ non nisi ad descendentes transeunt, omnes descendentes, tam masculi quàm fœminæ admittuntur, juxta tradita per *Dd. cap. in præsentia extr. de probation.* fratres verò, vel ex iis descendentes reliquis

 trans-

transversales nullo modo in iis succedant, & sic liquet, illud statutum, quod fœminas admittit ad successionem feudi, reducere non ad jus commune antiquius, illud verò statutum, quod fratrem ad successionem feudi admittit, exorbitat tàm à consuetudinibus feudalibus, quàm à jure communi, igitur de uno ad aliud argui non potest.

Ad vigesimam secundam rationem contrariam respondemus, † veriorem & communiorem esse illorum Dd. sententiam, qui volunt, fœminam semel exclusam à successione feudi per masculos per dictiones suspensivas, nempe per dictionem Donec, Quousque & similes, non perpetuò sed tantum donec masculus superest, exclusam, non tantùm in bonis allodialibus, verùm etiam in bonis feudalibus, sicut hoc ex iis, quæ in rationibus decidendis diximus, liquet, ideoque illa opinio omninò sequenda, tenenda & amplectenda est, nec obstat, quod statuta admittentia fœminas ad successionem feudi, sint exorbitantia à jure communi, quodque statuta exorbitantia à jure communi strictè intelligi debeant, namque licet talia statuta exorbitent à jure feudali, tamen illa statuta nos reducunt ad jus commune antiquius, quo jure in nullius rei successione discrimen statuitur inter masculos & fœminas. item descendentes ex masculis & fœminis, & insuper, constitutio Monasteriensis propter publicam utilitatem condita est, & clari & indubitati juris est, quod constitutio & exorbitans imò & correctoria latissimè intelligi debeat, quando vel per illam reducimur ad jus commune, vel illa propter utilitatem publicam facta est.

270

Præterea, dubio omni caret, quod propria & genuina significatio dictionum suspensivarum illa sit, quod inducant exclusionem, non perpetuam sed temporalem tantùm, *l. 5. §. fin. ff. ventre in poss. mitt. l. fine §. quandiu ff condic furt. l. in delictu, §. si detracta ff. noxal. act. l. 1. ff curat. furiof.* cum similibus allegatis per *Albertum Brun. in tract. de statutu. exclud. fœm. art. 10. quæst. 5. cifu. 2.* Et clari & indubitati juris est, quod etiam in materia *stricta, odiosa & exorbitante & correctoria* fiat lata interpretatio, quatenus proprietas verborum hoc requirit, prout in materia stricta & odiosa tradit *Franc. Aretin l. cum lex argument. ill. text. ff. testam. Ang. l fin. ff. constitut. princip. Dec. l. fœminæ. numer. 68. ff. reg. jur.* & in materia juris communis correctoria, hoc expresse tradit *gloss. c contra Christianos verb. procedendi, de hæret. lib 6. Imm. l. si verò. §. De viro. ff solut. matr. Alexand. auth. ex testamento. col. 3. C. collat. Hier. Grat. conf. 69. col. 2. & conf 95. nu. 14. lib. 1.*

Ad vigesimum tertium argumentum contrarium respondemus, per constitutionem Monasteriensem non tantùm filias, verùm etiam omnes descendentes ex filiabus ad successionem feudi admitti, & tam juri communi quam consuetudinibus feudalibus consonum esse, quod filia habilitata per statutum, ad successionem feudi omnes descendentes ex ea, ad successionem feudi habilitari intelligantur, quodque filia habilitata per statutum ad successionem feudi semel exclusa, neque ipsa neque descendentes ipsius perpetuò sed tantùm temporaliter, donec videlicet excludens superest, exclusi intelligantur: ideoque illud argumentum vigesimum tertium, contra Dominum Episcopum retorqueri.

Ad vigesimam quartam contrariam rationem patet responsio ex supra dictis: item etiam ex rationibus decidendi.

Ad vigesimam quintam rationem contrariam respondemus, in casu nostro non agi de magno præjudicio Episcopi vel Episcopatus Monasteriensis, etiamsi dicamus, Baronias reliquaque feuda magna sub constitutione Monasteriensi comprehendi, prout revera comprehenduntur.

Namque licet fœmina & descendentes, ex fœminis admittantur ad successionem feudi: attamen Episcopo semper salvum manet jus suum directi dominii; & certum est, quod quando feudum ita in alios transfertur, ut directum dominium Domino salvum remaneat, non reputetur, quod de magno præjudicio Domini agatur, sicut hoc in rationibus decidendi docuimus, & comprobatur tali ratione, quia illa quæ magnum præjudicium Ecclesiæ vel Episcopi respiciunt, Episcopus solus sine consensu Capituli expedire nequit, & tamen Episcopus feuda antiqua sibi aperta, etiam maxima, solus & abs-

& absque consensu Capituli alteri de novo concedere potest, *Bald. c. 1. in princip. nu 3. & ibi Præpos. num 14. & Ias. nu. 7. de his qui feud. dare poss. Curt. in tractat. feud. 1. part. 2. part. princip. quæst. 2. Ias. in tractatu feudali 5. part. num. 47. arg. c. 1. §. in clericorum si de investitura inter dom. & vas. lis oriatur.*

Igitur sequitur, quod non intelligatur agi de magno præjudicio, si feudum antiquum sibi apertum Episcopus alteri concedat, & quod multò minus sit magnum præjudicium Episcopo, si ipse ad successionem feudi sibi nondum aperti admittat illos, qui alioquin illius successionis incapaces essent, cum facilius aliquid conservetur quàm destructum redintegretur, *jux. text. l. patre furioso. ff. his qui sunt sui vel alien. jur.*

Tertiò, in rationibus decidendi ostensum fuit, quod quilibet † Dominus feudi,
271 tàm laicus quam clericus secundum juris communis dispositionem etiam circumscripto omni statuto vel consuetudine obligatus sit, de feudis sibi apertis tàm parvis quàm magnis cognatos vasalli defuncti & descendentes à primo acquirente hoc petentes, de novo investire.

Igitur non potest dici de præjudicio ipsius agi, quod hanc dispositionem juris communis speciali constitutione confirmavit.

Quinimò, multi Dd. tradunt, finito vel amisso feudo non extantibus agnatis vel cognatis illius, qui primo illud feudum finitum acquisivit, Dominum feudi illud nullo modo retinere posse, sed ipsum cogi, illud etiam extraneo de novo concedere, *Andr. de Barb. & Ioan. de Plat. l. Mulieguli de Mulileg. lib. 11. Ruin. conf. 151. num. 20. lib. 1. Bald. Alvarot. & Præpos. c. 1. §. 1. qualiter. feud. alien.*

Deinde etiam in constitutione Monasteriensi reperiuntur verba universalia negariva & quidem geminata, videlicet, quod Episcopus nulla feuda sibi aperta, nullo modo retinere debeat, quæ verba geminata & enixam voluntatem ostendunt, & nullam omninò restrictionem patiuntur, imò vim specialis expressionis habent.

272 Eam ob causam, quia † geminatio jurijurando æquiparatur, *Nicol. Everh. in loco à locution. geminat.*

273 Et certi juris est, † quod juramentum vim specialis expressionis obtineat, *Bald. l. 1. 2. quæst. & ibi Salyc. col. ult. C. commodat. Angel. l. servus. C. qui testamenta facere poss. Roman. l. 1. § si quis ita. col. 6. & ibi Alex. col. 3. ff. verb. oblig. Franc. Aretin. consil. 33. col penult. Curt. sen. consil. 1. col. 2. Socin. cons. 147. ad fin. lib. 1. Ias. l. si convenerit. ff. jurisdict. omnium jud. Dec. cons. 345. Socin jun. cons. 136. nu. 26. lib. 1.*

Ad vigesimam sextam rationem con- 274
trariam † respondemus, illam regulam, quæ vult, dispositionem generalem loquentem non includere casus & personas privilegiatas, non habere locū in nostro & similibus casibus, in quibus de favore casuum & personarum privilegiatarum agitur.

Præterea hæc regula non habet locum etiam in iis, quæ in commodum vel odium privilegiatarum personarum vel casuum respiciunt, quando videlicet illæ personæ illique casus non reperiuntur specialiter privilegiati in illo de quo agitur.

Ad vigesimam septimam rationem contrariam respondemus, illud non esse speciale sed juri communi consentaneum, quod fœmina admittatur ad successionem dignitatum, administrationem cum jurisdictione habentium, eo casu, quando illa dignitas est annexa illis bonis, quorum bonorum successio fœminæ defertur, sicut hoc supra diximus; & sic dici non potest in casu præsenti duo specialia concurrere.

Præterea certum est, duo specialia † con- 275
currere posse, vel quando unum venit in consequentiam alterius, *§. si ab hostibus. Instit. quibus modis jus patr. potest solvi l. sub condit. ff. solut.* vel, quando illa duo specialia ex diversis fontibus descendunt, *Barr. l si is qui pro emptore in princ. n. 71. & ibi Ias. & Dd. ff. usucap. arg. l. singularia. ff. si cert. pet.*

Cum itaque illud, quod fœmina admittitur ad dignitates, administrationem cum jurisdictione habentes, veniat in consequentiam illius juris, quo fœmina admittitur ad feuda, quibus istæ dignitates annexæ sunt, & insuper id quod fœmina efficitur capax successionis feudi ex statuto descendat, illud verò quod fœmina admittatur ad dignitates illis feudis annexas, ex jure communi originem trahat, & sic illa duo ex diversis fontibus descendant, etiam ex hoc capite sequitur, regulam, quæ vult, duo pluravé specialia circa unum idemq; concurrere non posse, in casu præsenti locum non habere.

Quinimò attentari poteſt, deciſionem illorum Dd. qui volunt, beneficium non eſſe late interpretandum, quando alioquin duo ſpecialia contineret, non procedere in illis beneficiis, quæ vel nos ad juris communis antiquioris diſpoſitionem reducunt, vel propter publicam utilitatem facta ſunt, cum iſto caſu duplex ratio extenſionem ſuadeat.

Ad vigeſimam octavam rationem con-
276 trariā reſpondemus, ea † quæ in præcedentibus dicta ſunt, ad ſequentia unquam referri, quando illa ſunt ſeparata vel diverſa, aut ſeparatam ſive diverſam rationem habeant, vel quando contra veriſimilē mentem diſponentis rationem diſponentis, aut naturam rei, quæ alioquin latiſſimè interpretari debebat, reſtrictio fieret, prout hoc in rationibus decidendi latius diximus, multisque textibus & fundamentis comprobavimus: ex quibus rationibus decidendi etiam aliæ ſolutiones ad hanc rationem contrariam colligi poſſunt, quas brevitatis gratia omittimus.

Ad vigeſimam nonam rationem contra-
277 riam reſpondimus† ſupra in ſolutione tradita ad vigeſimam primam rationem contrariam.

Ad trigeſimam rationem contrariam re-
278 ſpondemus, †Baroniam controverſam non eſſe feudum hæreditarium, ſed eſſe feudum ex pacto & providentia, ſicut hoc ſatis patet ex inveſtitura prima, quæ eſt facta G. primo anno 1465. in qua inveſtitura ſimpliciter dicitur, G. Primum fuiſſe cum Baronia controverſa inveſtitum, & clari & indubitati juris eſt, feudum alicui conceſſum & eſſe & judicari feudum ex pacto & providentia, non autem hæreditarium, prout hoc expreſsè & in ſpecie tradit *Bald. l. ſi tibi. §. ſi pactus nu. 3. & ibi Ang. nu. 2. ff pactis Iacob. de Ardiz in ſua ſumma de ſucceß. feudi. §. item quæritur Præpoſ c. 1. §. hoc quoque. nu. 8. de ſucceß. feud M de Afflict. c. 1. nu 270. uſque ad nu. 278.* ubi ipſe atteſtatur, eandem opinionem amplecti *Paul Caſtr. & Andr. de Iſern.* idem etiam tenet *M de Afflict. c. 1. in princip. nu. 172. de ſucceß feudi, idem M de Afflict. c. 1. nu. 14. uſque ad nu 19. an agnatus. Matt. de Afflict. c. 1. §. fin. nu. 35 de feudi cognit. Dec. conſ 78. col fin. Socin. jun. conſ. 103. numer. 34 & 35. lib. 2. Ar. Pinel. rep. l. 1. 3. part. numer. 91. C. bonis mater.*

Et hæc opinio verior eſt nobisque magis placet, licet multi Dd. concludant, feudum alicui ſimpliciter conceſſum, nulla facta mentione filiorum vel hæredum, cenſeri feudum hæreditarium, & non ex pacto & providentia, prout hoc tradit *Andr. de Iſern. c. 1. in princip & ibi Alvarot. num 3 Præpoſ. nu. 3. & M. de Afflict. num. 15. de alienat. feudi patern. Andr. de Iſern. Bald. & Iacob de Belviſ. c. 1. an agnatus Andr. de Iſer. c. 1. in fin. qui ſucceſſor. teneant. Alexand conſ. 18. nu. 7. lib. 5. conſ. 26. num. 3. eod. lib Curt. jun. conſ. 3. Albert Brun. conſ. 24. verſ. 3. & 4. & conſ. 80. col. 4. Dec conſ. 216. Card. Pariſ conſ. 2. col. 4. & conſ. 5. col. 3. lib. 1. & conſ 13. eod. lib. Barbat. conſ 15. & conſ. 22. col. 5. lib. 2. Iaſ in tract. feud. 8. part. n. 6. Ioan. de Neviz. conſ. 9. nu. 8. Roland. à Valle conſ. 97 nu 39. Alciat. reſponſ. 160. nu. 8. & reſp. 179 num. 2. Ludovic. Roman. l. etiam. nu. 7. ff. ſol. matrim. Laurent. Sylvan. conſ. 17. nu. 3. & conſ. 38. nu. 19. lib. 1.*

Quinimò, multi Dd. in fortioribus terminis concludunt, feudum ſimpliciter acquiſitum pro ipſo acquirente & hæredibus ipſius, judicari feudum non hæreditarium, ſed ex pacto & providentia, *Bald c. 1. de eo qui ſibi & ſuis hæredibus. Paul. Caſtrenſ. l. ex facto. §. fin. ff. ad SC. Trebell. Iaſ l ſi non ſortem §. libertus. col. pen. ff condict indeb. Iaſ. l. Gallus. §. etiamſi à parente. col. 4. ff. de liber. & poſth. Calc. conſ. 78. numer. 5. Curt. ſen. conſil. 25. col. pen. Corn conſil. 199. lib. 2. & conſil. 169. col 1. lib. 3. Dec. conſil. 208. col. 2. conſil. 189. col. 2. & conſil. 395. num 7.* ubi ipſe atteſtatur, hanc opinionem communiter receptam eſſe, & idem tenet *Gozad. conſil. 26. numer. 30. Socin. jun. conſil. 152. numer. 8 lib. 2. Thom. Ferrat. cautel. 37.*

Quod abſque omni dubio verum eſt, quando in inveſtitura maſculorum ſive feudi maſculini mentio facta eſt: tunc enim feudum illud ex pacto & providentia indiſtinctè cenſetur, ſecundum communem & receptam Dd. ſententiam, *Dec. conſ. 183. nu. 3. conſ. 385 n 6. & conſ. 445. nu. 9 Card. Pariſ. conſ. 10. nu 7. lib. 1. Socin. conſ 72. nu. 27. lib. 1. Albert Brun. conſ. 28. M. de Afflict. in conſtit regni lib. 3 rub. 24. nu. 74. Soc. jun. conſ. 72 nu 27 lib. 1. & conſ 112. nu. 14. lib. 2 Godzad. conſ. 26. nu. 30. Franc. Zoanet. de rebus quotidianis cap 4. Bellon. conſ 33 nu. 2.* ubi ipſe dicit, Decii opinionem communem eſſe, idem tenet *Iaſ conſ. 113. col. 3. lib 4. Rol. à Valle conſ. 67. nu 21. & 22. ubi ipſe multos Dd ad hoc citat.* Et ſimiliter teſtatur, hanc opinionē communē eſſe, idem etiam vult *Arius Pinellus rep. l. 1. 3. part. n. 88. C. bonis mater.* ubi ipſe ſimiliter vult, hāc opinionē eſſe communiter receptā, cum itaque in aliis

omnibus

omnibus investituris prꝛter primam investituram sit facta mentio feudi masculini, dubio omni caret, feudum Baroniæ controversæ esse feudum ex pacto & providentia, non autem hæreditarium.

Nec obstat, quod in prima investitura, quæ semper admittenda & consideranda est, non est facta mentio masculorum sive feudi masculini, namq; negari non potest, quod prima investitura hanc significationem habeat quod Baronia controversa sit feudum ex pacto & providentia, vel quod saltem & ad minimum prima investitura dubia sit, quodque eam ob causam, declaratio facta de feudo masculino, in sequentibus investituris perinde habeatur, atque si illa in prima investitura expressa esset, cum omnis declaratio ad tempus declaratæ rei retrotrahatur, *§. fin. auth. de filiis ant. dot. instr. nat. §. fin. auth. de raptoribus, l. nihil. & ibi Bart. ff. conjung. cum emancip. lib. Ias. l. non dubium. C. legibus.*

Deinde non obstat, quod in constitutione Monast. est facta mentio hæredum, nempe, quod in tertio §. in quo de successione fœminarum tractatur, dicitur: Daß dieselbe Begnatung sey gegeben dem Edelman/ den Freyen vnd Erben / also vnd dergestalt/daß die Güter so man hest von vnser Kercken in Manguter oder Dienstmanguter/sind dar nene Söhne folgen/sollen wi laten vorfallen vormitzels erblicher Folgung auff die Töchter als auff die Söhne.

Namque clari & indubitati juris est, quod in feudis appellatione hæredem comprehendantur tantum filiæ & descendentes, *Bart. & Dd. l. Gallus. §. etiam. ff. liberis & posth. gloss. & Bald. l. etiam. ff. solut. matr.* ubi *Baldus* hanc opinionem communem esse, attestatur *Bald. l 1. quæst. 48. ff. rerum divis. Abb. Fel. & Bero. c. in præsentia & ibi Dec. nu. 48. extr. probat.* Hancque sententiam etiam communem esse, attestatur *Bald. d. l. Gallus. §. etiam Dec. d. cap. in præsentia. num. 48.*

Quodque absque omni dubio procedit, quando in statuto, constitutione vel alia dispositione legali in materia feudali hæredum mentio facta est, tunc enim absque omni dubio, sub illa appellatione hæredum comprehenduntur descendentes tantum, *c. 1. §. si clientulus de alienat. feudi M. de Afflict. c. 1. numer. 274. ex quib. caus. feud. amit.*

Præterea illud feudum etiam, in cujus concessione hæredum mentio facta fuit, feudum ex pacto & providentia indistinctè judicari debet, quando tacitè vel expressè constat, contrahentes de liberis vel filiis sensisse, *M. de Afflict. c. 1. num. 277. ex quibus caus. feud. amit. Dec. cons. 185. nu. 3. & cons. 595. num. 5.* Sed ex constitutione Monast. satis liquet, tantùm de liberis sive descendentibus cogitatum esse.

Tum, quia in constitutione Monast. dicitur, quod feudum debeat devolvi ad filias, sicut ad filios, ex qua mentione filiarum satis liquet, tantum de descendentibus sive liberis cogitatum esse eam ob causam, quia licet exempla non restringant regulam, ex iis tamen nec regulam declarari clari juris est, *l. nam quod liquidè. §. fin. ff. penu legat.*

Tum, quia jus succedendi in feudum per constitutionem Monasteriensem filiabus indultum, est exæquatum illi juri succedendi in feudum, quod filii expresse vocati habeant, & certum est, eo casu, quo filii expressè vocati sunt ad successionem feudi, nullos alios præter descendentes ad successionem feudi admitti.

Constitutio quoque Monasteriensis est facta & promulgata ad extensionem illarum investiturarum, in quibus tacitè vel expressè facta est mentio masculorum sive masculini feudi, sicut hoc ex ipsa constitutione liquet, & certum est, quod extensio intelligatur facta cum omnibus qualitatibus & circumstantiis, *Ruin. consil. 14. numer. 10. libro 1.* prout etiam cum omnibus qualitatibus & circumstantiis intelligitur facta relatio, exemplatio & responsio, prout duo præcedentia supra & textibus & rationibus comprobavimus.

Tertium verò probatur per textum, *§. Præterea. Institut. de inutilibus stipulat. l. si defensor. §. qui interrogatus. ff. interrogat. alt. l. 1. & ibi Dd. C. diversis rescript.*

Cum itaque feudum, in cujus concessione masculinæ qualitatis mentio facta est, absque dubio sit feudum ex pacto & providentia, sequitur quoque & jus succedendi in feudum per constitutionem Monasteriensem fœminis concessum, quoad extensionem illarum investiturarum, venire ex pacto & providentia censendum.

Præterea quoque constitutio Monasteriensis est favorabilis, & extendenda, sicut

hoc superius docuimus, & insuper illa constitutio venit ad extendendas investituras, in quibus masculorum mentio facta est, illaque constitutio & contra intentionem statuentis & contra naturam ipsius constitutionis restringeretur, si per illam constitutionem ea feuda quæ per se & sua natura ex pacto & providentia sunt hæreditaria, efficerentur, quod minimè admittendum est, tum, quia omnia verba secundum naturam rei sive actus de quo agitur, intelligenda, *l. si uno in princip. ff. de locat. & conduc. l. 4. ff. usuru l quoties idem sermo & ibi Dyn. & Dec ff. reg jur. Aym. Cravet. cons. 20.*

Tum, quia ea quæ ad argumentum inducta sunt, diminutionẽ operari non debent, *l. legata inutiliter. ff. legat. 1. l. legata inutiliter. ff. adimend. legat.*

Nec obstat, quod illud feudum ad cujus successionem quis sub nomine hæredis vel hæreditariæ admittitur, sit feudum hæreditarium & non ex pacto & providentia.

Namque primo multi Dd. supra citati tenent & concludunt, illud feudum, ad cujus successionem quis simpliciter sub nomine hæredis vocatur, esse feudum ex pacto & providentia.

Et hoc absque omni dubio verum est, quando masculorum sive masculinæ qualitatis facta est mentio.

Secundò, illorum Dd. sententia, qui contrarium tenent, procedit tantum, quando in dispositione hominis in materia feudali fit mentio hæredis, secus autem est, quando in dispositione statuti vel similis in materia feudali hæredis mentio fit, juxta *text. cap. 1. §. & si clientulus de alienat. feudi.*

Tertiò, contraria sententia Dd. nullo modo procedit, quando vel ex verisimili mente disponentis, vel ex subjecta materia vel natura dispositionis, vel ex collatione, adæquatione vel æquiparatione contrarium liquet, prout hæc in casu nostro concurrunt.

Cum itaque Baronia controversa sit feudum ex pacto & providentia, clari & indubitati juris est, Dominum Comitem R. ad illius successionem fuisse admissum, etiamsi ipse non fuisset hæres ultimi defuncti, vel primi acquirentis, mediatè vel immediatè, cum sit certi juris, ad successionem feudi ex pacto & providentia tàm filium quam agnatum indistinctè admitti, licet ipse neque ultimi possessoris neque primi acquirentis mediatè vel immediatè hæres sit, *Bald. c. 1. num. 8. & ibi Alvar. numer. 9. Præpos. num. 6. & Frid. Schenck an agnat. Iacob. de Belvis, cap. 1. de eo qui sibi & suis hæred. Ioan. de Imm. c. ex parte extr. de feudis Alexand. cons. 26. num. 3. lib. 5. Iacob. de S. Georg. in tract. feud. verb. & cum pacto de non alienando. n. 36 & verb. ita quod ipsi. nn. 2. Zas. in tract feud. 8. part. nu. 6. Andr. de Iser. c. 1. nn. 18. qui succes. tenean. Bald. c. quæ in ecclesiarum. col. pen. extr. constit. Dec. cons. 445. nu. 51. Alex. cons. 19. nu. 6. lib. 5. Ias. l. quod dicitur. nu. 33 ff. de verb. obligat.* ubi ipse attestatur, hanc opinionem communiter receptam esse, & idem tenet *Ias. l. si non sortem. §. si libertus. n. 33 ff. condic. indeb. Alex. in addit. ad Bald l. qui se patris col. 6. C. unde liberi. Laur. Calcan. cons. 74. n. 4. & 5. Ant. Rub l. Gallus §. quidã rectè. n 181. ff. liber. & posth. Ant. Rub. cons 85. Curt. jun. cons. 78. n. 4. Ias. cons. 56 lib. 3. Cravet. cons. 256. n. 3. Albert. Brun cons. 80 n. 14. Card. Paris. cons. 23. n. 176 lib 1. Bellon. cons. 33. n. 4 P. Castr. auth. l. si post fratres C. de legit. hæred. Paul. Castr. l si post mortem. ff. legat. 1. Arius Pinel. rep. l. 1. 3. part. nu. 85. C. de bon. mater.*

279 Ad successionem quoq; feudi †hæreditarii agnatos sive transversales ultimi defuncti à primo acquirente descendentes admitti, licet ipsi non sint hæredes illius, verior & receptior Dd. sententia est, *Bald c. 1. arg. ill. text an agnatus. Alex. cons 30. n. 10. lib. 1. cons. 10. nn. 8. lib 3. cons 26. n. 29. lib. 5. Albert. Brun. cons. 10. cons. 18. col 4. & cons. 25. Card. Paris. cons 13. nu. 4. cons. 17. nu. 10. & cons 23 nu. 178. cum 4. sequentibus lib. 1. & cons. 65. nu. 32. lib. 3.* ubi ipse attestatur, hanc opinionem veriorem & communiorem esse, & idem tenet *Corn. cons. 299. nu. 42 lib. 2. Dec. cons 78. nu. 4 Ias l si non sortem. §. libertus. n. 36. ff. condic. indeb. Card. Paris. cons. 2. n 25 lib 1. Soc jun. cons. 72 n. 29. lib. 1. Arius Pinel. rep l 1 3. part. n. 91. C. bonis matern. Laur Sylvan. cons. 30. nu. 20.* in quibus locis & *Pinel. & Sylvan.* hanc opinionem communem esse attestantur.

Et licet in feudo hæreditario requiratur, ut is qui in illo feudo succedere cupit, sit vel hæres recipientis vel ultimi possessoris feudi, *Alexand. cons. 10. col. penult. in princip. lib. 3 Card. Paris. cons. 2. nu. 25. cons. 3. nn. 17. & cons. 4. nu. 18. cons. 116. num. 34. lib 1. Ias. l. si non sortem. §. Libertus. num. 35. ff. condic. indeb. Nevizan. cons. 9. num. 8 Rol. à Valle. cons. 97. num. 40.* Nec sufficiat, ipsos esse hæredes sanguinis, sed requiratur, ut sint hæredes hæreditatis, *Iacob. de Belvis. Andreas. de Isern. & Dd. cap. 1. §. Hoc quoque de suc-*

de success. feudi Alexand. cons. 19. col 4. lib. 5. Cardinal. Paris. consil. 1. col. 1. & consil. 23. numer. 167. in fine lib. 1. Atque etiam secundum multorum Doctorum sententiam requiratur, ut ipsi sint hæredes primi acquirentis mediate vel immediate non particulares sed universales, Curt. sen. consil. 82. col. 4. & 5. Immol. l. quod dicitur. col. peu. ff. verborum obligatio. Alexand. consil. 9. numer. 4. lib. 5. Alexand l. quædam. §. nihil interest. ff. edendo. Matth. de Afflict. decis. Neapol. 335. & 385. Albert. Brun. consil. 10. & 11. Cardinal. Paris. consil. 2. numer. 28. consil. 16. col. 2. in fin. & consil. 23. numer. 119. & 192. lib. 1. Roland. à Vall. consil 97. num. 42.

Hocque potissimum locum habeat, quando hæres uniuersalis ultimi defuncti vel primi acquirentis, est capax feudi, quia scilicet ipse à primo acquirente originem trahit, Carolus Molin. in additione ad Alexandr. consil. 129. numer. 8. lib. 1.

Attamen illa non procedunt, quando in investitura sive concessione feudi non est facta expressa mentio hæredum.

Namque posito, tale feudum, in cujus concessione non est facta expressa mentio hæredum, aliquo casu hæreditarium dici posse: Attamen agnati ad illius feudi successionem admittuntur, licet ipsi neque primi acquirentis neque ultimi defuncti mediatè vel immediatè hæredes sint, Iacob. de Belvis. Alvarot. & Præpos. cap. 1. de eo qui sibi vel suis hæred. Iacob. Nevizan. consil. 9. numer. 9. ubi ipse attestatur, eandem etiam opinionem amplecti Decium.

Cum itaque in investituris de Baronia controversa non sit facta mentio hæredum, sequitur, etiam posito, sed tamen non concesso, Baroniam controversam aliquo modo feudum hæreditarium dici vel reputari posse. Attamen, Dominum Comitem R. ad ipsius successionem fuisse admissum, etiamsi ipse neque primi acquirentis nec ultimi defuncti mediatè vel immediatè hæres fuisset.

Deinde quoque verior est illorum Doctorum sententia, qui volunt, ad illius feudi hæreditarii successionem, in cujus concessione est facta mentio hæredum, transversales qui vel primi acquirentis, vel ultimi defuncti hæredes aut successores sunt, particulares sive in re certa admitti, Bartolus l. ut jusjurandi. §. si liberi. ff. oper. libert. Bartolus consil. 55. & consil. 60. Baldus l. 1. quæstion. 49. ff. rerum divis. Ioann. de Immol. l. ex facto. ff. hæred. instit. cap. potuit. vers. 7. extr. locat. & conduct. Paulus Castrensis l. quoties. C. hæred. instituti. Paulus Castrensis l. Gallus. §. etiamsi à parente. ff. de liber. & posthum. Ang. l. quædam. §. nihil. ff. edendo. Angel. l. si tibi decem. §. si pactum. ff. pactis. Baldus cap. 1. in princip. & ibi Matth. de Afflict. numer. 144. de success. feud. Baldus, Alvar. & Præpos. c. 1. an agnatus. Alexand. consil. 128. numer. 8. lib. 1. consil. 8. numer. 2. lib. 3. consil 19. numer. 17. & consil. 22. numer. 8. lib. 5. Dec. consil. 78. numer. 4. consil. 185. numer. 4. consil. 208. numer. 13. Calcan. consil. 28. numer. 20. Carol. Ruin. consil. 9. numer. 9. & 10. lib. 1. Roland à Vall. consil. 23. numer. 52. Iacob. de sanct. Georg. in tractatu feudal. verb. ita quod ipsi investiti. numer. 5. Curt. in tractatu feudal. 2. part. 3. part. princip. numer. 8. Zas. in tractat. feud. 8. part. numer. 6. idem etiam tenet Iacob. de Belvis. Martin Laudens. & Frideric. Schenck. cap. 1. & ibi Matth. de Afflict. numer. 7. & 31. an agnatus. Francisc. Sonsbec. in tractat. feudal. 9. part. numer. 167. & est de mente Ias. l. quoties. numer. 9. C. hæred. instit. dum videlicet. Ias. se refert ad doctrinam Bartol. in l. jusjurandi. §. si liberi. ff. operis libert. Et sic liquet, hanc opinionem communem esse, ideoque ab illa neque in judicando, neque in consulendo recedendum esse per juta vulg.

Præterea, is qui neque primi acquirentis neque ultimi defuncti mediatè vel immediatè hæres est, indistinctè ad feudi successionem admittitur, eo casu, quando ipse non potuit esse hæres, Quia ipsi videlicet hæreditas non fuit delata vel absque culpa sua ab hæreditate exclusus, prout hoc expressè & in specie tradit Iacob. de Belvis. Bald. Alvar. & Præpos. c. 1. an agnat. Iacob. de sanct. Georg. verb. ita quod ipsi. numer. 6. Dec. consil. 208. numer. 13. Curt. jun. consil. 138. col. fin. Ruin. consil. 17. col. fin. lib. 1.

Et sic hæc opinio videtur esse communis, ideoque & in judicando & in consulendo sequenda est, licet in hoc contrarium sed malè teneat Roland. à Vall. cons. 23. num. 52.

Et hæc opinio confirmatur ex eo, quod Doctores communiter in fortioribus terminis tradunt, illum qui vivo patre cum jurejurando successioni patris renunciavit, mortuo parte indistinctè ad

ad successionem feudi admitti, licet ipse in reliquis bonis patri non succedat, *Bald. Alvar. Præpos. & Frider.* Schenck. *c. 1. & ibi Matth. de Afflict. nu. 4. an agnat. Iacob. de sanct. Georg. in tract. feud. verb. ita quod ipsi. num. 7. Zas in tractatu feudali, 9. part. num. 9.* item & ex eo, quod Dd. in fortioribus terminis concludunt, filium à patre præteritum non acceptata patris hæreditate feudum acceptari posse, *Bald. Alvar. Præpos. & Frideric.* Schenck. *c. 1. & Matth. de Afflict. num. 37. an agnat. Iacob de sanct. Georg. in tractatu feudal. verb. ita quod ipsi. num. 5. Zas. in tractat. feudal. 8. part. numer. 7. Francisc. Sousbec. in tractat. feudal. 9 part. num. 165.* Quodque alibi traditum est, filium à patre exhæredatum vel injuste vel non mala mente, licet ipse hæres patris non sit, feudum acceptare posse, *Alvarot. Præposit. & Frideric.* Schenck. *c. 1. an agnat. Iacob. de sanct. Georg. verb. ita quod ipsi. num. 5. Zas. in tractat. feud. 8. part. num. 8. Francisc. Sousb. in tractat. feud. 9. part. num. 165.*

Similiter etiam ad successionem feudi impropri quis indistincte admittitur, licet ipse neque primi acquirentis, neque ultimi defuncti mediate vel immediate hæres sit, *Iacob de Belvis. c. 1. & ibi Præpos. numer. 6. an agnat. Zas. in tractat feudal. 9. part. numer. 12.*

Sed certum est, quod Dominus Comes R. Domini G. primi atavi sui fuerit hæres saltem mediate. Namque dubio omni caret, quod Dominus O. Dominus in B. filius Domini G. Primi, qui Baroniam controversam primitus acquisivit, patri suo & in Baronia & reliquis bonis successerit, cum jura præsumant eo ipso, quod quis filius est, hæredem & successorem esse, *gloss. l. 1. C. si ut si abstineant.* quæ præsumptio in antiquis vim plenæ probationis habet, sicut hoc superius docuimus. Et insuper indubitati juris est, quod ex cursu temporis, nedum memorialis, verùm etiam longissimi omnia necessaria omniaque requisita in aliquo actu intervenisse præsumatur, *Iason. l. sciendum. ff. verborum obligat. Iason. & Dd. l. qui in alien. in princip. ff. acquirend. hered. Aym. Cravett. in tractat. de antiquitat. tempor. 2. parte. §. ex præmissis.*

Eodem modo certum est, & ex instrumento super matrimonio confecto constat, Dominam H. proaviam Domini Comitis R. Secundi, & filiam Domini O. Baronis in B. & C. fuisse hæredem saltem particularem patris sui, dicti Domini O. Baronis in B. Namque in instrumento super matrimonio dictæ Dominæ H. conscripto, expressè cautum est, si dictus Dominus O. Comes in B. & C. decesserit superstitibus filiis masculis, quod filii masculi dictæ Dominæ H. pro hæreditate tàm paterna quàm materna ultra dotem duo millia aureorum Rhenensium solvere debeant. Quodque dicta Domina H. illis duobus millibus aureorum debeat contenta & propter illa ab omni hæreditate paterna & materna separata esse, perinde atque si ipsa hæreditati paternæ & maternæ renunciasset.

Et certum est, quod illa duo millia aureorum, quæ dictæ Dominæ H. pro hæreditatibus & successionibus paternis & maternis numerata fuerunt, perinde habeantur, ac si dicta Domina H. patri suo Domino O. universalis hæres fuisset, atque de illis idem jus statuendum sit, quod in universali successione statuitur, *Bartolus l. 1. §. qui habebat. quæstion. 4. ff. bonor. possess. contra tabul. Baldus l. pactum quod dotali. numer. 2. & ibi Dec. numer. 18. C. collat. Dec. consil. 181. num. 7.*

Et posito, sed tamen non concesso, illam portionem 2000. aureorum non esse reputandam loco hæreditariæ successionis, neque pro hæreditaria successione habendam, quod tamen falsum est, cum tamen ex prædicto instrumento liquet, Dominam H. ideo patri in reliquis bonis non successisse, quia ab hac successione à patre absque culpa & delicto suo exclusa fuit, sequitur ex prædictis perinde habendam esse, atque si ipsa patri hæres extitisset, quodque tàm ipsa quàm descendentes ex ea perinde ad successionem Baroniæ controversæ admitti deberent, atque si ipsa Domini O. hæres universalis fuisset.

Eodem modo dubio omni caret, quod Comes R. Primus à D. matri suæ ipseque filius suus Comes F. & ipsi F. Comes R. Secundus, hæredes universales extiterunt. Et sic liquet, Dominum R. Secundum, Comitem in D. saltem immediatè extitisse hæredem primi acquirentis.

Præ-

Præterea quoque in actis narratur, Comitem R. Secundum, Domino J. Baroni in B. & C. ultimo possessori feudi controversi hæredem particularem in aliquibus bonis extitisse, & ipsum Comitem R. idoneum fuisse, universalem hæredem ultimi defuncti, quia ipsi hæreditas non fuit delata, cum Dominos R. proximiores hæredes hæreditatom habuerit. Et insuper videtur dicendum, feudum controversum feodum improprium esse.

Igitur sequitur, ea quæ in trigesima ratione contraria dicta sont, nihil Domino actori obesse.

Ad trigesimam primam rationem contrariam respondemus, in casu præsenti satis sufficienterque probatum, in Episcopatu Monasteriensi consuetudine receptum esse, ut fœminæ & descendentes ex illis ad successionem feodi admittantur.

280 Et licet proverbia per se plenam † fidem non faciant, attamen proverbia alias
probationes adjuvare & ad minimam maximam præsumptionem inducere dubio omni caret, ptout hoc satis liquet ex iis, quæ in rationibus decidendi diximos, quæque tradunt *Iason & Doctores l. 1. ff. si cert. petat. Nicol. Everhard. in loco ab authoritate.*

Deinde quoque hanc consuetudinem in Episcopatu Monasteriensi notoriam esse dicitur, eamque ob causam probatione nolla indigere, *Bartolus l. 2. num. 29. C. quæ sit long. consuetud. Ioann. Fab. §. ex scripto. numer. 13. & ibi Angel. numer. 26. Institut. de jur. natur. gent. & civil. Baldus l. 1. C. ad Velleia. Baldus l. 2. C. quand. provoc. non est necesse. Dec. consil. 447. consil. 559. numer. 9. consil. 655. numer. 26. consil. 483. numer 20. consil. 472. & consil. 540. numer. 1. Card. Paris. cons. 13. num. 32. lib. 1. Ias. l. de quibus. num. 88. ff. de legibus.*

Et licet consuetudo allegata in actis probata non esset, attamen sola constitutio Episcopi Monasteriensis ad victoriam causæ pro Domino actore sufficeret, quæ constitutio præsumitur semper fuisse in viridi observantia, *Argument. l. Arriani.*
281 *C. hæret.* eaque per solam † desuetudinem
tolli vel abrogari non potuit, *Bart. § & antea in proœm. ff. Bartolus l. 2. C. jure dominii impetr. Baldus l. de quibus. numer. 21. ff. legib. Angel. §. igitur. numer. 4. Instit. in proœm. Angelus §. ex non scripto. numer. 17. Institut. de jur. natur. gent. & civil. Felin. c. cum accessisset. numer. 25. & 26. & ibi Dec. extr. constitut. Felin. cap. 1. num. 10. extr. de treug. & pace.*

Ad trigesimam secundam rationem contrariam respondemus, licet statutum & consuetudo unius loci regulariter ad alia loca non extendatur, per statuta tamen & consuetudines vicinorum locorum constitutionem & consuetudinem loci vicini declarari & interpretari, prout hoc in rationibus decidendi latè comprobavimus.

Ad trigesimam tertiam rationem contrariam respondemus, cum consensu Domini feudi absque dubio consuetudinem unios familiæ introduci posse, quod fœminæ ad successionem feudi admittantur,
eiusque consensum Domini † ex cursu 282
longi vel longissimi temporis præsumi, sicut hoc supra diximus.

Ad trigesimam quartam rationem
contrariam respondemus, † veriorem & 283
communiorem Doctorū sententiam esse, quod feudo finito vel amisso absque delicto vel culpa vasalli, Dominus feudi teneator illud feodum de novo concedere illis, qui primo acquirenti illud feudom apertoin sanguine conjuncti sunt, eamque ob causam illam sententiam & in judicando & in consolendo sequendam.

Nec obstat, quod textus in *capit. 2. extr. de feudis.* utatur verbo Liberè.

Namque primò respondemus, verbum Liberè in illo texto positum, referri ad consultationem, de qua ibi quæritur, Archiepiscopos Mediolanensis enim ibi dubitabat, utrum ipsi non obstante joramento, quo permiserat inconsulto Romano Pontifice, nihil de novo infeudare, de feudo ad se reverso alium investire posset, & Papa respondit, quod liberè posset. Et sic verbum Liberè in illo textu non respicit facoltatem liberam & absolutam Archiepiscopi in concedendo feudum, quo ad illum, qui renovationem illius feudi petivit, sed solom reatum perjurii excludit. Et sic patet, illum textum nihil nostræ sententiæ habita videlicet relatione ad dubitationem præcedentem, ad quam omnis dispositio referri dicitur, *l. si defensor. §. qui interrogat. ff. interrog. act. l. 1. & ibi Ias. C. divers. rescript.* & ita ad illum textum respondet *Alexand. consil. 80. numer 12. lib. 1. Andreas Sicul. cap. 1. extr. locatio. Dec. consil. 131. numer. 2. Francisc. Ripa. l. 1. numer. 7. ff. privil. credit.*

Secundò

Secundò ad illum textum respondent *Alex. & Dec. in conf. præall.* quod verbum liberè in illo textu positum, recipiat interpretationem restrictivam secundum alia jura, *argum. l. 1. verb. liber sit Stichus. junct. ibi not. per gl. & Dd. C. sacros. Eccles. c. cum nobis olim. junct. glos. verb. liberè. extr. elect. l. procurator cui libera. junct. gloss. & Dd. ibid. ff. de procuratoribus. & l. creditor. §. Lucius. ff. mandati.* Similiter non obstat *text. c. 1. si vasall. feud. privet.* Namque licet in illo textu dicatur feudum finitum non transire ad filium, nisi illud filio ex gratia concedatur.

Tamen & illud, quod leges alicui ex gratia concedere jubent, necessitatem concedendi continet. Et nisi concedatur ei, cui concessio fieri debebat, injuria fieri dicitur, *gloss. c bone. el. 2. extr. postulat. prælat.* & ita ad illum textum respondet *Alexand. consil. 80. num. 12. lib. 1.*

284 At trigesimam quintam rationem contrariam respondemus, † veriorem esse illorum Dd. sententiam, qui concludunt, Dominum feudi indistinctè cogi, feudum sibi apertum de novo concedere sanguine junctis primi acquirentis illius feudi aperti, quos Dd. retulimus in rationibus decidendi.

Et hæc opinio inconvincibili ratione confirmatur.

Tum quia Dd. tradunt, ideo consanguineis feudum apertum renovandum, quia ipsis est acquisitum jus petendi renovationem feudi aperti, ipsisque fieret injuria, si ipsis hæc renovatio denegaretur, quæ ratio etiam eo casu locum habet, quando Dominus feudi feudum pro se atque usibus suis retinere vult, ideoque & communis Doctorum decisio eo casu locum habere dicitur, *argument. l. illud. in princip. ff. ad l. Aquil. l. 2. §. si mater. vers. quid si curatores. & vers. quid si decesserint. ff. ad SC. Tertull.*

Tum, quia Dominus requisitus de nova investitura sive de renovatione investituræ, semper posset dicere, se velle feudum pro se atque usibus suis retinere, & sic illa dispositio, quæ vult feudum consanguineis renovandum, facilè redderetur elusoria, quod minimè admittendum est, *argument. cap. si civit.* & *c. si sententia de sententia excom. libr. 6. cap. quantum. extr. privileg. l. 1. §. pecuniam. ff. calumniator. l. fi. prætor in princip. ff. judicatis. l. sed Iulianus. in princ. §. Matui datio. ff. ad Macedon.*

Nec obstat huic sententiæ regula, quæ vult, quod ordinata caritas incipiat à seipsa, *l. Prases. C. servit. & aqua.* Namque illa regula præcedit cæteris paribus & in his, quæ dependent à sola voluntate, secus autem est in contractibus & reliquis obligationibus, in quibus quis tenetur admittere id, ad quod obligatus est, *Dec. consil. 131. numer. 3. argument. l sicut. C. action. & obligat. l. in commodato. §. sicut. ff. commodati.*

Ad trigesimam sextam rationem contrariam respondemus, † veriorem atque communiorem esse illorum Doctorum sententiam, qui volunt, etiam feudum ecclesiasticum Domino apertum, cognatis & agnatis renovandum esse. 285

Tum, quia jura feudorum etiam in Ecclesia & ecclesiasticis personis locum habent, *Bald. Cardinal. Abb. & Dd. c. cæterum. extr. judicijs. Petr. de Anchor. consil. 274. Alex. conf. 10. lib. 5. Dec. conf. 78. & conf. 131.*

Tum, quia jus Canonicum expressè contrarium non disponit. Et certum est, quod non tantùm in feudis, sed etiam in omnibus aliis contractibus & actibus, Ecclesia & ecclesiasticæ personæ utantur jure civili in omnibus illis casibus, in quibus in Canonibus contrarium dispositum non reperitur, *Dd. c. 1. extr. operis no. nunc. Abbat. c. Ecclesia. el. 1. extr. ut lite pend. nil. no. Hostiens. & Dd. c. fin. extr. solutionibus. Archidiac. c. in legibus. 10. Anton. de Butr. & Abbat. c. 1. extr. constitut.*

Tum, quia hoc quod agnatis renovationem feudi Domino aperti petere permittitur, ex quadam æquitate sive benignitate juris civilis introductum est, quæ æquitas sive benignitas juris civilis etiam in rebus ecclesiasticis & ecclesiasticis personis locum sibi vendicat, *Archidiac. cap. quod à patrib. dist. 75. Bald. c. ego. extr. jurejur.*

Et quod hæc sententia in feudo ecclesiastico communis sit, satis liquet ex Dd. in rationibus decidendi citatis.

Ad trigesimam septimam rationem contrariam respondemus, † veriorem & communiorem esse illorum Dd. sententiam, qui concludunt, renovationem feudi aperti esse faciendam non tantùm illis agnatis & cognatis vasalli defuncti, qui ipsi in primo gradu conjuncti sunt, verùm etiam ulterioribus. 286

Namq; Dd. communiter & generaliter tradunt, renovationem feudi aperti agnatis & cognatis ultimi defuncti esse faciendam, nec distinguunt, utrum illi agnati vel

vel cugnati ultimo defuncto in primo an verò ulteriori gradu conjuncti fint. Et certum eft, quod decifio Dd. generaliter & indiftinctè loquens, generaliter & indiftinctè intelligenda fit, *l. de precio ff de Public. in rem act. l. 3. ff. officio præfid. l. 1. ff. legat. præftand.*

Præterea *textus in l. 1. §. permittitur. ff. de aqua. quot. & æft.* in quo textu fundatur communis Doctorum fententia, quæ vult, renovationem feudi aperti agnatis & cognatis faciendam fimpliciter dicit, privilegium perfonale, quod cum perfona extinguitur, fucceffori illius renovandum, five de novo concedendum effe, nec diftinguit, quoto gradu ille fucceffor perfonæ privilegiatæ conjunctus eft. Et certum eft, quod lex generaliter & indiftinctè loquens, generaliter intelligenda, nec à nobis diftinguenda fit, *l. 1. §. cum urbem ff. officio præfecti urb l. 1. §. ait ergò. ff. his quæ in frau. cred l regula. §. final. ff. juris & fact ign. cum fimilibus allegatis fuprà.*

Et fimiliter clari juris eft, quod doctrinæ & decifiones Doctorum fint intelligendæ, fecundum illos textus quos allegar *Bartolus l. non folùm. §. fi liberationis. ff. liber. legat.*

Deinde quoque clari juris eft, hoc jus petendi renovationem feudi aperti Domino competens agnatis & cognatis imitari jus fuccedendi ab inteftato, eandemque naturam habere, quam jus fuccedendi ab inteftato habet, prout hoc fuprà indicavimus.

Et certum eft, juris fuccedendi ab inteftato, quoad bona allodialia, illam naturam effe, ut omnes defcendentes & afcendentes in infinitum, tranfverfales verò ufque ad decimum gradum inclufivè ad illud jus admittatur: in feudalibus verò hoc jus etiam quoad tranfverfales in infinitum extendi.

Ad trigefimam octavam rationem

287 † contrariam refpondemus, veriorem effe illorum Dd. fententiam, qui concludunt, etiam agnatis & cognatis tranfverfalibus renovationem feudi aperti faciendam effe, & hæc opinio inconvincibili argumento comprobatur. Namq; certi eft, hoc jus petendi renovationem feudi aperti, in omnibus & per omnia æquiparari fucceffioni ab inteftato, cujus fucceffionis illa natura eft, ut ad illam non tantum defcendentes, verùm etiam tranfverfales admittantur.

Et clari juris eft, quod difpofitum de uno ex æquiparatis, etiam in alio æquiparatorum locum habeat, etiam in materia correctoria & exorbitanti, *gloff. l. fi quis ferro C. furtis. Bartol. authent. fed cum teftator. col. 2. C. ad l. Falcid. Bartolus, Alexand & Iaf. l. Marcellus. in princip. ff. ad S C Trebell. Ang. §. fin. Inftit. quibus manumit. non licet. Iaf. l. 2. n. 32. ff. legat. 1.*

Ad trigefimam nonam rationem

† contrarium refpondemus, renovationem feudi ex pacto providentiæ, item hæreditarii, non fimplicis, fed mixti, omnibus cognatis & agnatis ultimi defuncti, qui à primo acquirente originem trahunt, faciendam effe, etiamfi ipfi non fint hæredes ultimi defuncti, prout hoc exprefsè & in fpecie tradunt Doctores citati in rationibus decidendi. Et illorum Doctorum fententia qui contrarium tenent, procedit tantùm in feudo hæreditario fimplici & abfoluto, quod indiftinctè ad omnes hæredes tranfit, prout hanc diftinctionem Doctores magis communiter tenent. 288

Et hæc fententia fatis probatur per textum in *d. §. permittitur.* in quo textu exprefsè deciditur, five fucceffori illius rei, cujus refpectu alicui perfonale privilegium conceffum fuit, illud privilegium omninò renovandum effe. Nec diftinguitur, utrum ipfe fit hæres illius perfonæ privilegiatæ, an verò non.

Et cum ille textus fit fundamentum illius decifionis, quod renovatio aperti fieri debeat: Dubio omni caret, & communem decifionem Doctorum de renovatione feudi aperti loquente, fecundum illum textum ita intelligendum effe, ut habeat locum etiam iis cognatis ultimi defuncti à primo acquirente defcendentibus, qui non funt hæredes ultimi defuncti, vel etiam primi acquirentis.

Ad quadragefimam rationem contrariam † refpondemus, veriorem & communiorem effe illorum Doctorum fententiam, qui volunt, non tantùm mafculis & defcendentibus ex mafculis, verùm etiam fœminis & defcendentibus ex fœminis renovationem inveftituræ feudi aperti Domino faciendam effe, prout quod hæc fententia fit communis; exprefsè atteftatur *Ripa* in loco citato in rationibus decidendi. Nec obftat, quod *gloff. in l. 1. §. permit-* 289

permittitur,& ibi Bart. ff. aqua quotid & æstiv. masculi tantum mentionem faciant, namque illud solùm exempli gratia fit. Et clari juris est, quod exempla regulam neque restringant, *l. regula. §. penult. & fin. ff. ju- ris & fact. ignor. Cardinal Parif. consil. 33. numer. 8. lib. 2. & consil. 55. numer. 32. libr. 4.* neque alterent, *consil. 66. numer. 13, lib. 1.*

Et licet fœmina non sit idonea neque habilis ad serviendum Domino; Attamen hoc non procedit eo casu, quando fœmina per statutum vel consuetudinem ad successionem feudi admittitur, namque eo casu censetur cum fœmina dispensatum esse, ut saltem per substitutum Domino servire possit, *Matth. de Afflict. decis. 320. & decis. 324. Cardinal. Parif. consil. 4. numer. 21. 22. 23. 24. & 25. lib. 1.* cum etiam alioquin vasallus inhabilis ad serviendum per substitutum servire possit, *cap. 1. §. si minori. & §. si quis desierit. si de feud. defunct. cont. cap. 1. §. firmiter de prohibit feud. alienat per Frid.*

Præterea, quoque masculis descendens ex fœmina æque habilis est ad serviendum Domino, prout est masculus ex masculo descendens, & utrum quis sit habilis vel inhabilis ad feudum, potiùs sunt inspicienda statuta & consuetudines cujuscunque loci, quàm jus commune feudale, juxta *text. in capit. 1. de feud. cogn. cum multis similibus suprà allegat.*

Et licet aliqui in rationibus dubitandi citati concludant, renovationem feudi Domino aperti non esse faciendam fœminis, quando in investitura fuit facta mentio masculorum, vel quando ultimus possessor masculus fuit.

Attamen hæc sententia communiter reprobata est, & præcipuè non habet locum in masculis descendentibus ex fœmina, potissimùm eo casu, quando per statutum vel consuetudinem loci fœmina vel descendentes ex ea, etiam ad feudum masculinum habilitati sunt.

Deinde, quamvis alioqui Doctores concludant, renovationem investituræ de feudo ecclesiastico aperto non posse fieri fœminæ: Attamen hæc conclusio non procedit in nostro & similibus casibus, in quibus fœmina per statutum vel cõsuetudinem loci ad successionem feudi ecclesiastici habilitata est, similiter hæc decisio absque omni dubio non procedit in masculis descendentibus ex fœmina: item, in maritis fœminarum, illis enim absque omni dubio feudum etiam ecclesiasticum Domino apertum, de novo concedendum est, prout hoc expressè & in specie tradit *Fulgos. consil. 4. Curt. jun in tractat. feud. 1. part. 3. part. principip. numer. 4.*

Et illud, quod dicitur, renovationem investituræ de feudo aperto non esse faciendam fœminæ, nisi illa sit hæres ultimi defuncti, procedit tamen in feudo merè & absolutè hæreditario, ad cujus successionem etiam extranei admittuntur, non autem habet locum in feudo ex pacto & providentia, item etiam nec in feudo hæreditario mixto.

Ad quadragesimam primam rationem † contrariam respondemus, licet statuta & constitutiones recipiant omnes interpretationes, limitationes & ampliationes juris communis, quando illa loquuntur in materia juris communis: Attamen omnia statuta & constitutiones ita interpretandas esse, ut aliquid operentur ultra juris communis dispositionem, & ne sint supervacua. 290

Et hoc potissimùm locum habet, quando statutum vel constitutio utitur verbis universalibus, geminatis, tunc n. illa constitutio vel statutum, generaliter & universaliter, est intelligendum nec ullam restrictionem à jure communi patitur.

Præcipuè verò locum habet in nostro & similibus casibus, in quibus non tantùm sunt verba universalia & geminata, sed etiam per quæ reducimur ad jus commune antiquius, quæ statuta & constitutiones neque odiosæ neque stricti juris neque etiam restringendæ sed favorabiles, ampliandæ & latissimè interpretandæ sunt, sicut hoc suprà docuimus.

Ad quadragesimam secundam rationem contrariam respondemus, in casu præsenti concludentissimè & sufficienter probatum esse, Dominum R. Secundum, Comitem in D. patrem Domini actoris fuisse atnepotem Domini G. Primi, Baronis in B. & C. primi acquirentis feudi controversi, & Domino J. ultimo possessori feudi controversi sexto gradu consanguinitatis in

in linea transversali sive collaterali conjunctum, sicut hoc in rationibus decidendi demonstravimus, ex quibus patet responsio ad omnia illa, quæ in 42. ratione dubitandi dicta sunt.

Nec obstat, quòd unus ex testibus productis contradicit instrumento producto incipienti: Dem Durchlauchtigsten / Hochwirdigsten.

Namque illud instrumentum authenticum & sigillo authentico munitum.

Et ille testis contradicens instrumento, non est inscriptus illi instrumento.

Et clari juris est, quòd testis contradicens in instrumento, ejus fidem non debilitet eo casu, quando ille testis non est inscriptus instrumento, *Bart. & Dd. l. 1. §. final. ff. quemadmodum testamenta aperiantur. Abb. Felin. & Dd. c. cùm Iohannes extr. fide instrum.*

Præterea, omnes testes concordant in unum eundemque finem, & in iis, quæ sunt de substantia negocii, dum videlicet omnes illi dicunt, Dominum R. Primum, fuisse filium Domini O. & Dominæ H. eumque genuisse filium F. & ex F. Dominum R. Secundum, Comitem in D. procreatum, cum quibus etiam omnia instrumenta producta concordant.

291 Et clari juris est, quòd † sufficiat & testis & instrumenta in substantia negocii concordare, licet in illis, quæ non sunt de substantia, discordent.

Quodque illi testes & instrumenta, qui in substantialibus concordant, atque in unum eundemque finem conveniunt, neque diversi neque contrarii dici possunt, licet in illis, quæ non sunt de substantia actus, discordent, *Roman. cons. 30. Imol. cons. 102. Corn. cons. 247. col. 9. lib. 2. Guid. Pap. quæst. 544.* Et omnium latissimè hoc tradit *Aymon Cravett. in tractat. de antiquitat. temp. 4. part. §. sed enim per totum.*

Deindè etiam non obstat, quòd is, qui ad successionem se admitti postulat, probare debeat, & quòd ipse ultimo defuncto consanguinitate conjunctus sit: Item, in quoto gradu consanguinitatis ipse ultimo defuncto conjunctus sit, nec non etiam se esse proximiorem ultimi defuncti. Namque in casu præsenti satis sufficienterque probatum est, Dominum R. Secundum, Comitem in D. Domino J. Baroni in B. & C. ultimo possessori Baroniæ controversæ, in sexto gradu cognationis conjunctum: Quod sufficit etiam ad probandum id; quòd Dominus Comes R. Secundus, Domino J. proximior fuerit. Quodque nullus ipsum præcedat, cum eo ipso, quòd quis fidem facit, se ultimo defuncto in aliquo gradu successibili conjunctum esse, satis sufficienterque & probetur & præsumatur, quòd ipse ultimo defuncto proximior sit, nisi contrarium doceri possit, alium nempe proximiorem existere, eaque & præsumptio & probatio ad obtinendam caussam sufficit, *Raph. Comens. & Alex. l. is potest. & ibi Ias. num. 83. ff. de acquir. hæred. Raph. Cum. & Lud. Roman. l. sed etsi de sua. ff. eod. tit. Raph. Cuman. cons. 43. Socin. cons. 89. col. 4. lib. 1. Socin. l. si inter virum. col. 2. ff. de reb. dub. Corn. cons. 95. col. 2. & cons. 197. col. 2. lib. 4 Alex. cons. 179. col. final. lib. 7. Ruin. consil. 154. col. 2. num. 4. lib. 3. Steph. Betr. cons. 2. dubio 2. lib. 2. Alciat. l. proximi. ff de verbor. significat. Dec. cons. 321. col. final. Lancellot. Dec. l. si avia, arg. illius text. C. successor. edicto Opizomus. repet. l. filiusfamilias. §. Dum. col. pen. ff. legat. 1. Ioann. Nevizan. cons. 10. num. 9. Tiraquell. in tractat. de utroq. retract. 1. part. §. 11. gloss. 1. num. 5. 6. & 9. facit text. l. si scriptum. C. de probat. l. amitæ. C. communia de succession.*

Et hoc procedit, non tantùm quando quis agit contra extraneum, verùm etiam locum habet, quando quis agit contra junctum sanguine, prout hoc tradit *Dec. d. consil. 321. col. final. Tiraquell. in tractat. de utroq. retract. 1. part. §. 11. gloss. 1. num. 9.* Et est de mente aliorum Dd. supra citatorum.

Ad quadragesimam tertiam rationem contrariam † respondemus, ea quæ in illa 292
ratione contraria dicuntur, non habere locum in nostro & similibus casibus, in quibus constitutio ab Episcopo vel alio Prælato ecclesiastico facta est, & propter publicam utilitatem, & cum consensu Capituli omniumque ordinum, sicut hoc in rationibus decidendi docuimus.

Præterea quoque hæc constitutio Episcopi Monasteriensis, prout in actis narratur, consuetudine longæva confirmata & corroborata est.

Et clari juris est, constitutionem Prælati inferioris etiam juri communi contrariam, indistinctè ratam esse & valere, quando illa consuetudine corroborata sive confirmata fuit, *Anton. de Butr. c. cùm dilectus extr. de consuetud.*

Ultimò, non refragantur Domino actori ea, quæ à Procuratore Episcopi contra cessionem actionis sibi à Comite à B. factam excipiendo proposita fuere. Namq;

illa satis superque refutata sunt in Replica Domini actoris contra prædictas exceptiones Episcopi.

Et sic per prædicta satis superque refutata sunt omnia, quæ contra Dominum actorem adducta fuere. Et satis liquet, Dominum actorem optimum jus fovere quoad Baroniam controversam.

SO viel die andere Frag antrifft/ halten wir es dafür/ daß beyde vermöge der Rechte vnd des Stiffts M. Constitution, der Wolgebornen vnd Edlen Frawen J. gebornen von W Gräffinnen zu L. vnnd Frawen zu S. vnnd W. durch tödtlichen Abgang des auch Wolgebornen vnd Edlen Herrn J weiland Herrn zu B. vnd C. seliger vnd milder Gedechtnis/ an der Herrschafft B. keine Gerechtigkeit acquirirt, besondern daß die Herrschafft B mit aller vnd jederm ein vnd zugehörung/auff den Wolgebornen vnd Edlen Herrn Graff R. zu D. als des Verstorbenen nechstverwandten Blutfreundt von dem ersten acquirente der streitigen Herrschafft wolgemelte Gräffinne gentzlich ausgeschlossen/verfellet/ vnd von seiner Gnade ferner auff den Wolgebornen vnd Edlen Herrn F. Graffen zu D. vnd S. G. transmittirt vnd gebracht sey/ wie dessen mit nachfolgenden Rechtsgründen ausgeführet vnd dargethan wird.

Primò, namque certum est, & Domina Comitissa a L. in responsiunibus ad libellum Domini Comitis a D. fatetur, Dominum Comitem R. Secundum, a D. patrem Domini actoris per lineam maternam descendisse à primo acquirente Baroniam controversam, atque proaviam Domini Comitis R. Secundi, fuisse filiam Domini O. Domini in B. & C. avi Domini J. Domini in B. & C. ultimi possessoris feudi controversi.

Et sic Dominum Comitem R. Secundum, Domino Baroni J. ultimo possessori feudi sexto gradu consanguinitatis descendentis a primo acquirente feudi, conjunctum fuisse.

Atque Procurator Dominæ Comitissæ in L. in libello oblato in judicio agit non ex illo capite, quòd Domina Comitissa à L. originem trahat a primo acquirente, sed quòd illa fuerit consobrina Domini Baronis J. ultimi possessoris Baroniæ controversæ, quodque & Domina Comitissa à L. & Dominus Baro J. ultimus possessor feudi controversi, ex duabus sororibus germanis nempe Domina M. & Domina W. Comitissis von W. prognati fuerint.

Et licet Procurator Dominæ Comitissæ in L. in articulis novis & additionalibus nitatur, fidem facere Dominam Comitissam à L. etiam primo acquirenti sanguine conjunctam. Attamen, cùm ipse in libello suo ex una caussa egerit, quòd videlicet Domina Comitissa à L. Domino J. Baroni ultimo possessori feudi controversi per lineam tantùm maternam proximior conjuncta & heres ipsius fuerit, Procurator Dominæ Comitissæ aliam caussam adducens vel allegans, nullo modo audiri, nec ipsi permitti debet, de illa alia caussa allegata fidem facere.

Quinimò, etiamsi ipse probare possit, Dominæ Comitissæ ex alia caussa jus competere, ipse neutiquam in caussa obtinere poslit.

Cùm sit clari & indubitati juris, † eum, 293
qui ex una caussa egit, vel unam caussam in libello expressit, non aliter victoriam obtinere posse, nisi ipse præcisè de illa caussa fidem fecerit.

Nec sufficiat docere, sibi vel suo principali ex alio capite vel alia caussa jus competere, juxta textum expressum, *l. habebat in princip. & ibi Bart. & Dd. ff. de institutor. act. l. Debuit Marcellus, & ibi Bald. C. pact. dotat. c. Abbate sanè de re judicat. lib 6. Innocent. c. ex parte extr. de privil. Bald. Auth. sed et si quis. C. secund. nupt. Bald. l. 1. C. pignor. actio. Ang l. Claudius. C. qui potior in pign. hab. Corset. in sing. incip. judex.*

Huic & alibi traditur, ubi diversificatur res, caussa vel actio non potest sequi condemnatio, *Bald. l. 1. C. ut in possess. legatorum.* cum ex caussa non expressa in libello non possit sequi condemnatio.

Tum, quia sententia dicitur esse conformis libello, *l. ut fundus. ff. communi divid. l. fin. §. fin. C fideicommiss. libertat. c. qualiter & quando el. 2. extr. accusat. c. licet Heli, & ibi Felin. extr. de simonia.*

Tum, quia is, qui unam tantùm caussam in libello expressit, illam tantùm & non aliam in judicium deduxisse videtur, *l. fin. C. annal. except.* unde respectu alterius opus est nova interventione, novo libello, ac nova instantia, secundum communem & receptam Dd. sententiam, *Barbat. Felin. & Dec. c. examinata extr. de judiciis. Socin. cons. 39. col. 6. lib. 2.*

Deinde quoque Procurator Dominæ Comitissæ a L. tam in novis, quàm in additionalibus articulis fatetur, Dominam Comitissam a L. non traxisse originem a primo acquirenti conjunctam.

Et clari

Et clari juris est, illos omnes qui à primo acquirenre originem non trahunt, licet ipsi linea transversali conjuncti sunt, quoad successionem feudi pro extraneis haberi, eamque ob caussam ab illa successione excludi & removeri, prout hoc suprà docuimus.

Præterea quoque tàm ex novis quàm ex additionibus articulis liquet, Dominam Comitissam à L. habito respectu ad primum acquirentem Baroniæ controversæ Domino Baroni J. Baroni in B.& C. ultimo possessori Baroniæ controversæ tantùm in decimo gradu consanguinitatis conjunctam. Et tam per depositiones testium, quàm per instrumenta producta, nec non etiam confessionem judicialem & acceptatam Procuratoris Dominæ Comitissæ a L. plenè & sufficienter probandum, Dominum Comitem R. Secundum, habito respectu ad primum acquirentem Baroniæ controversæ sexto gradu consanguinitatis Domino Baroni J. ultimo possessori conjunctum fuisse. Igitur sequitur, Dominum Comitem R. Secundum, patrem Domini actoris exclusa Domina Comitissa à L. in Baronia controversa omnibusque pertinentibus successisse.

294 Cùm sit clari & indubitati juris † ad successionem feudi eum admitti exclusis reliquis, qui habito respectu ad primum acquirentem feudi, ultimo possessori in proximiori gradu consanguinitatis conjunctus est, *c. 1. & ibi Andr. de Isern. ad fin. de natur. success. feudi. Bald. cons. 2. ante finem. lib. 5. Socin. cons. 252. num. 17. lib 2. cons. 86. col. final. lib. 3 & cons. 73. num. 16. lib 4. Corn. cons. 42. num. 2. & 3. cons. 159. num. 8. lib. 4. & cons 22. num. 17. lib. 2. Prat. Pap. in form. libell. ad revocat. feud. verb. superstitib. num. 14. Dec. cons. 445. num 19. Tr. inc. Ripa l. ex facto. ff. ad Senatusconsult. Trebell.*

Sicut etiam ad fidcicommissum relictum uni ex familia eà conditione, ut illud in familia maneat, & ne extra familiam alienetur, admittuntur proximiores ultimi defuncti, *Socin. cons. 249. lib. 2. cons. 86. col. 5. lib. 3. & cons. 73. col. 4. lib. 4. Carol. Ruin. cons. 13. num. 12. lib. 1.* cum multis similibus allegatis circa decisionem primæ quæstionis.

Et licet aliqui Dd. velint, ad successionem feudi illum admitti, non qui ultimo defuncto, sed qui primo acquirenti gradu proximior est, *Card. Paris. cons. 2 num. 47. consil 3. num. 6. lib. 1. & cons. 65. num. 22. lib. 3.*

Illudque etiam locum habere velint & in fideicommisso relicto uni ex familia, eà conditione, ut illud perpetuò in familia remaneat, *Ias. cons. 290. in princ. lib. 2. & cons. 159. lib. 4. Iohan. Cravett. repet. l. filiusfam. §. spurij. col. pen. & ibi Ferdinand. Loaz in repet. nu. 547. & Francisc. Ripa num. 31. ff. de legat. 1. Ripa l. Lucius. col. final. ff. de vulgar. & pupillar. Ripa l. ex facto in princ. ff. ad SC. Trebell.*

Et in Emphyteusi, *Corn. cons. 42. n. 4. lib. 4.* Atqui aliqui tradant, illud absque omni dubio procedere in feudo non hæreditario, sed ex pacto & providentia, *Alexandrin. Rubeus cons. 85. col. fin. vers. ultimo est advertendum.*

Attamen præcedens sententia quæ vult ad successionem feudi admitti illos, qui habito respectu ad primum acquirentem ultimo defuncto proximiores sunt, verior & communior est, ideoque & illa & in judicando & in consulendo sequenda.

Præterea quoque secundum computationem Procuratoris Dominæ Comitissæ stipiti sive primo acquirenti Baroniæ controversæ in septimo gradu conjuncta est, Dominus vero Comes R. Secundus, stipiti sive primo acquirenti quinto tantùm gradu consanguinitatis conjunctus est.

Ideo sequitur, sive habeamus respectum ad stipitem, sive respiciamus ad ultimum defunctum Dn. Comitem R. in D. fuisse proximũ successorem Baroniæ controversæ, ipsiq; Baroniam controversam apertam.

Et licet Domina Comitissa à L. sit consobrina Domini Baronis J. ultimi possessoris feudi controversi ejusque cognata, proximior, non descendens à primo acquirente, & insuper hæres illius universalis.

Attamen hoc nihil † operatur nihilque 295 præstat, cùm in successione feudi illa tantùm consanguinitas, quæ à primo acquirente sive a stipite descendit, nullaque alia conjunctio vel qualitas attendatur, *Bald. c. 1. nu. 2. & ibi Mart. Laud. col. 2. de eo, qui sibi & suis hæred. Bald. c. 1. §. fin. col. 2. verb. magnum. tit. de success. fratr. vel gradibus succeden. in feud. arg. illius text. Ias. cons. 7. col. 4. vers. inprimis. & vers. tertio deveniendo. lib. 3. Dec. cons. 193. col. 2. & cons. 390. nu. 2. Ang. cons. 110. Franc. Ripa resp. 3. nu. 7. tit. de jure gent. civil. & statut. Card. Paris. cons. 65. num. 20. & 21. lib. 1.*

Huc accedit, quòd in successione feudi paterni non attendatur conjunctio ex linea materna, eam ob caussam, quia linea materna est invalida, & pro nihilo reputatur, *Bald. cons. 170. num. 3. lib. 2.*

Quodque mater sit inhabile medium in feudo atque inhabilitas medii impediat extrema conjungi, *Ang. cons. 110. col penult. cui*

conf. subscripsit Bald. Et moventur per *text. l. tria prædia. ff. servitut. rust. præd.*

His adde, quòd cognati non contrahentes originem a primo acquirente, nullo modo ad successionem feudi admittantur, *Nicol. de Neapol. c. 1. §. Hoc quoq; & ibi Alvarott. num. 10. de his qui feud. dare poss. Martin. Laud. c. 1. §. & quia vidimus. & ibi Præpos. nu. 96. eod. tit. Iacob. de Ardizo in summ. de success. feudi sub rubricella de cognatis an succedant in feud. Iacob. de S. Georg. in tractat. feud. verb. præsentes. num. 9. Ang. cons. 110. & ibi Bald. in subscript. Curt. jun. in tractat. feud. 2. part. 3. part. princip. num. 55. Cassan conf. 8. num. 15. Alvarott. c. 1. num. 2. & ibi Præpos. num. 3 de success. fratrum & grad. succed. in feud.*

Eam ob caussam, quia in cognatis non descendentibus a primo acquirente cessat radix primi acquirentis.

Et clari juris est, quòd sublata radice, omnia sequentia, omniaque ab illa procedentia censeantur esse sublata, *l. liberorum. & ibi Bart. ff. de verb. signific. l. fin. C. natur. liber. l. final. & ibi Bald. C. de verb. signific. Bart. l. 2. §. videndum est. ff. ad Senatusconf. Tertull. Socin. conf. 241. col. 8. lib. 2. Cassen. conf. 8. num. 16.*

Ideoque receptum est, & ab omnibus Dd. nullo penitùs discrepante traditur, fratrem uterinum fratri in feudis non succedere, *Iacob. de Ardiz. in sum. de success. feud. sub rubricell. de agnat. an succedant. Ang. d. conf. 110. & ibi Bald. in subscript. Nicol. de Neapol. c. 1. §. hoc quoq; & ibi Alvarot. num. 9. de his qui feudum dare poss. Mart. Laud. c. 1. §. & quia vidimus. num. 96. eod. tit. Curt. in tract. feud. 2 part. 3 part princip. num. 55. Iacob. de S. Georg. in tractat. feud. verb. præsentes. num. 12. Cassen. conf. 8. num. 15.*

Et in specie, quòd consobrinus consobrino in feudo non succedat, tradit *Matth. de Afflict. decis. Neapol. 292. num 1.*

Et cùm illa conjunctio, quæ aliundè caussatur quam a primo acquirente, ad successionem feudi penitùs inutilis sit, omniq; effectu careat, Illa nullum adjumentum ad successionem feudi vel ad prælationem juris succedendi in feudum præstare potest, sicut hoc satis probatur ex eo, quòd Dd. communiter concludunt, fratrem utrinque conjunctum fratrem consanguineum tantùm a successione feudi non excludere, *Bald. & Garn. l. 1 C. legit. hæred. Bald. Alvarot. Mart. Laud. & Præpos. c. 1. de gradib. succed. in feud. Pract. Pap. in forma lib. ad revoc. feud. verb. superstitibus nu. 10. Iacob. de Ardiz. in sum. rub. de success. feud. sub. rubricell. an frater ex utroq; parente excludat fratrem ex patre tantùm. Andr. de Isern. c. 1. col. 2. de natur. success. feud. Paul. Castr. l. 1. de legit. hæred. Bald. conf. 172 col. 2. conf. 204 in fin lib. 2. conf. 54. & 222. lib. 3. Mart. Laud. c. 1. § & quia vidimus. & ibi Præpos nu. 72. & Matth. de Afflict. num. 22. de his qui feudum dare possunt. Alex. conf. 9. lib. 1. 14. & 15. Socin. conf. 204. ad fin. lib. 2. Dec. conf. 444. col. 1. Crot. repet. l. filiusfamilias. §. divi. col. 2 post princ. ff. legat. 1. Ripa l. ex fact. nu. 98. ff. de vulg. & pupill. Iacob. de S. Georg. d. verb. præsentes n. 11. Curt. in tract. feud. 2. part. 3. part princ. num. 56. Zas. in tract feud. 8. part. nu. 82. Card. Paris. conf. 59. nu. 9. lib. 3.*

Item & ex eo, quòd stante statuto ut agnati ab intestato præferantur cognatis, frater utrinque conjunctus non præferatur fratri ex patre tantum conjuncto, *Ias. l. re conjuncti & ibi Rip. nu 13. ff. legat. 3. Francisc. Ripa l. ex facto. nu 98. ff. de vulg. & pupill.*

Ad hanc sententiam confirmandam facit, † quia illud, quod de jure non sortitur 296
effectum, non præstat impedimentum, *c. non præstat. & ibi Dyn. de reg. jur. lib. 6. l. 1. §. fin & ibi Ias. Dec. & Dd. ff. quòd quisq; jur. l. non putavit. §. non quæ vu. & ibi Bart ff. bonor. possess. contr. tab.*

Atq; illud, quod per se inutile est, & effectu caret, nullum robur nullumque adjumentum vel argumentum præstare potest, neq; in qualitate neque in quantitate, prout hoc quod de qualitate diximus, satis probatur ex eo, quod tradit *Bald. Ang. Petr. de Anch. & Alex. l. si quis ex argentariis. §. cogentur. & ibi Ias. nu. 11. ff. edendo.* ubi concludunt, illius testis depositionem, cujus dictum ipso jure nullum & invalidum est, nihil roboris vel adjumenti præstare aliorum testium depositionibus. Et illud, quòd id, quod de jure & per se invalidum est, non augeat qualitatem, expresse probat id, quod tradit *Ioan. Andr. in addit. ad Specul. rubr. de falsis. Alex. conf. 104. n. 3. lib. 1. & in addit. ad Bart. l. eleganter. §. qui reprobos. ff. pignorat. act.* ubi in ludentibus ad par & impar concludunt, nummum falsum & reprobatum numerum numerorum non augere.

Eandem sententiam comprobat etiam id, quòd † plura imperfecta non faciant 297
unum perfectum in his, inter quæ remanent termini distincti, *l. 1. & ibi Bald. C. qui num. tutel.* Item, nec in his, quæ requirunt certam speciem, *Bald. l. Spadonem. §. qui jura. ff. de excusat. tut.*

Nec etiam quicquam obstat, † quod 298
à Domina Comitissa a L. prætenditur, illam esse hæredem sive successorem hæreditatis Domini Comitis J. ultimi possessoris Baroniæ

roniæ controversæ, Namque in successione feudi consideratur natura & sanguis, non autem propria, vera vel hæreditaria successio, *Bald.c.1. col.2. de eo qui sibi & suis hæred. Corn.cons. 199. col. 15. lib. 2. & cons. 169. col.1. lib. 3. Laurent. Sylvan. cons. 3. num. 66. lib. 1.*

Et in successione feudi habetur consideratio sanguinis, & ad illud descendentes non veniunt ut quicunque hæredes, sed potissimùm ut hæredes sanguinis, *Bald. c.1. §. hoc quoq. col. 4. de success. feud. Francisc. Aret. cons.14. col.10. & cons 164. col.4.* Huc accedit, quod tradit *Iacob.de S.Georg. in tractat.feud. verb.& promiserunt. col. penult.* ubi ipse dicit, in feudis non dari propriè successionem hæreditariam. Namque antiquum & paternum habetur beneficio & providentiâ superioris concedentis. Et ex pacto & contractu investituræ, prout etiam tradit *Bald. cons.137. lib.2. Albert.Brun.cons 15 col.5.* Quodque alibi traditum est, feudum non haberi jure hæreditario, sed jure conventionis sive contractus, *Calcan. cons. 178. num. 4. & 17. Bald. l. qui se patris. col. 76. unde liberi. Card. Paris.cons.65. num. 25. & 27. lib. 3.*

Secundò, hæc nostra decisio confirma-
299 tur ex eo. Namque is, † qui a primo acquirente non descendit, vel originem non trahit, nullo modo ad successionem feudi admittitur, etiamsi ipse vel primo acquirenti vel ultimo defuncto vel utrique simul sanguine conjunctus sit; atque non sit hæres universalis ultimi defuncti, sicut hoc satis probatur per textum *c. 1. §. fin autem unus ex fratribus. de his qui feudum dare possunt.* In quo textu dicitur, si unus ex fratribus a Domino feudum novum acceperit eo defuncto, sine legitimo hærede filio nempe, fratrem ejus in feudum non succedere, nec in illo textu distinguitur, utrum ille frater sit hæres fratris defuncti an verò non.

Cùm itaque eo casu, quo frater, qui de novo feudum acquisivit, absque liberis moritur, superstes frater ipsius sit sanguine junctus primo acquirenti eidemque ultimo defuncto: Ex generalitate illius textus sequitur, eum, qui a primo acquirente feudum originem trahit, ad successionem feudi nullo modo admitti, licet ipse vel primo acquirenti vel ultimo defuncto vel utrique simul sanguine junctus & insuper hæres ultimi defuncti sit.

Cùm sit clari & indubitati juris, quòd lex generaliter & indistinctè loquens, generaliter intelligenda sit, ita ut omnes omninò casus comprehendat, *l. 1. §. cùm urbem. ff. de offic. Præfect.urb. l. regula. §. final. ff. de juris & fact. ignor. l. 1. §. ait ergò. ff. de his quæ in feud. cred.* Etiamsi major ratio sit in uno quam in alio, *l. 1. §. Quod autem ff. de aleatore & lusu al Socin. l. 2. §. ex his. ff. de verb. obligat. Dec.cons. 5. col. 1. cons. 20. col. 2. & cons. 29. Godzadin. cons. 35. col.2.* Item, etiamsi dispositio legis sit odiosa, stricta, pœnalis, *l. cum lege. & ibi Francisc. Aret. ff. de testamentu. Ang. l. final. ff. constitut. princip. Anton. de Butr. c. olim, extr. de verb. significat. Dec. cons. 5.* vel juris cummunis correctoria, *gloss. c. contra Christianos verb. procedendi de hæret. lib. 6. Imol. l. si verò. §. de viro. col. 2. ff. de solut. matrim. Alex. auth. ex testamento. col. 3. C. collat. Hieron. Grat.cons.59.& cons.95. num. 14. lib. 1.*

Præterea quoque clari juris est, quòd in dubio † quis præsumatur decessisse non 300
conditio testamento, & absq; liberis, quodque is, qui prætendit, aliquem decessisse vel testatum vel liberis superstitibus, teneatur probare quem & testamentum fecisse, *Bart. l. in potest. col. penult. & ibi Ias.nun. 84. & Robert. Maran. num 337. ff. de acquirend. hæred. Alex & Ias. l. si mancipati. C. collat.* Et liberos post mortem suam supervixisse, *Raph. Cuman. l. ex facto. §. penult. & ibi Bart. & Ang. argum. illius text. ff. ad Senatusconf. Trebell. Barc. l. qui duos. §. tum in bello. ff. de reb. dub. Alex. cons. 39. lib. 1. & cons. 29. lib. 2.*

Atque similiter legibus expreßè cautum est, fratrem fratri ab intestato non exlictis neque ascendentibus neque descendentibus hæredem existere, *§. si igitur defunctus, el 2. Auth. de hæredibus ab intestato venient.* Cùm itaque præsumptiones legum sint liquidissimæ probationes, *l. licet imperator. & ibi Ias. ff. de legat. 1. gloss. l. si tutor petit. C. peric. tutorum.* iisque inhærendum sit, donec contrarium probetur, *l. non est verisimile in princip. ff. quod met. caussa. l sive possidetis. C. de probat.* Atque decisiones legum semper sint accommodandæ ad id, quod verisimile est, sive quod præsumitur factum esse, *l. nam ad ea. ff. de legib.* Sequitur *text. in d. c. 1. §. fin verò necessariò* probare, ad successionem feudi nullo modo admittendum eum, qui à primo acquirente non descendit, licet ipse vel primo acquirenti vel ultimo defuncto vel etiam utrique sanguine conjunctus sit, atque etiam hæres ipsius existat, idem etiam probat *text. in c. 1. §. in alio verò feudo de successione feudi. ubi textus inquit.* In alio verò feudo, quod habuit initium

tantùm à fratribus, non succedit unus alteri, nec etiam distinguit, utrum frater superstes fratris defuncti hæres sit an verò non.

301 Eandem sententiam comprobat † *text. c.1.§. si duo de feud. March.* ubi textus inquit: *Si duo fratres simul investiti fuerint de beneficio novo & non paterno, si unus eorum sine descendentibus masculini sexus mortuus fuerit, Dominus succedit non frater, nisi pactum fuerit in investitura, quòd frater fratri succedat.*

Idem etiam probat textus *in c.1. de beneficio fratris. c.1. de gradib. succed. in feud. c.1. de fratrib. de novo benefic. investit. c.1. de duob. fratrib. à Capitan. invest. c.1. qualiter frater fratri succedat.*

Idem & illud, quod Dd. ultra textus præallegatos generaliter concludunt, fratrem fratri in feudo novo sive de novo a fratre acquisito, non succedere, *Calderin. in tit. de feud. cons. 9 Abb. cons. 82. lib. 1 & cons 3. lib. 2 Iacob. de S. Georg. in tractat. feud. verb. nobilis num. 1. Albert. Brun cons. 63. num. 2. & cons. 73. num. 5. Iacob. de Lenhard. inter cons. Albert. Brun. cons. 114. num. 143. Alex. cons. 30. num. 8. lib. 1, Ruin. cons. 12. num. 2. & 8. lib. 1. Petr. Duen. reg. 385.* Illudque multis & firmissimis rationibus comprobat *Ang cons. 110.* ubi ipse formaliter inquit: Notandum est, quòd feudum non valet per saltum, id est, de fratre in fratrem. Quia frater non generat fratrem, sed pater. Ubi ergò ratione stipitis sunt conjuncti in feudo, surrogatur unus loco alterius, quia repræsentat stipitem. Quia communis stipes innuit in utrumque ipsorum, *l. 1. §. si quis ex nepotibus. ff. conjungend. cum emancip.* Sed ubi ratione stipitis non sunt connexi, quia est feudum novum sumens a fratre principium, ibi stipes pro nihilo est. Imò sunt disjuncti & separati, sicut etiam in successione allodialium, ideò frater succedit fratri, quia consideratur inter eos conjunctio naturalis per stipitem. Non ergò feudum saltat in secundum gradum, nisi virtute primi & immediati gradus, si autem ille deficit, cessat successio.

Porrò, omnis vigor insitus à corde, loco cordis stipes est, duo autem fratres non sunt in uno spiritu, nihil influit, unus in altero, nisi mediante patre communi, *l. frater à fratre. ff. condict. indeb. l. nec apud. C. de hæred. inst.* liquet ergò, quòd de generali jure feudorum successio feudi, nisi in stipite, feudari non potest, & hoc etiam firmissimis rationibus comprobari potest.

Primò, ex nominibus impositione, feudum enim quod est aptum transmissioni, vocatur paternum, avitum & proavitum, fundatur ergò vocis significatio & affectio in votum descendentis non transversalis lineæ, & à quo removetur significatio, removetur affectus rei, *l. Labeo. §. idem Tubero. ff. de supell. legat.*

Secundò, ostenditur ex formæ feudalis
inspectione, nempe hæc † forma etiam con- 302
suevit, tali & hæredibus ejus, *gloss. & Dd. l. ex facto. §. fin. ff. ad SC. Trebell.* Quod verbum in feudis pro liberis accipitur, *c. 1. § etsi clientulus de alienat feudi.* Persona ergò fratris vel sororis extrinsecus non est intelligenda, *l. ita stipulatus. §. Chrysogonus, vers. sequens stipulatio. ff. de verb. obligat.*

Et si de forma non constaret, † ad ge- 303
neralem & solitam recurrendam est, *l. fin. C. de fidejussor.*

Tertiò, probatur ex mente conceden-
tis † debita consideratione, non enim dici- 304
tur habere vasallum, de quo non cogitavit, *c. 1. de fratrib. de novo beneficio investit.*

Et postea *Ang.* subjungit † pro compro- 305
banda hac sententia: Ego feudum generi dedi, deficit genus, nun transit in alterum genus, Meum est, quod pero, quod generi dedi, finitur cum genere. Quod speciei dedi, finitur cum specie, *l. cùm ita. §. libertis. ff. de legat 2. l. 1 § personis. ff. de jur. immunitat. l. certo. ff. de servitut. rust. præd.* ut frater fratri in dignitate succedat necesse est, ut à majoribus succedentibus procedat, *l. 2. ff. interdict & relegat.* Similiter *Ang.* in eodem Consilio postea dicit, feudum agnationis communis non transmittitur ad fratrem, qui non est de illa progenie, qui scilicet non pendet ab eodem stipite. Et in hoc confluunt rationes, scilicet ratio intentionis ex mente concedentis, *l. fideicommissum ff. de condit. & demonst.* ratio ordinis ex mente legum fluere in certo ordine & capite cepit successio, nec absoluto ordine migrari debet, *arg. l. 1. de usufruct.* Et ratio termini terminantis actum, finis nempe generationis, *§. in emphyteusi authen. de non alienand. l. sciendum. ff. de verbor. significatione.*

Et ratio intentionis ex mente primi acquirentis, non enim votum habuit hoc acquirendi non progenitis ex seipso, *c. 1. vers. unusquisque de duob. fratrib. à Capit. investit.* Item, in feudis antiquis non venit quis tanquam ex linea collaterali, sed ex natura principii, id est stipitis.

Et in

Et in feudis non habet locum successoriorum edictum de stipite in stipitem,

Nam nova proles etiam in principio fieret stipes sui generis, & rarò rediret ad proprietatē multiplicatis successoribus, quod irrationabile est, *l. an usufruct. ff. usufruct. legat.*

Et de iis, qui non descendunt à primo acquirente, non fuit à principio cogitatum, a quo quidem principio formatur posterior eventus, *l. 1. C. de imponend. lucrativ. descript. lib. 10.*

Et ex personis postea succedentium status contractus seu tituli mutari non possunt, *l. 2. §. 1. ff. de verb. oblig.*

Omnia enim ad id referuntur, unde vim capiunt & formam & originem, *l. in ratione §. si filio. ff. ad l. Falcid.*

Causa enim prima semper intuenda est, & causa secunda tantum operatur, quantum sibi à prima tribuitur, & non ultra, *l. peto. §. prædium ff. legat. 2. l. si quis domum. §. Huic. ff. locat. & conduct.*

Nam ut dicitur, causa prima magis influit in causatum quàm causa secunda, & ideo causæ secundæ tanquam subalternæ plus quam causæ primæ concedi non debet, *l. Publius. §. 1. ff. condit. & demonst. l. si una matre. C. bonis matern.*

Cum illa sit fundamentum, in quo rei status clauditur, *l. qui id quod in princip. ff. de donationib.*

Item, lex transmissionis ex antecedenti non mutatur, *l. insulam ff. verb. oblig.*

Et in feudis ego semper originem considero, quia etsi per mille manus ambulat, semper ultimus primi successuris ab eo causam habet, a quo habet radicem, *c. 1. an agnatus. l. Titius. ff. serv. exportand. l. mater. C. rei vendicat.*

Et in hoc communi etiam scientiæ naturali, nam omnis processiu ex principio ejus, ut ait *Arist. lib. 1. de cœlo. & Galen. de Crisib.* [...] hactenus *Ang.* cui consilio *Ang* etiam se [...] sit frater ipsius *Bald.*

Et quia verba illius consilii sunt pulcherrima, & plurium deserviunt pro decidenda quæstione præsenti, nobis placuit illa ascribere.

306 Deinde hanc sententiam comprobat etiam id † quod Dd. communiter tradunt, feudi illam naturam esse, quod ad extraneos, nempe ad illos qui a primo acquirente non descendunt, non transeat, *Bart. Alex. Iaf. & Dd. l. Gallus. §. etiamsi à parente. ff. liber. & posth. Alex. l. etiam in princ. n. 5. ff. solut. matr. Abb. Felin. Dec. & Dd. c. in præsentia. extr. probat. Francisc. Ripa. l. ex facto. §. fin. nn. 14. ff. ad. SC. Trebell.*

Et hoc absque omni dubio procedit in feudo acquisito simpliciter nulla neque hæredum neque filiorum mentione facta.

Namque ad illius successionem hæredes extranei non descendentes à primo acquirente nunquam admittuntur, *gl. Andr. de Iser. & Bald. c. 1. quib. modis feud. constit. Andr. de Iser. c. 1. ex quib. caus. feud. amit. Alex. cons. 18. lib. 5. Socin. cons. 19. col. 1. lib. 1. Hippol. de Mars. sing. 160. Rom. l. etiam. ff. solut matr. Dd. c. 1. an agnati. Covarr. variar. resolut. lib. 2. nu 3. in fin.*

Et hoc satis probatur per omnes textus consuetudinum feudalium citatos, in quibus simpliciter deciditur, feudū non transire ad illus, qui a primo acquirente originem non trahunt, nec faciunt mentionem, utrum feudum sit acquisitum simpliciter an verò non: item quo pacto sive tenore feudum acquisitum sit.

Et certum est, legem generaliter & indefinitè luquentem, generaliter & indefinitè intelligendam nec à nobis distinguendam, *l. 3. §. ff. offic. præsidis. l. de precio ff. public. in rem act.*

Similiter hæc conclusio absque omni dubio & nomine penitus discrepante procedit in feudo ex pacto & providentia, ad illius enim successionem nunquam admittuntur extranei sive illi, qui à primo acquirente originem non trahunt, *Laurent. Sylvan. cons. 3. nu. 66. lib. 1. Covarr. variar. resolut. lib. 2 c. 18. Arius Pinel. repetit. l. 1. conf. 3. n. 84. C. bonis matern.*

Eodem jure utimur, si feudum alicui fuerit concessum pro se & hæredibus, vel si aliter in concessione feudi fuerit facta mentio hæredum.

Namque etiam ad illius feudi successionem tantum descendentes a primo acquirente ac nullo modo extranei hæredes admittuntur, *gl. Imm. Paul. Castr. Alex. & Dd. l. ex facto. §. fin & ibi Ripa nu. 14. ff. ad SC. Trebell. Bart. Bald. Alex. Iaf. & Dd. l. Gallus ff. de liberis. & posth. gl. l. etiam & ibi Bald. in fin. & Alex. nu. 5. ff. sol. matrim. Bald. l. 1. §. fin. si de feud. defunct. content. Imm. & Modern. l. quod dicitur. & ibi Alexand. num. 26. ff. verb. oblig. Bald. Abb. Felin. August. Baro & Dd. c. & præsentia. & ibi Decis. numer. 48. extr. de probat. Angel. consil. 110. & ibi Bald. in subscriptione. Et idem Angel. consil. 350. Calcan. consil. 15. Cardinal. consil. 54. Decis. consil. 175. & consil. 208. Fulgos. consil. 218.*

Abb. conf. 3. dubio. 3. lib. 2. Corn. conf. 26. col. 2. lib. 1. Soc. conf. 19. num. 9. lib. 1. Card. Parif. conf. 65. num. 14. lib. 3. Socin. jun. conf. 112. lib. 2. Laurent. Sylvan. conf. 3. num. 67. lib. e. Aym. Cravett. conf. 197. lib. 1. Arius Pinel. l. 1. 3. part. nu. 85. & 86. C. de bonis matern.

Tùm, quia in feudis ſive in materia feudali appellatione hæredes tantùm deſcendentes ex primis acquiſitoribus comprehenduntur, *c. 1. §. etſi clientulus. & ibi Dd. de alienat. feud. c. 1. §. fin. & ibi Bald. & Dd. ſi de feud. defunct. content. c. e. §. penult. de lege Corrad.*

Tùm, quia prout ſupra diximus, feudum eſt talis res, quæ ſui natura ad hæredes extraneos non tranſit.

307 Et clari & indubitati juris eſt, † quod in rebus ſua natura ad extraneos hæredes non tranſientibus, appellatione hæredum tantùm deſcendentes comprehenduntur, ſecundum communem & receptam Dd. ſententiam, *Bart. Alex. Iaſ. & Dd. l. Gallus. §. etiamſi à parente. ff. lib. & poſth. Imm. Paul Caſtrenſ Alex & Dd. l. ex facto §. ſi quis ita & ibi Ripa. num. 14. ff ad SC. Trebell. Bald. Abb. Felin. Dec. Auguſt. Bero. & Dd. c. in præſentia extr. probat.*

Tùm, quia textus conſuetudinum feudalium generaliter decidunt, feudum non tranſire ad illos, qui à primo acquirente non deſcendunt, nec diſtinguunt, utrum inveſtitura fuerit facta ſimpliciter an verò pro acquirente & filiis: item, pro acquirente & hæredibus, aut pro acquirente & ſucceſſoribus. Et clari juris eſt, quod lex generaliter & indiſtinctè loquens, generaliter & indiſtinctè intelligenda ſit, ut omnes omninò caſus comprehendat, nec a nobis diſtingui debeat.

Tùm, quia illa feuda, in quarum conceſſione vel alia materia eſt facta mentio hæredum, non judicantur res hæreditariæ, nec in petitione hæreditatis vel reſtitutione fideicommiſſi veniunt, nec de illis vaſallus in præjudicium ſucceſſorum feudi, filiorum nempe, agnatorum vel cognatorum inter vivos vel in ultima voluntate quicquam diſponere poteſt, *Card. Pariſ. conſ. 65. num. 12. 12. & 13. lib. 3.* Idem juris eſt, ſi feudum fuerit conceſſum alicui & ſucceſſoribus ſuis, vel aliter in materia illius feudi fuerit facta mentio ſucceſſorum, namque nec tale feudum ad alios quàm ad deſcendentes ex primo acquirente tranſit, *Socin. conſil. 29. num. 19. lib. 1. Dec. conſ. 445 num. 14.* ubi *Dec.* atteſtatur, eandem ſententiam amplecti *Bald.*

Et illud etiam locum habet, † ſi vel in 108
conceſſione feudi vel aliter in materia de feudo loquente fuerit facta copulativè mentio hæredum & ſucceſſorum, namque ſecundum communem & receptam Dd. ſententiam etiam ad hujus feudi ſucceſſionem illi qui à primo acquirente non deſcendunt, nullo modo admittuntur *Imm l. quod dicitur. ff. verb. obligat. Alexand. conſ. 10. in fin. lib. 3. Andr. Barbat. conſ. pen. col. e e. lib. 1. Corn. conſ. 16. col. 3. lib. 1. Curt. ſen. conſ. pen. Dec. conſ. 171. & conſ. 208. nu. 11. Franciſc. Ripa. l. ex facto. §. ſi quis ita. ff. ad SC. Trebell. Alexand. Rub. conſ. 84 col. 2. Roland. à Valle conſ. 96. nu. 8. Covar. variar. reſolut. lib 2. cap. 18. num. 4. verſ. 10. Franciſc. Ripa. l. quæſitum. § fin. num. 5. ff privil. creditorum*, ubi ipſe atteſtatur, hanc opinionem communem eſſe, idem tenet *Ioh. Neviz. conſ. 10. num. 7.* & comprobatur ex eo, quia etiam ad ſucceſſionem emphyteuſis eccleſiaſticæ acquiſitæ pro ſe, hæredibus & ſucceſſoribus extraneis non admittuntur, *Alex. conſ. 87. lib. 7. Dec. conſ. 171. Iaſ. conſ. 89. col. 3. & 4 lib. 3.* Et licet in hoc contrarium teneant *Socin. conſ. 66 col. 14. lib. 2. Laurent. Sylvan. conſ. 52. num. 22. verſ. quarto quia iſtud.*

Attamen hæc contraria opinio eſt communiter reprobata, & ad omnes rationes, quæ pro contraria ſententia adduntur, reſpondet *Deciſ. & Ripa in loco ſuam citato.*

Eamque ob cauſam illa contraria ſententia neque in judicando neque in conſulendo ſequenda eſt.

Deinde hoc etiam procedit, ſi in † con- 309
ceſſione feudi vel alias in materia feudi ſimpliciter fiat mentio hæredum & ſucceſſorum, vel hæredum & ſucceſſorum, ſive copulativè fiat mentio filiorum & hæredum: item filiorum & ſucceſſorum, namque etiam tale feudum ad hær[illegible]traneos non deſcendentes a primo a[illegible]rente nullo modo tranſit, *Matth. de Afflict. cap. 1. num. de eo qui ſibi & ſuis hæredibus. Matth. de Afflict. cap. 1 num. 13. an agnat. Bald conſil. 70. lib. 2. conſil. 475. lib. 5. Paul. Caſtrenſ conſ. 461. lib. 1. Alex. conſ 44. num. 2. & conſil. 128. num. 6. lib e.* ubi *Alexander* atteſtatur, hanc opinionem communem eſſe, & idem tenet *Iaſ. l. ſi non ſortem. §. Libertus num. 35 ff condict. indeb. Curt. jun. conſ. 1. nu. 12. & conſ. 138. num. 23. Covar. variar. reſolut. lib. 2. cap. 18.*

cap. 18. Arius Pinel. l. 1. 3. part. num. 87. C. bonis mater.

310 Quinimò multi † Dd. nolunt, & ad feudum acquisitum pro ipso acquirente & quibuscunque hæredibus suis non admitti extraneos non descendentes a primo acquirente, *Bald. c. 1. §. Donare. & ibi Mart. Laud. & Præposit. qualit. feud olim. Bald. l. l. cum virum. col fin. C. fideicommiss. Francis. Aret. & Socin. l. Gallus. §. etiamsi à parente. ff. lib. & posth. Alexand. cons 30. col. 4. vers. octavo. quia vasallus. lib. 1. Barbat. in rubr. col. 2. extr. feud. Barbat. cons 73. col 9. lib. 1. cons. 23. col. 2 lib. 2. Iac. de Sanct. Georg. in tract. feud. verb. & quibuscunq; hered. num. 1. & 2. Curt sen. cons. 83. col. 5. Godzadin. cons. 5. num. 35. & cons. 16. Cornel. cons. 26. lib. 2. Dec c. in præsentia nu. 48. & ibi August. Bero. num. 368 extr. probat. Dec. cons. 185. & cons. 208.*

Et licet in hoc contrarium teneant multi Dd. volentes ad successionem feudi acquisiti pro se & quibuscunque hæredibus admitti omnes omninò hæredes etiam extraneos & non descendentes à primo acquirente, *Bald. c in præsentia extr. probat. Bald. l. 1. quæst 34 ff de rerum divis. Alex & Ias l. nihil. §. quædam ff edendo. Fr. Ripa. l. ex facto. §. si quis rogatus num. 16. ff. ad SC. Trebell. Curt. in tract. feud. 2. part. 3. part princ. nu. 62. & 4. part. num. 230 Rol. à Val. cons. 3 nu. 65. & cons. 96. nu. 37. Ber. cons 46. nu 1. lib. 6. cons. 50. num. 9. & consil. 129. nu. 16. lib. 11. Laurent. Sylvan. cons. 3. nu. 65. & cons. 30. n. 28. cum multis similib. allegat. per Tiraq. in tract. de utroq; retr. part. 1. §. 1. gl. 9. n. 21. & 22.* In quibus locis est Dd attestantur, hanc opinionem magis communiter receptam esse. Et item juris esse velint, si feudum alteri & omnibus suis hæredibus concessum fuerit, vel in concessione feudi aut alias in illo fendo fuerit facta mentio de omnibus hæredibus, *Bald. c. in præsentia. col. 2. extr probat. Alex. cons 30. n. 15. lib. 5. & cons. 195. col. pen. lib. 6. Dec. cons 294. col. 2. Curt. jun cons. 1. col. 2. Rol. à. Val. cons. 5. nu. 36. & 37. & cons. 60. nu. 49 Ruin, cons. 188. num 1. lib. 1. Card. Paris. cons. 65. num. 10. lib. 3.*

Attamen hanc doctrinam Dd. qui volunt ad illius feudi successionem, in qua fuit facta mentio de omnibus sive quibuscunq; hæredibus, admitti etiam illos, qui aliquin ad successionem feudi non admitterentur, probabiliter restringunt aliqui ad descendentes ex primo acquirente, qui alioquin feudo simpliciter recepto ad illius successionem non admitterentur, prout hoc facit illudque multis firmissis rationibus comprobat, *August. Bero. c. in præsentia num. 368. extr. probat.*

Et contrarium Dd. sententia tantùm procedit, quando in contractu sive in concessione feudi est facta mentio de omnibus sive quibuscunq; hæredibus, in quibus terminis Dd. contrarium tenentes loquuntur, secus autem est, si hæredum mentio cum dictione universali in materia feudali fuerit facta in constitutione vel statuto novi juris inductivo.

Tùm enim ille distinctiones universales quicunq; omnes & similes restringuntur ad habiles ad illos nempe, qui ex primo acquirente feudum descendunt, prout quoad præsens propositum expressè & in specie decidit, *Fr. Ripa. l. ex facto. §. fin. n. 17. ff. ad SC. Trebell. F. Ripa l. quæsitum. §. fin. nu. 6. ff privileg. credit. Carol. Ruin. cons. 188. num. 2. lib. 2.* Et comprobatur evidentissima ratione, namq; verba universalia posita in dispositione legis vel statuti novi juris inductivi, semper restrictionem de habilitate sive capacitate recipiunt, *Bart. Alex. Ias. & Dd. l. 1. §. nunciatio. ff. operis no. nunc. Bald l. fin. C. sine censu & reliquis. Alex. l. 1. in princ. ff. legat. 1. Curt. jur cons. 1. col. 3. Ias. l. 1. §. Prætor. ait num. 4. ff. qui satisdat. cog.* Quod usque adeo verum est, ut procedat, etiamsi verba universalia geminata sint, *Curt. jun. consil. 1. col 2. & cons. 183. col. fin.* ubi ipse attestatur, eandem opinionem amplecti *Felin.* & idem tenet *Socin. consil. 10. col. 1. vers. non obstat. si dicatur. lib. 1. Ruin. consil 95. num. 5. lib. 1. Roland. à Vall. cons. 61. nu. 44. & cons. 96 num. 45. cum tribus sequentib.* ubi ipse dicit, hanc opinionem communiter receptam.

Præterea hæc conclusio, quod is † qui à primo acquirente originem non trahit, ad successione feudi non admittatur, procedit non tantùm in eo feudo, quod quis gratis & absque pecunia acquisivit, sed etiam locum habet in illo feudo, quod quis precio sive pecunia comparavit, prout hoc expressè probat *text in c. 1. de beneficio fratris & qualiter frater in benefic fratris suc.* ubi textus expressè dicit, si quis acquisierit beneficium & sine filio masculo mortuus fuerit, & fratrem reliquerit, frater non succedat fratri, sed Dominus habeat, nisi per investiturā a Domino ordinatū fuerit, ut frater succedat fratri, si mortuus fuerit sine hærede masculo, vel succedat fratri morięti sive filio, vel nisi beneficiū de cōmunibus bonis fuerit emptum, vel utriusq; nominis Domino sciente, si simul steterint, vel ad instantiam Regis acquisiverint. 311

Et sic

Et sic ex illo textu ponente regulam, quod frater fratri in feudu non succedat, & excipiente ab illa regula aliquos casus, & inter reliquos illum casum, quando feudum fuit emptum de communibus bonis Domino sciente satis liquet, quod in feudum emptum, si illud non sit emptum vel comparatum communibus bonis, sed bonis sive pecunia propria frater vel alius non descendens a primo acquirenti non succedat.

312 Tum, quia † exceptio confirmat regulam in omnibus casibus non exceptis, *§. ut autem. & ibi gl. & Bart. Auth. de non alien. & perm. reb. Eccles. l. Tribunus. §. fin. ff. militar. testam. c. nonne & ibi Felin. extr. praesumpt. c. Dominus. 32. quaest. 7. Bart. l. quaesitum. §. deniq. ff. fundo. instruct. Ang. cons 239. & 290. Roman. cons. 337. Dec. & Cag. l. 1. ff. reg jur.*

313 Tum, per argumentum a contrario sensu, † quod & in toto jure fortissimum & frequentissimum est, *l. 1. & ibi Ias. Dec. & Dd ff. de officio. ejus cui mand. est jurisdict.* & etiam in consuetudinibus feudalibus sive materia feudali locum habet, praesertim in nostro & similibus casibus, quando per illud non inducitur juris communis correctio, *Francisc. Curt. in tract. feud. 1. part. quaest. 4.*

314 Et hanc sententiam ibi expressè † tenet *Iacob. de Belvis.* concludens, quod in feudum emptum non de bonis communibus vel de communi pecunia, frater fratri non succedat, sive ipsi simul steterint sive non. Et in fine illius *text. Iacob. de Belvis.* concludit, quod etiam in feudum comparatum communi pecunia frater fratri non succedat, si Dominus feudi non ignoraverit, illam pecuniam communem fuisse. Idem tenet ibi *Andr. de Isern.* videlicet ubi dicit, si quis feudum acquisiverit nomine proprio, vel de sua industria vel de negociatione, frater in illo feudo nihil juris habet. Et idem dicit juris esse, si frater etiam de pecunia communi pro se tantùm emat feudum. Eandem etiam sententiam amplectitur, *Bald. ibid.* Dum videlicet ipse ad hoc ut frater fratri in feudum emptum succedere possit, requirit, ut illud fuerit emptum & de pecunia communi, & quod Dominus sciverit, illam pecuniam communem fuisse. Ejusdem opinionis est & *Alvarot. in d. c. 1. de benefic. fratris*, dum videlicet requirit ad hoc, ut frater fratri in feudum emptum succedere possit, ut ista tria copulativè concurrant, quod pecunia sit communis, quod stent simul, & quod Dominus sciat, item & ex eo, quod *Alvarot.* ibi ad hoc quod frater fratri in feudum emptum propriis nummis acquirentis succedere possit, copulativè requirit, quod illa emptio sit facta nomine utriusque, item quod stent simul, & quod Dominus illud sciat.

Idem etiam vult ibidem *Praeposit.* dum videlicet *Praepositus* ibi concludit, in feudum emptum de communibus bonis fratrem fratri non succedere, nisi Dominus sciverit, illud feudum fuisse emptum de bonis communibus, & subjungit, in feudum emptum de bonis propriis, fratrem fratri non succedere, nisi illud feudum fuerit communi nomine acquisitum, tali fratre qui cum fratre suo simul habitat dominoq; has qualitates sciente.

Et idem tenet ibi etiam *Matth. de Afflict.* dum ibi expressè concludit, in feudum emptum etiam de pecunia communi nomine proprio ad fratrem indistinctè non transire. Et feudum emptum de pecunia propria, non aliter ad fratrem transire posse, nisi illud expressè in investitura cautum fuerit. Deinde hanc sententiam probat *text. in c. 1. §. si duo fratres de fratrib. de nov. benef. invest.* ubi textus expressè dicit, si duo fratres in causa communi post mortem patris remanserint, id est, habitaverint simul, & unus eorum feudum acquisiverit, plerique dicunt, ad alium non pertinere, sed ad Dominum, nisi per pactum, sed neque vivente eo, qui acquisiverit, neq; post mortem ejus, fructus tamen erunt communes, donec simul habitaverint. Quod si cum equis & armis communibus, vel pecunia communi sit acquisitum, adhuc idem dicunt, ne fortè invitus Dominus alicui quam quem voluerit, sibi acquirat vasallum, dum tantum meminerimus, id quod de pecunia communi expensum est, alteri pro parte restituendum esse.

Et sic ex illo textu similiter liquet, in feudum emptum neque fratrem neque alium qui à primo acquirente originem non trahit, succedere, prout ex illo textu colligit expressè *Iacob. de Belvis.* concludens, sive feudum fuerit acquisitum gratis, sive pecunia acquirentis, fratrem primi acquirentis in illud feudum non succedere. Et idem dicit juris esse, si feudum pecunia communi sit comprobatum.

Idem etiam vult *gl. ibi d. in verb. acquisierit. & in verb. dicunt. dum videlicet gloss. ibid.* concludit, in feudum acquisitum etiam communi-

communi pecunia fratrem fratri non succedere, si vel illud feudum fuerit acquisitum nomine proprio acquirentis, vel Dominus ignoraverit, illam pecuniam communem esse, cui sententiæ etiam subscribit *Andr. de Isern. ibid.*

Et idem etiam tenet ibi *Bald.* dum dicit, fratrem fratri in feudo non succedere, si illud feudum fuerit acquisitum vel gratis, vel pecunia propria acquirentis, atque subjungit, idem etiam esse, si feudum fuerit communi pecunia comparatum.

Huic opinioni etiam astipulatur *Alvar. & Præposit. in d. §. si duo fratres uterq;. nu. 1.* Dum ibi similiter cuncludunt, in feudo acquisito vel gratis ex liberalitate nempe Domini vel ex re sive pecunia propria acquirentis, fratrem fratri nullo modo succedere.

Eandem sententiam etiam ibidem expressè tenet *M. de Afflict.* in figuratione casus dum videlicet dicit, feudum acquisitum vel gratis vel pecunia propria acquirentis illo absq; filiis mortuo, ad fratrem non transire.

Idem etiam vult *Ludo. Rom. l. etiam in princ. n. 7. ff. solut. matr.* ubi inquit, quod in feudum emptum non succedat neq; fœmina neq; extraneus, eam ob causam, quia quilibet actus, quo ad transmissionem in hæredem faciendam, debet regulari, non secundum naturam contractus sed secundum naturam rei in contractu deductæ. Et hoc per textum, *l. stipulatio ista. §. si quis. ff. verb. oblig.* quem textũ ipse ita inducit, licet stipulatio de natura sua sit ad hæredes transmissibilis, *l. veteres. C. contrah. & commit. stipul.* Stipulatio tamen non transmittitur, cum res in ea deducta, non est transmissibilis, ut est ususfructus, secundum text. *d. §. si quis ita.* item & *text. l. si quis domi. §. huic subjungi potest. ff. loc. & cond. l. necessario. §. fin ff. periculo & commod. rei vend.*

Et idem per eandem rationem concludit *Socin. cons. 19 nu. 22. lib. 1.*

Ejusdem opinionis sunt, ut omnes illi Dd. qui vulunt, in feudum emptum fœminas non succedere, quos Dd. retulimus in præcedenti quæstione, atque ibidem indicavimus, illam opinionem communiter receptam esse.

315 Et licet in hoc contrarium † teneat *Laur. Sylvan. cons. 52. nu. 10. motus authoritate. Romani. & Alex. l. etiam in princ ff. solut. matr. Bald. c. 1. §. decedenti qui feud. dare poss. Socin. cons. 19. col. 3. lib. 1.* Item & hisce rationibus,

Tùm, quia ad successionem illius feudi, quod pro annuo censu concessum est, fœminæ admittuntur, *Bald. in tit. de pace constant. verb. libellarium ad fin. Bart. l. liberti libertæq;. col fin. C. operis libert. Aret. & Moderni. l. Gallus. §. etiamsi à parente. ff. lib. & posth.*

Et certi juris est, quod feudum acquisitum pro annuo censu, accedit ad naturam locationis, *Bald. c. si cautio. extr. de fide instrum. ad fin.*

Quodque emptio & locatio iisdem regulis determinentur, & dispositum de locatione, etiam ad emptionem extendatur & è converso, *l. 2. ff. locat. & conduct.*

Tùm, quia feudum non dicitur concedi pro pecunia, *c. 1. in princ. de feudo dat. in vic. legis commiss. Bald. l. 1. quæst. 44. ff. rerum divis.* atque feudum pecunia emptum, proprii feudi naturam non habet, *Albert. Brun. cons. 14 nu. 2. Bald. l. si quam. C. operis liber Ias. cons. 57. num. 3 lib. 1.* illique definitio feudi, quod describitur esse beneficium, non convenit, *c. 1. §. fin. ex quib. caus feud. amit.* ideoque videtur dicendum, regulas feudales in feudo emptitio locum non habere.

Tùm, quia in feudo emptitio potius consideratur natura contractus quam natura feodi, *Bald. post Odofred. c. 1. §. & quia vidimus. nu. 19. de his qui feud. dar poss.* & clari & indubitati juris est, quod de natura cujuslibet contractus & cunventionis sit, quod transeat ad hæredes etiam extraneos, sive de illis mentio facta sit sive non, *l. veteris. C. contrah. & commit. stipul. l. viam veritatis. C. locat. & conduct. l. 2. junct. gl. verb. sive hæredes. C. pactis inter empt. & vend. Bald. l. 1. arg. ill. text. C. constit. pec. Abb. c. fin. 1. notab. extr. arbitr.*

Attamen hæc opinio *Laurentini Sylvani* communiter est reprobata, cum cuntrarium teneat *gl. Iac. de Belvis. Andr. de Isern. Bald. Alvarot. Præposit. Matth. de Afflict. Ludov. Roman. & Socin.*

Idemque velint infiniti Dd. concludentes, fœminam in feudum emptum non succedere, illaque opinio communis dicatur, quam plures & gravioris authoritatis Dd. tenent, *Felin cap. 1. num. 54. & ibi addit. ad Abbat. extr. de constitut. Ias. l. si quis. §. jussum. num. 14. ff. acquir. hæred. Ias. l. re conjuncti. num. 142. ff. legat. 3. Ias. l. si quis pro emptore. num. 247. ff. de usucap. Ias. auth. si qua mulier. num. 15. C. Sacrosanct. Eccles. arg. c. in canonicis dist. 19.*

Ideoq; illa sententia nullo modo neq; in judicando neq; in consulendo sequenda est. Cum cōmunes & receptæ Dd. sententiæ semper & in judicando & in consulendo sequendæ sint, usq; adeo ut judex, qui contra com-

muncm

munem opinionem judicat, & imperitus præsumatur, & facit litem suam atque parti læsæ, ad id quod interest, teneatur.

Nec obstant authoritates, quas *Laurent. Sylvan.* pro sua sententia comprobanda adducit. Namque *Romanus & Socinus* ab ipso citati, expresse contrarium tenent, *Baldus* verò nullam mentionem de extraneo facit, sed tantùm dicit, fœminam in feudum emptum succedere, & insuper illam opinionem non firmat, sed dicit, illam notabilem esse, si esset vera.

Similiter & *Alexander* non loquitur in feudo empto, sed loquitur in feudo pro pecuniariũ præstatione, & sic pro annuo censu pecuniario acquisito. Et sic liquet, opinionem *Laurentii Sylvani* penitus singularem esse, nulliusque Doctoris authoritate niti, eamque ob causam minimè sequendam, juxta *text. l. 1. ff. senatorib.*

Deinde non obstat, quod ad illius feudi successionem pro quo non servitium personale sed annuus Canon sive census præstatur, extranei admittantur. Namque illud non procedit eo casu, quando pro illo feudo juramentum fidelitatis Domino præstatur, vel vasallus pro illo feudo ad fidelitatem Domino feudi astrictus est, *Alex. cons. 9. lib. 5. Dec. consil. 139. Corn. cons. 24. lib. 2. Albert. Brun. cons. 4t. M. de Afflict. in constit. regni incip. errores, col. 2. Roland. à Vall. cons. 23. num. 36.*

Similiter non obstat, quod feudum gratis & non pro pecunia concedi debeat, quodque feudum emptum sit & feudum improprium, & non comprehendatur sub definitione feudi, namque respondeo & textibus expressè cautum; & a Dd. communiter traditum esse, feudum emi & pro pecunia comparari posse, *cap. 1. §. fin. de his qui feudum dare possunt, cap. 1. de natura feud. cap. 1. de benefic. fratr. cap. 1. de invest. in marit. fact. cap. 1. quemadmod. feud. ad fil. pert. cap. 1. si filius si de feudo defunct. content. c. nostram. extr. reb. Eccles. non alien. c. ad nostram. extr. empt. vend. Curt. jun. in tract. feud. 1. part. quæst. 6. num. 17. Zas. in tract. feud. ult. part. num. 20. & 21. Curt. sen. cons. 49. num. 5.* ubi ipse attestatur, hanc sententiam & communem esse, & illam amplecti *Iacob. de Ardizo. Andr. de Isern. Alvarot. Præpos. reliquosq. Dd.* non obstat *text. in cap. 1. in princip. de feud. dot. in vim legis commissor.* Namque ille textus debet restringi ad illum casum, in quo loquitur, quando videlicet feudum a Domino vel alio fuerit pignori obligatum alteri cum pacto legis commissoriæ, quod pactum omni jure improbatum est, *l. 1. 2. & 3. C. pignor. Bald. l. quamvis, & ibi Bart. ff. solutionib. Abb. c. significasti, extr. pignorib. Card. Parif. cons. 81. num. 28. & 29. lib. 2.* secus autem est, si Dominus vasallo feudum simpliciter vendit, quæ venditio nullo modo improbata est. Et quamvis aliqui Dd. velint, feudum vendi non debere, omnes tamen Dd. nullo penitus discrepante concludunt, venditionem factam de feudo à Domino vasallo vel aliis consentiente Domino valere & ratam esse, *Bald. l. si quam. C. operis libert. Bald. l. qui se patris. C. bonis quæ liberis. Bald. l. licet. C. liberali causa. Curt. sen. cons. 49. nu. 5.*

Et licet feudum emptum feudum impropriũ sit, cum tamen emptio non substantialibus, sed tantùm naturalibus feudi refragetur, *Ias. in tract. feud. ult. part. nu. 20. & 21.* receptum esse, feudum empititium in omnibus & per omnia eo tantùm excepto, quod gratis comparatum non fuit, feudi recti naturam sequi, & consuetudines feudales generaliter loquentes & ad feuda empta extendi, *Zas. in tract. feud. ult. part. nu. 21.* prout quod feudum emptum, aliorum feudorum naturam imitetur, quo ad hoc, quo extranei ad illius successionem non admittuntur, in specie probat text. & decidunt Dd. communiter supra citati.

Deinde, quoque feudum emptum sub definitione feudi ferè in omnibus & per omnia cumprehendatur, cum in feudo empto proprietas maneat apud Dominum, & utile dominium tantùm transferatur ad vasallum eo pacto, ut ad ipsum atque hæredes suos in perpetuum pertineat, atque vasallus & hæredes sui Domino pro illo & ad fidelitatem & ad servitia obligati sint, nec obstat, quod ibi dicitur, feudum esse speciem beneficii: item, ex benevolentia concedi. Namque hoc in illo textu secundùm communiter accidentia ponitur, & insuper ista non sunt de substantia, sed tantùm de naturalibus feudi, cùm sola fides sive fidelitas substantiale feudi sit, *Ias. in tract. feud. 1. part. & part. fin. num. 21.*

Propterea non obstat, quod in feudo emptitio potius consideretur natura contractus, quam natura feudi. Namque illud falsissimum est, & contrarium expressè tenet *Roman* atque *Socin. in locis supra citat.* Et insuper certi juris est, quod omnes contractus generaliter intelligantur secundum na-

dum naturam rei in contractum deductæ, *l 4 §.Cato ff. verb.oblig. l stipulationes non dividuntur, in princ. ff. eod tit.* Quodq; contractus sive jus ex contractu descendens, ita demum ad hæredes transitorium sit, si res in contractu deducta, sua natura ad hæredes transeat, *l stipulatio ista. §. si quis ita. ff. verb.oblig cum similib.suprà citatis*, & comprobatur ex eo, quia ex natura sive qualitate rei in contractu deductæ colligitur, quid inter contrahentes actum sive conventum fuerit, *Barc. Dec. & Cagnol. l. semper in stipulationibus.ff.reg jur. Bart. l. 1. §. qui superficiem. ff. superficie. Bart. l. patronus. §. 1. ff. legat. 3.*

Et hæc opinio *Laur. Sylvani* absque dubio non procedit eo casu, quando feudum non à Domino, sed à quodam tertio emptum sive alio titulo oneroso acquisitum fuit. Tunc enim illud feudum in omnibus & per omnia feudi recti naturam retinet, nec ad extraneos hæredes transit, prout hoc expressè & in specie tradit *Curt. senior. cons. 49. n. 4 Alciat. resp. 170. nu 3.* ubi ipse *Alciat.* attestatur, eandem opinionem amplecti *Albert. Brun.*

Et idem etiam tenet *Francisc. Aret. cons 3.* ubi cõcludit, si duo fratres bona paterna ita inter se diviserint, ut ad unum omnia bona feudalia, ad alium verò omnia bona allodialia pertineant. Atque unus alteri promittat de emptione, ac contingat, ipsum, cui in divisione bona feudalia ubvenerunt, absque liberis hærede extraneo instituto vel relicto decedere, illud feudum quod ita per divisionem & sic titulo oneroso simili emptioni permutationique juxta *text. l. 1. C. comm. utriusq; jud. l. cum pater. §. hæreditatem ff. legat. 2.* uni obvenit, non ad hæredem extraneum, sed ad fratrem transire, usque adeo, ut hæres extraneus nec de emptione quidem actionem contra illum fratrem habeat, quàm decisionem *Francis. Aret.* refert atque sequitur *Card. Paris. in addit. ad Bart. l. si familiæ. C famil. hercisc.* Et idem expressè etiam tenet *Guilh. de Suzaria. Guilh. de Cun. Bald. Salic. & Paul. Castrens. l. si familiæ. C. famil. ercisc.* & idem etiam est de mente *Cyni & Bart. ibid.*

Idem etiam expressè tenet *Matth. de Afflict. cap. 1. in princ. num. 29 & 30. Imperat. Loth. & Matth. de Afflict. c. 1. §. omnes filii. num, 51. si de feudo defunct. cont.*

Et sic liquet, hanc opinionem communem esse, eamque ob causam ab ea nullo modo recedendum esse, & licet hæc opinio comprobatur etiam ex eo, quod Dd. communiter concludunt, emphyteusin Ecclesiasticam, quæ perinde ut feudum ad extraneos non transit, licet illa per divisionem & sic titulo oneroso fuerit acquisita, uni ex fratribus illo fratre absque liberis mortuo hærede extraneo relicto, non ad hæredem extraneum sed ad fratrem superstitem & sic hæredem sanguinis transire, prout hoc expressè & in specie tradit *Bart. l. qui Romæ. §. duo fratres. quæst. 10. & ibi Alex. Ias. Franc. Ripa & Dd. ff. de verb. obligat.* atque *Ias.* ibi testatur, illam opinionem communiter receptam esse.

Deinde etiam ad opinionem *Laurentii Sylvani* responderi posset, posito, sed tamen nun concesso, illam aliquo casu veram esse, eam tantum procedere, si primus acquirens decedat relicto hærede extraneo: secus autem si descendentes ex illo decedant hærede extraneo relicto, cum primus acquirens habeat majorem potestatem circa feudum quàm descendentes ex illo, *Bart Alex. Ias. & Dd l. qui Romæ. § Flavius. ff. de verb. oblig Ias. cons. 57. nu. 3. lib. 1. arg. l 3. ff de servis export.* præcedentes tamen responsiones firmiores sunt, ideoque illis omninò insistendum.

Deinde etiam præcedens conclusio, † quòd ad successionem feudi non admittatur is, qui à primo acquirente originem non habet, procedit, & in tali feudo, ad cujus successionem fœmina vel per pactum vel per statutum admittitur, juxta textum expressum in *c. 1. de duob. fratrib. à Capit. invest.* ubi textus inquit: Duo fratres scilicet Titius & Sejus à quodam Capitaneo simul investiti sunt, eo videlicet tenore, ut quandiu ipsi vel eorum hæredes masculi viverent, & masculis deficientibus, fœminæ si superessent, feudum haberent, ex fratribus his venit una filia relicta, altero adhuc vivente decessit, quæritur, cui portio defuncti deferatur, utrum filiæ an fratri, respondetur, filiæ, unusquisq; enim sibi suisque hæredibus videtur prospexisse, si tamen is, qui filiam reliquit, sine hærede decessit, propter tenorem investituræ insertum ejus patris fratri non Domino est quæsitum. Et sic ex illo text. expressè liquet, quod etiam ad successionem feudi fœminini sive ad quod fœminæ per pactum vel statutum admittuntur, illi, qui à primo acquirente originem non trahunt, nullo modo admittantur, nisi hoc in investitura expressè cautum sive conventum fuerit. 316

Nec

Nec obstat huic decisioni, quod si feudum fuerit effectum improprium vel degenerans in uno incerto casu, illud feudum degeneret in omnibus illis, quæ veniunt in necessariam consequentiam: item sine quibus ea quæ in pactis degenerantibus continentur, effectum sortiri nequeunt, *Curt. in tract. feud 1. part 6. quæst. n. 33 arg. l. illud. ff. acquir. hered. l. 2. & ibi Dd. C. de jurisd. omnium jud. l. fin. ff. offic. ejus cui mandat. est jurisd. l. 3. § fin ff. servit. rust. præd. c. præterea. extr. offic. deleg.*

Nec non tantùm quoad accessoria, *arg. c. accessorium de re jud. lib. 6. l marito. C. de jure dot. l. cum inter. §. inter ceterum. ff. pactis dotal l 3. §. sed etsi quid accessit. & ibi Bart ff. negot. gest.* & connexa, *c translato. & ibi Abb. Fel. & Dec. extr. constit. Iaf l a. nu. 6. ff. jurisd. omnium jud.*

Namque successio extraneorum non est neq; accessoria neq; connexa successioni filiarum sive fœminarum descendentium a primo acquirente, nec in consequentiam ejus venit.

Ulterius prædicta conclusio, quod ad successionem feudi non admittantur illi, qui a primo acquirente non descendunt, etiamsi illi vel primo acquirenti vel ultimo defuncto vel utrique sanguine conjuncti sint & hæredes extiterint, procedit indistinctè in omnibus omninò feudis degenerantibus & impropriis, nisi in investitura expresè cautum sive conventum fuerit, quod ad horum feudorum successionem extranei admitti debeant. Cum sit clari & indubitati juris, quod regulariter ad successionem feudi non admittantur illi, qui à primo acquirente originem non trahunt.

Atque etiam legibus expresè cautum
317 sit, †feuda impropria non degenerantia in omnibus & per omnia regularem & ordinariam naturam feudi sequi, exceptis tantùm illis, in quibus ordinaria & regularis natura feudi expresè & in specie derogatum est, *Bald. l. 1. quæst 16. ff. rerum divis. Dec. consil. 193. num. 4. & 5. lib. 1. Cald. constit. de feud. Zaf. in tract. feud. ult. part. num. 3. Neviz. consil 10. num. 19. & 27. Laur. Syl. cons. 42. nu. 5. Roland. à Valle. consil. 2. num. 135. Curt jun. in tract. feud. part. 1. quæst. 6. nu. 28.* ubi ipse attestatur, eandem opinionem amplecti *Paul. Cast. Roman. Andr. de Isern. & Bald. in locis ab ipso citatis.*

Et hanc sententiam satis probat *text. in c 1. de feudo non habente prop. natur*, ubi textus expresè dicit, si quis ea lege alicui feudum dederit, ut ipse & sui hæredes, & cui ipse dederit, habeant. Respon. Iste qui sic accepit, poterit id vendere vel donare, vel alter, si sibi placuerit, etiam sine voluntate Domini alienare, & ille, cui datū fuerit, non habebit ipsum pro feudo, nisi sicut ei datum est, sed qualitercunq; ei datū fuerit, sive ad proprium sive ad libellum, licet propriā naturam feudi non habeat: jure tamen feudi censebitur, ut ex his causis ipsum amittat, quibus & verum feudum. Et sic ex illo textu expresè colligitur, etiam feudum improprium jure feudi censeri, & iisdem causis amitti, quibus feuda propria amittuntur, atq; naturam feudi proprii retinere in omnibus illis casibus, in quibus expresè & in specie à natura proprii feudi non est recessum, idem etiam probat *text. c. 1. §. pen & fin. quid. sit investit. c. 1. §. feudum ea lege si de feud. defunct. cont.*

Et hæc decisio, quoad præsens propositum satis comprobatur ex iis, quæ supra diximus. Namque certum est, feudum emptitium sive pecunia acquisitum, feudum improprium & degenerans esse, prout hoc tradunt Dd. communiter suprà citatis.

Similiter indubitati juris est, illud feudum, ad cujus successionem fœminæ per pactum admittuntur, feudum degenerans & improprium esse, prout hoc expresè tradit *Zaf. in tract. feud. ult. part. nu. 29.* & tamen dubio omni caret, atque supra & textibus expressis & communi atque recepta Dd. sententia comprobatum est, extraneos non admitti neque ad successionem feudi empti, neque etiam ad illius feudi successionem, cujus fœminæ per pactum investituræ capaces sunt, Sed certum est, Baroniam controversam esse feudum Episcopi sive Episcopatus Monasteriensis, sicut ex investituris productis liquet.

Similiter dubio omni caret, & circa decisionem præcedentis quæst. multis rationibus comprobavimus, Baroniam controversam esse feudum ex pacto & providentia. Et licet Baronia controversa aliquoties titulo oneroso comparata fuerit, prout hoc probatur per instrumenta ab utraque parte producta: Attamen instrumenta producta tantùm probant, Baroniam controversam non à Domino sed à quodam tertio aliis nempe agnatis vel cognatis titulo oneroso comparatum. Nec fides facta fuit, Baroniam controversam ab initio a Domino feudi emptam, vel alio titulo oneroso acquisitam fuisse, illudque nullo modo præsumendum esse.

Tùm,

318 Tùm, quia illud factum est † & in facto consistit, & facta non præsumuntur, *l. in bello. §. factæ. ff. de capt. & postlimit. reverss.*

Tùm, quia hoc à regulari & ordinaria natura feudi exorbitat illique refragatur. Et clari juris est, in dubio non præsumi id, quod ab ordinaria & regulari natura feudi exorbitat, *c. 1. §. fin. & ibi Iacob. de Belvis. Andr. de Isern. Bald. Alvarot. Præposit. & M. de Afflict. quid sit invest.*

Cum itaque nobilis & generosa Domina I. Comitissa in L. non trahat originem à Domino G. primo, Barone in B. & C. primo acquirente feudum controversum.

Sequitur, illam nullo modo ad successionem Baroniæ controversæ admittendam, etiamsi ipsa fidem facere posset, se & primo acquirenti & ultimo defuncto sanguine conjunctam & insuper ultimi defuncti hæredem universalem esse.

Tertiò, pro hac sententia confirmanda facit, quia † ad successionem illius rei vel
319 juris, quam rem sive quod jus quis tacitè vel expressè acquisivit pro se & descendentibus suis, omnes omninò descendentes acquirentis admittuntur, sive illi sint fœminæ, sive sint masculi, item, sive ex fœminis sive ex masculis descendant, prout hoc acquisitum expressè pro se & descendentibus ad omnes descendentes tàm masculos quàm fœminas, item, tàm ex masculis quàm ex fœminis transeat, expressè & in specie decidit *Socin. consil. 51. num. 1. lib. 4. Francisc. Ripa Resp. 3. num. 70. de jure gent. civ. sive stat.* ubi ipse attestatur, eandem opinionem amplecti *Lud. Roman.*

320 Et hæc sententia satis † probatur per *text. l. 1. C. suis & legit. Auth. si quis incest. C. incest. nupt. §. 1. Auth. de restit. fideicom. §. si verò. Auth. de hæred. ab intest.*

Similiter & acquisitum pro se & liberis ad omnes liberos tàm masculos quàm fœminas, item tàm descendentes ex masculis, quam ex fœminis extenditur, *l. liberorum. ff. de verb. sig.*

Eodem modo & res sive vis acquisitum pro se atque sobole sua, ad omnes descendentes, tàm masculos quam fœminas, item ex illis, tam masculis quam fœminis, originem trahentis, transit *§. si quis autem defunctus. Auth. quibus mod. nat. effic. sui. l. 2. C. infant. expos. junct. l. 1. Calend. lib. Alex. l. etiam, in princ. nu. 3. ff. solut. matr.*

Illud quoque jus illaque res, quod jus sive quam rem quis acquisivit, pro se atque posteris suis, ad omnes omninò descendentes ex acquirente, tàm masculos quam fœminas, item tàm per masculos quam per fœminas transit, *Anton. de Butr. consil. 9. 1. dub. gloss. l. si ita scriptum. ff. legat. 2. Dyn. l. cognoscere ff. verb. signif. Paul. Castr. l. quia tale. & ibi Alex. num. 5. ff. solut. matr. Dec. l. 2. num. 70. ff. reg. jur. arg. l. quod his verbis §. fin. ff. legat. 3. l. cum acutissimi. C. fideicommissis. l. generaliter. in princ. C. instit. & substitut. l. 1. C. imponend. lucrat. descript. c. quibusdam. extr. de pœn.*

Ad emphyteusin etiam ecclesiasticam, quæ tacitè intelligitur acquisita, pro ipso acquirente & descendentibus ipsius, omnes omninò descendentes tam masculi quam fœminæ: item, tam per masculos quam per fœminas admittuntur, *§. emphyteusin. Auth. de non alienand. rebus ecclesiast. Salycet. l. 2. quæst. 12. & quæst. 17. & ibi Ias. nu. 194. C. jure. emph. Ang. l. item videndum. §. 1. ff. petit. hæred. Covar. variarum. resol. lib. 1. cap. 18. num. 1. Alexand. l. sed si hac. §. liberos. nu. 7. ff. in jus vocand. Alex. l. quod dicitur. ff. verb. oblig.*

Et tum clari & indubitati juris est, quod ad jus sive ad rem tacitè vel expressè acquisitum, vel acquisitam pro ipso acquirente & descendentibus ipsius extranei hæredes nullo modo, descendentes verò semper & quandocunque licet ipsi hæredes non sint, admittantur, non tantùm secundum juris feudalis, verùm etiam secundum juris communis & civilis dispositionem, sicut hoc satis probat id, quod Dd. communiter concludunt, ad emphyteusin acquisitam pro recipiente & ipsius filiis sive descendentibus extraneos hæredes nullo modo, sed filios & descendentes semper & quandocunque licet, ipsi non sint hæredes, admitti, *Bart. l. ut jusjurand. §. si liberi nu. 4. ff. oper. liber Bart. & Dd. l. quod dicitur ff. verb. oblig. Ias. l. 2. num. 188. C jure emphyteut.* similiter & ad emphyteusin ecclesiasticam, quæ ad omnes descendentes primi acquirentis tàm masculos, quàm fœminas, item tàm ex masculis quam fœminis descendentes transit, sicut hoc suprà docuimus: extranei hæredes nunquam admittuntur, secundum communem & receptam Dd. sententiam, *Bart. & Alexand. l. etiam in princip. ff. solut. matrim Ioh. Andr. in addit. ad Spec. in tit. de locat. §. nunc aliqua. vers. 113. Anton. de Butr. Imm. & Felin. c. in præsentia. & ibi Dec. num. 48. extr. de probat.* ubi Dec. attestatur, hanc sententiam com-

 munem

munem esse. Et item tenet *Bald. conf. 129. lib. 5. Imm. L. ex facto. §. fin. ff. ad. SC. Trebell. Alex. conf. 23. col. 2. lib. 1. & conf. 9. col. 4. lib. 2.* in quibus locis similiter & *Alex. & Imm.* hanc opinionem comunitet receptam esse attestantur, ideoque ab illa neque in judicando neque in consulendo recedendum est. Et pro hac sententia confirmanda facit, quod ad successionem illius rei, quæ uni de familia relicta est ea conditione, ut illa semper & perpetuò in familia remaneat & conservetur, hæredes extranei non admittantur, *Socin l. qui Romæ. § cohæredes. col. 7. ff. verb. obligat. Dec. conf. 23.*

Quod absque omni dubio procedit, quando tacitè vel expressè actum est, ut res relicta in familia testatoris perpetuò maneat, *Francisc. Curt. consil. 40.* vel, ne illa ullo modo vel ullo titulo extra familiam alienari possit, *Dec. consil. 23. Francisc. Curt. consil. 40. Ferd. Loazes. rep. l. filiusfamilias. §. Divi. num. 61. limitat. 1. & 3. & num. 62. limitat 5 ff. legat. 1.*

Sed clari juris est, quod feudum intelligatur acquisitum pro ipso acquirente & descendentibus suis tantùm, *cap. 1. de duob. fratrib. à cap. invest.* eo pacto, eaque conditione, ut illud feudum apud descendentes acquirentis in perpetuum remaneat, *c. 1. §. fin. ex quib. caus. feud. amit.*

Utque illud feudum extra descendentes primi acquirentis nullo modo nulloque titulo neque inter vivos neque in ultima voluntate alienari possit, sicut hoc satis probatur per *text. cap. 1. in princip. & §. fin de success. feud. cap. 1. in princip. qualiter feud. olim. c. 1. de alienat. feud. pater. c. 1. de prohib feud. alienat. per Lotha. c. 1. de prohib feud. alien. per Frid.*

Quod procedit non tantùm in feudis propriis, verùm etiam locum habet in feudis impropriis & degenerantibus, sicut hoc expressè probat *text. in cap. 1. de benefic. fratru. text. in cap. 1. de fratrib. de novo benefic. investit.* item & in illo feudo, ad cujus successionem fœminæ admittuntur, juxta *text. c. 1. §. fin. ex quib. caus. feud. amit. c. 1. de duob fratrib. à Cap. invest.*

Igitur sequitur, quod extranei hæredes à successione feudi etiam improprii, & cujus fœminæ capaces sunt, arceantur non tantùm secundum consuetudines feudales, sed etiam secundum jus civile & commune.

Quartò, hanc sententiam confirmat,
321 quod alibi traditur, jus † retractus concessum agnatis vel cognatis venditoris, illis tantùm competere, qui à primo acquirente rei venditæ originem trahunt, *Signor. de Homod. conf. 31. Tiraq. in tract. de utroq. ret. part. 1. §. 14. gl. 1.*

Quod potissimum & absque omni dubio verùm est in illis rebus, quæ ad alios quam ad descendentes primi acquirentis non transeunt, namque illæ res absque omni dubio per alios retrahi nequeunt.

Tùm, quia hoc jus retractus, imitatur jus successionis ab intestato, sicut supra diximus, Ideoq; etiam is, qui a jure succedendi ab intestato excluditur, ad hoc jus retractus minimè admitti debet.

Tùm, quia ad redimendum feudum alienatum vivo alienatore, non admittuntur nisi illi, qui a primo acquirente originem trahunt, juxta text. *c. 1. §. sed & res cum ibi notat. per quos fiat invest. c. 1. §. Porro qual. feud. olim. cap. 1. §. 1tius si de feud. defunct. content.*

Quinimò, etiam in illis casibus, in quibus alii quam descendentes ex primo acquirente rei venditæ, ad jus retractus admittuntur illi, qui ex primo acquirente originem trahunt, reliquis præferendi sunt, *Ioh. Fab. §. si plures Instit. de legit. agnat. success. Tiraq. in tractatu de utroq. ret. par. 1. §. 14. gl. nu. 1. arg. l. de emancip. C. leg. hæred.*

Quintò, hanc sententiam confirmat, 322
quia omnia † statuta omnesq; constitutiones secundum jus commune intelligi, declarari & restringi debent, ut quàm minimè fieri potest, jus commune lædant, *l. 2. C. noxal. act. l. Cæsar. ff. publican. l. fin. C. testam. militar. c. cum dilectus & ibi Anton. de Butr. & Imm. extr. de consuet. c. ad nostram & ibi Abb. extr. de cler. non resid. c. cum dilectu. & ibi Ioh. Andr. & Abb. extr. eod. tit. Innoc. Host. Compostellan. Ioh. Andr. & Panor. c. causam quæ. extra de rescript. Socin. conf. 121. lib. 1. Albert. Brun. in tract. de statut. exclud. fœm. 7. & quæst. 1. col. 3. Cardinal. Parif. conf. 47. numer. 82. lib. 3.*

Et hoc usque adeo verum est, ut procedat, etiamsi necesse sit, verba statuti sive constitutionis ad significationem impropriam detorquere, *c. cum dilectus. & ibi Anton. de Butr. & Imm. extr. de rescript.* utque secundum multorum Dd sententiam interpretatio & restrictio statuti secundum jus commune fieri debeat, etiamsi capiendo hanc interpretationem & restrictionem statuta & constitutiones ultra dispositionem juris communis nihil operarentur, *Innoc.*

Iunoc. Host. Ioh. Andr. & Compostell. c. causam quæ. extr. rescript. Salycet. l. fin. §. in confutatione. C. jure delib. Matth. Matthesilau. notab. 34.

Et procedit etiam in illis statutis sive constitutionibus, quæ vel exorbitant à jure communi, vel sunt juris communis correctoriæ, namque illa similiter secundum veram & receptam Dd. sententiam, secundum jus commune intelligi, declarari & restringi debent, prout hoc expressè & in specie tradit *Ludovic. Roman. l. si quis priore. ff. ad SC. Trebell. Imm. l. si verò. §. De jure. ff. solut. matrim. Alexand. l. nam quod. §. non omnis. ff. ad SC. Trebell. Alexand. l. inter cætera. ff. lib. & posth. Bart. & Alex. l. 1. §. lex. Falcid. ff. ad l. Falcid. Alexand. d. l. si quis priore. Ias. Auth. novissima. nu. 24. C. inoffic. testamento. Ias. Auth. præterea. nu. 14. C. unde vir & uxor.* quamvis in hoc contrarium sed malè teneat *Bald. l. maximum vicium. col. pen. C. liberis præter. Paul. Castrens. l. fin. §. in confutatione. C. jure delib. Alex. conf. 20. lib. 1. Catel. Cott. meмor. incip. statutum derogans.*

Et licet aliqui Dd. velint, omnia statuta omnesque constitutiones ita interpretandas, ut aliquid operentur ultra juris communis dispositionem, *Dyn. & Bart. l. 4. §. Prætor ait. & ibi Imm. Paul. Castrens. Roman. & Alex. ff. de dam. infect. Anton. de Butr. & Panor. c. causam. extr. dolo & contum. Anton. de Butr. Clem. causam. & ibi Imm. de elect. Panor. c. causam ad fin. extr. rescript. Fulgos. conf. 76. Barbat. l. stipulationem. §. satis acceptio. col. 3. ff. verb. obligat. Calcan. conf. 28.*

Attamen omnes Dd. nemine penitus discrepante unanimiter & communiter concludunt, quod sufficiat statutum saltem aliquid ultra jus commune operari, quodq; illud statutum, quod aliquid ultra jus commune operatur, quantum fieri potest, restringendum sit, licet in reliquis reddatur superfluum, nihilq; operetur, *Anton de Butr. & Imm. c. causam quæ extr. rescript. Albert. Brun. in tractat. de statut. exclud. fœm. art. 5. quæst. 36. & art. 8. quæst. 20. art. 9. quæst. 1. Card. Parif. conf. 47. nu. 83. lib. 1. Alex. l. 4. §. Prætor ait. nu. 12. ff. de damno infect.* Atque omnia statuta ita interpretanda sint, ne quis indebitè damnum patiatur, etiamsi capiendo hanc interpretationem illa statuta sint superflua, nihilque penitus operentur, *gloss. Bart. Ias. & Dd. l. fin. l. in confutatione. C. de jur. delib.*

His adde, quod jura juribus concordare conveniat, *l. 1. §. quibus. C. de novo Cod. fac. l. unica C. inoffic. don. c. cum expediat. de elect. lib. 6.*

Quodque legum correctio † quantum fieri potest, evitanda sit, *l. præcipimus in fin. C. appellat. l. sancimus. C. testament. Cardin. Parif. conf. 2. nu. 15. lib. 4.* 323

Præterea dubio omni caret, † quod consuetudines feudales & in libro feudorum comprehensæ, sint jus commune, generale & appellatione juris communis in materia feudali comprehendantur, *Alvarot. in proœm. Feudor. quæst. 4. & ibi Martin. Laudens. quæst. 1. Præposit. nu. 10. & Ias. nu. 4.* 324

Similiter legibus expressè cautum est, quod statutum loquens in illa materia, de qua vel consuetudo, vel aliud statutum extat, secundum illud statutum, sive consuetudinem intelligendum & ita interpretandum sit, ut quam minimè fieri potest, illud statutum sive consuetudinem lædat, *Alberic. de Rosat. l. non est novum arg. ill. text. ff. legib. Bart. in constitut. ad reprimendum verb. non obstantibus. Bald. l. omnes populi. col. 5. vers. modo quæro utrum ff. de just. & jur. Bald. cap. 1. col. 1. extr. præscript. Petr. de Anchor. rep. cap. 1. quæst. 12. extr. constitut. Petr. de Anchor. c. statutum. §. cum autem. col. 4. de statut. lib. 6. Ias. l. si quis ex argentariis. §. si initium. num. 12. C. edendo. Roman. conf. 40. col. 2. & conf. 57.*

Quæ sententia etiam confirmatur † ex eo, quod Dd. communiter tradunt, omnem actum omnemq; contractū secundum statuta atq; consuetudines loci intelligendum, *Bart. l. ut jusjurand. §. si liberi. ff. oper. libert. Bart. Alex. Francisc. Ripa. & Dd. l. heredes mei. §. cum ita ff. ad SC. Trebell. Ias. l. præscriptione. C. si contr. jus vel utilit. pub. Felin. c. jus generale dist. 1. Syl. Aldob. §. ex non scripto. Instit. de jur. nat. gent. & civil. cum similib. allegatis supra primam quæstionem.* Quodque in materia consuetudinaria potius attendere debeamus simile consuetudinis quàm simile juris scripti, *Bart. l. de quib. & ibi Ias. nu. 22. ff. de legib.* 325

Sed consuetudinibus feudalibus expressè cautum est, quod ad successionem feudi extranei nempe admittantur, etiamsi illud feudum tale sit, quod etiam ad fœminas transire potest, similiter dubio omni caret, quod feudi etiam fœminei vel alterius improprii illa natura sit, quod ad nullos alios quam ad descendentes acquirentis transeat. Et jure communi cautum est,

ad talium rerum ſucceſſionem, quæ non niſi ad deſcendentes acquirentis tranſeunt, extraneos nunquam admitti.

326 Et hoc uſq; adeo verum eſt, † ut procedat, etiamſi vel in feudo vel in alia re, quæ ſua natura non niſi ad deſcendentes tantùm tranſit, fuerit facta mentio hæredum non tantùm in contractibus, verùm etiam in legum diſpoſitione, ſtatuto nempe vel conſuetudine. Namque in hiſce rebus appellatione hæredum, tantùm hæredes ſanguinis, non autem hæredes hæreditatis comprehenduntur, ſicut hoc, quando in illis rebus eſt facta mentio hæredum, in contractu, quod illa appellatio ad deſcendentes reſtringatur, expreſsè & in ſpecie probat textus, *c. 1. §. fin. & ibi Bald. ſi de feudo defuncti content.* qui textus expreſſe loquitur eo caſu, quando hæredum mentio fuit facta in contractu. Et hanc dictionem hæredum in contractu poſitam, ita interpretatur, ut de deſcendentibus tantùm ſit intelligenda, & quod idem locum habeat, quando in materia feudali facta eſt mentio hæredum in diſpoſitione legis, expreſsè probat text. *cap. 1. §. etſi clientulus de alienat. feudi.* Namque ille textus dicit: & ſi clientulus peteret libellum vel aliud de medietate feudi ſine Domini voluntate, eo mortuo, ſine legitimo hærede maſculo, revertitur feudum ad Dominum. Et ſic verba in illo textu poſita, ſunt tantùm verba legis ſive conſuetudinis. Ideoque cum in illo textu ſubjungatur, quod verbum ſine legitimo hærede, maſculo in feudo ita intelligendum ſit, id eſt, ſine filio maſculo. Ex illo textu clarè liquet, quod verbum hæres in materia feudali etiam in lege vel ſtatuto poſitum, pro deſcendentibus tantùm ex primo acquirente accipiendum ſit.

Et notandum eſt, quod ille textus loquatur in tali feudo, quod feudum ſecundum conſuetudinẽ ibi relatam uſq; ad medietatem abſque Domini voluntate alienari poterat. Et ſic in feudo improprio, cum illud feudum, quod abſque Domini voluntate alienari poteſt, abſque omni dubio feudum improprium ſit, *Zaſ. in tract. feud. ult. part.* ideoq; ex illo textu colligitur, quod verbum hæres etiam in materia feudi improprii, tantùm ad deſcendentes primi acquirentis reſtringatur. Eodem modo, ſi in materia feudi etiam improprii, fuerit facta mentio hæreditariæ ſucceſſionis, illa verò pro ſucceſſione ſanguinis accipienda ſunt, Eam ob cauſam, quia prout in ſecunda ratione ſuprà adducta diximꝰ, ſi in materia feudali copulativè fuerit facta mentio hæredũ & ſucceſſorum, illa verba reſtringuntur tantùm ad deſcendentes ex primo acquirente, igitur & verbum, hæreditaria ſucceſſio, in materia feudali poſitum, ſimiliter ad ſucceſſionem ſanguinis, item eorum, qui ex primo acquirente deſcendunt, reſtringi debet, cum bonum ſit argumentum à conjugatis. Et quod verbũ, ſucceſſio, in feudo ſive materia feudali, tantùm accipiatur pro ſucceſſione ſanguinis, & reſtringatur ad deſcendentes a primo acquirente, expreſsè probat textus *c. 1. in princ. de ſucceſſ. feud.* tam in rubro quam in nigro, item *text. cap. 1. de ſucceſſione fratr. & grad. ſucced. in feud.* ſimiliter tam in rubro quam in nigro. Nec non etiam *textu c. 1. in princip. de natur. ſucceſſ. feud.* ponderando & nigrum & rubrum.

Similiter & verbum, hæreditaria ſucceſſio, in feudo ſeu in materia feudali poſitum, pro ſucceſſione ſanguinis accipitur, & reſtringitur ad illos, qui à primo acquirente feudum controverſum deſcendunt, ſicut hoc ſatis probatur per *gl. 1. c. 1. in princ. de grad. ſucceden. in feud.* Namq; *gl.* ibidem dicit, feudi ſucceſſionem ſic deferri ad hæredes deſcendentes, ſicut hæreditatis ſucceſſio jure noviſſimo. Et tamen conſtat, quod in ſucceſſione feudi tantùm ſucceſſio ſanguinis attendatur, nullique alii niſi deſcendentes a primo acquirente ad illam admittantur: idem probat id quod tradit *Bald. c. 1. in princp. de ſucceſſ. fratr. & grad. ſucced. in feud.* ubi *Baldus* inquit: Nota, quod ordo traditus de jure Romano in ſuccedendo ab inteſtato ſola prærogativa gradus attenta, non dico quoad qualitatem ſuccedendi debet ſervari in feudis. Et quod ibidem vult *Alvar. num. 1.* dum dicit, nota quod ſucceſſio feudi ita regulatur ſicut ſucceſſio in hæreditate de jure cōmuni, eo ſcilicet reſpectu, quia ſtantibus deſcendentibus, non vocantur collaterales, prout de jure communi *Auth. in ſucceſſione. C. de ſuis & legitim. hæred.* ad tranſverſales autem non tranſit feudum niſi ſit antiquum, & deficiant omnes deſcendentes, *cap. 1. in princip. de natura ſucceſſ. feud.* Et hoc voluit tota *gloſſ. 1. hic poſita,* quæ per hoc eſt expedita, ſed adverte ne erres, quia iſta *gloſſ.* & ea, quæ ſuprà dixi, ſunt intelligenda quantum ad ordinem ſuccedendi ab inteſtato, attenta ſolùm graduum prærogativa, non autem attenta qualitate ſuccedendi, Quia in hoc benè differt ſucceſſio

feudi

feudi ab hæreditate, eandem sententiam complectitur *Matth. de Afflict. d.c.1. in princip. num. 10. de success. fratr. in feud.* ubi dicit, nuta primò ex rexru illud, quod notat *gloss. 1. hic*, quòd isto jure feudorum ita defertur successio feudi, sicut jure Romano, quo jure prima caussa successionis est liberorum. Nec non etiam *Ang. in cons. 110. num. 6. col penult. vers. item non obstat.* ubi ipse concludit, licet in feudum dicatur succedi ad exemplum, quo jure Romano succeditur in patrimunialibus & liberis bonis: Attamen hoc tantum intelligendum quoad illos, qui à primo acquirente originem trahunt. Et sic ex prædictis liquet, etiamsi in dispositione aliqua cautum sit, quòd feuda debeant devolvi secundum successionem hæreditariam, quodque in feudum debeat succedi, prout de jure communi in hæreditate succeditur. Hoc ramen restringendum esse tum ad eos, qui à primo acquirente originem trahunt, item, tantùm quoad prærogativam graduum, nec esse extendendum ad qualitatem successionis.

Igitur sequitur, constitutionem Monasteriensem, qua cavetur, nobilibus liberis & hæredibus nun descendentibus per masculos, tale beneficium concessum esse, quòd feuda masculina non extantibus filiis, secundum hæreditariam successionem devolvi debeant ad filias, sicut ad filios, tàm secundum juris communis, quam secundum juris feudalis, quòd in materia feudali juris communis nomen meretur, dispositionem ita intelligendam, ut tantùm restringatur ad illos, qui ex primo acquirente originem trahunt. Item, tantùm quoad prærogativam graduum, non autem quoad qualitatem succedendi, præsertim cùm capiendo aliam interpretationem induceretur, correctio non tantùm juris feudalis, quo cavetur, quòd ad successionem feudi etiam fœminini, vel aliter improprii, extranei hæredes admitti non debeant, verùm etiam juris communis, quo expressè cautum & dispositum est, quòd nun tantùm feudi, verùm etiam omnium aliarum rerum, quæ nun nisi ad descendentes primi acquirentis transeunr successione, extranei hæredes & non trahentes originem à primo acquirente accipi debeant.

Sextò, hanc sententiam confirmat, quia
317 clari juris est, quòd † constitutio sive statutum novi juris inductitium, ad habiles atque capaces restringi debeat, licet illa constitutio sive statutum utatur verbis universalibus, etiam geminatis, prout hoc in secunda ratione pro hac decisione nostra adducta, multis authoritatibus Dd. comprobavimus.

Sed constitutio Monasteriensis est novi juris inductiva, cùm illa ad successionem feudi masculini admittat fœminas.

Igitur sequitur, illam constitutionem Monasteriensem, quoad hæredes, de quibus mentionem facit, ad habiles sive capaces nempe descendentes, à primo acquirente, quam quoad successionem hæreditariam ad successionem habilem & feudo convenientem sanguinis nempe & eorum, qui a primo acquirente originem trahunt.

Septimò, mens † legis vel constitutionis 318
est ipsa lex sive constitutio, *Bald. c. dilectus filius extr. de rescript.* aut certè potior & præcipua pars ipsius scilicet animæ & spiritus, prout dicit *Bald cons. 275. col. 3. versic. si autem ratio. lib. 2. Bald. l. si quis servo. col. fin. C. de furtis.* ubi dicit, quòd sicut hoc est ex anima & corpore, sic & lex ex menre & ex verbis, verba autem tanquam corpus & superficiem esse, mentem ut animam & spiritum, Et idem *Bald. c. 1. col. 4. vers. item statuta extr. constitution.* ubi dicit, quòd unius legis in substantia rationes consistit, quia mens legis idem est quod anima & spiritus ipsius scripturæ. Nam scriptura sine mente nihil est, ideoque receptum est, in legum dispositionibus potiùs esse inspiciendam mentem quàm verba sive scripturam ipsius, *l. scire. §. aliud. ff. de excusat. tut. l. penult. ff. ad exhibend. l. credendum. ff. qui petit tutor. l. 2. §. si mater, vers. quid si curatores. ff. ad SC. Tertull.*

Similiter & in statutis sine constitutionibus particularibus vel municipalibus potiùs mentem constituentis sq. quàm verba constitutionis inspicere & attendere debemus, *Cyn. & Bald. l. 1. ff. si cert. petat. Ang. cons. 79. col. pen. & cons. 119. col fin. cons. 147. & cons 170. col. 1. Petr. de Anch. repet. c. 1. col. 6. extr. de constit. Ant. de But. c. novit, extr. de jud. Paul. Cast. cons. 48. col. 1. & cons. 320. col. 2. lib. 1. Socin. cons. 18. col. 3. vers. 14. confirmatur lib. 3. & cons. 127. col. 3. vers. secunda conclusio lib. 4. Laur. Sylvan. cons. 1. n. 25.*

Quod usque adeò verum est, ut liceat offendere verba statuti, ut mens servetur, *Bart. l. contra legem. ff. de legib.* utque mens statuti sive statuentis omninò servanda & sequenda sit, etiamsi oporteat verba statuti sive constitutionis ad impropriam significationem detorquere, *Bart. l. omnes populi. 6. quæst. princip. vers. juxta præmissa quæro. ff. de justit. & jur.*

Eodem jure & in privilegiis utimur, namque & in illis similiter potiùs mentem & intentionem privilegii sive illius, qui privilegium concessit, quam verba inspicere debemus., etiamsi verba improprianda sint, *c. ex multiplici. & ibi gloss. extr. de decimis. c. dilecti. & ibi gloss. extr. eod. tit. gloss. c. non datum, extr. de rescript.*

Et hoc usq; adeò verum est, quòd mens semper inspicienda & sequenda sit, etiamsi ea sumatur & colligatur per conjecturas extraneas, *Paul. Castrens. cons. 118. lib. 1. Ias. cons. cons. 84. lib. 3. Ioan. Neviz cons. 29. num. 8.* sed certum est, quòd mens & intentio Episcoporum Monasteriensium, qui præfatam computationem tulerunt, non fuerit, quòd ipsi voluerunt hæredes extraneos & non descendentes ex primo acquirente ad successionem feudurum admittere. Namq; si illam interpretationem caperemus, sequeretur, quòd vel nunquam vel rarissimè contingeret, utile dominium feudi proprietati sive directo applicari, cùm vel nunquã vel rarissimè quis decedat absq; hærede extraneo, quod permittere noluisse Episcopum Monast. verisimili & conjecturatæ menti ipsius refragatur, cùm non sit verisimile, quòd ipse utile dominium feudi in perpetuum a se abdicare voluerit, *arg. l. 3. & l. an ususfructus ff. de usufructu. l. si ususfructus. ff. usufruct. legat. Ang. cons. 110. num 6.*

Deinde etiam verisimilis mens Episcoporum Monast. sive constitutionis Monasteriensis colligitur eo eo, quia præsumitur, quòd constituentes noluerint se conformare dispositioni juris communis, *l. sed nisi & ibi gloss. ff de jure dot. l. curatores. §. fin. ff. ad ministr. rer. ad cur. pertin. Paul. Castr. cons. 271. col. 1. lib. 1. & cons. 371. col. 2. lib. 2. Cravett. consil. 77. nu. 9. lib 1. Ioh. Neviz cons. 29. n 7.* Quodq; ipsi noluerint jus commune corrigere, *arg. l. præcipimus. §. fin. C. appellat.* quo jure communi expresse cautum est, quòd ad successionem illarum rerum, quæ non nisi ad descendentes primi acquirentis transeunt, extranei hæredes nunquam admitti debeant, sive illa res sit feudum, sive non, item sive feudum proprium sive improprium.

329 Præterea quoque clari juris est, quòd mens † atq; intentio vasalli recipientis feudum illa sit, quòd feudum tantùm debeat transire ad descendentes suos sive ad illos, qui ex ipso originem trahunt, sive illud ipsum feudum sit proprium, sive improprium, Item, etiamsi ad illud feudum fœminæ ex dispositione statuti vel pacti admitterentur, prout hoc expressè probat *text. in c. 1. de duob. fratrib. à Cap. invest.* cum multis similibus supra allegatis. Et confirmatur ex eo, quia filias ad bona parentum naturæ simul & parentum votum admittit, *l. scripto. fin. ff. unde liberi. l. de emancipatis. C. legit. hæred. facit text. l. nam etsi parentib. in princ. ff. de inoff. testam. l final. in princ. ff. de bonis damnator.* Et omnia, quæ nostra sunt, liberis nostris paramus, *l. pen. ff. de bonis liber.* Nec est verisimile, quòd quis penitùs extraneos sive etiam agnatos vel cognatos suos transversales posteris suis præferre voluerit, *l cùm avus. ff. de condit. & demonstrat. l. generaliter. C. de instit. & substitut. l. cùm acutissimi, & ibi Bald. Ias. & Iod. C. de fideicommiss. l. si nunquam. & ibi Tiraq. in præfat. C. de revoc. donat. l. tale pactum. §. fin ff. de pact. Bald. c. 1 de duob. fratrib. à Cap. investit. Bald. rub. col. pen. extr. pact.* sive illi posteri sint masculi sive fœminæ, item, sive ex masculis vel fœminis descendant, *Alex. l. sed si hoc. §. liber. num. 3. ff in jus vocan. Alex. cons. 80. num. 14. col. fin. lib. 1. Ferdinand. Loaz. rep. l. filiusfamiliàs. §. divi. num. 69. ff. legat. 1.*

Similiter clari juris est, quòd ea sit & præsumatur esse mens & voluntas Domini feudi, quòd ipse ad successionem feudi voluerit tantùm admittere & vocare illos, qui secundum verisimilem mentem vasalli in feudum succedere possunt, sive pro quibus vasallus feudum verisimiliter acquisivit, eoque ordine, quo vasallus unumquemque ad feudum admittere verisimiliter volunt.

Igitur sequitur, & mentem sive voluntatem Episc. Monast. & sic Domini feudi, facientis illam constitutionem, de qua in præsenti casu controvertitur, illam fuisse, quòd ipse ad successionem feudi voluerit illas tantùm fœminas & ex fœminis descendentis vocare, quæ sive qui ex primo acquirente originem trahunt, quòd ipse voluerit extraneos hæredes & non descendentes a primo acquirente posteris primi acquirentis præferre. Ulterius feudi tam proprii quam improprii non esse fœminei sive ad quod fœminæ ex pacto vel statuto admittuntur, ea & natura & subjecta materia est, quòd illud non transeat nisi ad descendentes ex primo acquirente tantùm, sicut hoc supra latè docuimus. Ex qua materia feudi sive subjecta materia similiter colligitur mens Episcopi Munast. quòd ipse voluerit tantùm illos, qui à primo acquirente descendunt, ad feudum vocare.

Cùm sit clari & indubitati juris, † mentem sive voluntatem in quolibet actu ex 330

natura

natura rei sive ex subjecta materia colligi, *l. si fundus, in princ. ff. de solut. matr. l. si duo. & ibi Bald. ff. de acquir. hæred. l. sicut. §. non videtur. ff. quib. mod. pign. vel hypoth. sol. Georg. Natta repet. c. quamvis. col. 36. de pact. lib. 6. Paul. de Monte Pico rep. l. in quantam. col. 28. ff. ad l. Falcid. Ioan. Neviz. cons. 50. num. 26.*

Igitur sequitur, constitutionem Episcopi Monast. secundum hanc mentem Episcopi Monast. ita intelligendā esse, quòd Episcopus Munast. ad feuda masculina sive pro acquirēte & filiis masculis ipsius tacitè vel expressè acquisitæ nullos alios quam illos tantum, qui ex primo acquirente descendunt, vocare noluerit.

Octavò, hanc sententiam comprobat
331 id, † quod tradit *Ang. cons. 110. nu. 6.* ubi ipse ferè in similibus terminis loquitur, dicens, quòd generalis determinatio legis secundum naturam contractus debeat intelligi, *ff. de damno infect. l. damni. & secundum ipsius rei naturam. ff. usufruct. legat. l. 2. ff. de verb. oblig. l. ita stipulat. ibi*, idq; utilitatis caussa receptum ob defuncti voluntatem & ipsius rei naturam, lex enim est pædagoga naturæ, *ff. adoptionib. l. nam adoptio*, & jura civilia naturalib. juncta potiora sunt, *C. adoptio. l. cum adoptivis*, & Dominus dando feudum generi, obligatur illi generi non verò alii. Nam quoad aliud genus, id est, prolem, liberas ædes habet, *ff. si servit. vindicetur. l. loci corpus. §. competit.* Quod enim certo generi conceditur, ad aliud non extenditur.

Nonò, hanc sententiam comprobat,
332 quia † omnis dispositio, omnis actus omniaque verba secundum subjectam materiam atq; naturam rei, de qua agitur, intelligenda sunt, *c. solita, & ibi Dd. extr. major. & obed. l. si uno. ff. locat. & conduct. l. si olei. C. locati. l. damni infecti quidam in princ. & ibi Ang. ff. damno infect. l. fin. C. non numerat. pec. Clem. exivi de verb. signific. Alex. cons. 26. nu. 6. lib. 3.* cum multis similibus allegatis per *Georg. Natan Clement. sepè col. 4. & col. 64. de verb. signific. Neviz. consil. 92. num. 12. usq; ad nu. 42. Nicol. Everhard. in loco à subjecta materia.*

Quod usq; adeò verum est, ut tàm verba quàm dispositio quælibet secundum subjectam materiam intelligenda sit, etiamsi verba ad significationem impropriam detorquere oporteat, *d. l. si uno in princ. ff. locat. & conduct. c. 1. § porrò, & ibi Domin. de statut. regular. lib. 6 gloss. l. Leac. ff. condict. & demonstrat. Salicet. l. quàm multa facinora. C. ad l. Iul. de vi publ. Imol. l. fin. ff. de hæred. instit. Dec. & Dd. c. nam concupiscentiam extr. de constitut.*

Quinimò, ut serviamus subjectæ materiæ, verba etiam impropriissimè sive in significatione impropriissima accipienda sunt, *Alex. l. 1 in princ. col. 4.* ubi ponderat *Bart. hoc etiam ibi velle. ff. ad l. Falcid. Ias. l. liber homo. la 2. in princ. n. 3. ff. verb. oblig. Nicol. Everh. in loco à subjecta materia*, etiamsi illa verba sint prægnantia, *Alex. cons. 35. nu. 10. & 11. lib. 4.* uiversalia, *Dec. l. 1. nu. 15. C. qui admitti. Neviz. cons. 92. num. 27.* vel geminata, *Alciat. resp. 203. nu 28. arg. l si stipulatus. ff. de usu.*

Quam sententiam confirmat id, quod tradit *Gammarus in tract. de extensione chart. 4. col. 2.* ubi ipse formaliter dicit, quòd subjectum & materia, de qua loquuntur, declarat, quo sensu verba capienda sint, in tantum, quod quandoque relicta propria significatione ad impropriam recurramus & econtra, quia sufficit, disponentem ostendere secundum subjectam materiam quid velit.

Quodque de jure respondit *Alex. cons. 216. nu. 5. lib. 6.* ubi dicit, quòd propter subjectam materiam verba capiuntur quandoque largiùs, quandoq; strictius, atq; etiam ab eodem, *Alex.* alibi scriptum est, quòd verba instrumenti debeant reduci ad materiam contractus & subjectam materiam. Et quod, quando verba sunt reducibilia ad subjectam materiam, nunquam alterant ipsius dispositionem, *Alex. cons. 37. col. 2. lib. 3.* quas decisiones refert atque sequitur *Neviz. cons. 91.*

Et prædicta procedunt etiam in tali materia, in qua alioquin stricta interpretatio fieri debet, namque etiam in illa materia verba secundum subjectam materiam intelligenda sunt, etiam improprando verba, *Dec. cons. 388. n. 4. & 5. Dec. l. 1. num. 16. C. qui admitti. Neviz. cons. 92. num. 15.* Ideoque in statutis, in quibus alioquin verba debent intelligi propriè & strictè, *l. 3. §. hæc verba. ff. negot. gest.* propter subjectam materiam, item, ut dispositio statuti subjectæ materiæ conveniat, verba ad significationem impropriam trahuntur, *Paul. Castrens. cons. 82. lib. 2. Dec. l. 1. num. 16. C. qui admitti. Nevizan. cons. 92. num. 29.* imò, ut subjectæ materiæ serviamus in statutis sive constitutionibus, verba etiam impropriissimè intelligenda sunt, *Alex. l. 1. in princ. ff. ad l. Falcid. Ias. l. liber homo in princip. num. 3. ff. de verb. obligat. Nicol. Everhard. in loco à subjecta materia.* etiamsi illa verba sint universalia, *Dec. l. 1. nu. 15. C. qui admitti Neviz. cons. 92. num. 27.*

Huic accedit, quod verba legis vel statuti quantumcunq; præcisa, recipiant interpretationem, limitationem & restrictionē, *Bart. Ang. & Dd. l. stipulatus sum Damā. & ibi Ias. arg gl. ibid. ff. de V. O. Bald. & Ias. l. quamvis arg. ill. text.*

ff. in

ff. in jus voc. Atque cum temperamento justitiæ intelligi deber, *Bald. l. quod dicimus. argum. ill. text. ff. de solution.* etiamsi verba legis, constitutionis vel statuti sint universalia & geminata simul, *Ias. d. l. stipulatus sum Damam. nu. 3. ff. de verb oblig. arg. l. 1. junct. gloss. ff. solut. matrim.* item, etiamsi alio statuto cautum sit, quòd statuta debeant esse præcisa & præcisè observari, *Bald. l. omnes populi col. 10. ff. de justit. & jur. Ias. d. l. stipulatus sum Damam. nu 3.*

Quinimò potius admittendum est, ut verba sint supervacua, nihilque operentur, quàm ut aliquid operentur contra subjectam materiam, sive naturam rei, *Bald. rub. quæst. 9. C. contrah. empt. Dec. cons. 477. num. 11. Iohan. de Neviz. cons. 92. nu. 31.* Cum itaq; feudi quod est subjecta materia constitutionis Monasteriensis ea natura sit, quòd illud nullo modo transeat ad eos, qui à primo acquirente originem non trahunt, sive illud feudum sit proprium, sive improprium, item etiam ad fœminas transmissibile.

Sequitur, constitutionem Monast. secundum subjectam materiam, naturam feudi nempe ita intelligendam & interpretandam esse, quòd tantùm illi, qui à primo acquirente descendunt, & nullo modo extranei hæredes, vel etiam illi, qui à primo acquirente ac ultimo defuncto in linea transversali conjuncti sint, ad successionem feudi admitti debeant, etiamsi oporteat verba constitutionis Monast. ad significationem impropriam vel impropriissimam derorquere.

Decimò, pro hac sententia confirmanda facit, namq; constitutio Monast. nihil aliud est, quàm extensio ad illas investituras, in quibus alicui tacitè vel expressè pro se & hæredibus suis masculis feuda concessa sunt, quæ extensio intelligitur esse facta, cum omnibus qualitatibus omnibusque circumstantiis, sicut circa præcedentem quæstionem multis & autoritatibus & legibus comprobavimus. Et ultra nunc allegata circa præcedentem quæstionem illa sententia etiam probatur per *textum. §. emphyteusin. Auth. de non alienand. & permut. reb. ecclesiast junct. text. §. licentiam auth. de alien. & emphyt.* qui textus ita inducendo hanc nostram sententiam probant. Namque textus in *d. §. emphyteusin*, disponit, rem Ecclesiæ non posse dari in Emphyteusi, nisi pro recipiente, & duobus successoribus recipientis ex corpore ipsius descendentibus, filiis nempe & nepotibus. Textus verò in *d. §. licentiam*, qui venit ad extensionem, *text. d. §. Emphyteusin.* disponit, rem Ecclesiæ perpetuò in Emphyteusi concedi posse. Et cum ille textus tendat ad extensionem prioris textus, Dd. illum secundum textum ita interpretantur, licet emphyteusis Ecclesiæ hodiè possit perpetuò in Emphyteusi concedi, illam tamen non nisi ad descendentes primi acquirentis transire. Et sic volunt, extensionem intelligi factam cum omnibus qualitatibus, prout illos textus intelligit *Felin. d. c. in præsentia. nu. 27. & ibi Dec. nu. 48.* ubi *Dec.* attestatur, hunc intellectum communem esse.

Et hæc sententia confirmatur ex eo, quod circa decisionem præcedentis quæst. diximus, quòd & exemplatiu intelligatur facta cum omnibus qualitatibus, quoque in exemplo intelligantur repetitæ omnes qualitates exemplari. Atque etiam relatio intelligatur facta cum omnibus qualitatibus atque omnes qualitates rei relatæ insint referenti.

Prætcrea, etiam omnis virtus, qualitas atque natura rei adæquatæ attribuitur illi, ad quam fit ædæquatiu, sicut hoc similiter circa decis. præcedentis quæst. diximus.

Sed dubio omni caret, illius feudi, quòd quis tacitè vel expressè acquisivit, pro se & masculis suis, eam naturam esse, quòd illud feudum non transeat ad alios, quam ad descendentes primi acquirentis.

Similiter dubiu omni caret, juris succedendi in feudum filiis competentis illam naturam esse, quòd prætextu illius juris nullus extraneus sive non descendens a primo acquirente ad successionem feudi nullo modo admitti possit.

Cùm itaque constitutio Monast. veniat ad extensionem investiturarum feudi masculini, atque in illa constitutione jus succedendi tributum filiabus, adæquetur juri succedendi filiis competenti, sicut hoc satis liquet ex illis verbis: Auff die Töchter als auff die Söhne.

Sequitur, illam tam extensionem quàm adæquatiunem factam, intelligi cum omnibus qualitatibus rei extensæ & illius, ad quam fit adæquatio. Et per consequens ex hoc capite dicendum est, per constitutionem Monasteriensem nullos alios nisi descendentes ex primo acquirente tantùm ad successionem feudorum vocatos.

Undecimò, ad hanc sententiam confirmandum adduci potest etiam, † quòd ver- 33
bum hæres in dispositione aliqua positum, nullo modo extendatur ad extraneos, sed ad descendentes tantùm restringatur, eo

casu,

quando hæ conjecturæ sive præsumptiones aliquæ suadent, *l. ex facto*, §. *fin. & ibi gl. Bart. Fr. Ripa. & Dd. ff. ad SC. Trebell. Abb. c. in præsentia. & ibi Dec. nu. 48. limitat. 2. extr. de probat. Ang. conf. 265. & conf. 305. Raph. Cuman. conf. 125. Alex. conf. 105. lib. 1. & conf. 17. lib. 5.*

Et cum bonum sit argumentum à conjugatis, non tantùm Jurisconsultis, verùm etiam Logicis & Philosophis notissimum.

Sequitur, similiter & verbum hæreditaria successio, propter conjecturas & præsumptiones verisimiles, tantùm de successione descendentium a primo acquirente esse intelligendum.

Sed in casu præsenti, ex multis conjecturis multisque urgentissimis præsumptionibus constat, quod verbum hæres, item hæreditaria successio, positum in constitutione Monasteriensi, tantùm de descendentibus ex primo acquirente, & de hærede sanguinis non hæreditatis & de successione sanguinis & descendentium ex primo acquirente tantùm, non autem hæreditatis sit intelligendum. Tum propter subjectam materiam, naturam feudi nempe quod ad extraneos nullo modo transit; Tum propter verisimilem mentem concedentis: Tum propter votum illorum, quibus per constitutionem Monasteriensem illud beneficium concessum est, quod etiam fœminæ & descendentes ex fœminis, ad successionem feudi admitti debeant: Tum propter naturam extensionis: Tum etiam propter exæquationem factam.

Igitur sequitur, consecutionem Monasteriensem quatenus facit mentionem de hæredibus & hæreditaria successione, esse intelligendam de descendentibus ex primo acquirente: item, de successione non hæreditatis, sed sanguinis descendentium, nempe à primo acquirente.

334 Duodecimò, cessante † ratione legis vel constitutionis, ipsa quoque lex sive constitutio cessat, *l. quod dictum. & ibi Bart. & Dd. ff. de pactis. l. adigere. §. quamvis. ff. jure patronat. gl. l. cum tale. §. falsum. ff. de condit. & demonstrat. Bart. l. demonstratio. §. quod autem. & quæstio. ff. eod. tit.* cum multis similibus allegatis per *Tiraq. in tract. cessante causa. 1. part. nu. 125.*

Et id quod favore alicujus introductum est, in odium ipsius minimè detorqueri debet, *l. quod favore. C. legib. l. nulla. ff. eod. tit.*

Cum itaque constitutio Monasteriensis fuerit lata propter favorem filiarum & descendentium ex iis, atque etiam favor filiarum sit ratio & causa finalis constitutionis Monasteriensis. Atque ille favor cessat in iis, qui a primo acquirente originem non trahunt, sequitur, & constitutionem Monasteriensem in illis, qui à primo acquirente originem non trahunt, cessare, & nullo modo ita interpretandam esse, quod extranei & non descendentes a primo acquirente in successione feudi, posteris & descendentibus primi acquirentis præferantur.

Decimo tertiò, in qualibet dispositione præcedentia † per sequentia declarantur & è converso, *l. si servus plurium. §. fin. l. qui filiabus in princ. ff. legat. 1. l. nummis ff. legat. 3. c. secundo requiris. extra de appellat.*

Et licet exempla † regulam neque restringant, *l. regula. §. pen. ff. juris & fact. ign. l. damni infecti in fin. ff. damno infect. Card. Parif. conf. 33. nu 8. lib. 2. conf. 55. nu. 32. lib. 4.* neque alterent, *Card. Parif. conf. 66 nu. 13.* 336

Attamen, exempla regulam declarare dubio omni caret, *Card. Parif. conf. 110. n. 62. lib. 4. conf. 33. nu. 9. lib. 2. conf. 87. nu. 7. lib. 3. & conf. 158. nu. 15. lib. 4. arg. l nam quod liquidè. §. fin. ff. pen. l. fin. §. cui dulcia. ff. trit. vino & oleo leg. Clem. non potest de procurat. l. ut responsum. C. de transact.*

Cum itaque in constitutione Monasteriensi post mentionem hæredum, item hæreditariæ successionis, fiat mentio filii & filiæ, atq; dicatur jus succedendi in feudum concessum illis, qui ex masculis originem non trahunt, ita esse concessum, quod non existentibus filiis per hæreditariam successionem feuda masculina ita debeant devolvi ad filias sicut ad filios.

Sequitur, per illa verba sequentia, generalia præcedentia ita declarari, quod appellatione hæredum, item hæreditariæ successionis in constitutione Monasteriensi tantùm descendentes ex primo acquirente: item tantùm descendentium & sanguinis, non autem hæreditatis comprehendantur.

Decimo quartò, quælibet constitutio atque statutum † id tantùm disponit, de quo in eo quæritur, sive dubitatur, reliqua verò in dispositione juris communis manent, omnisque constitutio ad consultationem præcedentem restringi debent, *l. qui testam. in prin. ibi, si aliud non impediat. ff. testam. l. furiosum in fin. C. qui testam. fac. poss. l. 1. & ibi Iaf. C. divers. rescript.* 337

Et in omni constitutione † id pro expresso habetur, quod constituens verisimiliter expressisset, si de eo cogitasset, vel interrogatus fuisset, *l. tale pactum. §. fin & ibi gloss. Iaf. & Dd. ff. de pact.* 338

Sed certum est, quòd Episcopus Monasteriensis, si ipse tempore constitutionis

factæ

factæ de hoc vel cogitasset, vel interrogatus fuisset, illud expressisset, quòd sua mens & intentio sit, quòd ad nullos alios quam ad descendentes a primo acquirente tantùm feodum transire velit. Et verisimile est, quòd propter nullam aliam dubitationem vel consolationem, istam constitutionem fecerit, quam quòd fœminæ & descendentes ex fœminis ad successionem feudi admitti debeant.

Igitur etiam ex hoc capite sequitur, constitutionem Monasteriensem extra illos, qui a primo acquirente descendunt, nullo modo extendendam.

339 Decimo quintò, omnia† statuta omnesque constitutiones interpretationem recipiunt ab eo, quod postea observatum fuit, *l. minimè. l. si interpretatione. ff. de legib.* & ex his, quæ postea fiunt, declaratur, qualis fuerit actus in præcedentibus, *l. sed & Iulianus. §. perinde. ff. ad Senatusconf. Maced.*

Quod usque adeò verum est, quòd illa observantia postea secuta ad declarandam voluntatem constitutionis præcedentis sufficiat, licet in illa observantia requisita ad consuetudinem inducendam non intervenerint, *Paul. Castr. cons. 347. col. fin. lib. 1. Franc. Aret. cons. 11. col. 3. Socin. cons. 111. col. fin. lib. 1. Corn. cons. 188. col. fin. lib. 4 Dec. cons. 156. col. final. Cravet. cons. 101. nu. 4. lib. 1. Alciat. resp. 212. nu. 12.*

Sed tam ex instrumentis productis, quam ex confessione Procuratoris Dominæ Comitissæ à L. constat, Dominam H. Dominam in B. uxorem Domini G. Primi, habuisse sororem uterinam nomine H. filiam A. a. P. & insuper patruum G. a B. alias, Von Dodingwerder. Eaque Domina H. mortua ipsi in Baronia controversa successisse patruo, exclusa sorore uterina.

Cùm itaque soror uterina sit gradu proximior patruo, eique in successione bonorum allodialium præferatur.

Sequitur, per illam observantiam constitutionem Monasteriensem declaratam fuisse, quòd illi tantùm, qui a primo acquirente feodum, originem ducunt, licet ipsi aliis cognatis remotiores sint, ad successionem feudi controversi admitti debeant.

Decimo sexto, is, qui est de linea com-

340 prehensa † in concessione feudi, tam in successione, quàm renovatione feodi est præferendus omnibus aliis, qui non sint de linea comprehensa in concessione, licet ipsi vel ultimo defuncto vel primo acquirente sanguine conjuncti sunt, *Socin. jun. cons. 104. num. 1 1. lib. 2.*

Cùm itaque Dominus Comes R. fuerit de linea comprehensa in successione feudi informata a constitutione Monasteriensi. Etiam ex hoc capite sequitur, Baroniam controversam Domino Comiti R. exclusa Domina I. Comitissa in L. apertam.

Et sic per prædicta concludimus, Dominæ Comitissæ a L. per obitum Domini J. Baronis in B. & C. in Baronia controversa, nullum jus quæsitum, sed Baroniam illam cum omni jure suo, omnibusque pertinentiis Domino R. Secundo, Comiti in D. apertam, & ab illo ad filium suum Dominum Comitem F. transmissam.

Nec obstat huic nostræ verissimæ decisioni, quòd Procurator nobilis & generosæ Dominæ I. Comitissæ in L. prætendit, privilegia, statuta & consuetudines derogare omni jure feudorum, quodque etiam in Episcopatu Monasteriensi particulariter & in tota Germania universaliter, sive generaliter consuetudine introductum sit, ut proximior ultimo defuncto ad successionem feudi admittatur, licet ipse a primo acquirente originem non trahat.

Namque Procurator Dominæ Comitissæ illam prætensam consuetudinem non probavit. Et certi juris est, quòd is, qui consuetudinem allegat, eam probare teneatur, quodque consuetudine non probata, in dispositione juris communis, cujus appellatione in materia feudali consuetudines feudales comprehenduntur, manere debeamus, *gloss. l. 1. verb. proba. u. & ibi Bald. arg. illius text. C. quæ sit longa consuetud. cum multis similibus allegatis suprà circa 1. quæst.*

Præterea quoque omnia † privilegia 341 omniaque statuta & consuetudines ita interpretari debent, ut quam minimè jus commune lædant: Item, ut & subjectæ materiæ & verisimili menti constitutionis, nec non etiam voto illius, cui per statutum, constitutionem vel privilegium, beneficium aliquod concessum est, conveniat, etiamsi oporteat verba ad significationem improprissimam detorquere, item, etiamsi illa privilegia, statuta & consuetudines superflua redderentur, prout hoc supra & legib. & rationib. & authoritatib. Dd. comprobavim⁹.

Sed certum est, & suprà multis rationibus comprobatũ, constitutionem Monast. benè ita interpretari posse, ne per illam corrigantur consuetudines feudales: Item & jus commune, quibus tam consuetudinib. feudalibus, quam jure communi expressè cautum est, ne ad successionem feudi aliarumq; rerum,

rerum, quæ ad descendentes tantùm transeunt, extranei vel collaterales primi acquirentis aut ultimi defuncti admittant, eaq; interpretatio & subjectæ materiæ & menti legislatoris, nec non & voto ipsorũ, in quorum favorem constitutio Monasteriensis facta est, convenit, eamq; ob causam illa interpretatio capienda & sequenda est per jura suprà adducta.

Deinde quoque clari juris est, quod
342 † consuetudines communiter & regulariter locales sint, nec jus generale vel commune faciant, *Innoc. c. dilecto. extr. offic. Archid. Curt. in tractat. feud. part. 1. quæst. 1. num. 2. Matth. de Afflict. in prælud. feud. num. 15.*

Similiter quoque legibus expressè cautum est, quod consuetudo unius loci ad alium locum non extendatur per jura allegata circa præcedentem quæstionem, ex quo infertur, nisi fides fieri possit, & in vicinis Episcopatibus aut Ducatib. aut in aliis locis Germaniæ, tàm contra jus feudorum, quàm contra jus commune consuetudine receptum, quod illi, qui à primo acquirente non descendunt, dummodo ipsi ultimo defuncto sanguine conjuncti sint, ad successionem feudi admitti debeant, hanc tamen consuetudinem ad Episcopatum Monasteriensem nullo modo extendendam.

343 Similiter non obstat vulgare proverbium: † Der krumme Stab schleust niemand aus/ ponderando scilicet verbum universale Niemand. Namq; proverbia perinde ut quilibet alii actus, etiamsi illa contineant verba universalia vel geminata, intelligenda sunt, & secundum subjectam materiam, & ne juris communis correctio inducatur per jura suprà allegata.

Et insuper, proverbia nunquam ad decisionem causarum allegari possunt, quando per illa induceretur juris communis correctio, *Albert. de Rosat. l. septimo mense. ff. statu. homin.*

Sed certum est, subjectæ materiæ feudi nempe eam naturam esse, quod ad illius successionem transversales, non trahentes originem, à primo acquirente non admittantur.

Igitur sequitur, hoc proverbium, quod dicitur esse usitatum in Episcopatu Monasteriensi secundum subjectam materiam feudi ita interpretandum, quod tantùm intelligatur de descendentib. ex masculis & fœminis: item, tàm per masculos quàm per fœminas ex primo acquirente, & nullo modo extendatur ad transversales vel extraneos, præsertim cum capiendo aliam interpretationem induceretur correctio non tantùm consuetudinum feudalium, quæ consuetudines feudales à successione feudi excludunt eos, qui à primo acquirente originem non trahunt, verùm etiam juris communis, quo jure communi expressè dispositum est, quod ad successionem earum rerum, quę non nisi ad descendentes transeunt, collaterales vel extraneos hæredes nullo modo admittantur, sive illæ res sint feuda, sive non, item, sive sint feuda propria sive impropria.

Eodem modo non obstat, quod appellatione hæredum & successorum, item, hæreditariæ successionis, tantùm hæres & successor hęreditatis sive universalis: item tantùm hæreditariæ & universalis successio intelligenda sit, tum per textum *l. quædam, §. nihil. ff. edendo. l. hæredis appellatio. & l. nihil aliud. ff. verb. signif.*

Tum, quia verba † in potiori significatione accipienda sunt, *l. 1. ff. si ager vect. vel Emph. petat.* quodq; ex eo Comitissa à L. inferre nititur, cum in constitutione Monasteriensi, vocante ad successionem feudi fœminas, & descendentes ex fœminis, fiat mentio hæredum & hæreditariæ successionis, atq; Comes R. Secundus, non extiterit hæres universalis Domini J. ultimi possessoris Baroniæ controversæ, ipsum Domino Baroni J. in Baronia controversa succedere non potuisse. Namq; hoc, quod appellatione hæredis & hæreditariæ successionis, hæres universalis & successio hęreditaria universalis etiam comprehendatur, non habet locum in feudis. 344

Deinde quoq; utraq; regula, quod appellatione hæredis & hæreditariæ successionis: item quod verba in potiori significatione accipienda sint, non procedit, quando vel subjecta materia vel verisimilis mens disponentis aut votum illius, in cujus favorem dispositio facta fuit, vel natura extensionis, aut adæquationis aliud suadet.

Præterea nos circa præcedentem quæstionem docuimus, Baroniam controversam esse feudum ex pacto & providentia.

Tum, quia in nulla investitura de Baronia controversa est facta mentio hęredum. Et certum est, illud feudum in cujus concessione hæredum mentio facta non est, feudum ex pacto & providentia dici.

Tum, quia in omnib. investituris † prerer primam dicitur Baroniam controversam esse concessam: Tho einem rechten Manlehn. 345

Ttt Et

Et clari juris est, omne illud feudum, in cujus concessione est facta mentio masculorum sive feudi masculini, feudum ex pacto & providentia dici.

Tum, quia in feudo controverso semper habuit locum prærogativa sexus & ætatis, Atque ad illius successionem semper fuit admissus primogenitus aliis exclusis.

Et certum est, illud feudum in quo sexus vel ætatis prærogativa servatur, atque in cujus successione reliquis præfertur, est feudum ex pacto & providentia, licet in illius feudi concessione hæredum sive hæreditariæ successionis mentio facta fuerit, *Matth. de Afflict cap. 1, num. 10. an agnatus. Card. Paris. cons. 23. num. 136 lib. 3.*

Tum, quia constitutio Monasteriensis vocans ad successionem feudi filias & descendentes ex filiabus, venit ad extensionem illarum investiturarum, in quibus tacitè vel expresè feudorum masculinorum mentio facta fuit. Et in omnib. & per omnia jus succedendi in feudum per illam constitutionem fœminis & descendentibus ex fœminis concessum, exæquatur juri succedendi in feudum filiis cumpetenti.

Et certum est, quod extensio retineat naturam, & omnes qualitates rei extensæ, quodque omnis vigor, natura atque qualitas illius rei, ad quam fit adæquatio, rei adæquatæ attribuatur.

Et sic, cum illud feudum sit feudum ex pacto & providentia, dubio omni caret, Comitem R. Secundum, ad ipsius successionem fuisse admissum, etiam posito, sed tamen non concesso, probari posse, quod ipse neque primi acquirentis, neque ultimi defuncti mediatè vel immediatè hæres fuerit. Cum secundum communem & receptam Doctorum sententiam, ad successionem feudi ex pacto & providentia admittantur illi, qui à primo acquirente descendunt, licet illi neque primo acquirenti neq; ultimo defuncto mediatè vel immediatè hæredes existant, per jura allegat circa decisionem præcedentis quæstionis.

Deinde quoque circa decisionem primæ quæstionis docuimus, Dominum Comitem R. Secundum, mediatè saltem particularem hæredem extitisse primo acquirenti Baroniam controversam. Et simul probavimus, quod ad successionem feudi hæreditarii indistinctè admittatur is, qui saltem mediatè est hæres particularis, primi acquirentis, licet ipse ultimi defuncti neque universalis, neque particularis hæres sit, quodque etiam is, qui absque culpa vel delicto suo non potuit esse neque primi acquirentis neque ultimi defuncti hæres particularis vel universalis, multò minus ad successionem feudi hæreditarii admittatur.

Deinde etiam non obstat huic nostræ decisioni, quod Baronia controversa sit feudum improprium, tum, quia aliquoties in dotem data.

Tum, quia filiæ in ea successerunt extantibus masculis remotioribus.

Tum, quia titulo emptionis acquisita.

Tum, quia in illa Domini Baronis J. ultimi possessoris uxori ususfruct⁹ sive vitalitium constitutum est, quodque feuda impropria non à consuetudinibus feudalibus, sed à jure communi interpretationem recipere debeant.

Eamque ob causam, & naturæ sive subjectæ materiæ feudi improprii illa sit, ut ad illius successionem non tantum descendentes à primo acquirente, sed etiam illi, qui ultimo defuncto tantũ linea transversali conjuncti sunt, admittantur. Et illa regula, quod quisq; sibi & descendentibus suis prospexisse censeatur, non habeat locum in feudis impropriis, *arg. l si partum. ff. probat*, præsertim, quia cum ordine successionis hæreditariæ concordat ordo caritatis & affectionis.

Item, quod appellatione hæredis in feudis impropriis comprehendatur hæres hæreditatis, non descendentes a primo acquirente, cum secundum verisimilem mentem primi acquireotis. Tum, quia in consuetudinibus feudalibus expressum non est, quomodo verbum hæres in feudo improprio præsertim tali, in quo fœmina succedit, exclusis agnatis remotioribus accipiendum sit. Et clari juris est, quod casus omissus remaneat in dispositione juris communis, quo jure communi expresè cautum est, quod appellatione hæredis, hæres non sanguinis, sed hæres hæreditatis comprehendatur.

Namq; respondemus, Baroniam controversam feudũ rectum & proprium esse.

Tum, quia in investitura expresè dictum est, † Baroniam controversam esse concessam in feudũ rectum sive proprium. 346

Et clari juris est, quod tenor investituræ potissimùm inspiciendus, sequendus, ad illum semper recurrendum atq; ex eo de natura feudi inditium faciendum sit, *c. 1. & ibi*

ibi Bald. de duob. fratrib. à Cap. invest. c. si cui. de extraordinar. capit. Baldus l. quoties. col. 1. C. suu & legitim. hæredib. Bald. in prælud. feud. 4. divis. Baldus cap. 1. §. denique. col. 1. quæ fuit prima causa Roman. consil. 33. Paul. Castrens. consil. 176 in princip. lib. 1. Ioann. de Anan. consil. 7. Martin. Laudens. cap. 1. col. 1 qui feud. dare poss. Alexand. consil. 52. col. 4. lib. 4. Barbat. consil. 4 lib. 1. Socin. consil. 67. col. 2. lib. 1. Curt. sen. cons. 49. Ias. cons. 78. Dec. cons. 263. Hippol. de Mars. cons. 99. col. 2. lib. 7.

347 Quodque natura feudorum † cedat naturæ verborum, & ab ea reguletur, *Bald. cons. 330. in princip. lib.*

Tum, quia Baronia controversa est feudum ex pacto & providentia. Et clari & indubitati juris est, feuda ex pacto & providentia feuda recta & propria esse.

348 Tum, quia † in dubio quodlibet feudum rectum & proprium præsumitur, *Zas. in tractat. feudal. ultim part. numer. 3. argum. c. 1. §. præterea. & ibi Dd. quid sit investit.*

Quod usque adeò verum est, ut is qui

349 † contrarium ablegat, illud probare teneatur, *Zas. d. ultim. part. numer. 3. argument. d. §. præterea.* atque is propter præsumptionem contrariam, graviori onere probandi gravetur, *Speculat. in titul. de probat. §. fin. col. fin. Baldus l. non est verisimile. in princip. argument. illius textus. ff. quod met. causa. Fulgos. & Cornel. l. si major. C. legit. hæred. Innoc. & Anton. de Butr. c super hoc. argument. illius textus. extr. de renunc. Abbat c final. in fin extr. de præsbytero non baptizato. Abbat. & Felin. c. quia non est verisimile. extr. præsumpt.* ideoque nec unicus testis in hac causa semiplenam probationem faciat, *Baldus, Alvaroe. Præpos. & Matth. de Afflict. d. §. præterea Baldus c. 1. §. sacramentum. de consuetud. rect. feud. Ias. l. admonendi. in lectur. num. 93. & in repet. num. 172. ff. jurejur.*

Nec illi, qui intentionem suam semiplenè probavit, juramentum in supplementum probationis deferatur, *Bald. & Dd. d. §. præterea. Ias. rep. d. l. admonendi. numer. 245.*

Quinimò in hisce causis propter præsumptionem contrariam, nec illa probatio quæ alioquin plena & sufficiens reputatur, sufficit, *Felin. d. c. quia verisimile. extr. de præsumpt.*

350 Tum, quia omnia † verba tàm investituræ quàm alterius dispositionis de feudo loquentis, interpretanda sunt, ne feudi proprii naturæ quicquam derogetur, etiamsi verba oporteat ad significationem impropriissimam trahere, vel illarum superfluitatem admittere, sicut hoc satis probatur per id, quod tradit *Bald. rubr. quæst. 9. C. contrahend. empt.*

Nec obstat, quod Baronia controversa aliquoties fuit data in dotem: item titulo emptionis acquisita. Namq; Baronia controversa non à Domino, sed à quodam tertio titulo emptionis acquisita est. Et insuper titulus dotis non à Domino feudi, sed ab illis fœminis, ad quos utile dominium Baroniæ controversæ pro tempore spectavit, habitus & acquisitus est. Et clari juris est, quod feudum acquisitum titulo oneroso non à Domino, sed à quodam alio, nihilominus proprii & recti feudi naturam retineat, prout hoc suprà legibus & rationibus comprobavimus.

Deinde quoque illud feudum ad cujus successionem fœmina admittitur, per constitutionem sive consuetudinem loci nihilominus feudi proprii & recti naturam retinet, *Zas. in tract. feudal. ultim. part. numer. 29.*

Eam ob causam, quia vera † ordinaria 351 & regularis natura alicujus feudi est, illa, quæ determinatur a consuetudine loci, in quo feudum situm est, *Carol. Mol in consuet. Paris. tit. 1. §. 7. n. 32. arg c. 1. de feudi cognit.* & natura feudi potiùs regulatur a consuetudine loci, quàm à jure scripto, *Card. Paris. consil. 13. n. 19. lib. 1.* ubi ipse testatur, idem ante ipsum tradidisse, *Raph. Cum. Corn. & Guid. Pap.*

Igitur sequitur propter hoc, quod vigorem constitutionis Monasteriensis fœmina ad successionem feudi controversi, exclusis agnatis remotiorib. admissæ fuêre, Baroniam controversam non esse effectum feudum improprium.

Similiter dubio omni caret, quod in feudo consentiente Domino feudi, non tantùm ususfructus vel victalitium constitui, sed etiam quod feudum penitus & quoad proprietatem cum consensu Domini alienari possit. Quodque feudum ita alienatum, vel quoad usum finitum, vel quoad proprietatem nihilominus feudi recti naturam retineat, juxta textum in *c. 1. si quis miles de feud. fin. culp. non amittit. c. 1. in princip. de prohibit. feud. alienat. per Loth. c. 1. in princip. de prohibit feud alienat. per Frid. c. 1. §. hoc quoq. de success. feud. c. 1. §. si filius. si de feud. defunct. cont. cum multis similibus.* Ex quo infertur, etiamsi in Baronia con-

troversa cum consensu Domini fuerit constitutus ususfructus vel victalitium uxori Domini J. ultimi possessoris feudi, propter hoc tamen feudum controversum non desinere feudum proprium esse, nec nomen vel naturam feudi proprii perdere.

352 Præterea quoq; clari juris est,† & à Dd. communiter nemine penitus discrepante traditur, quod feuda etiam impropria non secundum jus commune sed secundum consuetudines feudales scriptas, regulari & ab iis interpretationem recipere debeant, sicut hoc suprà & textibus & rationibus & auctoritatibus Doctorum comprobavimus.

Et falsissimum est, quod feudi improprii illa natura sit, quod non tantùm ad descendentes primi acquirentis, sed etiam ad illos qui à primo acquirente originem non trahunt, transeat, sicut hoc satis probatur per *text. in c. 1. de benefic. fratr. text. c. 1. §. si duo fratres. de fratrib. de novo benefic. investit. c. 1. de duob. fratrib. à Cap. investit.* in quibus textibus similiter expressè deciditur, quod etiam in feudis impropriis, quilibet sibi & suis descendentibus, non autem hæredibus hæreditatis prospexisse intelligatur.

Legibus etiam expressè cautum est, quod ad successionem illarum rerum, quæ tantùm ad descendentes transeunt, sive pro descendentibus acquisitæ sunt, illi qui à primo acquirente originem non trahunt, nullo modo admittantur, licet illi vel primo acquirenti vel ultimo defuncto sanguine conjuncti sunt, eorumq; hæredes existant, sicut hoc suprà docuimus.

Ex quo sequitur, etiamsi feuda impropria non secundum jus feudale, sed secundum jus commune regulari & ab eo interinterpretationem recipere deberent. Ad eorum tamen concessionem illos qui à primo acquirente originem non trahunt, nullo modo admittendos.

Deinde etiam in consuetudinibus feudalibus expressè dispositum est, quod etiam in feudis impropriis appellatione hæredis tantùm hæres sanguine, ille nempè qui à primo acquirente originem trahat, nulli alii comprehendantur, per textum expressum *c. 1. §. etsi clientulus. de alienat. feud.* inducendo illum textum, prout illum suprà induximus. Et idem probatur per rationem evidentem.

Namq; cum consuetudinibus feudalib. expressè cautum sit, quod feuda impropria in omnibus & per omnia feudi proprii naturam retineant, exceptis tantùm illis, in quibus feudi propriæ naturæ expressè & specificè derogatum est, perinde haberi debet, atq; si in consuetudinibus feudalibus expressè & in specie dispositum fuisset, quod appellatione hæredis etiam in feudis impropriis descendentes tantùm comprehendi debeant.

Tum, quia † generalis dispositio omnes 353 omninò casus comprehendit, *l. 1. §. cum urbem. ff. de offic. præfect. urb. l. regula. §. fin. ff. de jur. & fact. ign. l. 1. §. ait ergò ff. his quæ in fraud. credit.* atq; tantum operatur, quo ad illos casus sub illa generalitate comprehensos, quantum operatur specialis dispositio, quoad casum in illa dispositione in specie & in individuo expressum, *l. si duo. & ibi Bart. ff. administ. tut. l. Gallus. § Instituens. & ibi Bald. & Alex. ff. lib. & post l. si chorus. in princ. ff. legat. 3. l. omnes. & ibi Ang. C. de præscript. 30. vel 40. annor.*

Tum quia expressum dicitur id, quod sub generali dispositione continetur, *Bart. Bald. & Dd. l. prætor. ff. operis novi nunc. Bart. & Ias. l. 2. ff. vulg. & pupil. Bart. l. centurio. ff. eod. tit. Signorol cons. 176. col. 3. Bald Imm. & Fr. Aretin. l. illud. ff. acquir. hæred. Petr. de Anchor cons. 393. Paul. Castrens. cons. 91. col. 3. lib. 2. Alex. cons. 76. col. 4. lib. 5.* etiam in illa materia in qua alioquin stricta debet fieri interpretatio, *Ias. l. 1. col. 5. ff. vulg. & pupil. arg. l. fin. junct. gl. C. quod cum eo.*

Tum, quia consuetudinum feudalium, quæ decidunt, appellatione hæredum in materia feudali tantùm descendentes cõprehendi, nulla alia ratio assignari potest, quàm illa tantùm, quia feudum sua natura ad nullos alios quàm ad descendentes ex primo acquirente tantùm transit, quæ ratio æquè locum habet in feudo improprio, sicut in feudo proprio, juxta textum expressum in *c. 1. de benef. frat. c. 1. de fratrib. de novo beneficio invest. c. 1. de duobus fratrib. à Capitan. invest.*

Et clari juris est, quod non † habeatur pro omisso neque reputetur omissum in dispositione legis id, quod eadem ratione concluditur, *Baldus l. per diversos. col. 1. in fin. C. mandati. argument. l. si solu. C. revoc. donat.* Sed censeatur in illa lege decisum & comprehensum, *Petrus & Cyn. l. jura non in singulas. ff. de legib. Petrus Cyn. & Bald. l. quod verò. ff. eod. titul. argument. l. nomine & rei. §. verbum. ex legibus, ff. de verbor. signif. cum multis vulgat.* 354

Tum

155 Tum † etiam quia feudum improprium quodam modo mixtam naturam habet. Et certum est, quod dispositum de simplici etiam in casu mixto locum habeat, *gl. & Dd l. 2. in pr. ff. verbor. obligat. cum similib. vulgat.*

Et sic dici non potest, illum casum, quod appellatione hæredis in feudis impropriis filii tantùm comprehendantur, esse casum omissum in consuetudinibus feudalibus.

Quinimò, cum feudi etiam improprii illa natura sit, quod illud nullo modo trãseat ad illos, qui à primo acquirente originem non trahunt, sequitur, quod etiam posito, sed tamen non concesso, illum casum, quod appellatione hæredis in feudis impropriis descendentes tantùm contineantur, & consuetudinibus feudalibus omissum & sic secundum jus commune intelligendum. Attamen secundum dispositionem juris communis aliter concludi non posse, quàm quod etiam in feudis impropriis appellatione hæredum illi tantùm, qui à primo acquirente originem trahunt, comprehendantur. Cum juri communi expressè cautum sit, in illis rebus, quæ ad extraneos hæredes transeunt, appellatione hæredis descendentes tantùm complecti.

Nec etiam verisimile est, acquirentem tàm contra juris communis quàm feudalis dispositionem, naturam tàm contractus feudi quàm rei in contractu deducto ipsius feudi, nempè in feudis impropriis appellatione hæredum voluisse complecti illos, qui ex ipso non descendunt, vel extraneos aut collaterales posteritati suæ præferre.

Ulterius non refragatur nostræ decisioni, quod constitutio Monasteriensis secundum jus commune interpretanda & ita intelligenda sit, ut etiam fœminæ non descendentes à primo acquirente ad successionem feudi admittere debeant.

Tum, quia constitutio Monasteriensis nos reducit ad jus commune.

Tum, quia constitutio Monasteriensis perinde ut qualibet alia statuta & privilegia, à jure communi passivam interpretationem recipere debet.

Namque etiam secundum dispositionem juris communis ad successionem illarum rerum, quæ non nisi ad descendentes primi acquirentis transeunt, illi qui à primo acquirente originem non trahunt, nullomodo admittuntur, etiamsi in illa materia fuerit hæredum mentio facta.

Et insuper clari juris est, quod in materia feudali consuetudines feudales juris communis & nomen & vigorem obtineant, quodque constitutio vel statutum loquens in materia feudali potiùs à consuetudinibus feudalibus quam à reliquo jure communi interpretationem accipere debeant.

Et licet procurator Comitissæ à L. prætendat, constitutionem Monasteriensem favorabilem & latissimè interpretandam esse.

Tum, quia fœminas ad successionem feudi admittit, & omnia statuta admittentia fœminas ad successionem feudi, favorabilia & latissimè interpretanda sunt.

Tum, quia constitutio Monasteriensis continet beneficium & privilegium Principis, quæ beneficia sive privilegia Principis eo potissimùm casu, quando de solius concedentis præjudicio agitur, latissimè interpretari debent. Attamen clari juris est, quod nulla dispositio quantumvis favorabilis, contra subjectam materiam naturam nempe rei de qua disponitur, verisimilem mentem disponentis & votum illius, in cujus favorem dispositio facta fuit, interpretari vel extendi debeat.

Et quamvis constitutio Monasteriensis favorabilis & eatenus quatenus fœminæ descendentes ex primo acquirente & ex illis originem trahentes ad successionem feudi admittuntur: Attamen, si quis velit constitutionem Monasteriensem ita extendere, ut non tantùm descendentes ex primo acquirente, verùm etiam extraneos vel collaterales comprehendat, hoc nullo modo favorabile esse, cum illud refragetur & subjectæ materiæ & verisimili menti disponentis, nec non etiam voto ipsorum, in quorum favorem illa constitutio facta est. Atq; etiam per illud induceretur correctio non tantùm consuetudinum feudalium, verùm etiam juris communis, quo jure communi expresse cautum atque dispositum est, ad illarum rerum successionem, quæ non nisi ad descendentes primi acquirentis transeunt, neq; extraneos neq; collaterales admittendos, ideoque talis interpretatio vel extensio nullo modo capienda vel sequenda est, præsertim cum major ratio suadeat, fœminas descendentes ex primo acquirente & ex iis originem trahentes, ad successionem feudi admitti quàm transversales.

356 Et legibus expressè cautum sit, † quod etiam in materia favorabili & extensibili nunquam fiat extensio ab illo casu, in quo major ratio militat ad illum casum, in quo minor ratio est, *l. lege Julia. §. hoc capite. ff. ritu nupt. c. final extr. de translat Prælat. Alex. cons. 29. col. 2. lib. 6. Socin. consil 9. col. 3. in fin. lib. 3. Francisc. Aretin. consil. 25. circa fin. Dec. cons. 261. col. 5. & consil. 614. col. 1. Aym. Cravett. consil. 6. num. 10 cons. 67. nu. 6. cons. 173. nu. 13. & cons. 176. num. 2. lib. 1.*

Ex prædictis patet etiam responsio ad illam objectionem, quod constitutio Monasteriensis, cum illa sit juris communis feudalis correctoria, secundum jus feudale intelligi non debeat.

Namq; non tantùm secundum juris feudalis, verùm etiam secundum juris communis dispositionem à successione feudi improprii aliarumq; rerum, quæ sua natura non nisi ad descendentes primi acquirentis transeunt, hæredes extranei vel collaterales nullo modo admittuntur.

Et insuper in præcedentibus docuimus, quod constitutio loquens in materia feudali secundum jus feudale intelligi, & ab ea interpretationem accipere debeat, etiamsi illa constituto sit juris feudalis correctoria.

Præterea non obstat, quod constitutio feudalis arcens fœminas à successione feudi, exorbitet à jure communi, quodq; eam ob causam verba consuetudinum feudalium sint strictè & in propria significatione accipienda, ita ut tantùm habeant locum in feudis propriis, nec ad feuda impropria extendantur.

357 Cum constitutio † à jure communi exorbitans & de feudo mentionem faciens, tantùm de feudo proprio, non autem de feudo improprio intelligenda sit, *Soc. cons. 252. n. 79. & cons. 262. col. 5. lib. 2. Curt. jun. in tract. feud. 6 quæst. num. 32.*

Namq; respondemus, consuetudines feudales quatenus ipsæ à successione feudi repellunt fœminas non descendentes à primo acquirente, non exorbitant à jure communi, sed in omnib. & per omnia juri cummuni convenire: cum jure communi expressè cautum sit, ad illarum rerum successionem, quæ non nisi ad descendentes à primo acquirente transeunt, extraneos item & collaterales admitti. Secundò respondemus, Baroniam controversam non esse feudum improprium sed feudum rectum & proprium, prout hoc suprà multis rationibus probavimus.

Tertiò respondemus, consuetudinibus feudalibus expresse cautum esse, quod etiam ad feudi improprii successionem illi, qui à primo acquirente originem non trahunt, nullo modo admittantur, *c. 1. de benefic. fratr. c. 1. §. si duo fratres. de fratrib. de nov. benef. invest. c. 1. de duob. fratrib. à Cap. invest.*

Quare respondemus, illius decisionis, quod transversales vel extranei ad successionem feudi non admittuntur, nullam aliam rationem assignari posse, quàm quia feudum talis res est, quæ sua natura non transit nisi ad descendentes primi acquirentis, ideoq; illa ratio perinde haberi debet, atq; si illa esset expressa in consuetudinibus feudalibus. Cum eo casu, quando unica † tantùm ratio assignari potest, illa 358 pro expressa habenda sit, *gl. Bald. & Paul. Castrens. l. quamvis, C. de fideicommiss. Bald. l. maximum vicium. 4. col. C liber. præterit. Bald. & Immol. l. fin. ff. hæred. instituend.*

Et cum illa ratio æque militet cum feudo improprio, sicut in feudo proprio, dubium non est, etiam consuetudines feudales removentes à successione feudi tàm masculos quàm fœminas à primo acquirente originem non trahentes, etiam in feudis impropriis sive degenerantibus locum habere, siquidem legibus expressè cautum, quod ex ratione unica etiam in lege non expressa, etiam in materia exorbitanti vel juris communis correctoria, fiat extensio ad omnes cas⁹ sub illa ratione comprehensos, *P. de Castr. & Raph. Cum. l. si verò, §. de viro. ff. solut. matr. Alex. consil. 50. lib. 2. Alex. l. si constante ff. solut. matr. Jas. authent. quas actiones. nu. 22. C. sacros. eccles.*

Quinimò ubi eadem ratio militat, non dicitur fieri extensio, sed omnes illi casus, in quibus illa ratio locum habet, in statuto sive constitutione aliqua comprehensi intelliguntur, *Petr. & Cyn. l. juta non in singulas. ff. legib. Petr. Cyn. & Bald. l quod verò. ff. eod tit. Bald l. omnes populi, col. fin. vers. secundò nota. ff. just. & jur. gloss. c. 1. verb. Italiæ; de temporib. ordinat. lib. 6.*

Et ubi plura habent eandem rationem cum de uno tantùm fit mentio, id fit exemplariter & non restrictivè, *Bald. l. de quibus. numer. 12. vers. nota quod non videtur. ff. legib.*

Quinimò respondem⁹, quod nō tantùm ex identitate, verùm etiam similitudine rationis fiat extensio destricta significatione vocabuli ad latam, etiam in materia odiosa

odiosa & stricta, *l. filium habeo. & ibi Bart. ff. ad Maced. gl. auth. minoris debitor. C. qui tut. dare possunt. Rom. cons. 129. Alex. cons. 190. lib. 2. Dec. l. qui se patris. col. pen. C. unde liber. Cravet. cons. 155. num 8.*

Nec est verum, imò falsissimum, quod Baronia controversa sit feudum hæreditarium, multò verò falsius, quod Baronia controversa sit feudum hereditarium simplex, ad cujus feudi successionem etiam extranei admitti possunt, sicut hoc supra multis fortissimis rationibus comprobavimus.

Nec obstat, quod in constitutione Monasteriensi vocante fœminas ad successionem feudi, est facta mentio hæreditariæ successionis, namque illa verba ad successionem descendentium & sanguinis restringenda esse, suprà docuimus.

Similiter non obstat, quod Procurator Comitissæ à L. prætendit, Baroniam controversam aliquoties fecisse transitum ad extraneos non descendentes à primo acquirente, namque licet Procurator Comitissæ hoc prætendat, attamen hoc probatum non est.

Quinimò, Procurator Comitissæ fatetur, Dominam H. filiam A. von P. sororem uterinam Dominæ H. uxoris Domini G. Primi, à successione Baroniæ controversæ fuisse exclusam per agnatum remotiorẽ descendentem ex primo acquirente, quæ confessio contra Dominam Comitissam plenam & omnimodam fidem facit.

Et quamvis aliqua instrumenta producta dicant, Dominum G. Primum, cum aliquibus, qui non habuerunt nomen, Baronium à B. transigisse super illo jure, quo ipsi in Baronia controversa per obitum Dominæ H. sibi acquisitum fuisse prætenderunt, attamen per nullum instrumentum productũ probatur, illos Baroniam controversam possedisse, vel de illa investitos fuisse.

Præterea fieri potuisset, quod illi, de quibus in istis instrumentis fit mentio, à primo acquirente saltem per lineam maternam originem traxissent.

359 Et non probat hoc † esse, quod ab hoc
contingit abesse *l. neque natales & ibi gloss. Bald. & Sal. C. probat.*

Deinde etiam per transactionem probari vel fides fieri nequit, transigentem aliquod jus vel habuisse in illa re, super qua transactio interposita fuit, vel in adversarium suum transtulisse.

Tum, per *text. l. si pro fundo & ibi Dd. C. de transact.*

Tum, quia transactio fieri potest † super 360
omni lite tàm de jure, quàm de facto, in judicio vel extra judicium mota vel movenda, etiam cum eo, qui nullum omninò jus habet & fovet, *l. 2. & ibi gl. Bart. Ias. Curt. & Dd. C. de transact. l. in summa, in princip. & ibi gloss. Ias & Dd. ff. condict. indeb. Ioan. Baptist. Caccialup. in tract. de transact. quæst. 1.*

Tum, quia renunciatio † juris vel litis, in 361
dubio præsumitur potius facta ob desperationem juris & bonæ fidei agnationem, quàm ob liberalitatem, *Tiraq. rep. l. si unquam verb. donatione largitus. num. 206. C. revoc. donat.*

Legibus etiam expressè cautum est, † 362
quod non id quod factũ est, sed quod fieri debebat, inspiciendum sit, *l. sed licet & ibi gl. ff. offic. præsid.* quodque ex eo, quod probatur aliquid aliquoties observatum fuisse, consuetudo non inducatur neque probata intelligatur, sed multa alia requirantur
ad probandam † consuetudinem, prout hoc 363
late tradunt *Dd. l. de quibus. ff. legib. Dd. l. 2. C. quæ sit longa consuet. Abb. Roch. Curt. & Dd. c. fin. ext. de consuetud. Ang. & Dd. §. ex non scripto Instit. de jur. nat. gent. & civ.* eaque omnia concludenter probare, non tantum difficilè verùm etiam impossibile esse, Dd. supra citati testantur.

Porrò, licet Procurator Comitissæ à L. prætendat, ad successionem illius feudi, ad quod fœmina semel admissa fuit, vel ex pacto admitti potest, etiam illas fœminas, quæ non trahunt originem à primo acquirente, admittendas esse.

Tum, quia fœmina semel admissa ad suc-
cessionem feudi, facit cessare rationem & 364
intuitum sanguinis, cum fœmina sit caput & finis familiæ. Et nati ex fœmina, non sunt de agnatione avi materni.

Tum, quia cum una eademque res non debet diverso jure censeri, atque feudum degenerans in uno capitulo, in omnibus aliis & connexis & similibus capitibus degeneret, feudum effectum improprium & degenerans in uno articulo successionis, descendentium, nempe, quo ad totum jus, successionem & inter cætera quo ad successionem transversalium degenerans & improprium censeri debet.

Tum, quia feudum de quo fœmina semel investita est, in dotem dari, *Zas. in tract. feud.*

 in tit.

i 1 tit. de success. feudi nu. 69. Nicol. Everh. cons. 8. & in eo usufructus constitui potest, *Curt. in tract. feud. quæst. 15.*

Tamen ad hanc objectionem facilis est responsio, namque primò legibus expresse cautum est, quod etiam ad illius feudi successionem, ad quod fœmina semel admissa fuit vel admitti potest, illi qui à primo acquirente originem non trahunt, nullo modo admittantur, juxta text expressum *c. 1. de Capitan. qui Cur. vendidit.*

365 Secundò clari juris est, quod† res successionis in tres diversas lineas dividatur, nempe in lineam descendentem, ascendentem & transversalem, *l 1. & l jurisconsultus. ff. gradib. affin Instit. de gradib. cognat. in princip. §. 1. 2. & 3. auth. de hæredicatib. quæ ab intest. defer.*

366 Et similiter legibus expressè cautum est, † quod constitutiu sive statutum admittens descendentes ad successionem feudi, nunquam extendatur ad transversales, *Carol. Ruin. cons. 208. n. 2. lib. 1. Tiraq in tract. de jure primogen. quæst. 16. nu. 10.*

Quod ex eo confirmatur, quod in fortioribus terminis Dd. tradunt, si frater per pactum vel statutum ad successionem feudi admissus fuit, nullum alium præter fratrem de linea transversali ad successionem feudi admissum intelligi, *Bald. c. quæ in ecclesiarum. num. 40. extr. de constitut. Curt. in tract. feud. 2. part. 3. part. princip numer. 57. Iac de S. Georg. in tractat. feud. verb. præsentes num 15.* facit id quod tradit *Alex. cons. 104. lib. 2.*

Huc accedit, quod in favorem Domini tantum introductum sit, ne videlicet fœminæ & descendentes ex fœminis: item nec illi, qui à primo acquirente originem non trahunt, ad successionem feudi admittantur, ut videlicet deficientibus masculis, feuda Domino aperiantur, *Albert. Brun cons. 1. nu. 34.*

Ideoque si Dominus feudi renunciando juri suo per pactum vel constitutionem fœminas vel descendentes ex fœminis habilitat ad successionem feudi, ex hac renunciatione extraneis sive transversalibus nullum jus acquiri debet.

367 Tum quia † renunciatio Domini ita debeat interpretari, ut conveniat materiæ subjectæ, naturæ feudi nempe, cujus feudi illi natura est, quod ad illud transversales sive extranei nunquam admittantur, nisi hoc expressè cautum vel conventum fuerit.

Tum, quia renunciatio est stricti juris, nec in illa veniunt nisi expressa, eaq; quantum fieri potest, restringi debet, *Calderin. cons. 5. tit. de præbend. Dec cons. 452. num. 21. & cons. 460. numer. 6. Socin. cons. 96. in fin. lib. 1. Paul. Castrens cons. 86. col. 4. vers. tertia ratio. lib. 1.*

Nec est verum, quod fœmina semel admissa ad successionem feudi, cesset intuitus & consideratio sanguinis, illudque refragatur expressè textui in *c. 1. de duob fratrib. à Capitan invest.*

Et licet secundum strictam † vocabuli significationem descendentes ex fœminis appellatione familiæ non comprehendantur, cum fœmina sit caput & finis familiæ, attamen, secundum veram, propriam & geminam vocabuli significationem appellatione familiæ etiam fœminæ & descendentes ex fœminis comprehenduntur, *l. fin. & ibi Oldrad. Bald. & Paul. Castrens. C. de verb. sig. Dec. l. fœminæ. num. 71. ff. reg. jur.* facit text. *l pronunciatio. §. familiæ. ff. verb. signif.* & id quod notat *Bart. l. cum ita. §. in fideicommisso ff. de reg. jur.* 368

Et quamvis descendentes ex fœminis non sint de agnatione primi acquirentis, attamen ipsi & recipiantur de primi acquirentis cognatione, familia, genere, *Bald. l. 1. ff. probat. Anton. de Butr c. novit. extr. de judic. Paul. Castrens. l. 1. C. condict. infert. Ioan. de Imm. cons. 62 Socin. cons 25. lib. 1. Corn cons. 223. lib. 4. Luc. de Penna. l fin. col. pen. C. locat. prædio. civil. lib. 12.*

Et posteritate, *Anton. de Butr. cons. 9. incip. viso puncto 1. dub. Dec l. fœminæ. num. 70. cum duob. sequent. ff. de reg. jur.*

Et illius dispositionis, quod feudum ad illos, qui à primo acquirente originem non trahunt, non transmittatur, non est illa ratio, ut agnatio primi acquirentis conservetur, sed hujus decisionis multæ aliæ rationes assignantur.

Tum, quia feudum est talis res, quæ sua natura non nisi ad descendentes transit.

Tum, quia si feudum ad alios transiret, nisi le Dominium feudi nunquam vel raro applicaretur directo.

Tum, quia quilibet in dubio sibi suisque descendentibus prospexisse intelligitur, quæ rationes omnes etiam locum habent in eo feudo, ad quod feudum fœmina semel admissa fuit vel admitti potest.

Præterea quoque clari juris est, † quod eo casu, quando unius dispositionis duæ 369

pluresvé

pluresvè rationes assignari possunt, dispositio nihilominus locum habeat, licet una ex illis rationibus cessat, *l. si non lex Ælia Sentia. ff. hæred. instit. §. affinitatu Instit. nuptiis gl. Iacob. Butrigar. Bart. Bald. Albert. & P. Castrens. l. liberorum. §. 1. ff. his qui notantur infa. cum multis similib. allegatis per Tiraq. in tract. cessante causa part. 2. limit. 22.*

Ex quo sequitur, etiamsi inter reliquas rationes excludentes transversales à successione feudi, illa ratio assignari posset, ut agnatio primi acquirentis conservetur, illaq; ratio cesset in illo feudo, ad quod fœmina admissa fuit, vel admitti potuit, cum tamen omnes aliæ rationes in tali feudo militent & locum habeant, dispositionem juris feudalis arcentis illos, qui à primo acquirente originē non trahunt à successione feudi, etiam in tali feudo locū habere.

Jus quoq; succedendi competens transversalibus & causâ & effectu & essentia sive forma destitutum à jure succedendi transversalibus competenti, nec cum illo quicquam connexitatis aut similitudinis habet, ideoq; sinistrè allegatur illa regula, quod una eademq; res diverso jure censeri nō debet.

370 Prout etiam illa regula locum non habet † circa unam eandemque rem, concurrentibus diversis causis vel rationib. *Bald. l. filium. quem habentem. col. 4. C. famil. ercisc. Alex. l. in quantam. nu. 6. in fin. & nu 7. ff. ad L. Falcid. arg. l. miles. §. pro parte. ff. legat. 2. l. si domus ff. servit. rust. præd. l. tutorem. verb. discreto ff. his quibus ut indig. l. 3. §. ex pluribus. ff. acquir. poss.* vel pluribus formis intelligendi, *Bald. l. 1. n. 5. C. servus fugit. arg. l. si consul ff. adopt.*

371 Nec est verum, quod in illo feudo † ad quod fœmina semel admissa fuit, ususfructus constitui possit, nec *Curt.* in loco à parte adversa citato, hoc dicit, sed solummodo quęrit, utrum ususfructus in feudo constitui possit, nulla facta distinctione, utrum ad illud feudum fœmina sit admissa vel admitti posit an verò nō, & respondent Dd. communiter, indistinctè concludere in feudo, usumfructum constitui non posse, & sic liquet, Dd. velle, quod etiam in tali feudo ad quod fœmina, semel admissa fuit, ususfructus constitui nequeat, præsertim cum omnes rationes quibus Dd. communiter moventur ad tenendam illam sententiam, quod in feudo, ususfructus constitui nequeat, etiam in tali feudo, ad quod fœmina semel admissa fuit, locum habeant.

Et licet *Curt.* non in feudo fœmineo, sed indistinctè in omni feudo nitatur, contrariam sententiam contra communem defendere, attamen ad rationes *Curtii* facilè responderi posset, & cum illa communi & receptæ Dd. sententiæ refragetur, de illa nihil curandum est.

Nec etiam quisquam refragatur nostræ decisioni, quod fœmina pro se feudum in dotem dare posit.

Namq; inter hoc, quod feudum à fœmina marito suo in dotem dari posit, & inter hoc, quod extranei ad successionem feudi admitti debeant, magna ratio diversitatis militat, namq; cum uxor & maritus unum corpus, unaq; caro reputentur, feudum ab uxore marito in dotem datum, non debet neque potest censeri alienatum, cum etiam alioquin fœmina habens feudum, servitia Domino per maritum præstet.

Præterea, datio in feudum tantùm durat constante matrimonio, & non continet perpetuam alienationem, ideoq; nec uxor marito feudum æstimatum in dotem dare potest, *Alvarot. Præpos. & M. de Afflict. c. 1. §. donare, qualiter feu. olim. Iac. de Sanct. Georg. in tract. feud. verb. ita etiam quod ipsi. num 18.* Nec cum marito suo paciscí, ut soluto matrimonio maritus vel totum feudum vel partem feudi lucretur, *Alvarot. & Præpos. c. 1. §. donare & ibi M. de Afflict. n. 18. Iac. de Sanct. Georg. in tract. feud. verb. ita etiam quod ipsi. n. 18.* per hoc autem quod extranei & non descendentes à primo acquirente ad successionem feudi admitterentur, feudum perpetuò alienaretur.

Igitur de uno ad aliud argui nequeat, cum à diversis sive separatis, item, diversam sive separatam vel dissimilem rationem habentibus, non fiat illatio, *l. Papinianus exuli in princip. ff. de minorib. l. Iulianus. ff. de condict. indeb.*

Similiter, non obstat † quod contrariorum, sit contraria dispositio, id quod operatur propositum in proposito, idem etiam operetur oppositum in opposito, eamque ob causam, sicut statutum excludens filias, quod odiosum est, extenditur ad fœminas collaterales: ita quoque & statutum includens filias, quod est favorabile, ad fœminas collaterales extendi debeat. 372

Namque in casu præsenti, inter exclusionem & inclusionem magna ratio diversitatis militat, cum exclusis filiabus, eadem imò major ratio exclusionis in transversalibus sive collateralibus militet.

Atque etiam jure communi cautum sit, quod exclusis proximioribus, multò magis remo-

remotiores exclusi censeantur, *l. 1. cum ibi not ff. si quis aliq testari prohib cum multis similibus allegat. per Tiraq. in tract. de primogen. 12. quæst* inclusis verò sive admissis ad successionem feudi filiabus, non est eadem imò diversissima ratio includendi fœminas transversales & non descendentes à primo acquirente.

Tum, quia per illud statutum, quo filia ad successionem feudi admittitur, reducimur ad jus commune, secundum quod ad successionem illarum rerum, quæ non nisi ad descendentes transeunt, etiam filiæ admittantur, quæ ratio in transversalibus cessat.

Tum, quia quilibet in dubio descendentibus & non transversalibus suis prospexisse videtur, majusq; votum quis habet ad descendentes, quàm ad transversales.

Tum, quia Dominus feudi verisimiliter facilius filios & descendentes quàm collaterales ad successionem feudi admittit, cum admissis filiabus ad successionem feudi utile dominium facilius consolidetur cum directo, quàm si etiam transversales, præsertim nō descendentes à primo acquirente ad successionē feudi admitterentur.

Et clari & indubitati juris est, quod argumentum à contrariis sive oppositis non procedit, quando inter illa ratio diversitatis militat vel assignari potest, *arg. l si quis negotia & ibi gl. ff. de negot. gest. Ias. sub. nu 20. ff. acquir. possess. Nicola. Everhard. in sua Topica in loco à contrariis sive opposit.*

Ultimò non obstat, quod Procurator Dominæ Comitissæ à L. prætendit, feudum controversum in persona Baronis F. patris Domini J. fuisse effectum feudum novum, eam ob causam, quod ipse Baro F. hoc feudum emit à Domina W. fratris filia, namq; certum est, quod tam Domina W. quàm Dominus Comes F. à primo acquirente Baroniam controversam, nempe Domino G. Primo originem trahat, quodque si Domina W. Baroniam controversam retinuisset, & postea absq; liberis decessisset, illa Baronia controversa titulo successionis Domino Baroni F. acquisitam fuisse, juxta textum expressum in *c. 1. §. si quis miles Imperat. Lothar.* cum similibus allegat. supra.

373 Et similiter clari juris est, quod † per hoc, quod vasallus feudum refutet, vendit vel alio titulo concedit ei, qui à primo acquirente originem trahit, quiq; ad successionem hujus feudi admitti potuit, illud feudum non efficiatur novum, sed nihilo minus paternum remaneat, juxta textum express. *c. 1 § fin. & ibi Dd si de feud. defunct. content c. 1. & ibi Dd de eo qui fin fecit. Ias. co. s. 7. lib. 3.*

Etiamsi vasallus vendens vel alio titulo concedens feudum, renunciet omni juri, quod habet vel quod habere sperat in isto feudo, *gl Bald M. de Afflict. & Dd. c. 1. in princ. Imperat. Lothar. Alex. cons 21. lib. 5. Ruin cons. 11. nu 7. lib. 1.*

Nisi expresse actum vel conventum fuerit, quod emptor vel alio titulo feudum acquirens, de isto feudo tanquam de feudo novo investiatur, *c. 1 de eo qui fin. fecit.* quod in casu nostro factum non est, cum ex investitura expresse liqueat, Dominum F. de Baronia controversa, tanquam de feudo antiquo investitum fuisse.

Quinimò; etiamsi inter Dominum W. & Dominum Baronem F. actum vel conventum fuisset, quod Dominus Comes F. de feudo controverso tanquam de feudo novo investiri deberet, & ita investitura fuisset subsecuta, Hoc tamen neq; Domino Comiti R. neq; majoribus ipsius non consentientibus præjudicare potuisset, prout expresse tradit *Mat. de Afflict. c. 1. nu. 17. & 18. de eo qui finem fecit.*

Deinde quoq; clari juris est, † quod consensus simplex patris, neq; filiis, neq; reliquis descendentibus in feudo antiquo noceat, *Iacob. de Belvis. Bald. Alvarot Præposit. & M. de Afflict. c. 1. §. hoc quoq; de success. feudi. Bald. l. qui se patris, n. 12. C. bonis quæ liberis Alvarot. c 1. §. fin. concl. 30. quæ fuit prima causa. Iaco. d Sanct Georg. verb. & cum pacto. cl 2 n. 30. Curt. in tract. feud. 4. part. nu. 150. Ias. in tract. feud. 10. part. nu. 70. Card Paris. cons. 5. nu. 22. & 23.* 374

Et in fortioribus terminis, Dd. concludunt, † consensum non tantùm simplicem, verùm etiam obligatorium patris, neq; filiis neq; aliis descendentibus in feudo antiquo nocere, *Ias. cons. 7. lib. 3. cons. 137. n. 4. l. 4.* cum multis similibus vulgatis brevitatis gratia omittimus. Ex quo sequitur, etiamsi Dominus Baro F. de Baronia controversa tanquam de feudo novo investitus fuisset, & huic investituræ consensisset, avus vel proavus Comitis R. (quorum tamen neutrum factum est) hoc Domino Comiti R. nihil obesse vel præjudicare potuisse. 375

Et sic per prædicta concludimus, quod Baronia controversa per obitum Domini J. ultimi possessoris, Domino R. Secundo, Comiti in D. per successionē acquisitam, & ab ipso ad filium suum Comitem F. transmissam atq; Dominæ Comitissæ à L. in illa Baronia nullum jus acquisitum fuerit.

CON-

CONSILIUM DECIMUM TERTIUM.

Quod item proprio non universitatis nomine auctor in eadem causa dedit.

SUMMARIA.

1. *Pro sententia iudicis, qua in rem iudicatam transivit, maximè praesumitur.*

2. *Inprimis quoad merita causa.*

3. *Et haec praesumptio iuris est, & de iure; contrariam probationem non admittens.*

4. *De effectu sententia qua in rem iudicatam transivit, plura.*

5. *Sententia lata contra defunctum, etiam haredi & successori nocet.*

6. *In tantum, ut sententia lata contra vasallum etiam feudi successori noceat, secund. quosd.*

7. *Et lata contra tenentem res restitutioni subiectas, praeiudicet illi, cui post tempus certum vel incertum res illa restitui debet.*

8. *Item lata contra Rectorem & Praelatum successori in dignitate.*

9. *Idem est, in successore in primogenitura caeterisq; dignitatibus.*

Contrar. verius nisi successores sint citati & vocati. n. 262. & 263. ubi prior opinio si sustineri potest, declar. & n. 265.

10. *Successor dignitatis tenetur etiam ex contractibus, reliquisq; nomine dignitatis gestis, declaratur num. 266.*

11. *Iudex fundamentum & potissima pars iudicii est.*

12. *De nullitate ex defectu iurisdictionis descendens.*

13. *Consuetudo, etiam penitus incompetenti iudici iurisdictionem tribuere potest, & n. 16.*

14. *Controversia feudales, vertentes inter Comites, Baron. & similes à solo Imperatore: Inter alios vasallos verò à solo domino feudi cognosci & decidi debent, fallit. n. 16.*

15. *Nec vasalli in alios iudices consentire possunt, secund. commun. & num. 251.*

17. *Consuetudine introduci potest, ut inferior in causa superioris iudicet.*

18. *Ex ordinat. Imperii, controversiarum inter Electores, March. Duces, Comites ex una, & privatos ex altera, motarum, cognitio & decisio ad Principum Consiliarios spectat.*

19. *Par*

19. *Par in parem, nec inferior in superiorem imperium habet, vel iurisdictionem exercere potest, fallit n. seq.*

20. *In causis non feudalibus iurisdictio iudicis non sui prorogari potest, fallit n. 252.*

21. *Exceptio rei iudicatæ, quando & ad quid opponi possit. Quodq; ante litem contestatam ad processum impediendū opposita & à iudice reiecta, nihilominus post litem contestatam ad merita causæ apponi possit. ibid. contrarium n. 254. & 267.*

22. *Ratio & causa in omnibus omninò dispositionibus inprimis attendenda.*

23. *Communis usus loquendi derogat proprietati verborum.*

24. *Verba enunciativa prolata per modum causæ, dispositionem inducunt.*

25. *Verba enunciativa sententiæ contra quos & qualiter plenam fidem faciant & n. 271.*

26. *Exceptione rei iudicatæ renunciari potest etiam tacitè.*

27. *Tacita hæc renunciatio ex quibus inducatur.*

28. *Omnis variatio & inconstantia reprobatur.*

29. *Incertitudo qualiter libellum vitiet & quoslibet alios actus, & n. 273. & seqq.*

30. *Nemini permittitur simul & semel ex testamento & ab intestato agere & contrariis remediis utens, repellendus est, declaratur. n. 274. & 278.*

31. *Reus pluribus exceptionibus, etiam sibi quodammodo contrariis uti non prohibetur.*

32. *Bona regulariter allodialia & libera esse præsumuntur, declaratur n. 280. Etiamsi habeant annexam regalem dignitatem.*

33. *Firmatur n. seqq. contrar. n. 156. & n. 282.*

34. *Iurisdictio iurisgentium est.*

35. *Castra à Principe concedi possunt, & regalia n. 37.*

36. *Castro concesso quid concessum intelligatur.*

38. *Sub concessione facta rebus universalib. præsertim geminatis, quando regalia veniant.*

39. *Regalia quomodo præscribi possint.*

40. *Regula, quod bona allodialia præsumantur, procedit, etiamsi in concessione castri aliorumvé bonorum sibi reservaverit dominus certum annuum censum de illis bonis solvendum, secund. quosd.*

41. *Idem est, si Princeps in concessione alicuius rei sibi reservaverit servitia, vel si possessor castri servitia præstiterit, contrar. n. 299. & 282.*

42. *Nec reservatio vel præstatio fidelitatis feudum arguit, ratio ibid. contrar. n. 157.*

43. *Bonum est argumentum à stilo.*

44. *Item à solitis & consuetis fallit, n. 283.*

45. *Et à nomine vel nominatione.*

46. *Diversitas nominum, diversitatem essentiæ denotat.*

47. *Per nominationem, probatio vel saltem præsumptio inducitur. declaratur n. 284.*

48. *Verba enunciativa etiam propter aliud emissa in antiquis plenè probant.*

49. *Verba generalia, uni tantum rei convenientia pro specialib. reputari debent.*

50. *Appellatione hæreditatis feudum non comprehenditur.*

51. *Dictio SVVM, plenum dominium denotat.*

52. *Vasallus domino, quando feudum pingve est, suis sumptibus servitia præstare tenetur,*

53. *Ad successionem bonorum simpliciter allodialium quomodo indistinctè admittantur, qui ultimo defuncto proximiores sunt.*

Quodq; secus sit, in successione bonorum annexam regalem dignitatem habentium, & n. 296.

54. *Pro substantia feudi quæ requirantur copulativè, quodq; etiam investitura requiratur contrar. n. 297.*

55. *An*

55. An verò fidelitas, & iuramentum fidelitatis & n. 298.

56. Et præstatio servitiorum & n. 157. & 299.

57. Numq; ut directum dominium rei in feudum concessæ penes dominum remaneat, & n. 300. ubi negativa, uti communior, approb.

58. Literis sigillatis ne regis quidem in eius favorem fides adhibetur, limitatur n. 301.

59. Nec Ducis alteriusvè superiorem recognoscentis in præiudicium tertij, declaratur n. 302. & 303.

60. Instrumentum referens se ad quid aliud non aliter probat, nisi de relato constet, declaratur n. 304.

61. Nihil actum reputatur, quamdiu aliquid agendum superest.

62. Instrumentum imperfectum nullam fidem facit, ut & imperfecta depositio testis. ibid.

63. Nemo alteri stipulari potest, fallit ibid. & n. 305.

64. Mandatum non præsumitur, ne quidem ex cursu longissimi temporis contrar. n. 307.

65. Nec interesse contrarium n. 306.

66. Tempus non est modus inducendi obligationem, & confirmandi ea quæ ab initio non subsistunt, fallit in tempore immemoriali n. 308.

67. Per lapsum temporis nunquam præsumitur substantia actus, declaratur n. 309.

68. Ex ijs quæ gratuitò fiunt, nulla obligatio efficax in futurum inducitur, declaratur n. 310.

69. Promissio facta personæ sub nomine proprio non dignitatis exstincto stipulatore eiusq; posteritate exspirat, declaratur n. 311.

70. Verbo manendi vel remanendi sæpè utimur in his in quibus agitur de nova adquisitione.

Impropriè tamen n. 313.

71. Verba enunciativa in antiquis non probant, quando de enunciato principaliter disputatur, decla. n. 315.

72. Vel quando status præsens probatione illi contradicit.

73. Ad constituendam servitutem quæ ultra titulum requirantur.

74. Quæ meræ facultatis sunt an & quando præscribantur, & n. 318.

75. Servitus prædio inhærens cum dominio nihil cõmune habet, nec ius dominij mutat, alterat vel diminuit, sed est accidentalis qualitas prædij.

76. In obscuris capienda illa interpretatio est, quæ cum minori onere cõiuncta est.

Vel per quam utriq; parti consulitur n. 327.

77. A successione feudali extranei hæredes repelluntur & n. 140. 148. ubi hoc ampliatur & n. aliquot seq. & n. 328.

An verò communi hoc refragetur n. 328.

78. Feudum Francum immune est à servitijs.

79. Non tamen à fidelitate & præstatione iuramenti fidelitatis.

80. Nullum simile idem est.

81. Argumentum à simili qualiter procedat & n. 930. 337.

82. Vasallus de feudo Franco liberè disponere & testari potest. contrar. n. 331.

83. Et ad eius successionem etiam extranei hæredes admittuntur, confir. ibid. contrar. n. 332.

84. A successione feudi præsertim recti, fœmina & ex ijs descendentes repelluntur, fallit n. 333.

85. Feuda regalia quæ dicantur, & an Baronia sit regalis dignitas, & n. 170. & n. 334. 238.

86. Numq; Comitatui æquiparetur de consuetudine Germaniæ & n. 171. 335.

87. Vni vel duob. Doctorib. de consuetudine attestantib. fides non habetur contrar. n. 98. 171. & 336.

88. Consuetudines à iure commun passivam interpretationem recipiunt.

89. In Baroniis non habet locum ius primogenituræ, confirm. n. seqq. contrar. num. 169. usq; ad n. 172. & n. 339. & seqq.

90. Ius primogenituræ in quibus bonis regaliter obtineat. & n. 166. & seqq. & n. 340. 341. ubi aliter quàm hic.

91. Ducatus, Marchia, Comitatus, non partibilis est sed communicabilis. contrar. n. 344.

92. Ad inducendam vel probandam consuetudinem quæ requirantur & n. 345.

93. Consuetudo primogenituræ nonnunducitur ex eo, quod ultra 100. vel 1000. annos solus primogenitus admissus est, eo casu, quando per illud tempus nulli alij quàm primogeniti extiterunt, & nu. 347.

94. An verò ex eo, quod ex ordinatione patris vel aliàs castrum vel Baronia multos annos penes primogenitum mansit. & n. 348.

95. Consuetudo quàm strictè sit intelligenda, in specie etiam consuetudo iuris primogenituræ, cont. n. 351.

96. Consuetudo iuris primogenituræ irrationabilis est, & regulariter non valet secund. multos, contrar. n 352.

97. Ducatus, Marchia, Comitatus, de consuetudine Germaniæ & Italiæ divisionem recipiunt.

99. Quæ tamen requirantur ad hoc, ut talis consuetudo valeat.

Quodq; exorbitans à iure sit & strictè intelligenda, n. 353.

100. Ius primogenituræ non habet locum in transversalibus, contrar. n. 189 & n. 356.

101. Ad ius primogenituræ non iure sanguinis quis, sed hæreditario admittitur, contrar. n. 192. & seqq. & n. 367.

102. In successionib. regnorum atque dignitatum regalium regulariter in omnibus & per omnia ius commune servatur. Declaratur n. 360.

103. Iuri primogenituræ quando derogatum intelligatur, ex sententia Socini: & sequa. quorum sententia declaratur nu. 369.

104. Et an à iure primogenituræ recessum intelligatur eo ipso, quod bona, in quib. ius primogenituræ locum habere solet, alicui conceduntur in vim feudi paterni & antiqui, & n. 361. 362. contra Socin.

105. Ad fideicommissum relictum familiæ illi qui ultra quartum gradum sunt, non admittuntur. Declaratur n. 183. & 370.

106. Testatori non licet ordinem succedendi à iure communi introductam pervertere.

107. Quodlibet feudum in dubio hæreditarium præsumitur, contrarium n. 359. & 371.

108. Ad successionem feudi hæreditarij qui & qualiter admittantur, & n. 201. & n. 358. & 372. ubi contra Curt.

109. Fœmina transversalis ad successionem feudi non admittitur, etiamsi feudum tale sit, ad cuius successionem fœmina alioquin admitti potest. contrar. nu. 373.

110. Nec ascendentes descendentib. in feudum succedere possunt, declatur. nu. 374.

111. Quod procedit non in novis solùm sed & antiquis feudis, contrar. num. 375.

112. Fœmina semel à feudo exclusa, perpetuò exclusa manet. confirm. n. seqq. contrar. n. 213. & seqq. & n. 376.

113. Fœmina quo casu ad successionem feudi admittuntur, admissæ intelliguntur sub conditione, si tempore delatæ conditionis nulli masculi extiterint. contra. n. 378.

114. An idem obtineat etiam in alijs iurib. & successionibus.

115. Quævis simplex exclusio regulariter perpetua est, cont. n. 377.

116. Fœmina semel exclusa à successione feudi, etiam ex ea descendentes exclusi censentur. Declaratur n. 384.

117. Fœmina per masculum semel exclusa effectus exclusionis perfectus est & consummatus, contrar. n. 380.

118. Successio in feudum est successio singularis, contrar. n. 381.

119. In feudo semper de una eademquè successione agitur. Declaratur n. 382.

120. Con-

120. Consuetudines feudales quatenus à iure communi exorbitant extra terminos de quib. loquuntur, ad alios casus trahi non possunt.

Aliter & quod consuetudo etiam odiosa, & non exorbitans solum, sed & iuris communis correctoria vel aquiparata extendatur, n. 386.

121. Declaratur regula quod ad successionem feudi, cuius fœmina capax esse potest, fœmina non admittatur, quamdiu masculus superest.

122. In causis feudalibus decidendis potissimùm attendendam consuetudinem loci, in quo feudum situm est, comprobatur ibid. & n. 208.

Etiamsi feuda sint regalia, vel habentia regalem dignitatem annexa n. 124.

123. An valeat consuetudo ut in bonis feudalib. quilibet hares succedat, sicut & in allodialib. fit. & n. 387.

125. Consuetudo qua reducimur ad ius commune, favorabilis censetur.

126. An sicut consuetudine provincia, sic & unius familia introduci possit, ut in feudis succedatur secundum communis iuris dispositionem.

127. Sufficit constare de maioris partis provincia consuetudine quoad successionem. declaratur n. 402.

128. Consuetudo succedendi in aliis bonis tàm feudalib. quàm allodialib. etiam ad Baronias extenditur, ratio ibid.

129. Consuetudo notoria probatione non indiget.

130. In notoriis ordo iuris nō requiritur.

Notorium tamen allegans probare ne debet n. 399.

131. Quando etiam invalidus actus sustineatur.

132. In iudiciis servanda aqualitas.

133. Indefinita regulariter universali aquipollent. fallit n. 398. & 401.

134. Testamentum nuncupativum non valet, nisi adhibiti sint septem testes rogati & omni exceptione maiores. fallit n. 139 & 255. 408.

135. Ad probandum item testamentum septem testes requiruntur, cum simul de voluntate & solennitate testamenti controvertitur, declaratur n. 409.

136. Verba enunciativa testamenti dispositiònem non inducunt. fallit n. 256. 258. & 410.

137. Nec nominatio testatoris consanguinitatem probat.

138. Ad bona aliqua tanquam hæres ab intestato agens, ad illa eademq; tanquam hares ex testamento experiri non potest. declar. n. 260.

139. Qualiter testamentum coram iudice conditum ratum sit sine septem testib.

140. Ad successionem feudi non admittitur is, qui non trahit originem à primo adquirente, etiamsi ipse vel primo adquirenti vel ultimo defuncto vel utriq; sanguine iunctus sit, atq; etiam sit hares ultimi defuncti.

Comprobatur multis n. seqq. ampliatur n. 148. & seqq. n. 152. 153. 154. 155.

141. Fratri absque liberis intestato defuncto, frater ab intestato successor & hares est.

142. In dubio quis prasumitur intestatus decessisse & sine liberis.

143. Prasumptionibus legum qualiter inharendum.

144. Frater fratri in feudo novo non succedit, & n. seqq.

145. A quo removetur significatio, ab eodem removetur & effectus rei.

146. Verbum HAERES in materia feudali quomodo accipiatur & n. 149.

147. Dominus non debet habere vasallum de quo non cogitavit.

148. Feudum sua natura ad hæredes extraneos non transit, ampliatur ibid. & n. seqq.

150. In rebus sua natura ad extraneos haredes non transeuntib. appellatione haredum tantum descendentes veniunt.

151. An ad successionem Emphyteusis Ecclesiastica adquisita pro se & haredib. extranei admittantur.

153. An conclusio illa, quod à primo adquirente originē non trahens, ad successionem

nem feudi non admittatur, procedat in feudo pecunia comparato.

154. Et an in tali feudo ad cuius successionem fœmina per pactum vel statutum admittitur.

155. Numq. indistinctè in omnibus omninò feudis degenerantib. & improprijs.

158. Regnum, Ducatus, Comitatus, Baronia, etiamsi allodialia sint, nihilominus tamen ad sanguinis successores tantum transeunt, & n. 165.

Comprobatur hæc opinio multis ibid. & n. seq. & n. 160, ubi illa dicitur communiter recepta.

159. Baronia quãta dignitas & n. 170.

161. A communi in iudicando non recedendum.

162. Pœna iudicis à cõmuni recedentis.

163. Fœmina succedunt in dignitatib. regalib. allodialibus & hæreditariis etiam habentibus administrationem cum mero & mixto Imperio, secund. magis commu. & n. seqq.

164. Sententia quæ magis communis dicatur.

165. Regnum ad illos qui de domo regia non descendunt, nequaquam transit, etiamsi tota domus deficiat, sed novus Rex hoc casu per populum eligendus.

166. Ius primogenituræ habet locum in omnibus dignitatibus secularib.

167. Etiamsi illæ non feudales sed allodiales sint.

168. Nunc verò hoc ius non solùm generali totius orbis consuetudine verum etiam iure divino, civili & gentium introductum esse & n. 341.

172. Barones possunt milites & nobiles creare.

174. Consuetudinem iuris primogenituræ, ut & reliquas una familia introducere potest.

175. Bona in quibus ius primogenituræ obtinet, quoad successionem æquiparantur feudo.

176. Et rebus per legatum vel fideicommissum relictis familiæ ea conditione, ut in illa semper maneant.

177. Ad successionem rei quàm quis tacitè expressè pro se & descendentib. vel liberis suis sobolevè sua adquisivit, quomodo omnes omninò descendentes admittantur.

178. Etiam ad Emphyteusin ecclesiasticam sui adquisitam.

179. In successione feudi cõsideratur natura sanguinis nõ hæreditaria successio.

180. Ad successionem feudi an admittatur is qui habito respectu ad primum adquirentem ultimo defuncto, an verò qui primo adquirenti gradum proximior est.

181. In successione feudi quæ sanguinitas attendatur.

182. In dignitatib. sive bonis habentib. annexam dignitatem, successio non est restricta ad gradum aliquem.

184. Concessio facta à Principe alicui & familiæ suæ sive descendentib. suis, ad omnes omninò descendentes irrevocabiliter transit. Firmatur n. seqq.

185. Concessio à Principe facta sempiterna est & perpetua.

186. Et in dubio realis censetur.

187. Vis temporis immemorialis. & n. 308.

190. In transversalib. quomodo & qualiter ius primogenituræ locum habeat.

191. An res relicta familia simpliciter ea conditione, ne extra familiã alienetur, ad heredẽ extraneũ ab intestato transeat.

193. Hæreditas non adquiritur, nisi aditione interveniente, secus est in bonis in quibus ius primogenituræ obtinet.

194. De bonis in quib. ius primogenituræ locum habet, nec Falcidia, nec Trebellianica detrahitur.

195. Nec legitima.

196. Nec in illis ad collationem quis tenetur, etiamsi ultimo possessori ex parte hæres sit.

197. In bonis quæ habent annexam dignitatem secularem, nemo successori per contractum vel testamentum præiudicare potest.

198. Et hæc bona censentur restitutioni subiecta.

199. Et feudis æquiparantur, & quidem feudis ex pacto & providentia.

200. In

200. *In feudo & pacto & providentia succeditur iure sanguinis.*

202. *Ex cursu temporis longissimi omnia requisita in actu intervenisse præsumuntur.*

203. *Dictionis copulative, natura.*

204. *Adæquatio in dubio intelligitur in omnibus & per omnia facta.*

205. *An ad bona in quib. ius primogenitura locum habet, fœmina admittatur.*

206. *Valet consuetudo, quod ad feudi successionem fœmina & descendentes ex iis admitti debeant.*

207. *An stante tali consuetudine fœmina etiam transversalis & semel exclusa ad successionem feudi admittatur & n. seq. & n. 209.*

209. *Textus plures intellectus habens, ad causarum decisiones allegari nequit.*

210 *Pactum consuetudine debilius est, neq. de hoc ad illam negative argumentum procedit.*

211. *Exclusio per statutum vel consuetudinem facta, est species quadam exhæredationis.*

212. *Quod & obtinet in exclusione fœminarum à feudi successione facta.*

213. *Text. c. 1. §. Quin etiam. Episc. vel Abb. quatenus dicit fœminam semel exclusam à successione feudi, ulterius ad illud non admitti intelligitur, ut locum habeat, donec masculus superest.*

Firmatur hoc multis ibid & n. seq. usq. ad n. 220.

214. *Secundo genitus per primogenitum semel exclusus non intelligitur perpetuò sed temporaliter exclusus.*

215. *Semel exclusus quando demum censeatur perpetuò exclusus.*

216. *Exclusio fœminarum quæ in feudis propter masculos fit, respicit tantum favorem masculorum.*

217. *Personale privilegium ad alios non extenditur.*

218. *Exclusionis causa cessante & ipsa exclusio cessat.*

219. *Fœmina exclusa ab una successione non intelligitur ab alia exclusa, & exclusa à successione patris non prohibetur fratri succedere secund. commun.*

221. *Opinio fortiorib. rationib. innitendens sequēda, etiamsi cōmunis cōtraria sit.*

222. *Fœmina habilitata ad dignitatem regalem hæreditariam & allodialem non extantib. per existentiam masculorum semel ut illa exclusa, mortuis masculis ad illam rursus admittitur.*

223. *Feudū est res restitutioni subiecta.*

224. *Vt & bona quæ habent annexam secularē dignitatē vel ius primogenitura.*

225. *A quib. exclusus non perpetuò, sed donec excludens superest, exclusus censetur & n. 227.*

226. *Fœmina quomodo feudi capax fiat.*

227. *Fœmina per statutum vel consuetudinem ad successionem feudi admissa, reducitur ad ius commune.*

228. *Regula quæ vult fœminam à successione feudi semel exclusam intelligi, si quo casu procedit, non tamen obtinet in feudo improprio secund. commun. contra Alciat.*

229. *Consuetudo provinciæ inducens ius primogenituræ, valet etiam in illis bonis in quib. alioquin illud ius locū non habet.*

230 *Sententia stricti iuris est & strictè intelligenda.*

231. *Sub dispositione generali regulariter non cōprehenduntur feuda & n. 365.*

232. *Nec illa quæ feudis æquiparantur, ut sunt bona annexam dignitatem habentia & n. 366.*

233. *Nec regalia.*

234. *Nec casus specialiter privilegiati & n. 404.*

235. *Nec causæ graves & ardua & n. 242.*

236. *Dispositio generalis affirmativa, restringitur ad casus habentes eandem rationem & causam.*

237. *In generali sermone ea tantum veniunt quæ moris sunt & consuetudinis.*

238. *Verba generalia restringi debent ad solita moderata non nimium gravia.*

239. *Item ad verisimilia, & cogitata disponentis.*

240. *Ad id quod æquum est.*

241. *Et quod rationis est.*

Itemq. ad naturam actus, & possibilia. n. 243.

242. Vbi de gravi praiudicio agitur, specialis & individua expressio requiritur.

244. Sententia debet intelligi secundum ius commune.

245. Et verisimilem mentem pronunciantis.

246. Et ut quàm minime ius condemnati ladat.

247. Sententia lata in iudicio possessorio non parit exceptionem rei iudicata iudicio petitorio.

248. Vt nec lata in quovis summario iudicio plenario praiudicat.

249. Probationes facta in iudiciis summariis fidem in iudiciis plenariis non faciunt.

250. In iudicialib scientia & patientia, consensum & tacitam confessionē inducit.

253. Sententia lata a iudice non suo per se & ipso iure nulla est & usq; ad 30. annos impugnari potest.

255. In quorum testamentis nec rogatio nec solennis numerus testiū requiratur.

257. Verba quando principaliter prolata dicantur.

259. Testamentum conditum ad interrogationem alterius ratum est.

264. Sententia iudicis quomodo in dubio interpretanda.

268. Verba sententia secund. subiectam materiam intelligenda.

269. Exceptio generalis generaliter accipi debet, ut comprehendat omnes casus sub illa generalitate comprehensos.

270. Communis usus loquendi in facto consistit & probanda est.

272. Privatio habitum prasupponit.

275. Vtilitas clausula omni meliori modo, via, iure & forma.

276. Pœna privationis iuris sui, nunquā habet locum nisi in casib. à iure expressis.

279. Obscuritas, generalitas & incertitudo, quib. casib. reprobatur libellus, non ipso iure sed ita demum, si pars contra illum excipiat, nullus est.

280. Prasumptio quamlibet rem libe ram pręsumens, eiusmodi sit & quomodo elidatur.

281. Persona qualitas ex quib. cognoscatur.

285. Allegans quem nulla bona prater feudalia habere, probare debet secund. commun.

286. Appellatione bonorum feuda non comprehenduntur.

287. Appellatio hereditatis & haredis quando ad feudum & feudi successores restringatur.

288. Probatio non concludens, probationis nomen non meretur, nec prasumptionem quidem inducit.

289. Fœmina pro se ipsa marito suo absq; consensu domini feudū in dotē dare potest.

290 Et vicissim maritus donationem propter nuptias uxori sua constituere.

291. Donationi propter nuptias in multis aquiparatur constitutio victalitij.

292. Quib. casib permittatur vasallo feudum sine consensu domini inperpetuum vel ad tempus certum in certumvè alienare remissivè.

293. Depositio testium parte adversa absente & nō citata receptorum rata non est.

294. Nec depositio eorum qui non solenniter iurarunt.

295. Quando vasallus domino servitia proprijs sumptib. prastare non cogatur.

302. Scriptura privata quando probet etiam in favorem scribentis, etiam contra tertium.

312. In antiquis plus fidei instrumentis quàm testib. habetur.

314. A proprietate verborum non recedendum.

315. Literis sigillatis sigillo authentico & subscriptis à testib. quoad narrata & asserta in illis plena fides adhibenda, inprimis in antiquis.

317. In contractib. Principū, Comitum & Baronum dominium rei etiam sine traditione transfertur, secund. mult.

318. Vasallus contra obligationem ad servitia libertatem non prascribit, etiamsi per mille annos domino servitia non prastiterit nisi in casib ibid.

319. Prascriptio cū mala fide nō procedit.

320. Etiamsi immemorialis sit.

321. Quod procedit tam in foro civili quàm Canonico secund. commun.

322. Mala

322. Mala fides defuncti haredi nocet, licet is in bona fide sit vel præscriptionem à se incipere velit.

323. Quod procedit tàm civili quàm Canonico iure secund. comm.

324. Et obtinet in omnibus hæredibus in infinitum usq;. Firm. ibid.

325. Accidentia substantiam non mutant. Declaratur ibid.

326. Legum præsumptiones sunt liquidissimæ probationes.

329. Baronia quoad successionem feudo æquiparatur secund. commun.

336. Laus Zasii & Frider. Schenck.

342. Ius Primogenituræ in quibus favorabile reputetur, & propter publicam utilitatem introductum.

343. Dispositio omnis publicam utilitatem respiciens quam favorabilis & pia sit quàmq; latè interpretanda.

Favor utilitatis publicæ ibid.

346. In consuetudine tanti temporis cuius in contrarium memoria non extat, non debet quæri de actibus.

348. Possessio iuris Primogenituræ ex quibus probetur, & n. seq.

349. Geminatio actus quid operetur.

350. Actus celebratus ab eo qui legis condendæ potestatem habet, an & qualiter constitutionis vigorem obtinet, etiamsi superiorem recognoscat.

363. Clausula instrumenti tàm ex clausulis præcedentibus quàm sequentibus declarationem recipit.

364. Contrahentes se iure communi conformare voluisse præsumuntur.

367. Relatis qualiter referenti insit.

368. Appellatione partis nonnunquam totum comprehenditur.

379. Doctori sine lege vel ratione non credendum.

382. Semper amplectendus intellectus proprietati verborum magis conveniens, & subiectæ materiæ.

383. Et firmiorib. rationib. nitens.

385. Etiã de iure civili à successione rerum adquisitarum pro se & descendentibus suis, extranei hæredes repelluntur.

388. An consuetudo publicæ utilitati contraria introduci possit.

389. Testium dicta ut probent quæ requirantur.

390. Ordinarius iudex in testem productus, an alteri causam delegare possit.

391. Consuetudo est difficilis probationis.

392. Consuetudo plenè & perfectè probanda & n 400.

393. Consuetudo qualiter per testes probetur & n. seq. & n. 395.

394. Et an causam dicti reddere debeant non interrogati.

397. Probatio non necessariò concludens ne indicium quidem facit.

398. In depositionibus testium indefinita oratio non æquipollet universali & n. 401.

400. Ad probandã consuetudinem quã ad ius commune reducimur, an probationes alioquin insufficientes admittantur.

403. Consuetudo ubi viget, qualiter iuris communis appellatione veniat.

405. Consuetudo interrumpitur per unicum actum difformem.

406. Vis confessionis propriæ.

407. Præsertim in scriptis factæ.

411 Depositiones testium sic semper intelligi debent, ne contraria sibi sint.

412. Testes de auditu alieno deponentes saltem præsumptionem faciunt secund. commun.

413. Testes ne habeantur pro singularibus, sufficit in unum eundemq; finem convenire.

414. Depositiones testium in dubio sic intelligenda sunt, ne singulares sint.

415. Diversitas temporis & loci an & quando testes singulares reddat.

416. Aliquot casus in qui bus singularitas vel diversitas testium non nocet, nec depositiones vitiat.

417. In testamentis Ducum, Comitum & similium legitima solennitates non requiruntur, sed sufficit, quoquomodo de mente testatoris constare.

Divini numinis implorato suffragiu, sine quo nihil fœlix vel faustum,

Auff die zugesandte Acta, in Sachen zwischen des Wolgebornen vnnd Edlen Herrn F. Graffen zu D. weiland Graff R. des Andern/ seligen Sohns Vormunden/ Klägern vnnd Appellanten an einem/ vnd der auch Wolgebornen vnd Edlen Frawen J. Witwen zu L. vnd Frawen zu S vnd W Beklagte vnd Appellanten anders Theils/ belangend die Succession der Herrschafft B. erachte ich nach fleissiger Vorlesung vnd Bewegung derselben Acten/im Rechten ergründet vnd zu erkennen seyn/daß nach Absterben ohne Leibeserben weiland des Wolgebornen vnnd Edlen Herrn J. Freyherrn zu B. vnnd C seliger vnnd wollöblicher Gedechtnis/ die Herrschafft B. mit ausschliessung der B.klagten vnd Appellanten (so W. des Verstorbenen Mutter Schwester Tochter ist/vnd wolgedachten Herrn Graffen R. zu D. des verstorbenē Herrn J. Vatern Schwestern Enckels Sohn sive pronepos gewest) verfellet vnd von S. G. auff desselben Sohn Graff F. jetzigen Supplicanten ferner gebracht vnnd transmittiret, vnd daß derowegen in voriger Instanz vbel gesprochen vnd wol appelliret, daß auch das in voriger Instanz gesprochene Vrtheil dergestalt zu reformiren, daß nach Absterben Herrn J. Freyherrn zu B. vnd C auff Graff R. zu D. mit ausschliessung beklagten Gräffinnen zu L. die Herrschafft B verfellet sey/ wie dieses mit nachfolgenden Rechtsgründen ausgeführet vnd dargethan wird.

Ut autem hujus Decisionis veritas magis elucescat: Ego primò adducam illas rationes, quæ huic decisioni refragari videntur. Deinde hanc decisiunum legibus & rationibus concludentib. confirmabo. Tertiò, ad contraria respondebo, ut quilibet videre & intelligere possit, hanc nostram decisionem verissimam esse, & jure aperto niti.

Primò itaq; contra hanc nostram decisionem adduci potest exceptio rei judicatæ. Namq; ex parte Comitissæ à L. prætenditur & allegatur, an. 1555. in judicio, des Erb vnnd Sterbhauses zu Erdbrocke auff der Veluwe, in lite & controversia intra quondam generosum & nobilem Dominum R. Comitem in D. patrem moderni Comitis Appellantis actorem ex una, & Comitissam à L. ream, ex altera, sententia lata Comitissæ à L. ut cognatæ hæredi & successori proximiori in missionem in possessionem omnium & singulorum bonorum Baronis J. defuncti, & sic inter cætera etiam Baroniæ controversæ decretam, illamque sententiam propter desertam appellationem ab illa à Comite R. interpositam in rem judicatam transivisse. Ideoq; neq; Comiti R. licuisse, ne Comiti F. ejus filio licere, hanc sententiam impugnare, & contra illam petere se declarari, quoad Baroniam controversam successores Comitis J.

Namq; pro sententia judicis † quæ in rem judicatam transivit, maximè præsumitur, *c in præsentia, extr. de renunc. Inn. c. benè .extr. de elect. Abb. c. sicut. col. 1. in fin. arg. ill. text. & ibi Felin. extr. de sent. & re judic. Bald. l. rem non novam. C. de judic. Signor. cons. 87. circ. fin Fred. cons 59. Cuman cons. 7. Rom. cons. 334. Abb. cons. 73. col. 3. lib. 1. Alex. cons. 22. lib. 2. Barbat. cons. 18. col. 6 lib. 1.* 1

Et hoc generaliter quidem verum, potissimùm autem procedit quo † ad merita causæ, sive quoad hoc quod judex ad ita pronunciandum motus fuerit ex justa causa & vera, *Bald. cons. 492. col. 2. in fin. lib. 3. Alex. cons. 105. in pr. lib. 3. Socin. cons. 158. col. 3. lib. 2. Dec c. super eo. col. 1. in fin vers. quartus & ultimus casus extr. de appell. Dec. c. consuluit. col. 1. ante fin. extr eod. tit.* 2

Illaq; præsumptio † descendens ex sententia, quę in rem judicatam transivit, non est præsumptio simplex, sed est præsumptio juris & de jure, contra quam nulla probatio admittitur, *c. cum. inter. extr. de sent. & re jud. c. cum dilecti. extr. de elect. Fulg. cons. 166. ad fin. Roman. cons. 334.* 3

Quinimò illud † propriè & verè constare dicitur, de quo per sententiam liquet, *Ias l. qui Romæ. §. Augerius. n. 2. arg. ill. text. ff. de verb. oblig.* & sententia notorium inducit, *c fin. extr. de cohabit. Cler. & mulier.* & pro veritate habetur, *l. ingenuum. ff. de stat. hom l. res judicata, & ibi Dec. & Cagnol ff. de reg. jur.* usq; adeò ut sententia quæ in rem judicatam transivit, faciat de albo nigrum & de nigro album, *Bald. c. 1 nosti. extr. de elect.* atq; & naturalia sanguinis vincula mutet, & illud quod falsum est, verum efficiat, non essentialiter sed quo ad effectum, *Bald. c. in præsentia. extr. de renunciat. Aym. Cravet. cons. 79. n. 1. lib. 1. Cagnol. d. l. res judicata.* 4

Ideoq; Bald. dicere solebat, quod sententia diffinitiva solenniter lata, faciat omnia rata haberi inter litigantes, faciatq; eum filium qui filius non est, & patrem qui non est, aiq; sit ut altera natura, jus faciens atq; originem creans, prout hoc dictũ Baldi refert atque sequitur, *Curt. jun. cons. 23. circ. fin. Cagn. d. l. res judicata. n. 2.* & contra rem judicatam non valet neq; sententia lata, *l. 1. C. quand. provoc. non est neces. gl. & Dd. l. si diversa. C. de transact.* neq; rescriptum impetratum, *l. causas, C. de transact l. fin. C. sent. rescr. non*

posse

posse c expofita extr. de arbitr. neq; tranfactio inita, *arg. l. 1. l & post rem. in pr. & l. post rem judicatam ff de transact. l. acta, & ibi gl. & Dd. ff. de re judic.*

Prætereà, puft fententiam quę in rem judicatam tranfivit, nihil ulterius quærendũ eft, *l. post rem judicatam. ff. de re jud.* & per fententiam quafi cunctahitur, *l. 4. §. idem fcribit & ibi gl. Bart. & Dd. ff. de peculio.*

Et clati juris eft, quod nemini permittatur contra factum five contractum, proprium nempè vel factum five contractum proprium impugnare, *l. ficut. C. de act. & oblig. l. in commodato. §. ficut. ff. commod. Bart. Bald. Alber. & Dd l. post mortem. ff. de adopt. Bald. conf. 403. nu. 8. lib. 3.*

Et fic videtur dicendum per prædictam fententiam, quæ in rem judicatam tranfivit, fatis liquere & cunftare, de jure Dominæ Comitiffæ à L. quod videlicet ipfa fit proximior cognata, fucceffor & hæres Baronis J. quodq; ad ipfam tanquam hęredem proximiorem Baronia controverfa fpectet & pertineat, atq; Dn. Comiti R. nullo modo nec licuerit nec permiffum fuerit, illam fententiam impugnare, vel contra illam petere, fe declarari fucceſſorem proximiorem dicti Baronis J. quoad Baroniam controverfam.

6 Secundò, † fententia lata contra defunctum, etiam hæredi five fucceffori nocet & præjudicat, *Card. Par. conf. 5. n. 36. lib. 1. arg. l. 1. C. fi penden. appell. mors interve. l. ex contractu. & ibi gl. & Dd. l fæpè. ff. de re jud. c. quamvis. extr. eod. tit.* ficut & contractus & quilibet alius actus à defuncto geftus hæredi five fucceffori nocet, *l. ea quæ à patre C. de teftam. milit. l. cum à matre. C de rei vendic. l. qui in jus. & l. ex qua perfona. ff. de reg. jur.*

6 Et hoc ufq; adeò verum eft, ut † fententia lata contra vafallum, etiam fucceffori feudi noceat, *Ang. Imm. & Alex. l. filiusfamiliâs. §. divi. ff. de legat. 1 Alex. l. fæpe. n. 110. ff. de re jud. Iac. de S. Geor. in tract. feud. verb. & dicti vafalli n. 33. Arius Pinel. rep. l. 1. part. 3. n. 48. C. de bon. matern.*

7 Similiter & fententia † lata contra tenentem res reftitutioni fubjectas, nocet illi cui poft tempus certum vel incertum, illa res reftitui debet, *Ang. & Ioan. de Imm. l. filiusfamiliâs §. divi. & ibi Alex. n. 9. Iaf. lect. 1. n. 47. lect. 2. n. 91. Ripa. n. 60. Ferdin. Loaz. nu. 126 C. conf. & Cr[illegible]. 38. ff. de leg. 1. Alex. 133. n. 4. lib. 1. Fel. c. quamvis. col. fin. in pr. extr. de fent. & re judicat.*

8 Eodem modo † fententia lata contra Rectorem & Prælatum fucceffori in dignitate, Prælatura nempe vel Rectoratu nocet, *c. cum inter. extr. de fent. & re jud. Oldr. conf. 94. n. 18. Panor. conf. 62. lib. 1. Aym Crav. conf. 10. n. 8. Tiraquell. in tract. de primog. quæft. 33. num. 18.*

Succeffori quoq; † in Primogenitura reliquisq; dignitatibus fententia lata contra prædeceſſorem etiam in præjudicium dignitatis nocet atq; præjudicat, *Oldr. conf. 94. n. 19. Albert. l. pen. C. de donat. int vir. & ux. Matt. Laudenf. in tract. de primog. quæft. 46. Tiraq. in tract. de primog. quæft. 35. n. 17. Arius Pinel. repet. l. 1. part. 3. n. 48. C. de bon. mater.* 9

Prout etiam ex † contractibus initis reliquisq; geftis nomine dignitatis, fucceffor in dignitate tenetur & obligatur, *Gemmina. c. Abbate fane. §. fed ad hoc. num. 1. & ibi Philip. Franc. n. 2 de fentent. & re judic. lib. 6. Io. an. Andr. Anton. de Butr. & Dd. c. 1. & ibi Panorm. nu. 1. Fel. nu. 1. & Dec. nu. 1. extr. de probat. Alber. de Rofat. l. digna vox num. 3. & ibi Paul. Caftrenf. nu. 4. C. de ll. Bald. c. fignificavit. nu. 4. & ibi. Anton. de Butr. num. 3. & Panormitan. num. 4. extr. de refcript. Bald. c 1. §. Marchio num. 4 de his qui feud dar. poff. Baldus c. 1. §. imperialis, num. 8. argument. illius text. de pac. conftant. Petr. de Anchoran. c. Abbate fane, notab. 14. de fentent. & re judic. lib. 6. Bertach. in tract. de Epifcop lib 4. part. 4. n. 187. Luc. de Pen. l. hi quos. col. pen verf. ad omnia generali. C. de fund rei privat lib. 11. Steph. Bertrand, conf. 43. num. 9. lib. 7. Mandell. conf. 67. num 1. lib. 1.* 10

Igitur videtur dicendum, prællegatam fententiam in favorem Comitiffæ a L. latam, non tantùm Comiti R. quo vivo pronunciata fuit, verùm etiam filio & fucceffori ipfius præjudicare.

Tertiò, licet † judex fit potiffima pars & bafis ac fundamentum, Duxq; & Imperator judicii, *Bald. rubr. C fi à non compet. judic.* 11

Ideoq; † judicatum dici nequeat ab eo, qui jus dicendi poteftatem non habuit, *l. 1. §. fin. ff. ad Tertullian. l. 1. §. hæc verba. ff. quod quisq; jur. l. 2. in fin. ff. de pæn.* Et nullitas hujufmodi ftatuto, vel fub alia difpofitione nullitates rejiciente non comprehendatur, *Angel. l. non erit. §. dato. ff. de jurejur. Felin. c. ex parte. el. 2. col. 7. extr. de offic. deleg. Felin. rub. verf. tertium fundamentum. extr. de for. compet. Felin. c. paftoralis. extr. de except. Alex. conf. 79. in fin. lib. 7.* ubi ipfe atteftatur, hanc opinionem communiter receptam effe. 12

Illaq;

Illaq; nullitas ex defectu jurisdictionis descendens, sit irreparabilis & insanabilis. *Sebast. Vant. in tract. de nullit. rubr. ex defectu jurisdi. ord. n. 6.* usq; adeò, ut si alia nullitas sit evidens, ex actis eam revocare possit, etiã parte absente & ad hoc nõ citata, *Abb. c. causam quæ, not. 3. extr. de rescr. Ægid. concl. 207. circ. fin Fel. c cum olim. col 7. extr. de sent. & re judic.*

13 Attamen dubio omni caret, quod † consuetudo jurisdictionem tribuere etiam penitùs privato & de incompetenti judice competentem efficere possit, *l. more & ibi gloss. Ias. Dec. & Dd. ff. de jurisd. omn jud l. cum prætor, § item & bi. & ibi gloss ff. de judic. l. 1. cum gloss. C. de emancipat l vicos. & ibi Bartolus. C. diversf. offic. c. fin. §. fin. extr. de offic. Archid. c. duo. extr. de offic. ordinar. c. dilecti, & ibi glos verb. consuetudinem. extr. de arbitr. c cum contingat. & ibi Felin. nu. 2. extr. de for. compet. gl. c. conquestus. verb. consuetudo. 9. quæst. 3.*

Quod procedit, etiamsi ultra incompetentiam judici alii defect⁹ obstet. Ideoque receptum est, consuetudine introduci posse, ut quis etiam in causa suorum judicandi munere fungatur, *c. 1. junct. gloss. verb. punire. de pœn. lib. 6. Dd. c. cum contingat. extr. de for. compet Alex. l. qui jurisdictioni. & ibi Ias. num. 9. Imm. 9. ff. de jurisd. omn. judic.*

14 Et licet † controversiæ feudales vertentes inter Comites, Barones & similes à nullo alio, quàm Imperatore cognosci & decidi possint & debeant, *c. 1. apud quem vel quos. §. 1. in pr. de leg. Corrad. Curt. in tract. feud. part. 7. nu. 2.* & cognitio controversiarum feudalium inter alios vasallos ad solum Dominum feudi spectet, *c. 1. §. pen & ibi Dd. de prohibit. feud. alien. per Frider. c. 1. de controvers. feud. apud part. termin. Curt. in tractat. feud part. 7. num. 4.*

Usque adeò, ut secundum commu-
15 nem & receptam Dd sententiam † vasalli in alium judicem consentire vel alterius judicis jurisdictionem prorogare nequeant, *Bart. l 1 ff. de judic. Bart. Alex. Ias. & D. l. 1. §. & post operis. ff. de oper. nov. nunciat. Innocent. Hostiens. Ioann Andr Felin. Dec. & Dd. c. cæterum. extr. de judic. Curt. jun. in tractat feuda part. 7. num. 19.*

16 Consuetudine † tamen induci potest, ut causæ feudales indistinctè apud alium judicem & cognoscantur & decidantur, *Bald. c. 1. §. præterea si inter. de prohib. feud. alienat.. per Frider. Abb. c. novit, col. 3. extr. de judic. Curt. jun in tract. feud. part. 7. nu. 13.*

Similiter consuetudine introduci potest,
17 ut † minor sive inferior in causa superioris sive majoris judex esse possit, sicut hoc satis probatur ex eo, quod consuetudinibus feudalibus, cautum est, in causa feudali inter Dominum & vasallum, Pares curiæ, licet ipsi sint inferiores & minores Domino, judices esse, *c. 1. de contro. feud apud part. termin. c 1. §. pen & ibi Dd de prohibit. feud. alienat per Frider. c. 1. de controv. inter vasall. & Episcop. Innocent Felin. Dec. & Dd c cæterum. extr. de judic. Alvar. c 1. col. 4 apud quem vel quos* usq; adeo, ut procedat, etiamsi illi Pares sint inferiores, non tantum Domino, sed utroq; litigatorum, *Bald. in proœm. Decre. rub. 1. col. 4 vers. quæro, quidam vasalli. Felin. d. c. cæterum. col 9. extr. de judic. Curt. in tract. feud. part 7. num. 34.*

Item ex eo, † quod in ordinationibus novellis Imperii Germanici cautum est, ut controversiarum inter Principes, Electores Marchiones, Duces & Comites ex una, & privatis ex altera, ad Consiliarios illorum Principum, quos Principib. inferiores esse dubio caret, cognitio & decisio spectet. 18

Cum itaq; in casu præsenti perhibeatur, consuetudine receptum esse, ut causæ etiam feudales & inter Barones super Baroniis vertentes, ad cognitionem & decisionem der Ritter vnd Knechte des Erbhauses zu Erdbeck/ pertineant, videtur dicendum, illis judicibus exceptionem incompetentiæ nullo modo obstare vel objici posse.

Quartò, licet neq; † par in parem, neq; 19 inferior in superiorem, imperium habeat, vel jurisdictionem exercere possit, *l nam Magistratus. ff. de recept. arbit. l. ille à quo. §. tempestivum. ff. ad SC. Trebell. l. Pomponius. §. fin. C. de appellat.* Attamen minori permittitur in majorem quidem, sed super eo jurisdictionem non habentem, jurisdictionem exercere, *Ioan. de Anan. c. 1. col. pen. & ult. extr. de raptor. Petr. de Anch. Clem. 1. notab. 1. de for. competent. Felin. c. cum inferior. n. 2. extr. de majoritat. & obed.*

Cum itaq; neq; Comes à D. neq; Comitissa a L. licet ipsi sint majores quoad dignitatem judicibus ordinariis des Erbhauses zu Erdbeck/ inq; illos ullam penit⁹ jurisdictionem vel superioritatem ratione jurisdictionis non habeant, videtur dicendum, illorum sententiam impugnari non posse ex illo capite, quod ipsi dignitate inferiores sint.

Quintò, consensu litigantium in causis 20 non feudalibus, † juris[illegible]tio etiam judicis non sui prorogari, & litigantes etiam in judicem non suum consentire possunt, *l. 2. ff de judic Bart, Alex. Ias. & Dd. l 1. §. & post operis ff. de oper. nov. nunc.* usq; adeo, ut etiam supe-

superior se inferioris & minoris jurisdictioni subjicere possit, *l. est receptum ff. de jurisd. omn. jud.* Cum itaq; in casu præsenti prætendatur, hactenus probatum non esse, bona controversa feudalia esse, & Comitem R. conveniendo Comitissam à L. coram prædictis judicibus ipsorum jurisdictionem prorogasse, videtur dicendum, sententiam latam ab illis judicibus tanquam à judicibus incompetentibus, etiam ex hoc capite impugnari non posse.

21 Sextò, exceptio rei † judicatæ opponi potest & ante litem contestatam ad impediendum processum, sive litis ingressum, & post litem contestatam ad merita causæ, prout hoc, quod illa exceptio opponi possit ante litem contestatam ad impediendũ litis ingressum sive processum, expresse probat *tex. c. 1. & ibi Dd. de litis contest. lib. 6. & tradunt Dd. communiter. l. nam & postea in pr. ff de jurejur. & aliis locis vulgarib.* Quod vero hæc exceptio opponi possit post litem contestatam ad merita causæ, prout & aliæ quælibet peremptoriæ, expressè probat *text. l. peremptorius. C sent. rescin. nõ poss gl Bald. & Dd. l. exceptionem. C. de probat. gl. & Dd. c. exceptionem. extr. de exception.*

Etsi exceptio rei judicatæ ante litem cõtestatam, ad processum sive impediendum litis ingressum opposita à judice tacitè vel expressè rejecta fuerit, illa nihilominus post litem contestatam ad merita causę opponi potest, *Bald. l elegantur §. si quis post. ff. de condict. indeb. Rom l. ait prætor. l. a 2. & ibi Ias. n. 21. ff. de jurejur.* Ex quo infertur, licet in casu præsenti, exceptio rei judicatæ à Domina Comitissa à L. ante litem contestatam ad impediendum litis ingressum opposita, & à Dominis judicib. tacitè vel expressè rejecta fuerit, hoc tamen Dominæ Comitissæ non obstare, quo minus ipsi permittatur post litem contestatam eandem exceptionẽ rei judicatæ ad merita causæ admittere.

22 Septimò, in † omnibus omninò dispositionibus ratio sive causa dispositionis inprimis attendenda & servanda est, *gl l. 2. verb. rationem vel legem C quæ sit long. a consuet. Bart. l. contra legem. ff. de ll. Iac. Aret. & Cyn. l. quicunq. C de serv. fugit. Ias. l de quibus. col. 1 ff. de ll.* & ratio ampliat atq; extendit quamlibet dispositionem, *l. regula. §. pen. & fin. ff de jur. & fact ignor. l. cum mulier. ff. solut. matrim. l. nomen debitoris. § fin ff de legat. 3. l 2. §. mater. vers. quid si curatores & vers. quid si decesserint. ff. ad Tertul. Bald l. quod dicitur arg. ill. tex. ff. de pact.* Similiter & causa cujuslibet dispositionis illam dispositionem restringit, extendit & declarat, *Rom cons. 16.* & qualis est causa, talis censetur effectus per jura vulgaria.

Ex quo infertur, licet verba sententiæ latæ im Erbhäuse vnd Sterbhause zu Erdbeck / possessorium tantùm respicere videantur, cum tamen ratio sive causa illius sententię etiã petitorium respiciat, sicut hoc liquet ex illis verbis, als die neheste Blutverwandte / per illam sententiam non tantùm decidi litem possessorii, verùm etiam litem sive causam petitorii. Et sic sententiam latam in illo judicio, in præsenti judicio parere exceptionem rei judicatæ.

Octavò, licet in sententia lata im Erbhause zu Erdbeck, sint excepta die herrlichen Güter: attamen illam exceptionem tantùm intelligi de illis dignitatib & Baroniis quæ feudales sunt, pars adversa probare nititur, tum per depositiones testium, tum per constitutionem Imp. Caroli, tum per communem usum loquendi, qui communis usus loquendi in omnib. omninò dispositionibus, attendendus, sequendus & propriæ † verborum significationi præferendus est, *l liberorum § quod tamen Cas. & ibi Bart. ff. de legat 3 l ut Alphenus. l. vulgaris. & l. anniculus. ff. de verb. sign. c. quamvis & ibi Ant. de Butr. & Abb. extr. eod. tit. c. quanquam. 2. quæst. 7. Bart & Ias. Rub ff. de oper. nov. nunc.* 23

Nono, verba † enunciativa prolata per modum causæ, etiam dispositionem induunt, *l emptor. §. ancillam. & ibi Bart & Bald. ff. de rei vendic. Bart. l. cum tabernã §. idem quæsit. arg. ill text. ff de pignorib Bart l qui volebat ff de hæred instit. Bart. l si socer. § Lucius. & ibi Dd ff. sol. matrim Bart. l demonstratio falsa §. fin. ff. de cond & demonst. Bart. l. ex hac scriptura. ff de donat. Ias. l ex his verbis. n. 2. limit. 9. C. de testam. milit. Aym. Crav in tract. de antiq. temp. par. 1. §. ampliatur. n. 32. 45. & 46.* 24

Præterea, verba † enunciativa sententię probationem inducunt contra illos, quib. præsentib. sententia prolata est, *Bart. l 1 C. de relat Bart l fin ff. quando appellandũ sit. Bald. cons 217. lib. 4. Abb. cons. 92. col 1. lib. 1. & cons 60. in fin. lib 2. Cæpoll cons 63. col. 3 & 4. Cæpol caut. 86. Alex cons. 42. in pr. lib. 4 Dec cons. 42 col. 6. vers secundò hoc deducitur. Anchera. decis. Tholossan q. 328 Bart. auth. si quis in aliquo n. 13. & ibi Ias. num. 11. C. de edend.* 25

Idem est in sententia lata contra absentem & contumacem vera contumacia. Namq; verba enunciativa sententiæ contra illam similiter plenam & omnimodam, fidem faciunt, *Rota decis. 301. incip si petatur. Aret. cons 62. col. 2. Gemma cons 53. col. 3. circ. med. Corn. cons. 278. col. 2. lib. 2.*

Cum

Cum itaq; in casu præsenti in sententia prolata à judicibus des Erbhauses zu Erdbeck dictum sit, Comitissæ à L. tanquam cognatæ proximiori esse decretam immissionem in possessionem bonorum Comitis J. defuncti, & sic illa verba tanquam cognatæ proximiori sint posita, non tantùm enunciativè, verùm etiam per modum causæ, videtur dicendum, illa verba dispositionem inducere & perinde haberi, atq; si in illa sententia expressè pronunciatum esset, Comitissam à L. esse cognatam, hæredem & successurem proximiorem Comitis J. aut saltem hoc ipsum plane & sufficienter probare.

26 Decimò, licet † exceptioni rei judicatæ renunciari possit, *l. jurugentium. §. si paciscar. & ibi Dd de pact. gloß. & Dd. l. acta. ff. de re jud.* non tantùm expressè, verùm etiam tacite, *Dec & Cagn. l. res judicata. ff. de reg. jur.*

27 Itaq; tacita renunciatio sententiæ inducitur eo ipso, † quod quis patitur adversarium disputare de justicia sententiæ, & probare contra justitiam sententiæ, *Innoc. c. cum dilecta. extr. de rescr. c. cum Berthold. extr. de sent. & re jud. Ant. de But. & Panor. c. quoniam contra. & ibi Dec. n. 38. extr. de probat. Ant. de But cons. 27. col. 3. Abb. cons 89 lib. 1. Roman. cons. 174. in fin. Fr. Aret cons. 73. col. 2. Ias. l. patre furioso. n. 22. ff. de his qui sunt su. vel alien. jur. fac. text c. 1. extr. de restit. spoliat.* Hoc tamen non procedit, si pars adversa vel contradicat, vel contra hoc protestetur: tunc enim per hoc, quod quis de justitia sententiæ disputat, vel injusticiam ejus probare nititur, exceptioni rei judicatæ renunciatum non intelligatur, *Fr. Aret. d. c. quoniam. contra. col. 21. & ibi Dec. n. 38. extr. de probat. Zas. l. 4. §. si ex conventione. n. 6 ff. de re jud. Zas. l. judex postquam. n. 9. ff. de re jud. facit id quod tradit Bald. & Alex. l. certi condictio. §. quoniam. ff. si cert petat. Cæpoll. cautel. 86.*

Cum itaq; Domina Comitissa à L. contra actionem, probationes & disputationes Domini Comitis à D. semper & opposuerit exceptionem rei judicatæ, & de illa protestatus sit, sequitur dici vel prætendi non posse in casu præsenti exceptioni rei judicatæ à Domina Comitissa renunciatum esse.

28 Undecimò, omnis † variatio & inconstantia reprobatur, *Clem. 1. & ibi gl. & Card. de renunc. Spec. tit. de relatio. §. 2. vers. sed pone. fac. text. l. qui falsò. ff de testib l. eos qui. ff. ad l. Cor. de fals. c. mutare. & ibi Dyn. de reg. jur. lib. 6.*

29 Et incertitudo † vitiat tam libellum, *c. 2. & fin. & ibi Fel. extr. de libel. oblat. gl. l. fin. C. de ann except. Dd. l ubi autem. § qui illud. ff. de verb. oblig* quam quemlibet alium actum, *l. duo sunt Tity. ff. de Testam. tutel. l. si fuerit. ff. de reb. dub. l. cum ex pluribus. ff. de manumiß. testam. l. si quis de pluribus. ff. de re jud.*

30 Nemini quoq; † permittitur simul & semel ex testamento & ab intestato agere, *l. fin. & ibi Ias. & Dd. C. de jur. Codic. l. quamdiu. ff. de acq. hæred. l. antequam. C. comm. de succeß. l. quamdiu ff. de reg jur.* & is qui contrariis remediis utitur, repellendus est, *l. 1. & ibi Dd. C. de furt.* atq; eligenti unam viam ad aliam regressus non datur, *l. quod in hæredem. § eligere. ff. de tributor. action.*

Sed in casu præsenti prætenditur, quod actor semel causam testati & intestati in judicium deducat & asserat, Baroniam cōtroversam nunc feudalem, modò verò allodialem esse, igitur videtur dicendum, actorem etiā ex hoc cap. repellendum esse.

Nec Dn. Actor ex eo se juvare potest, quod ipse prætendit, Dominam ream similiter & variasse & pluribus exceptionibus usam. Namq; rei sunt favorabiliores Actoribus, *l. favorabiliores ff. de reg. jur. l. Arrianus. ff. de act. & obligat.*

31 Et reis † permittitur indistinctè uti pluribus exceptionibus, *l. nemo prohibetur. ubi Bart. Socin. & Dd. ff. de except. c. nullus plurib. de reg. jur. lib. 6.* etiamsi illæ quodammodo cōtrariæ sint, *Bald. cum de indebito. not. 2. ff de condict. indeb. Bart. auth. contra quæ propriam vers. ultimo suas. & ibi Bald. col. 4. vers juxta prædicta. C. de non numer. pecun.*

Duodecimù videtur dicendum, bona controversa esse non feudalia sed allodialia & libera.

32 Namq; regulariter † quælibet bona præsumuntur allodialia & libera, nisi probetur atq; fides fiat, illa bona feudalia esse, *Bald. c. 1. §. 1. arg. ill. tex. & ibi Dd. si de feud. defunct conten. And de Isern c. 1. arg. ill. tex. juncta. gl. 2. de controv. int. masc. & fœm. Host & Ioann. And. c. fin. verb. respondere. & ibi Dd. extr. de jud. Host. Ioan. And. Ant. de Butr. Abb. Ioan. de Anan. & Dd. c. citius. extr. de jurejur. Ioan. Andr. in addit. ad Specul. §. quoniam. vers. 21. verb. cessante tit. de feud. Bald l libertas. ff. de stat. homin. Alex. cons. 129. col 1. lib. 1. cons. 55. nu. 19. lib. 4. & cons. 15. lib. 5. Iacob. de S Geor. in tractat. feudal verb. de castro rubro. col. 3. Curt. sen. consil. 75. col. 1. Dec. consil. 467. consil. 498. consil. 588. num. 3. Ias. l si prius nu. 41. ff. de oper. no nunc. Ias. cons. 239. in fin. lib. 2. Alb. Brun. cons. 1. cons. 82. cum sequenti Alciat. in tract.*

tractat. de præsumpt. reg. 2. præsumpt. 3. Laurent. Sylvan. cons. 3. num. 75. & cons. 60. num. 1. Carol. Molin. in consuetud. Paris. tit. 2. § 46. quæst. 1.

Et concessio quælibet in dubio præsumitur libera & non feudalis, *Oldrad. cons. 159. dub. 1. Alber. de Rosat. in rub. C. de donation. Iacob. de S. Georg. in tractat. feud. verb. investivi talem. col. 3. Andr. de Isern. c. 1. in fin. in addit. ex quib. causs. feud. amittitur. Alex. consil 24. col. 4. lib. 5. Dec. cons 32. col. 1. cons. 269. cons 390 & cons. 413. Cardin. Paris. cons. 4. num. 8. lib. 1 Socin jun. cons. 102. nu. 9. & 10. lib. 2.*

Et confirmatur ex eo, quia feudum est quodammodò contractus, *gloss. l si usufructus in princip. ff. de usufruct.*

Et in dubio præsumitur, quamlibet rem esse liberam ab omni servitute, *l. altius de servitut. l. fin. C. eod. tit. Ias. l. si priùs. num. 40. ff. de oper. nov. nunc.*

Et hoc procedit non tantùm in inferio-
33 ribus feudis, verùm etiam in † civitatibus, castris & territoriis etiam habentibus regalem dignitatem annexam, quales sunt Baroniæ, Comitatus, namque & illæ in dubio præsumuntur esse non feudalia, sed allodialia, *Bald. c. significavit. & ibi Panormit. num. 4. extr. de rescript. Ioann. Andr. Anton. de Butr. Abb. & Dd. c. nimis. extr. de jurejur. Alciat. in tractat. de præsumpt. regul. 2. præsumpt. 3. num. 2. Laurent. Sylvan. cons. 3. nu. 76. lib. 1. & cons. 60. num 1. lib. 2.*

34 Et confirmatur ex eo, namque † jurisdictio jurisgentium est & de jure gentium inventa, *Ias. l. ex hoc jure. num. 2 ff. de justit. & jur.* Similiter & universitates civitatum, castrorum & villarum jure gentium inventæ sunt, *Abb. c. dilecti. extr. de excus. Prælat. arg. l. ex hoc jure. & ibi Dd. ff. de justit. & jur.*

35 Castra † quoque alicui a Principe concedi posse, dubio omni carere videtur, *Felin. c. caussam quæ num. 13. extr. de rescript.*

36 Et concesso castro, † intelligitur in accipientem translata etiam jurisdictio: item, merum & mixtum imperium castro cohærens, *Bart. l. 1. num. 16. & ibi Alex & Ias. num. 15. & Dec. ff. de jurisd. omn. judic. Bart. l. inter eos. ff. de acquir. rer. domin. Bald l. final. col. 2. & ibi Ias. num 9 ff. de constitut. Princip. Alex. l. 3. in princ. ff de acquir. possess. Bart l. fin ff. solut. matrim. Bald. Alvarott. Præpos. & Matth. de Afflict. c. 1. in princ. de Cap. qui cur. vend. Alex. cons. 142. Alvarott. c. 1. §. final. num. 4. quib. mod feud. amitt. Socin. cons 74. lib. 1. Iacob. de S. Georg. in tractat. feud. verb. & cum mero & mixto imperio. num. 8. Cardin. Paris. cons. 20. lib. 1.*

Deinde quoque cuilibet licitum atque permissum est, civitatem, castra & fortilicia in suo proprio fundo constituere, *Ias. l. ex hoc jure. num. 4. argum. illius text. ff de justit. & jur.*

Nec etiam videtur esse verum, quòd regalia non sint in commercio nostro.
Namque † regalia præsertim illa, quæ non 37
tendunt in magnam diminutionem Imperii, a Principe & expressè concedi possunt, nisi quæ specialiter quibusdam conceduntur, quæ sunt regalia, *Andr. de Isern. & Matth. de Afflict. rub. quæ sunt regalia. Bart l. prohibere. §. planè. ff. quod vi aut clam. Ioann. Andr. c. grandi, de supplen neglig. Prælat. lib. 6 Abb. c. intellecto. extr. de jurejur. Ias. cons. 45. dub. 2. lib. 1. Dec. c. 1. num. 7. extr. de probat. Dec. cons. 191. col. 1. Socin. jun. cons. 80. nu. 43. lib. 3. Laurent. Sylvan. cons. 96 num. 16. lib. 2.*

Quinimò, sub concessione facta verbis
† universalibus, præsertim geminatis rega- 38
lia veniunt eo casu, quando verba sunt apta regalia comprehendere, *Paul de Castr. consil 63. lib. 1. Cuman. cons. 162. num. 3 Ias. consil. 45. num. 5. lib. 1. Socin. jun. cons. 80. num. 36. lib. 3. Aym. Cravett. cons. 209. num. 8. Ioan. Cephal. cons. 150. Laurent. Sylvan. cons. 95. num. 16. lib. 2. facit gloss. Clement. 1. verb. quibuscunq; de judic.*

Præterea etiam † regalia præscribi pos- 39
sunt, præsertim præscriptione illius temporis, cujus in contrarium memoria non extat, *c. super quibusdam. §. præterea & ibi Abb. extr. de verbor. significat. Abb c. cum nobis. col. 2. extr. de præscription. Bart. l. si Publicanus. §. final. ff. de Publican. Bald. cons. 340. col. 2. lib 5. Aym. Cravett. in tractat. de antiquit tempor. 4. par. §. absolutis. num. 13. Ias l. de quib. col 12 ff. de ll. Franc Balb in tractat. de præscript. 2. par. 5 part. princip. quæst. 1. & quæst. 3.*

Et hoc usque adeò verum est, ut in præscriptione illius temporis, cujus in contrarium memoria non extat, scientia Principis non requiratur, etiam nec eo casu, quando de regalibus præscribendis agitur, *Alex. cons 6. col. 3. lib. 1. cons. 24. col. 5. lib. 5. Felin. c. de quarta. column. fin. & c. cum nobis. col. 2. extr. de præscript. Dec. cons. 85. col. 1 cons. 241. col. penult. cons. 271. col. 1. & cons. 496. col. 2. Alex. Rubeus cons. 21. col. 3 Francisc. Balb. in tractat. de præscript. 2. part. 5. part. princip. quæst. 3. princip. quæst. 2. Aym. Cravett. in tractat. de antiquitat. tempor. part. 4. §. absolutis. num. 14. Laurent. Sylvan. cons. 95. num. 5. lib. 2.*

Et sic nihil videtur obstare, quò minus etiam regalia alicui competentia, sive bona regalem dignitatem annexam habentia, allodialia censeri, reputari & præsumi debeant.

40 Et prædicta regula, † quòd quælibet bona in dubio præsumantur esse allodialia, usque adeò verum est, ut procedat, etiamsi in concessione castri vel aliorum bonorum Dominus sibi reservaverit certum annuum censum, sibi de illis bonis solvendum, Namque nihilominùs illa bona allodialia censentur & præsumuntur, *Innoc. & Bald. c. fin. extr. de causs. possess. & propr. Ias. l. si prius. num. 42. ff. de nov. oper. nunc.*

41 Idem quoque juris est, si Princeps † in concessione alicujus rei sibi reservaverit servitia, vel si possessor castri aut aliorum bonorum, de illis bonis Principi servitia præstiterit. Namque propter talem vel reservationem vel præstationem servitiorum, non præsumitur nec præsumi potest, castrum sive aliam rem esse feudalem, sed allodialem, *Oldrad. cons. 159. Alber. de Rosat. rub. col. 2. C. de donat. Ias. in prælud feudor. num. 12. Alciat in tractat. de præsumpt. reg. 2. præsumpt. 3. num. 2. Ang. l. 2. C. de ingen. & manum. l. liberos. l. 2. C. de liber. causs. l. non dubito. ff. de cap. & postlim. revers. Clem. Pastoralis. col. penult. vers. eo modo. de sent. & re judicat.*

42 Eodem modo & ex † reservatione sive præstatione fidelitatis feudum argui vel probari nequit, *Paul Castrens. cons. 161. incipien. in præsenti caussa col. fin. versic. nec obstat quòd appellat eum fidelem Corn. cons. 15. col. 5. versic. nisi respondeatur. lib. 1. Dec. cons. 413. Socin. jun. cons. 102. nu 23 & 30. lib. 2.*

Eam ob caussam, quia non tantùm vasallus ratione feudi, verùm etiam omnes omninò subditi ratione bonorum sive domicilii, Principi sive superiori ad fidelitatem obstricti sunt, *c. 1. & ibi Dd qualit. vasall. jurar. debean. Bart. in constit. ad reprimend. versic. totius fidelitatis Alex. Rub. cons. 11. Cravett. cons. 27. nu. 1. lib. 1.*

Et clari juris est, quòd non probat hoc esse, quod ab hoc contingit abesse, *l. neq; natales. C de probation. l. non hoc, & ibi Ias. & Dd. C. unde legit.*

Cùm itaque prout pars adversa prætendit, in casu præsenti hactenus probatum non sit, Baroniam controversam feudalem esse, videtur dicendum, quòd Baronia controversa allodialis censeri & præsumi debeat, illique præsumptioni standum sit, donec contrarium probetur.

Deinde, ultra hanc præsumptionem juris, hoc quòd Baronia controversa allodialis sit, probari videtur per epistolam missam a Carolo Duce Geldriæ ad F. Baronem in B. & C. cujus copia una cum duplica à Comitissa a L. sub litera A. producta est, dum videlicet illa epistola a Duce Geldriæ scribitur sive mittitur ad prædictum Baronem F. simpliciter tanquam ad Dominum in B. nulla facta mentione vasallagii vel fidelitatis. Cùm tamen alioquin non tantùm in Ducatu Geldriæ, verùm etiam in tota Germania usu, stylo & consuetudine receptum sit, ut Principes scribentes vel mittentes literas ad Comites, Barones, Nobiles reliquosque vasallos, semper fidelitatis vel vasallagii mentionem faciant. Et sic videtur dicendum, per illam epistolam satis probari saltem præsumptionem, Baronem in B. ratione Baroniæ non esse vasallum, nec Baroniam controversam esse feudum Ducis Geldriæ.

Tum, quia † bonum est argumentum à stylo, *Abb. c. 2. arg. illius text. junct. gloss. & ibi Felin. num. 16 & 17. extr. de rescript. Abb. c. ex parte el. 1. extr. de offic delegat. Abb. c. cum instantia prope fin. extr. de censib. Abb. c. cum ex parte extr. de Capell. Monachor. Felin. c. Rudolphus verb. cæterum, extr. de rescript. Felin. c. ex literis, extr de constit. Cardin. Parif cons. 44. num. 8. 17. & 19. lib. 1. & cons. 14. num. 9. & 10. lib. 4.* 43

Tum, quia bonum est argumentum † à solitis sive consuetis, illudque semper factum esse præsumitur, quod fieri consuctum est, *l. quod si nolit. §. quia assidua, & ibi Bald. ff. de ædilit. edict. l. si prius. §. rectè placuit, & ibi Bart. & Alexand. ff. de aqu plur. arcend. Bart. & Roncbegall. l. nemo est, qui nesciat. ff. de duob. reu. Nicol. Everhard. in loco ab usitato.* 44

Tum; quia † à nomine sive nominatione bonum argumentum est, & nomina sæpe rebus conveniunt, *l à nullo. C. de feriis. l. decernimus. C. de Episcop. & Cleric. §. est & aliud. Institut. de donation.* 45

Et diversitas † nominum diversitatem essentiæ denotat, *l. si idem, & ibi Bald. & Dd. C. de codicill.* 46

Tum,

47 Tum, quia per † nominationem, probationem vel saltem præsumptionem induci traditum est, c. *per tuas, & ibi Dd. extr. de probat. c. transmissæ, & ibi Dd. extr. qui fil. sint legitim. Bart. l. non epistolis. C. de probat.* facit id, quod tradit *Bart. in constit. qui sunt rebelles verb. Lombardiæ. Imol. & Hostiens. c. cùm ab Ecclesiarum extr. de offic. ordinarij. Petr. de Anchoran. Clem. si summus Pontifex de sentent. excommun. Anton. de Butr. in proœmio decretal. verb. Gregorius Episcopus, & ibi Felin. num. 21. præsertim in antiquis.*

48 Namque in † antiquis, verba enunciativa vel narrativa etiam propter aliud emissa, plenam fidem & probationem faciunt, sive illa verba enunciativa sint prolata à Principe, *Dominic. c. si Papa. col. 2. de privileg. lib. 6. Alex. cons. 6. col. fin. lib. 1. & cons. 15. col. 2. lib. 5. Dec. cons. 146. col. penult. & consil. 152. col. penult. Ias. cons. 65. col. 5. lib. 3.* sive à privato, *gloss. & Dd. c. cùm olim extr. de censib. Anton. de Butr. & Dd. c. final. extr. de success. ab intest. Bald. & Dd. l. cùm aliquis. C. de jur. deliberat. Alex. cons. 12. col fin. cons. 74. col 2. lib. 4. cons. 90. col. 3. ad fin. lib. 6. Ias. consil. 24. col. 2. lib. 3.*

Similiter huc, quòd Baronia controversa allodialis sit, videtur probari per apocham ejusdem Ducis Caroli, cujus copia unà cum duplica Comitissæ à L. producta est, in qua Dux Carolus confitetur, Daß Herr Friderich von Brunckhorst J. F. G. zu gute auff sein Erbe vnd Gut eine Summa Geldes auffgebracht / quæ verba nullis alius bonis Baronis F. conveniri possunt, nisi Baroniæ à B. cùm Dominus F. tantùm duas Baronias habuerit, nempe Baroniam à B. Baroniam a C. quarum posteriorem feudum esse, notorium est, & dubio omni caret. Et sic illa apocha perinde haberi debet, atque si illa verba, Erb vnd Gut / expressè relata essent ad Baroniam a B.

49 Eam ob caussam, quia verba † generalia, quæ non nisi uni rei conveniri possunt, pro verbis specialibus haberi, & periude censeri debent, atque si de illa re in illa dispositione specialis mentio facta fuisset, *l. 2. & ibi Dd. ff. de liber. & posthum l. si dao, & ibi Bart. & Dd. ff. de leg. 1. l. patronus. §. 1. ff. de legat. 3. l. si tibi. §. 1. & ibi Bart. ff. de opt. legat. §. nominatim. Instit. de exhæred. lib. c. ex parte el. 1. & ibi gloss. Panorm. & Felin extr. de offic. delegat. Ias. cons. 56. column. penult. lib. 2.*

Et per consequens, ex illa apocha videtur colligi, Baroniam controversam non feudalem sed allodialem esse.

Tum, quia aliud est † hæreditas, & aliud est feudum, & appellatione hæreditatis feudum non comprehenditur, per jura vulgaria. 50

Tum, quia dictio † Suo sive Suum, dominium & quidem plenum denotat, *Andr. de Barolo & Bart. l. 1. C. de thesaur. lib. 10. Bart. l. si qui suis. ff. de manumiss.* 51

Hoc etiam, quod Baronia controversa allodialis sit, videtur probari ex eo, quia Dominus Baro J. constituens uxori suæ victalitium in Baronia a B. reliquisq; bonis feudalibus, Domini feudi consensum requisivit, ad constitutionem verò victalitii in Baronia controversa, ipse nullius penitùs Domini consensum requisivit vel adhibuit, sed in illa uxori suæ victalitium constituit, nullius consensu vel auctoritate requisita, ut in bonis suis liberis & allodialibus.

Eodem modo, hoc quod Baronia controversa non sit feudalis sed allodialis, probatur per depositiones testium sub lit. BB. CC. DD. & MM. qui testes expressè dicunt, se non aliter nec scire, nec audivisse, nec comperisse, quàm quòd Baronia controversa sit allodialis, & ab omni nexu feudi & servitii penitùs libera & immunis.

Idem etiam probat dispositio testis sub litera KK. dum videlicet ille testis deponit, Daß Herr Jobst Freyherr zu Brunckhorst öffentlich bekandt vnd angesaget hat/daß J. G. die Röm. Keys. Majest. für seinen Landesfürsten erkennete / sonsten were Brunckhorst ein freyer Bodem / da kein Mensch in dieser Welt einige Gerechtigkeit zu hette.

Quam confessionem Baronis J. in suum atq; successorum suorum præjudicium, plenam & indubitatam fidem facere, dubio omni carere videtur, *l. Publia. §. fin ff. depositi. l. generaliter. C de non numer. pecun. Bart. l. cùm falsa. num. 8. C. de jur. & fact. ignorant.*

Ultimò hoc probatur per depositionem testis sub litera MM. dum videlicet ille testis deponit, Ducem Geldriæ stipendia solvisse equitibus illis, quos Dominus Baro J. suæ illustri Celsitudini in subsidium miserat.

Ex quo similiter videtur inferri, bona controversa non esse feudalia, cùm † vasallus obligatus sit Domino feudi, eo casu, quantum feudum est pingue, præstare servitia suo victu suisque sumptibus, *Specul. in tit. de feudis. §. quoniam. num. 22. Bald. c. 1. de Capitan. qui cur. vendid. Alvarot. c. 1 de nov.* 52

 form.

form. fidelit. Bald. l. qui manumittitur. C. de oper. libert. Alex. l. si non sortem. §. libertis. num. 14. ff. de condict. indebit. arg. l. suo victu, de oper. libert.

Et sic per prædicta videtur satis sufficienterque probatum esse, Baruniam controversam, non feudalem, sed allodialem esse.

53 Sed certum est, quòd ad † successionem bonorum allodialium admittantur illi, qui ultimo defuncto lineæ proximiori sanguine conjuncti fuit, nullo habito respectu agnationis vel cognationis, *Auth. post fratres. la 2. C. de legit. hæred. §. si verò neq; Auth. de hæred. ab intestat. venientib.*

Nec etiam eo casu, quando non extant fratres vel filii fratrum illius, de cujus successione agitur, illud in consideratione habetur, a quo bona defuncti, de quibus controvertitur acquisita fuerint, & utrum is, qui succedere cupit, originem traxerit a primo acquirente, an verò nun, *Ioann. Fabr. & Angel. §. si plures. Instit. de legit. agn. success. Tiraquell. in tractat. de utroq; retract. part. 1. §. 11. gloss. 10. num. 1. & §. 14. gloss. 2. num. 1.*

Cùm itaque Comes R. à D. Domino J. Baruni in B. fuerit conjunctus in sexto gradu consanguinitatis, Comitissa verò a L. illi conjuncta sit quarto gradu cognationis, videtur dicendum & concludendum, Dominam Comitissam à L. excluso penitùs Comite Domino R. a D. ejusque filio, ad successionem tam Baroniæ in B. quam omnium bonorum allodialium Baronis J. defuncti admittendam.

54 Decimo tertiò, pro † substantia atque essentia feudi videtur copulativè requiri investitura, fidelitas sive juramentum fidelitatis & servitia. Namque investitura non tantùm est actus feudalis concessionis, *Socin cons. 257. lib. 2. Godzad cons. 8. num. 21.* & optimum signum ad cognoscendum an sit feudum, *Innoc. c. veritatis extr. de jurejurand. Ias. in præluď. feud. num. 12. vers. item investitura. Godzad d. cons. 8. num. 21. arg. c. per tuas extr. de donat.* sed nullum feudum constitui potest absque investitura vel illo, quod pro investitura habetur, *c. 1. quib. mod. feud. constit. potest. c. 1. qui testes sunt necess. ad novam investitur. proband. Matth. de Afflict. c. 1. col. penul. ex quibus causs. feud. amitt. Matth. de Afflict. decis. Neapolitan. 129. num. 3. Socin. jun. cons. 102. num. 28. lib. 2.*

Et is, qui nun petit investituram intra annum & diem ab eo tempore, quo tempus petendi investituram currit feudo, etiam antiquo privatur, *c. 1. in princip. quo temp. miles. c. 1. in princip. quæ fuit prima caussa. c. 1. in princip. de Cap. Corrad. c. 1. §. præterea, si quis de probib. feudi alien. per Frideric.*

Fidelitas † quoque pro substantia atque essentia feudi requiritur, *Zas. tractat. feud. parte 1. num. 8. facit text. c. 1. §. nulla per quos fiat investit.* usque adeò, ut Dominus feudi cum vasallo expressè conveniri vel pacisci nequeat, ne vasallus ipsi ad fidelitatem obligatus sit, *Ioan. Alvarot. in prælud. feud. in secunda divisione, & ibi Præpos. num. 24 Curt. in tractat. feud. 7. quæst. 1. part. princip. Zas. in tractat. feud. ultima parte. num. 35. Alex. consil. 30. num. 19. lib. 1.* 55

Et licet juramentum fidelitatis vasallo remitti possit, *c. 1. §. nulla, per quos fiat investit. c. 1 in fin quando domin propr. feudi privetur. c. 1. §. 1. & ibi Alvarott. Præpos. & Matth. de Afflict. quæ fuit prima caussa. c. 1. in princip. de Capit. Corrad.*

Attamen præstatio juramenti fidelitatis inter cætera est optimum signum discernendi feudum ab allodio; *Godzad. cons 8. num. 22 argum. c. 1. de forma fidelit. & c. 1. de nova form. fidelitat.*

Illudque feudum, pro quo juramentum fidelitatis non præstatur, est feudum degenerans & improprium, *Alvarot & Præpos. in prælud. feudor. division. undecima. Zasius in tractat. feudal. part fin. num 34.*

Et vasallus, cui juramentum fidelitatis remissum est, nihilominus ad omnia illa, quæ in juramento fidelitatis continentur, obstrictus est, *Ioann. Andr. in addit. ad Specul. rubr. de præscript. col. final. Alvarott. c. 1. §. 1. num. 6. & ibi Præpos. num. 1 quæ fuit prima caussa. Alex. cons. 30. num. 19. lib. 1. Ias. in prælud. feud. num. 114. Petr. Rebuff. in sua arbore feudali. division. nona. Curt. in tractat. feudali parte 1. quæstion. 7. Zas. in tractat. feudali part. ultima. num. 34.*

Ex præstatione quoque † servitiorum non tantùm colligitur rem aliquam feudalem

dalem

dalem esse, *Cyn. Auth. ingressi. C. de SS. Eccles. Bald. Auth. si quas ruinas. col. 3 C. eod tit Bald. in addit. ad Spec. tit. de locat. col. 3. Ias. in prælud. feudor. col. 5. in princip. Matth. de Afflict. decis. 159. num. 4. Socin. jun. cons. 102. num. 2. lib. 2.* sed servitiorum personalium præstatio pro substantia, atque essentia feudi requisita est secundum aliquorum Dd. sententiam, *Iacob. de Belvis. c. 1. §. est & alia. & ibi Alvarot. num. 6. & Præpos. num. 1. quæ fuit prima caussa. arg. c. 1. de milite vasallo, qui arma bellica depos.*

57 Quinimò † ultra prædicta requisita aliqui Dd. concludunt, pro substantia atque essentia feudi requiri, ut directum dominium penes Dominum maneat, & utile tantùm in vasallum transferatur, *Zas. in tractat. feud. part. 1. num. 8.*

Cùm itaque in casu præsenti prædicta quatuor requisita quoad Baroniam controversam probata non sint, etiam ex hoc videtur dicendum, Baroniam controversam feudum reputari vel censeri non posse.

58 Decimo quartò, † instrumentum sigillatum sigillo Domini E. Ducis Geldriæ, videtur nihil penitùs operari, neque quoad servitia, neque quoad onus aperiendi & tenendi apertum castrum Brunchorst nec ullam fidem vel prubationem facere.

Tum quia illud instrumentum est tantùm sigillatum sigillo Ducis E. & quoad onus aperiendi & tenendi illud castrum apertum favorem illius Ducis respicit, & certum est, quòd literis sigillatis nedum Ducis, sed nec Regis quidem in favorem ipsius Ducis vel Regis fides adhibeatur, *Bald. consil. 464. num. 2. lib. 1.*

59 Tum quia literis † sigillatis sigillo authentico illius Ducis vel Principis qui superiorem recognoscit, in præjudicium tertii nulla fides adhibetur, *Abb. Felin. & Dec. c. post cessionem. extr. de probat.*

Tum quia assertioni Ducis vel Principis superiorem recognoscentis fides non adhibetur in præjudicium tertii, *Alex. consil. 112. lib. 3. Felin. c. cùm à nobis. col 2. extr. de testib. Dominic. cons. 96. col 3. Dec. cons. 410. col. 3. in fine. Curt. jun. cons. 61. col. 5.*

Præsertim in iis, in quibus agitur de gravi præjudicio, *Socin. inter consilia Curt. senior cons. 20. col. 5. in fine Curt. sen. cons. 21. col. 11. Francisc. Aretin. c. cùm à nobis. extr. de testibus.*

Tum, quia illud instrumentum principaliter continet reciprocam promissionem factam à Duce Geldriæ Comiti G. & de vicissitudinaria obligatione Comitis G. tantùm relativè fit mentio in isto instrumento.

Et certum est, quòd † instrumentum referens se ad quid aliud, non aliter fidem faciat nisi de relato constet, atque fides fiat, *Auth. si quis in aliquo. C. de edendo. l. ubi autem. §. fundi. & ibi Zas. ff. de verbor. obligationib.* 60

Tum quia usitatum atq; consuetum est, ut in contractibus reciprocis duo instrumenta fiant, vel si illi contractus uno instrumento comprehensi fuerint, ut illud instrumentum utriusque partis sigillo sigilletur, quod cùm in casu præsenti factum non sit, videtur dicendum; illud instrumentum nullam fidem facere eam ob caussam, quia ex contractu imperfecta nulla oritur obligatio; *l. contractus. & ibi Doctores. C de fide instrument.*

Et nihil actum esse reputatur † quamdiu aliquid agendum superest, *l. penult. C. ad Senatusconsult. Syllejan.* 61

Atque † instrumentum imperfectum sive non continens integrum & tutum negotium, nullam penitùs fidem facit; prout etiam nihil probat depositio testis, qui vel non integrè narrat illud negocium, de quo agitur, *gloss. l. Lucius. verb. debeant. & ibi Bald. ff. de his qui not. infam. Roman. cons 91. colum. 2. & cons. 305. ante finem. Ias. l. eleganter. ff. de condict. indeb. Ripa repet. l. admonendi. nu. 188. ff. de jurej. rand.* vel qui tantùm deponit de tr. ctatu, *gloss. l. eleganter in princip. verb. idem puto. & ibi Ias. ff. de condict. indeb. Bald. c. final. colum. final. extr. de jurau. calum. Bald. c. 1. in princ. de prohib. feudi alien. per Lothar. Bald. l. multum interest. C. si quis alteri vel sibi. Alex. cons. 13. col. penult. lib. 1. Dec. cons. 128. Francisc. Ripa l. 1. post princip. ff. ad Senatusconsult. Trebell.* 62

Tum, quia illud instrumentum continens stipulationem alteri factam.

Et certum est, † quòd nemo alteri stipulari possit, *l. stipulatio ista §. alteri. & l. si mihi & Titio, in princ. ff. de verbor. obligat. §. alteri. Institut. de inutil. stipulat.* usque adeò ut nec consanguineus consanguineo, *gloss. l. fidejussoris. ff. de pact. arg. l. 3. §. sed & si forte. ff. judicatum solvi. l. debita. §. fin. ff. ad Senatusconsult. Trebell.* Nec frater fratri stipulari possit, *Ias. d. §. alteri. limit. 3.* 63

Tum, quia licet Procurator sive Mandatarius, item & is, cujus pecuniariter interest, alteri stipulari possit, Attamen hactenus prubatum non est, neque interesse stipulantis neque quòd stipulator Dux nempe E. a fratre suo, cujus favorem illa stipulatio respicit, ad hoc mandatum habuerit.

64 Et certum est, † quòd mandatum non præsumatur etiam nec ex cursu quidem longi vel longissimi temporis, *Bald. l. 2. C. si ex falsis instrument. Bald. l. 1. C. de rebus alien non alien. Alex. l. sciendum. ff. de verbor. obligation. Alex. l. qui in aliena in princ. ff. de acquirend. hæreditat. Alex. consʃ. 1. col. penult. lib. 4. Cepoll. consʃ. 26. col 6. Socin. consʃ 454. col. 2. lib. 2. Matth. de Afflict. decis. 345. & decis. 363. col. 4. Felin. c. sicut. col. 17. extr. de re judic. Dec. consʃ. 215. col. 2. Curt. sen. consil. 49. col. 6.*

65 Prout etiam † interesse, quia facti est & è facto consistit, non præsumitur, sed probari debet, *l. quatenus, & ibi Cagnol. num. 6. ff. de regul jur.*

Tum quia regula juris est, quòd nemo alteri stipulari vel pacisci possit, a qua regula prætendens casum exceptum propter mandatum vel interesse illam exceptionem prubare tenetur, illaque probatione non adimpleta, regulæ standum est, *Bald. c. 1. col 3. extr. de alien. judic. mut. caussa facta. Bald. l. si tutor in fin. C. de serv. pignor. dat. manumisso. Jaʃ. l. ex quacunq. num. 33 ff. si quis in jus voc. non ierit. Dec. & Cagnol. l. 1. ff. de regul. juris.*

66 Tum, † quia licet illud instrumentum sit antiquum, attamen certum est, quòd antiquitas sive tempus non sit modus inducendi obligationem, *l. obligationum ferè. §. placet. ff. de act. & obligat. l. cum qui. §. quem ita. & ibi Zas. & Dd. ff. de verbor. obligat.* nec confirmandi ea, quæ ab initio non subsistunt, *l. quæ ab initio ff. de regul juris. Bart. l. qui solvendo. la 1. ff. de hæredibus instit.*

67 Quodq; † propter lapsum sive antiquitatem temporis nunquam præsumatur substantia actus, *Alex. consʃ 56. col. 2. lib. 5. consil. 179. col. 2. lib. 6. Dec. consʃ. 442. col. 4. in fin.*

Tum, quia ex toto contextu illius instrumenti liquet, illas promissiones, de quibus in isto instrumento agitur, tam à Duce E. quàm à Barone G. factas esse gratuito & ex mero favore, & prætenditur ex † iis, quæ fiunt vel conceduntur gratuito 68 vel ex mero favore, nullam obligationem efficacem in futurum induci, *c. possessiones. 16. quæst. 1. gloss. final. l. solet. & ibi Bald. ff. de offic. Proconʃ. Innocent. c. cum Ecclesia Sutrina, extr. de caussa possess. & proprietat. Panormitan. c. ad translationem. col. 1. extr. de offic. delegat.*

Tum, quia videtur, illam promissionem, de qua in isto instrumento fit mentio, a Barone G. Duci E. ejusque fratri esse factam non sub nomine dignitatis, sed sub nomine pruprio.

Et similiter notorium est, posteritatem tam Ducis E. quam fratris ipsius penitùs interiisse.

Ideuque videtur dicendum, & illam promissionem sive obligationem penitus expirasse, cùm † promissio facta personæ 69 sub nomine pruprio, non sub nomine dignitatis extincto stipulatore, & tota posteritate ipsius expiret, nec ad successorem in dignitate transeat, *c. quoniam Abbas. & ibi Panormitan. Felin. Dec. & Dd. extr. de offic. delegat.*

Tum, quia contrarium videtur probari per depositionem testis sub litera MM. dum videlicet ille testis dicit, se nec scire nec audivisse, nec comperiisse aliter, quam quòd Baronia controversa sit libera & immunis ab omni onere & obligatione feudi sive vasallagii, nec non etiam tes offenen Hauses.

Decimo quintò, † & legibus cautum 70 est, & quotidiana experientia, quæ est efficax rerum magistra, testatur, † quòd verbo manendi sive remanendi sæpè utamur in his, in quibus agitur de nova acquisitione, *argum. l. verbum reddendi. ff. de verb. significat. l. licet. C. de pactis. l. si quis mihi bona. §. sed quid si mandari; & ibi Jaʃ. & Dd. ff. de acquirend. hæredit.*

Et certum est, quòd non probat hoc esse, quod ab hoc contingit abesse, quodque prubatio non necessaria concludens, nullo modo recipienda sit, *l. non hoc. C. unde legit. l. neq; natales. C. de probation.*

Prate-

71 Præterea verba † enunciativa in antiquis fidem non faciunt, quando de enunciato principaliter disputatur, *Aut. de Butr. c. illud. extr. de præsumpt. Bald. l. ad probationem. col. 2. C. de locat. Bald. l. fin. circa fin. C. si à non compet. judice. Alexand. cons. 136. col. pen. lib. 1. cons. 202. lib. 2. cons. 69. col. 3. lib. 5. Mattesilan. singul. 79. Corn. cons 269. col. 2 lib 3. Dec. Auth. si quis in aliquo. & ibi Ias. col. fin. C. de edendo. Ias. l. jurigentium. §. quod fere. col. 2. ff. de pact. Ias. l. ex his verbis limit. 17. C. de testam. milit. Curt. jun. consil. 95. col. 2.*

Similiter & verba enunciativa in antiquis non probant, quando † status præsens
72 illi probationi sive collectioni, qua quis ex verbis enunciativis sumere vel colligere vult, contradicit, prout in simili in fama nempe in antiquis concludit, *Francisc. Ripa. l. rem quæ nobis. col. pen. ff. de acquir. possess. Aym. Cra. in tract. de antiq. temp. part. 1. §. viso de fama, nu. 5.*

Sed in casu præsenti hoc principaliter prætenditur, quod Baroniæ controversæ onus der Oeffnung injunctum fuerit, etiam ante illum contractum, de quo in isto instrumento fit mentio, & affirmatur statum præsentem Baroniæ controversæ illi oneri refragari, cum tempore præsenti illa Baronia ab omni penitus onere immunis sit.

Igitur videtur dicendum ex illis verbis instrumenti, Daß das Hauß zu Brunckhorst ein offen Hauß bleiben sol / colligi, probari vel inferri non posse, quod Castrum Brunckhorst ante illum contractum initum, isto onere gravatum fuerit.

73 Decimo sextò, ad constituendam † servitutem solus titulus non sufficit, sed ultra titulum requiritur, ut interveniat actus sive exercitium unà cum scientia & patientia illius, de cujus præjudicio agitur, *arg. l. traditionibus. C. de pactis. juncta l. 3. §. dare. ff. de usufr. l. pen. ff. de servitut. facit. etiam text. l. 1. §. 1. & §. Iulianus rectè. ff. de itinere actuq. privato.*

Sed in casu præsenti hactenus probatum non est, quod ultra titulum intervenerit usus sive exercitium unà cum scientia & patientia adversarii.

Igitur videtur dicendum, etiam ex hoc capite per illud instrumentum non probari onus der Oeffnung.

Decimo septimò, licet ea † quæ meræ 74 facultatis sunt, non præscribantur, *l. viam publicam. & ibi gloss. & Bart. ff. de via pub. Panorm. c. ex parte Assensis de conceß. præbend. Panorm. c. Ioannes. extr. de Cler. conjug. Panorm. c. Pisanis circa finem. extr. de restitut. spoliat.*

Attamen hoc non procedit in facultate competente ex contractu, & pro qua nobis vel actio vel exceptio datur, contra illam enim facultatem præscriptio currit, illaque per non usum amittitur, *Ang. cons. 54. Felin. c. cum accesßissent. nu. 27. declaratur. extr. de constit. Francisc. Balb. in tractat. de præscript. 4. part. 5. part. princip. quæst. 1. num. 4.*

Quinimò ea quæ sunt merè facultatis, atque pro quibus nobis neque actio neque exceptio datur spacio illius temporis, cujus in contrarium memoria non extat, præscribi tradit, *Ioan. Andr. c. pervenit. extr. de censibus. Bart. l. eum de in rem verso ff. de usur. Angel. si certis annis. C. de pact. Petrus de Anchoran. c. sine possessione de regul. jur. lib. 6. Felin c. cum Matth Ferrariensis. col. 6. ext. de constitut. Francisc. Balb. in tractat. de præscript. 4. part. 5. part. princip. quæst. 1. num 2.*

Et licet servitutes discontinuæ non acquirantur præscriptione, nisi spacio illius temporis, cujus in contrarium memoria non extat, *l. servitutes. & ibi gloss. & Dd. ff. de servitut. gloss. & Dd. l. 1. § fin. ff. de aqua pluvia arc. Francisc. Balb. in tract. de præscript. 2. part. 4 part. princ. quæst. 1.* attamen servitutes discontinuæ per non usum longi temporis amittuntur, *l. sequitur. §. si viam. ff. de usucap.*

Sed in casu præsenti prætenditur, quod Duces Geldriæ illo jure sive servitute der Oeffnung/ultra spacium illius temporis, cujus in contrarium memoria non extat, usi non fuerint.

Igitur videtur dicendum, etiamsi probari possit, Baroniam controversam illo onere gravatam fuisse, ab illo tamen onere per non usum longi imò immemorialis temporis liberatam fuisse.

Decimo octavò, † servitus prædio inhærens, cum dominio nihil commune habet, nec jus dominii mutat, alterat vel diminuit, *l. rectè dicimus. & ibi Alciat. & l. quid aliud. ff. de verbor. signific. l. Mevius. §.* 75

 penult.

penult. ff. de legat. 2. sed est accidentalis habitudo & extrinseca qualitas prædii, *Bald. Auth. & qui. C. de bon. author. judic. possid. Alciat. d. l. quid alind.*

Nec ex onere reali vel personali pro re aliqua præstando colligi vel probari potest, illam rem feudalem esse, prout hoc superius comprobatum est.

76 Præterea quoque † semper in obscuris & dubiis ea capienda est interpretatio, quæ cum minori onere conjuncta est, *l. semper ex stipulationibus. l. semper in dubiis. l. semper in obscuris. ff. de regul. juris. l. nummi. ff. de legat. 3. c. ex parte. extr. de censibus.*

Ex quo videtur inferri, etiamsi probari possit, Baroniæ controversæ illud onus der Offnung / & legitimè impositum & adhuc hodierna die incumbere, per hoc tamen colligi non posse, quod Baronia controversa sit feudalis, vel directum illius dominium ad Ducem Geldriæ spectet, præsertim cum hæc interpretatio cum minori detrimento & gravamine Baroniæ controversæ conjuncta sit.

Decimo nono, licet secundum dispositionem

77 consuetudinum feudalium, † hæres extraneus ad successionem feudi non admittatur, cum tamen consuetudines feudales quoad hoc sint correctoriæ juris communis, quo jure communi expressè cautum est, quod ad successionem quorumlibet bonorum etiam extranei hæredes admitti debeant, videtur dicendum, consuetudines feudales disponentes, quod hæres extraneus, a successione feudi repellendus sit, ita accipiendas esse, ut tantum habeant locum in feudo proprio, non autem in feudo improprio. Cum statuta præsertim juris communis correctoria sint, intelligenda strictè, propriè & ita accipienda ut quantò minus fieri potest, jus commune lædant, *l. 3. §. hæc verba. ff. de negot. gest. l. si verò. §. de viro. & ibi Roman. & Dd. ff. soluto matrim. l. 2. & ibi Bart. Bald. & Dd. C. de noxal. action. l. præcipimus. § fin & ibi Bart. C. de action. gl. Bart. & Dd Auth. quas actiones. C. de SS. Eccles. Bart. Alex. & Dd. l. si constante in princip. ff. soluto matrimon. cum similibus vulgaribus.*

Illoqua genere argumenti in simili utitur *Godzad conf. 8. nn. 27.*

Cum itaque dici nequeat, Baroniam controversam feudum proprium esse, videtur dicendum, a successione illius Comitissam a L. licet illa sit hæres extranea, nullo modo repelli posse.

Vigesimò, licet † feudum Francum sit liberum & immune a servitiis Domino præstandis, *Bald. & Ias. in prælud. feud. 8. divis. & ibi Alvar. divis. 2. & Præpos. divis. 3. Alvar. c. 1. in fin. in quib. caus. feud. amit. Curt. in tract. feud. parte 1. quæst. 8. num. 27. Zas. in tr. feud. part. ult. num. 36. Corn. conf. 239. num. 21. lib. 1. Ioan. Ferrar. in tract feud. lib. 1. cap. 6.* 78

Attamen nihilominus † is vasallus, qui feudum Francum tenet, juramentum fidelitatis Domino feudi præstare obligatus est, nisi illud ipsi expressè remissum fuerit, *Zas. in tract. feud. ult. part. num. 36. arg. c. 1. §. nulla per quis fiat invest.* & sive ipsi juramentum fidelitatis remissum fuerit, sive non, ipse nihilominus ad illa omnia, quæ in juramento fidelitatis continentur, obligatus est, *Ioan. Andr. in addit. ad Specul. rubr. de præscript. col. fin. Alex. conf. 30. col. fin. lib. 1. Alvar. in prælud. feud. divis. 2. & ibi Præpos. divis. 3. & Ias divis. 7. Zas. in tract. feud. parte ult. num. 36. Curt. in tract. feud. parte. 1. quæst. 8. num. 28.* 79

Illudque feudum Francum perinde ut reliqua omnia feuda impropria nihilominus feudum remanet, & naturam feudi proprii retinet in omnibus illis casibus, in quibus feudi proprii naturæ expressè derogatum non reperitur, *Bald. l. 1. quæst. 16. ff. de rerum divis. Calderin. conf. 11 tit. de feudis. Curt. in tract. feud. part. 1. quæst 6. num. 28. Dec. conf. 193. num. 4. & 5. Bald. l. si plures. C. de condict. inser. Oldrad. conf. 224. Zas. in tr. feud. part. ultima. num. 3. & 37. Præpos. in prælud. feudor. divis. 3. Roland. à Valle. conf. 2. nu. 135. Nevizan. conf. 10. nu. 19. & 27. Laur. Syl. conf. 42. nu. 5.*

Cum itaque in casu præsenti hactenus probatum non sit, quod Dominus J. Baro in B. & C. ejusque prædecessores Duci Geldriæ vel alteri Domino ratione Baroniæ in B. juramentum fidelitatis præstiterint, vel ad ea quæ in juramento fidelitatis continentur, obligati fuerint, videtur dicendum, Baroniam in B. nec feudum quidem Francum censendum vel illi æquiparari posse.

Et posito, sed tamen non concesso, Baroniam controversam in aliquibus similitudinem cum feudo Franco habere.

Attamen † nullum simile est idem, *glos. & Dd. l. quod verum. ff. depositi.* & constat, Baroniam controversam in multis à feudi Franci natura discrepare, ideoque ab illo feudo Franco ad Baroniam controversam argui non potest, cum argumentum † a simili 80

mili sive à pari non procedat eo casu, quãnã do dissimilitudo vel diversitas etiam modica assignari potest, *gloss. c sicut urgeri. 1. q. 1. gloss. l. manumissiones. ff. de just. & jur. gloss. l. 3. §. incertam. ff. de acquir. possess. Anton. de Butr. c. fin. col. 15. extr. de consuetud. Panorm. c. cum Marthæ, in princ. arg. ill. text. extr. de celebrat. missar. Panorm. c. at si Clerici. § de audnlteriis. col. 10. extr. de judic. Iaf. l. creditori. ff. de operis novi nunc. Nic. Everh. in locò à simili facit. text. in §. pavonum. Instit. de rer. divis. & Instit. de reb. corporal. & incorporal. vers. nec ad rem eum multis similib. allegatis per Iaf. & Nicol. Everh. in locu superius allegatu.*

82 Vigesimo primò, vasallus † habet liberam potestatem atque facultatem de feudo Franco pro suo arbitrio tàm inter vivos quàm in ultima voluntate disponendi, *Bald. c. inter dilectos. col. 4. vers. sed nunquid. & ibi Felin. num. 10. extr. de fide instrument. Bald. l. si plures. col. 2. C. de condict. insert. Bald. auth. nisi rogati. col. 4 C. ad SC. Treb. Felin. c. quæ in Ecclesiarum. num. 72. extr. de constitut. Iaf. in prælud. feud. num. 118. Iac. de S. G. in tract. feud. verb. & cum pacto, el. 3. num. 15. Curt. in tract. feud. 1. part. num. 29. & part. 4. num. 117. & 126. Corn. conf. 239. lib. 1. l. Sylvan. conf. 3. nu 79. lib. 1.*

83 Sed certum est, quod illa † feuda, de quibus quis pro libitu suo disponere potest, ad omnes hæredes etiam extraneos transeant, tùm quia talia feuda æquiparantur feudis concessis pro recipiente, & cui recipiens hoc feudum dederit, *Card. Paris. conf. 23. num. 40. lib. 1.* ad quod feudum hæredes extraneos admitti Dd. tradunt, *Curt. in tract. fend. 2. part. 3. part. princip. num. 64.* tum quia etiam hæredes extranei ab intestato succedentes, ad hæreditatem sive successionem ex dispositione sive ordinatione defuncti venire censentur *arg. l. conficiuntur. ff. de codicill.*

Igitur sequitur, quod ad successionem feudi Franci etiam hæredes extranei admittantur, prout hoc quasi in specie tenere videntur *Bald. auth. nisi rogati. col. fin. C. ad SC. Trebell. Bald. l. si plures. col. 2. C. de cond. dict. insertis. Bald. c. inter. dilectos. col. 4. extr. de fide instrum. Alex. conf. 30. col. 2. lib. 5. Iaf. in prælud. feudor. num. 117. vers. nota etiam alium casum. Dec. c. in præsentia. nu. 76. extr. de probat.*

Et per consequens videtur dicendum, etiamsi probari vel fides fieri possit, Baroniam controversam esse vel feudum Francum vel feudo Franco æquiparari, ab illius tamen successione Comitissam à L. licet illa sit hæres extranea, nullo modò excludi vel removeri posse.

Vigesimo secundò, † à successione feudi præsertim recti & proprii fœmina repellitur, *cap. 1. §. & quia vidimus. & ibi Dd. de his qui feudum dar. poss. cap. 1. §. filia verò. & ibi Dd. de success. fend. cap. 1. §. proles de grad. succed. in feud. cap. 1. de fend. fœmin cap. 1. an mutui vel alit. imperfect. Bald. l. fin. C. de suis & legit. hered. Iac. de Ardizon. in summa fend. tit. de successione fend. col. 2. Abb. c. dilect. & ibi Angust. Berous. num. 39. extr. de arbitr. Cardin. Paris. conf. 4. num. 2. conf. 12. nu. 1. conf. 20. num. 13. lib. 2. Socin jun. conf. 65. num. 2. & conf. 77. nu. 4. lib. 1. Rnin. conf. 167. num. 8. lib. 5. Roland. à Vall. consil. 28. num. 28. l. Sylvan. conf. 1. num. 117. Duenn. regula. 309.* 84

Et non tantùm fœmina verùm etiam omnes masculi ex fœmina descendentes vel originem trahentes, a successione feudi repelluntur, *gloss. & Dd. cap. 1. §. & quia vidimus. & ibi Afflict. num. 54. de his qui fend. dar. poss. Bald. l. quoties. C. de suis & legit. hæred. Paul. Castr. conf. 191. lib. 2. Matth. de Afflict. cap. 1. in princ. de benefic. fœminæ. Matth. de Afflict. cap. 1. in princip. de nat. success. fend. Cardinal. Paris. conf. 17. num. 7. conf. 21. num. 1. conf. 23. num. 28. lib. 1. & conf. 72. num. 9. lib. 4.*

Cum itaque Comes à Dd. ab eo, qui Baroniam controversam primitus acquisivit, descendat non per lineam masculinam, sed per lineam fœmininam, videtur dicendum, si Baronia controversa pro feudo, præsertim recto & proprio reputanda esset, etiam ipsum Comitem à D. à successione Baroniæ & controversiæ repellendum.

Vigesimo tertiò, feuda † regalia illa tantùm dicuntur, quando quis de bonis habentibus annexam dignitatem regalem, sive de regali dignitate est investitus à Papa, ab Imperatore Romano vel alio Rege aut Principe superiorem non recognoscente, *Bald. Alvar. Præpos. & Iaf. in præludiis feudor. num. 1. Matth. de Afflict. cap. 1. §. fin. nu. 27. de his qui feud. dar. poss. Curt. in tract. feud. par. 1. quæst. 8. num. 4. Zas. in tract. fend. par. 2. num. 2 Ioan. Ferrer. in tract. fend. lib. 1. capit. 6. decisio. 3. Pet. Rebuss. in arbore feudali divisiön. 2.* 85

Et sic Dd. duo copulativè requirunt ad hoc, ut feudum regale censeri possit, ut videlicet illa investitura sit facta à non recognoscente superiorem, & de regali dignitate.

tate. Et clari juris est, quod ad verificationem copulativè concursus omnium requiratur, quodque si unum ex copulatis deficiat, tota dispositio cesset, *l. si hæredi plures. ff. de condit. institutio.*

Similiter videtur dicendum, Baronias non esse dignitates regales, nec habere annexam regalem dignitatem aut etiam causam, quia Baroniæ Comitatibus, quos regalem dignitatem annexam habere constat, non æquiparantur, *c. fundamenta. & ibi gloss. & Domin. de election. lib. 7. extravaganti volentes. & ibi Andr. Barbat. in repetitione gloss. clement. 1. ver. principum de Baptismo. Domin. de sanc. Geminian. c. grandi. arg. ill. text. de supplen. negligent. prælat. lib. 6. Curt. in tract. feud. 2 part. 2. part. principal. num. 3. & 4. Boër. in tract. de authorita. magn. consilii. num. 113.* ubi ipse attestatur, hanc opinionem communiter receptam. Et idem tenet *Purpurat. l. quæcunq;. num. 244 & 246. ff. de offic. ejus cui mandat. est jurisdict.* Et in specie, quod Baronia non sit regalis dignitas, sentire videtur, *Baldus. c. uno delegatorum. nu. 6. extr. de offic. delegat.*

Et licet aliqui Dd. illius opinionis sint,
86 quod † Baroniæ secundum receptam consuetudinem Germaniæ Comitatibus æquiparentur, *Zas. in tract. feud. part. 5. num. 29. Frid. Schenck. c. 1. nu. 1. quis dicatur Dux.* Attamen clari juris est, quod consuetudo facti sit, atque in facto consistat; eamque ob causam non præsumatur, sed is qui consuetudinem allegat, eam probare teneatur, *gloss. l. 1. verb. probatu. & Bald. arg. ill. text. C. quæ sit longa consuetud. Bart. l. 2 nu. 29. C. eod. tit. Alexand. cons. 77. lib. 7. Socin. cons. 39. num. 27. cons. 46. num. 51. & cons. 111 nu. 1. lib. 4 Dec cons. 472. nu. 16. cons. 483. & cons. 538. nu. 8. Ang. §. ex non scripto. num. 26. & ibi Ioh. Fabr. nu. 13. Instit. de jur. nat. gent. & civil. Corn. cons. 322. num. 14. lib. 1. Card. Paris. cons 27. num. 35. lib. 1. cons. 86. num 11. lib. 2. Hieron Schurff. cons. 43. num. 10. lib. 3.* usque adeo, ut quælibet probatio ad faciendam fidem de consuetudine non sufficiat, sed requiratur probatio plena, *Bart. l. 2. num. 21. C. quæ sit long. consuet.*

87 Neque etiam consuetudo probatur, † quod unus vel duo Dd. attestantur, aliquid consuetudine receptum esse. Namque uni vel duobus Dd. attestantibus, de consuetudine fides nulla adhibenda est, *Bald. l. si quis. §. 1. ff. de pignor. Bald l. Consentaneum. col. 6. oppos. 5. C. quomod & quando jud. Iac. l. de quibus. num. 89. ff. de ll. Rochus. Curt, ripet. c. fin. chart. 29. quæst. 5. extr. de consuetud. Dec. c. ad audientiam. col. 2. extr. de rescript. Dec. cons. 142. col. 3. Alexand. cons. 60. col. 1. lib. 3. Guid. Pap. cons. 42. col. 2. Ioan. Nevizan. cons. 45. nu. 7. & cons. 66. nu. 21.*

Præterea quoque omnes † consuetudi- 88
nes a jure communi passivam interpretationem recipiunt, & secundum jus commune intelligendæ, declarandæ & restringendæ sunt, *c. cum dilecti. & ibi Anton de Butr. Abb. & Dd. extr. de consuetud. l. 2. de nox. action. cum simil.*

Cum itaque in casu præsenti certum & indubitatum sit, Ducem Geldriæ superiorem recognoscere, videtur dicendum, Baroniam controversam pro feudo regali reputari non posse, neque *Zasio* & *Schenckio* attestantibus de consuetudine contraria ullam fidem adhibendam, præsertim cum ipsi non attestantur de consuetudine illius loci, in quo Baronia controversa sita est, illaque consuetudo, etiamsi de illa fides fieri posset, ita accipienda sit, ut intelligatur tantùm de iis Baroniis, quas quis tenet ab Imperatore Romano vel ab alio Principe superiorem non recognoscente.

Vigesimo quartò, in † Baroniis non ha- 89
bet locum jus primogenituræ, sed ad successionem Baroniarum regulariter admittuntur omnes filii Baronis defuncti, illaque inter illos æqualiter dividitur, prout hoc expressè tradit *Andr. de Iseru c. 1. §. similiter. num 22. & ibi Matth. de Afflict. nu. 110. de Capitan. qui curiam vendidit. Præposit. c. 1. in princ. num. 4. & 5. de his qui feud. dar. poss.* & idem quod Baronia sit dividua, tenere videtur *Bald. c. uno delegatorum. nu. 6. extr. de offic. delegat.*

Et confirmatur evidentissimis rationi-
bus, tum quia † regulariter quælibet bona 90
ad quoscunq; hæredes proximiores transferuntur, atque inter illos divisionem recipiunt, *l. 1. C. unde liberi. l. inter filios. C. famil. hercisc. l. si post mortem. §. fin. ff. de bonorum possess. contra tab. l. fin. C. de liber. præter. Auth. in successione. C. de suis & legit. hæred. Auth. post fratres la. 2. C. de legit. hæred. Alex. cons. 87. nu. 1. lib. 6.* quod procedit, etiamsi illa bona habeant annexam jurisdictionem, item merum, vel mixtum imperium, namque etiam talia bona ad omnes hæredes transferunt, & inter illos divisionem recipiunt, *Bart. l. Lucio. §. 1. ff. de aqua quotid. & æstiva. Bart. l. arbor. §. fin. arg. ill. text. ff communi divid. Alex. cons. 7. num. 9. & 10. lib. 5. Bald.*

Auth.

Auth. hoc amplius. col. 2. C. de fideicom. Abb c. prudentiam in princ. & ibi Felin. n. 3. extr. de offic. delegati.

Et locum habet non tantùm in bonis allodialibus, verùm etiam in bonis feudalibus. Namq; nec in bonis feudalibus quidem regulariter jus primogenituræ servatur, sed feuda regulariter & æqualiter transeunt ad omnes successores in pari sive æquali gradu existentes, atq; inter illos æqualiter dividuntur nulla concessa vel reservata prærogativa primogenito, *c. 1. §. item si duo. & ibi Isern. Alvar. & Præpos quibus mod. feud. amit. cap. 1. §. omnes filii si de feudo defuncti content. c. 1. de natura success. feud. c. 1. §. præterea Ducatus. & ibi Andr. de Iser Alvar. Præpos. & Matth. de Afflict. n. 23 usq; ad n 32. de prohib. feud. alien. per Frid. c. 1. § pen. de prohib. feud. alien per Lothar. Specul. in tit. de feudis. §. quoniam vers. trigesimo quarto. Ioan. Andr. in addit. ad Specul. rubr. de feudis. col 3. vers. est quæstio in regno Feder. de Sen. cons. 227. Bald. l. si plures. col. 2. vers. item nota quod feuda. C. de condict. inser. Bald. & Salyc. l. si familiæ. arg. gloss. ibidem C. famil. hercis. Bald l. voluntas. vers. quæritur de duobus feudatariis. C. de fideicom. Bald. c. 1. in princ. vers. quæro an vasallus de prohib. feudi alien. per Frid. Bart l. qui Romæ. §. duo fratres quæst. 10. & ibi Dd. ff. de verb. obligation. Bart. & Angel. l. & ideo. ff. de condictio. furt. Bart. Bald. Angel. & Dd. l. cum hi. §. si uni. ff. de transaction. Bart. & Dd. l. si domus. §. fin. ff. de legat. 1. Bart. l. arbor. §. fin. ff. communi divid. Bart. l. 1. C. de imponend. lucrat. descript. Salycet. l. fin. col. 7. C. de jure emphyt. Innoc. c. prudentiam in princip. extr. de offic. delegat. Calderin. cons. 12. titul. de feudis. Iacob. de Arrigon. in rubr. utrum poss. dividi feudum jurisdict. Panormit. consil. 82. col. penult. lib. 1. Alexand. cons. 7. col. 2. lib. 5. Curt. sen. cons. 69. col. 3. Socin. cons. 67. lib. 1. cons. 165. col. 7. cons. 278. col. 1. & 2. lib. 2. & cons. 83 col. 3. lib. 3.*

Prout etiam divisionem recipit ususfructus, *l. 1. §. si ususfructus & ibi Dd. ff. ad l. Falcid. Bart. & Dd. l. stipulationes non dividuntur. ff. verbor. oblig.* cui ususfructui feudum æquiparatur, *Bald. Alvar. & Præpos. cap. 1. §. præterea Ducatus de prohib. feud. alien per Frid. Bald. l. 1. §. excepto. & §. in primo. col. 4. C. de caduc. tollend. Bald. l. cum oportet in princ. col. fin. C. de bonis quæ liber. Bald l. 1. col. 16. C. de confessis. Bald. cap. 1. §. si quis de manso. col. 3. de controvers. invest. Bald. l. 1. col. final. C. si plures una sent. condemnati fuer. facit. text. c. 1. §. fin. ex quib. caus. feud. amitt.*

Imò hoc locum habet etiam in feudis, habentibus annexam jurisdictionem, merum & mixtum imperium. Namque in illis regulariter similiter jus primogenituræ sibi locum non vendicat, sed talia feuda æqualiter ad omnes successores transeunt, & inter illos divisionem recipiunt, *Specul. in titul. de feudis. §. quoniam. vers. trigesimo quarto. Bald. Alvar. Matth. Laud. & Dd. cap. 1. §. præterea Ducatus de prohib. feudi alien. per Frid. Bald. c. uno delegatorum. col. penult. & fin. extr. de offic delegati. Alex. cons. 7. n. 9. & 10. lib. 5.*

Et cum ab hac regula, quæ vult, jus primogenituræ regulariter locum non habere, in bonis tam allodialibus quam feudalibus, item etiam habentibus annexam jurisdictionem, merum vel mixtum imperium, non reperiantur exceptæ Baroniæ, videtur dicendum, in Baroniis jus primogenituræ regulariter locum non habere, eam ob causam, quia regulæ juris semper inhærendum est, nisi de exceptione fides fiat, *Bald. cap. 1. extr de alienat. judic. mutan. causa facta. Bald. l si tutor. C. de servo pig. dato manumiss. Dec. & Cagnol. l. 1. ff de reg. jur. Ias. l. ex quacunq; n. 33 ff. si quis in jus vocat. non ierit.*

Tum, quia speciale est in regnis, quod in illis habeat locum jus primogenituræ, *c. licet. extr. de voto. Bald. l. ex hoc jure. num. 4. ff. de just. & jure. Matth. de Afflict. c. 1. § præterea Ducatus. num. 27. cum quatuor. seqq. de prohib. feudi alienat. per Frid.*

Igitur sequitur, quod in Baroniis reliquisque bonis secundum juris communis dispositionem contrarium servandum sit, cum sit clari juris, quod singularitas sive specialitas in uno casu denotet, in omnibus aliis casibus jus commune contrarium esse, *l. quod verò. & l. jus singulare. ff. de ll. l. 1. ff. ad municip. c. quæ à jure. de reg. jur. lib. 6. gloss. 1. præsenti. §. loca. verb. specialiter. de præbend. lib. 6 gloss. l. eos. C. de Fabricens. lib. 11. cum multis simil. allegatis. per Nicol. Everh. in loco à speciali.* Illoque genere argumenti quoad præsens propositum utitur *Ioan. Lecytier in tractat. de primogen. lib. 1. quæst. 3. num. 9. & 10.*

Tum quia in jure nusquam expressè cautum reperitur, quod Baronia sit individua, & tantùm ad primogenitum transitoria, atque text. *in d. c. licet*, loquens de jure primogenituræ, tantùm de regno mentionem facit, textus verò *c. 1. § præterea Ducatus*, tantùm dicit Marchionatus, Ducatus & Comitatus non dividi, nec ullam facit mentionem Baroniæ.

Et

Et clari juris est, quod illud, quod lex non dicit, nec nos dicere debeamus, *l. si servum. § non dixit prætor. ff. de acquir. hæred.* quodq; nulla constitutio ultra verba ipsius trahenda sit, *l. quod constitutum. & ibi Bart. ff. de testam. milit.* & cessantibus verbis constitutionis vel dispositionis, & ipsa quoque constitutio sive dispositio cesset, *l. 4. § toties. & ibi Bart & Alex. ff. de damno infecto. l. ita autem in princ. ff. de administ. tutor.* cum multis similibus allegatis per *Tiraq. repet. l. si unquam verb. libertu. num. 2. 3. & 4. C. de revoc. donat.*

Similiter clari juris est, quod casus omissus habeatur pro omisso, *l. commodissimè. & ibi Ias. & Dd. ff. de liber. & posthum.* & in dispositione juris communis remaneat, *l. si cum dotem in princ. & ibi Bart. Alex. & Dd. ff. soluto matrim.* atq; *unius inclusio sit alterius exclusio. c. nonne. extr. de præsumpt. l. cum prætor in princip. ff. de judic.* nec non etiam exceptio facta de aliquibus casibus, confirmet regulam in omnibus casibus non exceptis, *§. ut autem. & ibi gloss. & Bart. Auth. de non alien. vel permut. reb. Eccles. Bart. l. quæsitum. §. deniq; ff. de fundo instructo. Dec. l. 1. nu. 27. & ibi Cagnol ff. de reg. jur.*

Tum quia dispositio *d. § Præterea Ducatus,* loquitur tantùm in feudis & quidem non de omnibus, sed tantùm de Ducatu, Marchia & Comitatu, sanciens illa esse individua, illaque dispositio est exorbitans à regulis tam consuetudinum feudalium, secundum quas omnia feuda dividua sunt, quàm juris communis, quo jure similiter omnia bona sunt dividua, prout hoc superius docuimus, & ultra superius allegata probatur per *text. l. in hoc judicium. § si conveniat. ff. communi divid. l. fin. C. eod. tit.* ideoque ille §. est strictè interpretandus, ut quàm maxime fieri potest, reducatur ad communes regulas, *l. 2. & ibi Bart. Bald. & Salycet. C. de noxal. action. gloss. l. fin. §. in computatione. & ibi Alex. Ias. & Dd. C. de jure delib.* utque non extendatur extra casus in illa expressos, *l. præcipimus. §. fin. C. de appellat.* utque habeat locum non in omnibus Ducatibus, Marchiis & Comitatibus, sed in iis tantùm, qui propriè sunt Ducatus, Marchiæ & Comitatus, atque etiam feuda propria, & nullo modo extendatur ad illa bona, quæ sunt Ducatus, Marchia, vel Comitatus, & insuper feuda sed vel impropriè *arg. l. 3 §. hæc verba. ff. de negot. gest. l. quicquid astringendæ. ff. de verb. oblig. vel secundum quid l. Titia textores. & ibi Bald. & Dd. ff. de legat. 1. l. obligatum. ff. de legat. 3.* præsertim cum verba in potiori significatu accipienda sint, *l. 1. ff. si ager vectig. vel emphyt. petatur,* prout hoc formaliter tradit *Socin. cons. 67. lib. 1. cons. 165. col. 9 vers. octavo respondetur. lib. 2. Tiraq. in tract. de jure Primogenior. quæst. 4 nu. 59. & idem est de mente Socin. cons. 152. col. penult. lib. 2.*

Tum quia dispositio *d. §. Præterea Ducatus,* jus speciale continet, ideoque extra terminos suos non extendenda, *Præpos. c. 1. in princ, nu. 4 de his qui feud. dar. poss.*

Tum quia is, pro quo jus commune militat, intentionem fundatam habeat, nisi alius de jure speciali fidem faciat, *l. altera parte. ff. de probat. c. omnes Basilicæ. 15. quæst. 5. cap. 1. §. penult. & fin. quid sit investitura.* & is, qui allegat jus speciale contra regulas juris communis, de illo jure speciali fidem facere tenetur, *c. contra morem distinct. 100. c. cum & plantare extr. de privileg. lib. 6. c. cum personæ eod. titulo. lib. 6.* eaque probatione non adimpleta, juri communi standum est, *l. si non speciali. C. de testam. gloss. cap. 2. de regul. juris lib. 6. Angel. repet. l. 1. C. de judic.*

Tum quia omnes illæ constitutiones, quæ exclusis reliquis liberis primogenitum ad successionem vocant, sunt exorbitantissimæ a jure communi, *Corn. cons. 192. col. 14. lib. 2.* nec non etiam odiosæ & irrationabiles, *Bald. l. omnes populi col. 7. vers. tertiò quæro. ff. de just. & jure Alex. cons. 128 col. 4. lib. 1. cons. 134. col. 8 lib. 6. Franc. Aret. cons. 164. col. 3. Luc. de Pen. l. quicunq; C. de princip. agent. in reb. lib. 12. Luc. de Penna. l. 1. col. 4 C. de Principibus cor. qui in sacro palat. milit. lib. 12.* & certi juris est, quod constitutiones sive dispositiones odiosæ vel à jure communi exorbitantes strictissimè interpretandæ sint, *c. quæ à jure communi exorbitant. & c. odia de reg. jur. lib. 6. l. quod verò. ff. de legib. l. cum quidam & ibi Ias. ff. de lib. & posthum.*

Tum quia constitutiones jus primogenituræ inducentes, speciale privilegium continent, & quidem conjunctum cum præjudicio tertii, aliorum nempe liberorum, *Ioan. Lecyrier in tract. de primog. lib. 2 quæst. 6. num. 4.*

Et certum est, quod omnia privilegia regulariter strictè interpretanda sint, *l. si quando in princ. C. de inoff. testam. gloss. cap. 1. de constit. lib. 6. Archidiac. c. frater. 16. q. 6. Bald. l. quæ ex relationibus. in princ. C. de ll. Ias. l. fin. num. 33. ff. de constitut. Princip.* eo præsertim casu, quando illa privilegia

tertii

tertii præjudicium respiciunt, *gloss. c. fin. extr. de translat. prælator. gloss. c. dudum extr. de privileg. Socin. cons. 246. col. 6. & cons. 248. col. fin lib. 2.* imò verba privilegii interpretanda sunt, ne tertio præjudicetur, *c. super eo extr. de offic. deleg. Cardin. cons. 65.* & privilegium nec ex identitate quidem rationis extensionem recipit eo casu, quando per hoc tertio præjudicatur, *Cardin. Clement, 1. quæst. 6. de testam.*

91 Vigesimo quintò, licet † Ducatus Marchia & Comitatus non sit partibilis, attamen benè est communicabilis, ideoque plures filii Marchionis, Ducis, Comitis simul & æqualiter succedunt in Marchia Ducatu & Comitatu, licet ab illis dividi nequeat, *Andr. de Isern cap. 1. §. præterea Ducatus. & ibi Matth. de Afflict. nu. 23. usq. ad n. 32. de prohib. feudi alien. per Frider. Bald. cons. 275. num. 6. lib. 2.*

Ex quo videtur inferri, etiamsi Baronia controversa æquiparetur Marchiæ Ducatu vel Comitatu, in illa tamen jus primogenituræ locum non habere, & sic ea, quæ de jure primogenituræ pro Comite a D. adducta fuêre, Comitissæ à L. nihil obstare vel nocere.

92 Vigesimo sextò, is †qui consuetudinem allegat, eam probare tenetur, illaque probatione non adimpleta, juris communis dispositioni inhærendum est, prout hoc superius docuimus. Et in specie, quod is, qui prætendit, jus primogenituræ consuetudine introductum, illam consuetudinem probare teneatur, tradit *Andr. de Isern. c. 1. §. præterea Ducatus. nu. 37. & ibi Matth. de Afflict. nu. 23. usq. ad nu. 32. extr. de prohibit. feudi alien. per Frider.*

Et ad inducendam sive probandam consuetudinem, multa requiruntur: namque requiritur primò consensus tacitus populi illius loci, in quo consuetudo inducitur, *§. ex non scripto Instit. de jur. nat. gent. & civili l. de quibus. ff. de ll. Bart. l. 2. nu. 12. C. quæ sit longa consuet. Abb. c. fin. nu. 12. extr. de consuet. Corn. cons. 279. nu. 3. lib. 3. & cons. 296. nu. 5. lib. 4.* ideoque error talis, qui excludit populi consensum, consuetudinem impedit, *Bart. l. 2. n. 21. C. quæ sit longa consuet. Abb. c. fin. nu. 12. extr. de consuet. Iaon. Fab. §. ex non scripto. num. 7. Instit. de jure natur. gent. & civili. Ias. d. l. de quibus*, prout etiam ignorantia populi consuetudinem induci prohibet *Ioan. Fab. d. §. ex non scripto. num. 5. & ibi Angel. num. 28. Corn. cons. 173. num. 24. lib. 1.*

Secundò ad consuetudinem inducendam requiritur consensus vel totius populi vel majoris partis, *gloss. c. frustra distinct. 8. Bart. d. l de quibus B. l. 2. num. 12. & 13. C. quæ sit longa consuet. Angel. l. §. ex non scripto. num. 23. Instit. de jure natur. gent. & civili Socin. cons. 7. num. 8. lib. 1.* quinimò non omnis consensus ad inducendam consuetudinem sufficit, sed requiritur, ut hic consensus sit spontaneus, non vi vel metu extortus, *Bald. l. 2. nu. 22. C. quæ sit longa consuet.*

Tertiò, pro substantia atque essentia consuetudinis requiruntur actus certi, per quos consuetudo inducatur, nec omnes actus ad consuetudinem inducendam sufficiunt, sed requiri, ut consuetudo contradictorio judicio obtenta sit, multi tradidêre; *gloss. §. ex non scripto. Instit. de jure nat. gent. & civili. gloss. rubr. C. quæ sit longa consuet. Alexandr. cons. 132. lib. 1. cons. 136. col. penult. lib. 3. cons. 173. col. 2. lib. 6.* præsertim si illa consuetudo sit juri communi contraria, *Francisc. de Ramponib. inter cons. Calderini. consil. 6. col. 2. ante med. titul. de consuet. Anchoran cons. 178. incip. visis & diligenter inspectu. col. fin. vers. non obstat ista ratio de consuetudine Angel. cons. 367. incip. in quæstione vertente inter illustres. col. 3. circa princ. vers. non obstat allegata consuetudo Curt. jun. in tract. feud. 4. part. quæst. 30. col. 2. post medium.*

Quartò, ad consuetudinem inducendam unicus actus non sufficit, sed duo pluresvè actus requiruntur, *§. ex non scripto. & ibi gloss. & Angel. num. 11. Instit. de jure natur. gent. & civili. l. de quibus. & ibi Bartol. in lectur. num. 11. & in repet. num. 12. Bald. num. 15. & Ias. num. 51. ff. de legib. l. Imperator. ff. eod. tit. l. si tibi filius ff. de adopt. l. moribus. in princip. ff. de vulgari. & pupill. l. 1. C. quæ sit longa consuet. l. au in totum. C. de ædific. privat. gloss. rubr. C. quæ sit longa consuet. Bart. l. 2. num. 12. C. eod. tit.*

Quintò requiritur, ut hi actus non simul & semel celebrati fuerint, sed ut in illis intervallum temporis intervenerit, *Bart. d. l. de quibus in lectur. numer. 12. & in repet. num. 17. Angel. d. §. ex non scripto. num. 15.*

Sextò requiritur, ut hi actus sint tales toties que repetiti, ut sit verisimile, hos actus ad notitiam totius populi vel majoris partis pervenisse, *Bart. d. l. de quibus in lect.*

Ttt num. 10.

num. 10. & in repet. num. 11. & ibi Bald. nu. 15. & Ias. num. 51. ff. de legib. Bart. l. 2. num. 12. C. quæ sit longa consuet. Bald. l. 3. C. de Episcop. audient. Alexand. conf. 45. conf. 131. lib. 2. conf. 173. lib. 6. Corn. conf. 179. lib. 3. conf. 125. conf. 247. num. 7. conf. 295. num. 5. lib. 4. Socin. conf. 7. numer. 8. lib. 1. Decius conf. 215.

Septimò requiritur, ut hi actus fuerint celebrati animo, consuetudinem de novo introducendi, *gloss. c. consuetudo distinct. 1. gloss. c. frustra distinct. 8 Ioan. Fabr. §. ex non scripto. num. 6. Instit. de jure natur. gent. & civili. Abb. c. fin. num. 17. extr. de consuet. Dec. conf. 215. Dec. c. cum accessissent. num. 17. vers. quinto intelligitur. extr. de constit. Cardin. Paris. conf. 27. num. 40. lib. 1. arg. l. 1. §. Iulianus rectè ait. & l. fin. ff. de itin. actuq. privato.*

Octavò, ad consuetudinem inducendam requiritur, ut hi actus, per quos consuetudo inducitur, sint actus non privativi sed positivi, *Bart. §. & antea in proœm. Digestorum. Bart. l. 2. C. de jure domin. interpretando. Bald. d. l. de quibus. num. 21. ff. de legib. Angel. § igitur num. 4. in proœm. Instit. Angel. §. ex non scripto. nu. 17. Instit. de jure natur. gent. & civili. Felin. c. cum accessissent. num. 25. & 26. & ibi Dec. extr. de constit. Felin. c. 1. num. 10. extr. de treuga. & pace.*

Nonò, ad consuetudinem inducendam requiritur, ut illi actus, per quos consuetudo inducitur, sint conformes: nam unius actus difformis impedit, quò minus consuetudo introducatur, *gloss. l. nemo. §. temporales. & ibi Dec. ff. de regul. juris. Bart. repet. d. l. de quibus. num. 16. & ibi Bald. num. 29. & Ias. num. 79. ff. de legib. Bart. l. 2. num. 34. C. quæ sit longa consuet. Alexand. conf. 5. nu. 13. & conf. 127. lib. 5. Socin. conf. 7. num. 11. lib. 1. Corn. conf. 296 lib. 4. Angel. d. §. ex non scripto. num. 10. Inst. de jure natur. gent. & civili. Abb. c. fin. num. 19. extr. de consuet. Felin. c. cum accessissent. num. 31. extr. de constit. Decius, consil. 215. Hieron. Schurff. consil. 47. lib. 3.*

Decimò, ad consuetudinem inducendam requiritur, ut hi actus, per quos consuetudo inducitur, violentum initium non habuerint, namque ex actibus violentis sive initium violentum habentibus, consuetudo non inducitur, *Abb. c. dilecti. num. 7. extr. de arbitr. Abb. & Felin. c. suam. extr. de Simon. Abb. & Felin. c. apostolicam. extr. eod titul. Corn. conf. 225. lib. 4. Dec. conf. 215. Card. Paris. conf. 27. nu. 41. lib. 1.*

Undecimò, ad consuetudinem inducendam cursus longi temporis requiritur, *§. ex non scripto. & ibi gloss. verb diuturni Ioan. Fabri. num. 9. Angel. num. 10. Instit. de jure nat. gent. & civili. gloss. d. l. de quibus. & ibi Bart. in lectur. num. 9. & in repet. nu. 14. Bald. nu. 27. & Ias. num. 43. ff. de legib. gloss. rubr. & ibi Bald. C. quæ sit longa consuet. Bart. l. 2. num. 16. C. eod. titul. Abb. c. fin. nu. 11. extr. de consuet.* quinimò multi ex Dd. tradidère, ad inducendam consuetudinem, quæ causam discontinuam habet, qualis est prætensa consuetudo, de qua in casu nostro agitur, requiri cursum illius temporis, cujus in contrarium memoria non extat, *Alexand. conf. 173. lib. 6. Dec. conf. 483. nu. 26.*

Duodecimò, ad consuetudinem inducendam secundum aliquorum Dd. sententiam requiritur bona fides, *Alex. conf. 136. nu. 20. lib. 2.*

Allegationem quoq; tituli pro substantia atque essentia consuetudinis inducendæ, aliqui Dd. requirunt, *Alex. conf. 136 col pen. vers. item requirebatur. lib. 2.*

Et licet Dd. magis communiter velint, ad consuetudinem inducendam sufficere tempus longum, decem nempe annorum, etiamsi consuetudo causam discontinuam habet, & sic juri communi contraria nec ad consuetudinem introducendam requiri titulum, bonam fidem, nec etiam quòd illa consuetudo contradictorio judicio obtenta sit,

Prout hoc, quòd in consuetudine inducenda sufficiat lapsus longi temporis, decem annorum nempe, etiamsi consuetudo discontinuam causam habeat, expressè tradit *Bart. rep. l. de quibus nu 14. & ibi Ias. nu. 42. ff. de ll. Bart. l. 2. nu. 16. C. quæ sit longa consuet. Ioan. Fabr. §. ex non scripto. num 9 & ibi Angel. num. 10. Instit. de jure natur gent. & civili. Corn. conf. 125. conf. 155. col. pen. & conf. 278. lib 4. Aym. Cravett. in tract. de antiquit. temp. 4. part. vers. transeo nunc ad quartam. num. 9.*

Quòd verò lapsus decennii sufficiat ad inducendam consuetudinem juri communi contrariam, expressè tradit *Ant. de Butr. c. fin & ibi Abb. nu. 11. extr. de consuet. Ioan. Fab. §. ex non scripto. nu. 9 & ibi Angel. nu. 10. Instit. de jure natur. Corn. conf 125. lib. 4. Ias. l. de quibus num. 43. ff. de ll. Cardin. Paris. conf. 25. num. 60. lib. 1. Hieron. Schurff. conf. 43. lib. 3. Aym. Cravett. in tractat de antiquit. temp. 4. part. §. transeo nunc ad quartam. nu 7. cum multis sequentibus.*

Siml-

Similiter, quod ad inducendam consuetudinem non requiratur neque titulus neque bona fides, tradit *Abb. cum Ecclesia Sutrina. nu. 45. extr. de causa possess. & propriet. Abb. c. super quibusdam. nu. 9. ex. r. de verbor. signif. Ang. l. de quibus. & ibi Ias. n. 43. & 49. ff. de legib. Calderin. cons. 1. tit. de consuetud. Bellamer. cons. 7. col. pen. cons. 31. in fin. & cons. 41. col. pen. Alex. cons. 6. lib. 1. cons. 124. lib. 4. Dec. cons. 134. Dec. rubr. num. 2 extr. de consuetud. Aym. Cravett. in tractat. de antiquit tempor. part. 4. §. transeo nunc ad quartam. nu. 6.*

Et quod ad consuetudinem inducendam non sit necesse, eam contradictorio judicio obtentam, tradit *gloss. c. frustra distinct. 8. Ioan. Andr Ant. de Butrio & Imol. c. fin. & ibi Abb. extr. de consuetud. Bart. l. de quibus in lect. num. 13. & in repet. num. 18 & ibi Ias. num. 51. ff. de ll. Bart. l. 2. num. 19. & 20 C. quæ sit longa consuet. Bart. l. semper in stipulationibus arg. ill. text. ff. de reg. jur Abb. c. Abbat. sancti. num. 13 extr. de verbor. signif. Abb. cons. 72. col. pen. 3. dub. lib. 2 Bald. cons. 210. col. 2. lib. 1. Ang. §. ex non scripto. num. 16. Inst. de jure nat. gent. & civili. Corn cons. 297 nu. 19. lib. 1. cons. 73. n. 9. lib. 2. cons. 179 col 2. lib. 3. & cons. 155. col fin lib. 4. Cæpoll. cons. 31. Ias. cons. 46. col. 2. lib. 1 Aym. Cravett. cons. 55. num. 6. Aym. Cravett. in tract. de antiquit. tempor. part. 4. §. transeo nunc ad quartam, nu. 33. Tiraq. in tract. de primogen. quæst. 91.*

Attamen secundum communem & receptam Dd. sententiam alia omnia requisita ad consuetudinem inducendam copulativè necessaria sunt.

Cum itaque in casu præsenti ex parte Comitis a D. probatum non sit, consuetudine receptum esse, ut jus primogenituræ in Baronia controversa locum habeat, multò verò minus, quod prædicta requisita in illa consuetudine intervenerint, videtur dicendum, quod quoad Baroniam controversam jus primogenituræ minimè locum habeat.

93 Vigesimo septimò, † ex eo quod ultra centum vel mille annos solus primogenitus ad successionem alicujus castri vel Baroniæ admissus fuit eam ob causam, quia possessores illius castri plures quam unicũ filium non habuerunt, consuetudo illius primogenituræ non introducitur, *Andr. de Isern. c. 1. §. Præterea Ducatus, & ibi Matth. de Afflict. nu. 44. de prohib feudi alien. per. Frid. Alber. de Rosat in proœm. Digestorum.*

94 Similiter & ex eo, † quod ex transactione aut ordinatione patris castrum vel Baronia multos annos penes primogenitum mansit, consuetudinem juris primogenituræ non introduci videtur, eam ob causã, quia non videtur, quòd tales actus fiant animo inducendi consuetudinem, & certum est, consuetudinem nunquam induci, nisi ille actus, per quos quis consuetudine inducere vult, animo inducendi consuetudinem celebrati fuerint, intervenientibus reliquis requisitis.

Ex quo videtur inferri, licet pluribus annis Baronia controversa remanserit penes solum primogenitum, cum tamen hoc evenerit vel ex transactione vel ex dispositione paterna vel etiam casu, quia videlicet unicus tantum filius superfuit per illos actus, quoad Baroniam controversam consuetudinem juris primogenituræ minimè introductam esse.

Vigesimo octavò, † consuetudo est strícti juris & strictè intelligenda, nec de re ad rem, neque de casu ad casum, neque de uno negotio ad aliud negocium, neque de persona ad personam, neque de loco ad locum extendenda, *Andr. de Isern. in prælud feud. quæst. 1. num. 26. Andr. de Isern. cap. 1. de feud. cognit.* & in specie, quod consuetudo juris primogenituræ non sit extendenda etiam nec ad loca vicina quidem, tradit *Andr. de Isern. cap. 1. §. præterea Ducatus. num. 37. de prohib. feud. alien. per Frider.* & confirmatur tum ex eo, quod Dd. communiter tradunt, consuetudinem infeudandi aut concedendi in emphyteusin perpetuam, bona Ecclesiæ non extendi ultra id, quod agitur, *Bart. Ias & Dec. Auth. qui rem. C. de sacrosanct. Eccles. Alexand cons. 9. col. 1. lib. 3. Dec. cap 1. col. 14. vers. confirmatur hoc, quia consuetudo extr. de probat.* 95

Tùm, quia consuetudo ut vicinus non possit alteri vendere rem suam vicino irrequisito, strictissimè debet intelligi in casu suo, usque adeo, ut si non dicat rem venditam contra formam istius consuetudinis emptori auferri posse, nec nos id dicere debeamus, *Alexand. cons. 173. col. fin. versic. ulterius etiam dico, lib. 6.*

Tùm per id quod tradit *Bald. cons. 275. col. fin. lib. 2.* ubi inquit, quod in consuetudine, quæ est contra jus commune, nihil debeat suppleri præter solitam observantiam, quodque id quod consuetudo non disponit de aliquo, nec nos disponere debeamus.

Tùm per id, quod tradit *Bald. l. fin. col. 4. verſ. unum illud quæritur. C. communia utrius judic.* ubi inquit, quod conſuetudo reſtringitur per actus ex quibus inducitur, ſicut præſcriptio, nec proprios facti terminos excedit.

Tum ex eo quod alibi traditum eſt, conſuetudinem, quæ eſt præter legem, tantùm habere de potentia, quantum habet de actu, etſi ſit contra legem, nullo modo valere, *Bald. cap. 1. in princip. de his qui feud. dare poſſunt. Iaſ. l. de quibus. col. 7. verſ. notatu diligenter. ff. de legib. Iaſ. authen. qui rem. col 8. C. de SS. Eccleſ.*

142 Et in dubio † quis præsumitur intestatus decessisse, *Bartolus l. si poteit. & ibi Iason. numer. 84. & Rob Marant. num. 337. ff. de acquirend. hæred Alexand & Iason. l. si emancipati. C de collat.* & nullos liberos post mortem suam supervixisse, *Raph. Cuman. l. ex facto. §. penult. & ibi Bartolus & Angelus argument. illius textus. ff. ad S C. Trebell. Bartolus l. qui duos. §. cum in bello. ff. de rebus dubijs. Alex. cons. 39. lib. 1. & cons. 29. lib. 2.*

Quæ præsumptiones † legum sunt 143
& liquidissimæ probationes, *l. licet Imperator. & ibi Iason. ff. de legat. 1. gloss. l. si tutor petitus. C. de pericul. tutor.* & iis inhærendum, donec contrarium probetur, *l. non est verisimile. in princip. ff. quod met. causa l. sive possidetis. C. de probat.*

Et sic liquet præsumendum esse, quod in casu præallegati Paragraphi ille frater, qui feudum de novo acquisiverat, decesserit & absque liberis & testamento non condito, & fratrem superstitem illi ab intestato hæredem extitisse, & per consequens, cum in illo textu decidatur, fratrem fratri in feudum noviter quæsitum, non succedere, ex illo textu etiam hoc modo eum inducendo colligitur, eum qui a primo acquirente feudum non descendit, ad successionem feudi nullo modo admitti, etiamsi ipse a primo acquirenti & ultimo defuncto sanguine junctus, & insuper ultimi defuncti hæres sit.

Idem etiam probat textus *cap. 1. §. in alio verò feudo de success. feudi*, ubi textus inquit: *In alio verò feudo quod habuit initium tantùm à fratribus, non succedit unus alteri, nec distinguitur, utrum frater superstes hæres fratris defuncti sit an verò non.*

Eandem sententiam comprobat textus *capit. 1. §. si duo de feudo March.* ubi dicitur: *Si duo fratres simul fuerint investiti de beneficio novo & non paterno, si unus eorum sine descendentibus masculini sexus mortuus fuerit, Dominus succedit non frater, nisi pactum fuerit in investitura, ut frater fratri succedat.*

Hæc eadem sententia probatur etiam per textum *cap. 1. de benefic. fratris. cap. 1. de gradib. succed. in feud. cap. 1. de fratr. de nov. benefic. investitur. capit. 1. de duobus fratribus à Capit. investit. cap. 1. qualiter. frater fratri succedat.*

Item & ex eo, † quod ultra textus præ- 144
allegatos Doctores generaliter concludunt, fratrem fratri in feudo novo sive de novo acquisito non succedere, *Calder. in titul. de feudis. consil. 9. Abbas consil. 82. lib. 1. & consil. 3. lib. 2. Iacob de sanct Georg. in tractat. de feud. verb. nobiles. numer. 1. Alb. Brun. cons. 63. num. 2. & cons. 73. num. 5. Iac de Leonard. inter. consil. Brun. consil. 114. numer. 143. Alex. cons. 30. num. 8. lib. 1. Ruin. consil.*

consil. 12, num. 2, & 5. lib. 1. Petrus Duen. regul. 285.

Illudq; multis firmissimis rationibus comprobat *Angel consil. 110.* ubi ipse formaliter inquit: Notandum est, quod feudum non vadit per saltum, id est, de fratre in fratrem, quia frater non generat fratrem sed pater. Ubi ergo ratione stipitis sunt conjuncti in feudo, surrogatur unus loco alterius, quia repræsentat stipitem, quia commuuis stipes influit in utrumque ipsorum, *l. 1. §. si quis exne potibus. ff. conjungend. cum emancipat. lib.* sed ubi ratione stipitis non sunt connexi, quia est feudum novum sumens à fratre initium, ibi stipes pro nihilo est, imò sunt disjuncti & separati, sicut etiam in successione allodialium, ideo frater succedat fratri, quia consideratur inter nos conjunctio naturalis per stipitem, non ergo feudum salrat in secundum gradum, nisi virtute primi & immediati gradus, si autem ille deficit, cessat successio.

Porrò omnis vigor insitus à corde, loco cordis stipes est, duo autem fratres non sunt in uno spiritu, nihil influit unus in altero, nisi mediante patre communi, *l. frater, à fratri ff. de condict. indeb. l, nec apud. C. hæred. instit.*

Liquet ergò, quod de generali jure feudorum successio feudi, nisi in stipite fuit, dari non potest, & hoc etiam firmissimis rationibus comprobari potest.

Primò, ex nominis impositione, feudum enim quod est aptum trasmissioni, vocatur paternum, avitum & proavitum, fundatur ergo vocis significatio & affectio in votum descendentis non

145 transversalis lineæ. Et † à quo removetur significatio, removetur effectus rei, *l. Labeo. §. idem Tubero. ff. supell legat.*

Secundò ostenditur ex formæ feudalis inspectione, nempe hæc forma etiam consuevit tali & hæredibus ejus, *gloss. & Doctores. l. ex facto. §. fin. ff. ad S C. Trebell.*

146 Quod verbum † in feudis pro liberis accipitur, *cap. 1. §. etsi clientulus de alien. feud.* Persona ergo fratris vel sororis extrinsecus non est intelligenda, *l. ita stipulatus. §. Chrisogonus. vers. sequens stipulatio. ff. verbor. obligat.* Et si de forma non constaret, ad generalem & solitam recurrendum est, *l. fin. C. de fidejussor.*

Tertiò probatur ex mente concedentis debita consideratione.

Non enim † dicitur habere vasallum, 147 de quo non cogitavit, *c. 1. de fratrib. de novo benefic. investit.*

Et postea *Angel.* subjungit, pro comprobanda hac sententia: Ego feudum generi dedi, deficit genus, non transit in alterum genus. Meum est, quod peto, quod generi dedi, finitur cum genere, quod speciei dedi, finitur cum specie, *l. cum ita. §. libertus ff. de legat. 2. l. 1. §. personæ. ff. de jure immunit. l. certo generi. ff. servit. rust. præd.* Ut frater fratri in dignitate succedat necesse est, & à majoribus succedentibus procedat, *l. 2. ff. interdict. & relegat. similiter Angel. in eodem consil.* postea dicit, feudum agnationis communis non transmittitur ad fratrem uterinum, qui non est de illa progenie, qui scilicet non pendet ab eodem stipite. Et in hoc concohfluunt rationes, scilicet ratio intentionis ex mente concedentis, *l. fideicommissum. ff. de condit. & demonstrat.* Ratio ordinis ex mente legum, Fluere enim certo ordine & capite cœpit successio, non absoluto ordine migrari debet, *argument. l. 1. C. de usufructu.* Et ratio termini terminantis actum finis nempe generationis, *§. in Emphyteusin. authent. de non alienand. l sciendum. ff. de verborum significatione.* Et ratio intentionis ex mente primi acquirentis, non enim votum habuit hoc acquirendi non progenitis ex seipso, *capit. 1. vers. unusquisque. de duobus fratribus, à Capit. investit.* Item in feudis antiquis non venit quis tanquam ex linea collaterali, sed ex natura principii, id est, stipitis. Et in feudis non habet locum successorium edictum de stipite in stipitem, Nam nova proles etiam in principio sui, stipes sui generis, & ratò reditet ad propinquitatem multiplicatis successoribus, quod irrationabile est, *l. an usufructus. ff. de usufruct. legat.* Et de iis, qui non descendunt à primo acquirente, non fuit à principio cogitatum, à quo quidem principio formatur posterior eventus, *l. 1. C. de imponend. lucrat. descript. lib. 10.* Et ex persona postea succedentium status contractus seu tituli mutari non possunt, *l. 2. §. 1. ff. de verborum obligationibus* Omnia enim ad id referuntur, unde vim capiunt & formam & originem, *l. in ratione. §. si filio. ff. ad l.*

 Falcid.

Falcid. Causa enim prima semper intuenda est, & causa secunda tantum operatur quantum sibi à prima tribuitur, & non ultrà, *l. peto. §. prædium. ff. de legat. 2. l. si quis domum. §. huic. ff de locat. & conduct.* Nam ut dicitur, causa prima magis influit in causatum, quam causa secunda, & ideò causæ secundæ tanquam subalienæ plus quàm causæ primæ concedi non debet, *l Publius. §. 1. ff. de condit. & demonstrat. l. si vivà matre. C. de bonis matern.* cum illa sit fundamentum in quo rei status clauditur, *l. qui id quod. in princip. ff. de donat.* Item lex transmissionis ex accidenti nunmuratur, *l. insulam. ff. verborum obligatio.* Et in feudis ego semper originem considero; quia etsi per mille manus ambulet, semper ultimus primi successoris ab eo causam habet, à quo habet radicem, *cap. 1. an agnatus l. Titius. ff. servus expertand. l. matri. C. rei vendic.* Et in hoc convenit etiam scientiæ naturali. Nam omnis processio ex principio ejus, ut ait *Aristoteles libro 1. de Cœlo. & Galenus de Crisibus capit 8.* Hactenus Angel. ad consilio Angeli etiam se subscripsit frater ipsius Bald Et quia verba illius consilii sunt pulcherrima, & plurimum serviunt pro decernenda quæstione præsenti, nobis placuit illa asscribere.

Deinde hanc sententiam comprobat etiam id, quod Doctores communiter tradunt, † feudi illam naturam esse, quod ad extraneos nempe ad illos, qui à primo acquirente non descendunt, non transeat, *Bartolus, Alexander, Iason & Doctores l. Gallus. §. etiamsi à parente. ff. de liber. & posthum. Alexand. l etiam. in princip. numer. 5. ff. soluto matrim. Abbat. Felin. Dec. & Doctores c. in præsentia extr. de probation. Fancisc. Ripa. l. ex facto. §. fin numer. 14. ff ad SC. Trebell.*

Et hoc absque omni dobio procedit in feudu acquisito simpliciter, nulla neque hæredum neque filiorum mentione facta.

Namque ad illius successionem hæredes extranei non descendentes à primo acquirente nunquam admittuntur, *gloss. Andr. de Isern & Bald cap. 1. quibus modu feud. constitut. Andreas de Isern. ex quibus causis feud. amit. Alexand. conf. 18 lib 5. Socin consil 19. col. 1. lib. 1. Hippolyt. de Marsil. singul. 160. Roman. l etiam. ff. soluto matrim Doctores capit 1. an agnatus Covar. var. resolut. lib 2 num 3. in fin.*

Et hoc satis probatur per omnes textus consuetudinum feudalium citatos; in quibus simpliciter deciditur, feudum non transire ad illos, qui à primo acquirente originem non trahunt, nec faciunt mentionem, utrum feudum sit acquisitum simpliciter an verò non, item quo pacto sive tenore feudum acquisitum sit, & certum est, legem generaliter & indefinitè loquentem, generaliter & indefinitè intelligendam, nec à nobis distinguendam, *l. 3. ff. de offic. præsidu. l. de precio ff. de public in rem actione.*

Similiter hæc conclusio absque omni dubio & nemine penitus discrepante procedit in feudo ex pacto & providentia, ad illius enim successionem nunquam admittuntur extranei, sive illi, qui à primo acquirente originem non trahunt, *Laurent. Sylvan. cons. 3. numer 66. lib. 1. Covarr. variar. resolut. lib. 2. cap. 18. Arius Pinell. repet. l. 1. parte 3. numer. 84. C. de bonis matern.*

Eodem jure utimur, si feudum alicui fuerit concessum pro se & hæredibus, vel si aliter in concessione feudi fuerit facta mentio hæredum. Namque etiam ad illius feudi successionem tantùm descendentes à primo acquirente & nullo modo extranei hæredes admittuntur, *gloss. Imo mol. Paulus Castrensis & Dd. l. ex facto §. fin. & ibi Ripa. numer 14. ff. ad SC. Trebell. Bart. Bald. Alexand. Ias. & Dd. l. Gallus ff de liber. & posthum gloss. l. etiam. & ibi Bald. in fin. & Alexand. numer 5. ff. soluto matrim Baldus l. 1. quæst. 48. ff. de rerum division Baldus l. 1. §. fin. si de feudo defuncti. content. innocent. & Modern. l. quod dicitur. & ibi Alexand. numer. 26. ff. verborum obligat. Bald. Abb. Felin. August. Berous & Dd. c. in præsentia. & ibi Dec. numer. 48. extr de probat. Angel consil. 110. & ibi Bald in subscriptione. & idem Angelus consil. 350. Calcan. cons. 15. Cardinal. consil. 64. Dec. consil. 175. & consil. 208. Fulgos. consil. 218 Abbat. consil. 3 dub. 3. lib. 2. Corn consil. 26. col. 2. lib 1. Socin. cons 19. numer 9. lib. 1. Cardinal Paris consil. 65. numer. 14 lib. 3. Socin jun. cons. 112. lib. 2. L. Sylvan. consil. 3. numer. 67. lib. 1. Aym. Cravett. consil. 197. lib. 1 Arius Pinell. l. 1. 3. parte. numer. 35. & 86. C. de bonis matern.*

Tum quia in feudis † sive in materia feudali appellatione hæredis tantùm descendentes ex primis acquisitoribus comprehenduntur, *c. 1. §. etsi clientulus. & ibi Dd de alien. feud. c. 1. §. fin. & ibi Bald. & Dd. si de feudo defunct. content. c. 1. §. pen. de lege Corrad.*

Tum

150 Tum, quia pro ut suprà diximus, † feudum est talis res, quæ sua natura ad hæredes extraneos non transit. Et clari & indubitati juris est, quod in rebus sua natura ad extraneos hæredes non transeuntib. appellatione hæredum tantùm descendentes comprehenduntur, secundum communẽ & receptam Dd. sententiam, *Bart. Alex. Ias. & Dd. l. Gallus. §. etiamsi à parente. ff. l liber. & posthum. Imol. Paul. Castr. Alex. & Dd. ex facto §. si quæsita. & ibi Ripa. nu. 14. ff. ad S C. Trebell. Bald. Abb. Felin. Dec. August. Berous & Dd. c. in præsentia. extr. de probat.*

Tum, quia text⁹ consuetudinum feudalium generaliter decidunt, feudum non transire ad illos, qui à primo acquirente nõ descendunt, nec distinguunt, utrum investitura fuerit facta simpliciter, an verò pro acquirente & filiis, item pro acquirente & hæredibus, aut pro acquirente & successoribus. Et clari juris est, quod lex generaliter & indefinitè loquens, generaliter & indefinitè intelligenda sit, ut omnes omninò casus comprehendat, nec à nobis distingui debeat.

Tum, quia illa feuda in quorum concessione, vel alia materia est facta mentio hæredum, non judicantur res hæreditariæ, nec in petitione hæreditatis vel restitutione fideicommissi veniunt, nec de illis vasallus in præjudicium successoris feudi filiorum nempè agnatorum vel cognatorum inter vivos vel in ultima voluntate quicquam disponere potest, *Cardin. Paris. cons. 65. num. 11. 12. & 13. lib. 3.*

Idem juris est, si feudum fuerit concessum alicui & successoribus suis, vel aliter in materia illius feudi fuerit facta mentio successorum. Namque nec tale feudum ad alios quàm ad descendentes ex primo acquirente transit, *Socin. consil. 19. num. 9. lib. 1. Dec. consil. 445. numer. 14.* Ubi *Decius* attestatur, eandem sententiam amplecti *Bald.* Et illud etiam locum habet, si vel in concessione feudi vel aliter in materia de feudo loquente fuerit facta copulativè mentio hæredum & successorum. Namque secundum communem & receptam Doctorum sententiam etiam ad hujus feudi successionem illi, qui à primo acquirente non descendunt, nullo modo admittuntur *Imol. l. quod dicitur. ff. de verbor. obligationib. Alexand. consil. 10. in fin. lib. 3. And. Barbat. consil. penult. col. 11. lib. 1. Cornel. cons. 16. col. 3. lib. 1. Curt. sen. cons. penult. Dec. consil 171. & consil. 208. numer. 11. Franc. Ripa. l. ex facto. §. si quis ita. ff. ad S.C. Trebell. Alex. Rub. consil. 84. col. 2. Roland. à Vall. cons. 96. numer. 8. Covar. var. resol. lib 2. cap. 18. numer. 4. vers. 10. Francisc. Ripa. l. quæsitum. §. fin. numer. 5. ff. privileg credit.* ubi ipse attestatur hanc opinionem communem esse.

Idem tenet *Ioann. Nevizan cons 10 nu. 7.* & comprobatur ex eo, † quia etiam ad successionem Emphyteusis ecclesiasticæ acquisitæ pro se, hæredibus ac successoribus, extranei non admittuntur, *Alex. cons. 87. lib. 7. Dec. cons. 171. Ias. cons. 89. col. 5. & 4. lib. 3.* 151

Et licet in hoc contrarium teneant *Socin cons. 66. col. 14. lib. 2. L. Sylvan. cons. 52. nu. 12. vers. quartò quia istud.* Attamen hæc contraria opinio est communiter reprobata, & ad omnes rationes quæ prò contraria sententia adducuntur, respondet *Dec. & Ripa in loco suprà citato.*

Eamque ob causam illa contraria sententia neque in judicando neque in consulendo sequenda est.

Deindè hoc etiam procedit, † si in concessione feudi vel aliàs in materia feudi simpliciter fiat mentio hæredum & successorum vel hæredum & successorum, sive copulativè fiat mentio filiorum & hæredum, item filiorum & successorum, namque etiam tale feudum ad hæredes extraneos non descendentes à primo acquirente nullo modo transit, *Matth. de Afflict. c. 1. num. 4. de eo qui sibi & suis hæredib. Matth. de Afflict. c. 1. numer. 13. an agnat. Bald. consil. 70. lib. 2. consil. 475. lib. 5. Paulus Castrens. cons. 461. lib. 1. Alexand consil. 44. numer. 1. & cons. 128. numer. 6. lib. 1.* ubi *Alexand.* attestatur, hanc opinionem communem esse, & idem tenet *Ias. l. si non sortem. §. libertus. numer. 35. ff. de condict. indeb. Curt. jun. consil. 1. num. 12. & cons. 138. num. 23. Covar. var. resolut. lib. 2. cap. 18. Arius Pinell. l. 1. 3. part. numer. 87. C. de bonis matern.* 152

Quinimò multi Doctores volunt, & ad feudum acquisitum pro ipso acquirente & quibuscunque hæredibus suis, non admitti extraneos non descendentes à primo acquirente, *Bald. cap. 1. §. donare. & ibi M. Laudens. & Præpos. qualit. feud. olim Bald. l. cum virum. col. fin. C. de fideicommiss. Francisc. Aretin. & Socin l. Gallus. §. etiamsi à parente. ff. de liber. & posthum. Alexand. consil. 30. col. 4. vers. octavò. quia vasallus. lib. 1. consil. 23. col. 2. lib. 2. Iacob. de S Georg. in tractat feudal. verb. & quibuscunque hæred. num. 1. & 2. Curt.* senior

senior cons. 83. col. 5. Godzad. cons. 5. num. 35. & cons. 26. Cornel. cons. 26 lib. 2. Dec. c. in præsentia. num. 48. & ibi August. Berous num. 368. extr. probat. Dec. cons. 185. & cons. 208.

153 Præterea hæc conclusio, † quod is, qui à primo acquirente originem non trahit, ad successionem feudi nō admittatur, procedit non tantùm in eo feudo, quod quis gratis & absq; pecunia acquisivit, sed etiam locum habet in illo feudo, quod quis precio sive pecunia comparavit, prout hoc expressè probat *text. in c. 1. de benef. fratris & quali frater. in benef. fratris sui.* ubi textus expresse dicit: *Si quis acquisierit beneficium, & sine filio masculo mortuus fuerit & fratrem reliquerit. frater non succedat fratri, sed Dominus habeat, nisi per investituram à Domino ordinatum fuerit, ut frater succedat fratri, si mortuus fuerit sine herede masculo, ut succedat frater fratri morienti sine filio: vel nisi beneficium de communib. bonis fuerit emptum vel utriusq; nomine Domino sciente: si simul steterint vel in honorem Regis acquisiverint.* Et sic ex illo textu ponente regulam: quod frater fratri in feudum non succedat, & excipiente ab illa regula aliquos casus, & inter reliquos illum casum, quando feudum fuit emptum de communib. bonis Domino sciente satis liquet, quod in feudū emptum, si illud non sit emptum vel comparatum communibus bonis, sed bonis sive pecunia propria fratris vel alius non descendens à primo acquirente non succedat.

Tum quia exceptio confirmat regulam in omnibus casibus non exceptis, *§. ut autem. & ibi gloss. & Bartol. authent. de non alien. & permut. rebus eccles. l. Tribunus. §. fin. ff. milit. testam. c. nonne. & ibi Felin. extr. de præsumpt. c. Dominus. 32. quæstion 7. Bartol. l. quæsitum. §. denique. ff. de fundo instr. Angel. cons. 239. & 290. Roman. cons. 337. Decius & Cagnol. l. 1. ff. de regul. juris.*

Tum per argumentum à contrario sensu, quod & in toto jure fortissimum & frequentissimum est, *l. 1. & ibi Ias. Dec. & Dd. ff. de offic. ejus. cui mand est jurisd.* Et etiam in consuetudinibus feudalibus sive materia feudali locum habet, præsertim in nostro & similibus casibus, quando per illud non inducitur juris communis correctio, *Francisc. Curt. in tractat. feudal. 1. part. quæst. 4.*

Et hanc sententiam ibi expressè tenet *Iacob. de Belvis.* concludens, quod in feudum emptum non de bonis communibus vel de communi pecunia frater fratri non succedat, sive ipsi simul steterint sive non, & in fine *illius textus Iacob. de Belvis.* concludit, quod etiam in feudum comparatum communi pecunia frater fratri non succedat, si Dominus feudi ignoraverit, illam pecuniam communem fuisse.

Idem tenet ibi *Andreas de Isern.* dum videlicet dicit, si quis feudum acquisiverit nomine proprio vel de sua industria vel negotiatione, frater in illo feudo nihil juris habet, & idem dicit juris esse, si frater etiam de pecunia communi pro se tantùm emat feudum.

Eandem etiam sententiam amplectitur *Baldus ibid.* Dum videlicet ipse ad hoc, ut frater fratri in feudum emptum succedere possit, requirit, ut illud fuerit emptum & de pecunia communi, & quod Dominus sciverit, illam pecuniam communem fuisse.

Ejusdem opinionis est & *Alvarot. in dicto capit. 1 de benefic. fratris.* dum videlicet requirit ad hoc, ut frater fratri in feudum emptum succedere possit, ut ista tria copulativè concurrant, quod pecunia sit communis, quod stent simul, & quod Dominus sciat, item & ex eo, quod *Alvarot.* ibi ad hoc quod frater fratri in feudum emptum propriis nummis acquirentis succedere possit, copulative requirit, quod illa emptio sit facta nomine utriusque, item, quod stent simul, & quod Dominus illud sciat.

Idem etiam vult *ibid. Præpos.* Dum videlicet ibi *Præpos.* concludit, in feudum emptum de communibus bonis fratrem fratri non succedere, nisi Dominus sciverit, illud feudum fuisse emptum de bonis communibus, & subjungit, in feudum emptum de bonis propriis fratrem fratri nō succedere, nisi illud feudum fuerit communi nomine acquisitum à tali fratre, qui cum fratre suo simul habitat, Dominoque has qualitates sciente.

Et idem tenet ibi etiam *Matth. de Afflict.* dum ibi expressè concludit, feudum emptum etiam de pecunia communi nomine proprio ad fratrem indistictè non transire. Et feudum emptum de pecunia propria non aliter ad fratrem transire posse, nisi illud expressè in investitura cautum fuerit.

Deinde hanc sententiam probat *textus in c.*

In c. 1. §. si duo fratres. de fratrib. de novo benefic. investit ubi textus expresè dicit: Si duo fratres in causa communi post mortem patris remanserint, i.e. habitaverint simul, & unus novum feudum acquisiverit, pleriq; dicunt, ad aliud nun pertinere nisi per pactum, sed neque vivente eo, qui acquisiverit, neque post mortem ejus fructus tamen erunt cõmunes, donec simul habitaverint, quod si cum equis & armis communibus vel pecunia communi sit acquisitum, adhuc idem dicunt, ne forte invitus Dominus, aliumque quàm quem voluerit, sibi acquirat vasallum, tum tamen meminerimus id, quod de pecunia communi expensum est, alteri pro parte restituendum esse.

Et sic ex illo textu similiter liquet, in feudum emptum neque fratrem neque alium, qui a primo acquirente originem non trahit, succedere, prout ex illo *textu colligit expreßè Iacob. de Belvis.* concludens, sive feudum fuerit acquisitum gratis sive pecunia acquirentis, fratrem primi acquirentis in illud feudum non succedere, & idem dicit juris esse, si feudum pecunia communi sit comparatum.

Idem etiam vult *gloß ibid. in verb. acquisierit. & in verb dicunt.* dum videlicet *gloß. ibid* concludit, in feudum acquisitum etiam communi pecunia fratrem fratri non succedere, simul illud feudum fuerit acquisitum nomine proprio acquirentis, vel Dominus ignoraverit, illam pecuniam communem esse, cui sententiæ etiam subscribit *And. de Isern. ibid.*

Et idem etiam *tenet ibi Bald.* Dum dicit, fratrem fratri in feudum non succedere, si illud feudum fuerit acquisitum vel gratis vel pecunia propria acquirentis, atque subjungit, idem etiam esse, si feudum fuerit communi pecunia comparatum.

Huic opinioni etiam astipulatur *Alvarot. & Præpos. in d. §. si duo fratres uterque. num. 1.* dum ibi simpliciter concludunt, in feudo acquisito vel gratis ex liberalitate nempe Domini, vel ex re sive pecunia propria acquirentis, fratrem fratri nullo modo succedere.

Eandem sententiam etiam ibidem expresse tenet *M. de Afflict. in figuratione casus.* dum videl. dicit, feudum acquisitum vel gratis vel pecunia propria acquirentis, illo absque filiis mortuo ad fratrem non transire.

Idem etiam vult *Ludo. Roman. l. etiam in pr. num. 7. ff soluto. matr.* ubi inquit, quod in feudum emptum non succedat neque fœmina neque extraneus eam ob causam, quia quilibet actus quoad transmissionem in hæredem faciendam debet regulari non secundum naturam contractus, sed secundum naturam rei in contractum deductæ, & hoc per text. *l. stipulatio ista. §. si quis ita. ff. verbor. oblig.* quem text. ipse ita inducit, licet stipulatio de natura sua sit ad hæredes transmissibilis, *l. veteres. C. de contrah. & committ. stipul.* stipulatio tamen non transmittitur, cum rei deductæ in stipulationem natura non est transmissibilis, ut est ususfructus secundum text. *d. §. si quis ita, item & text l. si quis domum. §. huic subjungi debet. ff. de locat. & conduct. l. necessario. §. fin. ff. de peric. & commod rei vend.*

Et idem per eandem rationem concludit *Socin. cons. 19. nu. 22. lib. 1.*

Ejusdem opinionis sunt & omnes illi Dd qui volunt, in feudum emptum fœminas non succedere.

Deinde etiam præcedens conclusio, † 154
quod ad successionem feudi non admittatur is, qui a primo acquirente originem nõ habet, procedit & in tali feudo, ad cujus successionem fœmina vel per pactum vel per statutum admittitur, juxta text expressum in *c. 1. de duob fratr. à Capit. invest* ubi textus inquit: *Duo fratres scil. Titius & Sejus à quodam Capitaneo de novo beneficio simul investiti sunt, eo videlicet tenore, ut quamdiu ipsi, vel hæredes ipsorum masculi viverent, & masculis deficientibus, fœminæ si superessent, feudum haberent, ex fratribus his unus, una filia relicta, altero adhuc vivente decessit, quæritur, cui portio defuncti deferatur, utrum filiæ, an fratri. Respondetur, filiæ, unusquisq; enim sibi suisq; hæredibus videtur prospexisse, si tamen is qui filiam reliquit, sine hærede decessit propter tenorem investituræ insertum, ejus fratri, non domino est quæsitum.*

Et sic ex illo textu expresse liquet, quod etiam ad successionem feudi fœminei, sive ad quod fœminæ per pactum vel statutum admittuntur, illi, qui à primo acquirente originem non trahunt, nullo modo admittantur, nisi hoc in investitura expresse cautum vel conventum fuerit.

Nec obstat huic decisioni, quod si feudũ fuerit effectum improprium vel degenerans, in uno aut certo casu illud feudum degeneret in omnibus illis, quæ veniunt in necessariam consequentiam, item

sine quibus ea, quæ in pactis degenerantibus cuntinentur, effectum sortiri nequeunt, *Curt. in tract. feud. 1. part. 6. quæst. num. 33. arg. l. illud. ff. de acquir. hæred. l. 2. & ibi Dd. ff. de jurisdict. omn. judic l. fin. ff. officio ejus cui mand. est jurisd. l. 3. §. fin. ff. de servit. urban. præd. c. præterea. extr. offic. deleg.*

Nec non etiam quoad accessoria, *arg. c. accessorium. ita de re judic. lib 6. l. etiam. C. de jure dot. l. cum intra §. inter socerum. ff. de pact. dot. l. 3 §. sed etsi quid accessit. & ibi Bart. ff. de negot. gest.* & connexa, *c. translato & ibi Abb. Felin. & Dec. extr. de constit. Ias. l. 2. nu. 6. ff. de jurisdict. omn. judic.*

Namque successio extraneorum non est neque accessoria neque connexa successioni filiarum sive fœminarum descendentium à primo acquirente, nec in consequentiam ejus venit.

Ulterius prædicta conclusio, quod ad
155 successionem feudi non admittuntur† illi, qui à primo acquirente non descendant, etiamsi illi vel primo acquirenti vel ultimo defuncto vel utrique sanguine conjuncti sint, & hæredes extiterint, procedit indistincte in omnibus feudis etiam degenerantibus & impropriis, nisi in investitura expresse cautum sive conventum fuerit, quod ad horum feudorum successionem extranei admitti debeant.

Cum sit clari & indubitati juris, quod regulariter ad successionem feudi non admittantur illi, qui à primo acquirente originem nun trahunt, atque etiam Ll. expresse cautum sit, feuda impropria & denerantia in omnibus & per omnia regularem & ordinariam naturam feudi sequi, exceptis tantum illis, in quibus ordinariæ & regulari naturæ feudi expresse & in specie derogatum est, *Bald. l. 1. quæst. 16. ff. rer. divis. Dec. cons. 193. num. 4. & 5. lib. 1. Calder. cons 11. tit. de feud. Zas. in tr. feud. ultima parte. num. 3. Neviz. cons. 10. numer. 19. & 27. Laur. Sylvan. cons. 42. num. 5. Roland. à Valle cons. 2. num. 135. Curt. in tract. feud. part. 1. quæst. 6. num. 28.* ubi ipse attestatur, eandem opinionem amplecti *P. Castrens. Roman. And. de Isern. & Bald. in locis ab ipso citatis.*

Et hanc sententiam satis probat *text. in c. 1. de feud. non hab. propr. nat.* ubi text. expresse dicit. Si quis ea lege alicui feudum dederit, ut ipse & sui hæredes, & cui ipse dederit, habeant, resp. iste qui sic accepit, poterit id vendere, vel donare vel aliter, si sibi placuerit, etiam sine voluntate Domini alienare, & ille cui datum fuerit, non habebit ipsum pro feudo, nisi sicut ei datum est, sed qualitercunque ei datum fuerit, sive ad proprium sive ad libellum, licet propriam naturam feudi non habeat: jure tamen feudi censebitur, ut ex his causis ipsum amittat, quibus & verum feudum, & sic ex illo textu expresse colligitur etiam feudum improprium jure feudi censeri & iisdem causis amitti, quibus feuda propria amittuntur, atque naturam feudi propriis retinere in omnibus illis casibus, in quibus expresse & in specie à natura proprii feudi non est recessum, idem etiam probat text. *c. 1. §. pen. & fin. quid sit invest. c. 1. §. feudum ea lege. si de feudo defunct. cont.*

Et hæc decisio quoad præsens propositum, satis comprobatur ex iis, quæ suprà diximus.

Namq; certum est, feudum emptitium sive pecunia acquisitum, feudum improprium & degenerans esse, prout hoc tradunt Dd. communiter supra citati.

Similiter indubitati juris est, illud feudum, ad cujus successionem fœminæ pee pactum admittuntur, feudum degenerans & improprium esse, prout hoc expresse tradit *Zasius in tr. feud. ult. parte. numer. 29.* & tamen dubio omni caret, atque suprà & textibus expressis & communi atque recepta Dd. sententia comprobatum est, extraneos non admitti neque ad successionem feudi empti, neque etiam ad illius feudi successionem, cujus fœminæ per pactum investituræ capaces sunt.

Sed videtur Baroniam controversam esse feudum non autem allodium.

Tum,† quia Baronia controversa habet 156
annexam regalem dignitatem, merum & mixtum imperium: item flumina & vias publicas, quæ inter regalia recenseri, dubio omni caret, *l. 1. quæ sunt regalia.* & Dd. tradunt, illam regulam, quæ vult, in dubio præsumi quamlibet rem liberam & allodialem, non habere locum in rebus habentibus annexam jurisdictionem merum vel mixtum imperium, illa enim in dubio præsumuntur esse concessa non ut allodium sed ut feudum, *Bald. c. ad audientiam. num. 5. extr. de præscript. Ias. l. si prius. nu. 42. ff. de operis novi nunciat. Alciat. in tract. de præsumpt. reg. l. 2. præsumpt. 3. num 6.* & idem est de mente *Laur. Sylvan. cons. 3. num. 74. lib. 1.* eam ob causam, quia Princeps talia bona ita ut à se omnimodù omne dominium abjiciat, alienare non potest, cum hoc vergat in grave præjudicium Principatus,

fatus, *cap. intellecto, & ibi Panormitan. Ant. de Butr. & Dd. extr. de jurejur. Bald. cap 1. in princ. & ibi Ias. num. 77. de his qui feud. dare poss.*

Tum, quia bona habentia annexam jurisdictionem, merum & mixtum imperium, vel regalem dignitatem, sunt juris publicæ & à publico processerunt, *§. obtinet. auth. de exhib. reis Bald. Alvar. & Præpos. c. 1. in pr. de feudo March* eamque ob causam non possunt perpetuò abdicari & separari à jure publica. *§. cogitatio, Auth. ut judic. sine quoquo suffrag. Bald. & Alvar. d. c. 1. in princ. de feudo March. Ioan. Cirier. in tract. de primogenitura. lib. 2. quæst. 13. num. 2.* usque adeo ut multi Dd. tradiderint, quod Princeps non possit nec per contractum nec alio modo concedere regalia in præjudicium successoris, *Bald. in tit. de pac. constant. col. 30. verb possideant. Iason. cap. 1. in princ. num. 80. de his qui feud. dare possunt. Godzad. consil. 8. num. 45.*

Tum, quia Barones à B. ratione Baroniæ sunt obligati Ducib. Geldriæ ad fidelitatem & servitia, & insuper illa Baronia controversa est affecta onere ber Offnung / prout hæc omnia probantur per instrumentum à Comite in D. una cum libello suo sub litera A producto.

157 Et certum † est, quod ex reservatione fidelitatis & serviriorum colligatur & probetur, rem aliquam feudalem esse, *Panormitan. consil. 82. numer. 6. lib. 1. M de Afflict. cap. 1. num. 226. ex quibus caus feud. amitt.*

Tum, quia totus Ducatus Geldriæ feudalis est, & pro majori parte bona particularia juxta Baroniam controversam sita, feuda esse opinor, ex quo similiter videtur argui, Baroniam controversam feudalem esse.

Cum & membra debeant à capite regulari, *c cum non deceat. extr. de præscriptio Dec. cons. 38. num. 7.* & in dubio qualitas eadem censeatur locis vicinis & contiguis inesse.

Igitur videtur dicendum, quod ad Baroniam controversam Comitissa à L. nullo modo admitti possit vel debeat, quocunque tandem modo vel quibuscunque verbis illa Baronia acquisita vel concessa fuerit, item, sive illa Baronia feudum proprium sive improprium reputanda sit,

158 Secundò, † Regnum, Ducatus, Comitatus, Baronia, etiamsi ipsa sint allodialia & libera, transeunt tantùm ad successores sanguinis, qui videlicet à primo acquirente originem trahunt, nullo vero modo ad hæredes extraneos, prout hoc expresse tenet *gloss. c. scripsit. ver. dignitatem 27. quæst. 2.* ubi glossa inquit, Jus Regni quod defertur per successionem, transire non in monasterium, sed ad successores sanguinis tantùm, & idem juris esse in Comitatu & Ducatu.

Idem etiam tenet *Bald. l. Deo nobis. §. hoc etiam. num. 2. de episcop. & cleric.* ubi formaliter dicit, nota, quod Monachus succedat in omni substantia, tamen istud est verum, nisi sit talis substantia, quæ ex natura sui non possit pertinere nisi ad hæredes sanguinis, ut Regnum, Ducatus, & Baronia, quia hujusmodi non transeunt ad monasterium, sed remanent generi, & sic *Bald.* ibi expressè vult, quod Regnum, Ducatus, & Baronia ex sua natura tantùm pertineant ad hæredes sanguinis, nec ullo modo ad monasterium vel alios hæredes extraneos transire possit.

Tum quia *Bald.* ibi generaliter loquitur nulla facta distinctione, utrum Regnum, Ducatus vel Baronia sit allodialis, an vero feudalis, & certum est, quod Doctor generaliter & indistinctè loquens, generaliter intelligendus sit, ita ut ipsius opinio habeat locum in omnibus casibus sub illa generalitate comprehensis, *arg. l 1. §. ait ergo. ff. de his quæ in fraud. credit. l. 1. ff. de legat. præstand.* etiamsi major ratio sit in uno quàm in alio, *l. 1. §. quod autem ff. de aleat. & lusu aleæ Socin. l. 2. §. ex his. ff. verbor. oblig.*

Tum, quia *Bald.* ibidem loquitur de bonis allodialibus, faciens talem regulam, quod illa bona transeant in monasterium, & ab illa regula excipit illa bona, quæ non transeunt nisi ad hæredes sanguinis, qualia sunt Regnum, Ducatus & Baronia, & sic *Bald* ibi expressè vult, Regnum, Ducatus, & Baronias non nisi ad hæredes sanguinis transire, etiamsi illæ allodiales sunt, cum exceptio debet esse de regula, atque ejusdem naturæ & substantiæ cum regula, *Dyn. rubr de regul. jur. lib. 6. Bald P. Castrens. & Dd l in his. ff. de legib. Franc. Aret. cons. 30. col. 4. Dec. cons 590. ad fin. Dec. l. 1. num. 26. & ibi Cagnol. num 29. ff. de regul. juris.*

Eandem sententiam etiam amplectitur *Bald l. data opera. num. 29. C. de his qui accus. possunt*

possunt vel non, ubi ipse inquit, Regnum tantum transire ad posteriores sive ad posteritatem, & ad hoc citat *gloss. d. c. scripsit*.

Huic opinioni etiam subscribit *Praepos. c. 1. §. & quia vidimus. num. 50. de his qui feud. dare possunt*. Tum videlicet ipse ibi inquit, Magnas dignitates, Comitatus, Marchionatus & similes, non nisi ad haeredes sanguinis transire.

Hanc opinionem etiam sequitur *Capitius decis. 31. num. 4.* ubi ipse formaliter inquit: Regni, Ducatus, Comitatus & Baroniae illam naturam esse, ut non transeat nisi ad haeredes sanguinis, eamque ob causam talia bona non transire ad monasterium, sed generi remanere.

Idem etiam vult *Specul. §. 1. num. 15. de statu monach*, ubi ipse tradit, de facto servari, quod Regnum, Ducatus & Comitatus, quod ordinario jure defertur, ad monasterium non transeat, & sic expressè vult, talia bona non transire ad haeredem extraneum, cum omnia illa quae ad haeredem extraneum transire possunt, etiam in monasterium transeant.

Deinde hanc sententiam expressè tenet *Bald. c. 1. in pr. num. 6. de feudo March. Dec. cons. 85. numer 3. & 4. Dec. l. certum. numer. 9. C. unde cognati, Ias. cons. 114. numer. 2. lib. 1. Godzad. cons. 8. num. 3. cons. 26. num. 23. Rol. à Valle. cons. 3. num 10. Tiraq. in tr. de utroq. retr. parte 1. §. 1. gloss. 9. num. 29.* ubi ipsi expressè concludunt, quod in Regnis, Comitatibus & Baroniis succedatur tantùm jure sanguinis, quodq; ad illorum successionem admittantur solùm illi, qui à primo acquirente sive à prima stipite originem trahunt, etiamsi ipsi ultimo defuncto in centesimo millesimo vel ulteriori gradu conjuncti sint.

Eandemque decisionem, *Bald. d. c. 1. in pr. num. 6. de feudo March*, referunt atque sequuntur ibidem *M. Laud. num. 8. Praepos. nu. 3. M. de Afflict. num. 14. & Alvar. §. 1. num. 2. Caepol. cautela 95. Iac. de S.G. in tr. feud. verb. Dux. vers. quid si Rex. n. 6. Curt. in tr. feud. 2. part. 3. partis princ. num. 49.*

Et hoc habere locum volunt praeallegati Doctores, etiamsi Regnum, Ducatus, Comitatus vel Baronia allodialis sit, & concludunt in talibus bonis, licet illa sint allodialia, tantùm jure sanguinis succedi, & sic haeredes extraneos ad illa non admitti, prout hoc expressè & in specie tradit *Dec. cons. 85. nu. 3. & 4.*

Et idem tenet *Bald. c. 1. in pr. nu. 6. & ibi Laudens. n. 8. de feudo March. Ias. cons. 114. nu. 2 lib. 1. Dec. l. certum. num 9. C. unde legitimi. Iac. de S.G. in tract. feud. verb. Dux. vers. quid si Rex. num. 6. Curt. jun. in tr. feud. 2. part 3. part. princip. num. 49. Godzad cons. 8. num. 3. & cons. 26. num. 8 Rol. à Valle cons. 3. nu. 10.* namque illi Dd. praesertim verò *Bald. Ias. Godzad. & Roland. à Valle* ibi ponunt, talem regulam, quod in regnis, Comitatibus & Baroniis succedatur jure sanguinis, illaq; successio deferatur omnibus illis, qui a prima stipite sive à primo acquirente originem trahunt, & exempli gratia subjungunt, si contingat, totam domum Regis Francorum mori & superesse tantùm unum ex domo Regia, qui ultimo defuncto etiam in millesimo gradu conjunctus sit, eum ad successionem Regni Galliae sive Franciae jure sanguinis admittendum, ex quo exemplo colligitur, illos Dd. velle, quod in Regnis, Comitatibus & Baroniis succedatur tantum jure sanguinis, atque haeredi extraneo ad illa regressus nullus detur, etiamsi talia Regna, Comitatus vel Baroniae sint allodialia, eam ob causam, quia certum est, Regnum Galliae non esse feudale, sed allodiale atque liberum, & clari juris est, quod exempla, licet illa regulā non restringant, *l. damni infecti ff de damno infecto, Card. Paris. cons. 33. num. 8. lib. 2. cons. 55. num. 32. lib. 4.* neque alterent, *Card. Paris. cons. 66. n. 13. lib. 1.* regulam tamen declarare, *l. fin. §. cui dulcia. ff. de vin. trit. & oleo legat. Clement. non potest. de procurat. Card. Paris. cons. 110. nu. 62. lib. 1. cons. 67. num. 7. lib. 3. cons. 158. nu. 15. lib. 4.*

Et cum opinione *Bald. in d. c. 1. num. 6. de feud March.* pertranseunt etiam *Alvarot. Praepos. M. de Afflict. Caepoll. & Tiraq. in locis superius allegatis.* Dum videlicet ipsi ad amplectendam illam opinionem, quod in Regnis, Comitatibus & Baroniis succedatur tantùm jure sanguinis, in perpetuum moventur sola authoritate Baldi, qui expressè loquitur in Regno allodiali, & clari juris est, quod opinio atque decisio cujuslibet Doctoris sit intelligenda, declaranda & restringenda secundum id, quod ipse allegat, *Bart. l. non solum. §. si liberationis. ff. de liber. legat.*

Similiter haec decisio procedit, etiamsi ipsi qui jure sanguinis ad successionem Regni, Ducatus, Comitatus, Baroniae, se admitti petunt, non sint haeredes ultimi defuncti, quia videl. ipsis haereditas delata non fuit, prout hoc expressè tenent omnes Dd. com-

Dd. communiter superius allegati, dum videlicet ipsi concludunt, ad successionem Regni, Ducatus Comitatus, & Baroniæ, admitti illum, qui à primo acquirente originem trahit, licet ipse ultimo defuncto in centesimo vel millesimo gradu conjunctus sit, quem tamen constat, ultimi defuncti hæredem non esse, nec esse posse, cum successio hæreditaria ab intestato non deferatur illis, qui ultimo defuncto ultra decimum gradum conjuncti sunt, *gloß. auth. in successione & ibi Bart. & Ioan. Fabr. C. de suis & legitim. gloß. fin. l. certum & ibi Bald. & Dd. C. unde legitimi. gloß. l. Iureconsultus. §. parentes & ibi Alberic ff. de gradib. affin. gloß. l. vacantia & ibi Angel. C. de bonis vacant lib. 10. gloß. §. fin. & ibi Ioan. Fabr. & Dd. Instit. de success. cognat. gloß. §. hactenus verb. longè Instit. de gradibus cognat. gloß §. si verò neque fratres. auth de hæred. ab intestat. venient.* cum multis similibus allegatis per *Tiraquell. in tractat. de utroque retract. part. 1. § 1. gloß. 9. num. 23.*

Et confirmatur ex eo, quod traditur, licet filio non permittatur acceptare feudum hæreditarium, repudiata hæreditate patris vel feudum ab hæreditate separare, hoc tamen non habere locum, si filiis hæreditas patris non fuerit delata, tunc enim ipsos admitti ad successionem feudi, licet ipsi hæredes defuncti nō existant, *Bal. Alvar. & Præpos. cap. 1. an agnatus. Iac. de S. G. tract. feudal. vers. itaque ipsi. num. 6. Bald. l. cum secundum. num. 3. C. de fideicom. Dec. cons. 208. num. 13.*

Ideoque receptum est, si pater decedens alium hæredem universalem instituerit filio vel injustè exhæredato, vel prætetito, vel in re certa, tantùm instituto hunc filium quantumvis ipse non sit hæres ad successionem feudi etiam hæreditarii admitti, sive ipse sit in re certa institutus, *Iac. de Belviso. Alvar. M. Laud. Præpos. & Frid. Schengk. c. 1. & ibi M. de Afflict. num. 7. & 31. an agnatus. Bald. c. 1. in pr. de success. feudi. Iac. de S. G. in tract. feud. verb. ita etiam quod ipsi. num. 5. Zas. in tract feud. 8. parte. nu. 16. Franc. Sonsbeck. in tract. feud. 9. part. num. 167.* sive præteritus, *Bald. Alvar. Præpos. Fr. Schengk. cap. 1. & ibi. M. de Afflict. nu. 37. an agnat. Franc. Sonsbeck. in tractat. feud. 9. part. numer. 165. Iac. de S. G. in tract. feud. verb itaque ipsi. num. 5. Zas. in tract. feud. parte. 8. numer 7.* sive injustè exhæredatus, *Alvar. Præpos. & Frid. Schenck. cap. 1. an agnat. Iac. de S. G. d. verb. ita quod ipsi. numer. 5. Franc. Sonsbeck. in tract. feud. 9. part. numer. 165. Zas. in tractat. feud. 8. parte. num. 8.*

Idem quoque juris est in eo filio, qui vivo patre cum jurejurando hæreditati patris renunciavit, namque ipse similiter ad successionem feudi etiam hæreditarii admittitur, licet hæres patris non sit, *Bald. Alvar. Præpos. & Franc Schenck. d. c. 1. & ibi M. de Afflict. numer. 34.* an agnatus, *Iac. de S. G. d. verb. ita quod ipsi. numer. 7. Zas. in tractat. feud. 8. parte. num. 9.*

Ultra prædicta hanc opinionem, quod ad successionem Baroniæ non admittantur illi, qui à primo acquirente originem non trahunt, quodque in illa successione tantùm habeatur respectus sanguinis sive stipitis & primi acquirentis tenere videtur, *Abb. cap. dilecti. numer. 11. extr. de arbitris.* Dum videlicet ipse ibi concludit, ad bona allodialia habentia annexam dignitatem, admitti tantùm masculos descendentes à primo acquirente, & ipsis non extantibus demum fœminas.

Quod etiam tenet *Bald. c. significavit. nu. 1. extr. de rescript.* & utramq; decisionem refert atque sequitur *Tiraq. in tract. de primog. quæst. 10. nn. 9. & 10.*

Et sic cum Baronia sit † dignitas & qui- 159
dem maxima, prout inferius docebimus, sequitur, prædictos Dd. velle, quod etiam in Baroniis allodialibus succedant tantùm masculi ex primo acquirente descendentes, & iis non extantibus demum fœminæ, & ita quod succesßio Baroniarum reliquorumque bonorum habentium annexam dignitatem, licet illa sint allodialia, tantùm jure sanguinis deferatur, & per consequens, quod illa bona ad hæredes extraneos non transeant.

Hanc eandem sententiam etiam amplecti videtur *Bald. cons. 271. nu. 4. lib. 1. & cons. 159. nu. 2. lib. 3. Ioann. Lecyrier. in tract. de primog. lib. 1. cap. 8. n. 3.* Dum videlicet ipsi ibi concludunt, Regna deferri aut electione aut jure sive linea sanguinis.

Et idem, quod videlicet Regna, Comitatus, Baroniæ & similes dignitates non nisi jure sanguinis deferātur, & non transeant nisi ad illos, qui à primo acquirente originem trahunt, est de mente *Pet. de Anchor. cons. 339.*

Huc etiam accedit id, quod tradit *And. de Isern. cap. 1. n. 2. de Capit. qui curiam vendid.* dum videl. ipse ibi concludit, Baroniam

ejusq;

ejusque privilegia tantùm ordine sanguinis deferri.

Idem quoque vult *Guil. Monster. in tract. de success. Regum. quæst. 1. numer. 19.* ubi ipse concludit, quod regales dignitates, Ducatus, Marchionatus & similes debeantur filiis, ut filiis duntaxat & non ut filiis & hæredibus.

Et sic per prædicta clarum est, illam opi-
160 nionem † quod ad successionem Regni, Ducatus, Comitatus, & Baroniæ, hæres extraneus non admittatur, quodque illa successio tantùm deferatur iis, qui a prima stipite sive primo acquirente originem trahunt, communiter receptam esse.

161 Ideoque ab illa opinione in † judicando non recedendum est, cum judex in judicando semper communem opinionem sequi teneatur, *l. 1. & ibi Bald. ff. de senator. l. 1. ff. de offic. quæstor l. athletas in pr. ff de his qui not. infam. Abb. Felin. & Dec. c. 1. extr. de constit. Bald. c. 1. §. judices de pac. juram. firm. Abb c. novimus arg. ill. text. extr. verb. signif. Alex. cons. 61. lib. 5.*

162 Usque adeo ut † is judex contra communem opinionem judicat, & imperitus præsumatur, *Alex. cons. 95. num. 6. lib. 2.* & faciat litem suam, atque parti læsæ ad id quod interest, condemnetur, *Bart. l fin. C. de pœn. judic qui male judicavit Angel. l. terminato. C. de fruct & lit. impens. Abb. c. prudentiam in pr. extr. de offic. deleg. Abb. c. 1. extr. de sent. & re judic. Pet. de Anchor. Clement. ne Romani de election. Ant. de Butr c. ex literis el 1. extr. de sponsal. Felin. c. 1. num. 54 extr. de constit. Ias. l. cum prolatu ff. de re judic.*

Igitur sequitur, etiamsi Baronia controversa allodialis esset, ad ejus tamen successionem non admitti Comitissam à L. ut pura quæ habito respectu ad stipitem sive primum acquirentem, non est proximior cognata Domini J. Baronis in B. ultimi defuncti, sed illam successionem fuisse delatam Comiti à D. qui ultimo defuncto habito respectu ad stipitem proximior est.

163 Tertiò, Dd. magis communiter concludunt, quod † in dignitatib. regalib. allodialib. & hæreditariis etiam habentib. administrationem cum mero & mixto imperio, fœminæ succedant, *Host. Ioann. And. Bald. Ant. de Butr. Panor & Dd. cap significavit. extr. de rescript. Panor. c. dilecti & ibi Ang Berous. num. 50. extr. de arbitr. Tiraquell. in tract. de primog. quæst. 10. num. 9.* ubi ipse attestatur, eandem opinionem amplecti omnes Dd. *in d. c. significavit.* & idem tenet *Felin. c. dilecta ext. de major. & obed. Oldrad cons. 159. Pet. de Anch. cons. 341. Angel. cons. 242. Dec. cons. 32. cons. 218. cons. 269. cons. 390. & cons. 413. Alexand. cons. 24. lib. 5. Ruin cons. 38. numer. 7. lib. 1. Socin jun. consil. 76. num. 48. lib. 1.* ubi ipse attestatur, eandem opinionem amplecti *P. Castr.*

Hanc sententiam tenet etiam *Cardin. Paris. cons. 22. num. 3. & cons. 23. num 14. lib. 1.* ubi ipse dicit, etiam *Innoc. Angel. & Præpos.* cujus opinionis esse.

Idem quoque vult *Abb. Brun. cons. 115. nu. 1. Corn. cons. 16. in fin. lib. 1. Godzad. consil. 8. numer. 17. & cons. 55. num. 21. Hier. Grat. cons. 3. num. 10. lib. 1. Dec. l. 2. nu. 3. ff. de regul juris.*

Et licet in hoc, contrarium teneant aliqui Dd. volentes, quod fœmina sit incapax omnium bonorum etiam allodialium habentium regalia vel dignitatem cùm administratione meru & mixto imperio, *Innoc. c. dilecta extr. de major. & obed. Bart. l. 2. & ibi Dec. num. 7. ff. de regul juris Bart. l. 1. C. de mulier. & in quo loco lib. 10. Bart. cons. 72. incip. ex facto præsup. col 2. Iohan. de Immol. Domin. & Philip. Franc. c. grandi de supplend. neglig. prælator. lib. 6. Socin. jun. cons. 65. numer. 24. usq; ad num. 28. cons. 68. num. 22 & 26. lib 1. cons. 167. num. 10. lib. 2. Dec. cons. 85. col. 5. Bald l. ex hoc jure. ff. de just. & jure Barbat. c. cum olim col. 6. extr. de consuet. Card. Par. cons. 72. num. 71. lib. 4. Iac. de S G. l. cum antiquioribus. col penult. C. de jure delib. M. Laudens. in tract. de primog. col. 3. arg. l. cum prætor. §. penult. ff. de judic. l. 2. ff. de regul. juris l fin. C. de arbitr. gloss. c. ubicunq; verb. masculinam de pœnis lib. 6.* eamque sententiam communem esse, attestatur *Socin. jur. consil. 68. num. 26. lib. 1.*

Attamen præcedentem opinionem plu- 164
res & gravioris authoritatis Dd. amplectuntur, & sic liquet, illam magis communem esse, cum illa opinio † communis esse censeatur, quam plures & gravioris authoritatis Dd. tenent, *Felin. c. 1. num. 54. & ibi addit ad Abb. extr. de constit Ias. l si quis mihi bona. §. jussum. ff. acquir. hær. arg. c. in Canonicis distinct. 19.*

Illaq; sententia satis probatur per text. *d. c. significavit. extr de rescript.* in quo textu dicitur, sororem fratri in Comitatu successisse.

Item etiam per *text. c. dilecti. extr. de arbitr c. dilecto. extr. de testib. c. fin. extr de concess. præbend. c. pervenit. extr. de censib. c. pervenit. el.*

nie,. el. 3. extr. de verbor. signific. c. cum devotissimam & c. seq. 12. q. 2. c. si quis 14. q. 4. Nec obstat text. *l. cum prætor. §. penult. & l. 2. ff. de regul. juris.* cum similib. in quibus text. deciditur, fœminam neque magistratu neque judicandi munere fungi posse.

Namque illa contraria non procedunt, quando dignitates & jurisdictiones vel illa bona, quibus dignitates & jurisdictiones annexæ sunt, jure successionis deferuntur, *Hostiens. Abb. & Dd. c. dilecti extr. de arbitr. Angel. l. Princeps. ff. de legib. Angel. d. l. cum prætor. §. 1. Angel. l. 2. & ibi Dec. numer. 3. ff. de regul. juris Alex. consil. 1. numer. 24. & cons. 24. nu. 12. lib. 5. Dec. cons. 32. Card. Paris. cons. 21. num. 3. & cons. 23. num. 14. lib. 1.*

Præterea fœmina absque omni dubio & nemine penitus discrepante ad successionem regalium sive illorum bonorum, quæ habent annexam regalem dignitatem, merum & mixtum imperium, admittitur eo casu, quando hoc consuetudine introductum est, etiamsi talia bona sint feudalia, *Hostiens. Ioann. And. Bald. Ant. de Butr. Panorm. & Dd. c significavie. extr. de rescripe. Abb. c. dilecti & ibi August. Berous num. 50. extr. de arbitr. Tiraquell. in tract. de primog. quæst. 10. num. 9. Cassen. in consuetud. Burgund. rubr. 3. §. 5. gloss. 1. num. 32. Petr. Duennas reg. 309. num. 1.*

Cum itaque pars adversa prætendat, Baroniam controversam allodialem esse, & utraque pars fateatur, tàm in Ducatu Geldriæ quàm Comitatu Zutphaniæ consuetudine receptum esse, quod ad successionem feudorum etiam habentium annexam regalem dignitatem & merum & mixtum imperium, admittantur fœminæ, dubio omni caret, quod Domina H. à qua Comites in D. originem trahunt, fuerit capax Baroniæ controversæ, quodque eam ob causam absque omni dubio successio hujus Baroniæ controversæ fuerit delata D. Rudulpho, Comiti in D.

165 Quartò, hanc sententiam confirmat, † quod tradit *Pet. de Anchor. cons. 339.* ubi ipse concludit, quod ad successionem Regni indistinctè admittantur tàm masculi quàm fœminæ, item tàm ex masculis quàm ex fœminis descendentes, dummodò ipsi à primo acquirente originem trahant, quodque proximiores masculi vel fœminæ, item ex masculis vel fœminis descendentes remotiores excludunt, quam decisionem refert atque sequitur *Tiraquell. in tract. de primog. quæst. 10. num. 81.*

Et idem in effectu tenet *Andr. de Isern. cap. 1. de eo qui sibi & suis hered. Petr. de Anchorano. l. pater. §. quindecim. ff. de legat. 3. Præpos. c. 1. num. 10. vers. decimo quinto hoc probatur de feudo March.*

Quintò, ad hanc sententiam confirmandam facit id, quod tradit *Bald. l. ex hoc jure. numer. 3. ff. de just. & jure,* ubi ipse concludit, si tota domus regia deficiat, regnicolas sibi alium Regem eligere posse, & sic expresse vult, Regnum ad illos, qui non sunt de domo regia sive non descendunt à primo acquirente, non transite, etiamsi tota domus regia deficiat, sed eo casu novum Regem per pupulum eligendum.

Et annotandum est, Baldum loqui in Regno Castiliæ sive Castellæ, quod Regnum non est feudale sed allodiale & liberum, atque à nemine recognuscitur.

Igitur sequitur, quod similiter Baroniæ etiam allodiales sive liberæ, non transeant ad hæredes extraneos, qui videlicet à primo acquirente originem non trahunt, etiamsi tota domus sive stirps primi acquirentis deficiat.

Namq; certum est, quod quoad successionem sive jus succedendi Baroniæ æquiparantur Regnis, Ducatibus, & Comitatibus, prout hoc tradit *Bald. cap. 1. in princ. num. 6. de feudo March. cum quo dicto. Bald. ibi transeunt. Dd. communiter.*

Et idem tenet *Dec. cons. 85. numer. 3. & 4. Dec. l. certum. numer. 9. C. unde legie. Ias. consil. 114. numer. 2. lib. 1. Godzad. consil. 8. numer. 3. & cons. 26. numer. 28. Roland. à Valle. consil. 3 numer. 10. Bald. l. Deo nobis. §. hoc etiam. numer. 2. C. de episcop. & cleric Capitius. decis. 31. numer. 4. Tiraquell. in tract. de utroque retract. part. 1. §. 1. gloss. 9. numer. 23.*

Et similiter clari juris est, quod dispositum de uno ex æquiparatis, etiam in alio æquiparatorum locum habeat, *gloss. final. l. si quis servo & ibi Bart. Bald. & Dd. C. de furt. Nicol. Ever. in loco ab æquiparatis.*

Sextò, jus † primogenituræ habet locum non tantùm in Regnis, verùm etiam in omnibus dignitatibus secularibus, *Hostiens. Ioann. And. Panormitan. Cardinal. Zabarell. & Dd. c. licet extr. de voto Oldradus cons. 94. col. 4. & consil. 337. dub. 1. Petr. Iacob. tit.* 164

 de caus.

de cauſ. ex quib. vaſallus de amitt. feud. col. 3. Bald. l. ab inteſtato. C. de ſuis & legit. hæredib. Angel. conſil. 287. col. 5. verſ. quinimo. Cardin. Florent. conſil. 337. col. 2. Pet. de Anchor. conſ. 339. col. e. & col. antepen. Panormitan. c prudentiam in pr. col. 4. & ibi Felin. column. 2 extr. de offic. delegat. Panorm. c. dilecti. col. 4. extr. de arbitr. P. Caſtrenſ. l. maximum vitium. numer. 3. C. de lib. præterit. P. Caſtrenſ. conſil. 179. numer. 3. lib. 1. Panorm. conſil. 12. col. 3. lib. 1. & conſil. 3. col. 3. lib. 2. Ant. Roſellus in tract. legitimat. in cauſa fin. col. 5. verſ. ulterius & nunc intro tertium. M. Land. c. 1. §. & quia vidimus. numer. 15. & ibi Præpoſ. de his qui feud dat. poſſunt. M. Land. in tr. de primog. col. 4. verſ. quæro an jus primogenituræ. Alexand. conſil. 25. col. 4. lib. 5. Barbat. inter. conſil. Curt ſen. conſil. 66. numer. 9. cum multis ſeqq. Guid. Papæ deciſ. Delph. 447. Guid. Pap. conſil. 60. num. e3. Præpoſ c. 1. § qualiter ſi de feudo defuncti cont. Philip. Franc. c. grandi notab. 3. de ſupplenda neglig. prælat. lib. 6. Philipp. Franc. rubr. numer. 63. de teſtament. lib. 6. Iac. de S. G. in tract. feud. verb. Dux, verſ. quid ſi Rex. numer. 3. Iaſ. l. 1. column penult. ff. de conſtitut. Princip. Iaſ. l. nemo poteſt. col. 1. ff. de legat. e. Dec. conſil. 225. col 2. & conſil. 209. column. 3. Ruin. conſil. 25. numer. 14 lib. 4. Ant. Corſet. in tract. de poteſt. reg. quæſt. 9. M. de Afflict. in conſtitut. regni Sycaliæ. lib. 2. rubr. 16. numer. 4. Alciat. l. lege obvenire. ff. de verb. ſignificatio. Caſpar. Valaſcus repet. l. imperium. numer. 274. & 280. ff. de juriſdict omnium judic. Ioann. Cyrier. in tract. de primogen. lib. 2. quæſt. 3. Covar. practic. quæſt. quæſt. 1. Tiraquell. in tractat. de primogen. in præfat. num. 35.

Et annotandum eſt, quod prællegati Dd. loquantur generaliter de omnibus dignitatibus ſecularibus, & concludant, in iis habere locum jus primogenituræ, potiſsimum verò quod jus primogenituræ generaliter habeat locum in omnibus dignitatib. ſecularibus, tradit *Panorm. c. licet. num. 9. & ibi Zabarell. notab. 16. extr. de voto. Panor. c prudentiam in pr. nu. 13. & ibi Felin. nu. 5. & 6. extr. de offic delegati. Panorm. c. dilecti. num. 11. extr. de arbitr. Philip Franc. rubr. nu. 63. de teſtam. lib. 6. Philip. c. grandi notab. 2. de ſuppl. neglig. prælat. lib. 6. Corſetus. in tr. de poteſt. & excell. regia. quæſt. 9.*

167 Et prædicta procedunt † non tantum in dignitatibus feudalib. ſed etiam locum habent, ſi illæ dignitates allodiales ſint, prout hoc expreſsè & in ſpecie tradit *Panor. c. prudentiam. in pr. n. 13. & ibi Fel. n. 5. & 6. extr. de off. delegat. Panor. c. dilecti. n. 11. extr. de arbitr. Caſpar. Valaſcus rep. l. imperium. nu. 274. & n. 280. ff. de jurisd. omn. judic. Tiraq. in tr. de prim q. 10. n. 10. Ioan. Cyrier. in tr. de prim. lib. 1. cap. e9 n. 5.*

Et licet Dd. tradant, † hoc quod in dignitarib. ſecularib. tàm allodialib. quàm feudalibus jus primogenituræ locum habeat, conſuetudine introductum eſſe, attamen omnes Dd. fatentur, illam conſuetudinem eſſe & generalem totius orbis & jure approbatam, *Abb c. dilecti nu. e1. extr. de arbitr. Philip. Fr. rubr. n. 63. de teſt. lib. 6. Tiraq. in tr. de jure prim. in præfat. nu. 35. & quæſt. 10. n. e0.* 168

Quinimo verior eſt illorum Dd. ſententia, qui concludunt, quid etiam de jure civili in dignitatibus ſecularib. tàm allodialib. quàm feudalib. jus primogenituræ locum habeat, *Card. Zabarell. conſ. 129. col. fin. Oldrad. conſ. 237. nu. 2. Barbat. inter. conſ. Curt. ſenior. conſ. 66. nu. 12. Ioan. Cyrier. in tract. de primog. lib. 2 quæſt. 13 nu. 3. Phil. Franc c. grandi. notab. 2. de ſuppl. neglig. prælat. lib. 6. Tiraq. tr. de jure primog. in præfat. nu. 36. Aym. Cravet. conſ. 135. nu. 45. arg. c licet extr. de voto c. grandi. de ſuppl. neg. prælat. lib. 6. c. e. §. præterea Ducatus de proh. feudi alien. per Fred.*

Et hoc, quod jus primogenituræ locum habeat, in hiſce dignitarib. ſecularib. non tantùm eſt juris civilis, verùm etiam juris divini & gentium, prout hoc, quod jus primogenituræ ſit juris divini, tradit *Bald. l. in quibus col 2. C. de ſecund. nupt. Ant. Roſell. in tr. de legitimat. in cauſa finali.* & ſatis probatur, *Geneſ. cap. 27. Deut. cap. 21. & 2. Paralip. cap. 21.*

Idem etiam tenet *Pet. de Anch. c. licet. extr. de voto. Iaſ. l. nemo poteſt. lect 2. n. 3. ff. de legat. e. Ioan. Cyrier. in tract. de primogenitura. lib. 1. c. 3. nu. 4.* ubi dicunt, jus primogenituræ eſſe introductum & firmatum lege divina, canonica & conſuetudinaria, eamq; opinionẽ communiter receptam eſſe, atteſtatur *Ioan. Cyrier* in loco præallegato.

Quod verò jus primogenituræ in hiſce dignitaribus de jure gentium locum habeat, tradit *Bald. conſ. 389. nu. 5. verſ. item contrarium omnes gentes. lib. 2. Bald. l. ex hoc jure. numer. 4. ff. de juſt. & jure Ant. Roſell. in tract. de legit. cauſa fin. numer. 18. Cardin. Par. conſ. 72. nu. 70. lib. 4. Bald. c. cum omnes. col. 2. extr. de conſtituc. Tiraquell. in tract. de jur. primogenit. quæſt. 4. nu. 13.* & confirmatur ex eo, quod Herodotus in Polihym. ſcriptum reliquit, apud univerſos homines inſtitutum fuiſſe, ut maximus natu liberorum obtineret Principatum.

Et

169 Et sic ex prædictis sequitur, quod † jus primogenituræ habeat locum etiam in Baroniis, sive illæ Baroniæ sint feudales sive allodiales, prout hoc, quod jus primogenituræ etiam in Baroniis locum habeat, expressè & in specie tradit *Oldrad. consil. 237. numer. 2. Barbat. inter cons. Curt. sen. consil 66. num. 12. Guid. Pap. consil. 60. numer. 13. Tiraquell. in tract. de primog. in præfatione. numer. 55. Ant. Rub. consil. 133. col. 4. Aymon Cravet. cons 135. numer. 1. lib. 1.* ubi ipse attestatur, etiam Curtium hanc opinionem amplecti, idem etiam expressè tenet *Iac. de S. G. in tract. feud. verb. Dux. vers. quid si Rex. num. 10.* ubi ipse expressè inquit, quod in Delphinatu, Vicecomitatu & Baronia, idem jus servandum sit, quo ad hoc regales dignitates divisionem recipiant, quod servatur in Ducatu, Marchionatu, & Comitatu, ubi ipse attestatur, eandem opinionem teneri *Ioann. Rainaud.* &, idem est de mente *Paul. Castrens. consil. 179. numer. 3. lib. 1.* Dum videlicet ipse dicit, jus primogenituræ locum habere in Dominiis terrarum, quorum appellatione absque omni dubio Barones veniunt, idem etiam vult *Paul. Castrens. l. maximum vitium. numer. 3. C. de liber. præter.* ubi ipse inquit, jus primogenituræ habere locum in Regnis & magnis dominiis, inter quæ magna dominia referri Baronias, dubio caret.

Eandem sententiam etiam amplectuntur omnes Dd. superius citati, qui generaliter concludunt, jus primogenituræ habere locum in dignitatibus secularibus.

Ejusdem opinionis est *Matth. de Afflict. decisio. 265. numer. 17. Cephal. consil. 3. numer. 27.* ubi ipsi generaliter concludunt, feuda titulata, quale feudum est Baronia, divisionem non recipere sed primogenito reservanda esse.

Et sic patet, hanc opinionem, quod in Baroniis habent locum jus primogenituræ, communiter receptum esse.

Et hæc opinio confirmatur, tum quia quoad jus sive modum succedendi, Baroniæ æquiparantur Regnis & Comitatibus, in quibusdam Regnis & Comitatibus jus primogenituræ locum habere in confesso est, prout hoc superius docuimus, & clari juris est, quod dispositum de uno ex æquiparatis, etiam in alio æquiparatorum locum habet.

Tum quia † Baronia est dignitas, 170 *Bald. cap. innotuit. numer. 12. extr. de election. Præpos. cap. 1. in princ. num. 3. de hu qui feud. dare possunt. And. Barbat. cons. 57 lib. 2.* & quidem magna *Præpos. cap. 1. in pr. num. 4. de hu qui feud. date possunt. Boer. in tract. de author. magni consilii. numer. 113. Alciat. in tract. de singul. certam. cap. 32. Frid. Schenck. c. 1. qui dicatur Dux.* atque major quolibet nobile vel milite, *And. de Isern. c. 1. §. similiter. num. 23. & ibi Bald. col. 6. & M. de Afflict. numer. 113. de Capit. qui cur. vend. Præpos. c. 1. in princ. numer. 3. qui feud dare poss. Alciat. in tractat. de singul. certamin. cap. 32. Boer. in tractat. de auth. magni consil num. 111. Barbat. cons. 57. lib. 2. arg. c. fundamenta. §. proinde de elect. lib 6. c. venerabilis in suprascriptis. extr. de confirm. utili vel inutili*, sumpto videlicet argumento ab ordine literæ, dum videlicet in illis locis Borones præponuntur nobilibus & militibus.

Tum quia Baronum appellatio est generalis, comprehendens etiam Marchiones, Duces, Comites, *M. de Afflict. c. 1. in pr. num. 1. de his qui feud. dare possunt. M. de Afflict. c. 1. num. 4. qui dicatur Dux.* & Barones dicuntur, quasi filii Regis, *M. de Afflict. c. 1. in pr. num. 1. & 2. de his qui feud. dare possunt*, sive filii aliis celsiores, *Bal. c. uno delegatorum. col. fin. extr. de offic. delegati. Luc. de Penna l. fin. col. fin. C. de mancip. & colon. patrimon. lib. 11. Boer. in tractat. de author. magni consil. numer. 113.*

Tum quia Baronia est regalis dignitas, *Bald. c. innotuit. num. 18. extr. de election. Frid. Schenck. c. 1. quis dicatur Dux*, ubi ipse attestatur, eandem opinionem amplecti *Alvarot.* & est de mente *Godzad. cons. 8. num. 45.* dum videlicet ibi dicit, quod concessio civitatis sit concessio regalis dignitatis, item etiam vult *Iac. de S. G. tract. feud. verb. Dux. vers. quid si Rex num. 10.*

Tum quia Barones † Germaniæ, Comitibus æquiparantur secundum consuetudinem receptam, prout hoc tradit *Zas. in tr. feud. parte. 5. num. 19. Frid. Schenck. c. 1. quis dicat. Dux.* quibus Dd. attestantibus de consuetudine Germaniæ in hoc plena fides adhibenda est, *Bart. l. de quibus in repet. quæst. 4. princip. ff. de legib. Bald. c. cum dilectus col. 4. extr. de consuetud. Raph. Comens. consil. 212. & consil. 215. Socin. cons. 27. numer. 10. consil. 118. num. 2. consil. 150. num. 39 lib. 1. consil. 275. num. 4. lib. 2. Dec. l. 2. § mutui datio nu. 8. ff. si cert. pet. Dec. cons. 420.* 117

consil. 540. & consil. 559. Praepos. in praelud. feud. numer. 9. Curt. jun. in tract. feud. part. 4. numer. 91. Curt. jun. consil. 60. col. 4. Socin. jun. consil. 60. col. penult. lib. 2. Roland. à Valle consil. 71. numer. 21. 22. & 23. & consil. 87. numer. 12. Schurff. consil. 66. lib. 1. in quibus locis Dec. Curt. jun. Socin. jun. & Rol. à Valle attestantur, hanc opinionem communiter receptam, ideoque ab illa neque in judicando neque in consulendo recedendum per jura vulgaria.

172 Tum quia † Barones perinde ut Reges, Marchiones, Duces & Comites, milites & nobiles creare possunt, Bart. l. 1. numer. 79. C. de dignit. lib. 12. Praepos. cap. 1. in princ. numer. 4. de his qui feud. dare possunt, & est de mente Tiraquell. in tract. de nobilit. c. 6. Dum videlicet ipse ibi simpliciter refert & sequitur doctrinam Bart. in loco praeallegato, licet de Baroniis nullam specialem mentionem faciat.

Tum quia Barones perinde ut Comites appellantur illustres, Bald. cap. 1. in princ. numer. 6. de feudo March. Dum videlicet Bald. ibid. dicit, in successionibus illustrium Comitum & Baronum hoc observari, ut successio extendatur usque in infinitum, habito respectu ad stipitem, sive primum acquirentem, & sic Bald. ibi expressè vult, Barones perinde ut Comites illustres esse, argum. l. Seja §. Cajo. ff. de fundo instructo. & cum Baldo ibid. saltem tacitè pertranseunt M. Laud. Alvar. Praepos. & M. de Afл.

Illudque dictum Baldi expressè & formalibus verbis refert atque sequitur Dec. l. certum. numer. 9. C. unde legit. Dec. consil. 25. numer 3. & 4. Ias. consil. 114. numer. 2. lib. 1. Godzad. consil. 8. numer. 3. consil. 26. nu. 28. Roland. à Valle cons. 3. nu. 10.

Et hoc habet locum non tantùm in Comitibus & Baronibus, qui de Comitatu vel Baronia, ab Imperatore vel alio superiorem non recognoscente in-

173 vestiti sunt, verùm etiam in † illis, qui ab inferiore sive superiorem recognoscente de Baroniis vel Comitatibus investiti sunt, prout hoc expressè in Comitatibus tradit Henning. Goeden. in consil. de juridicti. numer. 6. vers. alii autem, & quod ad Baroniam hoc decidit Frid. Schenck. cap. 1. quis dicatur Dux.

Et sic ex praedictis liquet, quod in Baroniis habeat locum jus primogeniturae, & per consequens, quod in Baronia controversa idem jus sibi locum vendicet.

Cum qua dispositione juris communis etiam specialis observantia & consuetudo familiae Baronum in B. convenit, namque ex actis liquet, in familia Baronum in B. ultra ducentos & plures annos observatum fuisse, quod illa Baronia individua remanserit, & ad illius successionem solus primogenitus, exclusis reliquis liberis, admissus fuerit.

Et hanc consuetudinem valere dubio omni caret, cum † una familia sola possit 174 inducere consuetudinem juris primogeniturae, And. de Isern. cap. 1. §. praeterea Ducatus. col. 2. de prohib. feud. alі. per Fr. Guid. Pap. consil. 131. Cardinal. Paris. cons. 72. num. 11. lib. 4. Tiraquell. in tr. de jure primog. quaest. 16. num. 4. Nec non etiam reliquas consuetudines, prout hoc superius docuimus potissimùm in nostris & similibus casibus, quando illa familia, quae hanc consuetudinem inducere vult, habet jurisdictioné, merum & mixtum imperium, vel quando illa consuetudo introducta fuit sciente & patiente majori parte populi, prout hoc liquet ex iis, quae in rationibus dubitandi adducta fuêre.

Et hoc, quod in Baronia controversa jus primogeniturae locum habeat, colligitur etiam ex eo, quia & in Ducatu Geldriae & in Comitatu Zutphaniae, in quo Baronia controversa sita est, haber locũ jus primogeniturae, & clari juris est, quod quando jus primogeniturae haber locũ in Ducatu sive Comitatu aliquo, illud praesumatur, similiter habere locum in omnibus bonis in illo Ducatu sive Comitatu sitis, Dec. cons. 389. n. 7. cum & membra debeant à capite regulari, c. cum non debeat. ext. de praescrip. & consuetudo civitatis debeat servari in Comitatu, gloss. l. ex ea. ff. de postulan.

Et sic cum jus primogeniturae absque omni dubio in Baronia controversa locum habeat, sequitur, quod etiam ex hoc capite haeredes extranei non descendentes à primo acquirente, ad hujus Baroniae successionem non admittantur, & per consequens, Comitissam à L. cum illa non descendat à primo acquirente, nec sit ultimo defuncto proximior habito respectu ad stipitem sive primum acquirentem, à successione hujus Baroniae excludi illamq; deferri Comiti à D. tanquam cognato proximiori respectu stipitis ultimi defuncti.

Tum quia omnes Dd. facientes mentionem de successione juris primogeniturae, unanimiter & nemine penitus discrepante concludunt, illud jus deferri tantùm

ordini

ordini genituræ, & sic illis qui à primo acquirente geniti sunt, non autem extraneis.

175 Tum quia † illa bona, in quibus jus primngenituræ locum habet, quoad successionem æquiparantur feudis, *Socin. conf. 47. num. 6. & 7. lib. 3. Cardin. Parif. conf. 72. num. 74. lib. 4. Arius Pinel. repet. l. 1. part. 3. num. 99. C. de bon. matr.* ubi ipse attestatur, hoc etiam amplecti Baldum, & est de mente *M. Laud. in tr. de primog. quæst. 85.* sicut etiam quarumlibet dignitatum secularium successio regulatur secundum successionem feudi, *Abb. c. dilecti. num. 11. extr de arbitr. Ioan. Cirier. in tr. de primog. lib. 1. cap. 19. num. 5. Card. Parif. conf. 72. num. 72. lib 4.* Ad quæ feuda hæredes extraneos non admitti dubio omni caret, sive illa feuda sint propria sive impropria, prout hoc superius docuimus.

176 Tum quia † illa bona, in quibus jus primogenituræ locum sibi vendicat, æquiparantur rebus per legatum vel fideicommissum relictis familiæ ea conditione, ut illa in familia semper permaneant, *Cardinal. Parif. consil. 72. numer. 82. lib. 4. Covar. pract. quæstion. cap. 38. Arius Pinell. repet. l. 1. parte. 3. numer. 48. C. de bonis matern.* prout etiam feuda æquiparantur rebus legatis vel relictis familiæ ea conditione, ut illa in familia semper permaneant, *Isern. cap. 1. §. hoc quoque. numer. 9. & ibi Afflict. numer 8. de success. feud. Isern. capit. 1. §. quid ergo. numer. 7. & ibi M. de Afflict. numer. 20. de invest. de re alien. facta. Andr. de Iser. c. 2. numer. 10. de alien. feudi. pat. Bald. conf. 38. num. 5. lib. 1. M. de Afflict. in prælud. feud. num. 178. Socin. Jun. conf. 72. num. 27. lib. 1.*

Et clari juris est, quod ad res relictas familiæ ea conditione, ut illa semper & perpetuò in familia remaneant, hæredes extranei non admittantur, *Socin. l. qui Romæ. §. cohæredes. col. 7. ff. de verb. obligat. Dec. conf. 23.* eo potissimùm casu, quando hoc tacitè vel expressè actum est, ut res relicta in familia testatoris perpetuò maneat, *Franc. Curtius conf. 40.* vel ne illa ullo modo, vel ullo titulo extra familiam alienari possit, *Franc. Aretin. l. Pantonius. §. 1. ff. de acquir. hæred. Dec. conf. a 3. Franc. Curt. consil. 40. Ferdin. Loazes. repet. l. filiusfam. §. divinum. 61. limit. 1. & 3. & nu. 62. limit. 5. ff. de legat. 1.*

177 Septimò, † ad successionem illius rei vel juris, quam rem sive quod jus quis tacitè vel expressè acquisivit, pro se & descendentibus suis omnes omninò descendentes acquirentis admittuntur, sive illi sint fœminæ sive sint masculi, item sive ex fœminis sive ex masculis descendant, prout hoc, quod acquisitum expressè pro se & descendentibus ad omnes descendentes tàm masculos quàm fœminas, item tàm ex masculis quàm ex fœminis originem trahentes transeat, expressè & in specie decidit *Socin. conf. 51. nu. 1. lib. 4. Franc. Ripa. resp 3. nu. 70. de jure gent. civil. sive stat.* ubi ipse attestatur, eandem opinionem amplecti *Lud. Roman.*

Et hæc sententia satis probatur per *text. l. 1. C de suis & legit. hæred. auth. si quis incestas. C. de incest. nupt. §. 1. auth. de restit. fideicom. §. si verò auth. de hæred. ab intest.*

Similiter & acquisitum, pro se & liberis ad omnes liberos tàm masculos quàm fœminas, item tàm descendentes ex masculis quàm ex fœminis extenditur, *l. liberorum. ff. verb. signif.*

Eodem modo & res sive jus acquisitum pro se atque sobole, sive ad omnes descendentes tàm masculos quàm fœminas, item ex illis tàm masculis quàm fœminis originem trahentes transit, *§. si quis autem defunctus. auth. quibus mod. nat. effic. sui l. 2. C. in; ant. exposit. l. 1. C. alend. lib. Alex. l. etiam in pr. nu. 3. ff. solut. matrim.*

Illud quoq; jus illaque res, quod jus sive quam rem quis acquisivit pro se atq; posteris suis, ad omnes omninò descendentes ex acquirente tàm masculos quàm fœminas, item tàm per masculos quàm per fœminas transit, *Ant. de Butr. conf. 9. 1. dub. gloss. l. si ita scriptum. ff. de legat. 2. Dyn. l. cognoscere. ff. verbor. signif. P. Castr. l quia tale & ibi Alex. n. 5. ff. solut. matr. Dec. l. 2. nu. 70. ff. de reg. jur. arg l. quod his verbu. §. fin. ff. de legat. 3. l. cum acutissimi. C. fideicommissu. l. generaliter in pr. C. instit. & substit l. 1. C. impon. lucrat. descript. c. quibusdam extr. de pœnis.*

Ad Emphyteusin etiam † ecclesiasticam 178
quæ tacitè intelligitur acquisita, pro ipso acquirente & descendentib. ipsius omnes omninò descendentes tam masculi quàm fœminæ, item tam per masculos quàm per fœminas descendentes admittuntur, *§. Emphyteusin auth. de non al reb. eccl. Salyc. l. 2. quæst. 12. & quæst. 17. & ibi Ias. num. 194. C. de jure Emphyt. Angel. l. item videndum. §. 1. ff. de pet. hæredib. Covar. var. resol. lib. 1. cap. 18. nu. 1. Alex. l sed si hac §. liberos. ff. de in jus voc. Alex. l. quod dicitur. ff. verb. oblig.*

Et tamen clari & indubitati juris est, quod ad jus sive ad rem racitè vel expresse acquisitum vel acquisitam pro ipso acquirente & descendentibus ipsius extranei hæredes nullo modo, descendentes verò semper & quandocunque, licet ipsi hæredes non sint, admittantur, non tantùm secundum juris feudalis, verùm etiam secundum juris communis & civilis dispositionem, sicut hoc satis probat id, quod Dd. communiter concludunt, ad Emphyteusin acquisitam pro recipiente & ipsius filiis sive descendentibus, extraneos hæredes nullo modo sed filios & descendentes semper & quandocunque, licet ipsi non sint hæredes, admitti, *Bart. l. ut jusjurandi. §. si liberi. num. 4. ff. de operis libert. Bart. & Dd. l. quod dicitur. ff. verb. oblig. Ias. l. 2. nu. 188. C. de jure Emphyt.*

Similiter & ad Emphyteusin Ecclesiasticam, quæ ad omnes descendentes primi acquirentis tàm masculos quàm fœminas, item tàm ex masculis quàm ex fœminis descendentes transit, sicut hoc suprà docuimus, extranei hæredes nunquam admittuntur secundum communem & receptam Dd. sententiam, *Bartol. & Alex. l. etiam in pr. ff. solut. matr. Ioann. And. in addit. ad specul. tit. de locat. §. nunc aliqua. vers. 113. Ant. de Butr. Imol. & Felin. c. in præsentia & ibi Dec. numer. 48. extr. de probat.* ubi Dec. attestatur, hanc sententiam communem esse, & idem tenet *Bald. cons. 129. lib. 5. Imol. l. ex facto. §. fin. ff. ad S C. Trebell. Alexand. cons. 9. col. 4. lib. 2.* in quibus locis similiter & *Alex. & Imol.* hanc opinionem communiter receptam affirmant.

Igitur sequitur, Baroniam controversam nullo modo ad hæredes extraneos transire, sive ponamus, illam acquisitam ab initio pro ipso acquirente & descendentibus suis sive pro liberis vel sobole sua.

179 Octavò, in successione † feudi consideratur natura sanguinis, non autem propria, vera vel hæreditaria successio, *Bald. c. 1. col. 2. de eo qui sibi & suis hæred. Corn. cons. 129. col. 15. lib. 2. & cons. 169. col. 1. lib. 3. Laur. Sylvan. consil. 68. lib. 1. Cardinal. Paris. consil. 23. numer. 138. lib. 1.* & in successione feudi habetur consideratio sanguinis, & ad illud descendentes à primo acquirente veniunt, non ut quicunq; hæredes, sed potissimùm ut hæredes sanguinis, *Bald. c. 1. §. hoc quoque. col. 4. de success. feudi. Fran. Aret. cons. 14. col. 10. & cons. 164. col. 4.*

Huc accedit quod tradit *Iac. de S. G. tract. fin. verb. & promiserunt col. pen.* ubi ipse dicit, in feudis propriè non dari hæreditariam successionem, sed antiquum & paternum feudū haberi beneficio & providentia superioris, & ex pacto sive contractu investituræ, prout etiam tradit *Bald. cons. 137. lib. 2. Alb. Brun. consil. 15. col 5.* quodque alibi traditum est, feudum non haberi jure hæreditario sed jure conventionis & contractus, *Calcan. cons. 178. num. 4. & 17. Bald. l. qui se patri. col. 7. C. unde lib. Cardinal. Paris. cons. 65. numer. 25. & 27. lib. 3.*

Præterea † ad successionem feudi admittitur is, qui habito respectu ad stipitem sive primum acquirentem, ultimo possessori in proximo gradu consanguinitatis conjunctus est, *c. 1. verbo dummodo & ibi Isern. & Dd de natura success. feudi Bald. cons. 2. ante fin. lib. 5. Socin. cons. 252. numer. 17. lib. 2. cons. 86. col. fin. lib. 3. consil. 83. numer. 16. lib. 4. Corn. cons. 22. numer. 17. lib. 2. cons. 42. num 2. & 5. & cons. 159. num. 8. lib. 4. Pract. Pap. in form. libell. ad revoc. feudi verb. superstitibus. num. 14. Dec. cons. 445. Fr. Ripa. l. ex facto. ff. ad S C. Trebell. Cardin. Par. cons. 23. numer. 263. lib. 1.* 180

Sicut etiam ad fideicommissum relictum uni ex familia ea conditione, ut illud perpetuò in familia remaneat, admittuntur illi, qui sunt & de familia testatoris & ultimo defuncto proximiores, *Socin. l. si cognatis. num. 40. ff. de reb. dub. Socin. l. hæredes mei. §. cum ita. col. 6. ff. ab Trebell. Socin cons. 249. col. 13. lib. 2 cons. 86. col. 6. lib. 3. cons. 51. numer. 31. & cons. 73. num. 13. lib. 4. Corn. cons. 96. col 6. lib. 1. & cons. 22. col. 3. lib. 2. Ruin. cons. 13. numer. 12. lib. 1. cons. 202. num. 18. lib. 2. cons. 47. col fin. lib. 3. Bertrand. cons. 300. col. 2. lib. 3. Ant Rub. cons. 36. col 2. consil. 37. cons. 38. col. fin. cons. 40. col. 2. consil. 82. col. 1. Curt. jun. cons. 125. numer. 4. Godzad. cons. 4. num. 17. & 31. Socin. jun. cons. 126. lib. 1.* in quibus posterioribus locis *Godzad. & Socin. jun.* affirmant, hanc opinionem communiter receptam.

Et licet aliqui Dd. velint, ad successionē feudi illum admitti, non qui ultimo defuncto sed qui primo acquirenti gradu proximior est, *Card. Paris. cons. 2. numer. 47. cons. 3. num. 6. lib. 1. & cons. 65. num. 22. lib. 3.* illudq; etiam locū habere velint in fideicommisso relicto familiæ eo pacto, ut illud semper in familia remaneat, *Ias. cons. 290. in princip. lib. 2.*

lib. 2. conſ. 159. lib. 4. Ioan. Crotus repet. l. filiusfamilias. §. divi. col. pen. & ibi Ferd. Loazeſ. in repet. num. 547. & Fr. Ripa. numer. 31. ff. de legat. 1. Ripa. l. Lucius. col. fin. ff. de vulgar. & pupill. Ripa l. ex facto. in princip. ff. ad SC. Trebell. Nec non etiam in Emphyteuſi, *Cornelius conſil. 42. numer. 4. lib. 4.* atque aliqui tradunt, illud abſque omni dubio procedere in feudo non hæreditario, ſed ex pacto & providentia, *Calderin. titul. de feud. conſil. 13. Cardinal. conſil. 124. Anton. Rub. conſil. 85. col. fin. verſ. ulterius eſt advertendum.*

Attamen præcedens ſententia quæ vult, ad ſucceſſionem feudi admitti illos, qui habito reſpectu ad primum acquirentem ultimo defuncto proximiores ſunt, verior & communior eſt, ideoque illa & in judicando & in conſulendo ſequenda.

181 Deinde in ſucceſſione † feudi illa tantùm conſanguinitas quæ à primo acquirente ſive à ſtipite deſcendit, nullaq; alia conjunctio vel qualitas attenditur, *Bald. c. 1. num. 2. & ibi Landenſ. columm. 2. de eo qui ſibi & ſuis. Bald. c. 7. §. fin. col. 2. verb. magnum de grad. ſucced. in feud. Iaſ. conſil. 7. col. 4. verſ. in primis. & verſ. tertio deſiniendo. lib. 3. Dec. conſil. 139.* 2. *& conſ. 390. num. 2. Angel. conſil. 110. Franciſc. Ripa. reſponſ. 3. num. 70. titul. de jur. gent. civil. & ſtat. Cardin. Pariſ. conſil. 65. num. 20. & 21. lib. 1.* Et in ſucceſſione feudi paterni non attenditur conjunctio ex linea materna, eam ob cauſam, quia linea materna eſt invalida & pro nihilo reputatur, *Bald. conſil. 170. nu. 3. lib. 2.* & mater eſt inhabile medium in feudo paterno, atque inhabilitas medii impedit extrema conjungi, *Angelus conſil. 110. col. penult. cui conſil. etiam Bald. ſubſcripſit. & movetur per textum. l. tria prædia. ff. de ſervit. ruſt. præd.*

Ideoque receptum eſt, quod cognati non trahentes originem à primo acquirente, nullo modo ad ſucceſſionem feudi admittantur, *Nicol. de Neap. c. 1. §. hoc quoque. & ibi Alvar. numer. 10. de his qui feud. dare poſſunt. Martin. Laudenſ. cap. 1. §. & quia vidimus. & ibi Præpoſ. numer. 96. eod. titul. Iacob. de Ardiz. in ſumma de ſucceſſione feud. ſub rubr. an cognati ſuccedant in feud. Iacob. de S. Georg. in tractatu feudal. verb. prætenſis. numer. 9. Angel. conſil. 110. & ibi Baldus in ſubſcription. Curt. junior in tractatu feudal. 2. part. 3. part. princip. nu. 55. Caſſen. conſ. 8. nu. 15. Alvar. c. 1. numer. 2. & ibi Præpoſ. numer. 3. de grad. ſucc. in feud.* eam ob cauſam, quia in cognatis non deſcendensibus à primo acquirente ceſſat radix primi acquirentis, & clari juris eſt, quod ſublata radice, omnia ſequentia omniaque ab illa procedentia ſublata intelligantur, *l. liberorum & ibi Bart. ff. verb ſignif. l. fin. C. de natur. lib. l. fin. & ibi Bald. C. de verb. ſignif. Bart. l. 2. §. videndum eſt. ff. ad Tertull. Socin. conſ. 241. col. 8. lib. 2. Caſſen. conſ. 8. nu. 16.*

Et per has eaſdem rationes Dd. communiter & nemine penitus diſcrepante tradunt, fratrem uterinum fratri in feudis non ſuccedere, *Iac. de Ardiz. in ſumm. de ſucceſſ. feudi ſub rubric. de cognat. ac ſucced. Ang. conſ. 110. & ibi Bald. in ſubſcript. Nic. de Neapol. cap. 1. §. hoc quoque & ibi Alvar. numer. 9. de his qui feud. dar. poſſunt. M. Laud. cap. 1. §. & quia vidimus & ibi Præpoſ. numer. 96. eod. tit. Curt. in tract. feud. 2. part. 3. part. princ. numer. 55. Iac. de S. G. tractat. feud. verb. præſentes. numer. 12. Caſſen. conſ. 8. num. 15.*

Et in ſpecie, quod propter eaſdem rationes conſobrinus conſobrino in feudis non ſuccedat, tradit *M. de Afflict. deciſ. Neap. 292. num. 1.*

Et cum illa conjunctio quæ aliunde cauſatur, quam à primo acquirente, quoad ſucceſſionem feudi penitus inhabilis ſit, omnique effectu careat, illa nullum adjumentum ad ſucceſſionem feudi vel ad prælationem juris ſuccedendi in feudum præſtari poteſt, ſicut hoc ſatis probatur ex eo, quod Dd. communiter concludunt, fratrem utrimque conjunctum, fratrem conſanguineum tantùm à ſucceſſione feudi non excludere, *Bald & Corn. l. 1. C. de legitim. hæred. Bald. Alvarot. Laudenſ. & Præpoſ. cap. 1. de grad. ſucced. in feud. Pract. Papienſ. in form. libelli ad revocand. feudi verb. ſuperſtitib. numer 10. Iac. de Ardiz. in ſumm. rubr. de ſucceſſ. feudi ſub rubr. an frater ex utraque part. exclud. fratr. ex una parte tantum. And. de Iſern. c. 7. col. 2. de natura ſucceſſ. feudi Paul. Caſtrenſ. l. 1. C. de legitim. hæred. Bald. conſil. 172. col. 2. conſil. 204. in fin. libro 2. conſil. 54. & conſil 222. lib. 3. Mart. Laud. cap 1. §. & quia vidimus. & ibi Præpoſ. nu. 72. & M. de Afflict. num. 22. de his qui feud. dare poſſunt. Alex. conſ 9. lib. 14. Socin. conſ. 204. ad fin. lib. 2. Dec. conſil. 444.*

col. 1. Crotus repet. l. filiusfamilias §. Divi col. 2 post princip ff de legat. 1. Ripa l. ex facto. nu. 98. ff. vulgar. & pupill. Iacob. de S. Georg. tr. feud verb. præsentes. nuu. 11. Curt. in tractat. feudal. 2. part. 3. part. princ. num. 56. Zaf. in tract. feud. 8. part. numer. 82. Cardinal. Parif. conf. 59. nuu. 9. lib 3. Item & ex eo, quod stante statuto, ut agnati ab intestato præferantur cognatis, frater utrinq; conjunctus non præferatur fratri ex patre tantùm, Iaf. l. re conjunctl. & ibi Ripa. uum. 13. ff. de legat. 3. Ripa. l ex facto. numer. 98. ff. vulgar. & pupill.

Præterea quoque clari juris est, quod successio bonorum habentium annexam dignitatem, quoad hoc, ne ad illã extranei & non descendentes à primo acquirente admittantur, reguletur secundum successionem feudi, etiamsi illa bona allodialia sint, Pan. c. dilecti. nu. 11. extr. de arbit. Card. Parif. conf. 72. n. 72. lib. 4.

Cum itaq; successio in Baroniis etiam allodialibus æquiparetur successioni feudali, Comes à D. & à primo acquirente descendat, & habito respectu ad primum acquirentem, sit proximior cognat⁹ Baronis J. ultimi defuncti, Comitissa verò à L. sit tantùm consobrina ultimi defuncti, ejusq; proximior cognatio non censetur habito respectu ad primum acquirentem, sequitur, quod Baronia controversa per mortem Baronis J. exclusa penitus Comitissa à L. fuerit aperta & delata Comiti à D. nec ipsi quicquam obesse, quod Comitissa à L. sit hæres Baronis J.

182 Nonò, † dignitatibus sive in bonis habentibus annexam dignitatem, successio non est restricta vel limitata ad gradum aliquem, sed omnes omninò descendentes à primo acquirente in infinitum usque ad horum bonorum successionem admittuntur, etiamsi ipsi ultimo defuncto centesimo, millesimo vel ulteriori gradu conjuncti sint Item etiamsi illa bona, de quorum successione agitur, non sint feudalia sed allodialia, Bald. c. 1. in princip numer. 6. & ibi Præpof. numer. 3. Laudenf. num 8. Matth. de Afflict. numer 14. & Alvarot §. 1. num. 2. de feud, March. Dec. conf. 85. numer 3 & 4. Dec. l. certum num. 9. C. unde legit. Iason consil. 114. numer. 2. lib 1. Cepoll cautel. 95. Iacob de S. Georg. in tract. feud. verb Dux verf. quid si Rex. num 6. Curt. in tract feud. 2. part. 3. part print. numer. 49. Godzad consil. 8. numer. 3 & consil. 26. numer. 29. Roland. à Vall. conf. 3. numer. 10. Tiraquel. in tractat. de utroq. part. 1. §. 1. gloſ. 9. numer. 29. Cardinal. Parif conf. 72. numer. 104. lib. 4. Ioan. Dilect. in tract. de arte testandi. tit. 8 cautel. 2. numer. 1. Guil. Monferat. in tract de succeß. reg. quæst. 1. num. 49. Socin jun. conf. 76. num. 10. lib. 1.

Et confirmatur ex eo, quia successio in dignitatibus sive in bonis habentibus annexam dignitatem regulatur secundum successionem feudi, prout hoc superius docuimus.

Et certi juris est, quod ad successionem feudi omnes omnino illi, qui à primo acquirente originem trahunt, admittantur, etiamsi ultimo defuncto in millesimo vel ulteriori gradu conjuncti sint, gloſ. Iacob. de Belvif. Nic. de Neap. Bald. Alvar & Præpof. c. 1. de feudo March Alvarot. & Præpof c. 1. § & quia vidimus. de his qui feud. dare possunt Alvarot. Præpof. & Martin. Laudenf. c. 1. in princ. arg. ill. text. de natura succeß. feud. Fr. Aret. conf penult. Petr. Servor. cap. 1. 9. fatis de prohib. feud. alien. per Lotb. Hostienf in summa tit. qualit. feud, constit. verf. natura successionis. Odofred. l. tit. qui potest succed. in feud in princip. Iacob. de Ardiz. in summa tit. de succeß. feudi. §. & succedunt collaterales. Mart Laudenf. inter conf. Alb Brun. conf 119. num 8. Præpof cap 1. §. hoc quoque num. 2. de succeß feud. Dec. l certum C unde legit. Card. Parif. conf. 3. n. 44. lib. 1. & conf 7[illegible] num. 103. lib. 4. Iacob. de S Georg. in tract. feud. verb. præsentes nu. 6. Curt. tr. feud. 2. part 3. part. princ. nu. 48. Zaf. in tract. feud. 8. part. nu. 34. Roland à Vall. conf. 3. num. 7. & 8.

Et quoad dignitates allodiales sive bona allodialia, hoc habet locum non tantùm in masculis sive ex masculis descendentibus, verùm etiam in fœminis sive ex fœminis originem trahentibus, prout hoc expressè & in specie decidit Petrus de Ancboran. conf. 339.

Et hoc potissimùm procedit non extantibus masculis ex primo acquirente, tunc enim absque omni dubio etiam fœminæ & descendentes ex fœminis ad successionem harum dignitatum admittuntur, c. significavit. & ibi Bald. numer. 1. extr. de rescript Panormitan c dilecti. extr. de arbitr. Ioan Cyr. in tractat. de primogen. lib. 1 quæst. 19. num. 5.

Et licet fideicommissum † relictum familiæ non extendatur secundum aliquorum Doctorum sententiam ultra quartum gradum, ff. nos igitur. & ibi gloſ. & Angelus authent. de restitut. fideicommiß. Alex. l. filiusfamilias. §. Divi. & ibi Iason. lectur. 1. 183

num

numer. 103. & lectur. 2. num. 155. Ripa nu. 112 Ferdin. Loazes. in rep. uu. 187. ff. de legat. 1. Alex consil. 56. lib. 1. Ioan. Dil. in tr. de art. test. tit. 8. caut. 2. nu. 1. Dec. cons. 377. col. 2. & secundum aliorum opinionem ultra decimum gradum, Dec. cons. 321. & cons. 323. Ioann. Cephal. cons. 137. num. 3. Tiraquell. in tr. de utroq. retract. part. 1. §. 1. gloss. 9. num. 24. Ioann. Dilect. in tr. de arte test. tit. 8. caut. 2. num. 1.

Attamen hoc non procedit, quando constat de contraria mente testatoris, quia videlicet testator tacitè vel expressè disposuit, ut illud fideicommissum semper perpetuò & in infinitum apud descendentes suos permaneat, tunc enim ad illud fideicommissum omnes illi qui à primo acquirente originem trahunt, indistinctè admittuntur, licet illi ultimo defuncto in centesimo vel ulteriori gradu conjuncti sint, Iacob. de Belviso. §. nos igitur auth. de restit. fideicommiss. Alex. cons. 56. num. 2. lib. 1. consil. 59. numer. 4. lib. 3. Ias. l. filiusfamilias. §. divi. lectur. 1. numer. 113. & lectu. 2. numer. 155. & ibi Ripa num. 112. Ferd. Loaz. num. 187. & Alciat. numer. 43. ff. de legat 1. Ias. l. fin. col. 2. C. de hered. institut. Ias. consil. 4. numer. 3. lib. 1. Dec. cons. 516. numer. 16. Barbat. consil. 27. col. 13. lib. 1. & consil. 44. lib. 3. Barbat. l. cum acutissimi. col. 68. C. de fideicommiss. Ruin. consil. 123. numer. 17. lib. 2. Curt. jun consil. 88. numer. 2. Card. Par. consil. 137. numer. 24. lib. 2. & consil. 72. num. 84. cum 10. seqq. lib. 4. Ioann. Dil. in tract. de art. test. tit. 8. caut. 2. num. 2.

Et hæc mens sive voluntas testatoris inter cætera colligitur ex ratione legato vel fideicommisso inserta, eamque ob causam si ratio inserta legato vel fideicommisso familiæ relicto sit adeò generalis, ut in omnibus omninò descendentibus in infinitum locum habeat fideicommissum sive legatum relictum familiæ, ad omnes omninò descendentes extenditur, Ias. l. filiusfamilias. §. divi. lect. 1. num. 113. & lect. 2. num. 155. & ibi Ripa. nu. 112. ff. de legat. 1. Dec. consil. 386. col. 2. Card. Par. consil. 71. numer. 88 lib. 4. namque ratio fideicommisso inserta, fideicommissum declarat, extendit & ampliat, l. cum pater. §. dulcissimis & ibi B. & Dd. ff. de legat. 2. Bartol. l. pater. §. fundum. ff. de legat. 3. Socin. consil. 43. col. 1. & consil. 77. num. 2. libro 3.

Similiter & ex possessione antiquissima centum nempe vel plurium annorum colligitur, legatum vel fideicommissum relictum familiæ eo pacto relictum fuisse, ut illud perpetuo & in infinitum in familia remaneat, sicut hoc satis probatur ex eo, quod Dd. in simili tradunt ex possessione temporis antiquissimi vel antiqui præsumi feudum antiquum ab eo, qui est agnationis communis parens acquisitum, & sic toti agnationi atque familiæ concessum, cap. 1. §. final. & ibi Dd. de grad. success. in feud. c. 1. & ibi Iac. de Belvis. Nic. de Neapol. Bald. Alvar. M. Laud. & Præpos. si de feudo de funct. content. c. 1. §. item placet. & ibi Laud. de investit. in mar. facta. Paul. Castrens. consil. 283. in fin. lib. 2. Alexand. consil. 15. col. pen. lib. 5. Ias. consil. 114. col. 2. lib. 1. consil. 24. col. 6. lib. 3. Dec consil. 152. col. fin. consil. 269. col. 2. consil. 445. col. 2. Alciat. in tractat. de præsumpt. regul. 3. præsumption. 38. numer. 1. Aym. Cra. in tract. de antiquitat. temp. 5. part. §. jam vidimus. numer. 4. Tiraquell in tractat. de utroque retract. part. §. 32. gloss. 1. num. 91.

In quibus locis Dd. generaliter concludunt, feudum in dubio præsumi antiquum, quod verò illud potissimùm & præcipuè locum habeat, concurrente possessione antiqua longa vel longissima, tradit Bald. Laud. & Alvar. cap. 1. si de feudo defunct. content. Bald. cons. 351. col. 2. lib. 1. consil. 310. col. 2. lib. 3. Alexand. consil. 15. col. 3. lib. 5. Ias. in prælud. feud. col. 28. vers. ultima an ista materia M. de Afflict. in constitut. Siciliæ incip. ut de successionib. col. 19. vers. sed juxta hoc quæro. Dec. consil. 395. in princ. Tiraquell. in tr. de utroq. retr. parte 1. §. 32. gloss. 1. num. 96. Aym. Cra. in tr. de antiq. temp. 5. parte §. jam vidimus. num. 8.

Præterea quoque † penes me indubitatum videtur, quod concessio facta à Principe alicui & familiæ suæ sive descendentibus ipsius, ad omnes omninò descendentes in infinitum usque transeat, nec ullo modo revocari possit. 184

Tum, quia concessio à Principe facta, est perpetua & sempiterna, l. final. C. de annon. civil. lib. 11. §. illud. auth. constitut. quæ de dignit. cap. 1. §. fin. & ibi Iacob. de Belvis. Bald. Alvar & Dd. de his qui feud. dare possunt. c. decet. & ibi Ioann. And. Dyn. & Dd. de regul. juris lib. 6. Bald. l. judicium solvitur. ff. de judic. 185

Tum

186 Tum quia † concessio à Principe facta, in dubio censetur esse realis, *Speculat. titul. de instrument. edit. §. nunc autem videndum, vers. sin autem dubium est. Bartolus l. pater, ff. de servitut. legat. Baldus l. 1. §. excepto, col. 2. C. de caduc. toll. Iason. consil. 27. col. 2. lib. 1.*

187 Idem quoque juris est † in possessione illius temporis, cujus in contrarium memoria non extat, illa enim habet vim tituli sive concessionis, *l. hoc jure. §. ductus aquæ. ff. de aqua quotid. & æst. c. contra morem. distinct. 100. c. servitium. 18. quæst. fin Alex. cons. 34. col. fin. lib. 5. & vigorem privilegii obtinet. cap. super quibusdam. §. præterea ff. de verborum signific. Oldrad. cons. 172. Ias l. u qui putat nu. 10. ff de acquir. hæred.* non quidem simplicis, sed ex certa scientia à Principe concessi, *Bald. c. 1. colum. 2. quæ sunt regal. Dec. cons. 496 col. 6 Ias. l. de quibus. col 13. ff. de ll. Alex. cons. 6. lib. 1. & cons 47. col. 2. lib. 4. Godzad. cons 8. num. 37.*

188 Possessio quoque illius temporis, cujus in contrarium memoria non extat, habetur pro veritate & solenni privilegio, *Bald. cons. 257. lib. 2.* & obtinet vigorem legis, *l. 1. §. fin. & l. in summa. in princip. ff de aqua pluv. arc. Cardin. cons. 88.* & tantum potest quantum Imperator cum Camera, *Andr. de Isern. c. 1. verb. flumina publica. num. 3. quæ sunt regal. Ias. l. quo minus. col. 11. ff. de fluminibus. Godzad. Cons. 8. num. 37.*

Cum itaque Baronia controversa habeat annexam dignitatem & quidem regalem, & ultra 200. annos fuerit possessa à familia ultimi Baronis defuncti, dubio omni caret, quin illa Baronia per mortem ultimi Baronis J. fuerit delata & aperta Comiti à D. nec illi quicquam obstet, quod ipse ultra quartum gradum ultimo defuncto conjunctus fuit.

190 Decimò, Dd. communiter concludunt, quod † ad illa bona, in quib. locum habet jus primogenituræ, admittantur nō tantùm descendentes, verùm etiam transversales ultimi defuncti, illiq; tantùm qui à primo acquirente originem trahunt, prout hoc expressè & in specie decidit *Cardin. Paris. cons. 72. n. 109. cum 5. seqq lib. 4.* ubi ipse tradit, eandem opinionem amplecti *Andr. de Isern. Bald. Abb. Panor. Anton. Corsat. Matth. de Afflict. Guil. Monser. Franc. Curt. & Dec. in locis ab ipso citatis.*

Eamq; decisionem *Card. Par.* refert atque sequitur *Tiraquell. in tractat. de primog. quæst. 41. num. 1.*

Idem etiam quod jus primogenituræ habeat locum in transversalibus, & quod ad illa bona, in quibus jus primogenituræ locum habet, admittantur etiam transversales descendentes à primo acquirente, expresse tenet *Francis. Aretin. cons 162. num. 8. Socin. cons. 252. num. 11. lib. 2. Matth. de Afflict. in constit. Neap. lib. 3. tit. tit. 24 num. 33. Corsat. in tract. de potest. reg. quæst. 9. Guil. Monser. in tract. de success. regum. quæst. 1. Covar. practic. quæst. cap. 38. 2. part. legis Taurinæ.*

Et annotandum est, prædictos Dd. communiter velle, quod ad illa bona, in quibus jus primogenituræ locum habet, non tantùm admittantur transversales, verùm etiam quod † in transversalib. habeat locum jus primogenituræ, ita videlicet, ut illa bona non transeant ad secundo genitum ejusque descendentes, quamdiu aliquis ex linea sive sanguine primogeniti superest, utque deficiente linea primogeniti, illa bona transeant ad secundo genitum adque descendentes ex eo & tertio genito ejusque descendentibus ad illa bona non competat aditus, quamdiu aliquis ex primogenito vel secundogenito superest. 190

Et quod illa bona, in quibus locum habet jus primogenituræ, etiam ad transversales & ad illos tantùm, qui à primo acquirente originem trahunt, transeant, expressè tradit *Bald. c. 1. in pr. nu. 6. de feudo March.* ubi videlicet ipse expressè concludit, quod in Regnis, Ducatibus, Comitatibus & Baroniis, in quibus absque omni dubio locum habet jus primogenituræ, omnes illi qui sunt de sanguine primi acquirentis succedant, etiamsi ipsi ultimo defuncto in centesimo, millesimo vel ulteriori gradu conjuncti sint.

Illamque decisionem *Baldi* referunt atque sequuntur Doctores communiter in locis citatis in præcedenti ratione decidendi.

Et advertendum est, *Bald.* & sequaces expressè loqui, in regno Franciæ & decidere ad successionem illius regni transversales ultimi defuncti, etiamsi ipsi ultimo defuncto in centesimo vel millesimo gradu conjuncti sint, admitti, in quo regno Galliæ jus primogenituræ locum habere notorium est, illudq; attestatur *Tiraquell. in tract. de jure primogen. in præfation. numer. 3.* ubi ipse multos Doctores citat, qui idem quoque attestantur.

Eandem

Eandem quoque opinionem, quòd regna reliquaque bona habentia annexum jus primogenituræ deferantur etiam ad transversales ultimi defuncti, dummodò ipsi à primo acquirente per lineam masculinam vel fœmininam descendant, tenet *Pet. de Anchor. cons. 339.*

Idem etiam tenet *Abb. c. intellecto, col. 2. extr. de jurejur. Felin. c. prudentiam in princ. numer. 6. extr. de offic. deleg.* Dum videlicet ibi inquiunt, quod Reges non possint privare Regno consanguineos ex linea paterna descendentes, & sic volunt, Regnum etiam ad consanguineos ex linea paterna descendentes & sic ad transversales transire.

Huic opinioni etiam subscribit *Matt. de Afflict. c. 1. in prin. notab. 4. nu. 7. hic finitur lex,* ubi ipse expressè inquit, si primogenitus moriatur sine liberis, feudum quod ab ipso jure primogenituræ possidebatur, deferri ad secundo genitū & sic ad transversalem, quàm decisionem refert atq; sequitur *Tiraq. in tr. de jure primog. quæst. 3. nu. 6.*

Ejusdem sententiæ est *Ioan. Ceph. cons. 3. n. 16. & 17.*

Et sic liquet, hanc opinionem, quod jus primogenituræ habeat locum etiam respectu transversalium, quoad hunc videl. finē ut ad illa bona non admittantur extranei non trahentes originem à primo acquirente, illi verò qui à primo acquirente descendunt licet ipsi ultimo defuncto linea transversali conjuncti sint, ad horum bonorum successionem admitti debeant, communiter receptam esse.

Et hæc opinio probatur tum per *text. c. significavit. extr. de rescript,* in quo textu expressè deciditur, in Comitatu allodiali, in quo jus primogenituræ locum habere dubio omnio caret, sororem fratri & sic transversali succedere.

Tum per textum *c. licet extr. de voto. c. grandi & ibi Ph. Franc. 3 notab. de suppl. neglig. prælator. lib. 6.* in quibus textib. expressè dicitur, quod in regnis Portugaliæ, & Ungariæ, in quibus Regnis jus primogenituræ locum habet, prout hoc attestatur *Tiraquell. in tr. primogenitur. in præfat. n. 4. & 6.* ubi ipse multos Dd. idem affirmantes ad hoc citat, Frater fratri absque liberis defuncto, & sic transversalis transversali succedat.

Tum quia successio illorum bonorum, in quibus jus primogenituræ locum habet, æquiparatur successioni feudali. Et clari juris est, quod in bonis feudalibus transversales ultimi defuncti descendentes à primo acquirente succedant, *c. 1. & ibi Dd. de grad. succed. in feud. c. 1. & ibi Dd. de natura success. feudi. c. 1. §. & quia vidimus, de his qui feud. dare possunt. c. 1. §. hoc quoque de success. feud. c. 1. §. 1. de feudo March.* sive illi transversales ultimo defuncto linea ascendenti sive linea descendenti conjuncti sint, *c. 1. Imperat. Lothar.* illi verò qui à primo acquirente feudum non descendunt, ad successionem feudi nullo modo admittantur, licet ipsi vel primo acquirenti vel ultimo defuncto vel utrique sanguine conjuncti sint, *c. 1. §. fin de success. feudi c. 1. de benefic. fratris. c. 1. §. & quia vidimus de his qui feud. dare possunt. c. 1. de gradib. succed. in feud.*

Tum quia bona habentia annexam dignitatem secularem vel jus primogenituræ, æquiparātur rebus relictis familiæ ea conditione, ut in ea familia semper & perpetuò permaneant, nec ullo casu extra familiam alienari possint, prout hoc superius docuimus.

Et clari juris est, quod ad res relictas familiæ prædicta conditione omnes descendentes à primo acquirente, licet ipsi ultimo defuncto linea collaterali conjuncti sint, admittantur, *l. cum ita §. in fideicommisso & l. peto. §. fratre. ff. de legat. 2.* hæredibus verò extraneis, illis nempe, qui à primo acquirente non descendunt, ad successionem illarum rerum aditus non pateat, *l. peto. §. prædium & §. fratre & ibi Pet. de Bellapertic. Bald. & Dd. ff. de legat. 2. l. codicillis. §. matre. ff. eod. tit. Ambrof. de Opizon. repet. l. filiusfamilias. §. divi. & ibi Ioann. Crotus, num. 109. cum. 3. seqq. & Fr. Ripa. numer. 97. ff. de legat. 1. Raphael. Fulgos. cons. 117. Zas. l. si ita quis promiserit. §. ea lege. num. 15. ff. de verb. obligat.* eo potissimùm casu, quando illud relictum est, conceptum verbis universalibus, geminatis, illis videlicet verbis, ut illa bona semper & in infinitum in familia remaneant vel similibus, *Fr. Aret. l. Pantonius. §. rei perduellionis, col. 2. Fr. Aret. l. ventre. col 5. ff. de acquir. hæredit. Ias. l. si ita quis. §. ea lege. num. 45. ff. verbor. oblig. Ias. l. filiusfamilias. §. divi. lect. 2. numer. 136. & ibi Ripa. num. 99. ff. de legat. 1. Cardinal. consil. 135.* vel quando illa res est restitutioni subjecta, unus nempe de familia tacitè vel expressè rogatus est, illam rem post mortem suam alteri

alteri restituere, *Fr. Ripa, d. §. divi. numer. 99. limit. 2.* vel quando ratio prohibens bona extra familiam alienare, militat etiam in successione ab intestato, *Cardinal. Parif. conf. 32. numer. 34. lib. 1. arg. l. cum pater. §. dulcissimis & ibi Bart. ff. de legat. 2. Bart. l. pater. §. fundum. ff. de legat. 3. Cardin. Parif. conf. 72. numer. 87.* vel quando prohibitio est concepta non in personam sed in rem, *Socin. conf. 250. numer. 2. & 3. lib. 2. arg. tor. quæ tradit. Bart. l. peto. §. fratre. numer. 3. ff. de legat. 2. Bald & Salyc. l. precib. col. penult. C. de impub. & aliis substit. Socin. conf. 12. num. 14. & conf. 62. num. 11. lib. 3. Card. Parif. conf. 72. nu. 89. lib. 4.*

191 Et licet Dd. magis communiter velint, quod † res relicta familiæ, simpliciter ea conditione extra familiam alienetur, ad hæredem extraneum ab intestato transeat, *Bart. l. peto. §. fratre. ff. de legat. 2. Bart. Iaf. & Dd. l. si ita quis. §. ex lege. ff. verbor. oblig. Iaf. l. filiusfam §. divi & ibi Ferd. Loazes. ff. de legat. 1.*

Attamen præcedens opinio verior est, atque melioribus rationibus nititur, ideoque in judicando omninò sequenda, non obstante hoc, quod contraria est communis, *l. 1. §. sed neque C. de vet. jure enucl. c. Capellanus & ibi Abb extr. de feriis Ioann And. Abb. Felin. & Dec. c. 1. extr. de constitut. Alex. & Iaf. l. cum prolatu. ff. de re judic. Iaf. auth. novissima. numer. 22. C. de inoffic. testam. Ioann. Neviz. in sylv. nupt. lib. 3. nu 67.*

Et præcedens opinio absque omni dubio & nemine penitus discrepante procedit in iis casibus, quando relictum familiæ sive prohibitio alienandi extra familiam est concepta verbis universalibus, geminatis, vel in rem, vel tacitum fideicommissum continet, vel ratio prohibitionis etiam in successione ab intestato locum habet.

Et per consequens, cum res habentes annexam digitatem vel onus primogenituræ, æquiparentur rebus relictis familiæ sub verbis universalibus, geminatis, nempe relictis familiæ eo pacto, ut semper & quandocunque apud descendentes remaneant, nec ullo modo extra illos alienentur & sint subjectæ restitutioni, cum unus intelligatur semper gravatus post mortem suam, illas res sive illa bona aliis de familia restituere, & insuper ratio prohibens illa bona alienare extra descendentes primi acquirentis sit & realis, ipsa nempe bona respiciens & ita generalis ut comprehendat etiam successionem ab intestato omninò dicendum & concludendum est, bona habentia annexam dignitatem vel jus primogenituræ ad hæredes extraneos, illos nempe, qui à primo acquirente non descendunt, neque per successionem ex testamento, neque per successionem ab intestato transire posse.

Cum itaque Comes à D. & à primo acquirente originem trahat, & respectu primi acquirentis ultimo defuncto sit sanguine proximior, sequitur, ipsum omninò ad successionem Baroniæ controversæ admittendum, non obstante hoc, quod ipse Domino Baroni J. ultimo defuncto linea collaterali conjunctus est, quodque Comitissa à L. sit consobrina ultimi defuncti.

Undecimò, † illa bona, quæ habent 192 annexam dignitatem secularem, debentur filiis aliisque descendentibus à primo acquirente non ut hæredibus, sed ut filiis sive descendentibus tantùm, *Guil. à Monteferrato in tr. de success. reg. quæst. 1. n. 19.* ubi ipse attestatur, *Bald.* eandem opinionem amplecti.

Idem quoque juris est in illis bonis, in quibus jus primogenituræ locum habet, namque & illa bona similiter jure sanguinis & non jure hæreditario deferuntur, prout hoc expressè & in specie tradit *Guil. de Monteferrato in d. tract. de success. regum quæst. 1.*

Et idem tenet *Bald. consil. 275. numer 5. lib 2. consil. 121. col. penult. versicul modo facio. lib. 3. Præpos. cap. 1. col. 4. num. 8. vers. tertiò deducitur. de feudo March. Oldrad. concl. 224. col. 7. vers. hoc autem jus. P. Castrens. consil. 179. num. 1. lib. 1.*

Eandem quoque sententiam amplectitur *Bald. cap. 1. in pr. num. 6. de feud. March.* Dum videlicet ibi concludit, ad successionem Baroniæ, Ducatus, & Comitatus jure sanguinis admitti illos, qui à primo acquirente originem trahunt, licet illi ultimo defuncto in centesimo vel millesimo gradu conjuncti sint, quos tamen constat, ultimi defuncti hæredes esse non posse, cujus Baldi opin. communiter approbata est, sicut hoc liquet ex allegatis in secunda, item in octava ratione decidendi.

Idem etiam vult *Ioann. Cephal. conf. 3. nu. 60. & 62.*

Et

193 Et confirmatur ex eo, tum † quia hæreditas sive quæ hæreditario jure deferuntur, non acquiruntur nisi aditione hæreditatis interveniente, Illa verò bona, in quibus jus primogenituræ locum habet, proximiori de sanguine habito respectu ad primum acquirentem acquiruntur, etiamsi hæreditas adita non fuerit, *Guilhelm. de Monteferr. in tractat. de successſ. regum quæstion. 1. n. 22. 23. & num. 24.*

194 Tum, quia † de bonis, in quibus locum habet jus primogenituræ, non detrahitur, neque Falcidia neque Trebellianica, *Guilhelmus Monteferr. in tractat. de successſ. reg. quæst. 1. num. 27.*

Et tamen certum est, Trebellianicam & Falcidiam detrahi de omnibus bonis, quæ jure hæreditario deferuntur, *l. jubemus in princip. C. ad Senatusconsult. Trebellian. cum similibus vulgarib.*

195 Tum, quia de † bonis, in quibus jus primogenituræ locum habet, vel quæ habent annexam dignitatem secularem, legitima neque debetur neque detrahitur, *Innoc. c. licet verb. successionem, & ibi Hostiens verb. ordine genituræ in fin. Ioann. Andr. & Cardin. Florent. num. 6. & Panormitan. num. 10. extr. de voto. Cardin. Florent. conſ. 64. col. final. Panormitan. conſ. 12. dub. 3. lib. 1. conſ. 3 1 & 2. dubio. Ægid. Bellim. conſ. 48. Paul. Castrenſ. conſ. 179. col. 2. lib. 1. Guido. Pap. conſ. 140. dub. 2. Guilhelm. Benedict. repet. c. Raynutius verb. in eod. testamento relinquens. el 1. n. 145. Boër. deciſ. 204. num. 14. Anton. Rub. conſ. 34. Capit. deciſ. 2. col. 1. Cardin. Pariſ. conſ. 17. num. 30. lib. 2. Ioann. Cephal. conſ. 3. numer. 62.*

In quibus duobus posterioribus locis *Cardin. Pariſ. & Cephal.* attestantur, hanc opinionem communiter receptam esse.

Et tamen clari juris est, quòd legitima detrahatur de omnibus bonis hæreditariis sive hæreditario jure delatis, *l. scimus in princip. C. de inoffic. testament.*

196 Tum, quia ea † bona, in quibus jus habet locum primogenituræ, is, cui illa bona deferuntur, reliquis cohæredibus conferre non tenetur, etiamsi ipse ultimo possessori etiam pro parte hæres sit, *Bald. repet. l. cunctos populos. col. 8. versic. venio ad secundum. C. de summ. trinitat. & fide cathol. Bald. authent. ex testamento. col. fin. & ibi Roman. C. de collat. Glartan. l. quæ pater. col. 3. C. fam. hercisc. Panormitan. conſ. 12. col. 3. lib. 1. Curt. sen. conſ. 66. col. 12. Guilhelm. Benedict. repet. c. Raynutius verb. in eodem testamento el. 1. num. 144. extr. de testament. Ioann. Ceph. conſ. 3. num. 63. Guilhelm. Monteferr. in tract. de successſ. reg. quæst. 1. num. 25.*

Quæ tamen collatio in omnibus bonis hæreditariis, sive quæ hæreditario jure deferuntur, locum habet, *l. ut liberis. & l. à patre. C. de collat. Bald. l. si emancipati. C. eod. titul.*

Tum, quia in illis † bonis, quæ habent 197
vel dignitatem secularem annexam vel jus primogenituræ, quis successori suo neque per contractum inter vivos neque per ultimam voluntatem præjudicare potest, *Hostienſ. Ioann. Andr. collectan. Petr. de Anchoran. Anton. de Butr. Imol. Cardin. Flor. & Dd. c. licet extr. de voto. Innocent. Andr. & Philip. Franc. c. grandi de supplend. neglig. Prælat. lib. 6. Iacob. de S. Georg. l. cum antiquioribus. col final. versic. quarto quæro. C. de jure deliber. Ioann. Andr. c. sine culpa. quæst. 2. de regul. jur. lib. 6. Bald. conſ. 360. dub. 2. lib. 2. Petr. de Anchoran. conſ. 339. col. penult. Panormitan. c. intellecto col. 2. versic. de consuetudine extr. de jurejur. Panormitan. conſ. 3. col. 3. lib. 2. Paul. Castrenſ. conſ. 165. col. 8. lib. 2. Felin c. prudentiam. num. 7. extr. de offic. deleg. Iaſ. l. nemo potest in utraq. lect. col. 1. & ibi Franciſc. Ripa col. 2. ff. de legat. 1. Præpoſ. c. per venerabilem. §. quod autem. col. 31. extr. qui filij sunt legitim. Ioann. Cephal. conſ. 3. num. 97.*

Nec etiam illi alium substituere aut eum aliter gravare potest, *Ioann. de Terrarub. in lib. cui titul. est, Vinea Ecclesiæ in tractat. 1. artic. 1, 4. 9. 10. & 13 Guilhelm. Benedict. repet. c. Raynutius verb. in eodem testamento relinquens el. 1. num. 147. extr. de testament. Boër. deciſ. 204.*

Et tamen clari juris est, quòd in bonis hæreditariis sive quæ hæreditario jure deferuntur, quis successori suo præjudicare possit, tàm per contractum inter vivos, quàm per ultimam voluntatem, illumque gravare, & per substitutionem & alio modo per jura vulgaria.

Tum, quia illa † bona, quæ habent an- 198
nexum vel jus primogenituræ vel dignitatem secularem, sunt & censentur esse, restitutioni subjecta, & æquipantur rebus

relictæ familiæ eâ conditione, ut illa in familia semper in perpetuum & infinitum remaneant, prout hoc ultra superiùs tradita affirmat *Guilhelm. à Monteferr. in tractat. de success. regum. quæst. 1. num. 27.*

Et clari juris est, quòd ad res restitutioni subjectas quis admittatur solo jure sanguinis, nullo habito respectu, utrum ipse hæres sit vel non, *l. peto. §. prædium. & §. fratre. ff. de legat. 2. cum similibus vulgaribus.*

199 Tum, quia illa bona, † quæ habent annexam dignitatem secularem quoad successionem, æquiparantur feudis, sicut hoc supra docuimus.

Similiter & illa bona, in quibus locum habet jus primogenituræ, quoad successionem æquiparantur feudis, prout hoc supra docuimus, & quidem non simpliciter, sed ex pacto & providentia, *Matth. de Afflict. decis. 112. circa princip. & decis. 258. Cardinal. Paris. cons. 23. num. 136. lib. 1.*

200 Et clari juris est, † quòd in feudo ex pacto & providentia succedatur non hæreditario jure, sed tantùm jure sanguinis, quodque ad illa feuda admittantur tam filii, quam agnati transversales ultimi defuncti a primo acquirente descendentes, etiamsi ipsi neque primi acquirentis, neque ultimi defuncti hæredes sint, *Bald. c. 1. num. 8. & ibi Alvarott. num. 9. Præpos. num. 6. & Frideric. Schenck. an agnat. Iacob. de Belvis. c. 1. de eo, qui sibi & suis hæred. Ioann. de Imol. c. ex parte, extr. de feudis. Alex. cons. 26. num. 3. lib. 5. Iacob. de S. Georg. in tractat. feud. verb. & cum pacto de non alienando. num. 37. & verb. ita quòd ipsi. num. 2. Zasius in tractat. feud. 8. part. num. 6. Andr. de Isern. c. 1. num. 18. qui success. teneantur. Bald. c. quæ in Ecclesiarum. col. penult. extr. de constit. Dec. cons. 445. num. 51. Alex. cons. 19. num. 6. lib. 5. Ias. l. quod dicitur. num. 33. ff. de verbor. obligationibus*, ubi ipse attestatur, hanc opinionem communiter receptam esse.

Et idem tenet *Iason l. si non sortem. §. si libertus. num. 32. ff. de condict. indeb. Alex. in addit. ad Bald. l. qui se patris. col. 6. C. unde liberi. Laurent. Calcan. cons. 74. num. 4. & 5. Anton. Rubeus l. Gallus. §. quidam rectè. num. 181. ff. de liber. & posthum. Anton. Rubeus cons. 85. Curt. jun. cons. 78. num. 4. Ias. consil. 56. lib. 3. Cravett. cons. 256. num. 3. Albert. Brun. cons. 80. num. 14. Cardin. Paris. cons. 23. num. 176. lib. 1. Bellon. cons. 33. num. 4. Paul. Castrens. auth. post fratres. C. de legit. hæred. Paul. Castrens. l. si post mortem. ff. de legat. 1. Arius Pinell. repet. l. 1. part. 3. num. 85. C. de bon. maternis.*

Ad successionem quoque † feudi hæreditarii agnatos transversales ultimi defuncti à primo acquirente descendentes admitti, licet ipsi non sint hæredes ultimi defuncti, verior & receptior Doctorum sententia est, *Bald. c. 1. argum. illius text. an agnat. Alex. cons. 30. num. 10. lib. 1. cons. 10. num. 8 lib. 3. cons. 26. num. 9. lib. 5. Albert. Brun. cons. 10. cons. 18. col. 4. & consil. 25. Cardin. Paris. cons. 13. num. 4. consil. 17. num. 10. & cons. 23. num. 178. cum quatuor sequentibus. lib. 1. & consil. 65. numer. 32. lib. 3.* ubi ipse attestatur, hanc opinionem veriorem & communiorem esse. 201

Et idem tenet *Corn. cons. 199. num. 42. lib. 2. Dec. cons. 78. num. 6. Ias. l. si non sortem. §. libertus. num. 36. ff. de condict. indeb. Cardin. Paris. cons. 2. num. 25. lib. 1. Socin. jun. cons. 72. num. 29. lib. 1. Arius Pinell. repet. l. 1. part. 3. num. 91. C. de bonis maternis. L. Sylvan. cons. 30. num. 20. in quibus locis & Pinell. & Sylvan.* hanc opinionem communem esse attestantur.

Et licet in feudo hæreditario requiratur, ut is, qui in illo feudo succedere cupit, sit vel hæres recipientis vel ultimi possessoris feudi, *Alex. cons. 10. col. penult. in princip. lib. 3. Cardin. Paris. cons. 2. num. 25. cons. 3. num. 17. & cons. 4. num. 14. consil. 116. num. 24. lib. 1. Iason l. si non sortem. §. libertus. num. 35. ff. de condict. indeb. Neviz. cons. 9. num. 8. Roland. à Vall. cons. 97. num. 40.*

Nec sufficiat, ipsos esse hæredes sanguinis, sed requiratur, ut sint hæredes hæreditatis, *Iacob. de Belvis. Andr. de Isern. & Doctores c. 1. §. hoc quoq; de success. feudi. Alex. cons. 19. col. 4. lib. 5. Cardinal. Paris. cons. 1. col. 1. & cons. 23. num. 167. in fine lib. 1.*

Atque

Atque etiam ſecundum multorum Dd. ſententiam requiratur, ut ipſi ſint hæredes primi acquirentis mediatè vel immediatè, non particulares, ſed univerſales, *Curt. ſen. conſ. 82. col. 4. & 5. Imol. l. quod dicitur. col. penult. ff. de verbor. obligation. Alex. conſ. 9. num. 4. lib. 5. Alex. l. quædam. §. nihil intereſt. ff. de edendo. Matth. de Afflict. deciſ. Neap. 335. & 385. Albert. Brun. conſ. 10. & 11. Cardin. Pariſ. conſ. 2. num. 28. conſ. 16. col. 2. in fin. conſ. 23. num. 189. & 192. lib. 1. Roland. à Vall. conſ. 97. num. 42.*

Hocque potiſſimum locum habeat, quando hæres univerſalis ultimi defuncti vel primi acquirentis eſt capax feudi, quia videlicet ipſe à primo acquirente originem trahit, *Car. Molin. in addit. ad Alex. conſ. 129. num. 8. lib. 1.*

Attamen illa non procedunt, quando in inveſtitura ſive conceſſione feudi non eſt facta mentio expreſſa hæredum, Námque poſito, tale feudum, in cujus conceſſione non eſt facta expreſſa mentio hæredum, aliquo caſu hæreditarium dici poſſe, Attamen agnati ad illius feudi ſucceſſionem admittuntur, licet ipſi neque primi acquirentis neque ultimi defuncti mediatè vel immediatè hæredes ſint, *Iacob. de Belviſ. Alvarott. & Præpoſ. c. 1. de eo qui ſibi vel ſuis hæred. Ioann. Neviz. conſ. 9. num. 9. ubi ipſe atteſtatur, eandem opinionem amplecti Decium.*

Deinde quoque verior eſt illorum Doctorum ſententia, qui volunt, ad illius feudi hæreditarii ſucceſſionem, in cujus conceſſione eſt facta mentio hæredum, transverſales, qui vel primi acquirentis vel ultimi defuncti hæredes aut ſucceſſores ſunt, particulares ſive in re certa admitti, *Bart. l. ne jusjurandi. §. ſi liberi. ff. de operis libere. Bart. conſ. 55. & conſ. 60. Bald. l. 1. quæſt. 49. ff. de rerum diviſ. Ioann. de Imol. l. ex facto. ff. de hæred. inſtit. Paul. Caſtrenſ. l. quoties. C. eodem titul. Paul. Caſtrenſ. l. Gallus. §. etiamſi à parente. ff. de liberis & poſthum. Angel. l. quædam. §. nihil ff. de edend. Angel. l. ſi tibi decem. §. ſi pactus. ff. de pactis. Bald. c. 1. in princip. & ibi Matth. de Afflict. num. 144. de ſucceſſ. feud. Bald. Alvarott. & Præpoſ. c. 1. an agnatus. Alex. conſ. 128. num. 8. lib. 1 conſ. 8. num. 2. lib. 3. conſ. 19. num. 17. & conſ. 22. num. 8. lib. 5. Dec. conſ. 78. num. 4. conſ. 185. num. 4. conſ. 208. num. 13. Calcan. conſ. 28. num. 20. Carol. Ruin. conſ. 9. num. 9. & 10. Roland. à Valle conſ. 23. num. 58. Iacob. de S. Georg. in tractat. feud. verb. ita quòd ipſi inveſtiti. num. 5. Iacob. de Belviſ. Matth. Laud. & Frideric. Schenck c. 1. & ibi Matth. de Afflict. num. 7. & num. 31. an agnat. Franc. Sonsbeck in tractat. feud. parte 9. num. 167. Curt. in tract. feud. 2. parte 3. part. princip. num. 8. Zaſ. in tractat. feud. parte 8. num. 6.*

Et ſic liquet, hanc opinionem communem eſſe, ideoque ab illa neque in judicando neque in conſulendo recedendum.

Præterea is, qui neque primi acquirentis neque ultimi defuncti, mediatè vel immediatè hæres eſt, indiſtinctè ad feudi ſucceſſionem admittitur eo caſu, quando ipſe non potuit eſſe hæres, quia ipſi videlicet hæreditas non fuit delata, vel abſque culpa ſua ab hæreditate excluſus, prout hoc tradunt Dd. communiter in locis ſuperiùs allegatis.

Ad ſucceſſionem quoque feudi improprii quis indiſtinctè admittitur, licet ipſe neque primi acquirentis neque ultimi defuncti hæres ſit mediatè vel immediatè, *Iacob. de Belviſ. c. 1. & ibi Præpoſ. num. 6. an agnat. Zaſ. in tractat. feud. 9. part. num. 12.*

Ex quo infertur, poſt obitum Domini J. Baronis in B. ultimi defuncti, Baroniam controverſam eſſe delatam & acquiſitam Domino R. Secundo, Comiti in D. & ab illo ad filium ſuum Comitem Fridericum Secundum transmiſſam, etiam poſito, quòd Dominus R. Secundus, Comes in D. primi acquirentis neque mediatè neque immediatè hæres ſit.

Multò verò magis in caſu præſenti hoc tenendum eſt, cùm conſtet, Dominum R. Secundum, Comitem in D. ſaltem mediatè eſſe hæredem primi acquirentis, namque dubio omni caret, quòd Dominus O. Dominus in B. filius Domini G. Primi, qui Baroniam controverſam primitùs acquiſivit patri ſuo, & in Baronia & reliquis bonis ſucceſſerit, cùm jura præſumant eo ipſo, quòd quis filius eſt, hæredem & ſucceſſorem eſſe, *gloſſ. l. 1. C. ſi min. ab hæred. ſe abſtin.* quæ præſumptio in antiquis vim plenæ probationis habet, ſicut hoc ſuperiùs docuimus.

Et inſuper indubitati juris eſt, quòd ex curſu † temporis nedum immemorialis, 202 verùm etiam longiſſimi, omnia neceſſaria omniaque requiſita in aliquo actu interveniſſe

venisse præsumantur, *Iaſ. l. ſciendum. ff. de verbor. obligat. Iaſ. & Dd. l. qui in aliena in princip. ff. de acquirend. hæred. Aym. Cravett. in tractat. de antiquitat. tempor. 2. parte. §. ex præmiſſis.*

Eodem modo certum est, & ex instrumento super matrimonio inter Dominum O. Comitem in D. & Dominam H. filiam Domini O. Baronis in B. confecto constat, Dominam H. proaviam Domini Comitis R. Secundi, & filiam Domini O. Baronis in B. & C. fuisse hæredem saltem particularem patris sui dicti Domini O. Baronis in B. Namque in illo instrumento expresse cautum est, si dictus Dominus O. Baro in B. & C. decesserit superstitibus filiis masculis, quòd filiique masculi dictæ Dominæ H. pro hæreditate tàm paterna, quàm materna ultra dotem duo millia aureorum Rhenensium solvere debeant, quodque dicta Domina H. his duobus millibus aureorum debeat contenta, & propter illa ab omni hæreditate paterna & materna separata esse, perinde atque si ipsa hæreditati paternæ & maternæ renunciasset.

Et certum est, quòd illa duo millia aureorum, quæ dictæ Dominæ H. pro hæreditatibus & successionibus paternis & maternis numerata fuerunt, perinde habeantur, ac si dicta Domina H. patri suo Domino O. universalis hæres fuisset, atque de illis idem jus statuendum sit, quòd in universali successione statuitur, *Bart. l. 1. §. qui habebat. quæst. 4. ff. de bonor. poſſeſſ. contra tab. Bald. l. pactum quod dotali. num. 2. & ibi Dec. num. 18. C. de collat. Dec. conſ. 181. num. 7.*

Et posito, sed tamen non concesso, illam portionem duorum millium aureorum non esse reputandam loco hæreditariæ successionis, neque pro successione hæreditaria haberi, quod tamen falsum est, cùm tamen ex prædicto instrumento liquet, Dominam H. ideò patri in reliquis bonis non successisse, quia ab hac successione à patre, absque culpa & delicto suo exclusa fuit, sequitur, ex prædictis perinde habendum esse, atque si ipsa patri hæres extitisset, Quodque tàm ipsa quàm descendentes ex ea, perinde ad successionem Baroniæ controversæ admitti deberent, atque si ipsa Domini O. hæres universalis fuisset.

Duodecimò, hæc decisio etiam probatur per constitutionem Caroli V. Imperatoris in Ducatu Geldriæ & Comitatu Zutphaniæ promulgatam anno Domini 1544. decimo septimo die Aprilis, cujus copia ab Actore una cum replica sub litera A. producta est, in qua constitutione sequentia formalia verba reperiuntur: Hierin uitgesondert Herrlike vnd Lehngüter / die folgen vnd erben sollen nach Natur der Lehnen / vnd vermöge Siegel vnd Brieffe / so daraff sind.

Ex qua clausula ponderando videlicet dictionem copulativam. Et, positâ inter bona habentia annexam dignitatem & bona feudalia, clarè liquet, quòd in bonis habentibus annexam dignitatem in Ducatu Geldriæ & Comitatu Zutphaniæ, idem modus & ordo succedendi servari debeat, qui in bonis feudalibus servatur, etiamsi illa bona dignitatem annexam habentia non sint feudalia, sed allodialia.

Tum, quia dictionis † copulativæ ea natura est, ut ponatur inter ea, quæ sunt diversa, *gloſſ. rub. ff. de jur. & fact. ignor. gloſſ. c. querela extr. de Simon. Cardin. Pariſ. conſ. 36. num. 14. conſ. 92. num. 13. lib. 1. conſil. 75. num. 62. conſ. 7. num. 30. lib. 4.* 203

Et sic ex illa copula posita in constitutione Imperatoris Caroli V. colligitur, quòd Caroli V. Imperatoris mens fuerit, quòd bona habentia annexam dignitatem, etiamsi ipsa sint allodialia, & sic diversæ qualitatis à feudis quoad jus & modum succedendi secundum naturam feudi regulari debeant.

Tum, quia natura copulæ ea est, ut ponatur non restrictivè, sed augmentativè, *l. ea tamen adjectio, & ibi Bart. & Doctores. ff. de legat. 3. Bart. & Doctores. l. Gallus. §. etiamſi à parente. ff. de lib. & poſthum. Bart. l. ut jusjurandi. §. ſi liberi. ff. de operis lib. Cardin. Pariſ. conſ. 75. num. 61. lib. 2. conſ. 7. num. 31. lib. 3.*

Et sic, ne illud Verbum, Herrlike / per verba sequentia, vnd andere Güter / restringatur,

gatur, illa constitutio necessariò ita intelligenda est, ut intelligatur etiam de bonis allodialibus dignitatem annexam habentibus.

Tum, quia copula Et, æquipollet dictioni Etiam, *gloss. l. 1. verb & Republicæ. ff. solut. matrim. gloss. & Dd. l. 1. ff. de jurisd. omni. judic.* cujus dictionis Etiam natura est implicativa, *l. etiam ff. solut. matrim. rubr. C. Etiam ob chirograph. pecun. Alex. cons. 117. lib. 2. Franc. Curt. cons. 64. col. 13. Card. Paris. cons. 92. nu. 16. lib. 2.*

Et sic, ut illa dictio Et, implicativam naturam retineat, necessariò dicendum est, quòd illa clausula de bonis habentibus annexam dignitatem etiam allodialibus, necessariò intelligenda sit.

Cùm itaque præallegata Constitutio Caroli V. Imperatoris expressè statuat atque disponat, quòd in bonis habentibus annexam dignitatem etiam allodialibus idem jus succedendi, quod in feudis obtinet, servari, atque in illa bona secundum naturam feudi succedere debeat, atque feudi tam proprii quam improprii, item tàm masculini quàm fœminini ea natura sit, ut ad illius successionem nunquam admittantur illi, qui a primo acquirente originem non trahunt, sed illa successio defe:tur iis, qui habito respectu ad primum acquirentem ultimo defuncto proximiores sunt, Sequitur, quòd vigorem prædictæ constitutionis successio Baroniæ controversæ mortuo Barone J. Domino R. Secundo, Comiti in D. utputa agnato proximiore ultimi defuncti habito respectu ad primum acquirentem delata fuerit, Etiam posito, Baroniam controversam allodialem esse, cùm adæquatio

204 in † dubio intelligatur in omnibus & per omnia facta, & virtus omnisque qualitas atque natura rei, ad quam fit adæquatio, imbuatur ei, cui adæquatur, *Bart. Socin. & Dd. l. 1. & ibi Ioann. Crott. in repet. num. 8. & Iacob. de Nigris num. 17. arg. illius text ff. de legat. 1.* facit text. *l. 1 §. 1. ff. si quis in fraud. patron l. illud. ff. de donat. causs. mort. l. 1. in princip. C. de rei uxor. act. Bart. l. 1 ff. de confirm. tutore.* illudque etiam in privilegiis locum habere, tradit *Bald. cons. 355. num. 6. lib. 1.*

205 Decimò tertiò, hanc decisionem † confirmat id, quod tradit *Bald. l. in multis in princip. ff. de statu homin.* ubi *Bald.* expressè concludit, quòd non extantibus masculis, ex primo acquirente ad successionem illorum bonorum, in quibus jus primogenituræ locum habet, fœminæ admittantur, eamque decisionem *Baldi* refert atque sequitur *Roman. cons. 98. dub. 2. Ioann. Lup. repet. rubr. chart. 44. vers. lex etiam regni extr. de donation. inter virum & uxorem. Dec. l. fœminæ. quæst. 4 ff. de regul. jur. Guilhelm. Benedict. repet. c. Raynutius verb. in eodem testamento relinquens. el. 1, num. 173. extr. de testament.*

Idem etiam tenet *Panormitan. c. dilecti. num. 12. extr. de arbitr. Bald. c. significavit. num. 1 extr. de rescript. & expressè probatur per text. d. c. significavit.*

Quinimò in talibus bonis, in quibus jus primogenituræ locum habet, fœminam proximiorem a primo acquirente originem trahentem, masculum remotiorem excludere, expressè & in specie decidit *Petr. de Anchor. cons. 329. Tiraquell. in tract. de jure primogen. quæst. 10. num 9. & num. 21.*

Illudque absque omni dubio procedit, quando fœmina de consuetudine admittitur ad illa bona, in quibus jus primogenituræ locum habet, namque & talem consuetudinem valere, dubio omni caret, & illa consuetudo hoc operatur, ut fœmina non tantum ad horum bonorum successionem admittatur, verùm etiam ut fœmina proximior ultimo defuncto habito respectu ad primum acquirentem masculo remotiori præferri debeat, *Bald. cons. 272. lib. 2. Corn. cons. 199. num. 38. lib 2. Curt. in tract. feud. 1. part. 3 part. princ. num. 17. Cardin Paris. cons. 21. num. 29. lib. 1. Ioann. Cyr. in tract. de primogen. lib. 1. quæst. 19. nu. 5. Tiraquell. in tractat. de jure primogen. quæst. 10. num. 25.*

Et idem quoque juris est in iis casibus, in quibus fœmina ad bona habentia annexam vel dignitatem regalem vel jus primogenituræ admitti secundum juris communis dispositionem, quod videlicet contingit in bonis allodialibus habentibus annexam dignitatem secularem, vel onus primogenituræ, prout hoc ex superiùs traditis liquet, Namque in illis similiter fœmina proximior habito respectu ad primum acquirentem, masculo remotiori præferri debet, cùm jus commune non sit debilius, nec etiam minùs operetur, quam consuetudo.

Et licet in hoc contrarium teneant aliqui, volentes ad illa bona, in quibus jus primogenituræ locum habet, fœminam non admitti, *Ioann. Cyrier. in tract. de primog. lib. 1.*

lib. 1. quæst. 20. num. 3. Carol. Molin in consuetudin Parif. §. 12. quæst. 1. Cardin. Parif. conf. 72. num. 78. & num. 100. lib. 4.

Attamen præcedens opinio & vetior & communior est, Ideoque ab illa neque in judicando neque in consulendo recedendum, illaque præcedens opinio absque omni dubio procedit in nostris & similibus casibus, quando videlicet consuetudine introductum est, ut ad successionem illorum bonorum, quæ habent annexam dignitatem vel jus primogenituræ, fœminæ admittantur.

Et sicut fœmina in defectu masculorum admittitur ad successionem bonorum habentium annexam dignitatem secularem vel jus primogenituræ, ita quoque & masculi descendentes ex fœminis, ad illorum bonorum admitti debent, cùm masculi ex fœminis descendentes non sint deterioris conditionis ipsis fœminis, ex quibus descendunt, sed plerunque melioris, *l. in multis. ff. de statu homin. Dec. & Cagnol. l. 1. ff. de reg. jur.*

Cùm itaque tota linea masculina Baronum in B. per obitum Baronis J. defecerit, etiam ex hoc capite sequitur, quòd Comes R. qui à primo acquirente per fœminam nempe Dominam H. descendit, ad successionem Baroniæ controversæ admitti debeat.

Decimo quartò, dubio omni caret,
106 valere † consuetudinem, quòd ad successionem feudi fœminæ, item & descendentes ex fœmina admitti debeant, *c. significavit, & ibi Bald. Panormitan. & Doctores extr. de rescript. Specul. §. quoniam. versic. 30. & ibi Ioann. Andr. titul. de feud. Alex. conf. 29. num. 2. lib. 1. Dec. conf. 20. num. 13. conf. 39. num. 12. Iaf. l. de quibus. num. 55. ff. de legib. Iacob. de S. Georg. in tractat. feud. verb. & fœminis. num. 9. Curt. in tractat. feud. 1. part. 3. part. princ. num. 10. Zaf. in tractat. feud. 8. part. num. 42. Cardin Parif. conf. 13. num. 21. & conf. 21. num. 24. lib. 1. Roland. à Valle conf. 3. num. 117.*

107 Et stante tali consuetudine, † fœmina etiam transversalis ad successionem feudi admittitur, juxta *text. c. significavit. & ibi Vincent. Bald. Anton. de Butr. Panormitan. Ægid. Bellimer. & Doctores extr. de rescript.*

In quo textu expresse deciditur, & à Dd. ibi communiter tenetur, quod in feudo Comitatus soror quæ per consuetudinem ad successionem feudi habilitata fuit, fratri & sic transversali succedat, & idem expresse tenet, *Socin. jun. conf. 75. num. 31. lib. 1.*

Similiter, si fœmina per statutum vel consuetudinem fuerit habilitata ad successionem feudi eo pacto, ut masculis & fœminis simul in eodem gradu extantibus, masculus fœminæ præferatur, fœmina semel exclusa non censetur perpetua, tantùm ad tempus, donec videlicet masculus & descendentes ex eo supersunt, exclusa.

Ideoque si masculus postea absque descendentibus decesserit, vel descendentes ex eo defecerint, fœmina etiam semel exclusa ad successionem feudi admittitur, *Socin. conf. 19. nu. 7. lib. 1.*

Idem est, si fœmina per consuetudinem fuerit habilitata, simpliciter ad successionē feudi, tunc enim fœmina & transversalis semel exclusa, ad successionem illius feudi à quo semel exclusa fuit, admittitur, sicut hoc satis probatur per *text. c. significavit. extr. de rescript.* in quo textu dicitur sororem fratri successisse in Comitatu, & sic in re feudali, a qua ipsa semel per fratrem exclusa fuit, & *Vincent. Bald. Anton. de Butr. Panormitanus. & Ægid. Bellimera reliquique Doctores.*

Ibi illius rei hanc assignant rationem, quia fœmina secundum consuetudinem illius loci ad successionem feudi admittebatur, & sic Dd. ibidem communiter volunt eo casu, quò secundum consuetudinem loci fœminæ ad successionem feudi admittuntur, fœminam etiam transversalem & semel exclusam ad successionem illius feudi, à quo exclusa fuit, admitti.

Et confirmatur evidentissimâ ratione: Namque in decidendis † causis feudalibus 108
potissimum & inprimis observari debet consuetudo loci, ubi feudum situm est, namtalis consuetudo vincit legem & omnes alias consuetudines traditas in usibus feudorum secundum *text. apertum in cap. 1. & ibi gloss. 1. de feudi cognit.* nec hoc mirum videri debet, cum in materia feudali

omne,

omne jus videatur quæsitum à consuetudine, *Bart. l. ut jusjurandi. §. si liberi ff. operulibert. Bart. & alii Dd. l. de legib. ff. de legib.* atque natura feudi consuetudine potius quam jure scripto reguletur, *cap. 1. de success. feudi Raph. Cuman. cons. 143. post princip. Covarr. cons. 97. col. 5. lib. 1. Guido Papa. cons. 18. col. 1. num. 8.* ideoque consuetudines feudales contraria consuetudine tolli possunt, *Bald. & Dd. l. 1. in princip. ff. vulg. & pupill. Dec. consil. 39. col. 7. numer. 12. Dd. l. more. ff. de acquir. hæred. Ias. l. de quibus. numer. 54. & 69. ff. de legibus.* & consuetudo posterior derogat priori, *l. Mela. §. sed si alimenta ff. de alim. & cibar. legat. c. cum de beneficio de præbend. lib. 6. Rom. l. post dotem. col. 13. ff. solato matrim. Fel. c. jus generale distinct. 1.*

Quinimò vera & regularis natura alicujus feudi est illa, quæ determinatur a consuetudine loci, in quo feudum situm est, *cap. 1. de feudis cognit. Carol. Molin. in consuetud. Paris. titul. 1. §. 7. numer. 32. facit text. l. quod si nolit. §. quia assidua. ff. de ædilit. edicto. l licet. & l. circa. C. de locat.* sicut enim natura non præsumitur separata a subjecto, ita nec communis usus & consuetudo, cui naturæ inest, *Bald. l. contractus col. penult. C. fide instrument.* & consuetudo perinde ut natura informat omnem contractum, *Bald. l sed ea. ff. de legib.* omnemque dispositionem *Petr. de Anchor. c. si propter oppos. 4. de rescript. lib. 6. Ias. & Dec. l. certi condictio. §. si nummus. ff si cert petat. Ias. & Dec. l. ut liberis. C. de collat.*

Et similiter dubium non est, quod obstaculo remoto per consuetudinem & statutum reducantur ad dispositionem juris communis, *l. si unus §. pactus ne peteret. ff. de pact. c. ab exordio distinct. 35.* quo jure dubium non est, fœminam propter masculum exclusam, masculo decedenti succedere.

209 Nec obstat † *text. in cap. 1. §. quin etiam Episcop. vel Abbas* Namque ille textus ultra hoc quod plures intellectus habet, eamque ob causam ad decisionem causarum allegari nequit, juxta doctrinam *Bart l. in ambiguo. ff. de reb. dub.* loquitur tantùm in eo casu, quando fœmina per pactum sive tenorem investituræ ad successionem feudi admittitur, inter quod pactum & consuetudinem sive statutum maxima ratio diversitatis militat.

Et pactum est † longè debilius statuto sive consuetudine, ideoque de pacto ad statutum sive consuetudinem negativè argumentari non licet, & non sequitur, fœmina per pactum admissa ad successionem feudi semel exclusa, ulterius succedere nequit, igitur & fœmina per statutum sive consuetudinem habilitata, ad successionem feudi & semel exclusa, ulterius succedere non potest, prout hoc satis probatur per id, quod tradit *Bart. & Alexand. l. alia. §. eleganter. ff. soluto matrim. Bart. l. omnes populi. nu. 26. ff. de just. & jur.* 210

Decimo quintò, † exclusio per statutum & consuetudinem facta, est quædam species exhæredationis, *Bald. l si defunctus. col. 1. C. suis & legit. Barbat. consil. 16. lib. 1. Roman. l. apud Iulianum. §. idem Iulianus. ff ad Senatusconsultus Trebell. Alexand. consil. 131. lib. 2. Ias. cons. 105. col. fin. lib. 4. Cardinal. Paris. consil. 146. num. 18. lib. 4. Socin. jun. consil. 30. numer. 20 lib. 1. consil. 5. numer. 13. lib. 2 Tiraq. in tract. de utroq. retract. part. 1. §. 1. gloss. 8. numer. 13. Bart. l. 1. §. sciendum. ff. de suis & legitim. Bald. l. maximum vitium. C. de lib. prater. faciunt ea, quæ notantur. l. qui volebat. ff. de hæred. instit.* 211

Quod etiam in exclusione † fœminarum a feudi successione facta, locum habet, cum talis exclusio & exorbitet a jure communi, *Cardinal. Paris. cons. 4. num. 5. lib. 1.* Et sic contra jus commune, *Cardinal. Paris. cons. 21. num 1. lib. 1.* ideoque talia statuta & consuetudines excludentes fœminas, sunt stricti interpretandæ, tenaciter intelligendæ & restringendæ, ut tantùm locum habeant in casu & persona expressis, *Andr. Barbat. consil. 16. lib. 1. Alb. Brunus in tractat. de statut. exclud. fœminas artic. 9. quæst. 1. Cardinal. Paris. consil. 47. num. 80. lib. 3. Socin. jun. cons. 30. num. 70. lib 1. & cons. 5 num. 13. lib. 2. arg. l. 1. & 2. ff de liber. & posthum, l. 3 §. hac verba. ff. de negot. gest l. quicquid astringendæ. ff. verb. oblig.* nec ullo modo ad consequentias trahendæ. *Bald. cons. 41 1. in fin. lib. 3. Dec. cons. 334. num. 4. Card. Paris. cons. 47. num. 81. lib. 3.* Et satis est, quod talia statuta sive consuetudines operentur in aliquo, licet in aliis reddantur superflua, *Card. Paris. cons. 47. nu. 83. lib. 3.* ubi ad hoc 212

ad hoc allegat nótata in *l.fin. §. in computatione. C. de jure delib. Alb. Brun. in tract. de statut. exclud. fœmin. artic. 9. quæst. 1. col. 2. art. 8. quæst. 20. col. 2. artic. 7. quæst. 1. & artic. 5. quæst. 36.* & quod exclusio facta in uno casu per statutum vel consuetudinem, non extenditur ad alium casum, tradit *Socin. consf. 28. nu. 16. usq; ad num. 23. lib. 4.* ubi ipse hoc multis rationibus comprobat, item tenet *Socin. jun. consf. 30. nu. 22. lib. 1. consf. 4. num. 13. lib. 2. Card. Paris. consf. 47. num. 88 lib. 3.*

Cum itaque text. *in cap. 1. §. Quinetiam Episcop. vel Abbat.* loquatur tantum in eo casu, quando fœmina ad successionem feudi per pactum habilitata fuit, atque quando quis feudum acquisivit eo tenore, ut ejus descendentes masculi & fœminæ illud feudum habeant, sequitur, illum §. non esse extendendum ad illum casum, quando vel fœmina per statutum sive consuetudinem habilitata, vel feudum alio tenore acquisitum fuit.

213 Decimo sextò, text. *in c. 1. §. quinetiam Episcop. vel Abbat.* quatenus dicit, fœminam semel exclusam a successione feudi, ulterius ad illud feudum non admitti intelligitur, quod tantùm habeat locum, donec masculus superest, prout hoc expressè tenet *Socin. jun. consf. 76. n. 112. & 113. & consf. 104 nu. 12. lib. 1.*

Et idem est de mente *Bald. c. significavit. num. 1. extr. de rescript.* dum videlicet *Bald.* ibi concludit, si feudum fuerit copulativè acquisitum pro masculis & fœminis, fœminas ad illud in subsidium admitti, idem vult *Panorm. c. dilecti. num. 11. extr. de arbitr.* dum ibi tradit, si in constitutione feudi dictum fuerit, ut ad illud admittantur masculi & fœminæ propter naturam feudi, illam concessionem ita intelligendam, ut fœminæ ordine successivo non extantib⁹ masculis, admittantur, eandem sententiã etiam amplectitur *Bart. l. ut jusjurandum. §. si liberi. num. 5. ff. de operis libertor.* tum videlicet ibi dicit, ad successionem feudi fœminas admitti, demum deficientibus masculis.

Ejusdem opinionis est etiam *Fulgos. consf. 8. & consf. 12. Iacob. de Belvis. & Mart. Laud. c. quinetiam Episcop. vel Abbat. c. Alciat. respons. 162. num. 20. Socin. jun. consf. 76. nu. 113. lib. 1. & consf. 104. num. 12. lib. 2.* Dum videlicet ibi concludunt, textum in *c. 1. §. quinetiam Episcop. vel Abbat.* disponentem, filiam semel exclusam, perpetuò intelligi exclusam, esse intelligendum, quoad successionem patris, non autem quoad successionem fratris vel ulterioris agnati.

Et hanc sententiam etiam tenore *Bald. Alvar. Odofred. & Ioan. Blancum,* attestatur *Alciat.* in locu superius allegato.

Hæcque opinio probatur per text. in *c. 1. § filia. verb. non extantib. de masculis. success. feudi*, ex quo liquet, quod filia non excludatur à successione feudi, nisi quamdiu masculus superest, idem probat *text. cap. 1. de eo qui sibi & suis hæred.* Dum videlicet text. ibi dicit: Non enim patet locus fœminæ in successione feudi, donec masculus superest ex eo, qui primus de hoc feudo investitus fuit.

Et clari & indubitati juris est, quod fœmina exclusa non simpliciter sed donec vel quamdiu masculus vivit vel superest, non perpetuò sed temporaliter tantùm exclusa esse censeatur, & masculo deficiente, ad illud à quo semel exclusa fuit, admittatur, *Bart. l. fin. ff. ad SC. Tertull. Socin. consf. 29. lib. 1. consf. 50. col. 1. lib. 3. Bald. consf. 367. num. 5. lib. 5. Bald. auth. sed etsi quis. C. de secund. nupt. Albert. Brunus in tract. statut. excludent. fœminas artic. 10. quæst. 5. Alciat. respons. 162. nu. 20. Socin. jun. consf. 1. num. 75. consf. 76 num. 113. lib. 1. & consf. 114. num. 1. lib. 2. Cardin. Paris. consf. 85. num. 4. lib 2. & consf. 72. nu. 102. lib. 4. Tiraq. repet. l. si unquam verb. susceperit liberos. nu 194. C. de revoc. donat.* quod etiam in feudis locum habere, expressè & in spem decidit *Alex. consf. 29 num. 7. lib. 1. Ruin. consf. 9. num. 6. & 7. lib. 1. And. de Isern. in constit. regni incip. ut de successione. Card. Paris. consf. 22. num. 20. & 21. & consf. 23. num. 56. lib. 1. Curt. in tract. feudal. 1. part. 3. part. princip. num. 32. limitat. 2. Alciat. responso. 170.*

Pro hac eadem sententia confirmanda, facit etiam, quia exclusus semel à feudo per contractum, renunciationem vel refutationem nempe, non perpetuò sed tantùm donec vivunt illi, in quorum favorem illa renunciatio facta fuit, exclusus intelligitur, illisque decedentibus nihilominus ad successionem illius feudi, à quo semel exclusus fuit, admittitur, *cap. 1. & ibi Dd. de de eo qui finem fecit, Bald. l. 1 ff. de rer. divis. Alex. l. 1. §. veteres. & ibi Ias. nu. 24. ff. de acquir. possess. ubi Ias. attestatur, hanc opinionem communiter receptam esse.*

Cum itaque dispositum de pacto etiam in statuto vel consuetudine locum habeat, atque à pacto ad statutum sive consuetudinem bonum argumentum sit, sequitur, simili modo & eum, qui per statutum sive consuetudinem a successione feudi semel

exclusus

exclusus fuit, non perpetuò sed tantùm temporaliter, donec videlicet illi, in quorum favorem exclusio facta est, supersunt, exclusum intelligi.

Deinde hanc sententiam confirmat *text. c. 1. de gradib. succed. in feud. c. 1. in princ. de natur. success. feudi.* ubi dicitur, licet in successione feudi proximiores excludant remotiores, istos tamen remotiores, non perpetuò sed superstitibus tantùm proximioribus eorumque descendentes exclusos intelligi.

Similirer hæc præsentia probatur per *text. l. cum ita. §. fin. & l. peto. §. fin. ff. de legat. 2. l. fin. C. de verbor. signif.* ubi deciditur, ad fideicommissum relictum uni de familia ea conditione, ut in familia maneat, proximiores quidem præferri remotioribus, sed remotiores semel exclusos non intelligi perpetuò sed temporaliter tantum exclusos.

Cum itaque feuda æquiparentur fideicomisso relicto uni de familia ea conditione, ut illud semper in familia remaneat, atque vasallus sive possessor feudi perinde intelligatur gravatus, feudum post mortem suam alus descendentibus vel agnatis suis restituere, sicut is cui fideicommissum ea conditione relictum fuit, ad hoc obligatus est, prout hoc expresse tradit *Andr. de Iser. c. 1. §. hoc quoq. nu. 9. & ibi Matth. de Afflict. nu. 8. de success. feud. Andr. de Isern. c. 1. §. quid ergo. nu. 7. & ibi Matth. de Afflict. nu. 20. de investitur. de re alien. fact. Matth. de Afflict. c. 1. in prælud. feud. nu. 178. Card. Paris. cons. 65. nu. 16. lib. 3.*

Sequitur simili modo & eum qui semel à successione feudi exclusus fuit, ab eo feudo non perpetuò sed donec is superest, in cujus favorem exclusio facta est, exclusum censendum, cum dispositum de uno ex æquiparatis etiam in alio æquiparatorum locum habeat, *gloss. l. si quis servo. C. de furtis. gloss. l. quod verò. ff. de legib.*

Eodem modo hanc sententiam con-
214 firmat, quod traditur, † secundo genitum ejusque descendentes a primogenito semel exclusos, non intelligi perpetuò sed temporaliter tantùm, donec videlicet primogenitus ejusque descendentes extant exclusos.

Eamque ob causam illis mortuis, ipsos ad illud jus, a quo semel exclusi fuêre, admittendos, *Card. Paris. cons. 72. nu. 101. & 102. lib. 4.*

Ad hanc eandem sententiam confirmandam facit, quia filia vel alia fœmina semel exclusa ab emphyteusi, in cujus concessione dictum fuit, ut masculi præferantur fœminis non perpetuò sed ad tempus, donec videlicet masculi supersunt, exclusa censetur, *Paul. Castr. cons. 30. lib. 2. Socin. junior cons. 104. nu. 12. & 13. lib. 2.*

Huc accedit, quod † semel exclusus ita 215
demũ intelligatur perpetuò exclusus, quando qualitas exclusiva inducitur, simpliciter & cum quadam perfectione, alioquin verò secus, *Socin. jun. cons. 1. nu. 74. & 75. lib. 1.*

Similiter & fœmina semel exclusa ita demum censetur perpetuò exclusa, quando excludenti est quæsitum jus irrevocabiliter; secus autem est, si ipsi revocabiliter tantùm jus quæsitum sit, prout hoc sentit *Alciat. respons. 162 nu. 20. & respons. 172. nu. 10.*

Sed certùm est, quod vasallo excludenti fœminam à successione feudi acquiratur, jus non irrevocabiliter sed revocabiliter, donec videlicet ipse & descendentes illius vivunt & sic qualitas exclusiva non inducatur simpliciter, neque cum perfectione.

Igitur etiam ex hoc capite sequitur, quod verior sit illorum Dd. sententia, qui volunt, fœminam semel exclusam à successione feudi, non perpetuò, sed donec masculus superest, exclusam intelligi.

Ultra prædicta hanc sententiam com-
probat, quia exclusio † fœminarum, quæ in 216
feudis propter masculos fit, respicit tantùm favorem masculorum, & sic est privilegium ipsorum masculorum, ideoque ipsis masculis cessantibus, cessare & ulterius fœminæ atq; descendentes ex illa obesse non debent.

Tum quia † personale privilegium ad 217
alios non extendatur, *c. privilegium. & ibi Dyn. de reg. jur. lib. 6.*

Tum quia † à cessante causa exclusio- 218
nis, & ipsa quoque exclusio cessare debet, *l. si instituta. l. pater filium. & l. si is qui. ff. de inoffic. testam. l. Gallus. §. in omnibus. & l. inter cæteras. ff. de liber. & posth. Bald. cons. 21. lib. 3. & cons. 178. lib. 5. Dec. cons. 379. nu. 5.*

His adde, quod secundum communem
atque receptam Dd. sententiam † fœmina 219
exclusa ab una successione non intelligatur ab alia successione exclusa, quodque eam ob causam fœmina exclusa à successione patris non prohibeatur fratri succedere secundum communem & receptam Dd. sententiam, *Bart. l. fin. ff. ad SC. Tertull. Bald. c. 1. §. quin etiam Episcop. vel Abbat. Raph. Fulgos. l. quanquam 1. notab. arg. ill. text. C. ad l. Falcid. Fr. Aret. & Alex. l. 1. §. veteres & ibi Ias. num. 20. ff. acquir. possess. Alciat. respons. 162. nu. 2.*

Quod

Quod etiam ex eo suadetur, fœminam semel exclusam, non censeri perpetuò exclusam in diversis substitutionibus, *Ruin. cons. 161. nu. 3. lib. 2.*

Ultimò, hanc sententiam comprobat, quia verisimile est, id actum esse, ut fœmina descendens à primo acquirente feudum potius habeat quam Dominus, ordineque successivo prius masculi quàm fœminæ, *Alciat. respons. 162. num. 21. arg. l. Gallus. §. 1. ff. de liber. posthum.* cum non sit verisimile, nec ullo modo admittendum aut recipiendum, quod quis voluerit extraneos descendentibus suis præferre, *Bald. cons. 362 lib. 4. Corn. cons. 97. col. 4. & 5. lib. 1. Otto de Nicolin. inter. cons. Socin. cons. 152. col. 2. Imm. l. Gallus. §. instituens. ff. de liber. & posthum. Alex. cons. 1. num. 12. lib. 2. Cardin. Paris. cons. 72. num. 102. lib. 1.*

220 Et sic ex prædictis liquet, † veriorem & receptiorem esse illorum Dd. sententiam, qui concludunt, fœminam semel à successione feudi exclusam per masculum ejusdescendentes, non perpetuò sed temporaliter, donec videlicet masculus vivit, exclusam censeri. Ideoque masculo postea defuncto eam atque descendentes ex ea ad feudi successiunem admittendos, eamque ob causam illa sententia omninò etiam tenenda & sequenda nullo habito respectu, quud aliqui cuntrarium teneant.

221 Cum ea † sententia sive opinio & in judicando & in consulendo semper sequenda sit, quæ fortioribus rationibus comprobatur, etiamsi communis Dd. opinio contraria sit, *l. 3. §. sed neq. C. de veter. jure enucleand. l. Æmilius, ff. de minorib. c. Capellanus. & ibi Abb. extr. de feriis. Abb. l. Felin, Dec. & Dd. c. 1. extr. de constitut.*

Decimo septimò, prò Domino actore
222 adduci potest & id, quod Dd. tradunt, †
fœminam habilitatam ad dignitatem regalem hæreditariam & allodialem non extantibus masculis per existentiam masculorum semel ab illa dignitate exclusam, mortuis masculis ad illam dignitatem rursus admitti, *Bald. c significavit. num. 1. extr. de rescript. Abb. c. dilecti. num. 11. extr. de arbitr. Tiraq. in tract. de jure primog. quæst. 10. num. 9.*

223 Decimo octavò, dubio omni caret, † feudum esse rem restitutioni subjectam atque vasallo possessori in feudo esse quæsitum jus non irrevocabile sed revocabile, ipsumque intelligi gravatum feudum post mortem suam aliis restituere, sicut hoc suprà ex communi & recepta Dd. sententia docuimus.

Similiter & illa bona quæ habent † an- 224
nexam dignitatem secularem vel jus primogenituræ, censentur esse restitutioni subjecta, *Guil. Monserat. in tract. de success. reg. quæst. 1. nu. 27.*

Et clari juris est, quod secundum juris
communis dispusitiunem, † semel exclu- 225
sus à rebus restitutioni subjectis, ab illis non perpetuò sed donec excludens superest, exclusus intelligatur, *l. cum ita. §. fin. ff. de legat. 2. cum similibus superius allegatis.*

Ex quo sequitur, etiam posito, sed tamen non concesso, dispositionem *d. §. quinetiam,* intelligendam, quod fœmina semel à masculo exclusa, in perpetuum exclusa censeatur, ita ut etiam postea mortuo masculo ad successionem feudi non admittatur, illam dispositionem à jure communi exorbitantem esse.

Eamque ob causam strictissimè interpretandum, nec extra verba vel illum casum in quo loquitur extendendum, cum ea quæ à jure communi exorbitant, strictè intelligenda, nec extra verba vel illum casum, in quo loquuntur, extendenda sint, *l. jus singulare. l. quod verò. & l. in his. ff. de legib. c. quæ à jure communi. & ibi Dyn. de regul. jur. lib. 6. cum similibus supra allegat.* Ideoque cum *d. §.* loquitur eo casu, quando in investitura est facta mentio fœminarum descendentium, sequitur, illum §. non habere locum, quando de descendentibus expressè mentio facta non fuit, prout hoc post vetustiures expresse tradit *Socin. jun. cons. 76. num. 112. lib. 1.* prout etiam hanc dispositionem locum non habere Dd. tradunt, quando quis feudum pro se & hæredibus suis, utriusque sexus acquisivit, *Card. Paris. cons. 23. num. 56. lib 1.* licet in hoc ultimo contrarium sed male teneat *Paul. Castrens. consil. 191. lib. 2.*

Et per consequens ex hoc infertur, cum in casu præsenti non constet, quod in prima concessione sive acquisitione Baroniæ controversæ fuerit facta mentio descendentium, dispositionem *d. §. quinetiam*, ex hoc quoque capite in casu præsenti locum non habere.

Decimo nonò, posito *d. §. quinetiam*, eum intellectum habere, quod fœmina semel exclusa, in perpetuum ad successionem feudi etiam mortuis masculis admitti non debeat, illius decisionis illa ratio redditur, quia fœmina sui natura est incapax feudi,

Socin.

Socin. jun. conf. 104. num.12.lib.2. quæ ratio cessat eo casu, † quando fœmina per statutum vel consuetudinem loci ad successionem feudi admittitur, & sic capax feudi efficitur eam ob causam, quia feuda naturam suam potius sortiuntur a consuetudine sive statuto loci, quam a jure communi feudali, Carol. Molin. in consuet. Paris. tit. 1. §. 7. num.32.arg. c.1.de feudi cognit. cum similibus superius allegatis.

226

Similiter & illa ratio cessat in bonis allodialibus habentibus annexam vel dignitatem secularem vel jus primogenituræ, namque illorum bonorum fœmina fuit natura capax est, c. significavit & ibi Bald. Abb. Host. & Dd. extr. de rescript. cum similibus allegatis superius.

Ideoque & eo casu dispositio illius §. cessare debet, cum sit clari & indubitati juris, quod cessante ratione legis vel constitutionis, & ipsa quoque lex vel constitutio cesset, l. adigere. §. quamvis ff. de jure patronat. l. quod dictum & ibi Bart. & Angel. ff. de pactis, gloss. l. cum tale. §. falsam. ff. de condit. & demonstrat. quodque etiam correcta ratione legis vel constitutionis, ipsa quoque lex vel constitutio correcta & abrogata intelligatur, gloss. l. 1. in princip. verb. providentia & ibi Alex. in addit. ad Bart. ff. de legit. tutor. gloss. l. 1. C. eod tit. gloss. l. 1. §. filiusfamilias. ff. de donat. causa mortis. Bald. conf. 179. lib. 1. Salycet. auth. ingressi, C. de SS. Eccles. Imm. & Rom. in. l. 2. §. fin. ff. de donat. Felin. c. 1. col. 6. & ibi Dec. lect. 1. col. 4. & August. Berous nu. 86. extr. de constit. Ias. l. si quis filium. col. pen. C. de inoffic. testam. August. Berous c. quæ in Ecclesiarum num. 189 extr. de constit.

Et per consequens, cum in casu præsenti pars adversa prætendat, Baruniam controversam allodialem esse, & utraque pars confiteatur per consuetudinē Ducatus Geldriæ & Comitatus Zutphaniæ fœminas esse habilitatas ad successionem omnium feudorum etiam regalē dignitatem annexam habentium, dubio omni caret, dispositionem. §. Quin etiam, in casu præsenti locum non habere, atque casum præsenti remanere in dispositione juris communis, quo cavetur, quod semel exclusus à rebus restitutioni subjectis, non perpetuo sed temporaliter tantùm, donec videlicet excludens supererst, exclusus intelligatur.

227 Vigesimo, quando † fœmina per statutum vel consuetudinem ad successionem feudi admittitur, ipsa reducitur ad jus commune, Card. Paris conf. 4. n.5. conf. 12. n.12. lib. 2. & certum est, quod de jure communi fœminā semel exclusa a rebus restitutioni subjectis, non perpetuò sed tantùm temporaliter, donec videlicet excludens superest, exclusa intelligatur, d. l. cum ita §. fin ff de legat. 2.

Vigesimo primò, illa regula quæ † vult, fœminam semel exclusam à successione feudi, perpetuò exclusam intelligi, posito, illam aliquo casu procedere, nullo modo habet locum in feudo improprio, sed communem & receptam Dd. sententiam, Iacob. de Belvis. Bald. Alvar. Præpos. & M. de Affl. c. 1. § quin etiam Episcopum vel Abbatem Fulgos. conf. 8. & conf. 12. Card. Paris. conf. 22. num. 20. & conf. 23. nu. 55. & 61. lib. 1. Socin. jun. conf. 110. nu. 5. lib. 2. Alciat. respons. 171. nu. 9. 228

Et licet in hoc contrarium teneat idem Alciat respons. 170. tamen de illa contraria opinione Alciat. nihil est curandum. Tum quia sibi contrarius, arg. l nos. ff. de falsis. l. scripturæ C. de fide instrum.

Tum quia illa opinio communiter reprobata est, & certum est, quod cōmunes & receptæ Dd. sententiæ & in judicando & in consulendo sequendæ per jura vulgaria supra citata.

Et sic ex prædictis sequitur, illam regulam, q̄ fœmina semel exclusa, nec non etiam descendentes ex illa in perpetuum exclusi censeantur, in casu præsenti locum non habere, nec actori quicquam obstare.

229 Vigesimo secundò, † in actis perhibetur non tantùm consuetudine particulari familiæ Baronum a B. verùm etiam consuetudine universali Ducatus Geldriæ & Comitatus Zutphaniæ receptum & introductū esse, quod in Baroniis reliquisq; bonis habentib. annexam dignitatem, jus primogenituræ locum habeat, & ad illorum successionē hæredes extranei non admittātur, quam consuetudinē valere dubio omni caret, clari enim juris est & a Dd. communiter tenetur, consuetudinem provinciæ inducentem jus primogenituræ, & præferentem primogenitum cæteris etiam in illis bonis in quibus alioquin jus primogenituræ locum non habet, valere & ratam esse, Oldrad. conf. 94 col. 2. & 3. Ioan. Andr. c. sine culpa de regul. jur. lib. 6. Bald. conf. 389 lib. 2. Bald. c. cum omnes. col. 2. extr. de constit. Bald. Alvar. Laudens. & Præpos. cap. 1. §. mulier. si de feudo defuncti content. Andr. de Isern. c. imperialem. §. præterea de prohibita feudi al. per Francisc. Alvar cap. 1. §. & quia vidimus. col. 6. de his qui feud. dare poss. cum multis similib. alleg. per Tiraq. in tract. de jure primog. quæst. 4. num. 13.

Et

Et hoc generaliter quidem verum est, potissimùm verò procedit in bonis habentibus annexam dignitatem vel jurisdictionem, *c. licet & ibi gloss Hostiens. Ant. de Butr. Panorm. & Dd extr. de voto cum multis similibus allegatis per Tiraq. in tract. de jure primogen. quæst. 4 nu. 21. cum mult. seq.*

Similiter dubio omni caret, valere consuetudinem, qua ordo succedendi à jure communi introductus mutatur, atq; cavetur, quod ad successionem certarum rerum illi tantùm, qui à primo acquirente descendunt, exclusis omnibus aliis admittantur.

Et posito, neque generalem Ducatus Geldriæ & Comitatus Zutphaniæ, neque specialem Baronum in B. consuetudinem probatam esse, attamen superius docuimus, secundum dispositionem juris communis jus primogenituræ locum habeat in Baroniis reliquisque bonis dignitatem secularem annexam habentibus, quodque ad illorum successionem non admittantur illi, qui a primo acquirente originem non trahunt.

230 Vigesimo tertiò, sententia est † stricti juris & strictè intelligēda, *l. 1. C. si plures una sent. l. Paulus respondet. ff. de re judicata. l. si judex. cum ibi notat. ff de his qui sunt sui vel al. jure. l. si inter me & te. ff de except. rei judic. l. Divi fratres ff de liber. causa Bart. & Dd. l. Julianus ff de condict. indeb. Ang. cons. 235. col. fin. Ias. l. centesimis. §. 1. col. pen ff. verb. oblig Socin. cons. 134. col 2. lib. 1. & cons. 18. col. 2. circa fin. lib 3.* Et quantum salva ratione recti sermonis fieri potest, restringenda, *Paul. Castrens. cons. 295. col 3. lib. 1. Aym. Cravett. cons. 10. num. 3. & cons. 188. nu. 6. lib. 1.*

Similiter & verba sententiæ prolata ad unum effectum, ultra illum operari non debent, *Cravett. cons. 188. nu. 6. lib. 1. arg. l. in agris. ff. de acquir. rer. dominio. l. cancellaverat. ff de his quæ in testam delentur.* Et verba sententiæ debent intelligi secundū naturam actus vel negotii, de quo agitur, etiamsi necessè sit, verba ad significationem impropriam detorquere, *Aym. Cravett. consil. 118. num. 4. lib. 1. arg. l. si uno in princip. ff. de locat. & conduct.* cum similibus vulgaribus.

231 Præterea sub † dispositionem generali regulariter non comprehenduntur feuda, *cap. 1. §. & ibi Dd. si de feudo defuncti content.* etiamsi bonorum mentio facta fuerit, *Andr. de Isern. cap. 1. ad fin. de Capit qui curiam vend. Catel. Cotta memorali incip. bonorum appellatione, & memor. incip. filius renuncians, Ias. in prælud. feud. col. 15. vers. limita tamen singulariter. Ias. cons 152. & cons. 207 lib 2 Dec. l. 1. lect. 2. col. 2. ff. si cert. petat.* Item etiamsi illa dispositio non tantum sit generalis, sed universalis, *Matth. de Afflict. in constitut. Sycil. incip cum justitia. col 2. notab. 5.*

Et idem quoque juris est in illis † bo- 232
nis, quæ æquipatantur feudis, qualia sunt bona habentia annexam dignitatem secularem vel jus primogenituræ, cum dispositum de uno ex æquiparatis etiam in alio æquiparatorum locum habet, *gloss. fin. l. si quis. servor. C. de furtis.* & in specie, quod in generali dispositione non comprehendantur bona titulata habentia nempe dignitatem annexam, tradit *Matth. de Afflict. c. 1. §. in generali. nu. 40 si de feud. def. content.*

Eodem modo sub dispositione generali
non veniunt nec comprehenduntur † re- 233
galia, *c. quod translationem. extr de offic. delegat. Alb. de Rosat. l. fin. circa fin. C. de jurisdict. omn. judic. Dec. cons. 197. num. 1. Matth. de Afflict. decis. Neap. 122. Calcan. cons. 102.* etiamsi verba dispositionis non tantùm sunt generalia sed generalissima, *Calcan. consil. 102.* ubi ipse attestatur, tandem opinionem amplecti *Alber. de Rosat. in loco ab ipso citato.*

Et confirmatur ex eo, namque in generali dispositione non comprehenditur neque regalis dignitas, nec personæ regalem dignitatem obtinentes, *c. ne aliqui de heret. lib. 6. Card. Paris. cons. 141 nu. 21. lib. 4. neq; reservata. princ. c. 2 de præbend lib. 6. Card. Paris. cons. 10 nu. 7. lib. 4.*

Imò potius admittendum est, ut dispositio generalis sit superflua, atque nihil penitus operetur, quam ut regalia contineat, *Abb. c. prudentiam. §. sexta. arg. ill. text. extr. de offic. deleg. Dec. consil. 197. num. 1.*

Generalis quoque dispositio nunquam
comprehendit † casus specialiter privile- 234
giatos, quoad illud negotium, de quo dispositio loquitur, *Salycet. l. fin. in princ. arg. ill. text. C. de jure dot. Ias. l. 1. notab. 3 ff. solut. matrimon. Dec. c. sedes apostolica. col. 6. extr. de rescript. Dec. l. 2. C. unde liberi. Dec. cons. 5. & cons. 301. Dec. l. 1. & ibi Cagnol. nu. 22. ff. de reg. jur.*

Ab omni quoque generali dispositio-
ne saltem tacitè exceptæ † intelliguntur 235
causæ graves & arduæ, *Matth. de Afflict. c. 1. §. in generali. nu. 40. cum 10 seqq. si de feud. def. content.*

Dispo-

236 Dispositio quoque † generalis affirmativa restringitur ad casus habentes eandem rationem & causam, nec extenditur ad casus habentes diversam rationem, *Calcan. cons. 1. col. 19. circa fin. Cravett. cons. 144. num. 6. lib. e. arg. l. creditor. §. datum. ff de bonis author. judic. possid.* neque etiam comprehendunt ea, in quibus non est eadem aut tanta ratio, *Rota decis. 288. incip. major pars in novis. Calcan. cons. 1. col. 19. & cons. 164. col. 2. circa med. Laur. Sylvan. cons. 76. num. 17.* prout etiam oratio generalis vel indefinita nunquam operatur tantum, quantum operatur specialis, quando ratio diversitatis assignari potest, *Bart. l. si pluribus. ff. de legat. 2. Paul. Castr. cons. 187. col. pen. lib. 2. Cravett. cons. 33. nu. 15. & cons. 70. n. 27. lib. 1.*

237 In generali quoque & † effuso sermone ea tantum veniunt, quæ sunt moris atque consuetudinis, *Oldrad. cons. 198. circa medium. Oldrad. cons. 56. nu. 27. arg. l. pen. ff. de aur. & argent. lega. l. si prius. §. placuit. ff. de aqua pluv. arcen.* Et nullum verbum est adeò generale, universale, & indefinitum, quod ex consideratione debitarum circumstantiarum vel debeat civiliter intelligi vel limitationem recipere, *Oldrad. cons. 148. Laur. Sylvan. cons. 56. nu. 23. arg. l. si cui. ff. de servitutib. l. non tantum. §. 1. & ibi gloss. ff. de petit. hæred. l. oblig. ff. de pignorib. l. si mihi Maria. §. fin. ff. de legat. 3.*

238 Verba etiam † generalia & universalia restringi debent, ne comprehendant id, quod est insolitum, *Bart. l sed etsi quis. §. quæsitum. & ibi Ias. n. 33. ff. si quis cautionib. Bald. l. falsus circ. medium. col. fin. C. de furtis. Ang. cons. 73. Ant. de Butr. c. 1. extr. commoda. Alex. cons. 28. col. 7. lib. 1. arg. l. si stulas. §. frumenta. ff. de contrah. empt.* vel id quod est immoderatum vel nimium grave, *Bald cons. 272. n. 1. lib. 3. Ang. §. oportet. Auth. de judicib. Ias. l. sed. et si quis. §. quæsitum, nu. 37 ff. si quis cautionib. Hieron. Gigas in tract. de pensionib. quæst. 66 nu. 5.*

239 Itidem verba generalia † restringi debent ad verisimilia, *Albert. l. fin. col. 2. C. de remiss. pign.* & ex verisimili mente & intentione disponentis *Dec. cons. 332. col. 2. Cravett. cons. 70. nu. 25. lib. 1.* & ad cogitata disponentis sive ad illa de quibus cogitatum est, *Bald. cons. 159. col. 3. lib. 3. Alex. cons. 76. col. 1. lib. 1. Cravet. cons. 3. n. 11. & cons. 33. n. 9 lib. 1. Card. Paris. cons. 88. n. 31. lib. 1. Laur. Sylv. cons. 56. n. 26. arg. l. solutum. §. solutum. ff. de pignor. action. l. obligatione. ff. de pignorib.* Nemo etiam secundum mentem disponentis, *Dec. cons. 532. col. 2. Cravett. cons. 3. n. e 2. cons. 33. nu. 9. & cons. 70 e. n. 25. lib. 1. Card. Paris. cons. 20. nu. 39. lib. 1.* etiamsi verba sint præcisa, *Ang. cons. 248. Paul. Castr. consil. 322. col. 1. lib. 1. Cravett. cons. 70. num. 25. lib. 1.* Nec ulla dispositio est adeò generalis, universalis vel lata, ut extendatur sive porrigatur ad id, quod verisimile non est, sive de quo quis verisimiliter non cogitavit, *Ang. cons. 249. incipiente super primo quæsito. col. 2. Ias. cons. 141. col 9. & cons. 1. 2. col. 3. lib. 2. Ias. l. cum res. col. 3. ff. de legat. 1. Laur. Sylv. cons. 56. nu. 26. Tiraq. repetit l. si unquam in repet. in præfat. num. 59. C. de revocand. donat. Aym. Cravet. cons. 70. nu. 25. lib. 1.* vel ad ea, quæ verisimile non est, disponentem sive loquentem inclusurum, *Oldrad. cons 95. col. 2. Cravett. cons. 260. nu. 50.*

Restringuntur quoq; verba, quantumvis † universalia & indefinita, ad id, quod æquum est, & ne quis indebitè damnum patiatur, *Cravet. cons. 3. nu. 6 lib. 1. ubi ipse ad hoc citat gloss. & Dd. l. fin. §. in computatione. C. de jur. deliber. Socin. cons. 44. col. 4. lib. 1. Ias. l. si servum. §. sequitur. ff. de verb. oblig.* nec ulla verba, quantumvis generalia, debent extendi ad illum casum, in quo possit esse lapsio vel deceptio, *Alex. cons. 46. col. 3. lib. e. Cravet. cons. 70. num. 28 lib. e.* 240

Huc accedit, quòd † interpretatio admitti non debeat, per quam altera pars maneret in damno, *Paul. Castr. cons. 285. col. 3. & cons. 317. col. pen. lib. 1. Cravett. cons. 33. nu. 25. & cons. 91. nu. 11. lib. 1.* quodque verba generalia restringi debeant ad id, quod rationis est, *Bald. auth. ingressi. col. 1. C de SS. Eccles. Ias. l. non dubium. col. 7. vers. adeò etiam. C. de legib. Cravet. cons. 3. nu. 3. lib. e. Ioan Cephal. cons. 76. nu. 88.* eo potissimum casu, quando capiendo aliam interpretationem quis indebitè læderetur, *Ang. cons. 291. col. 1. Abb. cons. 1. col. 2. cons. 44 col. 2. cons. 64. col. pen. lib. 1. Cravet. cons. 3. num. 3. lib. 1.* vel grave damnum pateretur, *Bald. Alex. & Ias. l. fin. §. in constitutione. C. de jure delib. Corn. cons 25. col. 2. lib. 3. & cons. 191. col. 3. lib. 4. Dec. cons. 37. col. 3. Cravett. cons. 70. nu. 29. lib. 1.* 241

His adde, quod † in iis, in quibus agitur de gravi sive magno præjudicio, expressio specialis & individua requiratur, nec sufficiat universalis, generalis vel gemina dispositio, *Bart. l. filiusfamilias ff. de donat. Alex. l. Titium. & ibi Ias. nu. 15. & 16. ff. de lib. & posth. Alex. cons. 146. lib. 5. Salyc. l. 1. C. de sponsalib. Tiraq in tractat. de legib. connub. gloss. 7. num. 11.* & magnitudo summæ exigat specialem ipsius mentionem, *l. item apud. §. quod dicitur. ff. de injur.* quodque propter rei magnitu- 242

 dinem

dinem non sufficiat clausula generalis, sed specialis adhibenda sit, *gloss. c. qui ad agendum de procurat lib. 6.*

243 Generalitas † quoque restringitur ad naturam actus, *Socin. jun. cons. 145. num. 44. lib. 1. Ioan. Ceph. cons. 76. num. 87.* & ex mente sive ratione etiam præsumpta & conjecturata, *c. suggestum. & ibi Dec. notab. 2. extr. de appell. Aym. Cravett. cons. 3. num. 3. lib. 1.* item ut comprehendat tantùm casus possibiles disponenti, *Socin. jun. consil. 112. num. 17. lib. 1.* nec extendatur ad ea, quæ disponenti de jure aut de facto impossibilia, *Ruin. cons. 128. num. 15. lib. 1.* aut in specie prohibita sunt, *Aym. Cravett. cons. 200. num. 6. lib. 1.* vel quæ quis verisimiliter in specie facturus non fuisset, *l. obligatione ff. de pignor. c. 2. de offic. vicar. lib 6.*

244 Deinde etiam † sententia debet intelligi, declarari & restringi secundum juris communis dispositionem, & ita accipi, ut sit conformis juri communi, *l miles. §. decem. ff. de re judicat. Bart. l. si fundus. §. in vendicatione. ff. de pignorib. Alex. cons. 36. dub. 1. lib. 5. Capol. cons 57. col. 5.*

245 Prout quoque sententia debet intelligi, declarari † & restringi secundum verisimilem mentem pronunciantis, *l. qualem in pr. l. quia arbiter. & ibi notat. ff. de arbit. l. si ex testamento in fine. l. si cum argentum in fin. princip. ff. de exceptione rei judicat. Paul. Castrens. consil. 267. in fin. consil. 337. col. 4 & cons. 356. col. 2. lib. 1. Cravett. consil. 10. numer. 4. lib. 1.* cujus pronunciantis talis mens atque voluntas esse præsumitur, qualis de jure communi esse debuit, & judex censetur se voluisse conformare juris communis dispositioni, *Aym. Cravett. cons. 45. num. 5. cons. 74. nu. 9. cons. 188. nu. 7.* sicut etiam regulariter quælibet dispositio secundum jus commune intelligi, declarari & restringi debet, & disponentes sive alium actum celebrantes intelliguntur, sese voluisse conformare juris communis dispositioni, *l. sed nisi homo. & ibi gloss. ff. de jure dot. l. si duo. & ibi Bald. & Dd. ff. de acquir. hæred. Socin. jun. cons. 72. nu. 55. lib. 1. Cravett. cons. 186. num. 9. lib. 1.*

246 In dubio quoq; † sententia debet interpretari in favorem condemnati, & ita accipi, ut quam minimè jus ipsius lædat, *l. 3. ff. de suspect. tutor. gloss. c. si confirmationem & ibi Dominic. de elect. lib. 6. Abb. cons. 7. in fine lib. 1. Curt. jun. cons. 17. ad finem. cons. 74 col. 6. & cons. 156. ad fin. Alex. cons. 46. col. 1. lib. 1. Socin. cons. 134. col. 2. lib. 1. Dec cons 43. col. 1. ad fin. Cravett. cons. 74. num. 10. & cons. 188. num. 8.*

Sententia quoque † lata in judicio possessorio, non parit exceptionem rei judicatæ in judicio petitorio, nec agenti petitorio obstat, *l. eandem. §. fin. ff. de except. rei judic. Bart. Alexand Ias. Ripa. & Dd. l. naturaliter. §. nihil commune. ff. de acquir. possess.* 247

Sicut etiam sententia † lata in quolibet judicio summario, non parit exceptionem rei judicatæ in judicio plenario, *l. penult. ff. de his qui sunt sui vel alien. jur. l. si quis à liberis. §. si vel parens. ff. de liber. agnosc. l. à divo Pio. §. si super. reb. & ibi Bald. & Dd. ff. de re judic. Innoc. c. super spoliatione. extr. de ordine. cognit. Bart. l. 1. C. de ord. judic. Bart. l. qui Romæ. §. duo fratres. oppos. 5. & ibi Ripa. num. 19. ff. de verb. obligat. Felin. c. causam quæ. num. 5. extr. de testib.* & sententia lata in illo judicio, in quo incidenter de dominio cognitum fuit, non obstat, nec exceptionem rei judicatæ parit in illo judicio, in quo principaliter de dominio disceptatur, *l. sed si ante. & ibi Bald & Socin. ff. de except. Bart. l. qui Romæ. §. duo fratres oppos. 5. & ibi Franc. Ripa ff de verb. oblig Ripa. l. naturaliter. §. nihil commune nu. 103 ff. de acquir. poss.* 248

Nec obstat, quod in judicio possessorio adipiscendæ possessionis necesse sit, ut quis saltem summatim doceat, se esse hæredem ex testamento vel ab intestato, *gloss. Bart. & Dd. l. 1. C. quorum bonorum. Ang. §. quadrupli. nu. 37. Instit. de action.*

Namque respondeo, quod † probationes factæ in judicio possessorio reliquisque judiciis summariis, non faciant fidem, nec quicquam noceant in judiciis plenariis, petitoriis nempe, *c. veniens. el. 2. & ibi Abb. Felin. & Dd. extr. de testib. Bart. l. 2. col. 5. ff. vi. bonor. raptor. Anton. de Butr. Imol. & Abbas. c. causam quæ. el. 1. & ibi Felin. nu. 5. extr. de testib Franc. Ripa. l. naturaliter. § nihil commune. nu. 17. & nu. 103. ff. de acquir. possess.* 249

Et sic liquet, sententiam latam contrà Dominum R. Comitem in D. pro Comitissa a L. zu Erdbecke im Erb und Sterbhause / in qua sententia Comitissæ a L. immissio in possessionem bonorum Baronis J. defuncti decreta est, Comiti R. ejusque filio & hæredi in hoc præsenti judicio,

judicio, in quo controvertitur de Baronia B. non nocere neque obesse eam ob causam, quia in actis dicitur & allegatur pro Comite in D. quod in illa sententia expressè excepta sint omnia bona habentia annexam dignitatem, & sic quod inter cætera etiam Baronia controversa excepta sit, cum illam Baroniam dignitatem esse & quidem maximam, superius comprobatum sit, & exceptio generaliter facta, omnes omninò casus, qui sub illa generalitate includi possunt, comprehendat, *arg. l. 1. §. cum urbem ff. de offic. præfect. urb. l. 1. §. penult. & fin. ff. de juris & fact. ignor. l. 1. §. ait ergo. ff. de his qui in fraud. credit.*

Illamque allegationem Comitissa in L. non diffitetur neque impugnat, imò illam expressè fatetur. Et insuper clari
250 juris est, quod in † judicialibus sive in
judiciis scientia & patientia consensum atque tacitam confessionem inducat, *Bart. l. 1. C. de relationib.*

Et posito, præallegatam exceptionem in sententia expressam non esse, attamen tàm Baronia controversa quàm reliquà bona habentia annexam dignitatem vel jus primogenituræ, in illa sententia tacitè excepta intelligerentur, nec sententia lata ad illa bona porrigeretur.

Tum quia illa Baronia est feudalis aut saltem feudo æquiparatur. Et clari juris est, quod sub generali dispositione nunquam includantur feuda, vel illa quæ feudis æquiparantur.

Tum quia Baronia controversa est titulata & habet annexam maximam dignitatem. Et clari juris est, quod sub dispositione generali nunquam includantur bona titulata vel dignitatem annexam habentia.

Tum quia inter Baronias reliquaque bona dignitatem annexam habentia & inter bona simpliciter hæreditaria maxima ratio diversitatis militat. Et certum est, quod neque generalis neque universalis dispositio porrigatur ad ea, in quibus ratio diversitatis militat.

Tum quia talia bona propter grave præjudicium specialem expressionem requirunt.

Tum quia jure communi expressè cautum est, quod Baroniæ reliquaque bona etiam allodialia dignitatem vel jus primogenituræ annexam habentia, non transeant ad hæredes extraneos, sed tantùm deferantur iis, qui à primo acquirente originem trahunt. Et clari juris est, quod sententia judicis debeat intelligi, declarari, & restringi, & secundum jus commune, & secundum verisimilem mentem judicis, qui judex in dubio præsumitur, se voluisse conformare juris communis dispositioni.

Tum quia verba sententiæ salva ratione recti sermonis ita restringi possunt, ut non comprehendant Baroniam controversam. Et legibus expressè cautum est, quod sententia sit & stricti juris, strictè intelligenda, & quantum salva ratione recti sermonis fieri potest, restringenda.

Tum quia capiendo hanc interpretationem minus præjudicatur Comiti R. ejusque successori, contra quem sententia lata est, & amplectendo alium intellectum, sequeretur absurditas, iniquitas, rationi inconveniens, & quoad Comitem R. ejusque successorem magna læsio, & manifesti juris est, quod in dubio quælibet sententia ità accipienda sit, ut quantò minus fieri potest, condemnato præjudicetur, utque dispositio, quantumvis universalis, generalis vel indefinita restringi debeat, quando alioquin sequeretur absurditas, iniquitas, rationi inconveniens vel læsio magna.

Præterea illa sententia respicit tantùm possessorium non autem petitorium, prout hoe fatetur ipsamet Comitissa à L. in duplica *fol. 16. pagina. 2.* ubi ipsa ponit formalia verba sententiæ, & prætendit sententiam latam esse talibus formalibus verbis: Dat die verwerdersche ein rechte veleidung gedaen hefft ind dat die verwerdersche als die nechste Blutverwandte von Wilner Herrn Josten gestalt sol werden in die Possess vant vorss Erfhus mit seinen anklenen etc. Ex quibus verbis clarè liquet, quod Comitissæ a L. tantum fuerit decreta immissio in possessionem bonorum Baronis J. & sic quod illa sententia tantùm respiciat possessorium, non autem petitorium.

Ex quo infertur, etiam posito sed tamen non concesso, sub prædicta sententia etiam Baroniam controversam compræhendi & includi posse, attamen illam sententiam nec Comiti R. nec successori ipsius præjudicare, in judicio præsenti, in quo petitorium institutum est, per jura & decisiones superius allegatas.

251 Vigesimo quartò, † vasallus jurisdictionem judicis non sui in controversiis feudalibus prorogare & in judicem non suum consentire nequit, *Bart. l. 1. ff. de judic. cum similibus allegat. supra in 3. ratione dubitandi.*

252 Similiter † jurisdictio judicis non sui prorogari, & partes in judicem non suum consentire nequeunt, quando judex suus vel in ipsos litigantes vel ratione rei litigiosæ, aliam qualitatem habet vel prætendere potest, quam simplicem subjectionem, *Innoc. c. cæterum. & ibi Ant. de Butr. & Dd. extr. de judic. Host. in sum. tit. de foro compet. § 1. vers. & videtur. Ant. de Butr. c. ex transmisso. & c. extr. de foro compet. Roman. l. 1. §. & post operis. & ibi Ias. nu. 13. ff. de operis novi nunciat.*

Eodem modo & prorogatio jurisdictionis judicis non sui fieri nequit in iis causis, quarum cognitio Principi, Imperatori nempe vel Papæ specialiter reservata est, *c. per venerabilem. §. insuper. & ibi Canonistæ. extr. qui filii sunt legit. Innoc. c. inter dilectos. extr. de exces. prælat. Innoc. c. cum M. Ferrariensis extr. de constit. Archid. c. tibi de rescript. lib. 6. Bald. l. 1. §. præterea si inter. nu. 19. & ibi Alvar. num. 4. Præpos. nu. 5. de prohib. feudi al. per Frider. Alex. l. 1. §. & post operis & ibi Ias. num. 14. ff. de operis novi nunciat.* & idem est in litibus sive controversiis motis super regalibus sive reservatis Principi: Namque etiam in talibus litibus prorogatio judicis non sui fieri nequit, prout hoc expressè tradunt Dd. in locis proximè citatis.

Et licet Dd. tantùm loquantur in illis terminis, quando jurisdictio est reservata Principi superiorem non recognoscenti, Imperatori nempe vel Papæ. Attamen idem juris esse judico etiam in jurisdictione reservata Principi seculari, habenti jurisdictionem perpetuam, & ad hæredes transitoriam, licèt ipsi superiorem recognoscant, eam ob causam, quia tales Principes in omnibus & per omnia utuntur privilegiis Imperatoris, quoad suos subditos, *Bald. l. more ff. de jurisd. omni. judic. Bald. l. receptitia C. de constit. pecun. Bald. l. exemplo. C. de probat. Ang. cons. 139 Alexand. cons. 2. num. 9. lib. 1 cons. 1. num. 29. lib. 5. & cons. 12. num. 9. lib. 7. Barbat. cons. 34. lib. 2. Socin. cons. 3. & cons. 66. lib. 3. Cuman. cons. 158. & cons. 162. Curt. junior. cons. 1. num. 29 cons. 61. num. 9. & cons. 100. num. 2. Dec. cons. 403. num. 6 Dec. c. Pastoralis in princip. nu. 2. extr. de appellat. Calcan. cons. 2. cons. 7. & cons. 27. Ias. cons. 100. nu. 2. lib. 4. Ruin. cons. 200. nu. 2. lib. 2. & cons. 13 num. 2. lib. 5. Steph. Bertr. cons. 360. num. 4. lib. 1. cons. 156. lib. 3. Card. Paris. cons. 1. num. 25. & cons. 69. num. 3. lib. 1. Socin. junior. cons. 73. num. 24. lib. 1. cons. 33. num. 9. cons. 76. num. 1. cons. 92. num. 3. cons. 98. num. 1. & cons. 136. num. 1. lib. 3. Aym. Cravett. cons. 135. col. 2. Roland. à Valle consil. 29. num. 26. cons. 86 num. 13. & in lib. quæst. de lucro dotis quæst. 3. num. 8. Nevizan. cons. 26. num. 1.*

Deinde quoque clari juris est, † quod sententia lata à judice non suo, per se & ipso jure nulla sit, prout hoc docuimus in tertia ratione dubitandi, quodque sententia nulla nunquam transeat in rem judicatam, sed semper & quandocunque usque ad triginta annos impugnari possit, *gloss. in summa. 35. quæst. 9 Specul. in tit. de sentent. § juxta vers. ultimo, Bald. l. 2. col. 2. C. de jure fisci. lib. 10. Bald. cons. 67. col. 2. lib. 3. Guil. à Monte. Laud. Clem. 1. de sent. & re judic. Salyc. l. si præses. col. fin. C. quomod. & quando judex. Imol. c. ex parte Adæ. col. 3. extr. de testib. Guid. Papa. cons. 61. col. 2 & cons. 236. & singul. 938. Ruin. cons. 62. nu. 14 lib. 5.* 253

Quod procedit, etiamsi partes sive litigantes in judicem non suum expressè consenserint, eo videlicet casu, quo prorogatio jurisdictionis judicis, non sui, a legibus prohibita est, namque non obstante consensu litigantium, sententia similiter per se & ipso jure, nulla est, *gloss. Bald. Matth. de Afflict. & Dd. c. 1. § præterea si inter. de prohib. feudi alien. per Frid.*

Cùm itaq; Baronia controversa sit feudum, & posito, illam allodialem esse, attamen sit regalis dignitas, & habeat merum & mixtum imperium, flumina & vias publicas, quæ inter regalia recenseri dubio omni caret, *cap. 1. quæ sunt regalia,* certum est, cognitionem hujus controversiæ ad solum Regem Hispaniarum tanquam Ducem Geldriæ & Comitem Zutphaniæ vel illos, qui vices ipsius repræsentant, vel quibus hoc a sua regia Majestate demandatum vel commissum est, pertinere, illamque cognitionem regiæ Majest. specialiter reservatam, eamque ob causam, item etiam quia regia Majestas aliam qualitatem quàm subjectionis in Barones a B. ratione Baroniæ prætendit, quia videlicet Barones a B. suæ regiæ Majest. ad fidelitatem & servitia obstricti sint, litigantes non potuisse in alium judicem nempe in judices des Erb vnnd Sterbhauses zu Erdbecke consentire, vel

vel illorum jurisdictionem protogare, & per consequens, si sententia lata ita accipienda esset, ut sub illa Baronia controversa comprehendatur, illam sententiam tanquam latam à judice non suo per se & ipso jure nullam esse.

254 Vigesimo quintò, † exceptio rei judicatæ ante litem contestatam ad processum sive ad impediendum litis ingressum, opposita & à judice rejecta, post litem contestatam ad merita causæ opponi nequit eo casu, quando judex de illa exceptione plenè cognovit, *Bald. & Lud. Roman. l. nam & postea in princip. & ibi Ias. qui eam legit. cum. l. præcedenti. num. 20. ff. de jurejur. Bald. l. eleganter. §. si quis post. ff. de condict. indeb.*

Cum itaque in casu præsenti exceptio rei judicatæ a Comitissa à L. ante litem contestatam ad processum sive impediendum litis ingressum opposita atque rejecta fuerit, sequitur, Comitissæ à L. non licuisse illam exceptionem post litem contestatam repetere, & ad merita causæ objicere, si modò de illa exceptione ante litem contestatam plenè cognitum fuerit.

Et sic ex prædictis liquet, nostram conclusionem superius firmatam, verissimam esse, & Baroniam controversã cum omnib. suis pertinentiis & appendicibus per mortem Baronis J. esse apertam & delatam Domino R. Secundo, Comiti in D. tanquam consanguineo proximiori habito respectu ad primum acquirentem & ab illo ad filium suum Dominum F. Secundum, Comitem in D. transmissam, usque adeo ut Baroni J. non licuerit neque per dispositionem inter vivos, neque per ultimam voluntatem illam Baroniam quolibet titulo alteri concedere, relinquere vel attribuere, quodque sententia lata a judicibus Des Erb vnnd Sterbhauses zu Erbecke / Conuti à D. nihil obstet neque noceat.

255 Vigesimo sexto & ultimò, † in testamentis sive ultimis voluntatibus illorum, qui habent merum & mixtum imperiũ, sive qui sunt Domini terrarum, quales sunt Reges, Duces, Marchiones, Comites, Barones, vel alii, qui habent omnimodã jurisdictionem, merum nempe & mixtum imperium, non requiruntur testes septem neque rogatio testium, neque alia solennitas testamentaria, sed sufficit de voluntate illorum quocunque modo constare, etiamsi illi superiorem recognoscant, prout hoc expresse & in specie tradit *Lanced. Galiaula repet. l. Centurio. num. 6* ubi ipse pro hac sententia citat *Angel. Paul. Castr. & Socin.*

Idem etiam tenet *Guil. Bened. repet. c. Raynutius verb. testam. el. 1. nu. 20. extr. de testam.* ubi ipse hujus sententiæ assertores allegat, *Bart. Francisc. de Pisic. Alex. & Ias.*

Eandem etiam opinionem amplectitur *Bald. l. sancimus in princ. num. 5. & 6. C. de donat.* ubi ipse in specie tradit, testamentum conditum a quodam Domino de Vesinis in castru suo, in quo etiam habebat merum & mixtum imperium, perinde valere, atque si illud testamentum apud superiorem insinuatum esset.

Illamque decisionem Baldi refert atque sequitur *Alex. cons. 157. lib. 2. Ias. l. omnium nu. 15. C. de testam. Roland. à Valle. cons. 93. nu. 42. Capit. decis. 203. nu. 13. Guil. Bened. rep. c. Raynutius. verb. testamentum el. 1. nu. 19. extr. de testam.*

Et hæc sententia confirmatur. Tum quia donatio facta ab habente merum & mixtum imperium nulla accedente insinuatione vel alia solennitate legitima, valet & rata est, licet donator superiorem recognoscat, *Bald. l. sancimus in princip. nu. 5. C. de donat. Bald. cons. 300. lib. 2. Ioan. Andr. in addit. ad Specul. §. porro. Mart. Laud. in tract. de confœd princip. quæst. 11. Catell. Cotta memor. incip. insinuatio. Ruin. cons. 23 num. 12. lib. 2. Capit. decis. 203. num. 13. Rol. à Valle cons. 93. num. 42. Riminald. §. 1. num. 448. usq. ad jur. 458. Inst. de donat. ubi ipse hanc decis. multis rationib. comprobat.*

Tum quia testamentum conditum apud acta cujuscunque judicis etiam superiorem recognoscentis, nullis adhibitis neque testibus neque solennitate testamentaria valet & rata est, *Rich. Malumbi, Cyn. Ias. & Dd. l. omnium arg. ill text. C. de testam. Guil. Bened. repet. c. Raynutius verb. testamentum el. 1. num. 18. & 19.*

Præterea † verba enunciativa propter se principaliter prolata, in ultimis voluntatibus dispositionem inducunt, *l. ex hac scriptura, & ibi Bart. & Dd. ff. de donat. Ias. l. ex his verbis. num. 1. C. de testam. milit. Bald. l. si voluntate. C. de fideicommiss.* 256

Et dicuntur verba † principaliter prolata, quando ad hunc solum finem proferuntur, ut enuncient illud, quod proferunt, nec respiciunt alium finem, *Bald. cons. 264. col. 2. lib. 1. Ias. d. l. C. ex his verbis. num. 1. Aym. Cravett. in tract. de antiq. tempor. part. 1. §. propositum nostrum. nu. 17.* vel quando sunt fundamen- 257

 tum

tum illius de quo agitur, *Aretin. cons. 23. col. 2.* vel saltem ad id conferunt, *Anton. de Butr. c. fin. extr. de success. ab intest. Alex. cons. 15. col. 2. lib. 5. Aym. Cravet. d. §. propositum, num. 16.* verba quoque enunciativa prolata propter aliud per modum causæ in ultimis voluntatibus dispositiunem inducunt, *l. empto. §. ancillam. & ibi Bart. & Bald. ff. de rei vendic. Bart. l. cum tabernam. §. item quæsit. arg. ill. text. ff. de pignor. Bart. l. qui volebat. ff. de hæred. instit. Bart. Alex. & Dd. l. si soceri. §. Lucius ff. soluto matrim. Bart. l. demonstratio. §. de condict. & demonstrat. Bart. d. l. ex hac scriptura Ias. d. l. ex his verbis. nu. 2. limit. 9. Aym. Cravett. in tract. de antiquit. temp. part. 1. §. ampliatur. num. 32.*

258 Ex verisimili quoq; † mente proferentis verba enunciativa prupter aliud prolata dispositionem inducunt, *Roman. cons. 65. col. fin. Aym. Cravett. in tract. de antiq. temp. part. 1. §. ampliatur. nu. 49.*

Testamentum quoque conditum ad in-
259 terrogationem alterius† valet & ratum est, *Cyn. Alex. Ias. & Dd. l. jubemus. C. de testam. Bart. & Dd. l. hæredes palam. in in princ. ff. de testam. Angel. l. in fraudem. §. 1. ff. de testam. milit. Ant. de Butr. & Imm. c. cum tibi extr. de testam. Roman. l. 1. §. si quis ita ff. de verb. oblig. Roman. cons. 306. Caldern. cons. 40. tit. de testam. Alex. cons. 12. lib. 1. cons. 33. lib. 3. cons. 105. lib. 7. Corn. cons. 73. cons. 109 & cons. 232. Guid. Papa. cons. 64. Dec. cons. 175. Socin. cons. 229. lib. 1. Tom. Gramm. decis. 73. Aym. Cravett. cons. 117. lib. 1.*

Quod potissimum & absque omni dubio nemine penitus discrepante procedit, quando interrogatio est generalis, responsio verò specialis, & testator in specie exprimit, quid ille disponere sive quem sibi hæredem esse velit.

260 Deinde etiam † quod aliquam rem tanquam successor ab intestato egit & succubuit, non prohibetur, eandem rem ex testamento petere eo casu, quando illæ petitiones ex diversis fontibus descendunt, *Bart. l. fin. & ibi Ias. limitat. 4. C. de codicill. arg. l. Aurelius. § fin. ff. de liberat. legat.*

Et hoc potissimum procedit, quando agens ad aliquam rem tanquam successor ab intestato expressè protestatum est, & reservavit sibi jus agendi ex testamento, namque per illam protestationem declaratur mens & intentio protestantis, quod noluerit jus suum remittere, & conservatur jus protestantis, *l. & si quis. § plerique. ff. de religios. & sumpt. fun. l. 4. §. 1. ff. quib. mod. pign. vel hypoth. solv. l. 3. §. pen. ff. de lib. hom. exhiben. l. pen. ff. de aqua quotid. & æst. l. idem fiet. ff. de testa. tut. l. litib. §. hujusmodi C. de agric. & censit. lib. 11. l. si pater exhæredato. ff. de bon. libert. l. si fidejussor. in princ. ff. qui satisdar. cogant. l. fin. §. item si prædixerit. ff. nautæ, caupo. stabul. c. Pontifices 6. q. 1. c. nihil cum scandalo. extr. de præscript. c. Cumana. & c. Ecclesia. extr. de elect.*

Sed in casu præsenti per depositiones octo testium satis superque probatum est, quod mens, intentio & voluntas Domini Baronis J. illa fuerit, quod Dominus R. Secundus, Comes in D. illi in Baronia controversa succedere, ejusque hæres & successor quoad Baroniam controversam esse debeat.

Igitur sequitur etiam, posito sed tamen non concesso, Baroniam controversam hæreditarii & privati juris esse, attamen saltem ex testamento sive ultima voluntate Baronis J. Comitis in D. Baroniam controversam deberi & delatam, & Comiti à D. permitti, etiamsi ipse in hac causa succubuerit de novo, & in nova instantia ad Baroniã controversam tanquam successori ex testamento sive ultima voluntate agere. Nec ipsi quicquã obesse, quod viam intestati semel elegit, cum hæ duæ actiones in casu præsenti non ex eadem scriptura sed ex diversis fontibus descendant, & Comes à D. sibi expressè reservaverit, & protestatus fuerit jus agendi ex testamento, quibus casibus is, qui viam intestati elegit, non prohibetur postea ex testamento agere.

Similiter non obstat Comiti in D. quod in prædicta ultima voluntate sive declaratione voluntatis omnes solennitates testamentariæ non intervenerunt, cum Dominus Baro J. habuerit merum & mixtum imperium & omnimodam jurisdictionem & sic potestatem legis condendæ quoad suos subditos.

Et legibus cautum atque à Dd. communiter traditum sit quod in testamentis Baronum aliorumque Dominorum terrarum vel habentium merum & mixtum imperium, non requiratur ulla solennitas testamentaria.

Et verba illa, quibus testes dicunt, Baronem J. declarasse, quod ipse velit, Comitem in D. sibi esse hæredem & successorem quoad Baroniam controversam, sunt verba dispositiva, & posito, illa pro enunciativis reputanda, attamen sunt prolata non propter aliud sed propter se principaliter, quo casu illa verba perinde ut verba dispositiva dispositionem inducunt.

Nec obstant huic nostræ verissimæ decisioni rationes dubitandi, sive ea quæ pro rationibus dubitandi adducta fuêre, namque ad illa omnia facilis est responsio.

Et ad primam rationem dubitandi respondeo, in sententia lata a judicibus des

Erb

Erb und Sterbhauses/ expressè excepta bona habentia annexam dignitatem, & sic inter cætera Baroniam controversam quam dignitatem & quidem maximam esse, dubio omni caret.

261 Præterea verba† sententiæ etiam generalia nunquam extenduntur ad bona titulata sive dignitatem annexā habentia, eamq; ob caussam illam sententiam non comprehendere Baroniam controversam, sed ab illa tacitè expressam intelligi, etiamsi talis exceptio sententiæ inserta non fuisset.

Et posito, sub illa sententia Baroniam controversam includi posse, attamen illam sententiam propter incompetentiam judicum per se & ipso jure nullam esse, nec in perpetuum in rem judicatam transire posse.

Deinde illa sententia tantùm respicit possessorium, & sic Comiti a D. in hac caussa petitorii non obstare, etiamsi illa sententia & Baroniam controversam comprehendere & per se valida esse posiit, præsertim cùm hæc exceptio rei judicatæ in hac caussa semel ante litem contestatam opposita, & post plenam cognitionem & disputationem rejecta fuerit, prout has responsiones in rationibus decidendi & legibus & autoritatibus Dd. comprobavimus, ex quibus rationibus decidendi colliguntur etiam aliæ responsiones ad hanc primam rationem dubitandi.

Ex his patet etiam responsio ad illa, quæ in secunda ratione dubitandi dicta sunt, namque cùm sententia lata a judicibus des Erb und Sterbhauses zu Erbbecke / ipsi Comiti R. contra quem sententia lata est, si ipse adhuc in vivis esset, in lite præsenti non noceret, certè illa sententia multò minùs nocere debet Comiti F. filio & successori ipsius, cùm successor debeat esse non deterioris conditionis quàm defunctus fuit, *l. qui in jus, & ibi Dec. & Cagnol ff. de reg. jur.* imò sit plerumque melioris conditionis, *l. final. C. de evictiои.*

262 Præterea quoq; verior† & communior illorum Dd. sententia est, sententiam in feudis latam successori non nocere, si non intervenerit citatio vel ad minimum scientia & patientia successoris, prout hoc tradit *Bern. Alvarot. Præpos. & Matth. de Afflict. c. 1. §. si vasallus. el. 2. si de feudo defuncti cont. Capit. decis. 20. num. 23. Felin. c. fin. nu. 5. extr. de major. & obed. Curt. in tract. feud. 7. part. num. 29. Zas. in tract. feud. part. 9. num. 21. Dec. cons. 445. num. 29.* ubi ipse affirmat, eandem opinionem etiam amplecti *Iacob. de S. Georg.* camque communiter receptam idem etiam tenet *Socin. jun. cons. 181. num. 93.*

Similiter vera & communis Dd. sententia videtur, quòd sententia lata contra eum, qui tenet rem restitutioni subjectam successoribus illius ad hoc non citatis neque vocatis, quibusvè illa res post tempus certum vel incertum restitui debet, sive de quorum præjudicio in consequentia agitur, non noceat neque præjudicet, *Bart. l. filiusfamiliâs. §. divi. quæst. 1. ff. de legat. 1. Ioann. Fabr. § licet autem. Instit. de adopt. Rom. in. l. peregrè. §. quibus ff. de acquirend. possess. Alex. l. de unoquoq;. ff. de re judic. Alex. cons. 86. lib. 1. cons. 84. col. 3. lib. 3. cons. 85. lib. 6. Dec. cons. 445. num. 32. & 33.*

Et hæ decisiones confirmantur evidentissima ratione, namque clari & indubitati juris est, quòd neque vasallo neque illi, qui possidet rem restitutioni subjectam, permittatur in præjudicium successorum suorum alienare vel feudum, *c. 1. in princ. de alien. feud. patern. c. 1. in princ. de success. feudi,* vel rem restitutioni subjectam, *Authen. res quæ. C. commun. delegat. l. final. §. final. C. eod. tit.*

Et clari juris est, & à Dd. communiter tenetur, quòd is, qui rem aliquam alienare prohibetur, illam quoq; rem in judicium deducere prohibitus censeatur, *l. ait Prætor in princ. & ibi Bart. Bald. & Dd. ff. de jure delib. Dec. cons. 445. nu. 24. Socin. jun. cons. 182. num. 92. lib. 2.* ubi ipse affirmat, hanc conclusionem simul firmam & veram esse.

Et idem quoque juris est in bonis habentibus annexam dignitatem secularem, vel jus primogenituræ. Namque & in illis sententia lata contra unum alteri non citato nec vocato, non noceet vel præjudicat, eam ob caussam, quando talia bona æquiparantur feudis, prout hoc superiùs docuimus, item & rebus restitutioni subjectis *Guilhel. de Montesferr. in tractat. de success. reg. quæst. 1. num. 27.*

Et omnes rationes, per quas moventur Dd. ad tenendum, quod sententia lata in rebus restitutioni subjectis altero non vocato non noceat, militat etiam in bonis habentibus annexam dignitatem secularem vel jus primogenituræ. Et clari juris est, quòd dispositum de uno ex æquiparatis etiam in alio æquiparatorum locum habeat, *gloss. fin. l. si quis servo. C. de furtis.* quodq; in omnibus illis casibus, in quibus eadem ratio militat, idem quoque jus servandum & sta-

& statuendum sit, *l. illud in princ. ff. ad l. Aquil. l. regula. §. penult. & final. ff. de juris & fact. ignor.*

Nec obstat, quòd is, de cujus præjudicio accessoriè sive in consequentiam agitur, regulariter citandus non sit, *gloss. Ang. Imol. & Alex. l. de uno quoq. ff. de re judicat. Bart. l. in diem. ff. de aqua pluv. arc. cum similibus.*

Namque hoc tantùm procedit quoad præjudicium illius, cum quo judicium susceptum est, secus autem est quoad illum, de cujus præjudicio accessoriè sive in consequentiam agitur, prout hoc ita declarat *Alex. d. l. de unoquoq., nec non etiam Dd. communiter in locis superius allegat.*

Deinde quoque non obstat, quòd Dd. citati in secunda ratione dubitandi concludunt, sententiam latam in feudis vel rebus restitutioni subjectis, in Rectoratibus, Prælaturis, nec non & bonis habentibus annexam dignitatem secularem vel jus primogenituræ successori nocere, namque illorum opinio quoad successores non citatos neque vocatos, vera non est, ut ex prædictis liquet.

Et posito, illam opinionem sustineri posse, eam tamen locum non habere arbi-
163 tror eo casu, † quando de solo jure vasalli vel alterius possessoris prædictorum bonorum, quòd videlicet ipsi pro tempore vitæ suæ in illis bonis habent, sententia lata est. Tunc etiam illa absque omni dubio successori non nocet neque præjudicat, prout hoc quasi in specie decidit *Cardin. Paris. cons. 5. num. 37. lib. 1.*

Et confirmatur, tum quia sententia lata contra vasallum domino non nocet neque præjudicat eo casu, quando illa sententia de solo jure vasalli prolata est, *Isern. Alvarot. Præpos. & Afflict. c. 1. §. si vasallus et. 2. si de feud. defunct. cont. Card. Paris. d. cons. 5. nu. 39. lib. 1.*

Tum, quia limitata caussa sententiæ limitatum effectum producit, *Cæpol. caussar. crimin. cons. 68 colum. 1. Tiraq. in tract. cess. caussa part. 1. verb. legis. num. 142. arg. l. cancellaverat. ff. de his quæ in testam. del. l. in agris. ff. de acquirend. rer. domin.*

Et cessante caussa sententiæ, & effectus quoque ipsius præjudicium nempe ex sententia descendens cessare debet, *l. si à te. & ibi Socin. notab. 1. ff. de except. l. 2. & l. si mater. §. eandem. ff. eod. tit. Tiraq. in tractat. cessant. caussa. part. 1. verb. sententiæ caussa.*

Tum, quia contractus vasalli vel alterius possessoris illorum bonorum, quæ restitutioni subjecta sunt, indistinctè successori non nocet neque præjudicat eo casu, quando ille contractus est celebratus tantùm super limitato jure vasalli vel alterius possessoris, *Afflict. c. 1. §. hoc quoq. num. 8. de success. feudi. Francisc. Sonsbeck in tractat. feudali. 13. part. num. 166.*

Et clari juris est, quòd per sententiam quasi contrahatur, quodque bonum sit argumentum de contractibus vel quasi ad sententiam, *l. 3. §. idem scribit, & ibi Bart. & Dd. ff. de pecul. Dec. cons. 445. num. 24.*

Tum, quia in simili traditur, quòd sicut renunciatio vasalli vel alterius possessoris bonorum restitutione subjectorum successori non nocet, ita quoque nec sententiam latam contra vasallum aliumvè possessorem prædictorum bonorum successori nocere, *Arius Pinel. repet. l. 1. parte. 3. num. 50. limit. 2. C. de bonis matern.*

Et in dubio † sententia Judicis ita accipienda est, quòd Judex tantùm voluerit sententiam proferre de limitato jure possessoris, nec successoribus quicquam præjudicare. 164

Tum, quia sententia in dubio ita interpretari debet, ut minus quis censeatur condemnatus quàm possibile est, *l. hæc enim caussa ff. de suspect. tutor. Alex. cons. 48. col. 1. lib. 5. Socin. cons. 134. col. 2. lib. 1. Dec. cons. 43. colum. 1. in fine. Aym. Cravett. cons. 74 num. 10.*

Tum, quia sententia quantum salvâ ratione recti sermonis fieri potest, restringi debet, prout hoc superiùs docuimus.

Tum, quia regulariter in omnibus dispositionibus intelligitur exceptum jus tertii, *arg. l. impubes. ff. de admin. tutor. l. cùm filius. ff. de testam. milit. l. Labeo. §. 1. ff. famil. hercisc. l. 2. § si quis à Principe. & §. merito. ff. ne quid in loco public. Ias. l. fin. num. 19. & 20. ff. de Constit. Princip.*

Tum, quia in dubio pronunciandum est, exceptionem rei judicatæ non obesse, *Dec. cons. 445. num. 44. Socin. jun. cons. 181. num. 85. & 86. lib. 2.*

Tum, quia vasallus renuncians feudo, intelligitur tantùm renunciare illi juri limitato, quòd ipse pro tempore vitæ in feudo habet, *Bald. l. qui se patris. C. unde liber. Franc. Aretin. l. apud Julianum. §. si quis alicui. colum. final. ff. de legat. 1.*

Sicut & quilibet renuncians illi rei sive titulo lucrativo, concedens illam rem, in qua ipse habet jus limitatum, pro tempore vitæ suæ intelligitur tantùm renunciasse illi juri limitato, sive concessisse solum illud jus limi-

limitatum,quod ipse in re habet, *c. pastoralis. & ibi Anton. de Butr. extr. de donat. l. prædia, & ibi Bart. C. de locat. fundor. fiscal lib. 10. Bald. & Angel. l. si domus. §. final. & ibi Alex. num. 3. & Iaf. num. 11. ff. de legat 1. Bald. & Angel. l. cùm alienam. C. de legat. Bald. l. monumenta. C. eod. tit. Bald. rubr. quæst. 6. C. de contrahend. empt. Alex. conf. 47. num. 2 lib. 3. fac. text. l. quod in rerum. §. 1. & ibi Bart. Alex. & Iaf. ff. de legat. 1. Bart. l. Sticho. ff. de pecul. legat.*

Tum, quia vendens vel alio titulo oneroso concedens alteri scienti qualitatem & conditionem illius rei talem rem, in qua ipse jus limitatum habet, intelligitur tantùm vendidisse sive concessisse jus limitatū, quod ipse in illa re habet, *Bart. l. qui tabernas, & ibi gloss. & Bald. ff. de contrah. empt. l. final. verb. consentiente à contrario sensu C. de commun. rerum alien. Bald. rubr. quæst. 6. C. de contrah. empt. Bald. l. cùm venderes ff. eod. titul. Bald. l. 1. num. 5. & ibi Iaf. num. 21. C. qui testament. facere poss. Bald. l. in testamento. C. ad leg. Falcid. Bald l. prædys. num. 5. C. credit. evict. pign. præst. non deb. Paul. de Leaz. c. potuit. colum. 2. extr. de locat. & conduct. Alex. l. si domu. § fin. num. 4. & ibi Iaf. num. 24. ff. de legat. 1. Alex. conf 63. num. 4 & 9 lib 6.*

Ideoque receptum est, vasallum vendentem feudum illi, qui scit, illam rem feudalem esse, intelligi tantùm vendidisse illud jus limitatum, quod ipse pro tempore vitæ suæ in feudo habet, *Dec. conf. 208. num. 9. Afflict. c. 1. § hoc quoq. num. 8. de success. feudi.*

Et emphyteutam vendentem alteri scienti simpliciter illam rem, in qua ipse emphyteusin habet, intelligi tantùm vendidisse illud jus, quod ipse in emphyteusi habet, *Petr. Cyn. Alber. & Ang. l. fin. & ibi Salicet. col. 3. & Iaf. num. 86. & num 141. C de jure emphyteut. Specul. in tit. de locat. §. nunc aliqua. versic. 193. Salicet. l. 1. in fin. C. de contrahend. empt Paul. de Leaz. c. potuit extr. de locat. & conduct P. Castr l. servi electione. § fin ff. de leg. 1.*

Nec non & usumfructuarium vendentem alteri scienti eam rem, in qua ipse usumfructum habet, intelligi tantùm, vendidisse illud jus usufructus, *Alber. de Rosat. l 1. col. 2. num. 4. & ibi Ariu Pinel. in repet. part. 3 nu. 37. C. de bonis matern. Ioann. de Imol. l. usufructus. num. 2 ff. solut. matrim. Covarr. variar. resolut. lib. 1. cap. 8 nu. 7. vers quo fit. arg. l. arborib. §. usumfructuarius. ff. de usufruct.*

265 Similiter & sententia † lata in feudis vel bonis habentibus annexam dignitatem secularem aut jus primogenituræ aliisque rebus restitutioni subjectis, successoribus nunquam nocet eo casu, quando illa sententia vitio nullitatis laborat, *Arius Pinel. repet. l. 1. part. 3 nu. 50. limit. 6. C. de bon. matern.*

Eodem modo sententia in prædictis rebus lata, nunquam successoribus nocet vel præjudicat eo casu, quando ab illo, cum quo lis agitata est, vel quoad allegationes, probationes, appellationes, prosecutiones vel aliter in respicientibus processum vel merita caussæ quid neglectum, vel omissum fuerit, *Alex. l. sæpè. charta 6. versic. nono & ultimo. ff. de re judic. Dec. conf. 445. nu. 16 Socin. l. Gallus. §. & quid si tantum. col. fin. ff. de liber. & posthum. Carol Molin. in consuetud. Paris. § 22. num 34. Arius Pinel. repet. l. 1 part. 3. nu. 50 limit. 5. & 6. C. de bon. mater. arg. l. ex contractu. ff. de re judic l. si servus plurium. §. 1. ff de legat. 1.*

Sed in casu præsenti a parte adversa neque allegatum neque probatum fuit, quòd in prædicta sententia lata in judicio des Erb vnd Sterbhauses zu Erdbeck/fuerit ulla facta mentio de jure successorum Comitis R. Et sic sequitur, etiamsi sub illa sententia comprehendi potuit Baronia controversa, quod tamen penitus negatur, illam sententiam tantùm esse latam super jure Comitis R. nec successori ipsius quicquā nocere vel obesse.

Nec quoque dubitandum est, si in illo judicio litigatum fuisset de Baronia controversa, & prædictæ allegationes à procuratoribus sive advocatis Comitis R. factæ fuissent, judices illis allegationibus motos sententiam pro Comite R. protulisse. Et insuper videtur Comiti R. imputandum, quod ipse ab illa sententia non appellavit, ex quo similiter infertur, illam sententiam successori Comitis R. Moderno nempe Comiti non nocere.

Supra quoque docuimus, prædictam sententiam, si sub illa Baronia controversa quolibet modo includi posset, nullam esse.

Et clari juris est, quòd sententia nulla lata in feudis reliquisque rebus restitutioni subjectis, successori nunquam noceat neque præjudicet.

Præterea in dubio pronunciandum est, exceptionem rei judicatæ non obesse, prout hoc superiùs docuimus. Ex quo infertur, etiamsi in casu præsenti dubium esse posset, utrum exceptio rei judicatæ locum habere possit an verò non, attamen in tali dubio pronunciandum, exceptionem rei judicatæ non obstare.

Deinde etiam non obstat, † quòd ex 266
contractibus initis reliquisque gestis nomine dignitatis successor in dignitate obligetur,

ligetur. Namque hoc non procedit, quando per illum contractum vel ipsa dignitas vel bona, cui dignitas annexa est, successori penitùs vel pro parte auferrentur, vel illi contractus tenderent in magnum præjudicium dignitatis. Tunc enim tales contractus successori in dignitate nunquam nocent neque præjudicant, prout hoc expressè & in specie tenent Dd. citati in rationibus decidendi, & ultra illas *Arius Pinel. repet. L.1. part.3.num.49.C.de bonis matern & idem etiam fatentur omnes Dd. pro parte contraria allegati.*

Similiter & ex contractibus nomine dignitatis celebratis successor nunquam obligatur, quando verè vel verisimiliter constat, quòd contrahens illum contractum voluerit tantùm restringere ad suam personam, cùm sit clari & indubitati juris, quòd ex contractibus restrictis ad personam sive ad tempus vitæ contrahentis nunquam neque hæres neque successor obligetur, *Bald. l. cùm à jure. num. 5. C. de rei vend. Bald. l.2. C. de inoffic. donat. Bald. l.2. C. si quid in fraud. patroni.*

Ad tertiam rationem dubitandi respondeo negando, consuetudine receptum esse, quod judices des Erb vnd Sterbhauses zu Erdbecke / habeant cognitionem litium vel controversiarum super Baroniis vertentium, illaque consuetudo hactenus probata non est, nec etiam præsumitur, cùm sit facti & in facto consistat.

Ad quartam rationem dubitandi respondeo negando, judices des Erb vnd Sterbhauses zu Erdbeck / in Comitem à D. etiam ratione Baroniæ controversæ aliquam jurisdictionem habere.

Eodem modo respondetur & ad quintam rationem dubitandi negando, videlicet in casu præsenti ullam prorogationem jurisdictionis factam, vel fieri potuisse in hoc & similibus casibus, in quibus superior habet aliam qualitatem in subditum, quàm subjectionem tantùm, vel in quibus controvertitur de regalibus vel aliis reservatis Principum, prout hoc in rationibus decidendi docuimus.

267 Ad sextam rationem † dubitandi respondeo, in casu præsenti sententiam latam In dem Erb vnd Sterbhause zu Erdbecke/ nun parere exceptionem rei judicatæ quoad litem præsentem, Et posito, ex illa sententia exceptionem rei judicatæ, quæ in caussa præsenti opponi possit, ortam fuisse, Attamen illam exceptionem & ante litem contestatam oppositam & post plenam cognitionem & disceptationem rejectam, eamque ob caussam illam iterato post litem contestatam ad merita caussæ opponi non posse, cùm sit clari juris, ea, quæ in sexta ratione dubitandi dicta sunt, locum non habere, & exceptionem rei judicatæ ad processum ante litis contestationem oppositam post litem contestatam ad merita caussæ iterato opponi non posse, quando de illa plenè cognitum fuit.

Ad septimam rationem dubitandi respondeo, quòd prædicta sententia Baroniam controversam non includat, quodq; negetur, rationem sive caussam sententiæ lata im Erb vnd Sterbhause zu Erdbecke/adeò generalem esse, ut etiam petitorium comprehendat vel comprehendere possit.

Namque clari juris est, quod etiam is, qui possessorio adipiscendæ experitur, sive qui petit immissionem in possessionem bonorum hæreditariorum, tanquam hæres saltem summatim fidem facere teneatur, se hæredem ab intestato vel ex testamento, *l.1. & ibi gloss Bart.& Dd. C quorum bonor. Ang. §. quadrupli. num. 37. Instit. de action.*

Et verba † sententiæ secundum subjectam materiam sive secundum naturam judicii intelligendi, etiamsi necesse sit, verba ad significationem impropriam detorquere, *Aymon Cravett. cons. 188. num 6. lib. 1.* 268
Eamq; ob caussam illa verba: Als die nechste Blutverwandten/secundum naturam judicii possessorii rerum allodialium non habentium annexam dignitatem vel jus primogenituræ, accipienda sunt, quòd videlicet Comitissa a L. summatim tantùm probaverit, se esse cognatam proximiorem Baronis defuncti, & quidem tali conjunctione sanguinis, quæ sufficit in successione bonorum allodialium non habentium annexam dignitatem vel jus primogenituræ. Et per consequens, illam rationem non militare in caussa præsenti, nec se ad præsentem caussam extendere, cùm in caussa præsenti agatur de petitorio, & sic simus in judicio plenario, & de Baronia, quam dignitatem esse & jus primogenituræ annexum habere constat.

Et clari juris sit, quòd cognitio sive probatio summaria non faciat fidem in judicio plenario, quodque sententia lata in judicio summario non præjudicet in judicio plenario, nec sufficiat in successionibus illorum bonorum, quæ dignitatem annexam habent, quem esse proximiorem consanguineum ultimi defuncti, sed requiratur,

ratur, quòd illa conjunctio sanguinis à primo acquirente causetur.

Ad octavam rationem dubitandi respondeo, in sententia lata im Erbhause/ generaliter esse excepta bona habentia annexam dignitatem, nulla facta dissensione inter bona allodialia & feudalia, nec quoad casum præsentem ullam rationem diversitatis assignari posse inter feudalia & allodialia habentia annexam dignitatem, ideoque illam exceptionem generaliter intelligendam, ut comprehendat tam allodialia quam feudalia.

269 Cùm exceptio † generalis generaliter accipi debeat, ut comprehendat omnes casus illa generalitate comprehensos, *arg. l. 1. §. ait ergò. ff. de his quæ in fraud. creditor.* cum similibus vulgaribus, & in omnibus illis casibus, inter quos diversitatis ratio assignari nequit, idem jus servandum sit, *l. illud in princ. ff. ad l. Aquil. l. à Titio ita in princip. ff. de verbor. oblig.* Imò exceptio facta in uno casu, extendatur ad omnes casus similes, similem vel eandem rationem habentes, *c. cum dilecta. extr. de confirm. utili. vel inutil. Dec. & Cagnol. l. 1. ff. de reg. jur.*

Nec per depositiones testium probatum est, quòd mens judicum fuerit, quòd voluerint sub illa exceptione tantum mihi dare bona feudalia. Imò nullus testis de prædicta sententia vel quomodo verba sententiæ accipi vel restringi debeant, mentionem facit, nec etiam dicit, quòd in Baroniis reliquisque bonis habentibus annexam dignitatem idem jus & modus servari debeat, qui in aliis bonis allodialibus servari solet.

Igitur hoc ex depositionibus testium colligi vel inferri nequit, cùm nulla depositio testis, sicut etiam nec instrumentum quodlibet, ultra verba ipsius extendi possit, *Bald. c. per venerabilem. col. penult. extr. de elect. Bald. conf. 287. col. 2. lib. 1.* atque dictum testis indefinitè deponentis nunquam æquipolleat universali, *Abb. Felin. & Dd. c. auditis. extr. de præscript. Ias. l 2. col. fin ff. de liber. & posthum. Ias. l. non hoc. num 14 C. unde legitimi. Curt. jun. conf. 17. col penult. Dec. c. cum omnes lect. 2. extr. de constitut. Claud. Aquin. l. Celsus. col. penult. & ibi Franciscus Balb. in repetit. ff. de usucapionib. Cagnol. l. 1. num. 16. ff. de reg. jur.* Sed depositio testis indefinita vel aliter obscura contra producentem interpretari debeat, *gloss. c. in præsentia. extr. de probation. Ias. l. non hoc. num. 4. C. unde legitimi. Bart. & Dd. l. inter stipulantem. §. 1. ff. de verb. obligat. Bart. l. si quis intentione ambigua ff. de judic.*

Similiter & constitutio Caroli V. nullam facit mentionem de prædicta sententia, & certum est, quòd nulla constitutio ultra verba ipsius trahi vel extendi debeat, *l. quod constitutum. & ibi Bart. ff. de testament. milit. cum similibus allegatis per Tiraquell. repet. l. si unquam. verb. libertis. num. 4. C. de revocand. donat.*

Et insuper constitutio Caroli V. expressè probat, quòd in successionibus bonorum allodialium habentium annexam dignitatem, vel jus primogenituræ, idem jus servari debeat, quale jus in successionibus feudi servari debet, sicut hoc suprà comprobavimus.

Et sic cùm judex in sententiando præsumatur, se voluisse conservare legibus illius loci, in quo lis vertitur & bona controversa sita sunt, sequitur, illam probationem expressè probare, quod illa exceptio indistinctè debeat intelligi de bonis dignitatem annexam habentibus, sive illa sint feudalia sive allodialia.

Deinde etiam negatur in Ducatu F. in quo & prædicta sententia lata & bona controversa sita sunt, communem usum loquendi esse, quòd appellatione bonorum habentium annexam dignitatem tantùm comprehendi debeant bona feudalia.

Et communis † usus loquendi facti est, 270 & in facto consistit, ideoque non præsumitur, sed probari debet, & non quælibet probatio ad faciendam fidem de communi usu loquendi sufficit, sed requiritur probatio concludens ex formis, *Bart. l. Labeo. ff. de supellectili legat.* illaque communi usu loquendi non probato & generalitati verborum, & juris communis dispositioni, quà expressè cavetur, quòd exceptio generalis generaliter intelligenda sit inhærendum est.

Et posito, sed tamen non concesso, sub prædicta exceptione expressè non comprehendi bona allodialia habentia annexam dignitatem, attamen talia bona saltem tanta excepta censeri, & prædictam sententiam in hac lite sive caussa Comiti à D. non nocere, suprà docuimus.

Ad nonam rationem dubitandi † re- 271 spondeo, quòd neq; verba enunciativa neq; verba dispositiva sententiæ dispositionem vel probationem inducant ultra illum finem sive effectum, ad quem finem sive effectum verba prolata sunt, *Cravet. conf. 188. n. 6. lib. 1.*

lib. 1. arg. l. cancellaverat. ff. de his quæ in testament. delent. l. in agr ff. de acquir. rer. domin. Omniaque verba tam enunciativa quam dispositiva sententiæ secundum naturam actus sive judicii interpretanda, *Cravett. d. cons. 188. num. 6. lib. 1.* & per consequens, verba tanquam cognatæ proximiori posita, in sententia lata in judicio possessorio secundum naturam illius judicii ita accipida esse, ut intelligatur de illa conjunctione sanguinis tantùm facta summaria probatio.

Cùm itaque illa sententia tantùm contineat immissionem in possessionem aliorum bonorum allodialium, quàm illorum, quæ dignitatem annexam habent, illumque finem tantùm respiciant prædicta verba. Et legibus expresse cautum sit, quòd sententia lata in judicio possessorio, in petitorio neque præjudicet, neque fidem faciat, Et insuper probationes summariæ, in judiciis plenariis & ordinariis non recipiantur, sequitur, ex illa sententia inferri vel per illam in lite præsenti, quæ petitorium respicit, probari non posse, quòd Comitissa à L. quoad successionem Baroniæ controversæ Baronis J. cognata proximior sit, præsertim cùm in successionibus Baroniarum etiam allodialium non sufficiat, quem vel quam esse consanguineam proximiorem, sed requiratur, ut illa conjunctio sanguinis descendat & causetur a primo acquirente, à quo illam conjunctionem sanguinis, quam Comitissa à L. prætendit, non descendere.

Et notorium est, & ex confessione propria Comitissæ à L. liquet, quam confessionem plenissimam probationem contra Comitissam à L. facere, dubio omni caret, usque adeò, ut talis confessio etiam contra illam sententiam, quæ in rem judicatam transivit, admittatur, *Innocent. c. quia plerique, extr. de immun. Ecclesiar. Anton. de But. & Panormitan. c. is qui fidem, extr. de sponsalib. Ias. l. cum te. num. 8. C. de transaction.*

272 Ad decimam rationem † dubitandi respondeo, cùm omnis privatio præsupponat habitum, *l. decem. & ibi Ias. ff. de verbor. obligation. l. nam etsi. ff. de injusto rupt.* & ex suprà dictis liqueat, in caussa sive lite præsenti ipso jure nullam exceptionem rei judicatæ obstare Comiti in D. frustraneum & supervacuum esse, de remissione illius exceptionis disputare vel verba facere.

Ad undecimam rationem dubitandi respondeo, quòd in casu præsenti Dominus actor, neque varius neque inconstans, neque sibi contrarius fuerit, quodque tam ex actis, quàm ex ipsa litera libelli constet & manifestum sit, quòd ipse ad Baroniam controversam egerit tanquam Barone J. ab intestato defuncto reservata sibi facultate agendi ex testamento, illudque, quod Dominus Baro J. sæpè & dixerit & declataverit, quòd Dominus R. Comes in D. ipso absque liberis mortuo, quoad Baroniam controversam suus hæres & successor proximus sit & esse debeat, non esse allegatum ad hunc finem, quòd voluerit simul instituere actionem ex testamento & ab intestato, sed ad probandum ex confessione ipsiusmet defuncti, quòd ad successionem Baroniæ controversæ nullus alius quàm hæres sive successor sanguinis admittatur, quodque Comes R. Baronis J. hæres & successor sanguinis proximus fuerit, & sic ipsi Baronia controversa tanquam hæredi & successori sanguinis proximo delata & aperta.

Præterea Actor in libello proposuit, quòd secundum legitimam dispositionem ad successionem Baroniæ reliquorumque bonorum habentium annexam dignitatem, merum & mixtum imperium non admittantur, nisi illi tantum, qui à primo acquirente originem trahunt, quique habito respectu ad primum acquirentem ultimo defuncto proximiores sunt, sive illa bona sint feudalia sive allodialia.

Eamque ob caussam Baroniam controversam ipsi Comiti R. per obitum Baronis J. in omnem eventum esse delatam & apertam, sive illa Baronia sit allodialis sive feudalis.

Et sic verum non est, quod prætenditur, Comitem R. in hac caussa varium, incertum vel sibi contrarium fuisse.

Deinde etiam in † actionibus realibus, meris vel mixtis libellus incertus & generalis, in quo videlicet caussa specialis & individua expressè inserta non est, procedit, *gloss. Bald. & Doctores l. in princip. ff. de edend. gloss. & Doctores c. 2. extr. de libelli oblat.* 273

Ideoque receptum est, eum, qui agit petitione hæreditatis, non cogi in libello exprimere, utrum ipsi hæreditas ex testamento vel ab intestato delata sit, *Bart. l. veluti. num. 2. ff. de petit. hæred.*

Similiter

Similiter & libellus generalis & incertus quoad rem petitam, procedit in actionibus universalibus, quales actiones sunt petitio hæreditatis, fideicommissi, universalis, item & omnes illæ actiones, quibus agitur ad Baroniam Comitatum, castrum, vel villam aliquam & similes, prout quod in illis actionibus incertitudo & generalitas respectu rei petitæ libellum non vitiet, expressè & in specie tradit *gl. Aart. Alex. Iaf. & Dd. l. 1. in pr. ff. edendo. Bart. & Alex. rubr. ff. soluto matrim.*

Et eo casu, quo quis generaliter nulla nempe causa expressa petitione hæreditatis sive tanquam successor ad aliquã rem agit, ipse intelligitur omne jus suum in judicium deduxisse, & sive probet sibi jus competere ex testamento, sive ab intestato secundum ipsum sententia ferri debet prout hoc tradit *Bart. Salic. Castrens. & Dd. l. fin. C. de codicill.*

Is quoq; qui ex testamento egit & succubuit, ad eandem rem tanquam successor ab intestato experiri non prohibetur, & è converso, is qui tanquã successor ab intestato aliquam rem petiit, & sententiam contrariam reportavit à petitione ejusdem rei, ex testamento non excluditur, *gl. l. fin. verb. præclusisse & ibi Bart. Salyc. P. Castr. & Dd. C. de codicill. Bart. l. ex sextante in pr. ff. de except. rei jud. arg. l. hæreditas. C de petit. hæredit. l. legitimam. ff. eod. tit.*

274 Et hoc generaliter quidem verum est, † potissimum autem procedit si is qui tanquã successor ab intestato ad aliquam rem egit testamentum vel ultimam voluntatem conditam, & sibi ex ea jus competere ignoraverit vel dubitaverit, tunc enim ipsi indistinctè permittitur, post eandem rem ex testamento sive ultima voluntate petere, prout in ignorante expressè & in specie de...dit *Iacob. Butr. Bald. Aug. Fulgos. & Alex. l fin. & ibi Iaf. nu. 1. limit 2. C. de codicill. Iaf. l. 1. n. 21. limit. 2. C. de codicill. Iaf. l. 1. numer. 21. limit. 2. C. de furtis. arg. l. mater. ff. de inoff. testamento.* & quod idem juris sit, indubitanter probatur tum per textum, *l. fin. §. fin autem dubius, & ibi Bart C. de furt.* tum per regulam generalẽ, quæ vult, quod dubitans & ignorans æquiparãtur, *Iaf l. 1. n. 25. ff. de cond. indeb.*

Et locum habet sive hæc ignorantia vel dubitatio causetur ex facto adversarii, *l. 1. §. qui autem & ibi Bart. ff. quor. legator. gl. l sive. §. quia ad Plautianum. verb. ex Senatusconsulto. ff. de liber agnosc. gl. c. Abbate. verb domini de sent. & re judic. lib. 6. Bart. l. in hæredem. §. eligere. ff. de credit. action. Bald. l. 1. col. 3. & ibi Iaf. n. 21. limit. 4. C. de furtis. Bald. l. edita repet. Paduana in fin. C. de edendo. Alex. l. ubi autem. §. qui illud. ff. de verb. oblig. Alex. consil. 182. lib. 2. Dec. & Cagnol. l. nemo ex his. §. quoties. ff. de regul. juris sive aliunde. l. 1. §. qui autem & ibi gloss verb. in certum. ff. quor. legat. l. 1. §. fin ff. si pars hæred. peta. l. quæ de tota. §. incerte. ff. de rei vendic. Innoc. & Abb. c. constitutus arg. illius text. extr. de restit. in integr. Bart. & Iaf. l. ubi autem. §. qui illud. ff. verbor. oblig. Bart. l. stipulationes non dividuntur in pr. quæst. fin ff. eod. tit. Ioann. Fabri & Angel. §. sed iste & ibi Iason. nu. 72. Institut. de action.* sive etiam ex probabili juris dubio, *Bart. d. §. qui ad Plautianum. numer. 7. Iaf. l. Gallus. §. si ejus. numer. 31. ff. de liber. & posth. addit. ad Bart. d. §. quia autem.*

Et licet Bart. *in d. l. ex sextante in pr. ff. de except. rei judicat.* tradat, sed si ab intestato egi, & postea volo ex testamento agere, tunc possum, nisi scivérim testamentum esse, quia tunc videor renunciare, attamen illa except. *Bart.* quod videlicet is, qui sciens testamentum conditum tanquam successor ab intestato agit, videatur actioni ex testamento renunciare, non habet locum, quando agens ab intestato expressè protestatur, se nolle actioni ex testamento renunciare.

Tunc enim renunciatio præsumpta per expressam protestationem & declarationem contrariam removetur, *arg. l. continuus. §. cum ita. ff. de verb. obligat.* & conservatur actori salvum jus agendi ex testamento, prout hoc superius 11. comprobavimus.

Quinimò etiam in uno eodemque libello remedia contraria simul & semel proponi possunt, quando actor vel ignorat vel probabiliter dubitat, quod sibi remedium competat, *l. 1. §. quia autem & ibi gloss. Bart. & Dd. ff. quor. legator. Iaf. l. 1. nu. 21. limit. 4. C. de furtis.*

Quod procedit sive illa ignorantia aut dubitatio causetur ex facto adversarii, sive aliunde sive esse ex probabili juris dubio, prout hoc ex superius traditis liquitur.

Actiones quoq; non tantùm diversæ sed omninò contrariæ in uno eodemq; libello cumulari & proponi possunt, eo casu, quando illa cumulatio fieret nonsimpliciter sed condionaliter, *gl. l conductores & l. non ab te C. de locat. & cond gl. c. Rainald. ext. de test. Cyn. d. ordinarii quæst. 2. C. de rei vendic. Ang. l. qui de officioso. ff. de inoffic. testam. P. Castr. l. 1. col. 2. & ibi Alex. nu. 5. C. de judic. Bald. l. 1. opposit. 4. & ibi Iaf. nu. 21, limitat. 5. C. de furtis.*

Et idem quoq; juris est, si in libello fue-
275 rit inserta clausula † omni meliori modo, via, jure & forma, namq; illa clausula multum utilis est ad sustinendum libellum & interpretandum eo modo, quo favorabilius potest juvari intentio actoris *Ant. de Butr. c. literae extr. de dilationib. Ant. de Butr. c. examinata extr. de judic. Alex. cons. 6. nu. 8. lib. 3. Corn. cons. 223. num. 5. lib. 1. & cons. 18. num. 8. lib. 3. Card. Paris. cons. 107. nu. 120. lib. 3. & cons. 126. lib. 4. Angel. §. omnium, nu. 7. & ibi Ias. nu. 149. & 151. Instit. de action. facit id quod tradit. Alex. cons. 80. nu. 7. lib. 5. cons. 176. eod. lib. & cons. 50. lib. 7. Corn. cons. 32. nu. 12. lib. 1. Bald. l. quoties C. de instit. & substit. Socin. cons. 173. lib. 1. Dec. cons. 13. & cons. 77. n. 4. Felin. & Dec. c. cum super extr. de offic. deleg. Cravet. cons. 144. nu. 3. lib. 1.*

Cum itaque in casu praesenti non ex testamento sed tanquam successor legitimus & sanguinis Comes R. in D. egerit ad Baroniam controversam, ipseque probabiliter dubitare potuerit, utrum illa declaratio voluntatis facta a Barone J. quod velit ipsum Comitem R. sibi successorem esse, cumque suum proximum successorem esse, quoad Baroniam controversam, cum in ea non intervenerint omnes solennitates testamentariae, vim ultimae voluntatis & haeredis institutionis habeat, & insuper libello sit inserta clausula: omni meliori modo & forma, sicut hoc liquet ex illis verbis in initio libelli positis, In der besten/bestendigsten Form als solches geschehen soll/kan oder mag, certum est, quod in casu praesenti, nulla incertitudo inconstantia vel contrarietas Comiti à D. opponi possit, quodque omnis contrarietas si qua subesse possit, per praeallegatam clausulam omni meliori modo serventur & sustineatur, quodque actor non prohibeatur, si ipse in hac lite sententiam contrariam reportaverit, ad Baroniam controversam quasi ex testamento sive ultima voluntate agere, etiamsi ipse nullas alias probationes ultimae voluntatis Baronis Jodoci habeat, nisi illas tantum, quae apud acta reperiuntur.

Deinde etiam in jure nusquam cautum reperitur, quod in hoc & similibus casibus quis propter variationem & inconstantiam, jure suo privetur & ab illo excludatur.

276 Et certum est, quod † poena privationis juris sui sive exclusionis à jure suo nunquam habeat locum, nisi in casibus in jure expressis, *ff. rum igitur, auth. de non elig. secundo nub. gloss. c. fin. & ibi Abb. extr. de jure patron. gloss. 2. c. cum vos extr. de offic. ordinar. gloss. Clement. 2. verb. suspensus de vita & honest. Cleric. Panorm. c. bonae. el. 2. col. 3. extr. de elect. Panorm. c. cum venerabilis. col 8. extr. de except. Bald auth. ex testamento col. pen. C. de secundis nupt. Alex. cons. 103. lib. 1. & cons. 92. lib. 6. Ias. l. 1. col. fin. C de transact. Dec. c. 2. & ibi Felin. extr. de rescript. Felin. c. at si clerici in pr. col. 2. extr. de judic. Dec rubr. col. 1. & ibi Fr. Ripa col. 3. extr. eod. tit. facit. text. l. at si quis. §. idem Labeo. ff. de religios. & sumpt. fun. l. 3. §. non perpetuae. ff. de sepulch. violato.*

Nec obstat text. *l. fin. C. de codicill.* 277 namque ille text. † tantùm procedit eo casu, quando quis ex eadem scriptura sive ex eodem testamento agit ad eandem rem tanquam successor ex testamento & successor ab intestato, secus autem est, si quis illas actiones non ex eadem scriptura nec ex eodem fonte instituit, prout hoc suprà docuimus.

Eodem modo ille textus non procedit, quando quis justa ignorantia juris vel facti ductus, viam incompetentem elegit, tunc enim ipsi etiam post sententiam latam & aliam viam redire permittitur.

A dispositione quoque illius textus excipiuntur descendentes & illius exceptionis ista ratio assignatur, quia ipsi non de lucro captãdo, sed quia ipsis illa bona debita sint, certant & agunt, ex cujus rationis generalitate illius text. dispositio extendenda est, ita ut militet in omnibus illis casib. in quib. illa ratio locum habet, juxta text. *l. illud. in pr. ff. ad l. Aquiliam. l. regula. §. penult. & final. ff. de juris & facti ignorant.* cum similibus vulgaribus.

Sed certum est, quod † ad feuda reliquaq; 278 bona illis aequiparata, qualia sunt bona habentia annexam dignitatem vel jus primogeniturae, admittantur agnati transversales, non ex persona ultimi defuncti, sed ex persona primi acquirentis, quodque ipsis illa bona debita sint, cum ultimus possessor gravatus sit & censeatur ipsis illa bona restituere, *c. 1. §. 1. de feudo March. l. cohaeredi §. cum filiae. ff de vulgari & pupill. Arius Pinell. repet. l. 1. part. 3. nu. 49. circa fin. C. de bonis matern.*

Per easdem responsiones diluitur etiam objectio facta ex *l quod in haerede. §. eligere. ff. de tribut. action.*

Praeterea † libellus obscurus, incertus & 279 generalis non est ipso jure nullus, etiam

in illis

in illis casibus, in quibus obscuritas, generalitas & incertitudo reprobatur, sed ita demum rejicitur, si pars adversa contra illum libellum excipiat, *Bart. l. fin. arg. ill. text. C. de anna. except. Abb. & Dec. c. dilecti. extr. de judiciis. Abb. & Felin. c. 2. extr. de libell. oblatio. Alex. consf. 101. lib. 5. Alex. & Ias. l. 1. in pr. ff. de eden. Dec. l. edita. col. 2. C. eo tit.* illamque exceptionem ante litem contestatam opponat, namque post litem contestatam talem exceptionem, cum illa sit dilatoria, opponere non licet, *Bald. l. exceptionem. col. 3. C. de probatio. Ias. l. edita. col. 6. C. de eden. Alex. & Ias. d. l. 1. in prin. ff. eo tit. Felin. c. 2. nu. 5. extr. de libell. oblat.* Et per consequens Comitissæ à L. illa prætensa exceptio post litem in hac causa dudum contestatam patrocinari vel prodesse non potest.

Ad duodecimam rationem dubitandi respondeo ex iis, quæ in rationibus decidendi dicta sunt, satis superq; liquere, Baroniam controversam feudalem esse aut saltem feudo æquiparari.

280 Nec obstat, quod quælibet † bona in dubio præsumantur esse allodialia & libera, namque illa præsumptio non est præsumptio juris & de jure, sed juris tantùm, ideoque contraria probatione penitus tollitur, *Alex. consil. 15. lib. 5. M. de Afflict. c. 1. col. pen. & fin. ex quibus caus. feudum amitt. Alciat. in tract. de præsumpt. regul. 2. præsumpt. 3. Ias. cons. 135. num. 2. lib. 2. Carol. Molin. consuetud. Paris. §. 46. quæst. 1.* sicut & alia quælibet præsumptio per probationem contrariam penitus tollitur, *l. fin. in pr. ff. quod met. causa. l. cum de indebito. §. 1. ff. de probat. l. nuptura in fin. ff. de jure dot. c. quicunque distinct. 80.*

Neque verò tantùm per probationem verùm etiam per præsumptionem contrariam illa præsumptio quod quælibet res sit libera & allodialis, eliditur, *arg. l. divus. ff. de restit. in integr. l. non solum. ff. de ritu nupt. l. 1. C. qui & advers. quos.*

Quod potissimùm locum haber, quando plures præsumptiones simul concurrunt, namque plures præsumptiones regulariter pauciores vincunt, *Aym. Cra consil. 145. nu. 11.* & plenam probationem inducunt, *gloss. l. 2. §. 1. ff de excus. tutor. gloss. l. 3. §. eiusdem. ff. de testib. gl. l. instrum. C. de probation. gloss. c. cum causam extr. eod. tit. gloss. c. cum dilectus extr. de success. ab intest. gloss. c. accedens. el. 1. extr. ut lite non contest. Roman. cons. 7. col. 1. cons. 8. & cons. 54. Bald. & Hip. de Mars. rubr. C. probat. Calcan. cons. 8. numer. 9. & cons. 77. nu. 4. Aym. Cra. cons. 73. num. 19. & cons. 158. nu. 11. Hipp. de Mars. l. 1. §. idem Cornelio. nu. 2 ff. de quæstion.*

Sed in casu præsenti plurimę concurrunt pręsumptiones, Baroniam controversam feudalem esse, tum quia Baronia controversa habet annexam regalem dignitatem, merum & mixtum imperium; & in dubio quælibet bona habentia annexam regalem dignitatem, merum & mixtum imperium, feudalia pręsumuntur, tum quia ratione Baroniæ controversæ possessores illius ad servitia & fidelitatē obligati sunt, ex quæ obligatione similiter colligitur, rem aliquam feudalem esse, prout hæc in rationibus decidendi docuimus, tum quia totus Ducatus Geldriæ, & Comitatus Zutphaniæ, in quo Baronia controversa sita est, feudales sunt, & certum est, cum membra regulentur à capite, omnia bona sita in Ducatu vel Comitatu aliquo præsumi feudalia eo casu, quando ipse Ducatus vel Comitatus feudalis est, prout hoc in rationibus decidendi docuimus, & ultra ibidem tradita idem vult *Carol. Molin. in consuetud. Paris. §. 46. quæst. 1.* ubi ipse attestatur, eandem opinionem etiam amplecti *Socin. in loco ab ipso citato. facit id quod trad. Bald c. 1. §. cum autem. num. 4. de controvers. invest. Ias. cons. 235. num. 2. lib. 2.* Tum quia omnia bona circumiacentia habentia merum & mixtum imperium, sunt feudalia & in dubio bona cohærentia sive contigua, ejusdē qualitatis ratione præsumuntur per jura vulgata, tum quia J. von L. cuius dispositio unà cum libello Comitissæ à L. sub litera D. producta est, deponit, quod Dux Geldriæ semper & quandocunque, quando ipse reliquos vasallos suos convocavit, similiter & Baronem in B. convocatit.

Et clari juris est ex eo, † quod quis reperitur inter vasallos, & tractatur atque convocatur, quando reliqui vasalli convocantur, præsumatur quem vasallum esse, sicut & ex eo quod quis reperitur in matricula Scholarium vel Canonicorum, præsumitur & probatur quem Scholarem & Canonicum, *Archid. c. ordinarij de off. ordin. lib. 6.* & ex eo, quod aliqua reperitur inter moniales præsumitur ipsam monialem, *M. de Afflict. c. 1. num. 294. ex quib. caus. feud. amitt. M. de Affl. cap. 1. in pr. numer. 17. de feudi cognit.* nec non etiam ex eo, quod instrumentum sive scriptura reperitur inter instrumenta & scripturas authenticas, præsumatur atque 281

probetur, illam scripturam sive instrumentum authenticum esse, *auth. ad hæc. & ibi Dd. C. de fide instrum. c. ad audientiam & ibi Abb. & Felin. nu. 15. extr. de præscript. Abb. Fr. Aret. & Dd. c. cum causam & ibi Felin. & Dec. uterq. n. 7. ext. de probat.* & ex eo, quod res aliqua reperitur scripta inter feuda sive bona feudalia, præsumitur ipsam feudalem esse, *And. de Isern. c. 1. & ibi Afflict. num. 295. ex quib. caus. feud. amittitur.*

His adde, quod ex signis & notis personæ qualitas cognoscatur, *l. speciosas. ff. de verbor. signif. l. item apud. §. si quis virginem & ibi Bart. ff. de injur. c. si verò el, 2. & ibi Felin extr. de sent. excom. Dec. consf. 125. n. 6. Hippol. de Marsf. consf. 97 nu. 9.* quodq; is qui habitus vel tractatus fuit pro fratre vel consanguineo, frater & consanguineus reputetur & præsumatur, *Pet. de Bellapertic. Cyn. Alberic. & P. Castr. l. non epistolis. C. de probat.*

282 Et licet Dd. citati in duodecima ratione dubitandi velint, † ex eo, quod bona aliqua habent annexam regalem dignitatem, merum vel mixtum imperium, non præsumi neq; probari, illa bona feudalia esse, & similiter velint, hoc non probari ex reservatione vel præstatione serviriorum aut fidelitatis, attamen contraria sententia verior esse videtur, prout hoc ex traditis in rationibus decidendi liquet.

Illaq; contraria sententia potissimùm procedit in nostro & similib. casibus, quando illa tria nempe regalis dignitas, merum vel mixtum imperium, reservatio servitiorum & fidelitatis simul concurrunt, & ulterius alia indicia accedunt, cum secundũ receptam juris regulam, quæ non prosunt, singula multa collecta juvent, *gloß. l. 2. §. 1. verb. legitimis. ff. de excusat. tut. cum similibus vulgaribus.*

Similiter non obstant literæ à Comitissa à L. sub litera A. cum duplica productæ, in quibus Dux Geldriæ Baroni F. in B. scribit simpliciter tanquam Domino in B. nulla facta mentione fidelitatis vel vasalligii, namque omnis præsumptio ex illis literis descendens sumpto nempe argumento à stylo, per contrarias præsumptiones, de quibus supra facta est mentio, tollitur.

283 Prout etiam argumentum à † solitis sive consuetis locum non habet, quando contrarium verè vel præsumptivè probatur, *Aug. §. licet C. de locat. & cond. Salyc. l. quod si nolit. §. quia assidua. ff. de ad. edict. Iaf. l. ut liberu. C. de collat. Nic. Eberh. in loco ab usitatis sive consuetis. limit. 2.*

Ex nominatione † quoque præsertim unica in præjudicium alterius sive tertii conjectura vel præsumptio capi nequit, *Iaf. consf. 106. col. 1. lib. 1.* 284

Et verba narrativa sive enunciativa nullam omninò fidem vel probationem faciunt, quando de eo quod enunciatum est, principaliter disputatur, *Ant. de Butr. c. illud extr. de præsumpt. Bald. l. ad probationem col. 2. C. de probat. Bald. l. fin. circa fin. C. si à non compet. jud. Alex. consf. 136. lib. 1. consf. 202. lib. 2. consf. 69. col. 3. lib. 5. Corn. consf. 269. col. 2. lib. 3. Dec l. 2. col. fin. C. de edend. Dec. auth si quis in aliqua C. eod. tit. Dec. c. cum causam col. pen. extr. de probat. Dec. consf 113. col. 2. Iaf l. jurigentium. ff. quod verè. col. 2. C. de pact. Felin. c. per tuas. col 4. & ibi Dec. col. penult. extr. de probat. Curt. jun. consf. 95. col. 2.*

Quod etiam in antiquis locum habet in nostro & similibus casibus, in quibus agitur de gravi præjudicio tertii, *P. Castr. consf. 139. col. 2. lib. 1. Alex. consf. 50. col. 2. lib. 5. consf. 219. col. 5. lib. 6. Socin. consf. 266. col. 5. lib. 2. Corn. consf. 22. col. 3. lib. 3.*

Eodem modo non obstat, apocha Ducis Geldriæ à Comitissa à L. cum duplica producta, dum videlicet in illa apocha dicitur: Daß Herr Friderich zu Brunckhorst/J. F. G. auff sein Erb vnd Gut eine Summa Geldes auffgebracht. Namque hactenus probatum non est, quod Dominus F. Baro in B. nulla alia bona mobilia vel immobilia habuerit, præter illas duas Baronias, nec † illud etiam præsumitur, sed ab allegante probari debet secundum veriorem Dd. sententiam, *Iacob. Butrig. l. cum de lege. ff. de probat. Iac. Butrig. l. actor. C. eod. tit. Ioan. de Imol. Lud. Rom. Fr. Aret. & Alex. l. si constante in pr. & ibi Iaf. nu. 124. cum 7. seqq. ff. soluto matrim. Imol Raph. Cum. & Alex. l. decem. ff. verb. oblig. P. Castrens. l. Mævia. §. fin. ff. solut. matrim. Fr. Aret. l. in illa col. pen. ff. verb. oblig. Socin. jun. consf. 26. nu. 11. lib. 2.* Sicut etiam paupertas, quod videlicet quis nulla penitus bona habuerit ab eo, qui hoc excipiendo vel agendo allegat, probari debet, *gloß. B Alberic. Angel. P. Castrens. Socin. & Dd. l. si verò. §. qui pro rei. ff. qui satisd. cog. Alber. l. ei incumbit. col. fin. numer. 8. ff. de probat. Alberic. l. si creditores. ff. de privileg. credit. Bald. l. si non prius in princ. C. quando fiscus & privat. Bald. consil. 442. col. 2. lib. 1.* 285

Et

Et hoc potissimùm procedit in nostro casu, in quo dictus Dominus F. Baro in B. cujus fit mentio in prædicta apocha Ducis Geldriæ, simul habuit & possedit duas locupletissimas Baronias, nempe Baroniam in B. & Baroniam in C. ex quarum reditibus se duo Barones honestè sustentare potuissent, & sic non est verisimile, Comitem F. omnes reditus omnesque fructus ex illis Baroniis perceptos consumpsisse, sed tanquam bonum patremfamiliâs sumptus suos ita instituisse, ut illi semper aliquid ex reditibus annuis superfuerit, quod vel ipse repusuit, vel inde alia bona mobilia vel immobilia comparavit, *arg. l. jus alimentorum. ff. ubi pupill. educ. deb. l. si defunctus. C. arbitr. tutelæ.*

286 Præterea etiam † appellatione bonorum bona feudalia comprehenduntur, *specul. §. nunc aliqua. num. 184. tit. de locat. And. de Isern. c. 1. ad fin. de Capit. qui cur. vend. Castell. Cott. memoral. incip. bonorum appellatione memor. Emphyteusis non venit & memor. filius renuncians hæreditati. Ias. §. unde si parens. num. 7. C. de inoff. testam. Ias in prælud. feud. num. 45. Ias. l. si non sortem. §. libertus. num. 34. ff. de condict. indeb. Ias. consil. 152. & consil. 207. lib. 2. Dec. consil. 389. num. 11. M. de Afflict. decis. Neapol. 14.*

Et hoc procedit sive fuerit facta mentio bonorum simpliciter, sive fuerit facta mentio bonorum suorum, namque nihilominus sub talibus verbis comprehenduntur & includuntur bona feudalia secundum communem & receptam Dd. sententiam, *gloss. c. 1. in pr. verb. suorum bonorum & ibi Bald. M. Laud. & Præpos. per quos fiat investit. Bald. consil. 352. col. 2. lib. 1. Ias. consil. 57. col. 3. vers. 6. facit lib. 3. Dec. l. quod evincitur. ff. de reg. juris.*

287 Propter subjectam quoque materiam, propter quam † verba etiam ad impropriam & improprissimam significationem sæpè detorquentur, *l. si uno in pr. ff. de locat. & conduct. Ioann. Neviz. consil. 92. num. 15. cum multis seqq. L. Sylvan. cons. 30. nu. 1.* cum appellatione hæreditatis feudum comprehendi judico, sicut & appellatio hæredis propter subjectam materiam sive ratione subjectæ materiæ ad successores feudi tantùm restringitur, *c. 1. §. & si clientulus de alien. feudi. cap. 1. §. fin. si de feudo defuncti content.*

Et sic ex illa apocha neque probatio neque præsumptio aliqua sumi vel capi potest, bona controversa allodialia esse, cum non probet hoc esse, quod ab hoc contingit abesse *l. neque natales. C. de probat.* Et probatio † quælibet necessariò debeat conclu- 288
dere, *l. non hoc C. unde legit.* & non sufficiat, illam per possibile concludere, *Bald. l. ad probationem. la. 2. C. de probat.* usque adeo, ut probatio non cõcludens nec nomẽ probationis mereatur, *Bald. l. matrem arg. ill. text. C. de probat.* nec præsumptionem inducat, *Bald. l. 2. col. fin. C. de bonor. poss. contra tab.* sed semper contra producenté interpretanda sit, *gloss. c. in præsentia extr. de probat* cum similibus vulgaribus.

Et posito sed tamen non concesso ex illa apocha aliquam præsumptionem contra Comitissam à L. sumi posse, illa tamen præsumptio per alias præsumptiones & plures & fortiores, de quibus supra mentionem fecimus, penitus elideretur.

Ex eo quoque quod prætenditur, Dominum J. Baronem in B. & C. uxori suæ victalitium constituisse in Baronia controversa nullius Domini consensu requisito, inferri non potest, Baroniam controversam allodialem esse, namque præter hoc, quod hactenus probatum non est, illam constitutionem victalitii absque consensu Domini factam, certi juris est & à Dd. communiter tenetur, quod sicut fœmina † pro 289
se ipsa marito suo absque consensu Domini feudum in dotem dare potest, *c. 1. & ibi Bald. de invest. quam Titius accep. à Sempron. c. 1. de eo qui sibi & suis hæred. Bald. c. 1. an marit. succed. in feud. Alvar. Præpos. & M. de Afflict. c. 1. §. donare qualiter feud. olim. Felin. c. quæ in ecclesiarum. num. 75. extr. de constit. Iac. de S. G. in tr. feud. verb ita etiam quod ipsi vasallo nu. 18. Curt. in tract. feud. 4. part. num. 93. Ias. auth. res quæ. num. 26. C. commun. delegat. Zas. in tr. feud. 9. part. num. 8. M. de Afflict. c. 1. in princ. notab. 13. nu. 86. de probib. feudi al. per Fr. Zas. in tr. feud. 8. parte. num. 69.*

Ita quoq; & maritum † donationem pro- 290
pter nuptias uxori suæ etiam absq; consensu Domini constituere posse, *Bald. c. 1. §. donare & ibi Præpos. num. 3. qual. feud. olim. Iacob. de S. G. d. verb. ita etiam quod ipsi. num. 19. Curt. in tr. feud. 4. part. num. 94.*

Illique donationi propter nuptias in
multis æquiparatur † constitutio victalitii, 291
cum victalitium plerunq; ut donatio propter nuptias in recompensationem dotis numeratæ constituatur.

Præterea etiam multi casus reperiuntur 292
in quib. † vasallo permittitur, feudũ absq; consensu Domini in perpetuum vel ad tempus certum vel incertum alienare,

quos casus latè explicat *Iac. de S. G. tr. feud. verb. & cum pacto de non alienando Curt. in tr. feud. 4. parte Zas. in tr. feud. 8. part.* & tamen nihilominus feuda naturam suam retinent.

Sæpè etiam evenire videmus, quod vasalli consensu Domini non requisito etiam in casibus à jure non permissis, feuda sua de facto ad tempus certum vel incertum alienent.

Et sic sequitur ex eo, quod pars adversa prætendit, Baronem J. uxori suæ nullius Domini consensu requisito victalitium constituisse, colligi, inferri vel præsumi nō posse, Baroniam controversam non feudalem sed allodialem esse.

Per illos quoque testes, quorum depositiones à Comitissa in L. sub littera BB. CC, DD, & MM productę sunt, probari nequit, Baroniam controversam feudalem esse, namque illi testes & non juraverunt solenniter, & Comes à D. ad examinationem eorum legitimè citatus non est. Et clari ju-
293 ris est, quod † depositio testium parte adversa absente & non citata receptorum rata non sit, nec ullam probationem faciat *c. 2. & ibi Dd. extr. de testib.* prout etiam de-
294 positio illorum testium † qui non solenniter jurarunt, nullam probationem inducit, *c. tuis extr. de testib. l. jurisjurandi C. de testib.* nec sufficit illos deponere vel examinari sub illo juramento, quo ipsi Domino Principi vel civitati suæ astricti sunt, *c. pen. & ibi Panor. & Dd. extr. de jurejurand. Bart. l. fin. num. 3. & ibi Alex. in addit. C. de vendend. reb. civit. lib. 11.*

Et insuper illorum testium depositio non est concludens, namq; ipsi tantùm dicunt, se non aliter nec scire nec audivisse nec comperisse, quàm quod Baronia controversa sit allodialis & ab omni nexu feudi & servitio libera & immunis.

Cum itaque illa simul stare possint, quod Baronia controversa sit feudalis & oneri feudi atque servitio obnoxia, & quod illud isti testes neque sciverint neque audiverint neque compererint, certè ex illa depositione concludenter inferri nequit, Baroniam controversam allodialem esse, illaque depositio nec præsumptionem quidem vel indicium facit.

Pariter non obstat depositio testis sub litera KK. Namque præterquam ille testis est examinatus neque citatione præcedente neque solenni juramento interveniente, ille testis deponit tantùm de confessione facta à Barone J. absente parte adversa, & est unicus & singularis, eamq; ob causam fidem vel probationem nullam facit, cum sit clari & indubitati juris, quod testis unicus deponens de confessione extrajudiciali parte adversa absente facta nullam penitus fidem vel probationem imò nec inditium quidem facit, *Alexand. consil. 180. col. 2. lib. 29 Ias. l. admonendi. lectur. 2. numer. 172. vers. quintò prædicta regula procedit. ff. de jurejur. M. de Afflict. decis. 364. num. 4.*

Deinde etiam indubitati juris est, † 295
quod vasallus non teneatur Domino præstare servitia suo victu suisque sumptibus eo casu, quando vel Dominus feudi extra suum territorium bellum gerit, *Alvar. & Præpos. c. 1. in pr. de nova for. fid. Specul. §. quoniam vers. decimo tertio tit. de feudis. Præpos. c. 1. §. similiter de capit. Corrad. And. de Isern. c. 1. §. sed nec est alia. nu. 42 & ibi M. de Affl. quæ fuit 1. causa Iacob. de S. G. in tr. feud. verb. & promiserunt. n. 1. Zas. in tr. feud. 7. parte. nu. 46.* vel quando pacto investituræ adjecto contrarium cautum, *Alvar. & Præp. c. 1. in pr. de nova forma fid. Iac. de S. G. d. verb. & promiserunt. n. 1. Zas. in tr. feud. 7. part. nu. 46.* vel consuetudine speciali illius loci in quo feudum situm est contrarium introductum fuit, *argument. l. semper. in stipulationib. ff. de reg. juris l. de quibus. ff. de legib. §. sed naturalia instit. de jure nat. nat. gent. & civilis.*

Idem quoq; juris est, si vasallus Domino præstiterit servitia indebita vel majora, quàm ad quæ ipse obligatus est, namque Dd. omnes citati in rationibus dubitandi & concludentes vasallum obligatum esse, Domino feudi suo victu suisque sumptib. servitia præstare, nec non etiam textus ab illis citati loquuntur tantùm de servitiis debitis, igitur sequitur, quod Dominus vasallo prestanti ipsi servitia indebita victum & sumpt⁹ præstare teneatur, cū regulariter quilibet illi, qui ipsi operas & servitia indebita præstat, victum & sumptus vel saltem stipendium præstare obligatus sit, *l. idemq; §. idem Labeo. & ibi not. ff. mandati. Bart. l. super creandis. C. de jure fisci. lib. 10. Bart. Ang. Ias. & Dd. l. si non sortem. §. libertus. ff. de condict. indeb. Bald. l. 1. numer. 5. C. de negot. gest.*

Cum itaq; testis ille, cujus depositio sub litera MM. à Comitissa à L. producta est, & non præstito juramento solenni & Comite in D. nō citato examinatus, & insuper singu-

singularis & unicus sit, & non exponat utrum Dux Geldriæ illud bellum, in quo Baro J. ipsi equites aliquos subsidio miserat in Ducatu Geldriæ, an verò extra Ducatum gesserit.

Item utrum Baro J. illos equites ex necessitate obligationis causatæ ratione Baroniæ in B. an verò ex libera & mera voluntate Duci Geldriæ subsidiæ miserit, ex illius testis ut puta non jurati nec solenniter examinati singularis & non concludenter deponentis dicto colligi vel inferri nequit, Baroniam controversam allodialem esse.

Et posito sed tamen non concesso, ex copiis & testium depositionibus productis nec non etiam aliis prætensis documentis aliquam præsumptionem colligi vel elici posse, Baroniam controversam non feudalem sed allodialem esse, attamen illa præsumptio per alias præsumptiones & plures & fortiores superius relatas penitus elidetur.

In rationibus quoq; decidendi docuimus, quod ad successionem Baroniæ reliquorumq; bonorum etiam allodialium habentium annexam dignitatem vel jus primogenituræ illi qui à primo acquirente originem non trahunt, non admittantur, sed quod illorum bonorum successio illis tantum deferatur, qui & à primo acquirente originem tradunt & habito respectu ad primum acquirentem ultimo defuncto proximiores sunt.

Ex quo infertur, etiamsi probari possit, Baroniam controversam non feudalem, sed allodialem esse, illa tamen per obitum Baronis J. non Comitissæ à L. sed Comiti à D. qui a primo acquirente originem trahit & habito respectu ad illum est cognatus proximior ultimi defuncti, aperta & delata fuerit.

296 Nec obstant † jura allegata in duodecima ratione dubitandi, in quib. deciditur, quod ad successionem bonorum allodialiũ admittantur illi, qui ultimo defuncto proximiores sunt nullo habito respectu agnationis vel cognationis, item & à quo bona defuncti, de quibus controvertitur, acquisita fuerint, & utrum is quod succedere cupit, à primo acquirente originem traxerit an verò non.

Namque illa jura non habent locum in Baroniis reliquisq; bonis habentibus annexam dignitatem jus primogenituræ vel acquisitis pro aliquo & descendentib. ipsius licet illa bona allodialia sint, sed tantũm procedunt in bonis allodialibus simplicibus pruut hoc in rationibus decidendi tradidimus.

Ad decimam tertiam rationẽ dubitandi ego respondeo, quin casu præsenti ex instrumẽto sigillato sigillo authentico Dn. E. fratris Ducis Geldriæ, cujus copia unà cum libello Comitis in D sub litera A. producta est, satis liquere & manifestum esse, quod Barones in B. ratione Baroniæ Ducibus Geldriæ ad servitia & fidelitatem obligati sint.

Quod verò Barones à B. de Baronia controversa à Ducibus Geldriæ investiti sint & sic, quod quoad Baroniam controversam in casu præsenti investitura intervenerit, satis sufficienterq; probari ex possessione temporis non modò longi verũm etiam longissimi & immemorialis, cum Barones in B. Baroniam controversam ultra omniũ hominum memoriã possederint, ex cujus temporis lapsu absque omni dubio præsumitur & probatur, investituram intervenisse, prout hoc tradit *Felin. c illud. n. 5 extr. de præsumpt. Godzad cons. 4. col. 6. in fin. Ias. l. sciendum. col. 7. vers. 6. facit ff. verbor. oblig. Aym. Cravet. tr. de antiquit. temp. 3. part. §. videamus in genere. num. 36.*

Præterea quoque possessio longissimi temporis investituræ æquiparatur & pro investitura habetur, eundemque effectum producit, *c. 1. §. si quis per triginta si de feudo defuncti content.*

Petitio verò † renovationis investituræ 297 non est de substantia neque de essentia feudi, rum quia hoc nulla lege cautum est, & id quod lex non dicit, nec nos dicere debemus, *l. si servum. §. non dixit prætor. ff acquir. hæred. cum multis simulib. allegatis per Tiraquell. rep. l. si unquam verb libertus in pr. C. de revoc. donat.* illudque quod lege non cavetur in practica non habetur, *Bald. c. nihil extr. de elect. Ias. l. illam. nu. 9. C. de collat.* Tum quia *Zas. tr. feud. part. 1.* solam fidelitatem substantiale sive essentiale feudi esse affirmat, neque de petitione renovationis investituræ ullam mentionem facit.

Et licet † fidelitas sit substantiale feudi, 298 attamen præstatio juramenti fidelitatis substantiale feudi non est, cum illud pacto tàm tacito quàm expresso remitti possit, juxta text. expressos citatos in 13. ratione dubitandi.

Quamvis etiã † ex præstatione servitiorum colligatur & præsumatur, rem aliquã feudalem esse, usque adeò, ut aliqui Dd. 299

citari in rationibus dubitandi velint, pro substantia feudi requiri præstatione servitiorum personalium, attamen Dd. magis communiter concludunt, præstationem servitiorum pro essentia & substantia feudi non requiri, *And. de Isern. c. 1. ex quibus caus. feud. amitt. Isern. c. 1. §. item qui domino, quæ fuit prima causa M. de Afft. in præl. feudor. n. 66. Dec. l. 2. §. item impuberes. nu. 5. ff. de reg. jur. Cardin. Parisi. consil. 21. num. 22. & consil. 23. num. 34. lib. 1.* & feudum eo pacto acquiri posse, ne vasallus pro illo servitia ulla domino præstare teneatur, *Bald. in prælud. feud. divis. 8. & ibi Alvar. divis. 2. Præpos. num. 34. & Iaf. numer. 113. Curt. in tractat. feud. quæst. 8. Zas. in tr. feud. ult. part. nu. 36. Rebuffus in arbor. feud. divis. 14.*

300 Similiter † licet *Zas. in tract. feud. part. 1.* ultra fidelitatem pro essentia atque substantia feudi requirat, ut directum dominium rei in feudum concessæ penes ipsum dominum remaneat. Attamen in hoc contrarium tenent Dd. magis communiter volentes, hoc pro substantia feudi non requiri sed conveniri posse, ut non tantùm utile, verùm etiam directum dominium feudi in vasallum transeat, *Ioann. Monach. c. Abbate sane de re judic. lib. 6. Bald. l. si plures. num. 7. C. de condict. insert. Bald. l. 1. num. 22. C. si plur. una sententia. Bald. l. 1. num. 67. C. de constit. Alexand. consil. 30. num. 20. lib. 1. Præpos. in prælud. feud. num. 15. & ibi Iaf. num. 14. & 115. Dec. cons. 193. num. 5. Curt. in tr. feud. part. 1. quæst. 6. Zas. in tract. feud. parte ultima.*

Cum itaque in casu præsenti constet, Barones à B. ratione Baroniæ controversæ Ducibus Geldriæ ad fidelitatem & servitia obligatos esse, & ex possessione non tantùm longissimi verùm etiam immemorialis temporis & præsumatur & probetur, Barones à B. de Baronia controversa investitos, illaque possessio longissimi temporis & pro investitura habeatur, & investituræ æquipolleat, sequitur, in casu præsenti omnia illa, quæ pro substantia atque essentia feudi necessaria sunt, concurrere, & per consequens Baroniam controversam feudalem reputandam, etiamsi ex adverso fides fieri posset, Barones à B. non tantùm utile verùm etiam directum dominium Baroniæ controversæ habuisse, & neque juramentum fidelitatis præstitisse, neq; renovationem investituræ petiisse.

301 Ad decimam † quartam rationem dubitandi respondeo, literas sigillatas sigillo Domini E. fratris Ducis Geldriæ, absque omni dubio plenam & indubitatam fidem facere, cum illæ literæ non tantùm sint antiquæ, verùm etiã antiquissimæ & ante 200. annos conscriptæ, atque sigillo authentico dicti Domini E. sigillatæ, nec nun etiam ab aliquibus Comitibus & Baronibus manu propria subscriptæ, nec non etiam confectæ super eo, quod ad officium illius Domini E. spectabat, nempe super acceptatione promissionis fidelitatis & servitiorum à vasallo factæ & repromissione vicissitudinaria, & indemnitatis à Domino sive vicem Domini gerentis facta.

Nam certi juris est, quod instrumentum sigillatum sive literæ sigillatæ sigillo authentico alicujus Ducis Comitis Baronis vel alterius juris dictionem habentis si illæ ab aliquib. testibus subscriptæ fuerint, indistinctè plenam fidem faciant, sive negotium contentum in instrumento vel literis pertineant ad officium sigillantis sive non, item etiamsi de gravi præjudicio tertii agatur, *Abb. c. post cessionem & ibi Dec. num. 16. extr. de probat.*

Similiter clari juris est, quod literis sigillatis sigillo authentico alicujus Ducis, Comitis vel alterius Domini jurisdictionem habentis, in iis quæ ad officium sigillantis spectant, plena fides adhibeatur, etiamsi illæ literæ à nullo teste subscriptæ fuerint, *Innoc. c. 1. in fin. extr. de fide instrum. Abb. c. post cessionem & ibi Dec. num. 10. extr. de probat. Ioann. Andr. titul. de instru. edit. §. nunc dicendum restat. vers. secundum supplementum. Bald. rubr. col. pen. vers. secundum supplementum. C. de fide instrum. Bald. l. si procuratorem vers. tertio quæritur. ff. de procurat. Iaf. l. admonendi lectur. 1. numer. 77. & lectura 2. num. 88. ff. de jurejur.*

In antiquis quoque instrumentum sive literæ sigillatæ sigillo alicujus Ducis, Comitis, Baroniis, vel alterius Domini jurisdictionem habentis, indistinctè plenam fidem facit, etiamsi illud negotium de quo instrumentum loquitur, non pertineat ad officium sigillantis, & agatur de magno præjudicio tertii. *Dec. c. possessionem. numer. 14. & ibi Imol. & Felin. numer. 16. extr. de probat.*

Huc accedit, quod lapsus illius temporis, cujus in contrariũ memoria non extat, habeat vim tituli sive constituti, *l. hoc jure. §. ductus aquæ. ff. de aq. quot. & æst. c. contra morem distinct. 100. c. servitium. 18. q. fin.*

Alex.

Alex. conf. 24. col. fin. lib. 5. & vigorem privilegii obtineat *c. super quibusdam, §. præterea. extr. de verbor. signif. Oldrad. consil. 172. Iaf. l. is qui putat. numer. 10. ff. de acquir. hæred.* non quidem simplicis sed expressè & ex certa scientia a Principe concessi, *Bald. c. 1. col. 2. quæ sunt reg. Dec. conf. 496. col. 2. Iaf. l. de quibus. col. 13. ff. de ll. Alexand. concl. 6. libro 1. consil. 47. col. 2. lib. 4. Godzad. conf. 8. num. 37.*

Lapsus quoque illius temporis, cujus in contrarium memoria non extat, habet vim instrumenti publici, idemque in omnibus & per omnia operatur, *Innoc. c. novit extr. de judic. Bald. l. 1. C de emancip. M. de Afflict. decis. 239. in fin. Rolend. à Valle. conf. 3 num. 97.* & pro veritate & solenni privilegio habetur, *Bald. conf. 257 lib. 2.* atque legis vigorem & authoritatem obtinet, *l. 1. §. fin. & l. in summa in pr. ff. de aqua plu. arc. Cardin. consil. 38.* nec non tantùm potest quantū potest, Imperator cum causa, *Isern. c. 1. verb. flumina publica. col. 3. quæ sunt regal. Iaf. rep. quo minus. col. 11. ff. de fluminib. Godzad. conf. 8. nu. 37.*

Nec obstat, quod illæ literæ sigillatæ sigillo Domini E. quatenus in illis continetur obligatio Baronum in B. ad servitia & fidelitatem, nec non etiam ad onus aperiendi & tenendi apertum castrum in Brunckhorst, Ducibus Geldriæ favorem ipsius sigillantis respiciant, quodq; literis sigillatis ne dum Ducis sed nec Regis quidem in favorem ipsius Ducis vel Regis fides adhibenda sit.

302 Namque † præter hoc quod scripturæ sive instrumento sigillato sigillo Imperatoris vel alterius superiorem nonrecognoscentis etiam in favorem ipsius sigillatis plena fides adhibetur, *Bal. l. exemplo. C. de probat. Felin. c post cessionem. num. 17. & ibi Dec. nu. 14. extr. eod. tit.* & Principes seculares habentes dignitatem perpetuam & ad hæredes transitoriam quoad subditos illorum in omnibus & per omnia utantur privilegiis Imperatoris, sicut hoc superius docuimus, scripturæ nedum Principis verùm etiam privati in favorem scribentis vel sigillantis plena fides adhibetur eo casu, quādo illa scriptura nō principaliter sed tantùm in consequentiam vigorem scribentis vel sigillantis respicit, sicut hoc satis probatur ex eo quod in simili traditur licet nemo possit esse testis in causa propria, hoc tamen tantùm locum habere, quando causa ad testem productum principaliter spectat, secus autem est, si illa causa ad testem productum tantùm in consequentiam pertineat, tunc enim quis non prohibetur in ista causa testimonium perhiberi, *gloss. c. placuit. 2 q. 4. gloss §. item nullus. 4. q. 3. Pet. de Bellapert. rep. l. ex quacunq. col. 3. ff. si quis in jus voc. non ier. Bart. l. si quis duos. argum ill. text. ff. de reb. dub B l. si cui ita legetur. arg. ill. text. ff. de legat. 1. Cyn. Bald & Dd. l. assiduis. C. de testam. Ioann. Fabr. §. legatariis. Instit. eod. tit. Iac. Butrig. & Ang. l. non solum. § quæritur. ff. de procurat. Ioann. And. c. sine possessione. col. pen. de reg. juris lib 6. Bald l. in omnibus in fin. ff. de testib. Bald c. cum accessissent. col. 4. extr. de constit. Bald. conf 293. col fin. lib. 3. Alex. conf. 78. col. 2. lib. 1. Barbat. conf. 2 col 5. lib. 1. Corn. conf. 61 col. 4. lib. 3.* item quia regulariter in omnibus dispositionib. id quod principaliter non autem id quod in consequentiam venit vel fit in consideratione, habetur, *l. 1. in pr. & ibi Bart. ff. de author. tutor. l. si sponsus. § donationis & §. generaliter. ff. de donat. inter vir. & uxor. l. si quis nec causam & ibi Iaf. ff. si cert. petat. cum similibus vulgaribus.*

Ratione quoq; † connexitatis scriptura etiam penitus privata in favorem scribentis vel sigillantis probat & fidem facit, *l. Publia. §. fin & ibi Bald. ff. depositi. Bart l. Aurelius. §. idem quæsiit. ff. de lib. legata. Alex. conf. 186. nu. 7. lib. 2.* 303

Eodem jure utimur, si scriptura penitus privata verisimilis sit, vel præsumptionibus vel conjecturis aliquibus adhibetur, tum enim illi contra tertium etiam in favorem scribentis fides adhibetur, *Guil. de Cun. l. edita & ibi Alex. & Dec. C. de edend. Bal. l. 1. col. fin. & ibi Alex. C. eod. tit. Bald. rubr. col. antepen. C. de fide instru. Pet. de Anch. Clem. 1. §. cæterum. col. 3. de usuris. Imol. c. 2. extr. de fide instru. Raph. Cuman. conf 136. col fin. Alex. conf. 54. col. 2. lib. 2. conf. 186. in pr. eod. lib Fr. Aret. conf. 106. col. 3. Corn. conf. 71. lib. 4. Aym. Cra. in tract. de antiq. temp. part. 1. §. quartò limitatur. nu. 24. 37. & 38. Tiraq. rep. l. si unquam in præfat. num. 51. cum seqq. C. de revoc. donat.*

Legibus etiam cautum est, quod propter antiquitatem temporis & scriptura privata & aliæ scripturæ, quibus alioquin nulla fides adhibetur, plenam & indubitatam fidem faciant, *Iaf l. admonendi lect. 1. n. 77. ff. de jurejur. Iaf. conf. 65. col. 3. vers tertiò. confirmatur. lib. 3. & consil. 166. col. 3. lib. 4.* sicut & in antiquis generaliter leviores facilioresque probationes sufficiunt, & sufficit probatio per indicia, & conjecturas,

l. cen-

l. censùs & monumenta & ibi not.st. ff. de probat. c. cum causam extr. eod. tit. P. Castr. conf. 164. col. 1. lib. 2. Pet. de Anch. conf. 310. col. 2. Calcan. conf. 5. col. 5, etiamsi illa probatio non necessariò concludat, *Ias. conf. 128. col. 1. in fin. lib. 1.*

Cum itaque in casu præsenti non disputetur principaliter de commodo sive interesse Ducis Geldriæ, sed disputetur tantum de jure sive interesse partium, & obligatio ad servitia & fidelitatem, item etiam ad onus aperiendi & apertum tenendi castrum B. Ducibus Geldriæ sit connexa obligationi vicissitudinariæ & repromissionis indemnitatis Domini E. nec non etiam illa scriptura quæ est non modò antiqua sed antiquissima, & ante 200. annos conscripta, multis conjecturis & circumstantiis, ex quibus suadetur, Baroniam controversam feudalem esse, adjuvatur, & insuper Dominus E. habuerit absque omni dubio dignitatem secularem perpetuam ad hæredes transitoriam, sequitur, illam scripturam, quæ non est merè privata sed & testium subscriptione & sigillo authentico munita, plenam & indubitatam fidem facere, nec illius fidei quicquam detrahi per hoc, quod in consequentiam ex illa scriptura ad Duces Geldriæ successores Domini E. aliquod commodum pervenire possit.

Similiter non obstat, quod literis sigillatis sigillo authentico illius Principis qui superiorem recognoscit, in præjudicium alterius nulla fides adhibeatur.

Namque hoc non procedit in Principibus secularibus habentibus secularem dignitatem perpetuam & ad hæredes transitoriam, item & quando illæ literæ sunt antiquæ, vel verisimilia continent, ab aliquibus conjecturis sive præsumptionibus adjuvantur, item & quando ratio connexitatis aliud suadet sicut hoc per proximè dicta probatur.

Eodem modo non obstat, quod assertioni Ducis vel Principis in præjudicium alterius fides non adhibeatur præsertim quando agitur de gravi præjudicio alterius.

Namq; hoc non habet locum, quando illæ literæ, in quib. assertio Ducis vel Principis continetur, sunt & à testibus subscriptę & sigillo authentico Principis roboratæ, vel tantùm sigillatę, sed vel antiquæ vel de iis negotiis, quæ ad officium illius Ducis vel Principis pertinent, sicut hoc ex suprà dictis liquet.

Prout etiam tali assertioni in præjudicium alterius plena fides adhibetur, quando ratio connexitatis hoc suadet.

Et assertioni non tantum Principis sed & cujuslibet privati etiam in præjudicium tertii plena fides adhibetur, quando illa assertio est verisimilis vel conjecturis aut præsumptionib aliquibus adjuvatur, *Salyc. l. si mater. C. de contrah empt. Ang. conf. 341. Alex. conf. 18. lib. 3. Dec. conf. 96. col. 2 Socin. conf. 65. col. 4. vers. 20. probatur. lib. 1. conf. 82. col. 2 conf. 122. col. 4. lib. 3. Bald l. 1. col. 4. post medium. C de privileg. dot. cum multis simil. ib. allegatis per Aym. Cravett. in tr. de antiquit. temp. part. 1. §. propositum nostrum. nu. 69. cum 5. sequentibus.*

Sed illa assertio sive facti narratio, quæ continetur in literis sigillatis, sigillo Ducis E. & est verisimilis & multis conjecturis adjuvatur, illæq; literæ sunt antiquissimę, & non tantum sigillo authentico Domini E. sed & testium subscriptionib. roboratæ, & ultra reliqua motiva etiã ratio connexitatis suadet, ut illis plena adhibeatur fides.

Igitur sequitur, quod non obstante hoc motivo contrario, illæ literæ plenã probationē inducant, etiamsi fides fieri possit, hic agi de magno præjudicio Comitissæ à L.

Multò verò magis hoc in casu nostro dicendum est, cum in hoc casu Comitissa à L. agat non de jure quæsito amittendo, sed de novo jure acquirendo, quando impedita acquisitio nunquam cum gravi præjudicio conjuncta censetur, *arg. l. quæ autem in princip. ff. de his quæ in fraud. credit. l. fin. C. de acquirend. possess.*

Præterea in casu præsenti prædictæ literæ sunt antiquissimæ, & continent integrũ tenorem obligationis reciprocæ inter Barones à B. & Ducem Geldriæ.

Et clari juris est, † quod instrumentum sive literæ antiquæ continentes integrum tenorem negotii, & referentes se ad aliud, plenam fidem faciãt, licet illud, ad quod fit relatio, non exhibeatur, sicut in simili, in exemplo antiquo se referente ad originale, quòd eo casu, quo continet integrum tenorem negocii, plenam fidem faciat, licet originale non exhibeatur, & de originali non constet, tradit *Rapha Cuman. consil. 158. col. 2. Aretin. conf. 36. Dec. conf. 35.* 304

Et cum illæ literæ integrum tenorem obligationis reciprocæ contineant, illæ pro instrumento imperfecto reputari nequeunt, eamq; ob causam non obstant ea, quæ de instrumento imperfecto de depositione testis nõ exponente integrũ negotium vel deponente, de tractatu tantùm adducta sunt.

Nec

Nec obstat *text. l. contractus. C. de fide instr.* Dum videlicet in illo textu concluditur ad hoc, ut cōtractus in scriptis celebratus, perfectus dici possit, requiri, ut instrumentum super illo contractu confectum ab omnibus contrahentibus subscriptum sit.

Namq; ille text. tantùm procedit in contractib. tantùm in scriptis celebratis, quando videl. inter contrahentes hoc expressè actum sive conventum est, ut super contractu scriptura sit, utq; contractus non aliter ratus sit, nisi illa scriptura confecta fuerit, *gl. §. fin. auth. de fide instrum. gl. auth. sed novo. C. si cert. pet. B. l contractus & ibi Salyc. quæst. 5. C. de fide instrum. Angel. §. 1 Instit. de empt. & vendit. in pr. & ibi Ioan. Fabr. vers. in hu. Dec l pactum quod bona fide. nu. 3. C de pactis M. de Afflict. decis Neap. 105. nu 4. Dec. cons. 340. nu. 3.* & hoc quod actum sive conventum fuerit in casu præsenti hactenus probatum non est, nec etiam præsumitur, cum pacta & conventiones facti sint & in facto consistant, *l. consilio § fin. ff. Cur. furiosi.* quæ facta non præsumuntur, *l. in bello §. factæ ff de capt. & postlim. revers.*

305 Sed & licet † nemo alteri stipulari vel pacisci possit, attamen quod in feudis sive materia feudali frater fratri stipulari possit, tradit *Bald. l. Salyc. l. fin C. res inter alios act. Bald. c. 1. col. fin. si vasallus feudo pri. Bald. l 1. col. fin C. quando licet ab empt. ced. Dyn. consil. 14. arg. c. 1. §. cum verò Corradus de his qui feud. dare possunt c. 1. §. fin. de success. feud. c. 1. §. 1. de feudo March.*

Similiter & stipulatio vel pactum alteri factum, indistinctè ratum est, & valet, quando vel uterque contrahentium vel unus tantùm ex illis habet merū & mixtum imperium, & sic legis condendæ potestatem, *Bart. l. Cæsar. ff. de publican. Bart. l. si unus. § pactus ne peteret. col. pen. ff de pact. Bart. & Dd. l. civitas ff. si cert. petat. Curt. in tr feud. 2. parte. 2. part. princip. num. 65. Ias. d. l si unus §. ante omnia. num. 6.* eam ob causam, quia pacta, contractus & stipulationes illorum, qui habent merum & mixtum imperium, & sic legis condendæ potestatem, legis vigorem & authoritatem obtinent, *d. l. Cæsar. & ibi Bart. l. penult. & ibi Bart. & Bald. C. de donat inter vir & uxor. Bart & Dd. l. civitas. ff. si cert petat.* & clari juris est, quod lege, consuetudine vel statuto statui & introduci possit, ut quis alteri indistinctè stipulari & pacisci possit, *Roman. & Dd. l. certi condictio. § si nummos arg. ill. text. ff. si cert. pet. Bald. repet. l. de quibus col. 21. ff. de ll. Bald. c. quæ in Ecclesiarum. col. 17. extr. de constitut. Iason. l. stipulatio ista. §. alteri. numer. 2. ff. de verb. oblig.*

Eodem modo quis alteri indistinctè stipulari possit, quando agitur non de jure novo quærendo, sed de jure jam acquisito, retinendo & conservando, *arg. l. emptorem. C. de locat. & conduct. l. usu retinetur servitus. ff. quemad. servit. amitt.*

Ex lapsu quoq; temporis † præsertim im- 306
memorialis præsumitur interesse stipulantis, quodq; propter interesse stipulātis obligatio validè & legitimè contracta fuerit, sicut hoc satis probatur ex eo, quod traditur, ex lapsu temporis immemorialis præsumi solennitates tam extrinsecas, nec non etiam omnia alia ad validitatem actus requisita & necessaria, etiam in iis, quibus de gravi prejudicio alterius agitur, *Ias cons. 140. col. 3. lib. 4.*

Quinimò Dd. magis communiter tradunt, ex lapsu temporis longissimi 30. annorum nempe, solennitates tam extrinsecas quàm intrinsecas omniaque ad actum aliquem requisita vel necessaria, præsumi, etiam in illis, in quibus de gravi prejudicio agitur, *Alex. & Ias. l. qui in aliena. col. 3. ff. de acquir. hered. Alex. cons 179. col. 3. vers. nec obstat longitudo. lib 3 Ias l. sciendum. ff. verb. oblig. Ias. & Dd. l. 1. C. qui admitti Felin. c. illud. nu. 5. extr. de præsumpt. Felin. c. sicut extr. de sent. & re jud. Cravet. in tr. de antiq. temp. part. 3. §. venio nunc ad tertium. nu 6. & 7.* non tantùm contrahentium sed etiam tertii, *Alex. consil. 179. col. 3. lib. 7. Socin cons. 254. col. 2. & cons. 270. col. 3. lib. 2 Corn. cons. 181. col. 6. lib. 2. Curt. senior. cons. 77. col. 2. Dec. cons. 442. col. 5. Ias. cons. 54. col. 5. lib. 1.* item etiamsi de illis solennitatibus sive requisitis in instrumento super isto negocio conscripto nulla penitus fuerit facta mentio, *Felin. c. sicut col. 15. vers. septimo & ultimo extr. de sent. & re judic. Dec. cons. 341. col. 6. & cons. 552. col. 2. Ias. l. sciendum col. 7. vers. quid tenendum.*

Nec obstat, quod facta non præsumantur, namq; hoc non procedit præ existenti causa præsumendi, *Alciat. in tr. de præsumpt. part. 3. n. 7.* & inter cæteras justa causa præsumendi ea, quæ facti sunt, est lapsus temporis, sicut hoc satis probatur ex eo, quod traditur, solennitatē extrinsecam, quæ similiter facti est, & in facto consistit, ex lapsu temporis præsumi.

Mandatū quoq; ex lapsu † temporis præser- 307
rim immemorialis præsumi, tradit *Bal. cons. 337. col fin li. 1. Dec cons 486. col. fin. & cons. 638. col. 2. Ias. l sciendū col. 8 ff. verb. oblig. Ias. l. 1. col. 5. lim. 2. C. qui admitti. P. Cast. cons. 84. circ. fin. lib. 1.*

Et

Et licet in hoc contrarium teneant Dd. citati in decima quarta ratione dubitandi, attamen illorum Dd, opinio, posito, illam veram esse, vel aliquo casu procedere posse, nullo modo procedit, vel quando concurrunt aliqua inditia sive conjecturæ, *Curt. sen. cons. 77. col. pen. vers. tertia concl. Aym. Cra. in tr. de ant. temp. part. 2. §. ex præmissis. nu. 69.* vel quando agitur de favore & commodo allegantis mandatum, *Fr. Aret. cons. 42. col. 2. Aym Cra. d. §. ex præmissis. nu. 70.* vel in tali actu ad quem quis verisimiliter non fuisset accessurus sine mandato, *Socin. cons. 46. col. 2. lib. 3. Dec. cons. 36. col. 5. cons. 42. col. penule. Dec. l. 1. col. 4. C. qui admitti Godzad. cons. 11. col. 4.* vel quando non is cujus nomine vel favore stipulatio facta vel alius actus celebratus est, sed quidam tertius mandatum negat, *Sebast. Vant. in tract. de nullit. rubr. quibus mod. sent. null. defendi possit. num. 92.* ubi ipse pro hac sua sententia citat *glos. Ioann. Andr. Alex. & Godzad.*

Sed in casu præsenti tàm Dominus E. frater Ducis Geldriæ, quàm Dominus G. Baro in B. inter quos ille contractus reciprocus initus fuit, habuerunt merum & mixtum imperium, & sic legis condendæ potestatem, illaque promissio reciproca videtur interposita super materia feudali, super nempe promissione reciproca fidelitatis & juvaminis inter Dominum & vasallum, & respicit utilitatem non tantùm fratris stipulatoris, sed etiam ipsinsmet stipulatoris, atque quoad onus aperiendi & tenendi apertum, agitur non de jure novo quærendo, sed de jure quæsito conservando, nec Dux Geldriæ negat, suo mandato illam stipulationem interpositam, & quod illa stipulatio à Domino E. ex mandato fratris sui Ducis Geldriæ interposita fuerit, commodum & favorem Comitis, à D. pro quo hoc allegatur, respicit, & non est verisimile, Dominum E. absque mandato fratris sui, illam stipulationem interposuisse, illaque verisimilitudo ultra cursum temporis immemorialis etiam aliis conjecturis sive inditiis adjuvatur.

Et sic tam interesse stipulantis, quàm mandatum illius, cujus favorem illa stipulatio respicit, nec non omnia requisita & necessaria ad robur & validitatem stipulationis reciprocæ in casu præsenti intervenisse præsumuntur.

Igitur sequitur, præallegatam regulam, quod nemo alteri stipulari possit, in casu præsenti locum non habere.

Deinde quoq; lapsus illius temporis, † 308 cujus in contrarium memoria non extat, est modus inducendi obligationem, *l. hoc jure. §. ductus aquæ. ff. de aq. quot. & æst. l. 1. in fin. ff. de aq. plu. arc. Bare. l. cum de in re verso. nu. 2. ff. de usur. Ant. de Butr. c. pervenit. extr. de censib.*

Similiter & lapsus illius temporis, cujus in contrarium memoria non extat, est modus & confirmandi ea, quæ ab initio non subsistunt, *Dec. l. quod in initio. n. 8. ff. regul. jur.* & probandi actum ab initio utiliter gestu, *Alex. cons. 6. in pr. lib. 1. Dec. d. l. quod in initio. n. 8.*

Multi quoque casus reperiuntur, in quibus actus sive titulus invalidus per lapsum temporis confirmatur, *l. si post mortem. ff. de adopt. P. Castr. cons. 313. col. 1. lib. 1. Phil. Franc. c. non firmatur. nu. 2. de regul. jur. lib. 6. Cravet. in tr. de antiquit. temp. part. 3. §. vidimus in genere. nu. 28.*

Et hoc generaliter quidem verum est, potissimùm verò procedit in iis, quæ non sunt nulla ipso jure, sed saltem aliquo respectu valent, illa enim facilius per lapsum temporis confirmantur, *Innoc. c. cum consuetudinis extr. de consuet. P. Castr. l. per fundum. ff. de servit. rust. prædior Anch. cons. 121. in fin Dec. d. l. quod in initio. num. 9.* prout stipulatio alteri facta secundum communem & receptam Dd. sententiam non est penitus & funditùs nulla, sed producit naturalem obligationem, nec non etiam effectus aliquos ex ea resultantes, *gl. l. stipulatio ista. §. alteri & ibi B. & Dd. & Iaf num. 20. ff. de verbor. oblig. Bare. l. cum lex ff. de fidejuss. Bart. l. si quis pro eo in pr. membro. 6. ff. eod. tit.*

Eodem modo & illa regula, quod † ex 309 lapsu temporis non præsumatur substantia actus, non habet locum in lapsu illius temporis, cujus in contrarium memoria non extat, *d. l. hoc jure. §. ductus aquæ ff. de aqua quotid. & æst,* cum similib. atem & quando præsumptiones aliquæ sive conjecturæ concurrunt, *Curt. sen. cons. 77. col. pen. vers. tertia conclusio, Aym. Cra. tract. de antiquit. temp. part. 2. §. ex præmissis. nu. 69. & part. 3. §. venio. num. ad 3. num. 24.*

Cum itaque in casu præsenti ultra lapsum temporis longissimi & immemorialis Comes a D. pro se produxerit prædictas literas & sigillo authentico Domini E. & testium Baronum & Comitum subscriptionibus roboratas, dubio omni caret, prædictas tres regulas in casu præsenti locum non habere, nec Comiti in D. quicquam obstare,

Præ-

Præterea negatur, illam promissionem Baronis G. de qua fit mentio in literis sigillatis sigillo authentico Domini E. esse factam gratuito & ex mero favore, Et posito, illam promissionem ex mero favore fa-
310 ctam, Attamen clari juris est, † quòd promissiones etiam gratuito & ex mero favore factæ, obligationem efficacem inducant, *l.in commodato. §. sicut. ff. commodati. l. sicut. C. de act. & oblig. l. si quis argentum. §. fin C. de donat.*

Nec obstant ea, quæ in rationibus dubitandi adducta sunt, Namque illa procedunt tantùm in præstatione facta gratuito & informiter, nec ullo modo locum habent in promissione facta gratis, vel etiam in præstatione facta formiter & ex caussa, ex illis enim obligatio efficax oritur, prout primum probatur per jura superiùs allegata, secundum tradit *Bart. d. l. cùm de jure. vers. num. 14. ff. de usuris.*

Legibus etiam expressè cautum est, &
311 à Dd. communiter tenetur, † promissionem factam Duci vel Principi, indistinctè transire ad successores in Ducatu vel Principatu eo casu, quando illud negotium, super quo ista promissio interposita fuit, ipsum Ducatum sive Principatum respicit, etiamsi illa promissio fuerit facta non expresso nomine dignitatis, *Abb. c. dilecti. arg. illius text. extr de for. compet. Dominic. c si gratiose. col. 2. vers. quid si appellavit de rescript. lib. 6. Dominic. consf. 64. col. 2. Bart. l. terminatus. C. de fruct. & lit. expens. Bald. l. si servus communis. col. 1. ff. de stipul. servor. Abb. c. 1. extr. quòd met causs. Abb. consf. 93. lib. 2. Abb. c. quoniam Abbas, & ibi Dec. num. 3. extr. de offic. delegati.*

Sed certum est, & ex copia producta liquet, promissionem factam a Barone G. Domino E. ejusque fratri Duci Geldriæ respicere ipsam dignitatem nempe Ducatum Geldriæ & Comitatum Zutphaniæ. Namque in illis literis narratur, quòd Baro G. promiserit & Duci Geldriæ & fratri ipsius & etiam Territoriis & Ducatibus ipsorum opem & auxilium præstare, & insuper, quòd Castrum in B. debeat manere, esse obligatum ad onus apertionis, & Duci Geldriæ & successoribus suis in Ducatu.

Igitur sequitur, obligationem descendentem ex prædicta promissione non esse extinctam per hoc, quòd tota posteritas illorum Ducum Geldriæ, quibus ista promissio facta fuit, defecit, potissimùm cùm in istis literis non tantùm fiat mentio nominis proprii, sed etiam nominis appellativi.

Depositio testis sub litera MM. nullam penitùs fidem vel probationem facit, prout hoc superius docuimus. Et insuper legibus cautum est, quòd † in antiquis plus adhibeatur fidei instrumentis quam testibus, 312
gloss. fin. c. tertio loco. & ibi Felin. num. 8. extr. de probat. Roland. à Vall. consf. 2. num. 59.

Ad decimam quintam rationem dubitandi respondeo, Licet † verbo manendi 313
sive remanendi interdum utamur in his, in quibus agitur de nova acquisitione, Attamen secundum propriam & genuinam vocabuli significationem illa verba denotare non novi juris acquisitionem, sed juris veteris & jam acquisiti conservationem.

Et clari juris est, quòd † in omnibus 314
dispositionibus verba propria accipienda sint, quodque à proprietate verborum nunquam discedi debeat, *Azo in summ. C. ne fidejuss. dot. dentur. Alber. de Rosat. l. 1. ff. si cert. pet. Socin regul. 441. argum. l. 1. §. si is qui navem. ff. de exercit. act. l. non aliter in princip. ff. de legat. 3.*

Et illa verba, quòd Baro G. promiserit, quòd Castrum in Brunckhorst debeat remanere obnoxium Duci Geldriæ ejusque successoribus oneri aperturæ, non sunt verba enunciativa, sed sunt verba assertiva, illæque literæ non tantùm sigillo authentico Domini E. sed & subscriptionibus testium roboratæ sunt.

Et clari juris est, † quòd literis sigillatis 315
sigillo authentico & subscriptis à testibus quoad narrata & asserta in illis plena fides adhibenda sit, præsertim si illæ literæ sint antiquæ.

Illudq; quod in ratione decima quinta dubitandi adductum fuit, † verba enuncia- 316
tiva non facere fidem, quando de enunciato principaliter disputatur, habet tantùm locum in factis recentibus, in quibus terminis loquuntur Dd. ibidem citati. Secus autem est in antiquis, in illis enim verba enunciativa plenam fidem faciunt, etiamsi de enunciato principaliter disputetur, prout hoc ita tradit & declarat *Aym. Cravett. de antiquitat. temporis. part. 1. §. ampliatur num. 3.*

Nec est verum, quòd in hoc casu status præsens Baroniæ controversæ contradicat illi probationi, quæ ex isto instrumento sive literis sumitur.

Et sic sequitur, quòd non obstantibus illis, quæ in decima quinta ratione dubitandi allegata fuére, per literas sigillatas sigillo Domini E. satis probetur, quòd Castrum in in Brunckhorst etiam ante illas literas conscriptas, oneri der Oeffnung/ obnoxium fuerit.

Ad decimam sextam rationem dubitandi ego respondeo, per literas Domini E. satis sufficienterque probari, quòd etiam ante illas literas conscriptas Ducibus Geldriæ onus der Oeffnung / in castro Brunckhorst / legitimè constitutum fuerit, & sic quod ulteriùs traditio vel quasi necessaria non fuerit.

Ex lapsu quoque temporis, præsertim immemorialis omnia in actu aliquo necessaria intervenisse præsumuntur.

317 Et multi Dd. tradunt, quòd ex † contractibus Principum, Comitum, Baronum reliquorumque merum & mixtum Imperium & sic legis condendæ potestatem habentium, dominium rei vel juris transferatur etiam non interveniente traditiòne vel quasi, *Ioann. Andr. c. olim extr. de verb. significat. Isern. c. 2. & ibi Bald. col. final. de nova forma fidelitat. Andr. de Isern. & Bald. c. 1. quid sit investitur. Alex. cons. 187. col. final. lib 2. Ias. l. civitas. col. 3. ff si cert. pet. Ruin. cons. 32. num. 4. & cons. 40. num. 13. lib. 1.* cum multis similibus allegatis per *Tiraquell. in tractat. de nobilitat. cap. 37. num. 57.*

Quod potissimùm procedit in rebus incorporalibus sive in juribus, in illis enim dominium rei sive juris absque traditione vel quasi faciliùs transfertur, quam in rebus corporalibus, *Tiraquell. in tractat. le mort. 7. declarat. 4. part. num. 2. & in tractat. de constitut. possessor. part. 2. ampliat 32. num. 13*

318 Ad decimam septimam rationem dubitandi ego respondeo, vasallum † contra obligationem ad servitia libertatem non præscribere, etiamsi ipse per centum vel mille annos domino servitium non præstiterit, nisi probetur atque fides fiat, quòd Dominus feudi hisce servitiis opus habuerit, & vasallus requisitus Domino illa servitia præstare recusaverit, vel Dominum, cùm alios vasallos interpellaret atque requireret, hunc non interpellasse, *Bald. Alvarott. Præpos. & Matth. de Afflict. c. 1. §. licet si de feud. defunct. cont. Præpos. c. 1. in princ. de nova form. fidel. Iacob. de S. Georg. in tractat. de feudis. num. 44. Ioann. Andr. in addit. ad Specul. rubr. de feudis. Abb. c. ad audientiam. num. 17. & ibi Felin. num. 21. extr. de præscript. Bald. l. hæc autem. arg. illius text. ff. servit. urb. prædior. Felin. c. cùm accessissent. num. 26. extr. de constit. Ias. l. fin. num. 55. ff. de constit. Princip.*

Præterea clari juris est, quòd † is qui est 319
in mala fide, qui videlicet habet scientiam rei vel juris alieni, se nullius temporis præscriptione tueri vel juvare possit, *c. fin. extr. de præscript. c. possessor. & ibi Ioann. Andr. Dyn. & Dd. de reg. jur. lib. 6.*

Quod procedit etiam † in præscriptione 320
illius temporis, cujus in contrarium memoria non extat, *gloss. c. 1. vers. nisi, & ibi Philip. Franc. de præscript. lib. 6. Angel. §. furtivæ. Instit. de usufruct. Bertachin. suo repert. verb. præscriptio quomodo causatur. versic. fin. Orland. de Curte inter cons. Calcan. cons. 6. col. penult. Bartholom. de Vulpis inter cons. Calcan. cons. 53. col 3. Ias. cons. 24. col. penult. lib. 3. Alexandrin. cons. 13. col. 4. in fin. Matth de Afflict decis. Neapol. 368. Franc. Bald. in tractat. de præscript. 2. part. 3. part. princip. quæst. 6. num. 20. Aym. Cravett. cons. 146. in fin. lib. 1. Aym. Cravett. in tractat. de antiquit. tempor. 4. parte. §. materia ista num. 19. Capitius decis. 4. Cardin. Paris. consil 26. num. 31. cons. 161. num. 113 lib. 1. & consil. 66. num. 128. lib. 3. Covarr. repet c. possessor. part. 2. §. 8. num. 4. de regul. jur. lib. 6.*

Et habet locum in actionibus tàm realibus quam personalibus, *gloss. Innoc. Anton. de Butr. Abb. Felin. & Dd. c. fin. extr. de præscript. Alex. cons. 85. col. antepen. lib. 2. cons 33. lib. 3 cons. 67. & cons. 99. lib. 4. Cardin Paris. cons. 92. num. 28. lib. 3.* cum multis similibus allegatis per *Francisc. Balb. in tractat. de præscript. 2. part. 3. part. princip. quæst. 13.*

Item non tantùm in bonis allodialibus, verùm etiam in bonis feudalibus, *Bald. & Præpos. c. 1. §. si quis per 30. & ibi Matth. de Afflict. 1. notab. num. 6. si de feud. defunct. cont. Abb. c. ad audientiam. num. 17. & ibi Felin. num. 19. extr. de præscript. Francisc. Balb. in tractat. de præscript. 4. part. 4. part. princip. 12. quæst. princip. quæst. 1. & 6. Aym. Cravett in tractat. de antiquitat. temp 4 parte. §. absolutis. num. 30. & §. materia ista. num. 28. & 29. Dec. cons. 144. num. 4.*

Deinde hoc procedit non tantùm in foro canonico, sed etiam in foro † civili, & 321
jura civilia quatenus permittunt, præscriptionem cum mala fide per jus canonicum etiam in foro civili sublata sunt, secundum communem & receptam Dd. sententiam,

gloss.

gloss. Ioann. Andr. & Dd. c. possessor. de reg. juris, lib. 6. Hostiens. in summa in tractat. de praescript. rerum mobilium. Abb. Innocent. Felin. & Dd. c. fin. extr. de praescript. Bart. l. privilegia. C. de sacrosanct. Ecclesi. Bald. & Angel. l. super longi. C. de praescript. longi temporis. Frant. Balb. in tractat. de praescript. 2. part. 3. part. princip. quaest. 7. num. 4. Roman. cons. 275. in fin. Alex. cons. 185. lib. 2. Det. cons. 144. num. 4. Calcan. cons. 74. Aym. Cravett. cons. 14. lib. 1. Aym. Cravett. in tractat. de antiq. temp. 4. part. §. materia ista. num. 10. Cardin. Paris. cons. 92. num. 30. lib. 3.

322 Et mala fides defuncti † nocet haeredi, etiamsi ipse in bona fide sit, *l. cùm haeres. ff. de divers. & tempor. praescript. l. eum qui. §. in hac actione. & ibi gloss. ff. public. in rem act. gloss. l. si ego. §. pactus. ff. eod. tit. gloss. l. 2. & ibi Bart. ff. de usucap. pro haerede.* Item, etiamsi ipse non velit uti accessione praedecessoris, sed praescriptionem a se incipere, *gloss. l. vitia. C. at quir. possess. gloss. l. 2. & ibi Bart. C. de usucap. pro haered. gloss. l. fin. C. commun. de usucap. gloss. l. Pomponius. §. cùm quis. & ibi Bart. & Dd. & Ias. num. 20. ff. de acquir. possess. Franc. Balb. in tract. de praescript. 2. part. 3. part. princ. quaest. 12 num. 12.*

323 Non tantùm secundum juris civilis, verùm etiam secundum † juris canonici dispositionem & aequitatem, secundum communem & receptam Dd. sententiam, *Anton. de Butr. Imol. Abb. & Felin. c. si diligenti, extr. de praescript. Ioann. Andr. in addit. ad Specul. tit. de praescript. §. ultimo in addit. magna. Bart. l. Celsus. ff. de usucap. Bald. Auth. ad haec. col. 6. C. de usuris. Ang. l. eum qui. §. in hac. ff. de public. in rem act. Abb. c. 2. extr. de praescript. Imol. c. fin. extr. eod. tit. Raph. Cuman. Ludovic. Roman. Paul. Castrens. Alex. Vincent. Herculan. Ias. Ioann. Crotus & Dd. l. Pomponius. §. cùm quis. ff. de acquirend. possess. Francisc. Bald. in tractat. de praescript. 2. part. 3. part. princip. quaest. 12. num. 12. Alex. cons. 4. num. 21. cons. 63. num. 11. lib. 4. & cons. 51. num. 7. lib. 5.* in quibus locis Dd. attestantur, hanc opinionem communem esse.

324 Et hoc procedit non tantùm in haerede primo & immediato, sed etiam in † omnibus haeredibus in infinitum usque, tum, quia appellatione haeredis non tantùm primus haeres, sed omnes omninò haeredes in infinitum usque comprehenduntur, *l. haeredis appellatione. & l. sciendum. ff. de verb. significat. l. qui per successionem. ff. de reg. juris.* Et quidem secundum propriam significationem vocabuli, *gloss. l. haeredis appellatione. ff. de verb. significat. Bal. l. fin. quaest. 21. C. de haered. instit. Paul. Castrens. cons. 45. in fin. lib. 2. Ias. l. si quis filium. §. fin. col. 1. ff. de acquir. haered. Ias. l. filiusfamilias. §. divi. lectur. 1. col. penult. & lectur. 2. col. antepenult. ff. de legat. 1.* Etiam in iis, quae sunt stricti juris, & strictè intelligenda, *Bart. l. si stipulatus fuerim per te non fieri. ff. de verb. obligat. Francisc. Aretin. l. paterfamilias. in fin. ff. de vulgarib. & pupill. arg. l. stipulatio ista. §. 1. ff. de verb. obligat.*

Tum, quia in omnibus negociis praecipuè initium attendendum, & secundum illud de tota re sive de toto negotio omnibusque sequelis illius censura facienda est, *l. Pomponius scribit in negocijs. ff. de neget. gest. l. 3. §. scio. ff. de minor. l. 1. §. si Servius. ff. depositi. l. si procurator in princ. ff. mandat. l. in ratione. §. si filio. ff. ad leg. Falcid. l. qui tùm major. §. 1. ff. de bonis libert. l. sequitur. §. de illo. l. si hominem. & l. justo. §. & si possessionis. ff. de usucap. l. cùm possidere in princ. & ibi Ias. ff. de acquirend. possess.* & à primordio tituli posterior formatur eventus, *l. 1. C. de imponend. lucrat. descript.*

Tum, quia in praescriptionibus requirentibus bonam fidem, semper ad initium sive exordium recurrendum est, *l. cùm haeres. ff. de divers. & temporal. descript.*

Cùm itaque illa obligatio sive promissio reciproca, de qua fit mentio in literis sigillatis sigillo authentico Ducis E. fuerit facta & contracta inter dictum Dominum E. & Dominum G. Baronem in B. sequitur, neque Dominum G. neque successores ipsius, qui ipsi simul & in haereditate & Baronia successerunt, se contra obligationem ex illis literis descendentem nullius temporis praescriptione tueri vel juvare posse, Et hoc propter malam fidem dicti Domini G. scientiam nempe obligationis.

Ad decimam octavam rationem dubitandi respondeo, Licet † qualitates sive accidentia non mutent substantiam, attamen ex qualitatibus sive accidentibus, item ex notis sive signis saepè sumi conjecturam, quid de substantia statuendum sit, item, utrum res sit feudalis an verò allodialis, prout hoc ex suprà dictis liquet, & inter caeteras qualitates ex eo, quod alicui competit jus & facultas castrum aliquod ingrediendi, custodes & praesidia suo arbitrio imponendi, quod propriè sub onere der Oeffnung continetur, colligitur, illud 325

castrum vel jure pleni dominii vel saltem quoad directum dominium ad eum, cui hoc jus competit, spectare, *arg. l. si ita legatus. §. dominus. ff. de usu & habit.* illaque conjectura in casu præsenti multis aliis conjecturis atque præsumptionibus adjuvatur.

326 Et cùm † legum præsumptiones sint liquidissimæ probationes, & faciant quamlibet rem manifestam & liquidam, *l. licet Imperator. & ibi Ias. ff. de legat. 1. c. cùm dilecti. & ibi Panormitan. extr. de donat. gloss. l. si tutor petitus. C. de periculo tut. Alciat. in tractat. de præsumpt. part. 3. Hippol. de Marsil. singul. 451. Alex. & Ias. l. 1. C. de testament. milit.*

Et plures præsumptiones simul junctæ plenam probationem faciant, sicut hoc superiùs docuimus, dici non potest in casu præsenti hoc, quòd Baronia controversa feudalis sit, illiquidum vel obscurum esse, eamque ob caussam regulam, quòd in obscuris semper id, quod minimum est, inspiciendum sit, in casu præsenti locum non habere.

327 Præterea in omnibus † actibus omnibusque negotiis, ea interpretatio accipienda est, per quam utrique parti consulitur, *Paul. Castrens. Roman. & Alex. l. 1. arg. ill. text. & ibi Ias. num. 16. ff. si quis cautionib. Bald. consil. 48. incip. ista quæstio in fin. lib. 4. Dec. consil. 162. Cravett. cons. 20. num. 12. & cons. 91. num. 11. lib. 1. Cardin. Paris. cons. 74. num. 80. lib. 3. & cons. 53. num. & cons. 58. num. 9. & 49. lib. 4. Ioann. Cephal. cons. 28. nu. 52.* & ut utriusque partis sit æqualis conditio, *Aym. Cravett. cons. 70. num. 1. lib. 1. Neviz. cons. 38. nu. 11. facit id quod tradit Dec. cons. 308. col. 2. Aym. Cravett. cons. 145. num. 13. & cons. 195. num. 5. lib. 1. Ioann. Cephal. cons. 28.*

Etiamsi necesse sit, verba universalia & generalia contra significationem propriam restringere, *Franc. Aretin. cons. 6. col. 5. & cons. 153. col. 3. Socin. cons. 98. col. 3. lib. 1. Cravett. cons. 70. num. 23. lib. 1.*

Sed capiendo hanc interpretationem, quòd Baronia controversa sit feudalis, & sic, quòd utile dominium illius Baroniæ ad Barones in B. directum verò dominium ad Duces Geldriæ pertineat, utrique parti nempe & Baronibus in B. & Ducibus Geldriæ consulitur, & inter utrosque æqualitas servatur.

Igitur sequitur, hanc interpretationem omninò capiendam esse, etiam posito, sed tamen non concesso, in casu præsenti aliquid obscuritatis dubii vel illiquidi subesse.

Imò illa regula, quòd in obscuris id, quod minimum est, inspiciendum sit, optimo jure retorqueri possit contra Comitissam à L. & ita accommodari cum hoc, ut Baronia controversa feudalis reputetur cum minori præjudicio, & Ducum & Ducatus Geldriæ conjunctum sit, potiùs præsumendam Baroniam controversam feudalem quàm allodialem esse.

Ad decimam nonam rationem dubitandi respondeo, † Consuetudinibus feudalibus expresè cautum esse, quòd à successione feudi non tantùm proprii, verùm etiam improprii, extranei hæredes, qui non descendunt à primo acquirente, repellantur. 328

Illæque consuetudines feudales non sunt juris communis correctoriæ, sed in omnibus & per omnia juri communi conveniunt, cùm omnia feuda tàm propria quàm impropria regulariter tantùm acquirantur pro ipso acquirente & descendentibus ejus, & jure communi expresè cautum sit, quòd ad successionem earum rerum, quas quis acquisivit pro se & descendentibus suis, extranei hæredes nunquam admittantur.

Et sic liquet, ea quæ in decima nona ratione dubitandi dicta sunt, Comiti in D. non refragari.

Ad vigesimam rationem dubitandi respondeo, ex literis sigillatis sigillo authentico Ducis E. nec non etiam ex multis aliis conjecturis & præsumptionibus, de quibus supra mentionem fecimus, colligi & probari, Baroniam controversam feudalem, & Barones à B. ratione illius Baroniæ Ducibus Geldriæ obligatos esse & ad fidelitatem & ad servitia.

Et insuper secundum communem & receptam Dd. sententiam † Baroniæ æquiparantur feudis quoad successionem, quò videlicet ad hoc, ne Baroniæ ad extraneos, ad illos videlicet, qui à primo acquirente originem non trahunt, transmitti possint. 329

Et clari juris est, † quoad hoc, ut argumentum à simili procedat, sufficiat, similitudinem esse in illis, de quibus agitur, licet in reliquis sit dissimilitudo, *Abb. c. translato. extr. de constit. Abb. c. quemadmodù. arg. ill. text. extr. de jurejur. Abb. c. constitutus notab. 3. arg. ill. text.* 330

text. extr. de appell. Abb. c. cùm dilecta. argum. illius textus, extr. de confirm. util. vel inutil. Anton. de Butr. c. non debet, extr. de consang. & affinitat. Ias. l. creditori. num. 8. ff. de operis novi nunc.

Ad vigesimam primam rationem dubitandi respondeo, Baroniam controversam non esse feudum Francum, cùm Barones a B. ratione illius Baroniæ Ducibus Geldriæ ad servitia obligati sint, sicut hoc probatur per literas sigillatas sigillo authentico Domini E. fratris Ducis Geldriæ.

Præterea verior est illorum Dd. sen-
331 tentia, † qui volunt, vasallo non permitti de feudo Franco inter vivos vel in ultima voluntate absque consensu Domini feudi quid disponere, prout hoc tradit *Andr. de Isern. c. 1. col. fin. quibus causs. feud. amitt. Bald. in prælud. feud. num. 53. Alex. cons. 30. num 20. lib. 1. Dec. cons. 185. num. 5. Zas. in tractat. feud. part. ultim. num. 37.*

Igitur sequitur, quòd illatio ex eo facta, ut videlicet tale feudum ad hæredes extraneos transeat, similiter corruat cum sublato fundamento, & omne super eo extructum, corruat. *c. cum Paulus. 1. quæst. 1. l. egit in princip. ff. de except. rei judic.*

332 Et licet † *Bald. & Dd.* citati in vigesima prima ratione dubitandi velint, feudum Francum in monasterium transire, si vasallus monachus factus fuerit, vel monasticum habitum assumpserit, Attamen contraria sententia verior esse videtur, cùm feudum etiam Francum non transeat ad hæredes extraneos, sed maneat tantùm apud hæredes sanguinis, secundum communem & receptam Dd. sententiam, & ea quæ ad hæredes sanguinis tantùm transeunt, nunquam applicantur monasterio, prout hoc expresse & in specie tradit *Bald. l. Deo nobis. §. hoc etiam. num. 2. C. de Episcop. & Cleric.*

Et posito, contrariam sententiam veram esse. Attamen ex eo inferri non posse, feudum Francum similiter ad quoslibet hæredes extraneos transire.

Tum, quia monasterium habetur loco filii, *§. sed hoc præsenti Auth. de sanctissim. Episcop. c. in præsentia extr. de probat.*

Tum, quia monasterium transit tantùm illud jus, quod ingrediens in feudo Franco pro tempore vitæ suæ habet.

Illaque opinio contraria nullo modo habet locum in Regnis, Ducatibus & Baroniis, illa enim nunquam transeunt neque monasterium neque ad hæredes extraneos, etiamsi illa mera allodialia sint, prout hoc tradit *Bald. d. §. hoc etiam. num. 2.* & referunt atque sequuntur Dd. communiter in locis citatis superiùs in rationibus decidendi.

Ad vigesimam secundam rationem dubitandi ego respondeo, Licet † a succes- 333
sione feudi fœminæ repellantur, consuetudinem tamen contrariam valere, illamque consuetudinem in Ducatu Geldriæ & Comitatu Zutphaniæ vigere, utraque pars confitetur.

Ad vigesimam tertiam rationem dubitandi respondeo, Veriorem esse illorum Doctorum sententiam, qui volunt, † Ba- 334
roniam esse dignitatem & quidem maximam & regalem, prout hoc latè docuimus in sexta ratione decidendi.

Nec obstat, quod *Bald. in c. uno delegatorum. num. 6. extr. de offic. delegat.* velit, Baroniam non esse dignitatem regalem, namque contrarium expresse tenet is, idem *Bald. in c. innotuit. num. 18. extr. de elect.*

Et illam contrariam sententiam ultra *Baldum* amplectitur etiam *Frideric. Schenck* in loco citato in sexta ratione decidendi.

Illaque contraria sententia melioribus & firmioribus rationibus nititur, ideoque omninò est sequenda, *arg. l. 1. §. sed neq. C. de veteri jure enucl. l. Æmilius. ff. de minor. c. Capellanus, extr. de feriis. Ias. l. cum Prælatis. ff. de re judic. Ias. Auth. novissima. num. 22. C. de inoffic. testament.*

Similiter non obstat, quòd Baroniæ non æquiparentur Comitatibus, namque quòd Baroniæ † in Germania secundum genera- 335
lem consuetudinem in tota Germania receptam Comitatibus æquiparentur, expresse attestatur *Zasius & Fridericus Schenck* in locis allegatis in sexta ratione decidendi.

Quibus † duobus, utpute Dd. illustri- 336
bus & facilè præcipuis Germaniæ tàm scientia juris quam usu practicæ excellentibus, quorum unus multos annos officio Assessoris in Camera imperiali functus, alter verò cum summa laude multos annos leges civiles publicè docuit, multasque præclaras lecturus, tractatus & consilia edidit, de illa consuetudine attestantibus, plena fides adhiberi debet, prout hoc tradunt

Doctores communiter in sexta ratione decidendi.

Nec obstat, quòd Dd. citati in vigesima tertia ratione dubitandi velint, consuetudinem non probari per hoc, quod unus vel duo Dd. attestantur, aliquid consuetudine receptum esse. Namque contraria sententia est communis, ideoque illa & in judicando & in consulendo sequenda.

Et posito, sed tamen non concesso, illorum opinionem qui volunt, Baronias non æquiparari Comitatibus, & de jure veram esse, & consuetudinem contrariam in Germania non extare, Attamen ex hoc inferri non posset, Baroniam non esse regalem dignitatem, cùm & Comites non æquiparentur Ducibus, & Duces non æquiparentur Regibus, sed Rex Duce, Dux verò Comite dignitate superior sit, & tamen constat, tam Duces quàm Comites perinde ut Reges regalem dignitatem obtinere, sed illorum opinio ita accipienda esset, quòd Barones non æquiparentur Comitibus in specie aut in individuo, prout Comes Duci & Dux Regi in specie sive in individuo non æquiparatur, atque etiam homo & equus in specie non æquiparantur, sed quòd æquiparentur in genere, ut videlicet Baronia perinde ut Comitatus regalis dignitas sit, licet Comitatus Baronia quoad dignitatem superior sit, sicut etiam Comitatus, Ducatus & Regnum in genere æquiparantur, cùm omnes sint regales dignitates, licet illa specie differant, & una dignitas alia major sit, sicut etiam homo & æquus idem genus habent, licet specie diversi sint.

Præterea quoad jus succedendi, quoad hoc videlicet, ne extranei hæredes, qui a primo acquirente originem trahunt, ad successionem non admittantur, Baroniæ æquiparantur Regnis, Ducatibus & Comitatibus, secundum communem & receptam Dd. sententiam, prout hoc latè docuimus in secunda ratione decidendi.

337 Et clari juris est, † quod ad hoc, quòd argumentum à simili locum habere possit, sufficiat, aliqua convenite & similitudinem habere [illegible] illo negotio, de quo agitur, licet in cæteris dissimilitudo sit, *Iaf. l. creditori. ff. de operis nov. nunc.*

Deinde non obstat, quòd illa tantùm

338 dicantur feuda regalia, † quando quis de bonis habentibus regalem dignitatem annexam, sive de regali dignitate est investitus ab Impetatore Romano vel alio Rege aut Principe superiorem non recognoscente.

Namque respondeo, quòd investiti de Comitatu vel Baronia, etiam a recognoscente, superiorem regalem dignitatem indistinctè habere censeantur eo casu, quando illæ Baroniæ vel Comitatus sunt antiquæ sive ab antiquo & ultra hominum memoriam pro Baroniis & Comitatibus reputati, prout hoc tradit *Henning. Gödtn. in consi. 2. num. 6. versic. alij autem dicunt ipsos de jurudict.*

Tum, quia omnes dignitates principaliter fluunt ab Imperatore tanquam a fonte, *c.1. in princ. qui feud. dare possunt.*

Tum, quia antiquitas sive cursus illius temporis, cujus in contrarium memoria non extat, habet vim privilegii, omniaque illa potest, quæ Imperatori cum caussa facere permittuntur, sicut huc superiùs docuimus.

Posteriore quoque consuetudine antiquos mores abrogante, receptum est, ut Barones etiam investiti a recognoscente superiorem regalem dignitatem habere censeantur, præsertim si illi Barones eodem jure & præeminentia, quo Imperii Barones semper usi fuêre, prout hoc tradit *Frideric. Schenck. c. 1. quis dicatur Dux*, cui attestanti de consuetudine plena fides adhibenda est, per jura superiùs allegata.

Illamque consuetudinem valere & ratam esse, dubio omni caret, cùm consuetudo qualibet juri civili derogans rata sit, *l. de quibus. ff. de ll.* atque per consuetudinem & ex ignobili nobilis effici, *Bart. l. 1. col. 7. & ibi Ioann. de Plat. col. 2. C. de dignit. lib. 10. Bald. conf. 387. col. 2. lib. 1. Paul. Castrens. consil. 125. dub. 4 lib. 2. Cæpoll in tractat. de Imptrat. milit. delig. in matrim. nobilitat. oppon. n. Ioan. de Imol. c. de mult. in fine. extr. de præbend. Iacob. de Zochis c. per venerabilem, versic. videbatur. quæst. 3. & ibi Card. Alex. §. fin. charta antepen. extr. qui filij sint legit. Socin. conf. 146. col. 1. lib. 2. Dec. c. novit. notab. extr. de judic.* Et dignitas nova creari, *Innoc. Hostiens. Ioan. Andr. Imol. & Panorm. c. de multa extr. de præbend. Archid. c. 1. de consuetud. lib. 6. Dominic. conf. 130. arg. l. fin. §. 1. ff. de muner. & honor.* Et ex minori dignitate major effici potest, *Bald. conf. 387. lib. 1. argum. l. Athletas. §. 1. ff. de his qui not. infam.*

Et in illis locis Dd. attestantur, idem juris esse in communi hominum existimatione sive reputatione.

Cum

Cùm itaque Baronia in B. sit Baronia non tantùm antiqua, verùm etiam antiquissima, & Barones in B. semper eodem jure & præeminentia quo imperii Barones usi & communi omnium hominum opinione ejusdem dignitatis quo Barones imperii reputati fuêre, sequitur absque omni dubio, Baroniam in B. regalem dignitatem censendam, etiamsi illa recognosceretur à Principe superiorem agnoscente.

Et posito, sed tamen non concesso, Baroniam controversam non habere regalem dignitatem annexam, censeudum attamen nihilominus ad successionem illius Baroniæ, hæredes extranei non descendentes à primo acquirente non admitterentur, namque Dd. citati in rationibus decidendi, communiter concludunt, quoad ad successionem Baroniæ tàm feudalis quam allodialis hæredes extranei non admittantur, sed quod illæ tantùm transeant ad hæredes sanguinis a primo nempe acquirente, descendentes nec distingunt, utrum quis illas Baronias recognoscat ab Imperatore vel Rege superiorê non agnoscente, an verò à Principibus inferioribus, & sic illi Dd. generaliter loquentes expresse volunt, etiam ad successionem illarum Baroniarum quæ a Principibus inferioribus recognoscuntur, non admitti hæredes extraneos à primo acquirente originem non trahentes. Cum sit clari & indubitati juris, ꝙ dispositio generaliter & indistinctè loquens, generaliter & indistinctè accipienda sit, ita ut omnes omninò casus, qui sub illa generalitate includi possunt, comprehendat, *l. 1. ff. & ergo. ff. de his quæ in fraud. credit. cum simil.* etiamsi major ratio sit in uno quàm in alio, *l. 1. ff. quod autem ff. de aleat. & lusu aleæ*, usque adeo ut perinde operetur generalis decisio quoad casus speciales sub illa generalitate comprehensos, quantum operatur specialis, quoad speciem in illa expressam, *l. Gallus. ff. instituens. & ibi Bald. & Alex. uterq. notab. 2. ff. de liber. & posthum. l. si duo. & ibi Bart. ff. administr. tutel. l. si Chorus. ff. de legat. 3. l. omnes & ibi Bald. & Ang. C. de quadr. præscript.*

339 Ad vigesimam quartam † rationem dubirandi ego respondeo, Dd. communiter tenere, quod & in Baroniis & in omnibus aliis bonis tàm allodialibus quàm feudalibus habentibus annexam dignitatem, jus primogenituræ locum habeat, prout hoc in sexta ratione decidendi latè docuimus, Ideoque nihil curandum esse, quod quatuor Dd. citati in vigesima quarta ratione dubitandi, nulla firma ratione ducti, contrarium tenent, cum in omnibus negociis communi & receptæ Dd. opinioni inhærendum, neque quicquam curandum sit, quod aliqui numero pauciores contrarium teneant per jura vulgaria superiùs allegata.

Nec obstat, quod † regulariter jus primogenituræ non habeat locum in ullis omninò bonis tàm feudalibus quàm allodialibus, etiamsi illa habeant annexam jurisdictionem, merum vel mixtum imperium, sed illa æqualiter ad omnes successores transeant, namque hoc fallit in Baroniis reliquisque bonis tam feudalibus quam allodialibus habentibus annexam dignitatem secularem, in illis enim & jus primogenituræ locum habet, & ad illorum successionem nulli alii admittuntur, nisi qui a primo acquirente originem trahunt, prout hoc in sexta ratione decidendi comprobavimus. 340

Similiter non obstar, quod speciale sit in regnis, quod in illis habeat locum jus primogenituræ, namque contraria sententia, quod jus primogenituræ habeat locum in omnibus omninò bonis habentibus annexam dignitatem secularem, est communiter approbata, prout hoc docuimus in sexta ratione decidendi, & ultra reliquos Dd. ibidem citatos, quod nulla ratio specialitatis sit in regno, tenet *Ioan. Cyrier in tract. de primogenitura. lib. 1. quæst. 3. nu. 15. & 16.*

Nec obstat, quod text. *c. licet. extr. de voto.* tantum faciat mentionem de regno, tùm quia expressio unius & particularis sive specialis casus non reddit constitutionem specialem, sed quælibet constitutio, etiamsi in illa unus tantùm casus expressus sit, in dubio ita intelligi debet, ut contineat jus commune, *l. jura non in singulas. ff. de legib. gloss. c. pen. extr. de temporib. ordinat.* tum quia in illo capitulo regni tantùm est facta mentio exempli gratia, & propter contingentiam facti, & certum est, quod exempla regulam non restringant.

Er quod in jure satis expressè cautum sit, in Baroniis habere locum jus primogenituræ, satis patet ex adductis in sexta ratione decidendi.

Ideo sequitur, quod in casu præsenti non habeant locum regulæ, quod lex non dicit, nec nos dicere debere, quodque nulla constitutio extra verba illius trahenda sit, & cessantibus verbis legis, & ipsa

& ipsa quoque lex cessat, item, quod casus omissus habeatur pro omisso, & inclusio unius casus, sit alterius exclusio, atque exceptio facta in aliquibus casibus, confirmet regulam in omnibus casibus non exceptis.

Nec obstat, quod *text. d. c. licet. extr. de voto* tantùm faciat mentionem de regno, & *text. in cap. 1. §. praeterea Ducatus, de prohib. feud. alien. per Frid.* tantùm faciat mentionem de Ducatu, Marchionatu & Comitatu.

Namq; in illis textibus tantùm exempli gratia facta est mentio de Regno, Ducatu, Marchionatu & Comitatu, quae exempla regulam non restringunt. Et insuper clari juris est, quod lex vel constitutio faciens mentionem de certo aliquo casu, sive de certis aliquibus casibus, in dubio non restringantur ad casum sive casus in illa expressos, sed jus commune constituant per jura superius allegata.

Praeterea illarum constitutionum nulla alia ratio assignari potest, quam ne dignitates per divisionem cum detrimento publico minuantur & evanescant, quae ratio aequè locum habet in Baronüs, sicut in Regnis, Ducatibus & Comitatibus. Et clari juris est, quod illud non censeatur in lege vel constitutione omissum, quod sub eadem ratione comprehenditur, *Bald. l. per diversos. col. 1. C. mandati.* quodque in omnibus illis casibus, in quibus eadem ratio militat, idem quoque jus statuendum sit, etiamsi verba legis vel constitutionis deficiant, *l. 2. §. si mater. vers. quid si Curatores. & vers. quid ergo si non fuerint. ff. ad Senatusconsultum Tertull. l. 1. §. incidit. ff. ad Turpill.*

Quod procedit non tantùm in ratione in lege vel constitutione expressa, sed etiam in ratione tacitè conjecturata, si illa unica tantùm sit. Namque clari juris est, quod ratio unica tacitè conjecturata habeatur pro expressa, *gloss. Bald. Paul. Castr. Raph. Fulgos. Corn. & Dd. l. quamvis. C. de fideicom. gloss. Clement. verb. eligatur & ibi Paul. de Leaz. & Dd. de elect.* & ex illa perinde ut ex ratione expressa quaelibet lex vel constitutio etiam juris communis correctoria porrigatur ad omnes casus, qui sub illa ratione includi possunt, *Paul. Castr. & Raph. Cuman. l. si verò. §. de viro. ff. soluto matrim. Alex. cons. 50. lib. 2. Alex. l. si constante in princip. col. 6. ff. solut. matrim. Ias. auth. quas actiones. num. 22. C. de SS. Eccles. cum multis simillib. allegatis per Tiraq. in tract. cessante causa. part. 2. limit. 21. num. 8. & 9.*

Itaque regula quae vult, quod inclusio unius, sit exclusio alterius, non haber locum in illis, in quibus eadem ratio militat, *Bart. & Bald. l. 1. C de divers. rescript. Roman. l. quae dotu. col. 24. ff. sol. matrim. Felin. c. nonne. nu. 5 extr. de praesumpt.*

Sicut etiam exceptio facta de certo casu, vel de certis casibus, extenditur ad omnes casus similes sive similem vel eandem rationem habentes, *c. post translationem. § quamquam. & ibi Bald. extr. de renunciat. c. cum dilecta. & ibi Abb. extr. de confir. utili vel inutili. gloss. l. 1. C. de condict. indeb. Felin. c. quoniam frequenter in princip. extr. ut lite non contest. Dec. & Cagnol. l. 1. ff. de regul. jur.* & quando lex sive constitutio aliqua facit mentionem tantùm de unu ex pluribus casibus eandem rationem habentibus, illud intelligitur fieri tantùm exemplariter non restrictive, *Bald. rep. l. de quibus. col. 12. ff. de ll. Alex. cons. 75. col. 5. Ias. l. à Titio in princ. col. fin. ff. de verb. obligat.*

Nec est verum, † quod dispositio §. 34 *praeterea Ducatus*, quatenus sanxit, quòd feuda dignitatum sint individua, quodque ad primogenitum tantùm transire debeant, sit exorbitans a regulis tàm consuetudinum feudalium quam juris communis vel jus speciale contineat.

Namque juri & divino & gentium & canonico & civili consentaneum est, quod non tantùm feuda Ducatus, Comitatus, & Marchionatus, sed omnia bona habentia dignitatem secularem annexam, sive illa sint feudalia sive allodialia, nullo modo dividi, sed semper penes primugenitum remanere debeant, prout, hoc in sexta ratione decidendi latè docuimus.

Ex quo infertur, veram non esse decisionem, *Socin. cons. 67. lib. 1. & cons. 165. col. 9. versic. octavò respondetur. lib. 2.* dum videlicet ipse ibi concludit, dispositionem, *d. §. praeterea Ducatus*, non habere locum in Ducatibus, Marchiis & Comitatibus, quae sunt quidem feuda sed impropriè.

Similiter negatur, quod illa jura, quae exclusis reliquis filiis, primogenitum tantùm admittunt ad successionem illorum bonorum, quae dignitatem annexam habent, sint dura, specialia, & speciale privilegium contineant, nec non sint exorbitantia, odiosa & irrationabilia, sed talia jura sunt communia, rationabilia, favorabilia, & propter utilitatem publicam introducta, & Dd. citati

citati in vigesima quarta ratione dubitandi, qui contrarium tenere videntur, loquuntur de aliis bonis, quàm illis, quæ dignitatem annexam habent.

Namq; q secundum juris comunis dispositionem ad bona tam allodialia quàm feudalia, quæ dignitatem annexam habent, tantùm primogenitus, exclusis cæteris liberis, admittatur, in sexta ratione decidendi latè docuimus.

342 Et quod † jus primogenituræ, licet in reliquis rebus odiosum & restringendum sit, in dignitatibus tàmen sive bonis dignitatem annexam habentibus favorabile reputetur, tradit *Præpos. c. 1 col. 14 in respons. octavi arg. tit. de feudo Marchiæ. Tiraq in tract. de jure primog. quæst. 4. n. 32. Ioan. Ceph. cons. 3. nu. 50.* imo generaliter, quod jus primogenituræ sit favorabile, tradit *Molin. in consuet. Paris. §. 8. gloss. 3. nu. 30.*

Quod verò hoc, quod dignitas tantùm deferatur primogenito exclusis reliquis liberis propter favorem publicum introductum sit, atque publicam utilitatem respiciat, tradit *Panorm. cons. 3. num. 3. lib. 2. Tiraq. in tract. de jure primog quæst. 4. nn. 21. usq; ad 37.* ubi ipse multas pulchras rationes pro hoc adducit, atque plurimas authoritates citat.

Et confirmatur ex eò, namque subditorum interest, ne plures dominos habeant, *Hostiens. c. dilecti. extr. de major. & obed. Zenzel. in extravag. Ioan. 22. incip. Ecclesiæ Romanæ. verbo suornmq; fidelium. Bald. l. 2. C. de donat. cum multis similibus allegatis per Tiraq. in tract. de jure primog. quæst. 4. nu. 30.*

Ideoque dubio omni caret, illa jura quæ disponunt, quod ad successionem illorum bonorum quæ dignitatem annexam habent, primogenitus tantùm exclusis cæteris liberis admitti debeat, favorabilia & latissimè interpretanda esse.

343 Namque certi juris est, † quod omnis dispositio tam legis quàm statuti, nec non etiam consuetudinis concernens publicam utilitatem, sit favorabilis & pia, *Romanus cons. 23. Felin. c. nonnulli in princ. nn. 16. extr. de rescript.* & favore Reipub. perinde fit extensio statuti, sicut extenditur lex favorabilis, *Bart. l. quemadmodum. C. de agric. & censit. lib. 11.*

Et constitutio quælibet respiciens publicam utilitatem sive favorem publicum latè interpretanda & extendenda est, etiamsi illa constitutio sit exorbitans, *gloss. l. illud vers. alia causa. C. de SS. Eccles. Bart. Alex. & Ias. l. si constante in princ ff solut. matrim. Bart. l. 2. §. exercitus. ff. de infamib Dominic. c. statutum de elect. lib. 6. Aym. Cravet. in tract. de antiq. tempor. 4. part. §. transeo nunc ad quartam. num. 78. Dec. cons. 372. nu. 8.*

Imò constitutio respiciens favorem publicum extenditur, etiamsi illa constitutio juris communis correctoria sit, *Roman. cons. 105. incip. viso themate. Ias. l. fratres. nu. 5. C. de inoffic testament.* quod procedit non tantùm, quando illa cōstitutio principaliter respicit favorem publicum, sed etiam quando illa constitutio secundatiò tantùm favorem sive utilitatem respicit, *Bald. cons. 286. lib. 4. Ias. d. l fratres. nu. 5. C. de inoffic. testam.* idtoque receptum est, statutum quo cavetur quod agnati aut affines invicem litigantes cogantur compromittere, cum illud favorem publicum secundatiò saltem respiciat, latè interpretandum esse, ut etiam illos comprehendat, qui largè appellatione agnatorum & affinium comprehenduntur, *Alex. Bald. Ias. Dec. & Dd. l. qui se patris. C. de unde liber. Alex. l. 1. §. lex Falcidia ff. ad l. Falcid. Alexand. cons. 125. col. pen. lib. 7. Ias. l. de quib. colum. 5. ff. de legib. Ias. l. prætor. §. prætor. colum. 2. ff. eden. Ias. cons. 76. col. 2. lib. 3. Roch. Curt. c. fin. charta. 35. 8. limit. extr. de consuetud.*

Similiter & statutum civitatis Brixiæ, quod potestas possit committere appellationem a sententia diffinitiva, extenditur etiam ad appellationes a sententiis interlocutoriis, licet appellatione sententiæ diffinitivæ sententia interlocutoria non comprehendatur, eam ob causam, quia hoc statutum utilitatem publicam respicit saltem secundariò, *Paul. Castrens. cons. 23. incip. viso puncto. colum. 3. Ias. l. properandum. in princ. nu. 8. circa finem. C. de judiciis.*

Huc accedit, quod etiam consuetudo favorabis Reipublicæ sive in favorem Reipublicæ introducta latissimè interpretari, & tàm de casu ad casum, quàm de persona ad personam extendi debeat, *Cal[illegible]n. cons. 4 tit. de censibus. Alex. cons. 190. colum. 4. lib. 2. & cons. 34. lib. 5.* etiamsi illa constitutio pœnalis sit, *Ias. l. si quis id quod. colum. 9. ff. de jurisd. om. judic. Bart. l. quemadmodum. C. de agricol. & cens. lib. 11. Ias. l. si filiusfamilias. colum. 3. ff. si cert. pet. Ias. l. cum quidam. num. 26. ff. de liber. & posthum. Ias. l. fratris. C. de inoffic. testament.*

Eodem modo & dispensatio, si illa publicam utilitatem respiciat, extendenda est, licet

est, licet à jure communi exorbitet, *Franc. Aret. c. at si Clerici. §. adulter. & ibi Dec. col. 8. extr. de judic.*

Privilegium quoque favorem sive utilitatem publicam respiciens extendendum & latè interpretandum est, *Rum. consf. 227. num. 3. lib. 1. facit. id quod tradit Paul. Castr. l. quia tale. & ibi Alexand. num. 5. ff. solut. matrimon.*

Nec est verum, quod per hæc jura primogenituræ præjudicetur aliis liberis, cum aliis liberis ab initio in bonis habentibus annexam dignitatem, nullum jus quæsitum fuerit.

Et insuper clari juris est, quod utilitas publica privatis commodis præferenda sit, *Auth. res quæ & ibi Dd. C. Com. de legatis. l. utilitas. C. de primipilo. lib. 12. Bart. & Dd. l. 1. ff. solut. matrim.* quodque propter bonum publicum tolleretur, ut quis etiam jure quæsito privetur, *arg. l. item verberatum. §. 1. ff. de rei vend. l. Lucius. ff. de evict.* Atque quis etiam ex aliis causis sine sua culpa a jure suo excludi possit, *c. antiqua & ibi gl. extr. de privil. Dyn. c. sine culpa de R. I. lib. 6. Paul. Castr. consf. 179. col. 3. lib. 1.*

344 Ad vigesimam † quartam rationem dubitandi respondeo, licet *Andr. de Isern. Bald. & Afflict.* ibidem citati velint, Ducatum, Marchiam & Comitatum, quantumvis non sint partibiles, communicabiles tamen esse. Attamen Dd. citatos in rationibus decidendi communiter concludere, Ducatum, Marchiam, Comitatum, Baroniam, reliquaque bona allodialia vel feudalia dignitatem annexam habentia, neque communicabilia neque partibilia esse, usque adeo, ut illa bona nec quoad administrationem, usum vel exercitium dividi possint, *Bald. c. 1. §. præterea Ducatus. col. 1. & ibi Alvar. colum. 4. vers. quæro an jurisdictiones. Laudens. col. 1. & Præp. col. pen. vers. quæro an jurisdictiones de prohib. feud. al. per Frid. Bald. c. uno delegatorum col. pen. vers. cum jurisdict. extr. de off. deleg. Panorm. c. prudentiam. col. 4. vers. Adverte tamen diligenter extr. eod. tit. Alex. consf. 7. col. 2. lib. 5.* utque illa bona solo filio primogenito exclusis reliquis filiis ita deferantur, ut primogenitus reliquis liberis nec legitimam quidem de illis bonis dare teneatur, sed sufficiat illis alimenta præstare.

Ad vigesimam sextam rationem dubitandi respondeo, cum Dd. communiter concludant, quod secundum dispositionem juris communis in Baroniis perinde ut in reliquis bonis dignitatem annexam habentibus jus primogenituræ locum habeat, supervacuum esse docere, quod quoad Baroniam controversam jus primogenituræ consuetudine receptum sit, nec Dominum actorem ad hoc ulla ratione legi vel compelli posse.

Præterea Dd. citati in sexta ratione decidendi, communiter attestantur, per generalem consuetudinem totius mundi receptum esse, quod ad successionem Baroniæ reliquorumque bonorum dignitatem annexam habentium admittatur tantum primogenitus, reliquis omnibus filiis exclusis, quorum Dd. assertio de illa consuetudine plenam fidem facit per jura allegata superius.

Deinde etiam ex actis constat, † non tantum ultra decem verùm etiam ultra ducentos & plures annos ita observatum fuisse, ut ad successionem Baroniæ controversæ solus filius primogenitus exclusis aliis liberis admissus fuerit, illique actus fuerunt & plures & conformes diverso tempore celebrati, non violenti, & insuper notorii atque tales, quæ ad noticiam totius populi non tantùm in Baronia in Brunckhorst / verùm etiam in Ducatu Geldriæ & Comitatu Zutphaniæ pervenerint. 345

Et ex lapsu temporis non modò longi verùm etiam longissimi & immemorialis præsumitur & probatur & consensus totius populi vel majoris partis, & quod illi actus fuerint celebrati animo consuetudinem inducendi, *Ioan. Fab. §. ex non scripto. Instit. de jure natur. gent. & civil. Guido Papæ. consf. 131. num. 4. ubi ipse expressè hoc decidit in consuetudine juris primogenituræ.*

Igitur sequitur, etiam non existente juris communis dispositione & generali consuetudine totius orbis, in casu præsenti satis sufficienterque probatam esse consuetudinem specialem juris primogenituræ quoad Baroniam controversam.

Ad vigesimam septimam rationem dubitandi respondeo, † quod in consuetudine tanti temporis, cujus in contrarium memoria non extat, non debeat quæri de actibus, *Roch. Curt. in tract. de consuet. num. 368.* ubi ipse attestatur, eandem opinionem amplecti *Corn.* in consilio ab ipso citato. 346

Cum itaque in casu præsenti ultra ducentos & plures annos, & sic ultra tempus immemoriale solus primogenitus ad successionem

cessionem Baroniæ controversæ admissus fuerit, sequitur, absque omni dubio per illam observantiam introductam esse talem consuetudinem, quod solus primogenitus ad successionem Baroniæ controversæ admitti debeat, nulla habita consideratione, quales fuerint actus sive observantia præcedens.

347 Nec obstat, † quod consuetudo primogeniture non inducatur ex eo, quod ultra centum vel mille annos solus primogenitus ad successionem admissus fuit eo casu, quando per illud tempus nulli alii filii quam primogenitus extiterunt, prout hoc ultra Dd. citatos in vigesima septima ratione dubitandi huc etiam tenet *Afflict. c. 1. §. satis bene. numer. 7. de probib. feud. al per Lomb. Tiraquel. in tract. de jure primogeni. quest. 16. circa finem.*

Namque respondeo, ex actis liquere, non semel sed sæpius plures liberos Baronum in B. fuisse, & tamen Baroniam controversam exclusis reliquis liberis semper solo primogenito delatam.

Præterea ut opinor, etiam in Ducatu Geldriæ & Comitatu Zutphaniæ semper & ultra tempus immemoriale ita observatum fuit, quod ad successionem tam Ducatus Geldriæ quam Comitatus Zutphaniæ, nec non & Baroniarum in illo Ducatu vel Comitatu existentium solus primogenitus exclusis reliquis liberis admissus fuerit, quæ consuetudo generalis ad probandam illam consuetudinem quoad Baroniam controversam sufficit, etiamsi de requisitis ad consuetudinem respectu Baroniæ controversæ fides fieri nequeat, *Alberic. de Rosat. rubr. C. quæ sit longa consuetud. Afflict. c. 1. §. præterea Ducatus. nu. 44. ad prohib. feud. al. per Frid.*

348 Deinde non obstat, † quod prætenditur illud, quod ad successionem Baroniæ controversæ solus primogenitus admissus fuit, contigisse vel ex transactione vel ex dispositione paterna inter liberos, quodque ex talibus actibus consuetudo induci nequeat.

Namque præter hoc, quod hic agitur de consuetudine sive observantia illius temporis, cujus in contrarium memoria non extat, in qua observantia sive consuetudine de qualitate actuum non est quærendum, Dd. magis communiter concludunt, consuetudinem per actus merè voluntarios & merè spontaneos & nullius penitus contradictione interveniente tam activè quam passivè induci ita, ut illa consuetudo eo modo inducta, etiam invitos & repugnantes liget, *Bart. repet. l. 2. col. 14. vers. Deinde quæritur. C. quæ sit longa consuet. Abb. c. Abbate extr. de verbor. signif. Abb. cons. 73. col. fin. lib. 2. Paul. Castr. l. de quibus. col. 2. ff. de ll. Corn. cons. 293. col. 3. lib. 1. Roch. Curt. in tractat. de consuetud. nu. 362.* in quibus locis *Castr. Corn. & Roch. Curt.* attestantur, hanc opinionem communiter receptam.

Et idem etiam tenet *Guid. Papa. cons. 131. num. 4. 5. & 6.* ubi ipse hoc expressè decidit, in consuetudine primogenituræ & pro sua sententia citat *Raimund. de Sabanaco.*

Ex eo quoque, quod soli primogeniti successerint, probatur quasi possessio primogenituræ, *Guid. Pap. cons. 131. num. 8.* quæ quasi possessio regulariter ab onere probandi relevat, illudque onus in adversarium transfert, *§. commodum. Instit. de interdict. Bart. Alex. Jas. & Dd. l. si prius. ff. de operis novi nunciat.*

Similiter & ex eo, quod ultra ducentos & plures annos in familia à B, ita observatum fuit, quod solus primogenitus exclusis cæteris liberis ad successionem illius admissus fuit, etiamsi illud fuerit factum vel ex dispositione paterna inter liberos vel ex transactione colligitur, quod mens atque voluntas illorum de familia talis fuerit, quod in posterum solus primogenitus ad successionem Baroniæ controversæ exclusis reliquis liberis admitti debeat.

Namque reiteratio † sive geminatio 349 actus multum penitus operatur, & ostendit enixam atque præcisam voluntatem, *Bald. c. cum te. col. 2. extr. de rescript. Curt. jun. cons. 52. col. 1. cons. 63. col. 16. Anton. Corset. in tract. de verb. geminat. Card. Paris. cons. 10. num. 57. cons. 32. num. 52. & cons. 131. numer. 1. lib. 1. cons. 9. num. 43. cons. 12. nu. 145. lib. 2. cons. 3. nu. 43. cons. 10. nu. 29. cons. 19. num. 20. lib. 3. cons. 1. num. 26. cons. 10. num. 31. & cons. 48. nu. 24. lib. 4. Lanr. Sylvan. cons. 64. num. 4. Nicol. Everhard. in loco à vi geminat. sive actus reit. multiplicat. facit. text. l. si mulier. la. 2. C. ad Senatusconsultum Velleian. l. cum fidem. C. de numer. pec. Aym. Cravett. consil. 54. num. 7.* nec non etiam mentis perseverantiam, *arg. l. unica. C. de plus petit.*

Et quod

Et quod quis velit, hoc etiam in posterum fieri, *arg. l. vel universorum ff. de pignor. act.*

Et hoc potissimum procedit, quando actus reiterationem sive multiplicationem lapsus longi vel longissimi temporis intervenit, *arg. l. si filius & ibi Bald. C. de petit. hæred. l. qui in aliena. & ibi Angel. Alexand. Ias. & Dd. ff. de acquir. hæred. Alex. l. 2. §. voluntate. ff. sol. matrimon. Felin. c. illud. num. 5. extr. de præsumpt. Ias. l. quæ dotis. num. 85. ff. eod. tit. Tiraq. in tractat. de ll. connub. gloss. 7. num. 39. cum multis seqq. facit id quod tradit Ias. l. stipendum. ff. verbor. oblig. Ias. & Dec. l. 1. C. qui admitti. Felin. c. sicut. extr. de sent. & re jud. Aym. Cravett. in tract. de antiq. tempor. part. 3. §. venio nunc ad tertiam & §. vidimus in genere.*

Absque omni dubio verò hoc locum habet in lapsu sive observantia illius temporis, cujus in contrarium memoria non extat, cum lapsus illius temporis habeat vim tituli constituti & privilegii, nec non etiam legis authoritatem obtineat, sicut hoc superius docuimus.

Ex quo infertur, etiam non existente juris communis dispositione, & consuedine generali totius orbis, & insuper posito, hosce actus ad inducendam consuetudinem non sufficere, quod tamen hi actus atque hæc observantia illud operentur, quod familia Baronum in B. talem ordinationem sive constitutionem fecerit, quod ad successionem Baroniæ controversæ solus primogenitus exclusis reliquis liberis inposterum admitti debeant.

Namque clari & indubitati juris est, quod Barones in B. reliquique habentes merum & mixtum imperium & jurisdictionem ad successores transitoriam, habeant potestatem legis condendæ, *Bart. l. omnes populi. nu. 8. ff. de just. & jure.*

350 Similiter ll. expressè cautum, † quod omnis actus celebratus ab eo, qui legis condendæ potestatem habet, legis sive constitutionis vigorem obtineat, *Bart. Bald. & Salycet. l. pen. arg. illius text. C. de donat. inter vir. & uxor. Bart. l. Cæsar. arg. ill. text. ff. de publican. Bart. Alex. Ias. Dec. & Dd. l. Civitas. ff. si cert. petat. Curt. jun. in tract. feud. 2. part. 2. part. princ. nu. 65.*

Et licet aliqui Dd. velint, hoc tantùm procedere in Imperatore, Rege, reliquisque Principibus summis superiorem non recognoscentibus, *Bald. l. pen. C. de donat. inter vir. & uxor. Angel. l. 1. in princip. arg. gloss ibid. vers. derogare. & ibi Raph. Fulgos. Lud. Roman. Angel. Alex. & Ias. num. 24. ff. de servis. Alex. & Ias. l. Civitas. ff. si cert. pet. Alex. l. 4. in princip. ff. de re judic. Felin. rubr. num. 1. extr. de rescript. Felin. cap. 1. col. 5. extr. de probat. Alex. cons. 97. num. 5. lib. 3. Ias. l. 1. nu. 6. ff. de constit. princ.*

In hoc tamen contrarium & melius tenent alii Dd. generaliter decidentes, omnem actum omnemque contractum celebratum ab eo, qui legis condendæ potestatem habet, legis vigorem obtinere, licet is superiorem recognoscat, *Bald. & Salycet. d. l. pen. C. de donat. inter vir. & uxor. Bart. d. l. Cæsar. Imol. cons. 24. col. 2. Abb. cons. 24. lib. 2. Bald. l. 1. col. 2. vers. item contractus. C. de hæredit. & act. vendit. Angel. l. idem veniunt. §. cæterum. ff. de petitor. hæred. Dec. l. Civitas. ff. si cert. pet. Dec. rubr. extr. de rescript. Dec. cons. 516. n. 4. Bald. l. 1. in princ. ff. de constit. princ.*

Et idem est de mente *Bald. in l. precibus. C. de impub. & aliis substit.* ubi *Bald.* concludit, testamentum conditum à Dominis terrarum, vim legis obtinere.

Et licet aliqui Dd. velint, actum sive contractum illius, qui legis condendæ potestatem habet, non aliter legis vigorem obtinere, nisi constet de intentione atque voluntate illius, qui actum vel contractum celebravit, quod videlicet illum actum sive contractum legis vigorem obtinere voluerit, *Bart. cons. 72. nu. 2. lib. 1. Alex. & Dec. l. Civitas. ff. si cert. pet. Dec. rub. extr. de rescript.* attamen in dubio quemlibet contractum initum, nec non etiam quemlibet actum celebratum ab eo, qui legis condendæ potestatem habet ea intentione initium & celebratum intelligi, ut legis vigorem obtineat, tradit *Curt. sen. in addit. ad Alex. l. Civitas. num. 19. ff. si cert. pet.* eam ob causam, quia text. *d. l. Cæsar. ff. de publican. & l. penult. C. de donat. inter vir. & uxor.* loquuntur in dubio, & idem etiam est de mente *Bart. in d. l. pen. & d. l. Cæsar.* nec non etiam sequacium ipsius, dum videlicet ipsi generaliter concludunt, contractum aliumvè actum celebratum ab illo, qui legis condendæ potestatem habet, legis vigorem obtinere.

Nec etiam dubii quiquam habet, tàm consuetudinem quàm constitutionem sivè ordinationem familiæ, quod in successionibus jus primogenituræ locum habere debeat, valere & ratam esse, præsertim si illa familia habeat merum & mixtum imperium, & sic legis condendę potestatem, prout hoc tradunt Dd. communiter citati in rationibus decidendi.

Ad vige-

351 Ad vigeſimam octavam rationem dubitandi reſpondeo, quod in Baronia controverſa jus primogenituræ locum habeat, ex diſpoſitione juris communis & conſuetudine tam univerſali totius orbis quàm particulari familiæ Baronum in B. clarum & manifeſtum eſſe, ideoque fruſtra diſputari de extenſione conſuetudinis.

Præterea clari juris eſt, & ſuperius comprobatum, quod ſufficiat facere fidem de conſuetudine univerſali totius provinciæ, atque conſuetudinem univerſalem provinciæ, extendi etiam ad loca particularia, in quibus contrarium obſervatum non fuit, prout ultra ſuperius allegata hoc tradit *Bartol. repet. l. 2. quæſt. 36. C. quæ ſit longa conſuetud. Anton. de Butr. c. final. & ibi Roch. Curt. in repet. num. 341. cum ſeq. extr. de conſuetud. Calcan. conſ. 2. atq;* *Roch. Curt.* ibidem ſubjungit, quod ad eſſe conſuetudinis non ſit neceſſe probari, quod actus, ex quibus conſuetudo inducitur, ſint facti in qualibet parte territorii, ſed ſatis eſſe ſi probentur tot actus in territorio celebratos, ex quibus deprehendatur tacitus conſenſus populi, quodque conſuetudo unius curiæ civitatis, ad aliam curiam ejuſdem civitatis porrigatur, & ad hoc citat *Cornel. conſ. 19. col. 11. lib. 3.* & idem quod conſuetudo univerſalis territorii ad omnia loca ejuſdem territorii, in quibus contrarium obſervatum non fuit, extendatur, tradit *Oldrad. conſ. 268. Aym. Cravett. tract. de antiq. temp. part. 4 §. tranſeo nunc ad quartam, num. 57.* & conſuetudo ſuperioris ſive loci ſuperioris extenditur ad omnia loca ſubjecta, *gloſſ. B. & Dd. l. ex ea ff. de poſtulando Mart. de Laud. in tract. de primogen quæſt. 12.*

Conſuetudo quoque juris primogenituræ in Baroniis vel quibuſcunque bonis dignitatem annexam habentibus, eſt favorabilis, publicam utilitatem reſpiciens, ideoque extenſionem recipit, ſicut hoc ex ſuperius traditis liquet, & ultra ſuperius tradita hoc, quod conſuetudo favorabilis præſertim utilitatem publicam reſpiciens extenſionem recipiat, tradit *Roch. Curt. rep. c. fin. num. 348. & 350. extr. de conſuetud. Aym. Cravett. tract. de antiq. temp. part. 4. §. tranſeo nunc ad quartam. num. 74. uſq; ad num. 80.*

352 Ad vigeſimam nonam † rationem dubitandi reſpondeo, Dd. communiter concludere, conſuetudinem juris primogenituræ valere & ratam eſſe, *Oldrad. conſ. 94. col. 2. & 3. Bartol. l. 2. quæſt. 24. & ibi Raimund. de Sabanaco in repet. verſ. quæro quorum conſenſus requiratur. C. quæ ſit longa conſuet. Ioan. Andr. c. ſine culpa. quæſt. fin. de regul. juris. lib. 6. Bald. conſ. 225. col. 2. conſ. 360. & conſ. 389. lib. 2. Bald. l in quibus. col. 2. C. ſecundis nupt. Bald. Alvar. Laud. & Præpoſ. cap. 1. §. mulier. ſi de feudo defuncti content. And. de Iſern. cap. 1. §. præterea. & ibi Matth. de Afflict. de prohib: feudi alien. per Frid. Alvar. cap. 1. §. & quia. col. 6. de his qui feud. dare poſſunt Calderin. conſ. 17. titul. de conſtit. Cardin Flor. conſ. 137. Panorm. conſ. 12. col. 3. lib. 1. Guid. Pap. conſ. 131. 3. dub. Præpoſ. cap. 1. col. 14. de feudo March. Dec. conſ. 389. col. 3. Roman. conſ. 123. col. 2. Rochus Curt. rep. c. fin. num. 339. extr. de conſuetud. Cravett. in tractat. de antiq. temp. 4. part. §. tranſeo nunc ad quartam. num. 53. & unita ſive incorporata Richard. Malumb. & Cyn. l. etiam. C. de jure dot. Bart. l ſi convenerit. §. ſi nuda. ff. de pignor. act. Paul. Caſtr. conſ. 372. col. 2. lib. 1. Cravett. d. §. tranſeo nunc ad quartam. num. 55. & 56. cum multis ſimilib. alleg. per Tiraq. in tract. de jure primog. quæſt. 14. nu. 13. uſq; ad nu. 33.*

Et hoc quidem generaliter verum eſt, potiſſimum verò & nemine penitus diſcrepante, procedit in bonis habentibus annexam dignitatem, *Alber. de Roſate. in proœmio. Digeſt. Bald. l. ex hoc jure. ff. de juſt. & jur. Mart. Laud. in tract. de primogen. quæſt. 12. Præpoſ. cap. 1. col. 14. in reſponſ. ad octavum argumentum de feudo. March. Tiraquell. in tractat. de jure primogen. quæſt. 4. num. 15. uſq; ad num. 33.* illamque ſententiam omnes Dd. nemine penitus diſcrepante amplecti, atteſtatur *Mart. Laud. in loco ſuperius allegato.*

Et quod hæc conſuetudo præſertim in bonis habentibus annexam dignitatem ſecularem, ſit æqua & rationabilis, & ſuperius comprobavimus, & ultra ſuperius tradita docet *Carol. Molin. in conſt. Pariſ. tit. 1. §. 8. gloſ. 3. nu. 30. & 31.*

Ad trigeſimam rationem dubitandi reſpondeo, † etiam poſito, generali conſuetudine & Italiæ & Germaniæ receptum eſſe, quod bona habentia dignitatem annexam, diviſionem recipiant, illamque conſuetudinem legitimo modo introductam, attamen illam conſuetudinem eſſe & exorbitan- 353

orbitantem à jure com̃uni, & juris communis correctoriam, eamq; ob causam & strictè intelligendam, & quantum fieri potest, restringendam, *Oldrad. cons. 237. Aym. Cravet. in tract. de antiquit. temp. 4. part. §. transeo nunc ad quartam. num. 75. & 78.* & cum fides fieri nequeat, illam consuetudinem esse observantum vel in Ducatu Geldriæ, vel in Baronia controversa, illa consuetudo minimè porrigi potest vel ad Ducatum Geldriæ, vel ad Baroniam controversam, cum consuetudo juris communis correctoria etiam generalis alicujus provinciæ, nunquam extendatur ad loca particularia illius provinciæ, in qua illa consuetudo observata non fuerit, *Ægid. Bellim. c. cum Ecclesia Vulterana. & ibi Panorm. num. 6. extr. de election. Panorm. c. super eo extr. de censib.*

Quinimò ex supra dictis liquet, in successione Baroniæ controversæ semper jus commune servatum, ita ut illa semper individua remanserit, utque ad illius successionem tantùm primogenitus exclusis reliquis liberis admissus fuerit, ex qua observantia consuetudo aut saltem constitutio familiæ talis introducta fuit, quod ad successionem Baroniæ controversæ tantùm primogenitus exclusis reliquis liberis admitti, illaq; indivisa manere debeat, prout hoc superius docuimus, & clari juris est, quod consuetudo etiam generalis totius provinciæ nunquam extendatur ad loca particularia habentia vel legem vel consuetudinem vel constitutionem contrariam, *Bart. l. 2. num. 41. C. quæ sit longa consuet. Roman. cons. 61. in fin. Socin. cons. 7. col. 3. lib. 1. Francisc. Aret. cons. 132. col 2. in fin. Rochus. Curt. repet. c. fin. num. 341. & 539. extr. de consuet. Aym. Cravett. in tract. de ant. tempor. 4. part. §. transeo nunc ad quartam nu. 54.*

Et posito sed tamen non concesso, probari posse; præallegatam consuetudinem etiam in Baronia controversa vigere, & secundum illam, eam & divisionem recipere, & ad successionem illius non tantùm primogenitum sed omnes liberos admitti. Attamen ex hoc inferri non posset, quod ad successionem Baroniæ controversæ similiter admitti debeant hæredes extranei à primo acquirente originem non trahentes, cum consuetudo sit stricti juris, strictè intelligenda, nec extra limites suos extendenda, præsertim si illa consuetudo sit & juris communis correctoria & publicæ utilitati contraria, qualis est illa consuetudo, quod ad successionem illorum bonorum, quæ dignitatem annexam habent, omnes liberi simul admitti, illaque divisionem recipere debeant.

Et licet ad illa bona, in quibus jus primogenituræ locum habet, hæredes extranei non admittantur. Attamen nulla bona reperiuntur, in quibus jus primogenituræ locum non habet, & tamen hæredes extranei ad illorum successionem non admittuntur, qualia sunt feuda, item bona acquisita ab aliquo pro ipso acquirenti & descendentibus ipsius, nec non etiam Baroniæ, Ducatus & Comitatus, licet illi allodiales sint, sicut hoc superius docuimus, & ll. expressè cautum & à Dd. communiter traditum est, quod consuetudo nunquam extendatur ad illa, quæ sunt diversæ speciei, *Alexand. cons. 68. col. pen. lib. 2. Bald. l. si quis diuturno. ff. si servit. vendic. Socin. c. cum contingat. col. antepenult. quæst. 6. extr. de foro. compet. Socin. cons. 111. col. 2. in fin lib. 1. Dd. l. imperium. & ibi Ias. col. 11. & Purpurat. col. 12. ff de jurisd. omn. judic. facit id quod tradit Bart Ias. & Dd. l. 2. ff. eod. tit.*

Ad trigesimam primam rationem du-
bitandi respondeo, Dd. relatos † in rationi- 356
bus decidendi communiter concludere, jus
primogenituræ locũ habere non tantum in
descendentibus, verùm etiam in transversa-
libus, & hoc operari, ne illa bona ad hære-
des extraneos, ad illos nempe qui a primo
acquirente originem non trahunt, tran-
seant.

Et licet *Anton. de Butr. & Ioan. Cyrier.* citati in 31. ratione dubit. velint, jus primogenituræ quoad transversales locum non habere, attamen de illorum opinione, cum illa sit communiter reprobata, curandum non est.

Et insuper neque *Anton. de Butr. neq; Ioh. Cyr* volunt, talia bona non existentibus descendentibus ad hæredes extraneos transire.

Ad trigesimam secundam rationem du-
bitandi respondeo, † Dd. citatos in rationi- 357
bus decidendi communiter concludere,
quod ad illa bona, in quibus locum habet
jus primogenituræ, descendentes à primo
acquirente admittantur non jure hæredi-
tario, sed jure sanguinis tantùm, prout ultra
Dd. ibidem citatos tenet *Arius Pinell. rep. l. 2. part. 3. num. 99. C. de bonis matern. Ioan. Ceph. cons. 3 num. 108. Carol. Molin. in consuet. Paris. §. 11. n 9.* cum quibus etiam concordat *Socin. cons. 47. col. 2. lib 3.* dum videlicet ipse

ibi

ibi concludit, quod successio illorum bonorum, in quibus jus primogenituræ locum habet, reguletur secundum successionem feudi, quam successionem feudi jure sanguinis & non jure hæreditario deferri constat.

Præterea *Ioan. Cyr. in tract. de primogen. lib. 3, quæst 2.* non dicit simpliciter illa bona, in quibus jus primogenituræ locum habet, jure hæreditario transmitti vel deferri, sed tradit, quod illa bona deferantur utroque jure & hæreditario & sanguinis, & quod translatio debeat denominari à jure sanguinis tanquam potentiori.

Similiter & Sigismund. Neap. citatus in 32. ratione dubitandi hoc non simpliciter affirmat, sed tradit, illa bona, in quibus locum habet jus primogenituræ, ita demum jure hæreditario transmitti, si in illorum acquisitione expressè fuerit facta mentio hæredum.

Et licet cæteri Dd. citati in 32. ratione dubitandi velint, illa bona transmitti vel deferri jure hæreditario. Attamen & illorum opinio communiter reprobata est, & illi tantùm loquuntur respectu illorum, qui à primo acquirente originem trahunt, nec aliquis ex illis tradit vel affirmat, talia bona transire ad hæredes extraneos, qui à primo acquirente originem non trahunt.

Et insuper *Oldrad. Alb. de Ros. Petr. de Anchor. Panorm. Mart. Laud. Tiraq.* & sequaces pro illa opinione tenenda, quod videlicet illa bona, in quibus jus primogenituræ locum habet, jure hæreditario deferantur, moventur per text. *cap. 1. an agnatus*, ideoque illorum decisio secundum illum text. intelligenda, declaranda, limitanda & restringenda est, cum decisiones Dd. semper sint intelligendæ, limitandæ, declarandæ & restringendæ secundum textus quos allegant *Bart. l. non solum. §. si liberationis. ff. de liber. legat.*

Et per consequens omninò dicendum & concludendum est, illorum Dd. opinionem qui volunt, illa bona, in quibus jus primogenituræ locum habet, jure hæreditario transferri, etiamsi illa vera esset secundum *d. cap. 1. an agnatus*, ita intelligendam, ut non habeat locum in agnatis transversalibus ultimi defuncti, nec etiam in descendentibus ipsius, quando vel in acquisitione illorum bonorum est tantùm facta mentio descendentium] non hæredum, vel etiam dubitatur, quo tenore illa bona ab initio acquisita fuerint, vel quando filius sive descendens ultimi defuncti hæres esse non potest, quia videlicet ipsi hæreditas delata non fuit.

Namque clari juris est, †, quod agnati transversales ultimi defuncti ad successionem feudi tam hæreditarii quam ex pacto & providentia indistinctè admittantur, licet ipsi non sint hæredes ultimi defuncti, *cap. 1. & ibi Bald. Alvar. Præpos. & Frideric. Schenck. an agnat. Alexand. consil. 30. num. 10. lib. 1. cons. 10. num. 8. lib. 3. consil. 26. num. 9. lib. 5. Albert. Brun. cons. 10. cons. 18. col. 4. & cons. 25. Cardinal. Parif. cons. 13. num. 4. cons. 16. num. 19. cons. 17. num. 10. cons. 23. num. 178. cum. 4. seqq lib. 1. & cons. 65. num. 32. lib. 3. Corn. cons. 199. num. 42. lib. 2. Dec. cons 78. num. 4. Ias. l. si non sortem. §. libertus. num. 36. ff. Condict. indeb. Iacob. de S. Georg. tract. feud. verb. ita quod ipsi. numer. 1. & 2. Franc. Sonsbeck. in tractat. feud. part. 9. num. 164. Laur. Sylvan. conf. 30. nu 20. Rol. à Valle. cons. 2. circa fin.* 358

Similiter & ad feudum ex pacto & providentia etiam filios indistinctè admittitur, licet ipse non sit hæres ultimi defuncti, *Bald. Alvar. & Frid. Schenck. cap. 1. an agnat. Iacob. de Bel. cap. 1. de eo qui sibi & suis hæred. Ioan. de Imol. c. ex part. extr. de feudis. Alexand. cons. 19. num. 6. & cons. 26. num. 3. lib. 5. Andr. de Isern. cap. 1. num. 18. qui success. teneantur, Bald. c. quæ in Ecclesiarum. col. penultim. extr. de constit. Dec. consil. 445. num. 51. Iacob. de S. G. tract. feud. verb. ita quod ipsi. num. 2. Zas. in tractat. feud. part. 8. num. 6.*

Et idem juris statuendum esse videtur, quando non constat, quo tenore feudum acquisitum fuerit, & utrum in illius acquisitione hæredum mentio facta fuerit an verò non, cum in dubio † quodlibet feudum præsumatur esse feudum ex pacto & providentia, secundum communem & receptam Dd. sententiam *Bald. l. si tibi. §. si pactus. num. 3. & ibi Ang. num. 2. ff. de pact. Iac. de Ardiz. in sua summa de success. feudi. §. item quæritur. Præpos. cap. 1. §. hoc quoq. num. 8. de success. feud. Matth. de Afflict. c. 1. num. 270. usq. ad num. 278.* ubi ipse attestatur, eandem opinionem amplecti, *Paul. Castr. & And. de Isern.* Idem etiam tenet *Matth. de Afflict. cap. 1. in princ. nu. 127. de success. feudi. Matth. de Afflict. cap. 1. nu. 14. usq. ad num. 19. an agnat. Matth. de Afflict. cap. 1. §. fin. num. 35. de feudi cognit. Dec.* 359

Ffff 2 *cons. 78.*

conſ. 78. col. fin. Socin. jun. conſ. 103. num. 34. & 35. lib. 2. Arius. Pinel. repet. l. 1. 3. part. num. 91. C. de bonis mat.

Eodem modo ad ſucceſſionem feudi etiam hæreditarii tam filius quam agnatus, qui non eſt hæres ultimi defuncti, indiſtinctè admittitur, quando ipſi hæreditas ultimi defuncti delata non eſt, prout hoc tradunt Dd. citati in ſecunda ratione decidendi.

Cum itaque in caſu præſenti non ſit probatum, quod in acquiſitione Baroniæ controverſæ hæredum mentio facta fuerit, & Comes à D.&a primo acquirente Baroniam controverſam deſcendat, & ſit cognatus tranſverſalis ultimi defuncti, illique hæreditas ultimi defuncti non ſit delata, ſequitur etiam, poſito ſed tamen non conceſſo, opinionem illorum, qui volunt illa bona, in quibus jus primogenituræ locum habet, jure hæreditario deferri, veram eſſe, attamen illorum opinionem in caſu præſenti locum non habere, nec Domino Comiti à D. quicquam obſtare.

Et in ſpecie, quod is, qui à primo acquirente originem trahit, ad ſucceſſionem Baroniæ & Comitatus reliquorumque bonorum habentium annexam dignitatem vel jus primogenituræ admittatur, licet ipſe non ſit hæres ultimi defuncti, eo caſu, quando ipſi hæreditas ultimi defuncti delata non fuit, tradunt Dd. communiter citati in ratione ſecunda decidendi.

Et confirmatur ex eo, namque illi Dd. qui concludunt, ea bona, in quibus habet locum jus primogenituræ, jure hæreditario deferri, inter cætera moventur argumento ſumpto à legitima, & concludunt, quod ſicut filio non permittitur legitimam a reliqua hæreditate paterna ſeparare, & repudiata legitima hæreditatem patris repudiare, *Bart. l. gerit. col. 5. & ibi Alexand ff. de acquir. hæred. Bart. & Alex. l. quia poterat. ff. ad SC. Trebell. Cyn. Rayner. Bald. Angel. Salycet. Paul. Caſtrenſ. Alex. Corn. & Dd. l. hæres. C. de impub. & aliis ſubſtitut. cum ſimilibus allegat. per Tiraq. in tractat. de jure primog. quæſt. 35. nu. 10* ita quoque & filio non permitti repudiata hæreditate patris, ea bona, in quibus jus primogenituræ locum habeat, acceptare.

Et tamen clari juris eſt, quod filius, qui non eſt hæres patris, indiſtinctè admittatur ad petitionem legitimæ eo caſu, quod filius hæres eſſe non poteſt, quando videlicet pater deceſſit alio hærede univerſali inſtituto, *Franciſc. Aret. conſ. 160. col. 16. Guilh. Bened. repet. c. Raynutius verb. ſi abſq; liberis moreretur. el. 2. nu. 53. extr. de teſtam.*

Quinimò quod etiam is qui hæreditati ſive delatæ ab ultimo poſſeſſore illorum bonorum, quibus jus primogenituræ annexum eſt, renunciat, bona habentia annexum jus primogenituræ retinere poſſit, tradit *Guil. Monſerrat. in tract. de ſucceſſ. reg. quæſt. 1. num. 30. Carol. Molin. in conſuetud. Pariſ. §. 8. gloſſ. 1. nu. 30.*

Præterea ſententiam *Oldrad. & ſequac.* poſito, illam aliquo caſu veram eſſe, procedere tantùm eo caſu, quando primogenito defertur univerſalis ſucceſſio omnium omninò bonorum ſecus aut eſt, quando primogenito defertur ſucceſſio tantùm certorum bonorum, puta Baroniæ vel ſimilium. Tunc enim illa ſucceſſio nunquam defertur jure hæreditario, ſed ſemper & ſolummodo jure ſanguinis, prout hoc expreſsè tenet, & opinionem *Oldrad.* ita declarat *Molin. in conſuet. Pariſ. §. 11. nu. 9.*

Ad 33. rationem dubitandi ego reſpondeo, licet † in ſucceſſionibus regnorum atque dignitatum regalium regulariter in omnibus & per omnia jus commune ſervetur, hoc tamen tantùm habere locum in illis, qui à primo acquirente originem trahunt, in quibus terminis loquitur *Petr. de Anchor. conſ. 339. numer. 6. citato in 33. ratione dubitandi.* 60.

Et confirmatur ex eo, namq; & in feudis ſucceditur eo ordine & modo, quo ſucceditur de jure communi, *Præpoſ. cap. 1. §. fin. de grad. ſucced. in feud. Alb. Brun. conſ. 73. num. 3. & 4. Rol. à Valle. conſ. 67. num. 14.* & tamen certùm eſt, quod ad ſucceſſionem feudi non admittantur hæredes extranei, qui à primo acquirente originem non trahunt, ſed illa ſucceſſio tantum reſtringatur ad deſcendentes à primo acquirente.

Ad trigeſimam quartam rationem dubitandi reſpondeo, quod † in caſu præſenti hactenus probatum non ſit, quod Baronia controverſa ab initio pluribus conceſſa, & illod actum fuerit, ut illa Baronia ad plures principaliter vel acceſſoriè devolvatur, vel quod Baronia controverſa unquam fuerit diviſa aut ab initio juri antiqui feudi conceſſo. 36.

Nec eſt verum, quod Ducatus, Comitatus, Baroniæ, reliquaque bona dignitatem annexam habentia ſi ſint feuda antiqua, vel aliter per tempus antiquiſſimum apud

apud familiam aliquam permanserint, non ad primogenitum tantùm sed ad omnes liberos æqualiter transeant, imò illud & ll. & rationi refragatur, tùm quia & text. & Dd. communiter generaliter decidunt, quod Ducatus, Comitatus, Baroniæ, reliquaque bona dignitatem secularem annexam habentia divisionem non recipiant, sed semper ad primogenitum exclusis aliis liberis devolvantur, nec distinguunt utrum illa bona sint feuda vel aliter antiqua, an verò de novo acquisita, *cap. 1. §. præterea Ducatus de prohib. feudi alien. per Frid. c. licet. extr. de voto.* & clari juris est, quod lex generaliter & indistinctè loquens, à nobis non sit distinguenda, *l. 3. ff. de offic. præsid. l. de precio. ff. de publ. in rem act.* sed generaliter intelligenda, ita ut omnes omninò casus comprehendat, *l. 1. §. cum urbem. ff. de offic. præfecti urbis. l. regula. §. fin. ff. jur. & fact. ignor. l. 1. §. ait ergò. ff. de his quæ in fraud. credit.* etiamsi major ratio sit in uno quam in alio, *l. 1. §. quod autem. ff. de aleat. & lusu aleæ*, vel aliqui ex illis casibus privilegiati sint, *l. in fraudem. §. fin. ff. de testam. milit.* item etiamsi illa dispositio sit stricta & odiosa, *Ang. l. fin. col. fin. & ibi Ias. nu. 83. ff. de constit. princ. Ant. de Butr. c. olim. extr. de verbor. signif. Cravet. cons. 118. num. 14 lib. 1.* vel juris communis correctoria, *gloss. c. contra Christianos verb. procedendi de hæred. lib. 6. Ioan. de Imol. l. si verò. §. de viro. col. 2. ff. soluto matrim. Alex. auth. ex testamento. col. 3. C. de collat. Hier. Grat. cons. 69. col. 2. & cons. 95. nu. 14 lib. 1.*

Tum quia inter illa bona, si sint antiqua vel recentia, quoad præsens propositum nulla ratio diversitatis assignari possunt, & clari juris est, quod in omnibus casibus, inter quos ratio diversitatis assignari nequit, idem jus servandum & statuendum sit, *l. illud in princ. ff. ad Aquil. l. à Titio in princip. & ibi Ias. & Dd. ff. verb. oblig.*

Tum quia major suadet ratio, ne dignitates antiquæ dividantur, quàm ut dignitates recentes indivisæ maneant, cum dignitates antiquæ sive antiquitùs constitutæ longè digniores atque præstantiores sint dignitatibus recentibus sive de novo creatis, prout hoc latè tradit *Tiraq. in tractat. de nobilit. cap. 19.*

Et clari juris est, quod quælibet dispositio regulariter extendatur ex majoritate rationis, ad illud nempe, in quo major ratio militat, *l. qui indignus. ff. de senator. l. cui pacto. ff. de servos export. l. relegatorum. §. postest. ff. de interd. & relegat. Alexand. l. in addit. ad Bald. l. mancipia. C. de servis fugit. Dec. cap. 2. col. 10. in fine vers. postremo superest extr. de probat. Dec. cons. 333. col. 3. Bald. l. transigere oppos. 8. C. de transact. Roch. Curt. repet. c. final. charta. 31. limit. 7. extr. de consuetud.*

Tum quia regulariter præsumuntur & feuda quælibet antiqua, *cap. 1. §. fin. & ibi Bald. de gradib. succed. in feud. cap. 1. & ibi Iac. de Belviso. Nicol. de Neap. Bald. Alvar. Mart. Laud. & Præpos. si de feudo def. cont. cap. 1. §. item placet. & ibi Laud. de invest. in marit. facta. Paul. Castrens. cons. 283. in fin. lib. 2. Alexand. cons. 15. col. penult. lib. 5. Ias. cons. 114. col. 2. lib. 1. & cons. 24. col. 6. lib. 3. Dec. cons. 152. col. fin. Zas. in tract. feud. part. 11. Alciat. tract. de præsumpt. regul. 3. præsumpt. 28. lib. 1. Aym. Cravett. tract. de antiquit. temp. 5. part. § jam vidimus. num. 4. Molin. consuet. Paris. tit. 1. §. 5. num. 89. Tiraq. in tract. de utroq. retract. part. 1. §. 32. gloss. 1. num. 91.* Et res quælibet allodiales antiquæ sive parrimoniales ab antiquo nempe penes aliquem atque majores suos fuisse, *Ioan. Barbat. in viator. juris tit. de locat. col. 15. vers. & ex hac quæstione. Ferron. in consuet. Portugal. titul. de retract. §. 11. in fin. Tiraq. in tract. de utroq. retract. part. 1. §. 32. gloss. 1. num. 91.* & clari juris est, quod legum dispositiones semper debeant ita accipi, ut comprehendant ea, quæ regulariter sive communiter fiunt aut fieri præsumuntur, *l. nam ad ea. ff. de ll. Aym. Cravett. in tract. de antiquit. tempor part. 4. §. materia ista singularitatis. numer. 118. cum. 3. seqq.*

Ex quo infertur, veram non esse doctrinam *Socin. & sequacium*, dum volunt, feuda habentia annexam dignitatem alicui concessa jure feudi antiqui & paterni divisionem recipere, nec in illis jus primogenituræ locum habere. Namque licet reliqua feuda antiqua & paterna divisionem recipiant; cum tamen feuda antiqua vel paterna, habentia dignitatem annexam, divisionem non recipiant, sed penes primogenitum remaneant, illa verba jure feudi antiqui & paterni, posita in concessione bonorum habentium annexam dignitatem, secundum subjectam materiam secundum nempe naturam illorum bonorum intelligenda & ita accipienda sunt, ut licet hæc clausula illud operetur, quod ad successionem illorum bonorum etiam agnati transver- 362

transverſales primi acquirentis admittantur, ut tamen non omnes ſimul ſed primogenitus tantùm ſive is, qui locum primogeniti obtinet, ad illorum bonorum ſucceſſionem admitti debeat. Cum ſit clari & indubitati juris, quod verba cujuslibet diſpoſitionis ſecundum ſubjectam materiam ſive ſecundum naturam rei de qua agitur, intelligenda & reſtringenda ſint, etiamſi neceſſe ſit, verba ad ſignificationem impropriam detorqueri, *l. ſi uno in princ. ff. de locat. & conduct. l. ſi inſulam. ff. de præſcript. verbis. l. ſi ſtipulatus. ff. de uſuris.*

Neque etiam ex inſtrumento ſub litera I I. colligi poteſt, Baroniam in B. ſemel diviſam fuiſſe, & per illam diviſionem jus primogenituræ extinctum, ſed ex illa inſtrumento contrarium liquet.

Namque in illo inſtrumento diviſionis dicitur, omnia bona Domini G. Baronis in B. & C. inter Dominam H relictam viduam Domini G. ex una, & tres filios dicti Domini G, nempe G. D. & B. ex altera parte ita diviſa fuiſſe, ut Baronia in B. ſoli Domino G. primogenito cederet.

Et clari juris eſt, ea bona in quibus habet locum jus primogenituræ, ita in diviſionem deduci poſſe, ut Comitatus vel Baronia, in qua jus primogenituræ locum habet, primogenito & reliqua bona cæteris liberis applicentur, quodque per talem diviſionem jus primogenituræ ſalvum & incolume remaneat, *Bald. Salyc. & Dd. l. ſi familiæ. C. familiæ. hercisc. Bald l. voluntas. verſ. quæritur. de duobus feudatariis. C. de condit. inſert. Bald, Alvar. Mart. Laud & Præpoſ. cap. 1. §. præterea Ducatus de prohib. feud. alien. per Frid. Alvar. cap. 1. §. omnes filii ſi de feudo def. cont. Alex conſ. 18. lib. 2 & conſ 60. col. 1. lib. 3. Socin. conſ. 165. verſ. tertiò reſpondetur. & conſ. 278 col. 1. verſ. tertiò non licet. lib. 2. Curt. ſen. conſ. 69. Iaſ. l. ſtipulationes non dividuntur. col. 19 ff. de verbor. obligation. Iaſ. conſ. 236. col. penult. lib. 2. & conſ. 107. col. 3. lib. 4.*

Similiter & ex inſtrumento dotali inter Dominum G. Baronem in B. & Dominum E. Comitem in B. inito & à Comitiſſa in L. unà cum duplica ſub litera HH. producto, colligi nequit, Baroniam in B. ſemel diviſam fuiſſe, namque in illo inſtrumento actum eſt, ut ſi conjugar, Dominum Baronem O. abſque liberis maſculis vita fungi, Baronia in B. applicetur integrè & totaliter Dominæ G. filiæ primogenitæ Domini O. Baronis in B. & uxoris Domini E. Comitis in B. Baronia verò in B. in ſolidum acquiratur Dominæ H. filiæ ſecundogenitæ dicti Domini O. utque Domina G. ex Baronia in B. ſorori ſuæ Dominæ E. Domina verò H. ex Baronia in B. ſorori ſuæ A. dotem convenientem dare & & præbere debeat.

Et ſic in inſtrumento illo expreſsè cautum eſt, quod illa Baronia etiam in caſu non exiſtentium maſculorum penes unam tantùm filiam & indiviſa remanere debeat.

Et licet in eodem inſtrumento poſtea cautum ſit, Vnd alſo lange dieſer dreyer Töchter vorgeſchrieben einig / in lebendigem Leibe iſt / ſo ſol die Herrſchafft Brunckhorſt nach Tode ihres Vatern darauff erben / vnnd kom̃en / vnd ob dar mehr Töchter Kinder würden / deßgleichen ſol die Herrſchafft von Brunckhorſt auch darauff erben vnnd kommen.

Attamen illa clauſula eſt intelligenda ſecundum præcedentem diſpoſitionem illius inſtrumenti, & ita intelligenda, quod Domina H. Baroniam in B. dotaliter & in ſolidum retinere, & ſororibus ſuis tantùm dotem ſolvere teneatur.

Cum ſit clari & indubitati juris, † quod 363
una clauſula inſtrumenti tam ex præcedentibus quam ſequentibus clauſulis declarationem recipiat, & ſecundum illas & intelligatur & reſtringatur, *l. qui filiabus in princip. & ibi Iaſon ff. de leg. 1. l. ſi ſervus plurium. §. fin. ff. de eodem titul. l. fin. §. cui dulcia. ff. de vino trit. & oleo legat. l. utrum in princip. & ibi Bart. Bald. & Angel. ff. de petit. hæred. l. quemadmodum. §. hæc verba. & ibi Bartol. ff. ad l. Aquil. Bald. c. ſecundò requiris. col. fin. extr. de appell.*

Quæ interpretatio etiam ex eo ſuadetur, namque ſecundum legitimam diſpoſitionem Baroniæ ſunt individuæ, & penes unum tantùm ex liberis remanere debent.

Et clari juris eſt, quod † tàm contra- 364
hentes quam alium quemlibet actum celebrantes ſemper intelligantur ſe voluiſſe conformare juris communis diſpoſitioni, *l. ſi duo & ibi Bald. ff de acquir. hæred. l. ſed niſi hoc & ibi gloſſ. ff. de jure dot. Bart. l. ut jusjurandi. §. ſi liberi ff. de operis libert. Bart. & Dd. l. hæredes mei. §. cum ita. ff. ad Trebell. Socin. conſ. 72. nu. 55. lib. 2. Aym. Cravet. conſ. 186.*

conf. 186. num. 9. lib. 1. Vantius in tractat. de nullit. rubr. ex defectu citationis. num. 94. Ioann. Cephal. conf. 3. num. 31. ubi ipse hoc in jure primogenituræ expresse tradit, quodque propter subjectam materiam, & ut dispositioni juris congruat illi, qui in una eademque dispositione vocantur, sive ad aliquam rem admittuntur non simul & semel, sed successive vocari intelligantur, sive illa dispositio sit facta copulative, & expressis nominibus propriis singulorum, *l. Gallus. §. quidam recte, & ibi Bart. Ias. & Dd. ff. de liber. & posthum. Bald. l. ut jusjurandi. §. si liberi. ff. de operis libert. Cyn. l. liberti. C. eod. tit. sive sub termino universali. l. peto. §. fratre. & l. omnia. §. final. ff. de legat. 3. l. fin. & ibi Ias. C. de verb. significat. Ias. d. §. quidam recte. num. 26.*

Deinde non obstat, quod in instrumento super matrimonio inter Dominam H. filiam Domini O. Baronis in B. & Dominum O. Comitem in D. confecto, & à Comite in D. una cum replica sub litera E. producto, actum & conventum est: Were es sache/daß der edle Herr zu Brunckhorst vorgeschrieben keine männliche eheliche Geburt krige/und nach ihm verliesse/ denn soll die edle Heilwig seine Tochter oder ihre Kinder an ihre stat stehen und gehen zu ihrem Kindes Theil.

Namque cùm in illa clausula nulla expressa mentio facta sit Baroniæ in B. illa clausula tantùm de reliquis bonis intelligi, nec ullo modo ad Baroniam in B. in præjudicium præsertim primogenituræ extendi potest.

365 Tum, quia † in generali dispositione nunquam comprehenduntur feuda, *c. 1. §. in generali. & ibi Dd. si de feud. defuncti content. c. 1. ad finem. & ibi gloss. & Dd. & Præpos. de Cap. qui cur. vendid. Bald. c. qui cùm ordinem. col. 2. & ibi Decis. col. 1. extr. de rescript. Bald. conf. 207. col. 1. lib. 2. Signoroll. conf. 218. Mart. Laud. & Præpos. c. 1. de investit. de re alienan. facta. Alex. conf. 16. col. 2. lib. 2. conf. 168. col. 2. eod. lib. Ias. conf. 70. col. penult. lib. 3. & conf. 252. col. 1. lib. 4. Dec. conf. 139. cum multis similibus allegatis per Tiraquell. in tractat. de utroq. retract. part. 1. §. 1. gloss. 3. num. 3. usq. ad num. 9.*

366 Idemque juris est † in bonis æquiparatis feudis, qualia bona sunt, Ducatus, Comitatus, Baroniæ & similes, licet illæ allodiales sint, cùm dispositum de uno ex æquiparatis etiam in alio æquiparatorum locum habet, etiam in dispositionibus odiosis & juris communis correctoriis, *gloss. Bart. & Dd. l. si quis servo C. de furtis. Ias. Auth. quas actiones. col. 5. C. de SS. Eccles. Ias. l. si arrogator. col. antepenult. ff. de adopt. Ias. l. transigere. col. 5. C. de transact. Dec. c. caussam quæ. col. 3. extr. de judic. cum multis similibus allegatis per Aym. Cravett. in tractat. de antiquit. tempor. 4. part. §. transeo nunc ad quartam. num. 98. & §. videamus modò, num. 8.*

Tum, quia Baroniæ reliquaque bona dignitatem vel jus primogenituræ annexum habentia, sunt res restitutioni subjectæ & extra familiam alienare prohibitæ.

Et clari juris est, quòd in generali dispositione nunquam comprehendantur res subjectæ restitutioni vel alienari prohibitæ, *Bart. l. codicillis. §. instituto. ff. de legat. 2. Dec. conf. 338. num. 1.* cùm nemo præsumatur voluisse id, quod juridicum non est, *Bald. c. 1. extr. de juram. calumniæ.*

Tum, quia quòd in generali dispositione non comprehendantur Baroniæ reliquaque bona dignitatem annexam habentia, expresse & in specie tradunt Dd. citati superiùs.

Tum, quia quòd in generali dispositione nunquam comprehendantur bona habentia annexum jus primogenituræ in præjudicium illius juris, expresse tradit *Ioann. Cephal. conf. 3. num. 93. cum octo seqq.* ubi inter cætera hanc adducit rationem, quia non præsumitur, quem voluisse suum primogenitum offendere, *Felin. rubr. nu. 14. extr. de treuga & pace.*

Præterea in eodem instrumento post prædictam clausulam in continenti sequitur, quòd instrumentum dotale sive matrimoniale confectum inter Dominum E. Comitem in B. & Dominam G. filiam Domini O. Baronis in B. ratum manere debeat. Cùm itaque in illo instrumento dotali Comitis nempe in B. expresse cautum atque conventum sit, quòd Domino O. absque liberis masculis defuncto integra Baronia à B. ad Dominam H. pervenire debeat. Sequitur, in illo posteriori instrumento similiter cautum esse, quòd integra Baronia in B. Domino O. absque liberis masculis defuncto ad Dominam H. pervenire, & individua remanere debeat.

Namque clari juris est, † quòd relatum 367
insit in referente, quodque dispositio se re-

ferens ad aliam & intelligatur & declaretur & restringatur, secundum illam dispositionem ad quam fit relatio, *l. Prætor ait. §. 1. & ibi Bart. Ripa & Dd. ff. de re judic. l. in summa in princ. ff. eod. tit. l. si prior. & ibi Bald. & Ang. ff. soluto matrim. l. asse toto, & ibi Imol. ff. de hæred. instit. l. institutio talis. ff. de condit. instit. l. si ita scripsero, & ibi Bart. Bald. & Dd. ff. de condit. & demonstrat.* cum multis similibus allegatis per *Tiraquell. in tractat. de legibus connubial. part. 7. num. 182. cum multis sequentibus.*

368 Et appellatione † patris nonnunquam totum comprehenditur, *l. cohæredi. §. non videri*, & *ibi Alex ff. de vulgarib. & pupill. l. Lucius. §. si filiam. & ibi gloss. verb. dimidio. ff. de legat. 2. l. uxori. in princ. & ibi gloss. ff. de legat. 3. gloss. & Dominic. c. 2. §. 1. dederim. lib. 6. Paul. Castrens. cons. 180. col. 2. lib. 1.*

Et cum Dominus O. Baro in B. decessserit superstitibus filiis masculis, illæ clausulæ, quæ ex prællegatis duobus instrumentis dotalibus contra Comitem in D. detorqueri volunt, effectum sortitæ non sunt, Ideoque perinde haberi debent, atque si illæ clausulæ istis instrumentis nunquam fuerint appositæ, cùm illud, quod effectum non sortitur, perinde habeatur, atque si illud nec factum nec attentatum fuisset, *l. penult. §. penult. ff. ne quis eum qui in jus voc. est. l. 1. §. final. & ibi Jas. Dec. & Dd. ff. quod quisq. jur. l. quoties. & ibi Jas. ff. qui satisdare cog. l. fin. & ibi Dec. ff. de offic. ejus, cui mand. est jurisdict.*

369 Insuper † Socinus & sequaces volentes juri primogenituræ renunciatum intelligi eo ipso, quòd illa bona semel divisa fuêre, loquuntur tantùm in divisione facta cum expresso consensu & authoritate superioris.

Ulterius quoque clari juris est, quòd divisio illorum bonorum, quæ jus primogenituræ annexum habent, ipsi dividenti & nullo modo liberis reliquisque successoribus suis noceat vel præjudicet, *Ioann. Ceph. cons. 3. num. 102. usq. ad num. 109.* ubi ipse pulchras rationes ꝓ hac sententia confirmanda adducit. Et inter cætera confirmatur, quia divisio est quædam alienatio speciei, *l. 1. C communia utriusq. judic. Corn. cons. 252. num. 1. lib. 1. & cons. 24. num. 8. lib. 2.*

Et clari juris est, quòd neque renunciatio neque alia alienatio vel factum patris in bonis habentibus annexum jus primogenituræ, filiis reliquisque successoribus noceat, *Bald cons. 389. col. 3. lib. 2. Præpos. c. 1. col. fin. de feudo March. Tiraquell. in tract. de jure primogen. quæst. 26. num. 5. Arius Pinel. repet. l. 1. part. 3. num. 49 & num. 99. C. de bonis matern. Ioann. Ceph. cons. 3. num. 97. cum similibus superiùs allegatis.*

Et textus *in l. pater. §. quindecim. ff. de legat. 3.* qui textus pro contraria sententia citatur, dum videlicet ex illo textu colligere nituntur, quòd res prohibita alienari semel alienata, in posterum liberè alienari possit, procedit tantùm, quando alienatio facta est à persona habente potestatem alienandi, Item & quando prohibitio alienationis est tantùm personalis, secus autem est, si vel alienator potestatem alienandi non habeat, vel prohibitio realis sit. Tunc enim res semel alienata alienabilis non efficitur, *Bart. & Imol. l. peto. §. fratre. ff. de legat. 2. Bart. l. Scævola ad fin. ff. ad Senatusconsult. Trebell. Bart. & Paul. Castrens. l. voluntas. C. de fideicommiss. Dec. cons. 182. in fin. Jas. l. filiusfamilias. §. divi lect. 2. num. 95. & ibi Crotus in repet. num. 43. Ferd. Loazes. num. 134. & Ambros. de Opizonib. num. 56. ff. de legat. 1.* ideoque ille textus extendi non potest ad bona habentia annexum jus primogenituræ, cum dispositio juris primogenituræ & tacita prohibitio de non alienando inde resultans, sit realis, & nemo habeat facultatem vel per divisionem vel alienationem in illis bonis filiis reliquisque successoribus præjudicandi.

Et ad reliqua jura à *Socin.* adducta pro sua sententia, quod per divisionem jus primogenituræ extinguatur, respondet *Ioan. Ceph. cons. 3. nu. 102. cum sex seqq. ad quem me remitto.*

Et sic ex his liquet, ea quæ in 34. rationem dubitandi adducta fuêre, Comiti in D. nihil obstare.

Ad 35. rationem dubitandi respondeo, ad † fideicommissum relictum familiæ, omnes descendentes à primo acquirente in infinitum usque admitti, quando illa dispositio vel est realis vel illud tacitè vel expressè actum, ut res relicta semper & quandocunque apud descendentes primi acquirentis remaneat, eamque ob causam ea quæ in 35. ratione dubitandi adducta sunt, in Baroniis reliquisque bonis dignitatem annexam habentib⁹ non procedere, cum & ll. cautum & à Dd. communiter traditum sit, talia bona in perpetuum manere penes descendentes à primo acquirente, illosque, qui primo acquirente originem trahunt, ad illorum successionem admitti, licet ipsi ul- 370

timo

timo defuncto in millesimo vel ulteriori gradu conjuncti sint.

Ad trigesimam sextam rationem dubi-
371 tandi respondeo, † Veriorem atque communiorem esse illorum Dd. sententiam, qui volunt, quodlibet feudum in dubio præsumi non hæreditarium, sed ex pacto & providentia, prout hoc patet ex iis, quæ diximus in responsione ad trigesimam secundam rationem dubitandi.

Et clari & indubitati juris est, quòd ad successionem feudi ex pacto & providentia tàm filii quam agnati admittantur, licet ipsi non sint hæredes neque primi acquirentis neque ultimi defuncti, prout hoc tenent Dd. communiter citati in undecima ratione decidendi & in responsione ad trigesimam secundam rationem dubitandi.

Similiter & ad successionem feudi hæreditarii agnati transversales indistinctè admittuntur, licet ipsi non sint hæredes ultimi defuncti.

Eodem modo ad successionem feudi improprii indistinctè admittitur tàm filius, quam agnatus, licet ipse neque primi acquirentis, neque ultimi defuncti hæres sit mediatè vel immediatè.

Eo quoque casu, quando hæreditas non differtur, successori feudi tàm filius quam agnatus indistinctè ad successionem feudi admittitur, licet ipse neque primi acquirentis neque ultimi defuncti hæres sit, prout hæc omnia in undecima ratione decidendi docuimus.

372 Et licet Dd. velint, † quòd ad hoc, ut agnatus transversalis admittatur ad successionem feudi hæreditarii, requiratur, ut is sit hæres saltem primi acquirentis mediatè vel immediatè, Attamen hoc non procedit in feudis impropriis, item & quando non probatur, in acquisitione illius feudi expressam mentionem hæredis factam, item & quando agnato non fuit delata hæreditas.

Atque etiam in illis casibus, in quibus requiritur, ut is, qui petit, se admitti ad successionem feudi, sit hæres mediatè vel immediatè primi acquirentis vel ultimi defuncti, sufficit quem esse hæredem particularem, prout hoc in undecima ratione decidendi comprobavimus.

Præterea licet *Curt.* velit ad successionem feudi hæreditarii agnatos transversales non aliter admitti, nisi ipsi sint hæredes ultimi defuncti, eamque opinionem communiter receptam esse attestetur, Attamen illius opinio & falsa & communiter damnata est, prout liquet ex allegatis in undecima ratione decidendi.

Ad trigesimam septimam rationem du-
bitandi respondeo, † fœminam transversa- 373
lem nec non etiam descendentes ex ea indistinctè ad successionem feudi admitti, eo potissimùm casu, quando fœmina atque descendentes ex illa per consuetudinem ad successionem feudi habilitati sunt, prout hoc docuimus in 14. ratione decidendi, & allegata in 37. ratione dubitandi, posito, illa aliquo casu locum habere posse, nullo modo procedunt in fœmina, quæ vigore consuetudinis ad successionē feudi admittitur.

Similiter & ad ea bona, quæ habent annexam vel dignitatem vel jus primogenituræ, fœmina transversalis sive collateralis, & descendentes ex illa, absque omni dubio admittuntur, juxta textum clarum & expressum, *c. significavit & ibi Bald. Panormitan. & Dd. extr. de rescript.*

Et ad illud, quod dicitur, † ascendentes 374
à successione feudi repelli, respondeo, illud tantùm procedere in ascendentibus directò non autem in ascendentibus linea transversali, sicut hoc probat textus *c. 1. §. si quis miles. constit. feudal. Domin. Loth.* in quo textu expressè deciditur, patruum filio patri in feudo succedere, idem probat *text. c. 1. de grad. succed. in feud.* ex quo textu per argumentum a contrario sensu, quod in jure & fortissimum & frequentissimum est, colligitur in feudo antiquo patruum magnum vasallo defuncto succedere.

Deinde hoc quod dicitur, † ascen- 375
dentes ad successionem feudi non admitti, procedit tantùm in feudo novo, & in illis ascendentibus, qui a primo acquirente originem non trahunt. Cæterùm ad successionem feudi antiqui illi ascendentes qui a primo acquirente descendunt, indistinctè admittuntur, licet ipsi ultimo defuncto in linea ascendente directè conjuncti sit, *Isern. Alvarot. Præpos. & Matth. de Afflict. c. 1. in princ. de nat. success. feudi Præpos. & Matth. de Affl. c. 1. de vasall. decrep. ætat. Curt. tract. feud. 2. part. 3. part. princ. nu. 45. Zas. tract. feud. part. 8. num. 2.*

Cùm itaq; Comes a D. à primo acquirente Baroniam controversam originem trahat, & ex actis constet atq; liqueat, ratione generalis consuetudinis Ducatus Geldriæ fœminas & descendentes ex illis ad successionem feudi habilitatas esse, sequitur, ea, quæ in 37. ratione dubitandi dicta sunt, Comiti à D. non obstare.

Ad tri-

376 Ad tricesimam octavam rationem dubitandi respondeo, † Veriorem & communiorem esse illorum Dd. sententiam, qui volunt, fœminam semel exclusam à successione feudi, non perpetuò, sed tantùm donec illi vivunt, quorum favore exclusio facta fuit, exclusam censeri.

Nec obstat, quod *text. in c. 1. §. quin etiam Episcopum vel Abbat.* dicit, fœminam semel exclusam à successione feudi, ad illud ulterius non admitti, Namque feudum est res restitutioni subjecta, sicut hoc superiùs indicavimus. Et illarum rerum, quæ restitutioni subjectæ sunt, ea natura est, quòd semel ab illis rebus exclusus non perpetuò, sed tantùm donec excludens superest, exclusus intelligatur, juxta *text. l. cum ita. §. fin. ff. de legat. 2. cum multis similibus suprà allegat.*

Et clari & indubitati juris est, quòd omnia verba secundum subjectam materiam & naturam rei intelligenda & accipienda sint, etiamsi oporteat verba ad significationem impropriam vel impropriissimam detorquere, *l. si uno in princ. ff. de locat. & conduct. Nicol. Everhard. in loco à subjecta materia. cum simillib. vulgarib.*

Ideò sequitur, quòd dictio *ulterius in d. §. quin etiam posita*, secundum subjectam materiam ita intelligenda sit, donec videlicet excludens, sive descendentes ex eo, superfuint, quòd etiam suadetur per *text. in c. 1. de eo, qui sibi & suis hæredib.* dum videlicet ille textus dicit: Non enim patet fœminæ locus in feudi successione, donec masculus superest ex eo, qui primus de hoc feudo fuit investitus, & sic expressè denutat exclusionem fœminæ & descendentium ex fœminis non perpetuam sed temporalem esse. Cùm sit clari juris, quòd leges legibus concordare conveniat, quodque unus textus secundum alium intelligi, declarari & restringi debeat, *l. sed & posteriores ff. de legib. l. 1. §. quibus. C. de novo Cod. fac. l. unica. C. de inoffic. dote. c. cùm expediat de elect. lib. 6.*

377 Deinde non obstat, quòd † qualibet exclusio simplex sit perpetua, Namque hoc tunc demum procedit, quando excludenti est quæsitum jus irrevocabile, secus autem est, quando jus quæsitum excludenti est revocabile, quale jus est illud, quod vasallus in feudo habet, item, quòd quilibet alius habet in re restitutioni subjecta sicut hoc in rationibus decidendi documus, & legibus atque rationibus comprobavimus.

Similiter non obstat, quòd fœmina semel exclusa à successione, perpetuò exclusa maneat. Namque hoc verum est, in successione rerum hæreditariarum, quæ res hæreditariæ hæredi perpetuò & irrevocabiliter acquiruntur, Secus autem est in feudis aliisque rebus restitutioni subjectis, quæ non perpetuò, sed revocabiliter tantùm acquiruntur.

Præterea etiam in successionibus hæreditariis semel exclusus non prohibetur excludenti succedere in illis bonis, à quibus ipse semel exclusus fuit.

Eodem modo respondetur etiam ad illud, quod semel exclusus à jure prælationis, perpetuò exclusus intelligatur & maneat. Namque hoc ideò evenit, quia excludenti est quæsitum jus irrevocabile.

Nec est verum, † quòd fœmina ad- 378
missa ad successionem feudi, intelligatur ad illam successionem admissa sub conditione extinctiva, si videlicet tempore delatæ successionis masculus non supersit, Quia illa conditio, sub qua fœmina ad successionem feudi admittitur, est suspensiva, & non initium sed processum & perseverantiam actus respicit. Ideoque in hoc casu non habet locum regula, quæ vult, quod sufficiat semel conditionem defecisse.

Nec obstat authoritas *Paul.* † *Castrens.* 379
Namque illa non modò nulla lege & ratione firma probatur, sed & legibus & rationibus firmissimis refragatur, Ideoque illa nullo modo in consideratione habenda est, cùm nec *glossæ Bald. l. res publ. C. ex quibus caussis major.* Nec Doctori quantumvis magnæ authoritatis credendum, nisi dictum suum probet lege vel ratione urgenti, *Archidiac. c. nolite timere. 11. quæst. 3.* Imò paria sint aliquid fieri sine lege & contra legem, *Bald. c. in Genesi extr. de elect.* Et illud, quod lege nun cavetur, in practica non recipiatur, *Bald. c. nihil. col. fin. extr. de elect.* Atque etiam legibus expressè cautum sit, quòd illa opinio Dd. quæ vel legibus expressis vel rationibus urgentibus refragatur, nullo modo sequenda vel imitanda sit, *l. 1. §. sed neq. C. de vet. jur. enucl. l. Æmilius. ff. de minor. c. Capellanus. & ibi Abb. extr. de ferys.*

Nec est verum, quòd † fœmina semel 380
exclusa per masculum à successione feudi, effectus exclusionis consummatus & perfectus sit cum masculo ejusque descendentibus non sit quæsitum jus irrevocabile, ipsique intelligantur gravati per mortem suam fœminæ atque descendentibus ex ea feudum restituere.

Igitur

Igitur manet firma regula in casu nostro, quòd cessante caussa exclusionis deficientibus nempe masculis & ex iis descendentibus, & ipsa quoque exclusio cessat, juxta *l. si instituta. l. si is qui. l. pater filium. ff. de inoffic. testamento cum multis similibus allegatis per Tiraquell. in tractat. cessante caussa 1. part. nu. 19. & 2. part. limitat. 12.*

Et regula quæ vult, quòd cessante caussa, non cesset effectus perfectus & consummatus, habet tantum locum in caussa fiendi, secus autem est in caussa essendi, *Ioann. Monach. in proœm. lib. 6. Bald. c. etsi Christus. num. 7. extr. de jurejur. Tiraquell. in tractat. cessante caussa. num. 23.*

Eodem modo quando effectus consummatus non est momentaneus, sed est successivus, illa regula habet tantùm locum pro tempore præterito, non autem pro tempore futuro, *Bald. c. quemadmodum. col. 3. versic. circa tacitas conditiones extr. de jurejur. Franc. Ozar. §. supradicta. num. 18. Instittut. de testament. milit. argum. l. tutelas. ff. de capit. diminut.*

Similiter hæc regula locum non habet, quando supervenit caussa retrò contraria, *Bald. c. cum cessante. num. 4. arg. illius text. extr. de appellat.* vel quando cessat caussa specialis, *Anton. de Butr. c. post translationem. col. 4. extr. de renunciat.*

Cùm itaque masculorum existentia sit caussa specialis exclusionis fœminarum, atque ex iis descendentium à feudo, illaque caussa sit caussa essendi & effectus exclusionis fœminarum successivus, masculisque deficientibus caussa contraria superveniat, dubio omni caret, illam regulam, quòd cessante caussa effectus consummatus non cesset, in casu nostro locum non habere.

Nec etiam similiter verum est, quòd

381 successio † in feudum sit successio singularis. Namque contrarium tenet *Boer. decis. 204. num. 45.* ubi ipse plurimas authoritates ad hoc citat, & idem tradit *Bald. authen. cessante. num. 4. C. de legitim. hæred.* ubi ipse concludit, successionem in Baronia & sic in feudo successionem universalem esse. Eandem sententiam etiam amplectitur *Bald. c. significavit. num. 4. extr. de rescript.* ubi ipse dicit, successionem in Comitatu, & sic in feudo successionem universalem esse.

382 Et licet † successio in feudum sit una eademque successio, cùm in feudo semper succedatur primo acquirenti & non ultimo defuncto, cùm tamen vasallo in feudo acquiratur non irrevocabile, sed jus revocabile, ipseque intelligatur gravatus post mortem suam, feudum aliis de sanguine primi acquirentis restituere, certum est, exclusum semel a feudo, non perpetuò, sed donec excludens ejusque descendentes vivunt, exclusum intelligi, sicut hoc evenit in re relicta uni ex familia eo pacto eaque conditione, ut ipsa semper in familia maneat, & non extra familiam alienetur, ad quam rem mortuo illo, qui hanc rem justè possidet, proximiores illius quidem admittuntur, *Socin. cons. 249. lib. 2.* ubi ipse attestatur, suo consilio subscripsisse *Bald. à Bratalin. & Corn.* & ita fuisse obtentum in caussa, & idem consuluisse *Ang. & Paul. Castrens.* idem tenet *Socin. l. si cognatus. col. penult. ff. de reb. dub.* ubi ipse attestatur, idem consuluisse *Alex. & Ioann. Baptist. à sancto Severino.*

Eandem sententiam amplectitur *Socin. l. hæredes. §. cùm ita ad Trebell. ibiq; dicit etiam Bald. idem consuluisse.* Idem tenet *Socin. consil. 86. lib. 3. cons. 73. col. 4. lib. 4. Ruin. cons. 13. nu. 12. lib. 1. cons. 202. nu. 18. cons. 117. n. 25. cons. 123. nu. 18. cons. 162. num. 8. cons. 166. nu. 5. consil. 168. num. 8. cons. 151. ad fin. lib. 2. & consil. 47. col. fin. lib. 3. Stephan. Bertrand. cons. 360 col. 2. lib. 3. Anton. Rub. cons. 36. cons. 40. cons. 82. Godzad. cons. 4. num. 17.*

Non tanquam successores ultimi defuncti, sed tanquam successores illius testatoris, qui hanc rem eo pacto uni ex familia reliquit, ut illa semper in ista familia remaneat, *l. cohæredi. §. cùm filiæ. & ibi Dd ff. de vulgar. & pupill.* Et sic illa successio est semper una eademque.

Et tamen clari & indubitati juris est, quòd semel exclusus ab illa successione, non perpetuò, sed tantùm donec excludens ejusque descendentes supersunt, exclusus intelligatur, non tantùm si illud fideicommissum vel legatum sit universale, sed etiam si illud sit particulare, juxta *text. l. cùm ita. §. fin. l. peto. §. frater. ff. de legat. 2. cum similibus suprà allegatis.*

Et licet textus *in c. 1. de eo, qui sibi & suis hæred.* habeat varios intellectus, Attamen illi intellectus, quòd fœmina semel à feudo exclusa, per masculum non perpetuò, sed

sed tantùm temporaliter exclusa intelligatur, est omninò amplectendus.

Tum, quia ille intellectus magis convenit proprietati verborum, nempe dictioni, Donec, quæ non perpetuam, sed tantùm temporalem exclusionem denotat.

382 Et certi juris est, quòd † semper amplectendus sit is intellectus, qui magis proprietati verborum convenit, *l. 1. §. si is qui navem. ff. exercit. act. l. non aliter. in princip. ff. de legat. 3.*

Tum, quia hic intellectus magis convenit subjectæ materiæ, cùm feudum sit res restitutioni subjecta, cujus rei illa natura est, quòd semel ab illa re exclusus, non perpetuò, sed tantùm temporaliter, donec videlicet excludens superest, exclusus intelligatur, sicut hoc patet ex juribus superiùs allegatis.

Et clari juris est, quòd semper amplectendus sit is intellectus, qui subjectæ materiæ vel naturæ rei, de qua agitur, magis convenit, *l. si uno in princip. ff. de locat. & conduct. l. 4. ff. de usur. l. quoties idem sermo. & ibi Dec. & Cagnol. ff. de regul. jur.*

383 Tum, quia hic intellectus † melioribus & firmioribus rationibus nititur, & dubio omni caret, illum intellectum semper sequendum esse, qui firmioribus & melioribus rationibus nititur, *c. Capellanus. & ibi Abb. & Dd. extr. de feriis.*

Secundò ad trigesimum octavum argumentum contrarium respondeo, illud argumentum contrarium non procedere in fœmina ad successionem feudi habilitata per statutum vel consuetudinem, item, nec in illa fœmina, quæ non simul cum masculis sed demum post masculos sive deficientibus masculis ad successionem feudi vocata est.

Tertiò respondeo, ea, quæ in trigesimo octavo argumento contrario dicta sunt, non habere locum in feudo improprio.

384 Quartò † respondeo, trigesimum octavum argumentum contrarium non habere locum, si tacitè vel expressè actum fuerit, ut fœminæ vel descendentes ex iis, etiam masculis sive transversalibus succedant, Item, quando fœmina exclusa vel descendentes ex ea, semel ad successionem feudi admissi fuerunt.

Quintò respondeo, quòd fœmina semel exclusa, descendentes illius exclusi non intelligantur, quando illi ex propria persona sive proprio jure ad successionem feudi se admitti petunt, prout hæc omnia in rationibus decidendi latè comprobavimus, ideoque illa repetere supervacuum duximus.

Ad trigesimam nonam rationem dubitandi respondeo, consuetudines feudales quatenus excludunt extraneos, & illos, qui a primo acquirente non descendunt à successione feudi, non exorbitare à jure communi, sed juri communi in omnibus & per omnia convenire, eam ob caussam, quia feudum acquiritur ab aliquo pro se & descendentibus suis.

Et certum est, † quòd etiam secundum juris communis dispositionem à successione illarum rerum, quas quis acquisivit pro se & descendentibus suis, extranei repellantur. 385

Et cùm illa bona, quæ habent annexam vel dignitatem secularem, vel jus primogenituræ intelligantur tantùm acquisitæ pro ipso acquirente & descendentibus suis sive hæredibus sanguinis. Sequitur, quòd etiam secundum juris communis dispositionem ad illorum bonorum successionem extranei & non trahentes originem a primo acquirente non admittantur.

Et licet in successionibus illorum bonorum, quæ jus primogenituræ annexum habent, jus commune servandum sit, Hoc tamen procedit tantùm respectu illorum, qui a primo acquirente originem trahunt, in quibus terminis loquitur *Petr. de Ancher.* citatus in trigesima nona ratione dubitandi, secus autem est, quoad illos, qui a primo acquirente originem non trahunt, prout hoc superius docuimus.

Prætera successio illorum bonorum, quæ habent annexam vel dignitatem secularem vel jus primogenituræ, quoad hoc, ne ad illa bona extranei hæredes admittantur, in omnibus & per omnia æquiparatur successioni feudi, prout hoc superiùs sæpè docuimus.

Et clari juris est, quòd † consuetudo etiam odiosa & non tantùm exorbitans, verùm etiam juris communis correctoria ad æquiparata extendatur, *gloss. fin. l. si quis ferro, & ibi Bart. & Dd. C. de furtis. Ias. auth. quas actiones. col. 5. C. de sacrosanct. Eccles. Ias. l. si arrogator. col. antepenult. ff. de adoption. Ias. l.* 386

Iaf. l. transigere. col. 5. C. de transact. Iaf. l. 1. col. 5. ff. de legat. 1. Dec. c. causam quæ. col. 3. extr. de judic. Dec. c. secundò requiris. vol. fin. extr. de appellat.

Nec etiam nos negamus, ad successionem illorum bonorum, in quibus locum habet jus primogenituræ, fœminas item & descendentes ex ea admitti, dummodo tamen ipsæ vel ipsi a primo acquirente originem trahant, cæterum fœminas à primo acquirente originem non trahentes, nec non & descendentes ex illis a successione illorum bonorum, in quibus jus primogenituræ locum habet, repelli, constanter asserimus, prout etiam illa repelluntur à successione feudi, tam proprii quam improprii quocunque tenure acquisiti, prout hoc ex superius traditis liquet.

Ad quadragesimam rationem dubitandi respondeo, non tantùm consuetudinibus feudalibus introductum, sed etiam juri divino, naturali, gentium, civili & canonico conveniens esse, quod ea bona, quæ habent dignitatem secularem annexam, ad hæredes extraneos non transire, sed penes descendentes primi acquirentis, & quidem non omnes sed primogenitum tantum remanere debeant.

387 Et licet † consuetudinibus feudalibus contraria consuetudine derogari, atque modus succedendi introductus, non tantum per consuetudines feudales, verùm etiam de jure civili per consuetudinem contrariam alterari & mutari possit. Attamen illam consuetudinem non valere judico, ut ad successionem Regni, Ducatus, Comitatus, Baroniæ & similium bonorum dignitatem regalem annexam habentium indistinctè omnes omninò hæredes extranei à primo acquirente non descendentes admittantur, eam ob causam, quia illa consuetudo cum detrimento publicæ utilitatis conjuncta esset.

Et certi juris est, consuetudinem pu-
388 blicæ † utilitati contrariam non valere, *Roch. Curt. repet. c. fin. num. 515. extr. de consuetud.*

Similiter, licet in successione regalium aliarumvè dignitatum sive bonorum habentium annexam dignitatem regalem vel aliam, potissimùm attendatur consuetudo loci, attamen hoc non procedit, quando illa consuetudo est publicæ utilitati contraria.

Etsi autem aliqui Dd. velint, consuetudinem contrariam publicæ utilitati cum consensu Principis introduci posse, *Gemin. in summa distinct. 11. Roch. Curt. repet. c. fin. nu. 518. extr. de consuetud.* attamen consensus Principis cum facti sit & in facto consistat, non præsumitur, nec quod in casu præsenti intervenerit, hactenus probatum est.

Nec etiam probatum est, in casu præsenti intervenisse scientiam Principis, ex qua cum cursu longi temporis consensus colligi vel præsumi posset. Et clari juris est, quod ex cursu temporis etiam longi vel longissimi consensus Principis non præsumatur, nisi de scientia Principis fides fiat, *Alex. consi. 9. vol. fin. lib. 3. & consi. 17. col. 2. lib. 4. Matth. de Afflict. decis. 127. in fin.*

Præterea hoc, ne ad bona habentia annexam dignitatem regalem indistinctè quilibet hæres extraneus, atque à primo acquirente originem non trahens, admittatur, utilitatem totius Imperii Romani omniumque Ducatuum respicit, & certi juris est, quod talis consuetudo, quæ est conjuncta cum detrimento publico vel Imperii vel Ducatus, nec cum consensu quidem Imperatoris vel Ducis induci possit, *Roch. Curt. in repet. c. fin. num. 518. cum seq. extr. de consuet.*

Deinde etiam prætensa consuetudo, quam perhibet in Ducatu Geldriæ vigere, ut ad successionem Baroniarum omnes omninò hæredes, licet ipsi à primo acquirente non descendant, admitti debeant, hactenus probata non est, neque per testes neq; per instrumenta, nec etiam præsumitur, sed illa non probata, servandum est jus commune, quo expressè cautum est, quod ad successionem Baroniæ hæredes extranei a primo acquirente non descendentes non admittantur.

Et annotandum est, † quod testes recepti ante litem contestatam nullam fidem nullamque probationem faciant, *c. quoniam frequenter in princip. extr. ut lite non contest.* 389

Similiter & testes examinati à judice incompetenti nihil probant, *c. ea quæ à judice. & ibi Dd. de regul. jur. lib. 6. c. at si clerici in princip. & ibi Dd. extr. de judic. facit text. l. 1. & 2. C. si à non compet. judic.*

Et licet aliqui casus speciales reperiantur, in quibus testes lite non contestata examinari possunt, attamen examinatio testis lite non contestata facta, rata non est, nisi probetur atque fides fiat, illam examinationem factam esse in casu specialiter excepto per jura vulgaria, & ad hoc, ut examinatio testis lite non contestata ad per-

 petuam

petuam memoriam etiam in casibus exceptis valeat, requiritur, ut illa examinatio fiat à judice competente, ab illo nempe judice, qui est futurus judex causæ principalis, *Bal. l. cum hi. §. transactiones. & ibi Ang. Fulgos. Paul. Castr. & Ias ff. de transact. Anton. de Butr. c. Clericus si Laicum. extr. de foro compet. Panorm. c. si quis contra Clericum num. 3. extr. eod. tit.*

Eodem modo testes examinati, non citata ad hoc parte adversa, nullam penitus probationem inducunt, *c. 2. & ibi Dd. extr. de testib.*

Testibus quoque non juratis fides non adhibetur, *l. jurisjurandi. C. de testib. c. nuper. & c. tuis extr. eod. tit.*

Et ad hoc, ut dictum sive dispositio testis probet, requiritur, ut testes juramentum speciale & solenne præstent, nec sufficit, illos deponere sub eo juramento, quo ipsi Domino Principi vel Civitati suæ devincti sunt, *Bart. l. fin. C de vendend. reb. Civit. lib. 11. facit. text. c. penult. & ibi Dd extr. de jurejur.*

Idem quoque juris est in testibus inter alias personas receptis, illi enim perinde nullam fidem faciunt, *l. 1. & tot. tit. C. res inter alios acta.*

Depositiones quoque testium non aliter fidem vel probationem faciant, nisi unius cujusque dictum extense scriptum fuerit, *Ant. de Butr. & Abb. c. nihil. extr. verbor. signif.*

Leges etiam sanciunt, quod nemo in una eademque causa simul & testis & judex esse possit, *c. statutum est. 1. q. 6. c. nullus. 4. q. 4. c. delecto. & ibi gloss. & Dd. extr. de testib.*

390 Quodque is, † qui de aliqua causa cognoscere nequit, illam quoque alteri committere non possit, *Bart. l. qui jurisdictioni. lect. 2. nu. 2. ff. de jurid. omn. judic. Socin. cons. 96. num. 7. lib. 1. Alb. Brun. cons. 30. num. 3. & cons. 31. nu. 2. arg. l. observare §. fin ff de offic. procons. l. 1. in princ. ff de offic. ejus cui mand. est jurid. l. more majorum ff. de jurid. omni jud. l. observandum ff. de judic. l. 1. C. qui pro sua jurisdict.* prout in specie, quod ordinarius judex productus in testem, illam causam alteri delegare nequeat, licet sub dubio decidit *gloss. & Dd. c. delecto. extr. de testib.* in quo loco *gloss.* etiam innuere videtur, quod judex ordinarius nec coram vicario quidem suo in testem produci queat, nisi necessitas immineat.

Deinde quoque † consuetudo est probationis difficilis, *gloss. c. fin. extr. de consuet. Curt. cons. 184. nu. 9.* Difficilime *Abb. cons. 53. lib. 2.* & quasi impossibilis, *Host. & Ioan. And. c. fin. & ibi Roch. Curt. in repet. nu. 171. extr. de consuetud.* 391

Et probatio † consuetudinis non aliter relevat vel quicquam operatur, nisi illa probatio plena & numeris omnibus perfecta fuerit, *Bart. l. de quibus de R. Bart. l. 2. num. 31. C. quæ sit longa consuetud. Curt. jun. cons. 184. num. 9. Roch. Curt. repet. c. fin. num. 591. extr. de consuetud.* 392

Nec consuetudo † probatur per testes simpliciter dicentes sive deponentes aliquid in loco aliquo consuetudine receptum vel observatum fuisse, aut consuetudinem in loco aliquo extare, si ipsi non expressè & specificè deposuerint de omnibus requisitis pro essentia atque substantia consuetudinis, *Ioan. Andr. in sum. tit. extr. de consuetud. Curt. jun. cons. 184. nu. 10. Roch. Curt. rep. c. fin. num. 596. extr. de consuetud. Aym. Cravet. cons. 134. num. 6. Alexand. consil. 45. lib. 2.* 393

Sicut etiam articuli super consuetudine generaliter formati, quod videlicet in certo loco talis vel talis consuetudo vigeat non expressis reliquis requisitis ad consuetudinem inducendam, nullo modo recipiuntur, sed una cum depositionib. testium super illis articulis secutis rejiciendi sunt, *Aym. Cravet. cons. 134. num. 6* ubi ipse pro sua sententia allegat *Oldradum & Ægid. Bellimer.*

Testes quoque † qui de consuetudine deponunt, non aliter fidem faciant, nisi ipsi ultrò & non interrogati causam sive rationem dicti sui assignent, *Bart l. de quib. nu. 22. ff. de legib. Alex. cons. 45. lib 2. Dec. 215 cons. 402. nu. 13. cons. 483. nu. 24. & cons. 538. nu. 10. Card. Paris. cons. 27. nu. 38. lib. 1. arg. l. testium. C. de testib. Bart. l. qui testamento. §. fin. ff de testam. Bald. l. testium. C. eod. tit. Innoc. c. cum causam. & ibi Dd. extr. de testib.* etiamsi testes deponentes de consuetudine sint valdè periti, *Dec. cons. 215. cons. 402. num. 13 & cons. 538. Cardinal. Paris. cons. 27. numer. 38. lib. 1.* 394

Et licet in hoc contrarium teneant aliqui volentes consuetudinem probari, licet testes super consuetudine producti non interrogati causam sive rationem dicti sui non assignent, *Ioan. Fabr. §. ex non scripto. num. 14. Inst. de jure natur. gent.*

& civili

& civili, Card. Florent. c. fin. quæst. 40. & ibi Roch. Curt. in repet num. 615. cum. 4. seqq. extr. de consuetud. præsertim si destes teponentes de consuetudine sint valdè periti. Bal. l. de quib. nu. 22. ff. de legibus.

Attamen præcedens opinio, quod testes deponentes de consuetudine indistinctè fidem non faciant, si ipsi causam vel rationem non assignent, mihi indistinctè verior esse videtur, sive ipsi sint periti sive non, item sive ipsi sint interrogati de causa vel ratione sive non.

995 Consuetudo quoque † secundum communem & receptam Dd. sententiam per depositiones testium aliter probari nun potest, nisi testes expresse & specificè deponant, & de actibus ex quibus consuetudo inducta fuit, item & de frequentia actuum & temporis diuturnitate, & ita quidem, ut ex illorum depositione colligi possit, hos actus ad noticiam pupuli vel majoris partis pervenisse, *Bart. repet. l. de quibus quæst. 28. & ibi Cyn. col. 12. vers. sed quæro quid deponant. C. quæ sit longa consuetudo Bald. l. de quibus. col. 12. vers. postremo qualiter consuetudo probetur. ff. de legibus. Panorm. cons. 53. lib. 2. Ant. de Butr. c. fin. col. antepenult. & ibi Cardinal. Florent. quæst. 40. & Roch. Curt. in repet. num. 293. cum. 10. seqq. extr. de consuetud. Ioan. Fabr. §. ex non scripto. & ibi Angel. num. 28. Instit. de jure natur. gent. & civili. Alexand. cons. 45. cons. 131. cons. 136. lib. 2. & cons. 173. lib. 6. Dec. cons. 215. cons. 402. cons. 483 num. 25. & cons. 538. Corn. cons. 293. col. 4. lib. 1. Curt. jun. cons. 184. nu. 10. Aym. Cravett. cons. 134. num. 6.* illamque opinionem communem esse attestatur *Rochius. Curt. in loco præallegato.*

Nec etiam sufficit, ut testes ad consuetudinem probandam inducti simpliciter deponant de actibus sive usu actus & frequentia usus, sed requiritur, ut ipsi specificent & casus & personas inter quas hæc ita observata fuerint, *Ioan. Fab. d. §. ex non scripto. Roch. Curt. repet. d. c. final. nu. 598. extr. de consuetud. Aym. Cravett. cons. 134. num. 6.*

Ad probandam quoque consuetudinem, testes singulares nun sufficiunt, sed requiritur, ut illi sint contestes, atque concurdent tàm in actibus quàm in usu actus, *Bart. l. de quibus. num. 24. ff. de legib. Cyn. l. 2. col. 18. & ibi Bart. quæst. 30. C. quæ sit longa consuetud. Petr. de Anchor. c. fin. & ibi Anton. de Butr. col. penult. Cardin. Flor. quæst. 12. & Roch. Curt. in repet. num. 620. cum duob. seqq. extr. de consuetud. Alex. cons. 175. cons. 196. lib. 2. & cons. 105. lib. 3. Cornel. cons. 89. lib. 2. Dec. cons. 215. cons. 402. & cons. 538. Card. Paris. cons. 27. nu. 39. lib. 1.*

Similiter ad consuetudinem probandam necessarium est, ut consuetudu probetur specialiter in illo casu, de quo agitur, nec sufficit illam probari generaliter, *Oldrad. cons. 237. incip. perlectu. col. 1. Petr. de Anchor. cons. 339. incip. pro majori intelligentia. col. 5. vers. ad secundam rationem. Alex. cons. 196. col. 3. vers. quia dicti testes nihil probant. lib. 2. & cons. 6. lib. 5. Curt. jun. cons. 26. col. penult. Alb. Brun cons. 66. col. 2. Aym. Cravett. cons. 96. num. 4.* ideo sequitur, quod testes inducti ad probandam consuetudinem succedendi in Baroniis non aliter fidem faciant, nisi ipsi de Baroniis expressam & specificam mentionem fecerint, nec sufficit, ipsos in genere de consuetudine in successiunibus servata deponere.

His ita præmissis accommodando hasce generales theoricas ad decisionem præsentis casus clarè patebit, prætensam cunsuetudinem, quod videlicet ad successionem Baroniarum tàm allodialium quam feudalium etiam hæredes extranei, qui videlicet à primo acquirente originem non trahunt, admitti debeant, probatam non esse.

Namque primò omnes illi testes sunt recepti ante litem contestatam, & hactenus probatum non est, talem causam extitisse vel existere propter quam illi testes ante litem contestatam examinari potuerant.

Secundò, omnes illi testes sunt examinati a judicibus in competentibus, & insuper Heinrich Hacke qui examinavit Didericum von Gülen/ ultra incompetentiam fuit etiam delegatus sive vicarius illius testis.

Tertiò, omnes illi testes sunt recepti non citato ad hoc Comite in D. & insuper testes quorum depositiones extant sub litera FF. sunt examinati inter tertias personas, & non in hac sed in alia quadam causa ab hac prorsus aliena, & clari juris est, quud res inter alios acta, aliis non noceat neque præjudicet, *l. 1. & toto tit. C. res inter alios acta.*

Quartò, testes sub litera CC, DD. & FF. non jurarunt solenniter, sed tantùm deposuerunt sub illo juramento, quo ipsi civitatibus suis obstricti sunt.

Quintò depositiones testium sub prædictis literis CC. DD. & FF. non sunt scriptæ specialiter nec extensè, sed ab uno quoque judice scriptum est, omnes testes coram ipso productos taliter deposuisse.

Sextò, testes sub litera CC. DD. & FF. tantùm generaliter loquuntur de consuetudine succedendi, nec ullam specificam mentionem faciunt de consuetudine succedendi in Baronias.

Et licet Diderich von Gulen/cujus depositio extat sub litera BB. mentionem faciat Baronum, attamen ipse est unicus solus & singularis, nec ullum contestem habet, ejusque depositio multis aliis defectibus laborat, ita ut nullam fidem nullumque indicium facere possit.

Deinde etiam hic testis tantùm dicit, se non aliter scire nec audivisse, quàm inter Barones nobiles & ignobiles ita observatum fuisse, quod mortuo aliquo intestato, absque liberis tam feuda quam alia bona ipsius ad consanguineos proximiores devolvantur, nec in specie dicit, etiam Baronias ad succedentes ab intestato ita devolvi. Cum itaque Barones ultra Baronias sæpe habeant alia bona tam allodialia quàm feudalia, ex illius testis depositione necessariò inferri non potest, quod ille prætensus modus succedendi etiam in Baroniis observatus fuerit, sed illius testis depositio contra producentem & intelligi & ita accipi debet, quod ille prætensus modus succedendi inter Barones quoad alia bona præter Baronias observatus fuerit.

Præterea testes, quorum depositiones extant sub litera CC. dum deponunt, se nec scire nec audivisse, quod in successionibus ulla fiat differentia inter feuda & allodialia, sed quod omnia bona per successionem ab intestato sine discrimine ad consanguineos proximiores deferantur, subjungunt, Vorgesundert den Inhalt von der newen Constitution, ex quo sequitur, cum in prædicta nova constitutione Caroli V. à vulgari atque communi successione aliorum bonorum expressè excepta sint bona habentia, annexam dignitatem, & sic inter cætera Baroniæ illos testes expressè velle, quod consuetudo communis succedendi Ducatus Geldriæ & Comitatus Zutphaniæ non habeat locum in Baroniis reliquisque bonis dignitatem annexam habentibus.

Cum relatum † insit referenti, & quidem cum omnibus suis qualitatibus, *l. asse toto. & ibi Bart. ff. de hæred. instituend. Bart. l. 1. ff. de receptat.* 396

Septimò, nullus penitus ex testibus productis exprimit actus sive casus, per quos prætensa consuetudo introducta fuerit, nec dicit inter quas personas illi casus evenerint, vel quoties illi casus contigerint, nec etiam de tempore, vel quod illi actus fuerint celebrati animo inducendi consuetudinem, aut pervenerint ad noticiam totius populi aut majoris partis.

Octavò, testes sub litera BB. CC. & FF. non dicunt, hoc ita observatum fuisse, seque hoc vel vidisse vel audivisse, sed tantum simpliciter deponunt, se non scire nec audivisse, quod aliter observatum fuit, quæ depositio non est concludens, cum possibile sit, aliter observatum fuisse, & testem hoc nec scire nec audivisse.

Et certum est, † quod non probet hoc esse, quod ab hoc contingit abesse, 397 *l. neg. natales. C. de probat.* quodque non sufficiat, depositiones testium concludere per possibile, sed requiratur, ut concludant per necesse, *Bald. l. ad probationem. l. 2. C. de probat.* usque adeo, ut probatio non necessariò concludens nihil penitus relevet, nec probationem ullam ullumvè indicium faciat, imò nec nomen probationis mereatur, *l. non hoc & ibi Ias. C. unde legitim.* sed semper contra producentem interpretanda sit, *gloss. c. in præsentia. extr. de probat. Bartol & Dd. l. inter stipulantem. §. 1. ff. de verbor. obligationib. Bald. l. quoties. §. si quis ita. ff. de hæred. instituen.*

Nonò, nullus ex testibus in specie dicit, in Ducatu Geldriæ & Comitatu Zutphaniæ consuetudine receptum vel observatum fuisse, quod hæredes extranei non descendentes a primo acquirente, ad successionem Baroniarum vel bonorum feudalium admitti debeant, vel admissi fuerint, nullusque facit mentionem in specie hæredis extranei.

Et licet illi testes faciant mentionem Von dem nechsten Blut/tamen illa verba

verba salva ratione recti sermonis, quoad feuda Baronias reliquaque bona subjecta restitutioni optimè restringi possunt ad illos, qui à primo acquirente originem trahunt, & sic ex illorum depositionibus necessariò inferri non potest, quod hæres extraneus & à primo acquirente originem non trahens ad successionem Baroniæ feudi vel aliorum bonorum, quæ restitutioni subjecta sunt, unquam admissus fuerit.

Nec obstat quod Didericus von Gulen/ cujus depositio extat sub litera BB. formaliter dicit, So he vp mennigen Tagelestinge in die rechten ock in Frundschappen gesehen habbe/ vnde hebbe nie werle gewetten off gehöret/ dann datt alle tyt wann es Man off Wyff sterfett/ sondern einige lines witlige Geburt/ soe wol vnter Bannerherrn edel vnde vnedel/ soe vorersten vnd vorsterfte sy vp dat naiste Blut/ soe wol Zutphanische Lehene/ als andere Güdere/ sy sinnen dann hergekommen vth wat Bosem/ dat sy gekommen syn/ die Zutphanische Lehene gelyck naw in dem Blute die Man vor datt Wyff.

Namque præterquam ille testis est unicus & singularis, illiusque depositio & pluribus defectibus laborat, & nullo modo ad Baronias extendi potest illa verba: Vt wat Bosem dat sy gekommen syn/ salva ratione recti sermonis restringi possunt, ad descendentes à primo acquirente, ita ut intelligantur de descendentibus à primo acquirente nulla facta distinctione vel differentia, utrum illi descendant per lineam paternam an verò maternam, illaque interpretatio omninò capienda est.

898 Cum in dispositionibus † testium indefinita non æquipollcat universali, prout hoc inferius, docebimus; & depositio testis generalis vel indefinita semper contra producentem interpretanda sit, per jura inferius alleganda.

Et sic ex prædictis liquet, prætensam consuetudinem, quod videlicet ad successionem Baroniarum hæredes extranei admittantur, per testes productos probatam non esse.

Similiter & per instrumentum dotale sub litera HH. prætensa consuetudo probata non est, imò illud instrumentum, expressè contrarium probat, nam in illo instrumento nulla fit mentio hæredis extranei, sive quod Baronia controversa ad hæredes extraneos devolvi debeat, vel unquam devoluta fuerit, sed simpliciter cavetur, quod Domino O. Barone in B. absque liberis masculis defuncto Baronia controversa ad tres ipsius filias & sic ad illas fœminas, quæ à primo acquirente originem trahunt & quidem non simul sed successivè & limitato modo devolvi debeat.

Nec obstat, quod prætensa consuetudo sit notoria, quodque & consuetudinem notoriam probare non sit necesse, & in notoriis ordo juris non requiratur.

Namque negatur, illam consuetudinem vel extare vel notoriam esse, neque etiam illud hactenus probatum est, & clari & indubitati juris est, † quod illi qui 899 prætendit, aliquid notorium esse, non credatur, nisi ipse hoc notorium esse legitimè probat, *c. consuluit. & ibi Anton de Butr. Panorm. Phil. Franc. Dec. Præpos. & Dd. extr. de appellat.* usque adeo, ut super aliquo negotio tanquam notorie procedi nequeat, nisi prius legitimè probatum fuerit, illud notorium esse, *Phil. Francisc. Dec. & Præpos. d. c. consuluit.* & post illam probationem declaratio judicis super notoriu secuta, *Abb. c. ad nostram. el. 3. extr. de jurejur. Cardinal. Clement. pastoralis notab. 17. & ibi Imol. col. 7. de re judic. Francis. Aret. cons. 145. col. 7. Dec. d. c. consuluit. nu. 2.* utque testis qui deponit super notorio non aliter fidem faciat, nisi ipse etiam non interrogatus causam vel rationem dicti sui assignet, *Panorm. Phil. Francisc. Dec. & Præpos. d. c. consuluit. Domin. cap. 1. col. 7. de offic. deleg. lib. 6. Alexand. cons. 153. col. fin. lib. 5.*

Quinimò ad hoc ut aliquid notorium dici vel reputari possit, requiritur, ut ante omnia constet, illud factum extare & verum esse, *Card. cons. 54. col. 3. Dec. d. c. consuluit, nu. 4.*

Deinde non obstat, quod pars adversa prætendit, illam consuetudinem, qua extranei hæredes ad successionem Baroniæ admittuntur, nos reducere ad jus commune, ideoque illam consuetudinem & favorabilem esse & probationes alioquin insufficientes ad faciendam fidem de tali consuetudine recipi.

Namque etiam secundum juris communis dispositionem ad successionem Baroniæ hæredes extranei non admittuntur, illaque dispositio juris communis est & favorabilis & utilitatem publicam respicit, prout hoc superius docuimus. Ideoque consue-

consuetudo contraria est & exorbitans à jure communi & juris communis correctoria, & cum detrimento publico conjuncta, eamque ob causam & odiosa & strictè intelligenda, & quantum fieri potest, restringenda.

400 Nec est verum † nullaque lege probatur, quod ad faciendam fidem de consuetudine, qua ad jus commune reducimur, probationes alioquin insufficientes admittantur.

Tum quia regula juris est, quod quælibet consuetudo debeat probari sufficienter, concludenter, formiter & plene, à qua regula cum non reperiatur exceptus ille casus, quando agitur de probanda tali consuetudine, quæ nos ad jus cummune reducit, dubio omni caret, illam regulam & eo quoque casu servandam, cum regulæ juris semper inhærendum, & secundum regulam pronunciandum sit, nisi de exceptione exprcsse fides fiat, *Bald. cap. 1. extr. de alien. jud. mutandi caus. fact. B. & Ias. l. 2. ff. si quis in jus vocat. non ierit. Dec. & Cagnol. l. 1. ff. de reg. juris.*

Tum quia & erubescimus sine lege loqui, *§. & consideremus auth. de triente & semiss.* & id quod lex non dicit, nec nos dicere debemus, *l. si servum. §. non dixit prætor. ff. de acquir. hæred.* illudque; quod lege non cavetur, in practica non recipitur, *Ias. l. illam. C. de collat.* Nec obstat textus *l. 2. ff. de injusto rupt. irritoq; fact. testam. l. hac consultissima. §. si quis autem. C. de injust. rupt. irritoq; fact. testamento.*

Dum videlicet in illis textib. deciditur: licet regulariter testamentum solenne præcedens, per testamentum minus solenne subsequens non tollatur. Huc tamen non habere, quandu in testamento minus solenni subsequenti sunt instituti hæredes venientes ab intestato, & sic successio testamentaria reducitur ad successionem juris communis ab intestato.

Namque dispositio illarum legum tantum procedit eo casu, quando secundum testamentum est imperfectum ratione numeri testium, illaque dispositio est à jure communi exorbitans, eamque ob causam ad alios casus non trahenda, *Roman. cons. 306. Fulgos. & Paul. Castr. d. §. si quis autem & ibi Ias. limit. 1. & 2. & Card. Paris. in addit. & Bart. ibid.* & per consequens illa dispositio minimè extendi potest ad illum casum, in quo agitur de probanda consuetudine ad jus commune nos reducente.

Similiter non obstat, quod in examinatione testium actoris solennitates legitimè non intervenêre, quodque & in judiciis æqualitas servari & quasi eodem jure, quod contra alium statuit, uti, atque reo minimè denegari debeat id, quod actori permissum fuit.

Namque testes rei multò pluribus defectibus laborant quàm testes actoris, & illorum fides penitus enervatur non tantùm propter defectum omissæ solennitatis in examinatione, sed quia illi testes deponunt non concludenter neque formiter, & sunt singulares, cum testes Domini rei concludenter & formiter deponant.

Hactenus quoque ex depositionibus testium actoris reus nullum præjudicium cum effectu perpessus fuit. Et clari juris est, dispositionem tituli, quod quisque juris non aliter locum habere, nisi effectus realiter secutus fuerit, *l. 1. §. fin. & ibi Dd. ff quod quisq; juris.*

Ut autem evitetur omnis difficultas quoad hanc objectionem contrariam, suadeo ego, ut Dominus Actor illos testes si adhuc sint in vivis servatis servandis iterum examinari faciat, quod si factum fuerit, reus nullu subterfugiu quoad hanc objectionem se tueri potest.

Eodem modo non † obstat, quod indefinita æquipolleat universali, namque 401
huc non procedit in depositionibus testium, *Abb. Felin. & Dd. c. auditis, extr. de præscript. Petr. de Anch. & Imol. c. quanto, extr. de his quæ fiunt à Prælat. sine consensu. Cap. Alex. cons. 111. col. 2. lib. 1. cons. 68. lib. 2. cons. 112. lib. 3. Corn. cons. 105. col. 4. lib. 3. cons. 224. col. 7. lib. 4. Dec. l. contractus notab. 3. ff. de reg. jur. Dec. cons. 61. col. 2. Dec. c. cum omnes lectura. 2. extr. de constit. Curt. jun. cons. 17. col. penult. Claud. Aquens. l. Celsus, col. penult. & ibi Fr. Balb. in repet. ff. de usucap. Ias. l. 2. col. fin. ff. de lib. & posth. Ias. l. certum. nu. 14. C. unde legitimi. Cagnol. l. 1. num. 16. ff. de regul. juris.* sed depositio testis indefinita contra producentem intelligenda est, *gloss. c. in præsentia. extr. de probat.*

Maxima quoque ratio diversitatis militat inter successiones Baroniarum, & successiones reliquorum bonorum.

Et clari juris est, quòd indefinita nunquam præpolleat universali, quando inter illos casus, quos quis sub dispositione indefinita

finita comprehendere vult, diversitatis ratio militat vel assignari potest, *Dyn. rubr. de reg. jur. lib 6. Bart. l. si pluribus. ff. de legat. 2. Cagnol. l. 1. ff. de regul. juris.*

Præterea quoque superiùs comprobavimus, quòd consuetudo sit stricti juris, strictè intelligenda, & quantum fieri potest, restringenda, nec de casu ad casum, de re ad rem, de loco ad locum, vel persona ad personam extendendam.

402 Nec obstat, quòd consuetudo † majoris partis provinciæ ad totam provinciam porrigi debeat, Namque hoc tunc demum procedit, quando illa consuetudo in majori parte provinciæ observata & introducta fuit eo animo, ut in tota provincia locum haberet, alioquin verò secus est. Et nullo modo procedit, quando loca particularia provinciæ consuetudinem contrariam vel diversam habet, prout in casu præsenti quoad successionem Baroniæ controversæ ultra ducentos & plures annos semper observatum fuit, ne ad illam admitterentur hæredes extranei à primo acquirente originem non trahentes.

403 Similiter non obstat, quòd † consuetudo in illo loco, in quo viget, juris communis vigorem obtineat, & appellatione juris communis veniat, quodque in Baroniis reliquisque bonis habentibus privilegium vel præeminentiam, jus commune in dubio servandum sit.

Namque respondeo, consuetudinem in illo loco, in quo viget, juris communis vigorem obtinere tantùm quoad illas speciales limites, sive casus, in quibus consuetudo introducta est, prout hoc ex superiùs traditis liquet. Et certum est, quòd limitata causa consuetudinis sive limitata consuetudo limitatum effectum producat, *l. cancellaverat. ff. de his, quæ in testamen. delen. l. in ratione. §. fin. ff. ad leg. Falcid. l. ita autem in princ. ff. de administr. tut. l. cùm pater. §. dulcissimis, ff. de legat. 2. l. in agris. ff. de acquiren. rer. domin. cum multis similib. allegat. per Tiraq. in tract. cessant. caussa. part. 1, ver. legis. nu 14.* quodque jus speciale sive singulare ad alios casus non extendatur, *l. quod verò. l. jus singulare. ff. de legibus. Alex. l. si pecuniam, col. 1. C. de negoc. gest. Tiraq. in tractat. de utroq; retractu. part. 1. §. 1. gloss. 14. num. 97.*

Præterea Baroniæ reliquaq; bona tàm allodialia quàm feudalia habentia annexam dignitatem secularem, præsertim regalem; quod ad successionem, sive quoad jus succedendi specialiter privilegiata sunt, ne illa bona ad extraneos, ad illos nempe, qui à primo acquirente originem non trahunt, transeant, sed ut semper apud illos, qui a primo acquirente descendunt, remaneant, prout hoc superiùs docuimus. Ideoque dispositio nedum consuetudinis, verùm etiam juris communis generaliter de successionibus disponens, & ad successionem extraneos generaliter vel indefinitè vocans, nullo modo extendi debet ad Baronias reliquaq; bona habentia annexam dignitatem præsertim regalem.

Cùm sit clari & indubitati juris, † quòd nedum consuetudo sed nec jus commune quidem generaliter vel indefinitè loquens extendatur ad casus in ista materia privilegiatos, *Salicet. l. fin. C. de jur. dot. Ias. l. 1. nu. 9. & ibi Ripa nu. 14. & 15. ff. solut. matr. Dec. l. ex testamento notab. ult. C. unde liberi. Dec. c. sedes apostolica extr. de rescript. Dec. l. 1. nu. 10. & 11. & ibi Cagnol. n. 22. ff. de reg. jur. Dec. cons. 5. 301. & 496. col. 2. cons. 536. Franc. Ripa l. fin. quæst 51. C. de revoc. donat. Crot. rep. l. si constante. col. 4. ff. solut. matr. Negusant. in tract. de pign. part. 8. fol. 11. Castell. Cott. memor. incip. dos habet. Tiraq. in tract. de utroq; retr. par. 1. §. 1. gloss. 14. nu. 103.* quodque per generales constitutiones, consuetudines, leges, vel alias dispositiones nunquam intelligatur sublatum privilegium a jure communi concessum, *l. decurionibus. & ibi gloss. Bart. & Ioan. de Plat. C. de silentiar. lib. 12. Bald. l. 1. ante med. C. de novo Codic. confirman. Bald. l. non plures. C. de sacros. Eccles. Bald. l. fin. circ. finem. C. si contra jus vel utilit. publicam. Bald. c. 1. vers. nisi justa. & ibi Mart. Laudens. & Præpos. quo tempore miles. Alex. cons. 123. col. 5. lib. 4 Barbat. cons 56. col. antepen. lib. 2. cons. 23. col. 2. lib. 3. Dec. & Felin. c. 1. extr. de rescript. cum multis similib. allegatis per Tiraquell in tractat. de utroq; retract. part. 1. §. 1. gloss. 14. numer. 104.* 404

Deinde etiam † consuetudo induci non potest in his, quæ vario modo sive diversimodè observata fuére, *Bart. l. 2. in princ. ff. solut. matrim. Dec. cons. 8. col. 3. cons. 11. col. 7. & cons. 129. col. 1. Aym. Cravet. cons. 96. num. 5.* 405

Imò consuetudinis introductio & impeditur & interrumpitur eo ipso, quòd unicus actus difformis celebratur vel celebratus fuit, *gloss. l. nemo. §. temporalis. & ibi Dec. ff. de reg. jur. Bart. repet. l. de quibus. num. 16. & ibi Bald. num. 29. & Ias. num. 79. ff. de legibus. Bart. l. 2. num. 34. C. quæ sit longa consuetudo. Alex. cons. 5. num. 13. & cons. 127. num. 10. lib. 5. Socin. cons. 7. num. 14. lib. 1. Felin. c. cùm*

attigisset. num. 31. extr. de constitut. Corn. consil. 276. lib. 4. Angel. §. ex non scripto. num. 20. Instit. de jure natur gent. & civili. Abb. c. fin. num. 19. extr. de consuetud. Dec. cons. 215. Hieron. Schurff. cons. 47. lib 3.

Sed in actis asseritur, quòd in successionibus feudorum & Baroniarum in Ducatu Geldriæ & Comitatu Zutphaniæ, non sit idem modus succedendi servatus, sed quoad illas successiones diversimodè servatum sit, & ex copia transactionis initæ inter Comitissam a L. & matrem ipsius Dominam W. liquet, quòd post obitum Domini J. Baronis in W. Domina E. Comitissa in L. fratri suo prædicto Baroni J. exclusa penitùs matre sua in Baronia & bonis habentibus annexam dignitatem successerit.

Igitur sequitur, quòd in casu præsenti dici vel præsumi non possit, in Ducatu Geldriæ & Comitatu Zutphaniæ consuetudine receptū esse, quòd hæredes extranei & non descendentes à primo acquirente ad successionem Baroniæ admitti debeant.

Insuper Domina Comitissa in L. in prædicto instrumento transactionis, cujus copia sub litera C. una cum replica actoris producta est, expressè confitetur, talem consuetudinem non extare.

406 Quæ confessio † absque omni dubio reliquas omnes probationes contrarias elidit, & Comitissæ a L. præjudicat, *l. de ætate. §. 1. ff. de interrog. act. l. generaliter. C. de non num. pecun.*

Atque contra illam plenam & indubitatam fidem facit, cùm confessus habeatur pro judicato, *l. 1. & l. certum §. fin ff. de confess. l. 1. C. eod. tit.* Et in confessum nullæ sunt partes judicis nisi in exequendo, *l. proinde. §. fin. ff. ad l. Aquil.* usque adeò ut rectè scriptum reliquit Ovidius!

Non est confessi causa tuenda rei.

Huc accedit, quòd confessio sit & censeatur probatio probata, *Ang. §. omnium. col 7. Instit. de act. Hippol. de Marsil. rubr. num. 83. C. de probat. legitima. gloss. c. ad abolendum verb. deprehensi extr. de hæret. Hippolyt. de Marsil. rubr. num. 83. C. de probat. Hieronym. Gig. in tractat. de crim. læsæ majestat. rubr. quomod. & per quos crim. læsæ majestat. probat. quæst. 1. num. 1. & plenissima. Corn. cons. 262. col. 2. lib. 4. Robert. Marant. in suo Specul. parte 6. rubr. de confess. n. 21.* Quodq; confessio instrumento publico non tantùm æquipolleat, *l. cùm te transegisse. & ibi Ias num 5. & Dec. num. 7. C de transaction. c. cùm ad sedem. §. nos prioris extr. de restitut. spoliat. Hippolyt. de Marsil. rubr. num. 52. C. de probat.* Sed & quolibet instrumento publico & quibuscunque depositionibus testium potior sit, *Bald. cons. 192. col. 2. lib. 2. Cravett. cons. 181. num. 4. lib. 1.* Illudque, de quo per confessionem constat, dicatur sciri pro certo, *gloss. c. si sacerdos extr. de offic. ordinar.* & verè apparere, *Innocent. c. cùm contingat extr. de offic. delegat. Hippol. de Mersil. rubr. num. 81. C. de probat.*

His adde, quòd nulla sit clarior probatio, ea quæ fit vivæ vocis oraculo, *Bald. l. Deo nobis. C. de Episcop. & Cleric. Cravett. consil. 171. num. 4. lib. 1.* quodque confessio habeat longè majorem vim quàm aliæ probationes, *Ias. l. cùm te transegisse. num. 4. & ibi Dec. num. 7. C. de transaction. Hippolyt. rubr. num. 81. C. de probat. Hieron. Gig. tract. crimin. læsæ majestat. rubr. quomodo & per quos. quæst. 1. num. 1. Dec. c. at si Clerici in princip. num. 1. extr. de judic. Corn. cons. 324. lib. 4. Robert. Marant. in suo Specul. part. 6. rubr. de confess. num. 21. cum duobus sequentibus.*

Atque per confessionem habeatur major certitudo quàm per aliam probationem, *Anton. de Butr. rubr. in fin. extr. de probationibus. Dec. d. c. at si Clerici in princip. num. 1.*

Atque solennitas probatoria non attendatur, quando constat de actu sive negotio per confessionem partis, *Bald. auth. novo jure. C. si cert. pet. Ias. l. cùm quis. nu. 12. ff. de juris & facti ignor. Ias. l. nemo potest legare. 1. num. 15. ff. de legat. 1.*

Et confessio admittitur, sive probationem facit etiam contra præsumptionem juris, & de jure, *gloss. §. illud Authen. de æqual. dotis & donat. propter nupt. Bart. auth. sed jam necesse. C. de donation. ante nupt. Ias. l. cum te transegisse. num. 7. C. de transactionibus.*

Et prædicta locum habent, etiamsi confessio ab illo, cujus favorem ista confessio respicit, expressè acceptata non fuerit, prout hoc tenet *Alex. l. 3. C. de repud. hæred. Abb. c. fin. nota. 3. extr. de success. ab intestat Socin. cons. 228. col. 2. Ioann. Bapist. de sanct. Severin. repet. l. admonendi. col. 67. ff. de jurejurand. Alciat. in tractat. de præsumpt. regul. 3. præsumpt. 21.*

Nec ob-

Nec obstat, quòd illa transactio, in quo ista confessio facta fuit, est inita absente Comite à D. quodque confessio facta parte adversa absente nemini noceat neque præjudicet.

Namque illa transactio est in scriptis celebrata vel saltem de consensu Comitissæ à L. in scriptis redacta.

407 Et clari juris est, † quòd confessio facta in scriptis vel de consensu confitentis in scripturam redacta confitenti indistinctè noceat, etiamsi illa fuerit facta absente parte adversa, *Bart. l. certum. §. si quis absente. ff. de confess. Abb. c. final. num. 15. extr. eod. tit. Cyn. l. non nudis. C. de probation. Alex. cons. 151. col. 1. lib. 7. Aym. Cravett. in tractat. de antiquitat. tempor. part. 1. §. vidimus & abunde. num. 40.*

Eodem modo respondetur & ad illud motivum contrarium, quòd prædicta transactio, atque confessio illi inserta, sit res inter alios acta, quòdque res inter alios acta aliis non noceat neque præjudicet, Namque hoc non procedit in confessione facta in scriptis vel ex consensu confitentis in scriptis redacta, illa enim confitenti indistinctè præjudicat etiam quoad plenam probationem, licet illa inter alias personas emissa fuerit, prout hoc tradit *Cravett. in tractat. de antiquitat. tempor. 1. parte. §. vidimus & abunde. num. 41.*

Legibus etiam expressè cautum est, quòd res inter alios acta aliis indistinctè prosit saltem quoad quale quale præjudicium, *gloss. Guilhelm. de Cuneo. Fulgos. Ias. & Dd. l. si duo patroni in princ. ff. de jurejurand. gloss. l. 2. C. quibus res judic. non nocet. gloss. l. 1. verb. præjudicium. ff. de except. rei judic. gloss. l. à sententia in princ. ff. de appellation.* Illudque quale quale præjudicium semiplenam probationem inducere, tradit *Ang. 2. C. de edendo. Panormit. c. penult. extr. de re jud. Panormit. c. fin. extr. de success. ab intest. Bart. l. admonendi. col. 8. versic. quæro quid si dicta testium. ff. de jurejurand. Dec. cons. 416.*

Ad quadragesimam primam & ultimam rationem dubitandi respondeo, † ea, 408 quæ in illa loquuntur de solennitatibus in testamentis requisitis non habere locum in testamento condito à Barone, Comite reliquisque Dominis habentibus merum & mixtum imperium; atque omnimodam jurisdictionem ad successoris transitorium secundum communem & receptam Dd. sententiam, prout hoc docuimus in ultima ratione decidendi, ubi etiam comprobavimus, testamentum conditum ad interrogationem alterius ratum esse.

Et insuper ex depositionibus testium in casu præsenti liquet, quòd Dominus J. Baro in B. illa verba, quòd Dominus R. Comes in D. quoad Baroniam controversam illius hæres & successor proximior sit & esse debeat, sæpissimè protulerit motu proprio, & nullius interrogatione præcedente.

Similiter & illud, quod dicitur † ad probandum testamentum, requiri septem testes 409 eo casu, quando controvertitur simul de voluntate & solennitate testamenti, non procedit in testamento Baronum, Comitum, aliisque testamentis, in quibus pro forma atque solennitate testes septem aliaque solennitas testamentaria non requiruntur.

Neq; etiam omnia verba prolata à Domino J. Barone in B. quibus ipse declaravit, quòd Dominus R. Comes in D. ipsius hæres & successor in Baronia controversa esse debeat, sunt verba enunciativa, sed multa ex illis sunt verba dispositiva, sicut hoc patet ex illis verbis, quòd videlicet Dominus Baro J. ad Scabinos in B dixit: Quòdque ipso mortuo absque liberis, portæ debeant aperiri Comiti R. in D. eique claves portarum tradi.

Præterea omnia verba à Barone J. enunciativè prolata ad finem declarandi, quòd Comes R. in D. ipsius hæres & successor esse debeat in Baronia controversa, sunt prolata propter se principaliter vel saltem in modum caussæ.

Et clari juris est, quòd verba enunciativa prolata principaliter propter se vel etiam propter aliud in modum caussæ dispositionem inducant propter jura allegata in ultima ratione decidendi.

In testamento † quoque militis verba 410 enunciativa prolata propter aliud indistinctè dispositionem inducunt, *l. ex his verbis, C. de testamento milit.* prout etiam in testamentis ad pias caussas verba enunciativa propter aliud prolata, dispositionem inducunt, *Bart. repet. l. 1. col penult. C. de sacrosanct. Eccles. Hostiens. Ioann. Anton. & Dd. c. final. extr. de success. ab intest. Panormitan. cons. 11. col. 3. lib 1. Cardin. Flor. c. indicante. col. 4. & 5. extr. de testament. Ias. d. l. ex his verbis. limitat. 5.*

Etidem

Et idem quoque, juris est in testamentis Ducum, Comitum, Baronum, reliquorumque Dominorum habentium merum, & mixtum imperium, & sic legis condendæ potestatem, licet ipsi superiorem recognoscant, cùm tales domini fruantur omnibus privilegiis militibus indultis, illorumque actus legis vigorem obtineant, prout hoc expressè decidit *Lancellot. Galiaula repet. l. centurio. num. 56 cum quinq. sequentibus. ff. de vulgar. & pupill.* Atque in testamentis illorum similiter juris civilis solennitas non requiratur, sicut hoc in ultima ratione decidendi docuimus.

Nulla quoque reperitur contrarietas in depositionibus illorum testium, qui deponunt de illa declaratione voluntatis Domini Baronis J. quòd ipse voluerit Dominum R. Comitem in D. suum hæredem & successorem esse in Baronia controversa.

411 Et insuper clari juris est, quòd † depositiones testium semper ita intelligi debent, ne sibi sint contrariæ, etiamsi necesse sit, verba ad significationem impropriam detorquere, *c. cùm tu, & ibi Abb. Felin. & Dd. extr. de testib. Bart. Alex. Ias. Dec. & Dd. l. 2. §. creditum. ff. si cert. pet. Bart. & Dd. l. inter stipulantem. §. 1. ff. de verb. obligat. Dec. & Cagn. l. ubi repugnantia. ff. de reg. jur. Cravett. consil. 9. num. 24.*

Et licet aliqui ex testibus productis deponant de auditu alieno, & rumore vulgi, Attamen major pars illorum deponit de auditu proprio, & dicunt, se illa verba, quibus Dominus Baro J. declaravit, quòd Dominus R. Comes in D. ipsius hæres & successor quoad Baroniam controversam esse debeat, audivisse ab ipso Barone J.

412 Et insuper clari juris est, † quòd testes deponentes de auditu alieno saltem præsumptionem faciant, *Archid. c. hoc videtur 26. quæst. 5. Roman. repet. l. si verò. §. de viro. col. final. ff. solut. matrim. Ias. rubr. num. 9. ff. de jurejur.* ubi ipse attestatur, eandem opinionem amplecti *Alex. in consilio ab ipso citato.*

Deinde quoque non obstat, quòd testes, quibus probatur, Dominum J. Baronem in B. declarasse, & voluisse, Dominum R. Comitem in D. hæredem & successorem suum esse in Baronia controversa, sint singulares, Namque hoc penitùs negatur, & contrarium ex illorum depositionibus liquet.

Ad hoc enim, ne testes habeantur pro singularibus, † sed reputentur contestes, sufficit illos convenire in unum eundemq; finem, *l. qui sententiam, & ibi Bald. C. de pœn. gloss. l. diem proferre §. si plures. ff. de arbitr. Oldrad & Bald. l. 1. C. si unus ex pluribus appell. Bald. cons. 39. col. 2. & cons. 80. col. 1. in fin. lib. 3.* sive concordare in eo, in quo consistit substantia negotii, *c. nihil & ibi Canon. extr. de verbor. significat. c. dudum. juncta gloss. verbo substantia extr. de convers. conjug. c. cum Ecclesia junct. gloss. verb. facillasse extr. de caussa possess. & propriet. Ias. l. 2. num. 16. C. de bonor. possess. secundum tab.* 413

Etsi testes producti in hisce conveniant sive concordent, sufficit, nec quicquam obstat, si illi discrepent, sive sint singulares vel in caussa dicti sui, *Speculat. in tit. teste. §. jam de interrogatoriis versic. & hinc est, quod si quis vult. Bald. l. de quibus. col. penult. ff. de ll. Calcan. cons. 9. col. 2. & cons. 19. col. 5. Corn. cons. 34. col. 2. lib. 2. & cons. 146. col. 1. lib. 3.* vel in cortice sive formalitate verborum, *Bald. c. bonæ memoriæ extr. de elect. Alex. cons. 78. col. penult. in fin. & cons. 128. col. 1. lib. 1, cons. 47. col. 2. lib. 2. Corn. cons. 2. col. 1. cons. 63. col. 2. cons. 68. in princ. lib. 1. cons. 149. lib. 2. cons. 77. col. 3. & cons. 319. col. 2. lib. 4. Aym. Cravett. cons. 78. num. 10.* vel etiam in circumstantiis vel qualitatibus, *Alex. cons. 24. col. penult. in fin. lib. 2. cons. 88. col. 5. & cons. 156. col. 3. lib. 5. Aym. Cravett. tractat. de antiquit. tempor. 4. part. §. sed enim. num. 22.*

Ideoque rectè inquit *Bald.* Quòd non quælibet singularitas reddit testes singulares, sed ea, quæ differt in substantia, nec dicuntur testes singulares, quando conveniunt in eundem rei finem, prout hoc tradit *Bald. cons. 218. lib. 1.* & alibi scribit *Paul. Castrens.* quòd singularitas testium solùm nocet, quando probatio potest esse dubia, quia potest se habere, adesse & non esse, secus autem, quando omnia tendunt ad eundem finem, sine quacunque dubietate, prout hoc tradit *Paul. Castr. cons. 43. col. final. lib. 2.* Illaque dicta *Bald. & Paul. Castrens.* refert atque sequitur *Cravett. cons. 73. num. 34.*

Et in dubio † depositiones testium ita intelligendæ sunt, ut testes non sint singulares, sed ut sint contestes, *Paul. Castrens. cons. 125. in fin. & cons. 142. col. 2. lib. 2. Alex. cons. 46. col. 2. lib. 2. cons. 146. col. 4. cons. 156. col. 3. lib. 5. & cons. 105. col. 2. lib. 7. Franc. Aret. cons. 36. col. 3. Socin. cons. 146. col. 4. lib. 1. Cravett. cons. 78. num. 9. & cons. 151. num. 15.* 414

Ideoque

Ideoque quando testes non deponunt 415 de † loco & tempore, illi testes intelliguntur contestes. *Innocent. c. qualiter & quando extr. de accusat. Bald. l. de quibus. col. antepen. ff. de legib. Alex. cons. 146. col. 4. lib. 5. Cravett. d. cons. 78. num. 9.* Et idem juris est, quando unus deponit quidem de loco & tempore, alii verò non.

Eodem quoque jure utimur, si unus testis deponat de uno tempore, alter de alio tempore diverso videri suo, dicens, se non benè recordari, sed quòd credit de tali tempore diverso a primo, utputa, si unus testis deponat aliquid factum de mense Augusti, alter quando benè recordetur, sed credit factum esse de mense Julii, isti dicuntur contestes, *Alex. cons. 56. col. 3. lib. 5. & cons. 185. col. 2. lib. 7. Cravett. cons. 78. num. 9.*

Quinimò diversitas loci & temporis non habetur in consideratione, nec testes singulares reddit eo casu, quando locus & tempus non sunt de substantia actus, *Roman. cons. 30. Corn. cons. 247. col. 8. lib. 2. Guid. Pap. decis. 544. Geminian. cons. 4. in fin. Aym. Cravett. cons. 78. num. 3. Aym. Cravetta in tractat. de antiquitat. tempor. 4. part. §. sed enim. num. 17.*

416 Similiter † diversitas sive contrarietas testium in facto principali, in quo consistit, substantia negotii principalis non nocet, nec depositiones testium vitiat eo casu, quando in aliquo modo sibi ad invicem contradicunt, *Anton. de Butr. c. 2. arg. illius text. juncta gloss. extr. de regular. Alex. cons. 24. cons. 65. cons. 105. lib. 2. & cons. 42. col. final. lib. 3. Ias. l. 2. num. 17. C. de bonor. possess. secundum tabul.*

Singularitas quoque testium non nocet, quando illorum depositiones aliis conjuncturis adjuvantur, *Paul. Castrens. cons. 281. ante fin. lib. 1. cons. 250. col. 2. lib. 2. Cravet. in tract. de antiquit. temp. part. 4. §. sed enim. num. 26. Aym. Cravet. cons. 35. num. 6.* Et testibus singularibus judex plenam fidem indistinctè adhibere potest, si ipse ex iis inducatur ad credulitatem, *Paul. Castr. l. Lucius. ff. de his qui not. infam. Paul. Castr. l. admonendi. col. 7. ff. de jurejur. Socin. cons. 262. col. 5. lib. 2 Curt. jun. cons. 106. col. 1. & 3. Capol. cons. 3. in fin. Aym. Cravet. cons. 73. num. 31. & cons. 78. num. 7. Hippol. de Marsil. cons. 39. col. 3. in fin. & cons. 73. col. 3. circa fin.*

Præterea testium singularitas nunquam nocet neque obstat, quando agitur de probando quid in genere secundum veriorem & magis communem Dd. sententiam, *Bart. l. ob carmen. §. fin. ff. de testib. Bald. l. de quibus. col. penult. ff. de legib. Alex. cons. 141. col. 2. post med. lib. 1. cons. 85. col. fin. cons. 86. col. 3. cons. 117. col. 2. & cons. 172. lib. 2. cons. 41. col. 3. cons. 112. lib. 4. cons. 92. col. 4. lib. 5. cons. 13. & cons. 147. col. penult. lib. 7. Aym. Cravet. cons. 72. cum duob. sequentib. & cons. 78. nu. 6. Cravet. in tract. de antiquit. temp. 4. part §. sed enim. num. 11 cum duob. seqq.* ubi ipse multos alios Dd. ad hoc citat, Ex quibus allegatis liquet, hanc opinionem absque omni dubio communiter receptam.

Similiter & quando plures actus habent unam originem & unam caussam, illa origo probatur per testes singulares respectu actuum, *Petr. de Anchor cons. 227. col. 5. Corn. cons. 34. col. 2. in fin. lib. 2.*

Eodem modo ad probandam voluntatem testatoris sive alterius præsumptam vel de qua per præsumptiones sive conjecturas constare sufficit, testes singulares recipiuntur, prout hoc expressè & in specie in voluntate testatoris probanda, tradit *Paul. Castrens. cons. 395. num. 1. lib. 2.* & refert atque sequitur *Aym. Cravet. cons. 73. num. 33. lib. 1.*

Singularitas quoque non obstativa vel diversificativa, sed adminiculativa fides testium non detrahit, nec depositiones illorum vitiat, *Bald. rubr. de controvers. investit. Capoll. cons 3. col. penult. Aym. Cravet. cons 78. nu. 2. Cravet. in tractat. de antiq. temp. 4. part. §. sed enim. nu. 8. usq. ad finem.*

Ideoque receptum est, quòd testes singulares deponentes de actu reiterabili, ex cujus reiteratione unus idemque effectus resultat, plenam fidem faciant, prout hoc tradunt multisque exemplis declarant Dd. communiter tenentes illam conclusionem, quòd singularitas testium nihil noceat, quando agitur de probando aliquid in genere.

Deinde etiam testes, quorum unus deponit de veritate facti, alter verò de confessione facta parte præsente conjunguntur, ut plenam fidem faciant, *Bald. rubr. col. 1. de controvers. invest. Bald. cons. 240. lib. 1. Alex. cons. 21. col. 2. lib. 4. cons. 76. lib. 6. Ias. repet. l. admonendi. col. 90. versic. 1.* alibi etiam dicit multum significanter *Bald. & ibi Ripa col. 37. ff. de jurejur. Ias. cons. 131. col. penult. lib. 1. Petr. de Anchor. cons. 279. col. 2. Francisc. Aretin. cons. 65. col. 2. Capoll. cons. 3. col. penult. Calcan. cons. 19. & cons. 110. Corn. cons 13. in princip. lib. 1. & cons. 307. col 4 lib. 3. Socin. l. Gallus. §. ille casus. col. final. ff. de liberis & post-*

& posthum. Aym. Cravett. in tractat. de antiq. tempor. 4. part. §. sed enim. num. 10. 23. & 24. Cravetta cons. 73. num. 34.

Testes quoque, quorum unusquisque deponit de diversa confessione diverso tempore & loco facta, respectu tamen ejusdem rei sive negocii plenam & indubitatam fidem faciunt eo casu, quando illæ confessiones tales sint, quarum unaquæque probata per duus testes plenam probationem induceret, *Paul. Castrens. cons. 380. lib. 1. cons. 143. col. fin. lib. 2. Ioan. de Anan. cons. 55. dubio 2. Alex. cons. 53. col. 2 lib. 1. Calcan. consil. 19. col. 5. Curt. jun. consil. 165. col. 7. Dec. consil. 650. col. 2 Cravett. in tractat. de antiq. tempor. 4. part. §. sed enim. num. 18.*

Et illud quidem absque omni dubio locum habet in testibus singularibus deponentibus de diversis confessionibus parte adversa præsente factis, Idem quoque juris est in testibus deponentibus de confessione facta parte adversa absente in iis, quæ ex sola & mera voluntate confitentis dependent. Cùm in iis confessio facta parte adversa absente, perinde ut in aliis confessio facta parte adversa præsente plenam fidem inducat, *Abb. c. fin. num. 15. extr. de confess. facit text. l. Nezennius. ff. de negot. gest. l. at si quis. §. plerique. ff. de relig. & sumpt. fun. l. pro hæred. in princ. ff. de acquir. hæred. Bart. Ias. & Dd. l. non solùm. §. morte. ff. de operis novi nunciat. Abb. Dec. & Dd. c. cùm M. Ferrariensis, & ibi Felin. num. 32. vers. secund. conclusio. extr. de constit. Tiraquell. in tract. res inter alios acta. fol. 12.*

Ideoque unus testis de tali confessione deponens, semiplenam probationem inducit, & ad finem plenæ probationis necessariò conjungendus est, cum alio teste deponente de tali confessione licet diverso tempore facta, cùm regulariter duæ semiplenæ probationes ad finem faciendi plenam probationem indistinctè conjungantur, sive illa sint ejusdem sive diversi generis, *c. cùm caussam extr. de probat. c. 1. extr. de appellat. c. final. extr. de success. ab intestat. l. 3. §. ejusdem. ff. de testib. gloss. verb. legitimus. l. 2. & ibi Bald. Bart. ff. de accusat. tutor. Bart. Alex. Ias. & Dd. l. admonendi. ff. de jurejur.*

Similiter & testes singulares, quorum unus deponit de confessione facta parte adversa præsente, alii verò duo deponunt de diversis confessionibus facta parte absente, plenam & indubitatam fidem faciunt etiam in illis casibus, in quibus confessio parte absente facta plenè non probat, *Paul. Castrens. cons. 109. col. 2. lib. 2. Aym. Cravett. in tractat. de antiquit. tempor. 4. part. §. sed enim. num. 25. & 26.* Ad quod comprobandum facit id, quod tradit *Gemin. cons. 59. col. 1. in fine,* ubi ipse inquit, ex pluribus præsumptionibus diversis temporibus ortis circa idem dispositis probationem indici.

Ulteriùs annotandum est, † quòd in testamentis conditis a Ducibus, Comitibus, Baronibus, reliquisque habentibus merum & mixtum imperium & sic legis condendæ potestatem, interventus testium pro forma atque substantia testamenti non requiratur, sed sufficiat quocunque modo constare de voluntate testatoris, prout hoc in simili, in testamento ad pias caussas tradit *Bald. l. 1. in repetit. col. 14. versic. super prima quæstione. C. de sacrosanct. Eccles. Corn. cons. 215. col. 2. lib. 2. & cons. 307. col. 3. lib. 3.* Et in testamento inter liberos hoc tenent *Doctores in l. hac consultissima. §. ex imperfecto. C. de testament.* Et in utroque hoc affirmat *Tiraquell. in tractat. de privileg. piæ caussæ, privileg. 2.* 427

Rogatio quoque testium in testamentis conditis a Comitibus, Baronibus, reliquisque Dominis habentibus merum & mixtum Imperium, & legis condendæ potestatem, non requiritur eam ob caussam, quia in testamentis illorum Dominorum, proinde ut in testamentis inter liberos, item ad pias caussas & militis nulla solennitas juris civilis requiritur, prout hoc in ultima ratione decidendi docuimus.

Et clari juris est, quòd rogatio testium non requiritur, neque in testamentis ad pias caussas, *Ioann. Andr. c. relatum extr. de testament. Bart. repet. l. 1. col. antepenult. & ibi Bald. in lect. paulò ante fin. & in repetit. col. 14. vers. super quarto puncto. C. de sacrosanct. Eccles. Bald. cons. 152. lib. 4. Anton. de Butr. Imol. Panormitan. & Cardin. d. c. relatum. Paul. Castr. cons. 28. ad fin. lib. 1. Corn. cons. 278. col. penult. lib. 1. Alex. cons. 70. col. fin. lib. 2. & consil. 131. lib. 7. Barbat. cons. 42. lib. 4 Bertrand. cons. 94. in princip. lib. 2. cum multis similibus allegatis per Tiraquell. in tractat. de privileg. piæ caussæ privileg. 3.* Neque in testamento inter liberos, *gloss. l. fin. C. de codicill. Bald. Salicet. & Fulgos. auth. quod sine. C. de testam. Ang. Paul. Castr. & Dd. l. hac consultissima. §. ex imperfecto. C. eod tit. Ang. auth. de testament. imperfect. in princ.* Neque in testamento militis, *Tiraquell. in tractat. de privileg. piæ caussæ privileg. 3.*

Tempus

Tempus quoque sive locus pro substantia testamentorum, quæ fiunt vel à Baronibus, Comitibus, reliquisque Dominis legis condendæ potestatem habentibus aliorumque, in quibus solennitas juris civilis non requiritur, necessaria non sunt, sicut in testamento ad pias caussas expressè decidit *Alex. conf. 4. col. penult. lib. 7.* quem refert atque sequitur *Tiraq. in tractat. de privil. piæ caussæ privileg. 11.* ubi ipse attestatur, eandem opinionem amplecti *Corn.*

Eodem modo & in illis testamentis, in quibus solennitas juris civilis non requiritur, qualia sunt testamenta ad pias caussas, Militum, Baronum, Comitum & similia, sufficit de voluntate testatoris liquere per præsumptiones, indicia & conjecturas, prout hoc in testamento inter liberos probat *text. l. fin. C. famil. hercisc. Bald. auth. quod sine. C. de testament.* Et in testamento militari hoc probat *text. l. Lucius. ff. de testament. milit. l. milites. C. eod. tit.* In testamento verò ad pias caussas hoc tradit *Dyn. d. l. Lucius. Roman. auth. similiter in 17. special. circa ultimas voluntates. C. ad leg. Falcid. Socin. in tract. fallent. regul. 110 speciali 37. Tiraquell. in tract. de privileg. piæ caussæ privileg. 4. & 12.*

Sed in casu præsenti Herbort Vorckinck/ cujus depositio extat sub litera B. libello actoris annexa dicit, quatuor scabinos oppidi Vorckloe se præsente Baronem J. dum laboraret sudore Anglico interrogasse, quis ipso mortuo hæres & successor ipsius esse debeat, utrumnè Baro von Berge/an autem Baro von Wisch illisque Baronem J. respondisse, quòd neuter illorum ipsius successor esse debeat, sed quòd successio debeat spectare ad Comitem in D. quodque illi debeant & portæ aperiri & claves portarum tradi.

Similiter & Joachim Later in testimonio sub litera D. libello actoris annexo deponit, quòd Dominus J. Baro in B. & se & Domino R. Comite in D. præsente dixerit, quòd dictus Dominus R. Comes in D. ipsius legitimus successur sit & esse debeat.

Cui etiam consonat Heinrich Abbirck in eodem testimonio, qui similiter deponit, Baronem J. & se & dicto Domino R. Comite præsente dixisse, Ich gedencke/dieser mein Nefe von Diepholt soll mein nechster Erbgenam seyn.

Cum quibus concordat etiam Wilhelm Sterhaus/ in testimonio sub litera G. unà cum replica producto, dum ipse videlicet dicit, se à Barone J. audivisse, daß G. G. zum öfftermal bekant/der Graffe von Diepholt were sein nechster Erbe.

Similiter & Arndt von Trier in præallegato testimonio sub litera B. de auditu alieno deponens dicit, Comitem J. dixisse, Daß man nach seinem Absterben den von Diepholt wiederumb zu einem Herrn annemen vnd einlassen solte.

Hanc eandem probationem etiam confirmat depositio Diterici Schellen/ sub litera C. unà cum libello producta, Dann dieser Zeuge saget/er habe von Graff Josten gehört/daß er zu Graff Rudolphen in Diepholt/als er bey jhme zu Brunckhorst gewest/ vnd daselbst am Schlosse bawen lassen/ gesaget/ Nefe vnd Schwager/ die alle Zimmere mact ick vor euch.

Ab his etiam non discrepant, Thi des Göcker vnd Gerdt Gorcker in præallegato testamento sub litera B.

Et sic liquet, omnes illos testes in eundem finem, nempe, quòd Dominus J. Baro in B. voluerit Dominum R. Comitem in D. suum hæredem & successorem esse concordare. Eamque ob caussam illos testes singulares dici vel reputari non posse.

Et posito, sed tamen non concesso, diversitatem loci & temporis ex depositionibus testium colligi posse. Hæc tamen diversitas in casu præsenti nihil obesset, cùm locus & tempus non sint de substantia illius actus ultimæ nempe voluntatis Domini J. omnesq; confessiones & ad eundem finem tendant, & ex eadem caussa originem trahant, nec non etiam illæ depositiones multis aliis conjecturis atque præsumptionibus adjuventur.

Insuper etiam non obstat, quòd is, qui semel ad aliqua bona tanquam hæres ab intestato egit, eadem bona tanquam successor ex testamento petere nequeat. Namque hoc non procedit, quando hæ petitiones non ex eadem scriptura, sed ex diversis fontibus instituuntur, prout hoc superiùs latè docuimus.

Finaliter ex his omnibus liquet, quòd non obstantibus rationibus dubitandi, nostra conclusio superiùs facta verissima sit, quodque post mortem Domini J. Baronis in B. Baronia controversa non ad Comitissam in L. sed ad Dominum R. Comitem in D. indistinctè devoluta, & ab eo ad filium suum Comitem F. transmissa fuerit,

Hhhh sive

sive illa Baronia sit reputanda feudalis sive allodialis, Item, quòd eo casu, quo illa Baronia reliquis rebus hæreditariis exæquanda, & statuendum esset, quòd illa etiam ad hæredes extraneos transire posset, atque Domino J. de illa testandi facultas superfuisset, quòd Domino Comiti in D. saltem ex testamento sive ultima voluntate dicti Domini Baronis J. agendi jus adhuc competeret.

CONSILIUM DECIMUM QVARTUM.

Quod auctor itidem proprio nomine & quidem appendicis loco in eadem caussa dedit.

SUMMARIA.

1. *Verbis scripturæ quantopere inhærendum.*

2. *Correctio iuris vitari debet.*

3. *Nec induci potest per verba generalia, vel universalia, neq; etiam per subauditos intellectus.*

Contrar. num. 283.

4. *Beneficia Principis latissimè interpretanda.*

5. *Non tamen beneficium concessum ad postulationem partis.*

Declaratur num. 285.

6. *Nec beneficium quod tendit in præiudicium tertij.*

Fallit num. 286.

7. *Vel continens insolita.*

Declaratur num. 288.

8. *Item si concessum sit à Principe superiorem recognoscente & nu. seq.*

Contrar. num. 288. & 289.

9. *Principes superiorem recognoscentes non fruuntur privilegijs Principi supremo concessis.*

10. *Principes ecclesiastici superiorem recognoscentes, minorem habent potestatem quàm Principes seculares.*

11. *Privilegium in dubio non motu proprio, sed ad partis postulationem concessum præsumitur.*

Fallit num. 284.

12. *Limitata caussa limitatum effectum producit.*

13. *Ad unum effectum positum, alium operari non debet.*

14. *Generi per speciem derogatur, sive species præcedat genus sive sequatur.*

Declaratur num. 293.

15. *Accidentia substantiam non mutant nec alterant nec extendunt.*

Declaratur num. 294.

16. Po-

16. Posita in clausulis diversis ad alias clausulas referri vel extendi non possunt.

Declaratur num. 296.

17. Dispositio generalis restringitur ad personas habiles.

Declaratur num. 297.

18. Consuetudines feudales excludunt à successione feudi, non filias solùm, sed & descendentes ex filiabus.

19. Vnius inclusio est alterius exclusio. Fallit num. 298.

20. Talis præsumitur mens legis, ut unum exprimendo, aliud tacendo omissum, sub expresso comprehendi noluerit.

21. Dictio IN *locum respiciens quid denotet, & num. 299.*

22. Feudum alicubi possidens, incola eius loci dici non potest.

23. Ex præfatione colligitur ratio, & caussa finalis dispositionis.

24. Cessante caussa dispositionis, & ipsa quoq; dispositio cessat.

25. Statutum de civibus vel subditis loquens, ad forenses non porrigitur.

Declaratur num. 302.

26. Nec statutum habitans personas alioquin inhabiles.

Declaratur num. 303. & 305.

27. Fœminæ de iure communi feudi incapaces sunt.

28. Statutum disponens in personam non comprehendit forensem, etiam quoad bona in territorio statuentium sita, contrar. num. 306. & num. 308. ubi declaratur.

29. Beneficio statutorum regulariter non fruuntur, statuentibus non subditi.

Declaratur num. 309.

30. Commodum ab onere regulatur.

Declaratur num. 310.

31. Indefinita oratio an indistinctè æquipolleat universali in legum, statutorum alijsq; dispositionibus, & num. 62.

32. Et quid in feudalib. num. 63. & num. 311.

33. Sermo simpliciter prolatus, intelligitur tantum de primo actu.

Declaratur num. 312.

34. Vnum capitulum statuti, aliud capitulum eiusdem statuti declarat.

35. De diversis & separatis, diversum & separatum ius statuendum.

36. Dispositio generalis non comprehendit ea, in quibus se Princeps solet difficilem reddere.

Declaratur num. 313.

37. Nec regalia, Declaratur nu. 353.

38. Verba contractuum quomodo accipienda sint, ut operentur aliquid, & ne supervacua sint.

39. Argumentum à contrario sensu quando sumi possit etiam ad correctionem iuris communis.

40. Plures investituræ ita intelligendæ sunt, ne sibi contradicant.

41. Vt & una eademq; investitura.

42. Aliusvè alius actus.

43. Posteriores investituræ priores declarant.

44. Clausula reservatoria iuris domini feudi investituris inserta quomodo intelligenda, & num. 314. & num. 321.

45. Appellatione iuris non comprehenditur ius consuetudinarium vel statutarium, secundum quosdam contrarium num. 319.

36. Recta & ordinaria natura feudi qua sit, & num. 318.

47. Geminatio vel reiteratio actus quid denotet, ubi quid, quantumq; operetur, & num. seqq. & num. 322. 324. 325. 326. & 327. 328.

48. Donatio mortis caussa efficitur donatio inter vivos, si reiterata fuerit.

49. Confessio geminata prætextu erroris revocari nequit, contrarium ver. & com. num. 323.

50. Venditio aliusvè contractus prætextu enormis vel enormissimæ læsionis non rescinditur, si consensus geminatus intervenerit, contrarium ver. num. 325. & 332.

Hhhh 2 51. De

51. De præsumptione ex lapsu temporis, & quatenus & quando illa obtineat, & num. 329. 330. & 331. ubi latè.

52. Actor qualiter à se in libello proposita probare debeat, si obtinere velit, & num. 334. & 335.

53. In dubio & quando probationes hinc inde pares sunt, pro reo pronunciandum est.

54. Ex una caussa agens, si non probet se ex caussa in libello expressa ius fovere, succumbit, licet fidem faciat, sibi ex alia caussa ius competere.

Fallit num. 280. 281. & num. 338.

55. Nova qualitas, nova forma, novus tenor & nova pacta adiecta investituris posterioribus, operantur, ut feudum antiquum efficiatur novum, utq; ad successionem eius agnati transversales non admittantur.

Declaratur quadrupliciter, num. 340.

56. Filij vel filiæ ultimi vasalli defuncti licet fœminæ sint, descendentes tamen dicuntur per lineam masculinam.

57. In nulla penitus dispositione persona in illa non expressa subinde intelligi debet.

58. Ex principio capituli colligitur mens & voluntas disponentis.

59. De verbis generalibus, & quàm generaliter illa sint accipienda & num. 283.

60. Etiam in materia odiosa, pœnali & iuris communis correctoria.

61. Et privilegijs.

64. Similia quæ dicantur.

65. Dispositio generalis simul & semel comprehendit casus, res & personas non privilegiatas.

66. Quando verò & privilegiatas.

67. Maius & minus non differunt substantia vel specie.

68. De feudis maioribus & minoribus regulariter idem ius statuitur.

69. Fœmina, ad successionem feudi vocata, non tantùm ipsa, sed omnes descendentes ex illa tàm masculi quàm fœmina vocati esse censentur.

70. Quod obtinet etiam quando fœmina sub verbo speciali filiæ ad successionem feudi vocata sint.

71. Firmatur hæc sententia & num. seqq.

72. Idem operatur propositum in proposito, quod oppositum in opposito.

73. Contrariorum eadem disciplina. Eadem potentia.
Idem modus significandi.

74. Ut se habet caussa ad effectum in productione, sic se habet destructio caussæ ad destructionem effectus.

75. Dispositum de caussa etiam de caussato dispositum censetur.

76. Caussa prima influit in omnia caussata, eisq; vim & virtutem suam extribuit.

77. Principium trahit ad se finem, & sequentia naturam præcedentium sortiuntur.

78. A primordio tituli posterior firmatur eventus.

79. De sequelis idem ius statuitur quod de initio.

80. Et viceversa.

81. Effectus regulatur secundum naturam caussæ.

82. De dependentibus regulariter idem quod de capite statuitur.

83. Feudum paternum & maternum quatenus æquiparentur & ijsdem regulis iuris subijciantur.

84. Sub genere comprehenduntur omnes species.

85. Etiam secundum veram & propriam vocabuli significationem.

86. Tantumq; operatur genus quoad omnes & singulas species sub tali genere comprehensas, quantum operatur specialis dispositio, quoad speciem in ulla expressam.

87. Quod obtinet quoq; in dispositionibus odiosis.

88. In

88. In privilegijs.

89. Appellatione nobilium qui veniant.

90. Sub vocabulo der Freyen / *qui comprehendantur.*

91. Itemq́ hæredis.

92. Et feudi.

93. Regulam iuris pro se habens, rem certam & intentionem fundatam habere dicitur.

94. Casum à regula exceptum pretendens, hoc probare tenetur.

95. Secundum regulam pronunciandum, nisi de exceptione doceatur.

96. Sententia contra regulam iuris lata ipso iure nulla est.

97. Sub dispositione generali an & quando comprehendantur etiam personæ in maxima dignitate constitutæ.

98. Qualibet res de facili revertitur ad pristinam naturam.

99. Dispositio, per quam res natura sua pristina redditur, favorabilis est.

100. Sub dispositione generali quando comprehendantur etiam res magnam, maiorem vel maximam dignitatem annexam habentes.

101. Bonum est argumentum de personis ad res.

102. An fœmina sit incapax omnium bonorum etiam allodialium, habentium regalia vel dignitatem cum administratione mero & mixto imperio.

103. Sub dispositione generali an & quando veniant realia.

104. Copulativa natura quæ?

105. Verba secundum subiectam materiam & naturam rei, de qua agitur, intelligenda sunt, & nu. 217.

106. Etiamsi verba ad significationem impropriam detorquere oporteat, nu. 218.

107. Vel improprijssimam.

108. Licet verba sint pregnantia.

Universalia.

Geminata, vel

Apta infinitatem comprehendere.

109. Mens disponentis ex subiecta materia colligitur.

110. Verbum HÆRES *in materia feudali accipitur pro hærede sanguinis.*

111. Dispositio legis non restringitur ad primum actum, sed in infinitum extenditur.

112. Etiamsi lex loquatur per verba certi numeri denotativa.

113. Idem obtinet in privilegio.

114. Et dispositione favorabili, non legis solùm, sed & hominis.

115. Inq́ omni dispositione, eo casu, cùm per primum actum non est intentioni disponentis satisfactum.

116. Vel quando expressè contrarium actum est.

117. Idem iuris est, si tacitè contrarium actum esse ex coniecturis aliquibus constet.

118. Vel quando dispositio respicit certam & determinatam caussam.

119. Vel quando ratio dispositionis æquè locum habet in alijs actibus.

120. Vel quando dispositio concepta est verbis universalibus vel indefinitis, æquipollentibus universalibus.

121. Vel quando æquitas contrarium suadet.

122. Vel natura rei, de qua agitur.

123. Idem est, si dispositio non unam, sed plures personas respiciat.

124. De significatione dictionis IN.

125. Successionis ab intestato tàm in allodialibus quàm feudalibus, quæ natura & subiecta materia sit, & num. 128.

126. Dictio IN, *ut quavis alia ex coniectnrata mente disponentis & alteratur & impropriatur.*

127. In successionibus ab intestato quæ leges servanda.

128. Quod lex non dicit, nec nos asserere debemus.

129. Ratio statuti Monasteriensis.

130. De ratione legis pulchra.

131. Qui in aliquo loco forum sortitur ratione rei alicuius, censetur eius respectu in loco existere, & sub dispositione de-

existentibus loquente comprehenditur, licet extra illum locum domicilium habeat.

132. Mortuo vasallo utile dominium feudi ipso iure transit ad successores feudales.

133. Vtile dominium feudi, ad quem successione devolvitur, is etiam ante investituram petitam & obtentam vasallus efficitur.

134. Significatio verbi DEVOLVI.

135. Et verbi DEBET.

136. Generi per speciem in beneficijs vel privilegijs non derogatur.

137. Quibus casibus verò nec in dispositione legis vel statuti.

138. Interpretatio quia verbis refragatur, reijcienda est.

139. Idem est, si verisimilis non sit.

140. Semper illa interpretatio amplectenda, per quam utriq; parti consulitur.

141. Quæq; iustior est.

142. Vnius exclusio alterius est inclusio & viceversa.

143. Exceptio firmat regulam in casibus non exceptis.

144. Verba enunciativa principaliter emissa propter se, quantum probent, tàm in antiquis quàm recentibus factis.

145. Et quando dicantur principaliter propter se emissa.

246. Verba enunciativa etiam incidenter propter aliud prolata, quando plenam fidem faciant, & num. 160.

147. Natura dictionis Prout, *respicientis tempus præteritum.*

148. Verba enunciativa plurium instrumentorum etiam inter alios confectorum quantum probent.

149. Verba enunciativa contra quos indistinctè plenam fidem faciunt.

150. Per investituram à domino factam inducitur consensus & ratificatio domini.

151. Appellatione multorum ad minimum duo comprehenduntur.

152. In iudicio quod fit, publicè & palam gestum censetur.

Et notorium esse dicitur.

153. Idem est de eo, quod coram decem hominibus gestum est.

154. Publicum & notorium in aliqua provincia, omnes provinciales scire præsumuntur.

155. Scientia vel notitia ex facti de qua agitur qualitate, arguitur & præsumitur.

156. Itemq. ex cursu longi temporis probatur.

157. Ex sola scientia & patientia satis probatur, dominum feudi contractum de feudo initum approbasse & ratum habuisse secund. commun.

158. In alienatione emphyteusis tacitus domini consensus sufficit.

159. Consensum domini in contractu feudi intervenisse ex lapsu temporis longi vel longissimi præsumitur.

161. Relativi Quis *vel* Qui *natura, & num. seq. & num. 163. 164. 165.*

162. Relativum est rei precedentis repræsentativum, firmatur ibid.

163. Relativum Quis *vel* Qui, *quando non restrictivè sed declarativè, demonstrativè & augmentivè positum censeatur.*

165. Relativum quando ponatur & demonstrativè & positivè & dispositivè.

166. Præcedentia ex sequentibus declarationem & interpretationem recipiunt, & econtrà.

167. Res inter alios acta alijs non præiudicat.

Declaratur num. 170.

168. A pari præcedunt actum celebrare & ei consentire.

169. Actui semel consentiens eum ulteriùs impugnare nequit.

171. Duo actus notabiles & qui verisimiliter pervenerunt ad totius vel maioris partis populi notitiam, ad consuetudinem introducendam sufficiunt.

172. Nec

172. Necrefert iudiciales sint an extraiudiciales contra gloss. & alios.

173. Legitimi vel illegitimi, per se validi an nulli.

174. Puri vel conditionales, gesti ex certa scientia vel errore consensum tamen non excludente.

175. Item etiamsi effectum suum sortiti sint, vel non.

176. Quid verò, si duo actus extra iudiciales sint gesti, ab hominib. penitus privatis, & ab iis qui legis condenda non habent potestatem.

177. Numq. contradictio adversarii saltem extraiudicialis necessaria sit.

178. Et an per hosce actus extraiudiciales consuetudo inducatur etiamsi illi qui eos celebrarunt, careant & titulo & bona fide.

179. Quodq. per illos consuetudo introducatur, licet in ea inducenda non intervenerit consensus vel auctoritas superioris scientiave & patientia adversarii.

180. Actus tamen celebrari debent animo inducendi consuetudinem.

181. Hic animus ex quibus prasumatur.

182. Ad consuetudinem inducendam requiritur tacitus consensus populi.

183. Hic consensus quomodo probetur.

184. Ad consuetudinem inducendam sufficit lapsus temporis longi.

185. Efficacior est lapsus 40. annorum.

186. Efficacissimus lapsus illius temporis cuius in contrarium non extat memoria.

187. Consuetudo favorabilis latissimè interpretanda, & quantum fieri potest, extendenda est.

188. Consuetudo admittens fœminas & descendentes ex illis, ad successionem feudi favorabilis est.

189. Quilibet actus ab observantia postea secuta declarationem recipit.

190. Observantia postea secuta quid operetur.

191. Efficacia pactorum initorum ab his qui legis condenda potestatem habeant.

192. Actum aliquem tacitè vel expressè ratificans censetur illum cum omnibus suis qualitatib. & pactis approbare.

193. Feudum quod etiam semel tantùm ad fœminam transit, hanc realem qualitatem sortitur, ut fœmineum efficiatur & ad omnes omninò fœminas & descendentes ex fœminis transeat.

194. Qualitas qua semel capit rei inesse, semper durat, illustrat. ibid.

195. Res vendita vel alio titulo alienata, cum omni sua causa, omnibusq. qualitatib. in emptorem aliumvè singularem successorem transit.

196. Initium cuiuslibet rei potissima pars, & pracipuè attendendum.

197. Dispositio sequens facta super eadem re in dubio censetur facta secundum tenorem & naturam pracedentis dispositionis.

198. Confirmatio subsequens regulatur secund. actum pracedentem qui confirmatur.

199. Etiamsi actus pracedens qui confirmatur sit nullus vel inutilis.

200. Dictio Sicut *quid denotet, & dictio* Ita.

201. Vis geminationis sive cumulationis verborum idem significantium.

202. Prima investitura est origo, radix & fundamentum feudi omniumq. sequentium investiturarum.

203. Tenor prima investitura in controversiis feudalibus decidendis semper inspiciendus & nu. 229.

204. Secundum primam investituram omnes alia intelliguntur.

205. Et sequentes sic intelligendæ sunt, ne per illas prima investitura quidq. derogatum esse censeatur.

206. Potissimum quando investitura sequentes se ad primam referunt.

207. Nec vasallus absq. voluntate Domini, nec Dominus absq. consensu vasalli, formam prima investitura mutare potest.

208. Renunciatio iuris sui non praesumitur.

209. Sed potius error iuris & facti proprii, & stultitia.

210. Et potius admittitur ut actus reddatur invalidus.

211. Mutatio tenoris primae investiturae non praesumitur in Domino.

212. In Domino non praesumendum quod iniustum est.

213. Dominus feudi, sicut & alius Princeps praesumitur iustitia plenus.

214. Quilibet actus à Principe gestus conformari debet iuri & aequitati, licet verba non patiantur.

215. Nemini ius ex prima investitura quaesitum auferri debet.

216. Dominus feudi vel alius Princeps id velle praesumitur quod iura volunt.

218. Dominus feudi non praesumitur per sequentes investituras praeiudicare voluisse illis, quibus ex prima investitura ius quaesitum est.

219. In primis quando sequentibus investituris est adiecta clausula, Salvo jure tertii.

220. Quae tamen clausula semper in investitura intelligitur, licet non sit expressa.

221. Ne dispositio supervacua sit, sufficit illam vel minimum operari.

222. Potius admittendum ut verba supervacua sint, quàm ut dispositio efficiatur illicita & iniqua.

223. Vel ut capiatur intellectus absonus & absurdus.

224. Vel, ut quid fiat contra voluntatem disponentis.

225. Vel, ut quis grave damnum patiatur.

226. Vel ut includant casum de iure & facto impossibilem.

227. Non curamus quo tramite feudum descendat, sed quod eius sit principium.

228. Nova investitura facta per Dominum virtute antiqua investitura, non tollit vigorem venientem ex antiqua.

230. Prima investitura si per sequentes mutata, correcta vel alterata sit, praesumitur id per errorem factum.

231. Vel impressionem, & ipso iure nulla est. nu. 234.

232. Remissio iuris sui facta à subdito magistratui, praesumitur per impressionem facta, si coniuncta sit cum laesione subditi.

233. Praesertim si laesio enormis sit vel enormissima.

235. Gesta à magistratu cum subdito per impressionem per se & ipso iure sunt nulla.

236. Dominus feudi revocans, alterans vel mutans illa, ad quorum observationem ipse iuxta tenorem primae investiturae obligatus est, praesumitur esse circumventus, illaq; praesumptio iuris est & de iure nec contrariam probationem admittit.

237. A prima investitura quando recedere liceat propter investituras posteriores aliter quàm prima loquentes.

238. Mutatio primae investiturae facta à Domino etiam cum vasalli consensu, censetur tantùm restricta ad tempus vitae vasalli qui mutationi consensit.

239. Et regulariter quilibet contractus initus ab illo qui limitatum ius in re aliqua habet, respectu illius rei, censetur esse restrictus ad tempus illius iuris.

240. Mutatio investiturae primae in sequentibus investituris facta tertio absenti non praeiudicat.

Nec iis qui ad mutationem illam citati non fuerunt. nu. 242.

241. Praesentia non praesumitur, sed ab allegante probanda est.

243. Ad actum aliquem regulariter citandi omnes quorum interest.

244. Dominus feudi etiam cum consensu vasalli & ex certa scientia non potest mutare primam investituram in praeiudicium illorum qui vigore primae investiturae ius succedendi in feudum habent, nec [illegible]*us quae-*

ius quæsitum ex prima investitura descendentib. auferre.

245. *Potissimum si Dominus feudi superiorem recognoscat.*

246. *Qui ne ex iusta causa id quidem potest.*

247. *Et secund. commun. ne summus Princeps quidem ex plenitudine potestatis.*

248. *Princeps enim summus & superiorem non recognoscens, non potest etiam ex plenitudine potestatis, alteri ius ex contractu quæsitum, auferre.*

249. *Actus quilibet propter defectum potestatis agentis nullus & inutilis redditur.*

250. *Mutatio vel alteratio primæ investitura facta etiam ex proposito & cum consensu Domini & vasalli, filiis vel agnatis vasalli non præiudicat.*

251. *Expressum dicitur, quod ex natura rei de qua agitur resultat.*

252. *Vel, quod ex coniecturis sive mente & præsumptionibus colligitur.*

253. *Quod in actu aliquo tacitè venit.*

254. *Quod lex de aliquo actu disponit.*

255. *Vt & id, de quo constat per relationem ad aliud.*

256. *Prima investitura quando per sequentes declarari & interpretari nequeat.*

257. *Ignorantia in dubio præsumitur, potissimum in facto alieno.*

258. *Ex scientia, præsentia & patientia non præsumitur, quod descendentes a primo adquirente mutationi primæ investitura consenserint, & per consensum ius sibi posteriusq. suis quæsitum remiserint.*

259. *Ne tum quidem cum accesserit lapsus longissimi temporis.*

260. *Simplex consensus ad alienationem vel mutationem feudi, vel ad alium actum præiudicialem respectu feudi celebratum, præstitus à parentib. vel maiorib. indistinctè non nocet liberis vel posteris illorum, licet ipsi hæredes parentum sint, & hæreditatem parentum non confecto inventario adierint.*

261. *Mutatio primæ investituræ non nocet illis, quib. vigore eius successio feudi debetur, etiamsi ipsi hæredes universales illorum vasallorum sint, qui istam mutationem cum consensu Domini in præiudicium successorum fecerunt, & hæreditatem illorum non confecto inventario adiverunt.*

262. *Mutatio investituræ primæ per sequentes facta non confirmatur præscriptione.*

263. *In feudis præscriptio lapsa contra prædecessores non nocet successorib.*

264. *Fœmina ad successionem feudi statuto habilitata, indistinctè cum omnibus descendentibus ex illa ad successionem admittitur, etiamsi illa vel descendentes ex ea semel per masculos exclusæ sint.*

265. *Iuramentum super actu aliquo interpositum, quid operetur, & num. 271.*

266. *Vis verborum universalium.*

267. *Præsertim negativorum.*

268. *Verba geminata quantum & quid operentur.*

269. *Constitutio quæ in contractum transivit, irrevocabilis est.*

270. *Vt & privilegium.*

272. *Episcopus quæ feuda sibi aperta sine consensu capituli alteri de novo concedere possit.*

273. *In concessione nova illorum feudorum quæ sunt in feudari solita, & Episcopo aperto, quæq. ad solam Episcopi collationem pertinent, nulla penitus solennitas requiritur.*

274. *Statuta à iure communi passivam interpretationem recipiunt. Ampliatur ibid.*

275. *Ecclesia cathedralis, ad cuius collationem feudum apertum finitum vel amissum pertinet, cogitur illud descendentibus à primo adquirente renovare, iisq. de novo concedere. secund. commun.*

276. It

276. Is actus in quo consensus alterius requiritur, etiam ipso dissentiente expediri potest, quando is requisitus consentire recusat.

277. Mens potius quàm verba attendenda.

278. Plures causas in libello deducens, obtinere debet, etiamsi ille tantùm ex una causa deducta sibi ius competere probaverit, & nu. 337.

279. Potissimum quando in libello est inserta clausula, petens *sibi ius & iustit. adm. & nu. 339.*

281. Coram Principe summo proceditur sola facti veritate inspecta.

282. Et coram iudicio Cameræ imper. qua Imperat. repræsentat.

287. Quæ requirantur ut solitum quid dicatur.

290. De natura & substantia beneficii est, ut in eo interveniat consensus illius cui conceditur.

291. Expressio eorum quæ sunt de substantia vel natura actus, actum non mutant nec alterant.

292. Ad augmentum inducta, diminutionem operari non debent.

295. Ex duabus qualitatibus in una aliqua dispositione positis, quæ potentior & potior censeatur.

300. An publicè intersit, ut vasalli alicuius Episcopatus vel Ducatus in eodem domicilium habitationis habeant.

301. Aliud est esse vasallum vel nobilem, aliud esse subditum vel incolam.

304. Minor, pupillus, Ecclesia, nec non & is cui bonis interdictum est, in quibus ad contrahendum habiles reputentur.

307. Pœna iudicis contra communem iudicantis.

315. Sequentes Investituræ sint confirmationes primæ, & accessoria ad primam, nu. 317.

316. Confirmatio nihil novi inducit, sed per omnia secundum actum confirmatum intelligitur.

317. In contractu accessorio censentur omnes qualitates primi contractus principalis repetitæ.

320. Appellatione iuris communis, an veniat ius statutarium vel consuetudinarium in tantum, ut in illis casib. in quib. ius id à iure communi discrepat dispositio loquens de iure communi de statutario vel consuetudinario intelligenda sit.

330. Præsumptio ex lapsu temporis descendens cuiusmodi sit, & quomodo elidatur.

333. Lapsus temporis immemorialis quis censeatur, & quando alicui patrocinetur.

334. In libello plura copulativè deducens, an in causa obtinere debeat, licet non omnia, sed necessaria tantùm probaverit.

335. Quando qualitates in libello expressas probare necesse non sit.

336. Libellus quomodo interpretari debeat.

337. Plures actiones in iudicium deducens obtinere debet, licet ex una saltem ius foveat.

339. Vis clausulæ petens *sibi ius & iustitiam administrari.*

341. Effectus præsumptionis.

DIVI-

DIVINI NUMINIS IMPLORATO SUFFRAGIO, SINE QVO NIHIL FELIX VEL FAUSTUM.

Auff die abermal zugesandte Acten in Sachen zwischen Anwaldē/des Durchleuchtigen Hochgebornen Fürsten vnnd Herrn / Herrn W. des Jüngern/ Hertzogen zu B. vnd L. meines gnedigen Fürsten vnd Herrn / In Vormundschafft des wolgebornen vnd Edlen Herrn/Herrn F. Graffen zu D. Klägern vnd Apellanten an einem/ vnd Anwalden des hochwirdigen Fürsten vnd Herrn / Herrn B. erwehltem vnd bestetigtem Bischoffen/des Stiffes M. Beklagten vnd Appellaten anders Theils / erachte ich nach fleissiger Verlesung vnd Bewegung derselben / im Rechten ergründet seyn/daß von den niedergesetzten Lehenrichter vnd Mannen in erster Instantz vbel gesprochen/vñ von demselben Spruch wol appelliret, daß auch das jüngstgesprochene Vrtheil in Appellation Sachen / der gestalt zu reformiren sey / daß nach Absterben weiland Herrn J. Herrn zu B vnd C. die Herrschafft B. dem Bischoffe zu M. als dem Lehenherrn nicht eröffnet/ besondern auff Graff R. zu D. als den nechsten des Verstorbenen Blutverwandten Ohemen von Brunckhortischem Geschlechte vorfellet/vnd nach dem S. G. pendente lite in Gott verstorben/auff S. G. Son Graff F. ferner transmittiret, vnd daß derowegen der Herr Bischoff wolgemeltem Graffen F. berührte Herrschafft mit aller In vñ Zubehörung zu leihen/vñ S. G. wircklichen darein zu gesetzen schuldig/daß auch im Fall/da berührte Herrschafft B dem Bischoff /als dem Lehnherrn eröffnet / vnd anheim gefallen / der Herr Bischoff wolgemeltem Graff F dieselbe Herrschafft beyde vermöge/ der gemeinen beschriebenen Rechte vnnd des Stiffts M besondern Begnadungen vnd Gewonheiten auffs newe zu verleihen/zu concediren, zu renoviren vnd zu vernewen pflichtig.

Wie dieses in dem vorigen Rathschlage / so ich in dieser Sachen hiebevor im Namen der Juristen Faculter allhier begrieffen/ außgeführet/vnd mit nachfolgenden Rechtsgründen ferner dargethan wird.

Ut autem veritas hujus decisionis magis elucescat, ego primò referam omnia illa, quæ ultra adducta in priori consilio pro Episcopo Monasteriensi, & in actis allegata sunt, vel allegari possent. Deinde hanc meam conclusionem legibus & rationibus confirmabo. Ultimò ad contraria respondebo.

Primò itaque pro Domino Episcopo Monasteriensi allegatum est, quod † instrumentum sive scriptura id tantùm probet, quod verba ejus sonant, quodque eam ob causam *Baldus* scriptum reliquerit illud, quod instrumentum non cantat, nec ego cantabo, *Bal. c. per venerabilem. col. pen. extr. de electio.* 1

Similiter & alibi traditum est illud, quod instrumentum non dicit, nec nos dicere debere, *Bal. cons. 297. col. 2. lib. 1. cons. 189. post med. lib. 2.* Quodque non possimus plus vel minus loqui, quam instrumentum sive scriptura loquitur, *Bal. cons. 455. col. 1. lib. 1.*

Huc accedit, quod scriptura seipsam, cujusmodi sit, ostendat, *Bal. cons 318. col. 2. lib. 3.*

Quodque nihil aliud inquirere debeamus, nisi quod in instrumento scriptum est, *Bald. l. fin. arg. illi. text. C. de fals. causa adject. legat.*

His adde, quod singula verba contractus & instrumenti ponderanda sint, nec nobis liceat quicquam addere vel detrahere, *Bal. l. lecta. col. 2. vers. ex prædict. ff. si certum petatur.*

Sed constitutio sive privilegium Monasteriense quoad verba non comprehendit casum nostrum, cum illa constitutio sive privilegium non loquatur de omnibus feudis, neque de omnibus fœminis.

Igitur sequi videtur, privilegium sive constitutionem Monasteriensem, in casu nostro locum non habere, neque ad casum nostrum extendi posse.

Secundò, † correctio juris communis sive interpretatio correctiva juris communis, quantum fieri potest, evitari, nec unquam facta censeri debet, nisi jus commune specialiter & expressè correctum repeniatur, *l. præcipimus §. fin. & ibi Bart C. de appella. Aym. Cravett. in tract. de antiq. temp par. 4. § absolutis. num 42. Roland. à Vall. cons. 80. num. 49. lib. 1. Socin. jun. cons. 131. nu. 50. lib. 1. facit text. l. sancimus. C. de testamentis.* 2

Et cor-

3 Et correctio juris † communis non de-
bet induci, neque etiam inducta censetur
per verba generalia vel universalia, *Ias.
cons. 164. col. 1. in fin. lib. 2. Aym. Cravett.
in tract. de antiq. temp. par. 4. §. absolutis. nu.
42. Cravett. cons. 307. num. 4.* neque etiam
per subanditos intellectus, *gloss. c. cupientes.
§. quod si per triginta verb. præterea de ele-
ctio. lib. 6. Rolan. à Vall. cons. 80. num. 49.
lib. 1.*

Sed verba privilegii sive constitutionis
Monasteriensis sunt generalia & indefinita,
& capiendo hanc interpretationem, quod
ad successionem feudorum debeant admit-
ti masculi descendentes ex fœminis, & qui-
dem ex illis, qui semel per masculos exclu-
sæ fuêre, induceretur correctio juris com-
munis feudalis, quo jure communi feudali
expressè cavetur, quod fœminæ, atque de-
scendentes ex fœmina feudi incapaces sint,
quodque fœmina semel exclusa, nec non &
descendentes ex ea semper & in perpetuum
exclusi maneant.

Igitur sequitur, hanc interpretationem
nullo modo capiendam vel amplectendam.

Tertiò, licet beneficia, † Principis la-
4 tissimè interpretari debeant, *l. fin. & ibi Dd.
ff. de constitut. princip. l. si quando. C. de bon. va-
cant. lib. 10. c. eum dilecti. & ibi Dd. extr. de
donat. c. olim. extr. de verb. signif. Rom. cons.
179. num. 15. cons. 363. num. 1. Alex. cons. 160.
num. 3. lib. 2. Hip. de Mars. sing. 483. Fel. c. cau-
sam quæ, num. 12. extr. de rescript.*

Attamen illud tantùm dicitur benefi-
cium, quod ex mera liberalitate conceden-
tis proficiscitur, sicut hoc patet ex traditis
per *Petrum de Anch. cons. 295. num. 1. Dec. l. 3.
in princ. nu. 4. ff. quod quisq. juris.*

Et hoc, quod beneficium Principis la-
tissimè interpretandum sit, non habet lo-
5 cum † in beneficio concesso ad postulatio-
nem partis, namque tale beneficium stri-
ctissimè intelligi debet, *c. si motu proprio. &
c. si plurib. de præbend. lib. 6. gl. c. 2. extr. de mut.
petitio. Petr. de Anch. cons. 138. & cons. 295.
num. 1. Dec. l. 3. in princ. nu. 4. ff. quod quisq.
juris facit id quod tradit. Felin. c. causam quæ.
nu. 15. extr. de rescript.*

Similiter hoc non habet locum eo ca-
6 su, † quando illud beneficium Principis
tendit in præjudicium tertii, tunc enim
similiter illud strictè interpretandum, *l. im-
puberi. ff. de administr. tutor. l. cum filius. ff. de
testamento milit. l. 2. §. meritò. & §. si quis
à Principe. ff. ne quis in loco publico. l. nec avus.
C. de emancip. lib. 6. super. eo extr. de off. dele-
gati. c. ex tuarum. extr. de auth. & usu pal. gl.
Bart. & Dd. l. fin. & ibi Ias. num. 19. & 20.
ff. de constitut. princip. Innoc. c. olim. & ibi Pa-
norm. num. 7. extr. de verb. signif. Panor. c. cum
dilecti. num. 5. extr. de donatio. Hip. de Mars.
sing. 483.*

Eodem modo & beneficium Principis
continens ea, quæ sunt † insolita sivè in- 7
sueta concedi, non latè sed strictè intelli-
gendum, *arg. c. quod ad translationem. extr.
de offic. leg. facit id quod tradit. Felin. c. cau-
sam quæ. num. 14. vers. limita. extr. de re-
script.*

Deinde quoque præallegata regula,
quod beneficium Principum sit latè intelli-
gendum, procedit † tantùm in beneficio 8
concesso à Principe summo, & superiorem
non recognoscente. Secus autem est in
beneficio concesso à tali Principe, qui su-
periorem recognoscit: namque tale bene-
ficium strictè intelligendum.

Tum per doctrinam *Bartoli. l. fin. ff. de
servit. legat.*

Tum quia dicta *l. fin. ff. de constit princip.*
tantùm loquitur in Principe summo, & su-
periorem non recognoscente, nec ullam
facit mentionem de Princip. superiorem
recognoscentib. & certum est, quod nulla
lex, nullaque constitutio ultra verba ipsi-
us extendi debeat, *l. quod constitutum, & ibi
Bart. & Dd. ff. de testamento. milit.* Quodque
& cessantibus verbis legis sive constitutio-
nis, & ipsa quoque lex sive constitutio ces-
set, *l. 4. §. toties. & ibi Dd. ff. de dam. infecto.
l. ita autem in princ. ff. de admin. tutor.* & illud
quod lex vel constitutio non dicit, nec nos
dicere debeamus, *l. si servum. §. non dixit
prætor. ff. de acquir. hæred.*

Tum quia Principes † superiorem re- 9
cognoscentes, non fruuntur privilegiis
concessis Principi supremo, & superiorem
non recognoscenti, *Petr. de Anch. cons. 331.
num. 2. Abb. cons. 61. lib. 1. Socin. cons. 7. lib.
3. Fel. c. quæ in Ecclesiarum. extr. de constitut.
Fel. c. tu nobis. num. 6. extr. de præscript. Bald.
cons. 327. num. 13. cons. 464. num. 1. lib. 1.
Dec. cons. 580. Socin. jun. cons. 69. nn. 43. lib.
1. Carol. Molin. in addit. ad Dec. c. pastoralis. nn.
2. extr. de appellat.*

Quod potissimum procedit in Princi-
pibus † Ecclesiasticis superiorem recogno- 10
scentibus, namque tales Principes habent
minorem potestatem, quàm Principes secu-
lares, *Ias. l. nemo potest. lect. 1. num. 8. lim. 2.
& num. 10. ff. de legat.*

Sed

Sed privilegium Monasteriense est concessum non a solo Episcopo, sed cum consensu & Capituli, & omnium ordinum Episcopatus Monasteriensis, etiam illorum, quorum utilitatem illud privilegium respicit, & sic illud non est profectum solius concedentis liberalitate.

Igitur sequitur, illud privilegium Episcopatus Monasteriensis privilegium dici vel reputari non posse.

Præterea quoque Episcopus Monasteriensis est & Princeps Ecclesiasticus, & superiorem recognoscit, illudque privilegium continet & insolita & insueta, & respicit præjudicium tertii, nec non etiam non motu proprio, sed ad postulationem concessum

11 est, sicut etiam in dubio † quodlibet privilegium non motu proprio, sed ad postulationem concessum esse intelligitur; *Bart. & Dd. l. 3. in princ. & ibi Ias. nu. 2. ff. quod quisq; juris. Bart. l. 1. C. de petit. bon. subl. lib. 10. Bart. l. 2. C. de bon. vacant. lib. 10. arg. c. si motu proprio, & ibi Dd. de præbendis lib. 6.*

Ex quo infertur, etiam posito, constitutionem Monasteriensem beneficium esse, illam tamen constitutionem strictè interpretandam.

12 Quartò, † limitata causa limitatum producit effectum, *l. cancellaverat. ff. de his quæ testamentis delen. l. in agris. & ibi Alber. de Ros. ff. de acquiren. rer. domin. l. age cum Geminiano. & ibi Ias. & Dd. C. de transact. cum multis simil. allegatis per Tiraq in tract. cessante causa. part. 1. nu. 142.*

13 Et positum ad unum † effectum, alium effectum operari non debet, *Ias. l. legata. inutiliter. nu. 5. arg. ill. text. ff. de legat. 1. fac. text. l. obligationum substantia. §. fin. ff. de actio. & oblig. l. non omnis in princ. ff. si certum petatur.*

Sed illa verba: Vormittels erblicher Folgung/ non personas, ad quas feuda devolventur, sed qualitatem & modum devolvendi demonstrant, & sic & effectum certum respiciunt, & ex ea causa limitata posita sunt.

Igitur sequitur, istam clausulam alium effectum producere, vel ex censu non personarum operari non posse.

14 Quintò, etiam clari juris est, † quod generi per speciem derogatur, *l. in toto jure. & ibi Dec. & Cagnol. ff. de reg. jur. c. generi. & ibi Ioan. Andr. Dyn. & Dd. de reg. jur. lib. 6.*

Et hoc habet locum, sive species præcedat genus sive sequatur, *Bart. l. quæ sunt. §. si quis fundum. ff. de fundo instruct. Fulgos. cons. 215. Dec. l. in toto jure. & ibi Cagnol. nu. 8. ff. de reg. jur. Alex. in add. ad Bart. l. sanctio legum. ff. de pœnis. Ang. con[...]. Dec. cons. 3. & cons. 382. Ias. cons. 12. lib. [...]*

Similiter, qualitas [...] antecedens generaliter restringitur ad qualitatem speciei expressæ, & expressio speciei hoc operatur, ne dispositio generalis ad species alterius qualitatis porrigi vel extendi possit, *l. nam quod liquide. §. fin. ff. de pen. legat. Rom. cons. 117. Alex. l. servum. C. de his qui testam. fac. poss. Fel. c. quoniam frequenter. col. 1. extr. in lit. non contest. Dec. c. sedes apostolica. col. fin. extr. de rescript. Dec. cons. 92. & cons. 420. col. 2. Cora. cons. 195. col. 1. lib. 1. Oldr. cons. 8. Dec. l. 1. nu. 26 & ibi Cagnol. num. 32. ff. de reg. jur fac. text. l. sed etsi adjiciatur ff. pro socio.*

Sed licet in constitutione Monasteriensi sint posita ista verba generalia: Und den Edelmannen und den Freyherrn unnd Erben/ die nicht er von Mannes kommen/ Item vermittelst erblicher Folgung.

Attamen post illa verba generalia incontinenti sequuntur ista verba specialia: Auff die Töchter als auff die Söhne.

Igitur sequitur, per ista verba specialia, verba generalia præcedentia ita restringi, ut tantum habeant locum in filiab. ultimi defuncti.

Rursus ex hoc infertur ista verba generalia: Von Mannes oder Frawen kommen/ quæ in ipso privilegio sequuntur per verba specialia præcedentia, nempe per verbum filia ita restringi, ut tantum in filiabus locum habeat.

Sextò, † qualitates sive accidentia nunquam substantiam vel essentiam mutant, alterant & extendunt, *gl. l. fin. §. quoties. verb. Anno. ff. de publica. Ang. l. & an eandem. §. 1. ff. de except. rei jud. Bar. l. 1. col. 4. ff. de actio. & oblig. Bart. & Dd. l. in conventionalib. ff. de verb. oblig. Bart. l. si fundus. §. si res arg. ill. text ff. de pign. Bal. l. fundi ff. quib. mod. ususfr. amit. Cagn. l. quod attinet. num. 6. de ff. de reg. juris. Albert. Brun. in tract. de augment. conclus. 3. n. 1. 2. & 3. facit text. l. 4. §. modum. ff. de servitut. l. facta conventa. ff. de contrahenda emptio. l. fin. & ibi Bart. ff. de fundo instr. Bart. l. imperium. num. 11. ff. de jurisd. omnium judic. Dec. c. post cessionem. num. 2. extr. de probatio. Dec. c. 2. col. fin. extr. de judiciis.* 15

Sed illa verba: Von Mannes kommen/ Item von Frawen kom̃en/ non substantiam, sed accidentia & qualitates significant.

Igitur sequitur, per ista verba constitutionem Monasteriensem de filiab. loquentem extendi non posse ad alias personas, sive

aliarum personarum species, nec illa verba hoc operari posse, ut præter filias ultimi vasalli defuncti ali[illegible]sonæ ad successionem feudi controver[illegible]admitti possint.

16 Septimò, posita † in clausulis diversis sive separatis ad alias clausulas minimè referri sive extendi possunt, *Bart. l. Seia. §. Cajo. ff. de fundo instructo, Socin. cons. 22. nu. 4. cons. 66. lib. 3. cons. 27. lib. 4. Dec. cons. 192. num. 2. Card. Paris. cons. 36. num. 23. lib. 1. Socin. jun. cons. 68 nu. 115. lib. 3.*

Idem quoq; juris est in iis, quæ ponuntur in clausulis habentib. separatam vel diversam determinationem, namq; illa ad alias clausulas minimè referri possunt, *arg. l. doli clausula. ff de verbor. oblig.*

Sed ista verba: Von Mannes kommen/ Item von Frawen kommen/ ponuntur in clausulis diversis & separatis, nec non & diversam & separatam determinationem habentibus.

Igitur sequitur, ista verba referri vel porrigi non posse ad istam clausulam, in qua agitur de successione filiarum, nec etiam hoc operari posse, ut illa clausula, per quam filiæ ad successionem filiæ habilitantur, ad alias personas præter filias extendatur.

17 Octavò, verba quælibet † generalia, sive dispositio quælibet generalis restringitur ad personas habiles, *l. 2. ff quod prætor. & ibi Bart. Iaf. & Dd. edendo. l. tutor. §. prodigus. & ibi Rom. ff de jurejur. l. at gradatim §. 1. ff. de muner. & honor. l. 1. juncta gl. §. sed hæc solennia. verb. quibuscunq; inst. de verb. oblig. gl. l. qui autem §. fin. verb. quibuscunq; ff. de constit. pecun. gl. l. fin. C. qui legitimam pers. stand. in jud. habeant. gl l. pen C. qui admitti glo. l. esti instrumenta. C. de fide instrument. & jure hastæ. lib. 10. Bart. Iaf. & Dd l. 1. §. mutatio ff de oper nov. nunc.*

Sed in casu præsenti per constitutionem Monasteriensem solæ filiæ ad successionem feudi habilitatæ sive habiles effectæ sunt.

Igitur sequitur, ista verba generalia: Von Mannes kommen/ Item/ von Frawen kommen/ ad personas habiles restringendas, & ita accipiendas, ut tantùm in filiab. locum habeat.

18 Nonò, consuetudines † feudales excludunt à successione feudi non tantùm filias, sed etiam descendentes ex filiab. sicut hoc in præcedenti consilio comprobavimus.

Ex quo infertur, licet privilegium sive constitutio Monasteriensis ad successionem feudi admittat filias, cum tamen illa constitutio de descendentib. ex filiab. nullam mentionem faciat, illam constitutionem ita accipiendam esse, ut quoad descendentes ex filiabus jus commune feudorum incorrectum maneat.

Tum quia † unius inclusio, est alterius exclusio *l. maritus. & ibi. Iaf. & Dd. C. de procur. l. quod latro. ff de compensatio. l. quæsitum. §. idem respondit ff. de fundo instructo l. cum ita circ. fin. ff. de cond. & demonstr. gl. l. cum prætor. in princ. ff. de jud. Signor. de Homodeis. l. nemo. C. de SS. Eccles. Christ. de Castel. l. continens. §. præterea. ff. de verb. oblig. Ruin. l. Gallus. §. & quid si tantum. num. 114. ff. de liber. & posth. Sebast. Sapia. l. 1. num. 32. ff. de off. ejus cui mand. est jurisd.* 19

Tum quia † talis præsumitur esse mens legis, statuti & constitutionis, ut unum exprimendo, aliud verò tacendo vel omittendo omissum, sub expresso comprehendi voluerit, *c. quod ad translationem. & ibi Bal. extr. de translat. prælator. c. ad audientiam. extr. de decimis. gl. c. ad audientiam extr. de Ecclesiis ædificandis. gl c. fin. extr. ne Clerici vel Monachi. Signor. cons. 172. cum similib. multis allegatis per Tiraq. reper. l. si unquam verb. libertis. num 3 C. de revocand. donatio.* 20

Tum quia correctio juris communis non censetur esse facta vel inducta, nisi in casibus specialiter expressis, sicut hoc superius docui.

Decimò, in privilegio sive constitutione Monasteriensi, nempe in initio illius privilegii dicitur illud privilegium esse concessum G. F. G. Edelmannen/ Dienstmannen/ Mannschafft der Stadt Münster vnnd Weichbilden m J. F. G. Landen vnd Stiffts Münster.

Ex quibus verbis liquet, illud privilegium esse tantùm concessum illis nobilib. & vasallis, qui in Episcopatu Monasteriensi domicilium habitationis habent, nec minimè extendi posse ad illos vasallos vel nobiles, qui extra Episcopatum domicilium habitationis habent, licet ipsi ibidem feuda habeant sive teneant.

Tum ponderando dictionem in, quæ dictio in locum respiciens sive loco adjecta, idem significat quod intra, & intrinsecitatem denotat, *l. 1. §. in flumine. ff. de flumib. l si alius. §. notavimus ff. quod vi aut clam. gl. c. dum sanctam de pœnitentia dist. 2. Arch. c. si Papa distinct. 40 Cyn. l. observare. ff de off. procons. Bart. l. 1. §. hoc interdicto. ff. de cloacis. Bart. Bal. Alexand. Iaf. & Dd, l. Gallus. §. ille casus. ff. de* 21

ff. de liber. & posth. Bal. l. data opera. col. 15. C. de his qui accus. pos. vel non. Alex. cons. 116. lib. 1. & cons. 138. num. 14. lib. 2. Fel. c. tertio loco col. 4. extr. de sponsalib. Tiraq in tract. de utroq; retract. par. 1. §. 1. gl. 11. num. 74.

Tum quia is, qui in aliquo loco fun-
22 dum vel feudum aliquod possidet, † incola illius loci dici, vel in isto loco domicilium habere, reputare nequit, *l. libertus. §. sola. ff. ad municipalem. l. cum ne; C. de incol. lib. 10.*

Undecimò, constitutio Monasteriensis est facta propter utilitatem publicam Episcopi sive Episcopatus Monaster. prout hoc ex prooemio illius constitutionis, nempe ex illis verbis: Vnnd betrachtende meine Noth vnd Frommen vnser Kirchen vnd Stifft/ satis liquet.

23 Atque ex illo prooemio colligitur, † utilitatem publicam esse causam finalem & rationem illius constitutionis sive privilegii per illam constitutionē indulti, cum ex prooemio sive præfatione constitutionis statuti privilegii, vel alterius dispositionis colligatur ratio & causa finalis illius dispositionis, *l. fin & ibi Bart. Bal. Aug. & Imol ff. de hæred. institut. Bal. l. ut liberis nu. 1. arg. ill. text. C. de collatio. Bal. l. nostram. col. 1. vers. tu dic. C. de testamentis. Bal. l. 1. ff. de orig. juris. Rom. cons. 180. col. 2. Alex. cons. 119. col. ultim. vers. circ. secundum lib 5. Socin. cons. 67. col. 3. lib. 1. Dec. cons. 379. col. 3. vers. & ulterius ista conclusio. Socin. jun. cons. 21. col. 1. lib. 1.*

Et ex iis, quæ in prooemio sive præfatione alicujus statuti vel constitutionis dicuntur, statutum sive constitutio restringitur, extenditur, & declaratur, *Rom. cons. 16. col. 1.*

Sed publicè interest, ut vasalli Episcopatus sive Episcopi in Episcopatu resideant, & domicilium habeant, ut eò facilus Episcopus illos & ad servitia præstanda, & ad consilium ipsi præbendum requirere possit.

Igitur videtur dicendum, causam sive rationem, propter quam illa constitutio facta est, cessare in illis vasallis Episcopi sive Episcopatus Monasteriensis, qui extra Episcopatum Monasteriensem domicilium habent, & per consequens etiam istam constitutionem non habere locum in illis vasallis, qui extra Episcopatum Monasteriensem habitant.

24 Namq; certi juris est, quod † cessante causa sive ratione legis, & ipsa lex cesset, *l. quod dictum. & ibi Bart. Aug. & Dd. ff. de pactis. l. adigere. §. quamvis. ff. de jure patronatus. gl. l. cum tale. § falsam. ff. de conditio. & demonstr. Bart. l. demonstratio §. quod autem. quæst. 8. ff eo tit. cum multis simil. allegatis per Nicol. Everb. in loco à cessatione rationis. & Tiraq in tract. cessante causa par. 1. num. 125.*

Similiter constitutionis causa vel ratione cessante, & ipsa quoq; constitutio cessat, *c. Neophitus & ibi gl. verb. causa distinct. 61. c. quod pro remedio. & ibi gl. verb. cessante. 1. quæst. 7.*

Eodem modo & cessante causa vel ratione statuti, ipsum quoq; statutum cessat, *Card. Paris cons 98. col. 6. nu. 30. lib. 1.*

Consuetudinis quoque causa cessante & ipsa consuetudo cessat, *Bal. rub. col. fin. extr de consuet.*

Cessante etiam causa beneficii vel privilegii, cessat & ipsum quoque beneficium, *Aug. & Iacob. de S. Georg. l. sed si hac. §. libertus. arg ill. text ff. de in jus voc. Socin. jun. cons. 160. col. peu. nu 78. lib. 2.*

Et privilegium, *l. Athletæ. §. 1. l. Gænletræ & l. idem Vlpianus. ff. de excus tutor. l. Titia. Seio. §. usuras. & ibi gl. & Bart. ff. de leg. 2. l. filius à patre §. 1. & ibi Ium. Alex. Francisc. Aret. & Ias. ff. de lib. & posth. l. ex facto. in princip. & ibi Fr. Aret notab. 7. Iason notab. 6 ff. de vulg. & pupill. cum multis simılib. allegatis per Tiraquell. in tractatu cessante causa par. 1. nu. 203. & 204.*

Cum itaq; & Dominus Comes F. in D. ejusque pater Comes R. non in Episcopatu Monasteriensi, sed extra Episcopatum Monasteriensem domicilium habitationis & semper habuerint, & adhuc habeant, videtur dicendum, causam finalem constitutionis Monasteriensis, & per consequens etiam constitutionem ipsam in casu præsenti cessare, nec modernum Comitem F. vel ejus patrem R. se ista constitutione tueri vel juvare posse aut potuisse, & quidem indistinctè, sive dicamus, illam constitutionem habere vim legis constitutionis, statuti, consuetudinis, beneficii vel privilegii.

Duodecimò, à Dd. traditum est, quod
lex, statutum vel constitutio de † subditis 25
sive civibus loquens, non porrigatur ad non subditos sive forenses, vel illos, qui in loco statuentib. subdito domicilium non habent, prout hoc expressè & in specie tradit *Bart. l. 1. nu. 24. & ibi Bal. & Salycet. col. 3. vers. sed tunc quæro. & Caccialup. in rep. char. 21. col. 2. vers. super primò. C. de sum. trin. & fide. Cathol. Bart. l fin. nu. 3. C. de testamentis. Card. Paris. cons. 12. nu. 10. lib. 3.*

Sed constitutio Monasteriensis concedens jus succedendi in feudū filiab. tantùm loquitur de subditis, & habentibus domicilium in Episcopatu Monasteriensi.

Igitur ſequitur, illam conſtitutionem non patrocinari Comiti in D. eum ſua generoſa dominatio in Epiſcopatu Monaſterienſi non habitet, neque ibi domicilium habitationis habeat.

26 Decimo tertiò, ſtatutum ſive conſtitutio habilitans, ſive capaces reddens perſonas, alioquin inhabiles ſive capaces, nunquam extenditur ad forenſes, ſive ad non ſubditos, *Bart. l. cunctos populos. num. 25. & ibi Bal. nu. 13. Iaſ. lect. 1. n. 19. Caccialup. in rep. nu. 89. C. de ſumma Trin. & fid. Cathol. Corn. conſ. 162. nu. 6. lib. 3. Socin. conſ. 131. nu. 2. lib. 4. Card. Pariſ. conſ. 12. nu. 11. lib. 3.*

27 Sed fœminæ, † nec non & deſcendentes ex fœminis ſecundum diſpoſitionem juris communis feudalis ſunt incapaces feudi, ſive ſucceſſionis feudi.

Igitur ſequitur, conſtitutionem Monaſterienſem habilitantem ad ſucceſſionem feudi fœminas, & deſcendentes ex fœminis, non extendi ad forenſes ſive non ſubditos, & per conſequens Comitem in D. cum ipſe non ſit ſubditus Epiſcopi ſive Epiſcopatus Monaſterienſis ſe iſta conſtitutione tueri vel juvare non poſſe.

28 Decimo quartò, ſtatutum † vel conſtitutio diſponens in perſonam non comprehendit forenſem ſive non ſubditum etiam quoad bona in territorio ſtatuentium ſita, *Calder. conſ. 17. nt de conſtit. Imol. c. quod Clericis. col. 2. extr. de for. compet. Socin. conſ. 288. conſ. 292. col 2 lib. 2. Alex. conſ. 44. col. 1. lib. 1. Ruin. conſ. 195. col. 2. lib. 2. conſ. 49. col. 2. in fin. lib. 3. Signor de Homod. conſ. 166. col.*

Sed conſtitutio Monaſterienſis videtur loqui in perſonam, non autem in rem.

Igitur videtur dicendum, illam conſtitutionem etiam ex hac capite non patrocinari non ſubditis ſive forenſib. & per conſequens illam non patrocinari Comiti in D. cum is non ſit ſubditus Epiſcopi ſive Epiſcopatus Monaſterienſis.

29 Decimo quintò, beneficio † ſtatutorum regulariter non gaudent non ſubditi ipſis ſtatuentib. prout hoc tradit *Ang conſ. 73. Alber. de Roſat. in tract. ſtatut. par. 2. quæſt. 9. Bart. in tract. de repreſſalis. 1. quæſt. 5. in quæſt. princ. Bal. rub. ad fin. C. qui admitti. Paul. Caſt. l. omnes populi circ fin ff. juſticia. & jure Rom. conſ. 224 nu. 6. Alex. conſ. 44. col. 3. lib. 5. conſ. 41. col. 1. conſ. 111. lib. 7. Barbat. conſ. 51. col 2. lib. 2 conſ. 53. col. 1. lib. 4. Barb. in tract. de legato à latere quæſt. 2. col pen. verſ. tertiò limita. Socin. conſ. 241. nu 5. conſ. 292. nu. 1. lib. 2. Ruin. conſ. 119. circ. fin. lib. 1. conſ. 195. in fin. conſ. 200. num. 12. lib. 2. Dec. conſ. 114. Hip. de Marſ. repet. l. fin. nu. 116. & 130. ff. de jurisd omnium judic. Hip. de Marſ. ſing. 253. & ſing. 519. Card. Pariſ. conſ. 12. nu. 26. lib. 3. Ioan. Baptiſta, Caccialup. repetit. l. 1. nu. 165. C. de ſum. trinit. & fide Catho. Tiraq. in tractat de iu. primog. quæſt. 44. nu. 4. Albert. Brun. in tracta. de ſtatut. excludentib. fœmin. art. 6. nu. 3. Dec. conſ. 550. nu. 8.*

Eamque opinionem communiter receptam eſſe, atteſtatur *Card. Pariſ. conſ. 12. nu. 26. lib. 3 Horat. Mandoſ. in add. ad Rom. conſ. 224. num. 6.*

Et confirmatur ex eo, quod alibi traditur, quod ſtatuentes præſumantur potius voluiſſe proſpicere ſubditis, quam forenſibus, *Card. Pariſ. conſ. 12. nu. 25. lib. 3.*

Cum itaque generoſus & nobilis Dominus Comes in D. non habeat domicilium in Epiſcopatu Monaſterienſi, & ſic non ſit ſubditus Epiſcopi ſive Epiſcopatus Monaſterienſis, videtur dicendum, Dominum Comitem in D. non poſſe frui beneficiis conſtitutionis Monaſterienſis vocantis fœminas, & deſcendentes ex iis ad ſucceſſionem feudi.

Decimo ſextò, † commodum ab onere regulatur, & æquum nec non & juri conveniens eſt, ut is qui majora onera ſuſtinet, etiam majus commodum ſentiat, *l. ſecundum naturam. & ibi Dec. & Cagnol. ff. de reg. jur. c. qui ſentit onus. & ibi Dyn. Ioan. Andr. & Dd. reg. jur. lib. 6. l. 1. in princ. ff. de inſtit actio. l. 1. § 2. C. de caduc. tollendis. c. Seio in princ. ff. de annuis leg. l. Neſennius ff. de excuſat tutor. l. quoties. ff. ad Senatusconſult. Trebell. Bal. Ang. Alex. & Dd. § planè. § ſi duob. ff. de legat. 1.* 30

Sed illi vaſalli, qui in Epiſcopatu Monaſterienſi habent ſimul & ſemel, & feuda & domicilium habitationis ſuſtinent majora onera, quam illi vaſalli, qui quidem feuda in Epiſcopatu Monaſterienſi habent, ſed extra Epiſcopatum habitant.

Igitur ſequitur, quod illi vaſalli Epiſcopi ſive Epiſcopatus Monaſterienſis, qui in Epiſcopatu Monaſterienſi habitant, etiam majoribus commodis atque emolumentis frui debeant, & per conſequens, quod Dominus Comes in D, reliquique vaſalli Epiſcopatus Monaſterienſis, qui extra Epiſcopatum domicilium habeant, & ex hoc capite beneficio prædictæ conſtitutionis frui nequeant.

Decimo ſeptimò, † indefinita oratio non æquipollet univerſali ſecundum propriam & genuinam vocabuli ſignificationem, 31

nem, *Bart. Bal. & Dd. l. si servitus arg ill. text. ff. de servit. urb. prædior. Bart. l. plurib. ff. de leg. 2. Bart. l. omnes populi. num. 57. ff. de justicia & jure. Bart. l. 1. & ibi Dec. num. 12. Cagn. num. 708. ff. de reg. jur. Dom. & Dd. c. ut circa de electio. lib. 6. Dec. cons. 3. col. 3. Covar. var. resolut. lib. 1. c. 13. nu. 5.*

Et certum est, quod regulariter in dispositione qualibet propriæ significationi vocabuli inhærendū sit, *Bal. in cons. Schismatu posito. C. sub. rub si quis aliquem test. prohib. §. sed in contrarium. nu. 12. Socin. cons. 4. num. 8. lib. 4. Socin. reg. 441. Cravett. cons. 149. nu. 9.*

Quod generaliter quidem procedit, potissimum autem in statutis locum habet, namque in illis a propria vocabuli significatione recedendum non est, *l. in constitutionibus. & ibi notatur. ff. ad municipalem. c. in nostra. extr. de injur.* ideoque traditum est, orationem indefinitam non æquipollere universali in statutis, *Crot. rep. l. omnes populi. col. 36. ff. de just. & jur.*

Similiter & in dispositione hominis indefinita locutio non æquipollet universali, *l. si cui. ff. de leg. 3. l. quæsitum. §. illud. ff. eo tit. l. 2 ff. de liber. & posth.*

32 Illudque potissimum habet locum † in feudalib. namque in iis locutio indefinita non æquipollet universali, sive dispositio de feudis loquens sit dispositio hominis sive legis, *Socin. cons. 278. col. 3. vers. & ad illud. lib. 2. Rol. à Vall. cons. 80. nu. 51. lib. 1.*

Sed Mandatarius sive Procurator Episcopi Monasteriensis prætendit, constitutionem Episcopatus Monasteriensis non esse neque generalem, neque indefinitam, sed esse particularem sive specialem, tam quoad res, quam quoad personas.

Nam quoad personas attinet, dicit procurator, illam constitutionem ad successionem feudi admittere non omnes fœminas, neque descendentes ex fœminis, sed filias tantum, & quidē non forenses, sed subditas.

Quod verò ad res attinet, dicit Procurator Episcopi, illam constitutionem distinctè loqui de feudis magnis, & de feudis parvis.

Et posito, constitutionem Monasteriensem verbis generalibus & indefinitis conceptam.

Attamen illa constitutio non tam est dispositio legis quam dispositio hominis, & loquitur in materia feudali.

Igitur sequitur, indefinitam locutionem sive verba indefinita illius constitutionis non æquipollere orationi universali, nec ex illis verbis inferri posse, quod omnes fœminæ item & omnes descendentes ex fœminis etiam non subditi ad successionem omnium feudurum etiam magnorum admitti debeant.

Decimo octavò, sermo † simpliciter 33
prolatus, intelligitur tantùm de primo actu, *l. boves. §. hoc sermone. & ibi Tiraq. & Dd. ff. de verb. signif. l. cum pater. §. pater certam ff. de leg. 2. l. dotis promissio. & l. stipulatio de dote. ff. de jure dotium. l. matrimonii. ff. qui & à quib. l. divortio. §. quod in anno. & ibi Dd. ff. soluto matrimonio. l. si socius pro filia in princ. ff. pro socio. Alex. cons. 16. num. 9. lib. 4. Curt. jun. cons. 132 col. 1. Ias. cons. 36. col. fin. lib. 3.*

Et verba quælibet in dubio debent intelligi per prius, non per posterius, *Bart. l. hoc legatum arg. ill. text. ff. de leg. 3. Signor. de Homode. cons. 29. Bal l. 1. C. de success. edict. Ias. l. qui liberis. §. hæc verba. nu. 3. arg. ill. text. ff. de pupill. & vulg substit. facit. text. l. legatis. ff. de legat. 2.*

Igitur videtur sequi, constitutionem Monasteriensem admittentem filiam ad successionem feudi, intelligi tantùm de illa filia, quæ est in primo gradu ultimo vasallo defuncto conjuncta, & de primo actu successiunis de tali nempe filia, quæ à masculis semel exclusa non fuit.

Cum itaque Dominus Comes R. in D. Baroni J fuerit conjunctus non in primo, sed in sexto gradu cognationis, atque proavia sua Domina H. semel fuerit exclusa a successione Baroniæ controversæ.

Sequitur, quod Dominus Comes R. vigore constitutionis Monasteriensis Domino Baroni J. in Baronia controversa succedere non potuerit.

Decimo nonò, unum capitulum † sta- 34
tuti vel legis, aliud capitulum ejusdem legis sive statuti declarat, *l. utrum in princip. & ibi Bart. Bal & Ang. ff de petitio hæred. l. quemadm. §. hæc verba. & ibi Bart. ff. ad legem Aquiliam. Bal. c. secundò requiris. col. fin. extr de appell. Bal. l. omnes populi. col. 15. ff. de justic. & jure. Ias. l. si quis ex argentariis. ff. si initium. n. 11. ff. de edendo. Ias. l. qui filiab. in princ. nu. 3. ff. de leg.*

Sed in constitutione Monasteriensi saltem in uno capitulo illius constitutionis feuda majora secernuntur a feudis minoribus.

Igitur videtur dicendum, etiam reliqua capitula illius constitutionis ita accipienda esse, ut feuda majora a feudis minorib. intelligantur esse distincta, atque constitutio illa simpliciter admittens filias ad successionem feu-

nem feudi, tantùm habeat locum in feudis minimis sive parvis.

35 Vigesimo, de iis, quæ sunt diversa, † separata vel dissimilia, aut diversam, separatam vel dissimilem rationem habent, diversum, separatum & dissimile jus statuendum est, *l. fin. ff. de calumniator. l. Papinianus exuli in princip. ff de minorib. l. Iulianus. ff. de condict. indebiti. l inter stipulantem. §. sacram. ff de verbor. obligatio.*

Illudque penitus indubitatum est, etiam in statutis, indefinitam sive generalem orationem, non æquipollere universali, eo casu, quando in illis, quæ sub illa locutione indefinita includi possunt, sive quis includere nititur, non militat eadem ratio, *Bart. l omnes populi. nu. 57. ff. de justic. & jur. Dyn. rub. de reg. jur lib. 6. Bald. Ang. & Dd. l. si servitus. ff. de servitut. urban. prædior. Nellus in tract. Bannitorum. 2 Par. secundi tempor quæst. 55. Dec. cons. 343. cons. 383. & cons. 490. Cagnol. l. 1. nu. 10 ff de reg. jur.*

Sed procurator Episcopi Monasteriensis prætendit, feuda majora a feudis minorib. plurimum differre & separata esse, nec non etiam naturam diversam & separatam habere.

Igitur videtur dicendum de illis feudis non idem jus sed diversum jus statuendum, & constitutionem Monasteriensem quatenus in illa generaliter & indefinitè dicitur: Die Güter die man heft von Kercken in Mangude oder Dienstmangude / sind daranne Söhne folgen / die sollen wie lathen vorfallen vermittels erblicher Folgung vff die Töchter/als auff die Söhne/ non esse universaliter intelligendam, sed ita accipiendam, ut tantùm intelligatur de feudis parvis, non autem de feudis magis.

36 Vigesimo primò, dispositio † sive concessio generalis Principis non comprehendit ea, in quib. Princeps se solet difficilem reddere, *Ioan Monach. c. 1 gl. 2. verb. natalium, de filiis presbyter. lib. 6. Bal. c. 1. §. naturales. si de feudo defuncti contentio Cæpoll. cons. fin. col. 2. Anton. de Butr. cons. 19. col. 4 Cravett. cons. 172. nu. 4. lib. 1. Laur. Sylv. cons. 56. nu. 24.*

37. Similiter in concessione, † generali non veniunt neque comprehenduntur regalia, *c. quod ad translationem extr. de offic. leg. c. 2. de præbend lib. 6. Alber. de Ros. l. fin. circ. fin. C. de jurisd. omnium jud. Alex. l 1. col. 1. ff. so tit. Dec. cons. 197. Matth. de Afflict. decis. Neapol. decis 122 in fin. Calcan. cons. 102. Rol à Vall. cons 1. nu. 3. & cons. 42. nu. 7. lib. 2. Card. Paris. cons. 10. nu. 7. lib. 4.*

Et hoc usque adeo verum est, ut habeat locum non tantùm in concessione facta verbis generalibus, sed etiam in concessione facta verbis universalibus, namque nec sub tali quidem concessione regalia comprehenduntur, *Calca. cons. 102. Roland. à Vall. cons. 1 num. 103. lib. 2.*

Quinimò potius admittendum est, ut dispositio generalis sit superflua, atque nihil operatur, quam ut regalia contineat, *Abb. c. prudentiam. §. sexta arg. ill. text. extr. off. de leg. Dec cons. 197. nu. 1.*

Sed Baronia controversa perinde ut alia quælibet Baronia est feudum regale, & Principes tam seculares quàm Ecclesiastici non facilè concedunt feuda regalia vel alia feuda magna.

Igitur etiam ex hoc capite sequitur, hanc dispositionem constitutionis Monasteriensis, quatenus in ea deciditur, quod fœminæ ad successionem feudi admitti debeant, ita accipiendam, ut non habeat locum in Baronia controversa, vel aliis Baroniis aut feudis magnis.

Vigesimo secundò, † omnia verba contractuum ita accipienda & interpretanda sunt, ut aliquid operentur, & ne sint supervacua, *l. 1. in fin. ff. ad municipalem. l. 3. §. 1. ff. de jurejur. l. si quando in princ. ff. de legat. 1. c. si Papa de privileg. lib. 6. Paul. Castr. cons. 57. col. 1. lib. 1. Aym. Cravett. cons. 84. num. 12. cons. 101. nu. 7. cons. 118. num. 19. cons. 135. nu. 24. lib. 1 Rol. à Vall cons. 53. nu. 8. Fel. c. 1. nu. 4. 5. 6. 7. & 8. extr. de rescript.* 38

Quod usque adeò verum est, ut in contractib. nullum verbum, nullave syllaba debeat esse superflua, & sine effectu operandi, prout hoc quod in contractib. nullum verbum debeat esse superfluum, & sine effectu operandi, exprefsè & in specie probat *text. c. solitæ. & ibi gl. Abb. Fel. & Dd. extr. de major. & obed. Bal. rub. quæst. 9 C. contrah. empt Cravet. cons. 605. num. 7. lib. 1. Fel. c. 1. nu. 7. extr. de rescript.* & quod nulla syllaba debeat intelligi superfluè & sine effectu operandi apposita, probat *text. l. 1. & ibi gl ff. quod metus. causa. Alexand. cons. 52 lib. 4. Fel c. 1. num. 7. extr. de rescript.*

Et ut omnia verba, omnesque syllabæ contractus vel privilegii aliquid operentur, contractus & quælibet alia dispositio ita interpretari debet, ut in illo contractu sive dispositione ea comprehēdantur, quæ alioquin in illa dispositione non comprehenderentur, *Oldrad. cons. 300. incip. factum tale est, col. fin.* ideoque licet in legato

fundi

fundi cum instrumento non comprehendantur, nisi instrumenta Domini. Attamen tale legatum etiam ad instrumenta Coloni extenditur, quando illud legatum instrumenti alioqum esset superfluum, & nihil operaretur, Si verò Dominus in illo fundo nulla instrumenta habeter, *l. fundus qui locatus. ff. de fundo instructo.*

Et licet præceptum testatoris de solvendis debitis non intelligatur de debitis præscriptis bona fide, tamen hoc non procedit, si illud præceptum alioquin inutile esset, Si verò testator nulla alia debita, nisi præscripta cum bona fide haberet, *Bald. l. quibus diebus. §. dominus. ff. de condit. & demonstrat.* Hinc est, quod licet legato credito, intelligatur legatum, tantùm illud creditum, quod purum est, non autem illud, quod est in diem, hoc tamen non habeat locum eo casu, quando illud legatum alioquin superfluum esset, nihilque operaretur, *Bald. l. si ita scripsisset. ff. legat. 2.* Et sub legato bladi, quod quis in civitate habet, comprehenditur etiam id, quod quis habet in districtu, Si illud legatum alioquin inutile esset, quod tamen alioquin non fieret, *Alber. de Rosat. l. 1. §. 1. ff. offic. Præfect. urb.*

Huc accedit, quòd statutum tollens exceptionem præscriptionis, censeatur tollere exceptionem præscriptionis longissimi temporis, quando illud alioquin nihil operaretur, *Abb. cons. 14. col. 3. lib. 2.* Et renunciatio generalis contra propriam naturam extendatur etiam ad casum fortuitum, quando alioqin superflua, & sine effectu operandi esset, *Bart. l. sed etsi quis. §. quæsitum. ff. si quis cautio. Curt. jun. cons. 68. col. fin.*

Quodque statutum, quo cavetur, quòd ea, quæ fiunt in domo, probari possint per testes domesticos, intelligatur etiam de fœminis, ne illud statutum sit sine effectu operandi, *Alex. cons. 23. col. 3. lib. 4.*

Hinc est, quòd verba semper debeant deduci ad casum dubium, ut aliquid operentur, *Abb. cons. 85. col. 3. lib. 1.* Quodque verba contra propriam ipsorum naturam, & significationem debeant largè & impropriissimè accipi, ne sint sine effectu operandi, *l. si stipulatus fuero per te. ff. de verb. oblig. l. stipulatio ista. §. sed si servus. & §. possidere. ff. eod. tit. c. si sententia, de sentent. excom. lib. 6. Bald. c. 1. de Capit. qui cur. vendid. Abb. cons. 32. col. 1. lib. 2. Dec. cons. 48. col. 2. cons. 69. col. 3. Aym. Cravett. cons. 105. num. 7. cons. 118. num. 19. & cons. 135. num. 24. lib. 1.*

Præterea quoque hæc interpretatio, ut omnia verba, omnesque syllabæ contractus sive instrumenti aliquid operentur, omninò sumi & capi debet, etiamsi capiendo hanc interpretationem, induceretur juris communis correctio, *Aym. Cravet. cons. 92. num. 5. lib. 1.* ubi ipse allegat ad hoc *text. in Auth. ex testamento, & ibi Fulgos. Roman. & Dd. junct. l. 1. C. collat.* Item & id, quod sumatur argumentum † à contrario sensu etiam ad correctionem juris communis, 39 quando dispositio alioquin nihil operaretur, *Paul. Castrens. cons. 175. col. 4. ad fin. lib. 1. cons. 83. col. 3. lib. 2. Corn. cons. 91. col. 5. lib. 2. Dec. cons. 626. col. 2. Cravet. cons. 105. num. 7. lib. 1.*

Et prædicta etiam in investituris locum habere, & investituras ita intelligendas esse, ne quid in iis sit supervacuum, tradit *Card. Parisi. cons. 70. lib. 1.*

Sed prædictum pactum sive clausula inserta investituræ: Zu einem rechten Mannlehn/ penitùs supervacua esset, nihilque operaretur, si ista clausula non obstante fœminæ & descendentes ex fœminis, ad successionem Baroniæ cõtroversæ admitti deberent,

Igitur sequitur, illam interpretationem nullo modo admittendam.

Vigesimo tertiò, plures † investituræ 40 ita intelligendæ sunt, ne sibi invicem contradicant, vel contrariæ sint, *Paul. Castrens. cons. 111. num. 2. lib. 1. Dec. l. ubi repugnantia in princ. num. 5. ff. de reg. jur.*

Similiter & una eademque † investitura ita accipienda est, ne contrarietatem 41 contineat, nevè investiens sive feudum concedens sibi contrarius fuisse videatur, *Card. Parisi. cons. 16. num. 30. lib. 1.*

Præterea etiam regulariter † in omnibus omninò actibus talis interpretatio accipienda est, ut contrarietas evitetur, *c. cum tu. extr. de testib. c. inter dilectos extr. de fide instrumentorum. §. quibus in 1. constit. Codicis. Alex. cons. 141. col. 4. lib. 2. Dec. c. agric. l. ubi repugnantia. ff. de reg. jur. Dec. l. final. C. de edendo. Dec. cons. 195. col. 1. & cons. 653.* 42

Demùm quoque dubio omni caret, posteriores † investituras priores declarare, *arg. l. non est novum. & l. sed & posteriores. ff. de ll.* 43

Sicut etiam regulariter unum instrumentum sive una scriptura per aliud instrumentum sive scripturam declaratur, *Bald. & Ias. l. si quis ex argentarijs. §. si initium. ff. de edendo. Bald. c. auditis. nu. 4. arg. illius text. extr. de præscript. Ias. l. qui filiabus. in princip. num. 5. ff. de legat. 1.*

Sed capiendo hanc interpretationem, ut non obstantibus istis verbis: Zu einem

rechten Manlehn/ fœminæ & descendentes ex fœminis ad successionem Baroniæ controversæ admitti deberent. Episcopus Monasteriensis, qui Baroniam controversam tali pacto Baronibus a B. in feudum concessit, esset sibi contrarius.

Igitur sequitur, hanc interpretationem non esse capiendam.

Rursus ex hoc infertur, investituram G. Primi, in quo nulla est facta mentio masculorum, sive feudi masculini per investitutas sequentes, quibus est inserta ista clausula: Zu einem rechten Manlehn / ita declarati, quod etiam in ista prima investitura saltem tacitè id actum fuerit, quod Barones a B. istam Baroniam tanquam feudum masculinum habere & possidere debeant.

44 Vigesimo quartò, illa † clausula, quâ Dominus feudi in investitura sibi jus suum reservat, ita intelligenda est, ut Dominus intelligatur sibi reservasse illud jus, quod sibi in isto feudo secundum ordinariam & rectam naturam feudi competit, *Paul. Castr. cons. 311. num. 2. lib. 1.*

Similiter & prædicta clausula ita intelligenda est, ut Dominus feudi intelligatur, reservasse illud jus, quod ipsi in isto feudo competit non secundum dispositionem juris consuetudinarii vel statutarii, sed secundum jus commune.

Namque ab aliquibus Dd. traditum est,

45 appellatione † juris comprehendi jus commune, non jus consuetudinarium vel statutarium, *Ioann. Andr. in addit. ad Specul. tit. de arbitr. §. excipitur. Bald. l. quicunq. col. 4. C. de servu fugit. Bald. l. sed etsi quis. §. quæsitum ff. si quis cautionib. Ang. in quæst. incip. duo ad invicem litigantes. col. 17. Cardin. Zabar. c. final. extr. de consuetud. Alber. de Rosa. in tract. statutor. part. 1. quæst. 132.*

Sed Episcopi Monasterienses in omnibus omninò investituris factis & concessis super Baronia in B. sibi reservarunt jus competens, & sibi & Ecclesiæ suæ, sicut hoc satis patet ex illis verbis: Schedlich / doch darun uns / unsern Nachkomlichen und Gestiffte von Münster / unsers und jederman seines Rechtens.

Igitur videtur dicendum, Episcopos Monasterienses per istam clausulam reservasse sibi illud jus, quod ipsis in Baronia controversa, & secundum ordinariam & rectam naturam feudi, & secundum dispositionem juris communis competit.

46 Cùm itaque & recta sive † ordinaria natura feudi talis sit, illudque etiam jus commune expressè sanciat & disponat, quòd fœminæ, & descendentes ex fœminis ad successionem feudi non admittantur, quodque vasallo defuncto absque filiis relicta vel filia, vel descendentibus ex fœminis, illud feudum domino aperiatur, ex hoc videtur inferri, Episcopos Monasterienses per istam clausulam sibi prædictum jus reservasse, eamque ob caussam per mortem Baronis J. absque filiis defuncti, Baroniam controversam Episcopo Monasteriensi esse apertam.

Vigesimo quintò, † geminatio sive reiteratio actus multum operatur, & denotat firmitatem Propositi, voluntatis & consensus, *Nicol. Everhard. in sua top. in loco à vi gemin. in princ. arg. l. quinquaginta. ff. de probat. l. Balista, & ibi Dd. ff. ad Senatusconf. Trebell. l. cum fimus. & ibi Bart. C. de agricol. & cens. lib. 11. l. 1. §. suprà dictis. C. de emend. Iust. Cod. Clement. in calumnijs de re judic.* Et geminatio sive reiteratio actus ostendit enixam voluntatem disponentis, *Bald. c. nam te. col. 2. extr. de rescript. Curt. fen. cons. 52. col. 1. cons. 63. col. 16. Auton. Corset. in tract. de geminatis verb. Cardin. Paris. cons. 10. nu. 57. cons. 32. n. 52. & cons. 131. nu. 1. lib. 1. cons. 9. nu. 43. cons. 12. num. 145. lib. 2. cons. 3. num. 43. cons. 10. num. 29. cons. 15. num. 20. lib. 3. cons. 1. num. 26. cons. 10. num. 31. & cons. 48. num. 24. lib. 4. Laur. Sylva. cons. 64. num. 4.* nec non etiam mentem deliberatam & appensatam, *Cardin. Paris. consil. 89. num. 23. lib. 3. Aym. Cravet. cons. 105. nu. 4. & cons. 201. num. 44. Paul. Castrens. cons. 155. col. 2. lib. 1. Laurent. Sylvan. cons. 64. num. 4.* 47

Præterea quoque geminatio sive reiteratio actus ostendit mentis perseverantiam, *Oldr. cons. 253. Cravet cons. 201. num. 42. argum. l. 4. C. de plus petitio.* & tollit suspicionem deceptionis, *l. si mulier la 2. C. ad Senatusconf. Vellejan.* Et significat præcisam mentem disponentis, *Bald. c. naturæ te. extr. de rescript.* Nec non etiam ampliat effectum dispositionis, *Bald. l. fructus. C. de actio empt.* & idem operatur, quod operatur consensus juratus, *Nicol. Everhard. in loco à vi geminat. num. 3.*

Deinde etiam geminatio sive reiteratio actus hoc præstat, quòd actus alioquin revocabilis irrevocabilis efficiatur. Ideoque traditum est, † licet illa donatio, in qua mortis mentio facta est, donatio caussa mortis esse censeatur, & revocabilis sit. Attamen illam donationem censeri & effici donationem inter vivos & irrevocabilem, si illa reiterata fuerit, *Corn cons. 223. col. 3. lib. 1. Cravett. cons. 201. num. 42.* 48

Simi-

49 Similiter licet confessio simplex prætextu erroris revocari possit. Attamen confessio † geminata sive reiterata prætextu erroris retractari sive revocari nequit, *Præpos. c. ex literis, extr. de sponsal. Roman. cons. 346. num. 9. Curt. sen. cons 55. nu. 13. Hippol. de Mars. l. 1. §. servi. nu. 13. ff. de quæstionib. Hip. de Mars. l. 1. nn. 44. C. ad legem Cornel. de Sicar. Hip. de Mars. cons 116. nu. 3. Hier. Crat. cons. 12. nu. 43. & 68. lib. 1.*

Illamque opinionem communem esse, attestatur *Curt. sen. in cons. prælleg.*

Eodem modo licet venditio, in qua quis ultra dimidium justi precii læsus vel deceptus fuit per beneficium, *l. 2. C. de rescind. vendit.* rettactari possit.

Attamen hoc non haber locum, si con-
50 sensus † geminatus intervenetit, tunc enim prætextu læsiunis enormis vel enormissimæ venditio vel alius contractus rescindi nequit, *Paul. Castrens. cons. 386. col. 2. in fin. lib 2. Abb. cons. 71. col. penult. dub. 2. lib. 1. Dec cons. 181. col. 2. in fin. cons. 216. col. fin. Anton. Rub. cons. 139. cons. 143. & cons. 147. Ægid. Bellam. cons. 24. col. 5. Roland. à Vall. cons. 59. num. 33. lib. 1. Cravete. cons. 54. nu. 7. & cons. 151 nu. 31. & 32.*

Alibi quoque traditum est, quòd contra actum geminatum nihil penitus opponi possit, *Bald. in cons. schismat. posito sub rubr. C. si quis aliquem test. proh. Godzad. cons. 70. col. 2. Roland. à Vall. cons. 59. num. 32. lib 1.*

Sed prædicta clausula: **Zu einem rechten Manlehn.**

Item clausula reservativa juris Episcopi, tanquam Domini feudi posita, & in investitura, & in literis reversalib. G. Secundi, est non semel sed sæpiùs, bis nempe in investituris & literis reversalibus Baronis F. & similiter bis in investituris & literis reversalibus Barunis J. repetita sive reiterata.

Igitur ex hoc videtur inferri & mente deliberata, & consensu & Domini feudi & vasallorum ab investitura facta, G. Primo, in qua talis clausula non reperitur recessum esse, illamque geminationem sive reiterationem hoc operari, ne illa mutatio primæ investituræ ulteriùs impugnari possit.

51 Vigesimo sextò, ille actus, † qui diu observatus fuit, magnam præ se præsumptionem haber, nec facilè retractari debet, *c. contingit. extr. de transactionib. c. audita extr. de restit. spoliat. Cravet. cons. 151. num. 30.*

Et ex lapsu temporis longi vel longissimi præsumitur, in actu aliquo intervenisse & solennitates omnes, & omnia necessaria sive requisita, *l. si filius, & ibi Bart. & Dd. C. de petit. hæred. l. qui in aliena in princ. & ibi Ang. Imol. Roman. Alex. & Ias. ff. de acquir. hæred. c. cum continebatur extr. de his quæ fiunt à Prælat. sine consensu Cap Hostiens. Ioann. Andr. Abb. & Dd. c. Albericus extr. de testib. Hosttens. Card. Anton. de Butr. Imol. & Felin. c. illud extr. de præsumpt. Felin. c. sicut. num 29. extr. de sentent. & re judic. Ang. Imol. Raph. Cuman. Alex. & Ias. l. sciendum. ff. de verbor. oblig. Ias. & Dec. l. 1. C. qui admitti. Aym. Cravet. in tractat. de antiquit. temp. part. 3. §. venio nunc ad tertiam.*

Similiter ex lapsu temporis longi vel longissimi præsumitur in actu aliquo intervenisse consensus illius, cujus consensus ad illum actum necessariò requiritur, *Bald. l. si filius arg. illius text. C. de petit. hær. Ang. l. qui in aliena in princ. ff. de acquir. hæred. Alex. l. 2. §. voluntate. ff. soluto matrimonio. Alex. cons. 113. lib. 4. Dec. cons. 152 cons. 174. cons. 185. cons. 409. col. 1. Francisc. Aretin. cons. 36. Felin. c. illud nu. 5. extr. de præsumpt. Ias. l. quæ dotis. num. 85. ff. soluto matrim. Ias l. sciendum. ff. de verbor. obligat. Aym. Cravet. in tractat. de antiquitat. tempor. part. 3. §. vidimus in genere. Tiraquell. in tractat. de legib. connubial. gloss. 7. num. 41.*

Et hoc habet locum, etiamsi in instrumento super tali actu confecto nulla fuerit facta mentio consensus vel aliarum solennitatum. Namque nihilominus ex lapsu temporis longi vel longissimi ista intervenisse præsumuntur, *Alex. cons. 79. lib. 1. Felin. c. sicut. nu. 33 vers. septimo & ultimo, extr. de sentent. & re judic. Ias. l. sciendum. num. 16. versic. quid tenendum. ff. de verbor oblig. Dec. cons. 341. col. 6. & cons. 558. col. 2. Aym. Crav. in tract. de antiquitat. temp part. 3. §. venio nunc ad tertiam. num. 11.*

Non tantùm quoad præjudicium illorum, inter quos res gesta est, sed etiam in præjudicium tertii, *Alex. cons. 179. col. 3. lib. 7. Socin. cons. 270. col. 2. lib. 2. Corn. cons. 281. col. 6. lib. 2. Curt. sen. cons. 77. col. 2. Dec. cons. 442. col 5. Ias. cons. 54. col. 5. lib. 1.*

Multò verò magis hoc locum habet in lapsu illius temporis, cujus memoria non extet, cùm lapsus illius temporis vim constituti obtineat, *l. hoc jure. §. ductus aquæ. ff. de aqua quotid. & æstiva.* & pro veritate habeatur, *Bald. cons. 24. lib. 4. Laurent. Sylvan. cons. 59. num. 9. Natta. cons. 445. num. 12. Cravett. cons. 10. num. 11.*

Sed investitura, per quam G. Secundus, cum prædicta clausula: **Zu einem rechten Manlehn**, de Baronia controversa investitus est, atq; per quam præcedentes investituræ mutatæ sunt, est facta Anno 1477. & sic ab

sic ab illo tempore jam tempus immemoriale elapsum est.

Igitur videtur dicendum, ex lapsu illius temporis præsumi istam mutationem præcedentium investiturarum esse factam intervenientibus omnibus solennitatibus & requisitis legitimis, nec non etiam cum consensu omnium illorum, quorum consensus in ista mutatione necessarius fuit.

52 Vigesimo septimò, quilibet † actor tenetur probare id, quod est fundamentum intentionis suæ, sive actionem ab ipso in libello propositam, illaque probatione non adimpleta, reus absolvitur, *l. qui accusare. C. de edendo. c. inter dilectos extr. de fide instrum. c. fin. extr. de jurejur. c. 1. extr. ut ecclesiastica beneficia sine diminutione conferantur.*

Et si actor in libello simul plura copulativè proposuit, ipse omnia probare debet, nec sufficit, si ipse aliqua ex illis copulatis probaverit, *arg. l. si hæredi plures. ff. de condition. inst.*

Nec etiam sufficit probare principaliter deducta in libello, sed requiritur, ut omnes qualitates in libello expressæ probentur, alioquin similiter absolutio sequi debet, *Bart. Alex. Ias. & Dd. l. divus. ff. de re judicata. Panormitan. Felin. Dec. & Dd. c. licet arg. illius text. extr. de probat. Panor. Felin. Dec. & Dd. c. ex parte el. 1. extr. de rescript. Ias. l. penult. §. docere. ff. ne quis eum, qui in jus vocatus est, vi eximat.*

Requiritur quoque ad hoc, ut probatio valere possit, ut illa necessariò concludat, Namque probatio non necessariò concludens nullam fidem facit, *l. non hoc. & ibi Ias. & Dd. C. unde legitimi.* Nec nomen probationis meretur, *Bald. l. matrem arg. ill. text. C. de probatio.* Imò nec præsumptionem quidem inducit, *Bald. l. 2. col. fin. C. de bon. poss. secund. tabulas.* Sed semper contra producentem interpretanda est, *gloss. c. in præsentia extr. de probatio. Bart. l. inter stipulantem. §. 1. ff. de verbor. obligat.*

53 In dubio quoque, & † quando probationes hinc & inde productæ pares sunt, pro reo pronunciandum est, *c. ex literis. & ibi Dec. & Dd. extr. de probat. c. inter dilectos extr. de fide instrumentorum. Bald. & Dec. l. qui accusare. C. de edendo. Roman. conf. 156. Alex. conf. 156. lib. 2.*

Quod potissimum procedit in materia feudali & ultimo casu, quando vasallus tale quid prætendit, quod ordinariæ & regulari naturæ feudi refragatur, utputa, si ille dicat, feudum esse fœmineum, tunc enim potiùs pro domino quàm pro vasallo pronunciandum, *c. 1. §. fin. quid sit investitura.*

Sed Procurator sive Mandatarius Episcopi Monasteriensis prætendit, Comitem à D. in libello suo simul conjunctim & copulativè quatuor proposuisse sive deduxisse.

Primò, quòd secundum consuetudinem, privilegium vel constitutionem Episcopatus Monasteriensis Baronia controversa sit feudum fœmineum, & transeat non tantùm ad masculos, sed etiam ad fœminas, & ad descendentes ex fœminis.

Secundò, quòd prædictum privilegium sit concessum non tantùm subditis, sed etiam illis vasallis Episcopi Monasteriensis, qui extra Episcopatum Monasteriensem domicilium habent, & sic Episcopi subditi non sunt.

Tertiò, quòd modernus Comes à D. descendat a Domino G. Primo, qui ex illa familia primus acquisivit Baroniam controversam.

Quartò, quòd Comes à D. sit subditus Episcopi sive Episcopatus Monasteriensis.

Similiter Procurator Episcopi prætendit, quòd Comes a D. ista deducta in libello non probaverit, quòdque probationes Comitis à D. sint & non concludentes & debiliores probationibus Episcopi.

Igitur videtur dicendum in hac caussa pro Episcopo, qui etiam rei partibus fungitur, pronunciandum esse.

Vigesimò octavò, is qui † ex una causa agit, si ipse non probat, se ex caussa in libello expressa jus fovere, ipse omninò succumbit, nec obtinere potest, licet ipse fidem faciat, sibi ex alia caussa jus competere, *l. habebat in princip. ff. de institor. act. l. Babius Marcellus. ff. de pactis conventis.* 54

Sed Procurator Episcopi prætendit, Comitem in D. contra Episcopum instituisse actionem tantùm ex illo capite, quòd mortuo Barone J. Baronia controversa Comiti in D. jure successionis acquisita fuerit, ipsumque hoc fundamentum suæ intentionis non probasse.

Igitur videtur dicendum, Episcopum Monasteriensem ab instituta actione absolvendum, nec Comiti à D. quicquam opitulari posse, si ipse forsan prætendere vellet, quòd Episcopus sibi Baroniam controversam de novo in feudum concedere cogatur eo casu, quo illa Episcopo aperta esset.

Vigesimo nonò, † nova qualitas, nova forma, novus tenor, & nova pacta adjecta in investituris posterioribus hoc operantur, 55

ut feu-

ut feudum etiam antiquum efficiatur novum, utque ad successionem illius feudi agnati transversales non admittantur, prout hoc tradit *Oldrad. consil. 178. Bald. consil. 349. lib. 2. Bald. l. quoties. col. 2 C. de suis & legitimis hæred. Bald. c. 1. §. insuper circa fin. de prohibita feudi alienatione per Frideric. Bald. c. 1. an agnatus. Bald. l. 1. col. 2. ff. de rer. divis. Alex. l. si mihi & Titio in princip. num. 17. ff. de verbor. obligat. Iaf. consil. 24. num. 4. lib. 3. Matth. de Afflict. decis. 112. num. 5. decis. 248. num. 8. Albert. Brun. consil. 68. Loffred. consil. 39. Thom. de Marin. in tractat. de gener. feud. lib. 1. tit. 3 num. 3. Ioann. Crot. repetit. leg. 1. §. si quis simpliciter. nu. 13. ff. de verb. oblig. Bursat. consil. 219. num. 14. lib. 2.*

Sed investituræ factæ G. Secundo, Anno 1477. est inserta illa nova clausula: Tho unser und unsers Stiffts von Münster rechten Manlehne.

Igitur videtur dicendum, per illud novum pactum atque novam clausulam Baroniam controversam esse factam feudum novum in persona Domini G. Secundi, & per consequens, Dominum actorem, cùm ipse descenderit, non ex Domino G. Secundo, sed ex sorore Domini G. nempe Domina H. ad successionem Baroniæ controversæ etiam ob hanc caussam admitti minimè posse.

Et licet hæc prima fronte urgere videantur. Ego tamen hisce rationibus non obstantibus conclusionem superiùs factam verissimam judico.

Namque primo in constitutione Monasteriensi expresè cautum est, quòd non existentibus filiis, feuda masculina devolvi & transire debeant ad omnes descendentes ex primo acquirente per lineam fœmineam, sive illi sint fœminæ, sive masculi, sicut hoc expresè liquet ex sequentibus verbis constitutionis Monasteriensis: Und den Edelmannen und den Fryen und Erven/ die nicht er sind von Mannes kommen/ die Güder man heiet von unser Kercken in Mansgude oder in Denstmannegude/ sind dar niene Söhne folgen/ die sollen tote lathen verfallen vermittels erfflicher Folginge up die Töchter als up die Söhne.

Ex quibus verbis, nempe ex illis, Und den Edelmannen und den Fryen und Erven/ die nicht er sind von Mannes kommen/ clarè liquet, illud privilegium esse concessum descendentibus ex fœminis.

Igitur sequitur, illa verba subsequentia: up die Töchter als up die Söhne/ non aliter posse intelligi, nisi de filiis & filiabus illorum, qui per lineam fœmininam ultimo defuncto conjuncti sunt, nec ullo modo illum textum posse intelligi de fillabus vasalli defuncti.

Tum, quia † filii vel filiæ ultimi vasalli 56
defuncti, licet ipsæ fœminæ sint, tantùm non dicuntur descendentes per lineam fœmininam, sed dicuntur descendentes per lineam masculinam, *§. nos verò. Instit. de legit. agnat. success. gloss. Alex. & Dd. l. Gallus. §. nunc de lege Velleian. & ibi Iaf. num. 9. ff. de liber. & posthum.*

Tum quia in prædicto capite constitutionis Monasteriensis tantùm fit mentio de descendentibus per lineam fœmininam, non autem de vasallo ultimo defuncto, vel de descendentibus a primo acquirente per lineam masculinam; & certum est, quòd in
nulla † penitùs dispositione persona in illa 57
non expressa subintelligi debeat, *l. si ita stipulatus. §. Chrisogonus. ff. de verb. obligat.*

Tum, quia si illa ultima clausula: Uff die Töchter/ als uff die Söhne/ intelligeretur de filiabus vasalli defuncti præcedens clausula nempe, Und den Edelmannen und den Fryen/ und den Erven/ so nicht er sind von Mannes kommen/ esset penitùs supervacua, & sine effectu operandi, & certum est, nec non & superiùs comprobatum, omnia statuta, omnesque dispositiones ita intelligendas, ut in illis nulla penitùs clausula, imò nec verbum, nec syllaba quidem supervacua sit.

Tum, quia cùm in principio illius paragraphi sive capituli fiat mentio de descendentibus per lineam fœmininam, dubio omni caret, totum illud capitulum, omniaque illius verba, & inter cætera illa verba: Up die Töchter/ als up die Söhne/ esse intelligenda de descendentibus per lineam fœmininam.

Namque clari juris est, quòd ex iis, quæ
in † principio capituli ponuntur, colligatur 58
mens & voluntas disponentis, *l. item quia. §. final. ff. de pact. l. cum hi in princip. & ibi Bart. col. 1. ff. de transaction.* quodque secundum illa, quæ in principio capituli vel paragraphi dicuntur, totum illud capitulum atque paragraphus restringatur & declaretur, *Romian. consil. 16.*

Secundò, prædictum capitulum constitutionis Monasteriensis est generale, nec in illo ulla fit distinctio graduum vel personarum, quoto nempe gradu descendentes

per

per lineam fœmininam vel illorum filii aut filiæ primo acquirente vel ultimo vasallo defuncto conjuncti sint.

Similiter in illo capite constitutionis Monasteriensis nulla fit distinctio, utrum illi descendentes ex fœminis aut filii aut filiæ eorum domicilium habitationis in Episcopatu Monasteriensi habeant, an verò non.

Eodem modo illud caput constitutionis Monasteriensis etiam quoad feuda masculina, de quibus agitur, generale est, nec in illa constitutione ulla fit distinctio inter feuda majora & minora, item inter feuda regalia & non regalia.

Igitur sequitur, illam constitutionem Monasteriensem generaliter intelligendam, & ita accipiendam esse, ut habeat locum in omnibus omninò descendentibus per lineam fœmininam, eorumque filiis & filiabus nulla habita consideratione quoto gradu illi ultimo defuncto conjuncti sint, nec etiam, utrum ipsi in Episcopatu Monasteriensi, vel extra Episcopatum Monasteriensem domicilium habeant.

Rursus ex hoc infertur, illam constitutionem ita accipiendam esse, ut habeat locum in omnibus omninò feudis tam magnis quàm parvis, item tam regalibus quam non regalibus.

59 Sicut hoc satis † probatur per *text. l. 1. §. generaliter. ff. de legatis præstand.* ubi Jurisconsultus formalibus verbis inquit: Generaliter autem parentes & liberos Prætor excepit, nec gradus liberorum parentumvè enumeravit in infinitum, igitur iis præstabitur, Sed nec personas secutus est, utrum ex virili sexu an fœmineo descendat. Quisque igitur ex liberis parentibusvè fuerit, ad legati petitionem admittetur. Sed ita demum si jura cognationis sunt inter eos.

Idem probat *text. l. 1. §. ait ergo. ff. de his, quæ in fraudem creditorum.* Namque in illo textu dicitur: Ait ergò Prætor, quæ fraudationis caussa gesta erunt. Hæc verba generalia sunt & continent in se omnem omninò in fraudem factam alienationem vel quemcunque contractum.

Deinde quoque clari juris est, quòd dispositio generalis, sive verba generalia legis, statuti vel constitutionis nullo modo distingui, *l. 3. ff. de offic. præsidu. l. de precio. ff. de publ. in rem actio.* Sed generaliter intelligi debeant, *Aym. Cravet. cons. 133. n. 5. lib. 1. arg. l. 1. §. cùm urbem. ff. offic. præfect. urbis. l. regulæ. §. fin. ff. de juris & facti ignor. l. 1. §. ait ergò. ff. his quæ in fraud. credit. l. fin. & ibi Salicet. C. hæredit. & act. vend.* Ita ut omnia comprehendant, *Bald. cons. 191. incip. in testamento lib. 1. Cravett. cons. 3. num. 1. & cons. 133. num. 5 lib. 1. arg. l. à procuratore junct. gloss. C. mandati.* utq; nihil intactum relinquant, *Bald. cons. 305. lib. 1. Cravet. cons. 3. nu. 1. cons. 133. nu. 5. lib. 1. Laurent. Sylva. cons. 74. num. 9.* & nullus casus ab illa dispositione generali excipi vel eximi debeat, *Paul. Castrens. cons. 450. col. 3. lib. 1. Cravett. cons. 3. num. 1. lib. 1.* facit id, quod tradit *Bald. cons. 401. col. fin. lib. 1.* etiamsi major ratio sit in uno quam in alio, *l. 1. §. quod autem junct. gloss. ff. aleator. & lusu aleæ. Socin. l. 2. §. ex his in princ. arg. illius text. ff. de verb. obligat. Dec. cons. 5. cons. 20. 29. 48. & cons. 61. col. 1. Godzad. cons. 35 num. 6. Cravet. cons. 92. num. 4. lib. 1.* Item etiamsi aliquis vel aliqui ex illis casibus privilegiati sint, *l. in fraudem. §. fin. & ibi Bald. ff testament. militar. Bald. l. omnes populi ante fin. ff. de justit. & jur. Dec. l. 1. col. 2. ff. de reg. jur. Dec. l. nemo potest. ff. eod. tit. Dec. l. 1. col. 2. arg. illius text. C. edendo. Dec. l. 1. col. 4. versic. ubi moneta. C sentent. quæ pro eo quod interest. Dec. c. cùm ordinem. col. 2. extr. de rescript. Dec. cons 48. cons. 61. cons. 131. cons. 301. & cons. 531. Francisc. Ripal. 1. num. 14. ff. solut. matrim. Godzad. cons. 97. num. 7.*

Et prædicta usque adeò vera sunt, ut 60 procedant etiam in † materia odiosa, *Ang. l. fin. col. fin. vers. tertiò quæritur. ff. de constit. Princip. Anton. de Butr. c. olim extr. de verbor. significat. Dec. c. 1. col. 2. lect. 1. extr. de constit. Dec. cons. 5. us. 289. & 353. col. 2. Francisc. Aret. l. cum lege arg. illius text. ff. testament. Godzad. cons. 59. num. 13. & cons. 66. num. 23. Aym. Cravett. cons. 118. num. 14. lib. 1 facit text. l. filium. ff. ad Senatuscons. Macedon.* Item pœnali, *gloss. c. contra Christianos verb. procedendi de hæret. lib. 6. Godzad cons 19. num. 17. cons 51. num. 14. & cons 103. num 9.* & juris communis correctoria, *gloss. d. c. contra Christianos. Imol. l. si verò. §. de viro. col. 2 ff. solut. matr. Alex. Auth. ex testamento. col. 3. vers. solum restat. C. collatio. Hieron. Gratus cons. 59. col. 2. & cons. 95. num. 14. lib. 1.*

Præterea hoc locum habet etiam in † privilegiis. Nam & privilegia verbis ge- 61 neralibus concepta, generaliter intelligi, & ita accipi debent, ut comprehendant omnes omninò illos casus, qui sub ista generalitate includi possunt, nec permittitur, verba generalia privilegium restringere vel limitare, *Anton de Butr. c. olim, & ibi Panorm. nu. 4. extr. de verb. signific. Ang. l. fin. & ibi Ias. nu. 33. limitat. 1 ff. constit. Princip. Ias. l. 1. lect. 1. nu. 18.*

C. de

C. de sacrosanct. Eccles. Dec. l. in omnibus caussis. num 12. ff. de reg. jur. Dec. c. cùm accessissent. num. 14. extr. constitut. Dec. cum ordinem. nu. 4. extr. rescript. Dec. cons. 127. col. fin. Hieron. Gratus cons. 130. num. 16. lib. 1. Card. Paris. cons. 22. num 6. lib. 4. Sylvest. Aldebrand. Instit. de excusatio tutor. in princ. num 47.

Cum itaque Dominus R. Secundus, pater moderni Comitis F. ab eo, qui Baroniam controversam primò acquisivit per lineam fœmininam descendat, & sic sit filius illius, qui & primo acquirenti & ultimo defuncto per lineam fœmininam sanguine junctus fuit, ex prædictis liquet, quòd post mortem Baronis F. Comiti R. Baronia controversa jure successionis acquisita fuerit, non obstante hoc, quòd ipse Baroni J. in sexto gradu consanguinitatis conjunctus fuit.

62 Tertiò: in dispositionibus † legum indefinita oratio sive locutio indistinctè æquipollet universali, *gloss. c. cura in princ. & ibi Dd. de electio. lib. 6. Dyn. rub. num. 8. de reg. jur. lib. 6. Bart. l. si plurib. ff. de legat. secundo. Archidiac. & Præpos. c. si Romanorum distinct. 19. Dec. l. 1. num. 12. & ibi Cagnol. nu. 10. ff. de reg. jur. Dec. l. 1. & ibi Curt. jun. nu. 7. ff. si certum petatur. Card. Paris. c. auditis. col. 5. extr. de præscription. Covarr. variar. resol. lib. 1. cap. 13. num. 8.*

Eamque opinionem communiter receptam esse, attestatur *Cagnol. & Covarr* in loco à me citato.

Similiter quoque indefinita locutio in statuto sive constitutione aut jure municipali universali æquipollet, & pro universali habetur, eo potissimùm casu, quando inter illa, quæ sub indefinita oratione continentur, ratio diversitatis assignari nequit, *Dyn. rub. de reg. jur. lib. 6. Bart. l. omnes populi nu. 57. ff. de justit. & jur. Bald. & Ang. l. si servitus. ff. de servitutib. urbanor. prædiorum. Imol. & Dd. l. si pluribus. ff. de legat. 2. Gemin. c. ut circa de election. lib. 6. Bald. in tractat. statutorum super verb. indefinita. Nellus in tractat. de bannitis. 2. part. 2. temporis quæst. 55. Dec. & Curt. jun. l. 1. ff. si certum petat. Cagnol. l. 1. num. 10. ff. de reg. jur. Covarr. variar. resolut. lib. 1. cap. 13. num. 9.*

Eamque opinionem communiter receptam esse, attestatur *Cagnolus* in loco præallegato.

In dispositione quoque hominis indefinita oratio personas respiciens æquipollet universali, & pro universali habetur, & quidem indistinctè eo casu, quando illa dispositio favorabilis est, *l. si quis ita. ff. de test. tutel. Cagnol. l. 1. num. 15. ff. de reg. jur.*

Eodem modo indefinita locutio posita in dispositione hominis indistinctè æquipollet universali, sive pro universali habetur, sive illa dispositio respicit res sive personas eo casu, quando inter illa, quæ sub indefinita comprehenduntur, ratio diversitatis assignari nequit, *Dyn. rub. nu. 7. de reg. jur. gloss. & Dd. c. ut circa de electio. lib. 6. Bart. & Dd. l. si pluribus. ff de legat. 2. Bart. l. omnes populi. num. 48 ff. de justit. & jur. Bart Bald. & Dd. l. si servitus. ff. de servit. urb. prædior. Dec. cons. 30. col. 3. cons. 343. nu. 2. cons. 388. nu. 3. cons. 490. col. 3. Cagnol. l. 1. num. 14. ff. de reg. jur. Covarr. var. resolut. lib. 1. cap. 13. num. 9.*

Et prædictas decisiones etiam in caussis feudalibus † locum habere dubio omni caret, eam ob caussam, quia quoad prædictas decisiones in materia feudali contrarium dispositum non reperitur, & certum est, quòd in caussis feudalibus decidendis jus commune servandum sit in omnibus illis casibus, in quibus jus commune per consuetudines feudales expressè correctum non reperitur, *c. 1. §. strenuus, & ibi Dd. de feudi cognitione.* 63

Sed constitutio Monasteriensis non est dispositio hominis, sed est statutum sive constitutio. Et insuper est favorabilis, & est indefinitè sive generaliter concepta tam circa res, quàm circa personas.

Nec etiam in casu præsenti ulla ratio diversitatis assignari potest inter personas, gradum vel sexum, sed in omnibus omninò personis cujuscunque gradus & sexus a primo acquirente descendentibus militat eadem ratio, quæ talis est, quòd feuda non debeant Episcopo aperiri, quamdiu superest unus ex descendentibus primi acquirentis per lineam fœmininam vel per lineam masculinam.

Similiter quoque licet alioquin feuda majora & minora regalia vel non regalia forsan differre, & separatæ naturæ esse possint. Attamen quoad præsens propositum nulla potest assignari ratio diversitatis inter feuda majora & feuda minora, regalia vel non regalia: Namque secundum dispositionem consuetudinum feudalium fœminæ & descendentes ex fœminis æquè repelluntur à successione feudorum minimorum sive parvorum, sicut ipsæ repelluntur à successione feudorum magnorum regalem dignitatem annexam habentium vel non.

Et secundum dispositionem juris communis fœminæ & descendentes æquè admittuntur ad successionem bonorum & maximi valoris & jurisdictionem merum & mixtum imperium, nec non & regalia annexa habentium. Sicut ipsi admittuntur ad successionem bonorum minoris valoris & jurisdictione mero & mixto imperio, nec non etiam dignitate omni carentium.

Igitur sequitur, etiamsi probari posset, feuda magna à feudis parvis habentibus regalem dignitatem annexam vel non alioquin distare vel separatæ naturæ esse, cùm tamen, quoad præsens propositum illa non diversæ, sed ejusdem naturæ sint, hoc, quod in aliis discrepant, in consideratione non habendum.

64 Tum, quia in simili traditur † similia illa dici, quæ quoad istud propositum, de quo agitur, similia sunt & conveniunt, licet illa in aliis discrepent, *Ioann. Andr c. non potest de præbend. lib. 6. Panorm. c. quemadmodum notab. 1. extr. de jurejur. Ias. l. creditori nu. 8. ff. de oper. novi nunciat. facit text. l. final. C. de collatio.*

65 Tum, quia dispositio † generalis sive indefinita simul & semel comprehendit casus, personas & res non privilegiatas.

66 Item & casus, † personas & res privilegiatas. Si videlicet quoad illud propositum, de quo agitur, illi casus, personæ & res specialiter privilegiatæ non reperiantur, licet illa in aliis privilegiatæ sint, & sic alioquin diversam naturam habeant, *l. in fraudem. §. fin. & ibi Bald. ff. de testament. milit. Bald. l. omnes populi ante fin. ff. de justit. & jur. Dec. l. 1. col. 2. ff. de reg. jur. Dec l. nemo potest in princ. ff. eod. tit. Dec. c. cùm ordinem. col. 2. extr. de rescript. Dec. c. sedes apostolica. col. 5. extr. eodem tit. Dec. cons. 5. cons. 48. col 2. consil. 61. col. 1 cons. 131. Franc. Ripa l. 1. num. 14. ff. solut. matrim. Franc. Ripa l. 1. num. 60. ff. de vulgar. & pupill. Godzad. cons. 97. num. 7.*

67 Tum, quia † majus & minus non differunt substantiâ vel specie, *l. final. & ibi Bart. & Dd. ff. de fund. instru. Bart. l. imperium. num. 11. ff. de jurisdict. omnium judic.* Et sub dispositione generali vel indefinita regulariter comprehenditur majus & minus, *Dec. c. post cessionem. num. 2. extr. de probat.*

68 Tum, quia de feudis † majoribus & minoribus regulariter idem jus statuitur, prout hoc expressè & in specie tradit *Bald. c. cæterum. num. 6. extr. de judic.*

Ex quo infertur, constitutionem Monasteriensem ita intelligendam esse, ut omnes omninò descendentes ex fœminis à primo acquirente originem trahentibus, nullâ habita consideratione sexus vel gradus, ad successionem feudi admitti debeant, nulla penitùs facta distinctione, utrum illa feuda sint majora vel minora. Item, utrum illi, qui se ad successionem feudi admitti postulant, in Episcopatu vel extra Episcopatum Monasteriensem domicilium habeant.

Rursus ex hoc infertur, cùm Comes R. Secundus, pater moderni Comitis F. à primo acquirente Baroniæ controversæ per lineam fœmininam descendat, & Baroni J. in sexto gradu conjunctus sit post mortem Baronis J. Baroniam controversam non Episcopo apertam, sed Comiti R. jure successionis acquisitam, & post mortem illius ad modernum Comitem translatam.

Quartò, Dd. communiter tradunt, 69
quòd † fœmina vocata vel habilitata ad successionem feudi non tantùm ipsa, sed etiam omnes descendentes ex illa tam masculi quàm fœminæ ad successionem feudi vocati & habilitati esse censeantur, prout hoc expressè & in specie tradit *Bald. c. 1. §. filia verò. num. 5. & ibi Alvarott. num. 3. Matth. de Afflict. num. 11. de succession. feudi. Præpos. c. 1. §. & quia videmus. num. 7. de his qui feudum dare possunt. Matth. de Afflict. c. 1. nu. 8. de eo, qui sibi & suis hæred.*

Et hoc habet locum non tantùm eo
casu, quando † fœminæ generaliter sive ge- 70
nerali vocabulo ad successionem feudi vocatæ vel habilitatæ sunt, sed etiam procedit, quando fœminæ sub verbo speciali filiæ ad successionem feudi vocatæ sunt. Namque nihilominus omnes non descendentes ex illis filiabus ad successionem istius feudi vocati & habilitati censentur, prout hoc expressè tradit *Matth. de Afflict. c. 1. §. filia. nu. 11 de success. feudi. Matth. de Afflict. c. 1. num. 8. de eo, qui sibi & suis hæred.*

Illaque sententia † communiter re- 71
cepta, probatur per firmissimas rationes.

Sicut filia vel fœmina exclusa à successione feudi vel alterius rei, & omnes descendentes ex illa exclusi esse intelliguntur, ita quoque & filia vel fœmina admissa vel habilitata ad successionem feudi vel alterius rei, & omnes descendentes ex illa

ex illa ad eam successionem admissi esse censeri debent, eam ob caussam quia,

72 Tum, quia idem operatur † propositum in proposito, quod operatur oppositum in opposito, *Bart. l. fin. §. fin. arg. illius text. ff. de leg. 3. Tiraquell. in tractat. de utroq. retr. par. 1. §. 12. gloss. 1. num. 16. Tiraq. in tractat. cessante caussa par. 1. num. 17. Nicol. Everhard. in sua topica in loco à contrarijs sive oppositis num. 8. Aug. & Ias. §. plus autem. Instit. de action.*

73 Et contrariorum est † eadem disciplina, *gloss. l. etsi contra. §. fin. arg. illius text. ff. de vulgar. & pupill. gloss. l. secundum naturam, & ibi Dec. Cagnol. & Dd. ff. de reg. jur. Dyn. c. qui sentit onus de reg. jur. lib. 6.* eadem potentia, *Bald. l. ab emptione arg. illius text. ff. de pactis.* Idem modus significandi, *Bald. & Alex. Lex duob. in princ. arg. illius text. ff. de vulgar. & pupill.* Idem statutum, *Bald. c. cùm venissent. col. fin. extr. de judic.*

74 Tum, quia sicut se habet † caussa ad effectum in productione, sic se habet destructio caussæ ad destructionem effectus, *Bald. l. cùm mulier. col. 31. ff. solut. matrim. Nicol. Everhard. in sua top. in loco à contrar. num. 7.*

75 Tum quia † dispositum de caussa, etiam de caussato dispositum censetur, *Præpos. c. 1. §. & quia vidimus. num. 7. de his qui feudum dare poss.*

76 Tum, quia caussa prima † influit in omnia caussata, eisque vim & virtutem suam attribuit, *Ang. cons. 110. col penult. Ias. l. clam possidere in princ. num. 16. ff. de acquir. poss. Tiraquell. in tractat. cessante caussa part. 2. limitat. 20. lib. 6.*

77 Tum, quia † principium trahit ad se finem, *l. si quis in principio. ff. de leg. 3.* & quæ sequuntur sapiunt naturam, & sortiuntur naturam præcedentium, *Hieron. de Mont. in tractat. de fin. cap. 93. num. 7. arg. leg. quicunq. C. de apoch. pub. lib. 10.*

78 Tum, quia à † primordio tituli posterior formatur eventus, *l. 1. & ibi Bart. & Dd. C. de impo. lucr. descript. lib. 10.*

79 Tum, quia de † sequelis idem jus statuitur, quod de initio sive de principio statuitur, & sequelæ regulantur secundum naturam initii sive principii, *l. Pomponius scribit in negotiis ff. de negotiis gest. l. 3. §. scio. ff. de minor. l. 1. §. si servus. ff. deposit. l. si procurator in princ. ff. mandati. l. in ratione. §. si filia. ff. ad l. Falcidiam. l. qui cùm major. §. 1. ff. de bonis liber. l. qui id quod in princip. ff. de donat. l. clam possidere in princip. & ibi Ias. ff. de acquir. poss. l. sequitur. §. de illo. l. si hominem, & l. justo. §. etsi possessionis. de usucap. Bart. l. quod ait lex. §. quod ait. arg. illius text. ff. ad leg. Iulian. de adul. er. Alex. cons. 23. num. 25. lib. 2.*

Sicut etiam econverso de † initio sive principio idem jus statuitur, quod de descendentibus ex isto initio sive principio statutum est, *Paul. Castrens. & Ias. l. maritus. C. de procurator. Alex. l. Gallus. §. nunc de lege Vellejan. & ibi Ias. num. 11. ff. de liber. & posthum.* 80

Tum, quia effectus † regulatur secundum naturam caussæ, *Cardin. Flor. c. cùm dilecti. col. 1. vers. & nota extr. de accusa. Tiraquell. in tractat. cessante caussa part. 1. num. 144.* 81

Tum, quia de † dependentibus regulariter idem jus statuitur, quod de capite sive principali, *c. fin. de judic. lib. 6. Clement. dispendiosam de judic.* 82

Tum, quia membra regulantur secundum caput, ejusque naturam sortiuntur, atque dispositum de capite etiam de membris dispositum censetur, *c. cùm non liceat extr. de præscript. Bald. l. 1. col. 1. arg. illius text. C. si Rector Provinc. Aym. Cravett. in tractat. de antiquit. tempor. part. 1. §. 4. limitatur. num. 80. Matth. de Afflict. c. 1. nu. 85. qui success. teneantur.*

Tum, quia feudum † paternum & feudum maternum & æquiparantur, & iisdem regulis juris subjiciuntur, quoad hunc finem, quòd sicut feudum paternum etiam simpliciter acquisitum, sive ad quod masculus simpliciter admittitur ad omnes omninò masculos ex isto acquirente sive ad feudum admisso descendentes in infinitumque transit: Ita quoque & feudum fœmineum, ad quod fœmina sive filia vocatur vel habilitatur, ad omnes omninò descendentes ex illa filia sive fœmina tam masculos, quàm fœminas transeat & devolvatur, licet in illa dispositione, per quam fœmina vel filia ad successionem feudi vocatur sive habilitatur, nulla mentio descendentium facta fuerit, prout hoc tradit *Iacob. de Belvis. c. 1. & ibi Bald. num 1. Alvarot. num. 2. Præpos. num. 2. de feudo fœminæ.* 83

Illamq; opinionem communiter receptam esse, attestatur *Alvarot. & Præpos. in loco præallegato.*

Igitur sequitur etiam, posito, sed tamen non concesso, constitutionem Monasteriensem inspectis verbis ad successionem feudi tantùm simpliciter filias sive fœminas admittere, quòd tamen nihilominus omnes omninò descendentes ex fœminis sive filiabus tam masculi quàm fœminæ ad successionem feudi admissi esse censeantur, & admitti debeant.

Multò verò magis hoc in casu præsenti dicendum est, cùm constitutio Monasteriensis ad successionem feudi expressè vocet descendentes ex fœminis, sicut hoc patet ex illis verbis: Die nicht er sind von Mannes kommen / non etiam tam filios, quam filias illorum, qui ex fœminis descendunt.

Cùm itaque pater Comitis R. & avus moderni Comitis F. per lineam fœmininam descenderit a primo acquirente sive ab illo, qui Baroniam controversam primò acquisivit, dubio omni caret, per obitum Baronis J. Baroniam controversam Comiti R. patri moderni Comitis apertam & acquisitam fuisse.

84 Quintò, sub † genere comprehenduntur omnes species, *gloss. c. 1. in princ. verb. de suis rebus, & ibi Bald. vers. novi vero feudi. nu. 2. per quos fiat investitura. Francisc. Ripa l. 1. nu. 3. ff. si cert. petat. Cagnol. l. in toto & part. num. 7. ff. de reg. jur. Ang. l. jurisgentium. §. sed si fraudem. arg. illius text. ff. de pact.*

85 Et quidem secundum † veram & propriam vocabuli significationem, *Bald. l. 2. C. de jur. aur. annu. Dec. l. 1. nu. 7. ff. de reg. jur. Dec. rub. lect. 1. num. 6 extr. de constit. Francisc. Ripa l. 1. num. 2. ff. de vulgar. & pupill. Corras. repet. l. qui liberos. num. 125. & 126. ff. de ritu nuptiar. Hotoman. Dec. repet. l. 4. §. Cato nu. 55. ff. de verbor. obligat. Bart. l. quid nerva. nu. 4. ff. depositi. Petr. Crisp. rub. num. 3. num. 9. num. 14. num. 15. num. 22. & 23. ff. de legat. 1. fat. text. l. 1. §. conventionis. ff. de pac. l. si quid. §. inter emptum. ff. de legat. 3. l. inter agnatos. ff. unde legit. Instit. de legit. agnat. tutela in princ.*

86 Et tantum operatur † genus sive generalis dispositio, quoad omnes & singulas species sub tali genere sive generali dispositione comprehensas, quantum operatur specialis dispositio quoad speciem in illa expressam, *l. si duo, & ibi Bart. ff. de admin. tutor. l. Gallus. §. instituens, & ibi Bald. & Alex. nterg. notat. 2 ff. de liber. & posthum. l. si chorus in princ. ff. de legat. 3. l. omnes, & ibi Ang. C. de quadrien. præscript. Sign. de Homod. cons. 30. col. 1. Bart. l. tres tutores in princ. ff. de admin. tutor. Bart. l. centurio. col. 6. ff. de vulgar. & pupill. Bald. l. 1. C de necess. serv. hæred. instit. Anton. de Butr. Panor. Felin. & Dec. c. sedes apostolica extr. de rescript. Rom. cons. 65. Fulgos. cons. 117. Alex. & Franc. Aret. l. 1. ff. de vulgar. & pupill. Alex. cons. 105. col. 1. & cons. 111. col. 2. lib. 6. Dec. cons. 23. col. 3. cons. 259. col. 2. cum multis similib. allegatis per Tiraquell. repet. l. si unquam in præfation. num. 113. C. de revoc. donat. Tiraquell. in tractat. de ll. connubialib. gloss. 7. num. 89.*

Et prædicta usque † adeò vera sunt, ut procedant non tantùm in dispositionibus favorabilibus sive largis, sed etiam in dispositionibus † odiosis sive strictis. Namque etiam in illis sub genere sive sub dispositione generali omnes omninò species comprehenduntur, & quidem secundum veram & propriam vocabuli significationem, *Francisc. Aret. l. cum lege arg. illius text. ff. de testam. Petr. Crisp. repet. rub. num. 24. ff. de legat. 1. cum multis similibus allegat. suprà.* 87

Similiter hoc locum habet † etiam in privilegiis. Namque in illis sub genere comprehenduntur omnes omninò species, usque adeò, ut privilegium generale generaliter intelligi & accipi debeat, sicut hoc suprà in ratione secunda decidendi docui. 88

Sed certum est, licet † Nobilium multæ sint species, & aliqui sint nobiles simplices, aliqui verò nobiliores, & alii nobilissimi, *c. 1. & ibi Dd. de matr. contract. ad morga. l. nobiliores. C. de commerc. & mercator. l. quaro. ff. de natal. rest. l. tàm dementis. C. de Episcop. audient. l. furiosi. C. de nuptiis. Bart. l. 1. col. penult. C. de dign. lib. 12. Tiraquell. in tract. de nobilitat. cap. 37. num. 67. cum quatuor sequentibus.* 89

Attamen sub appellatione nobilium tanquam sub genere comprehendi non tantùm nobiles simplices, sed etiam nobiliores & nobilissimos; *c. constitutus el. 2. ibi sorori nobilis viri Marchionis extr. de testib. c. grandi ibi nobilem virum Comitem, & ibi Dominic. notab. 3. & Corset. in repet. col. 12. versic. venio nunc ea, de supplend. negl. prælater. lib. 6. Barbar. cons. 57. col. 3. lib. 2. Capell. in tractat. de Imper. milit. deligen. in 40. privileg. nobilit. Brixensis in suo repert. verb. nobilis. Tiraquell. in tractat. de nobil. cap. 6 num. 51.*

Et hoc usque adeò verum est, ut privilegium concessum simpliciter nobilibus intelligatur concessum non tantùm nobilibus simplicibus, sed etiam nobilioribus & nobilissimis. Et sic Principibus; prout hoc tradit *Albert. Brun. cons. 103. Laurent. Sylvan. cons. 73. num. 5.*

Similiter quoque certum est, quòd sub vocabulo † Den Freyen / sive hominum liberorum tanquam sub genere omnes omninò species hominum sive illi in dignitate constituti sint, sive non. Item sive ipsi dignitatem minimam sive majorem vel supremam obtineant, comprehenduntur. 90

Deinde

Deinde quoque certum est, quòd ver-
91 bum † Hæres, sit verbum generale comprehendens tàm hæredes hæreditatis, quam hæredes sanguinis.

Eodem modo & verbum Hæres, tanquam genus comprehendit, & hæredes mediatos & hæredes immediatos, tàm primi quàm secundi, nec non & ulterioris gradus in infinitum usque, *l. hæredis appellatio. & l. sciendum. ff. de verbor. significat. l. qui per successionem. ff. de reg. jur.*

Et hoc usque adeò verum est, ut sub appellatione hæredis tanquam sub genere sive sub generali vocabulo omnes omninò hæredes tàm mediati quam immediati. Item primi, secundi & ulterioris gradus in infinitum usque comprehendantur etiam secundum propriam vocabuli significationem, *gloss. l. hæredis appellatione. ff. de verbor. significat. Bald. l. fin. quæst. 21. C. de hæred. instit. Paul Castrens. cons. 45. in fin. lib. 2. Ias. l. si quis filium. ff. final. col. 1. ff. de acquir. hæred. Ias. l. filiusfamiliàs. §. divi. lect. 1. col. penult. & lect. 2. col. antepenult. ff. de verb. obligat.*

Etiam in iis, quæ sunt stricti juris, sive strictè intelligenda, *Bart. l. si stipulatus fuerit per te non fieri. ff. de verb. obligat. Bart. & Francisc. Aretin. l. paterfamiliàs. ff. de vulgar. & pupill. substit. Salicet. l. si plures quæst. fin. C. de cond. insertis arg. l. stipulatio ista habere licere. §. 1. ff. de verbor. obligat. l. sub diversis. §. 1. & ibi Bart. l. cùm ita datur. §. ex his verbis. ff. eod. tit. l. §. peculium. §. hæredi. l. si status liber. §. non solùm. & §. si filius. & l. servus si hæredi. ff. de statu liber.*

Præterea quoque dubio omni caret,
92 quòd † sub appellatione der Manngüter und Dienstmansgüter / sive sub appellatione feudi tanquam sub genere sive generali vocabulo comprehendantur non tantùm feuda majora & maxima, sicut hoc satis probatur per id, quod Dd. communiter tradunt, feudum aliud esse simpliciter nobile, aliud minus nobile, aliud aliquatenus nobile, aliud verò ignobile, & feudum simpliciter nobile illud dici, quando à Papa vel Imperatore Romano alicui conceditur in feudum Regnum, Ducatus vel Marchionatus, minus nobile illud censeri, quod a Rege, Duce vel Marchione conceditur.

Aliquatenus nobile illud reputari, quod à vasallis Regis, Ducis vel Marchionis conceditur aliis in favoribus.

Ignobile verò illud esse, quod conceditur ab istis inferioribus minoribus scilicet sive minimis valuasoribus, prout hanc divisionem feudi tradit *Iacob. de Belvis. in proœmio feud. divis. 6. & ibi Alvarott. & Præpos. utergz divis. 2. Ias. divis. 10 Petr. Iacob. in sua pract. tit. ex quibus caussis dominus deb. amitt. propriet. distinct. 10. Ioan. Andr. in addit. ad Spec. rub. de præscript. col. fin. Imol. c. fin. col. penult. versic. Item secundum extr. de feudis. Alvarot. c. 1. §. cæter. arg. illius text. quis dicatur Dux, Marc. Laud. c 1. divis. 9. tit. qui ferd. dare poss. Ioann. Raynau. c. imperialem. col. 6. divis. 7. tit. de prohib feud. alien. per Frideric. Alex. cons. 30. col. penult. vers. ad septimum. lib. 1. Præpos. c. 1. col. 2. quis dicatur Dux, Iacob. de S. Georg. in tractat. feud. verb. in feudum. col. 4. divis. 8. Tiraquell. in tractat. de nobil. cap. 7. num. 6. & cap. 37. num. 68. Rebuff in sua arb. feud. divis. 3.*

Idem quoque probat id, quod Dd. communiter tradunt, feudum aliud esse regale, aliud esse non regale, *Bald. Alvarott. Præpos. & Ias. in prælud. feud. divis. 1. Matth. de Afflict. c. 1. §. fin. nu. 27. de his qui feud. dare poss. Curt. in pract. feudal. part. 1. quæst. 8. nu. 4. Zas. in tract. feud. part. 2. nu. 2. Ioann. Ferrar. in tract. feud. lib. 1. cap. 6. divis. 3. Petr. Rebuff. in sua arbor. feud. divis. 2.*

Sed constitutio Monasteriensis generaliter decidit, quòd non extantibus masculis feuda etiam masculina, & servitiis obnoxia transire debeant & ad nobiles, & ad liberos homines & ad hæredes illorum, qui ex fœminis descendunt, sive illi sint masculi, sive fœminæ, sicut hoc patet ex sequentibus verbis illius constitutionis: Und den Edelmannen und den Freyen / und Erben / die nicht er sind von Mannes kommen / die Güder man heiset von Kercken in Mangude oder Dienstmannegude / sind dar nene Söhne folgen / die sollen wie lathen verfallen vormittels erfflicher Folginge up die Döchter als up die Söhne.

Et sic ex generalitate sive ex verbis generalibus illius constitutionis liquet atque patet, illam constitutionem respectu illarum personarum, quæ in feudum succedere cupiunt, generalem esse, atque generaliter disponere, quòd non extantibus masculis, sive descendentibus per lineam masculinam ad successionem feudi admitti debeant omnes omninò illi, qui à primo acquirente per lineam fœmininam descendunt, sive illi sint masculi, sive fœminæ nobiles vel ignobiles in dignitate constituti vel non. Item sive illi sint simpliciter nobiles sive nobiliores vel nobilissimi.

Item sive illi primo acquirenti vel ultimo defuncto in primo, secundo, tertio, quarto, quinto, sexto vel ulteriori etiam centesimo vel millesimo gradu conjuncti sint.

Similiter ex hisce liquet, constitutionem Monasteriensem etiam quoad feuda generalem esse, & comprehendere omnia omninò feuda, non tantùm minora, sed etiam majora. Item maxima & regalem dignitatem annexam habentia.

Cùm itaque Comes R. in D. pater moderni Comitis ab eo, qui Baroniam in B. primitùs acquisivit, per lineam fœmininam descenderit, atque Baronia à B. sit & sita in Episcopatu Monasteriensi, & sit feudum Episcopatus sive Episcopi Monasteriensis ex prædicta constitutione clarè liquet atque patet, quòd post obitum Baronis J. illa Baronia non fuerit aperta Episcopo sive Episcopatui Monasteriensi, sed vigore prædictæ constitutionis ad Comitem R. in D. & devoluta & delata.

93 Sextò, is qui † regulam juris communis vel statutarii pro se habet, dicitur, rem certam & intentionem fundatam habere, *gloss. l. omnis definitio. ff. de reg. jur. Bart. l. quoties. ff. qui satisdar. cog. Ias. l. 2. num. 23. ff. si quis in jus vocatus non ier. Dec. l. 1. num. 8. & ibi Cagnol. num. 21. ff. de reg. jur. Gabr. Sarai. in addit. ad Matthes. sing. 19. unm. 1.*

Ideoque regulæ semper inhærere, *Innocent. c. praterea extr. de dilatio. Bart. l. 2. & ibi Ias. num. 33. ff. si quis in jus vocat. non ier.* Eamque tenaciter observare debemus, *Baldus l. si tutor in fin. C. de servit. pignor. dat. manu.*

94 Et is, qui prætendit, † casum aliquem à regula exceptum hoc probare tenetur, *l. ab ea parte. ff. de probat. Philip. Francisc. Rub. de reg. jur. lib. 6. Godzadin. cons. 50. col. 2. nu. 10. Sebastianus Vant. in tractat. de nullitatib Rub. ex defectu Processus num. 118. Felin. c. quoniam frequenter in princip. col. 3. extr. in lite non contestat. Ias. l. cater. 3. nota ff. de leg. 1. Dec. consil. 13. col. 2. & cons. 475. unm. 3. Curt. junior rub. num. 7. C. qui admitti. Ias. l. 2. num. 33. ff. si quis in jus vocatus non ierit. Cagnol. l. 1. nu. 21. ff. de reg. jur. Gabr. Sarai. in addit. ad Matthes. sing. 19.*

95 Et semper secundum † regulam pronunciandum est, nisi manifestè fides fiat atque probetur, illum casum, de quo agitur, a regula exceptum esse, *Bald. c. 1. col. 2. extr. de alien. jud. mutand. caussa fact. Bald. l. si tutor. C. de serv. pignor. dat. manu. Alber. de Rosat. in secunda part. statutor. quast. 158. Dec. l. 1. num. 8. ff. de reg. jur. Dec. l. ex qua raro num. 3. ff. eod. titul. Dec. l. 2. col. 3. num. 22. ff. de jurisdict. omn. jud. Dec. l. imperium. num. 53. ff. eod. tit. Dec. l. certum notab. 2. ff. si cert. petat. Dec. l. 1. notab. 3. C. de edendo. Dec. c. in præsentia notab. 12. extr. de probatio. Dec. cons. 8. in princip. Ias. l. qui se patris. num. 43. C. unde liberi. Ias. l. in illa stipulatione. col. penult. in fin. vers. tertium fundamentum. ff. de verbor. obligation. Crot. repetit. l. qui Roma. §. duo fratres. col. 22. versic. 3. ff. de verbor. obligat. Gabr. Sarai. in addit. ad Matthes. sing. 19.*

Et hoc usque adeò verum est, ut † sententia lata contra regulam juris communis vel statutarii, per se & ipso jure nulla sit, *Matthesil. sing. 19.* 96

Sed constitutio Monasteriensis talem regulam tradit, sancit & introducit, quòd non extantibus masculis sive descendentibus per lineam masculinam a primo acquirente feuda etiam masculina & servitiis obnoxia transire debeant ad descendentes ex fœmininis sive per lineam fœmininam, nec hactenus probatum est, vel nunquam probari poterit, casum nostrum ab ista regula exceptum esse.

Igitur sequitur, etiam in casu præsenti prædictam regulam locum habere, & secundum illam ita pronunciandum esse, quòd post obitum Baronis J. Baronia controversa ad Comitem R. tanquam descendentem per lineam fœmininam ab eo, qui Baroniam controversam primitùs acquisivit, devoluta fuerit.

Septimò, constitutio † sive statutum generale comprehendit etiam personas constitutas in dignitate, non tantùm in vulgari, sed etiam in magna, majori & maxima, quales sunt Reges, Duces, Comites, Barones, Cardinales, Episcopi & similes, *Oldrad. cons. 211. cons. 293. col. penult. cons. 321. Paul. Castrens. & Corn. l. final. C. de verbor. significat. Ioann. Monach. in extravaganti excommunicamus super verb. Clericus Archidiac. Ioann. Andr. & Dominic. c. nemo de Elect. lib. 6. Dominic. c. 1. col. 1. de schismat. lib. 6. Cardin. Clement. in plerisq; in fin. princip. de elect. Franc. Pavi. in extravag. ad omn. Felin. c. ad aures. num. 11. extr. de rescript. Felin. c. cùm in jure. nu. 7. vers. quod imò in materia stricta extr. de offic delegat. Felin. c. quod supra hiu extr. de fid. instrum. Dec. l. 1. nu. 24. C. de mand. Princip. Dec. c. Ecclesia sanctæ Mariæ. nu. 14. circ. fin. & nu. 15.* 97

extr. de

extr. de constit. Ioan. Lecyritr in tract de primogenitur lib. 1 quast. 24. num. 31. & 32. Ruin. cons. 4. num. 19. lib. 5.

Et licet in hoc contrarium teneant multi Dd. volentes, sub dispositione generali non comprehendi personas in maxima dignitate constitutas, quales sunt Principes seculares vel Ecclesiastici, *Petr. de Ancb. cons. 296. incip. pro clariori evidentia. & cons. 298. incip. efficacius. Rom. cons. 498. incip. in casu quo quæritur. nu. 6. Dec. c. Ecclesia sancta Mariæ. num. 15. extr. de constitutionib. Ripa resp. 2. num. 4. respons. 15. circ. fin. lib. 1. Godzad. cens. 76. num. 11. cons. 1^1. num. 15. Card. Paris. cons. 141. nu. 8. lib. 4. Petr. Rebuff. super concordatis. tit. de collatio. §. si quis vero verb. Cardinalatus. Barbat. in tractat. de præstantia Cardinal. par. 1. quæst. 7. circ. fin. Ias. cons. 117. col. 3. vers. tertiò principaliter. lib. 4. Hier. Gigas in tract. de pensio. quæst. 9. nu. 7. & 8. & quæst. 59. num. 13. & 14. Quintil. Mandos. in reg. Cancell. Apost. reg. 19. quæst. 2. nu. 4.*

Attamen præcedens opinio absque omni dubio locum habet eo casu, quando ratio dispositionis etiam in personis constitutis in dignitate magna, majori vel maxima locum habet. Tunc enim sub illa dispositione generali absque omni dubio personæ constitutæ in dignitate magna, majori vel maxima comprehenduntur, *Dec. c. Ecclesia S. Mariæ num 14 circ. fin. extr. de constitut. Gomes. in Reg. Cancell. reg. de infir. resignant. quæst. 3.*

Idem quoque juris est, quando dispositio generalis sive verbis generalibus concepta, est æquè pruportionabilis personis constitutis in dignitate magna, majori vel maxima. Tunc enim similiter prima opinio locum habet, & talis dispositio verbis generalibus concepta, includit etiam personas constitutas in dignitate magna, majori vel maxima, *Ioan. Mona. in extrava. excommunicamus. Domin. c. ad succedendas de Schismat. lib. 6. Bart. de Bellem. in tract. de clarit. subsid. quæst. 66. nu. 17.*

Dispositionem quoque generalem, si illa favorabilis sit, personas constitutas in dignitate magna, majori vel maxima comprehendere, tradit *Barthol. de Bellem. in tract. de charit. subsid. quæst. 66. nu. 15.*

Et confirmatur ex eo, quod alibi traditur, dispositionem favorabilem loquentem de Principibus & Prælatis, comprehendere Principes etiam maximi gradus, *Host. Ioan. Andr. & Dom. c. pro humani de homicid. lib. 6.*

Illudque potissimùm procedit in illa dispositione, quæ favorem publicum respicit, namque sub tali dispositione absque omni dubio personæ constitutæ in dignitate magna, majori vel maxima comprehenduntur, prout hoc expressè tradit *Gomes. in reg de infir. renunc. quæst. 3. circ. fin.* ubi ipse attestatur, hanc opinionem communiter receptam.

Deinde quoque dispositio generalis sive verbis generalibus concepta absque omni dubio comprehendit personas constitutas in dignitate magna, majori vel maxima, quando per illam dispositionem res, de qua agitur, naturæ suæ pristinæ redditur, sive quando per illam redimus ad jus commune antiquius.

Tum quia † quælibet res de facili rever- 98
titur ad naturam suam pristinam, *l. si unus §. pactus ne peteret. & ibi Dd. & inter cæteros. Ias. & Hip. Rimin. ff. de pact. c. ab exordio junct. gl. dist. 35.*

Tùm, quia quælibet † dispositio, per 99
quam res redditur naturæ suæ pristinæ, sivè revertimur ad jus commune antiquius, favorabilis est & extendenda, *gl. c. statutum verbo numerandum de præbtn. lib. 6. Anton. de Butr. c. olim. tibi. extr. de verb. signific. Alex. l. si constante in princ. col 5. & ibi Ias. nu. 203. Ripa. nu. 61. ff solut. matr. Ias. Auth. quas actiones. nu. 24. C. de SS. Ecclesiis. Ias. d. §. pactus ne peteret. nu. 7. & ibi Hip. Rimin. nu. 41. Ias. cons. 137. nu. 13. lib. 4. Godzad. cons. 101. nu. 34 Hieron. Grat. cons. 163. nu. 34. lib. 2. Gram. decis. 92. nu. 15. Tiraquell. in tract. de primogenit. quæst. 24. num. 6.*

Et ex prædictis infertur, quod sub † dis- 100
positione generali comprehendantur etiam tales res atque talia bona, quæ habent annexam dignitatem magnam, majorem vel maximam, eo potissimùm casu, vel quando illa dispositio est favorabilis, vel illa dispositio respicit favorem publicam, vel quando illa dispositio æquè est proportionabilis rebus sive bonis habentibus annexam dignitatem magnam, majorem vel maximam, vel quando ratio illius dispositionis non locum habet in illis rebus, vel quando per illam dispositionem res naturæ suæ pristinæ redditur, vel ad jus commune antiquius redimus.

Namque clari juris est, quod † bo- 101
num sit arg. de personis ad res, quodque dispositum de personis etiam ad res extendatur,

datur, *l qui furere. & ibi Alb. de Rosat. & Bal. ff. de statu hominum. l. si quis inquilinos. §. si ita legatum. ff. de legat. 1. l. si quis filio exhaeredato. vers. ergò. ff. de injusto rupt. irrit. fact. test. gloss. l. cum quid ff si cert. petat. Bal. l. unica. col. 8. C. de confessis. Bal. c. eam te. col. 2. extr. de rescript. Nicol. Eber. in sua Topica in loco à person. ad res.*

102 Sed certum est, quod † natura pristina omnium rerum, omniumque bonorum non habentium annexam dignitatem regalem, merum & mixtum imperium cum administratione talis fuerit, quod ad successionem illorum bonorum aeque fuerint admissae foeminae sicut masculi, sicut etiam adhuc hodiè ad successionem talium bonorum, tàm masculi, quàm foeminae admittuntur eo casu, quando talia bona allodialia sunt, *Host. Ioan. Andr. Bal. Anton. de Butr. Panorm. & Dd. c. sinificavit. extr. de rescript. Panorm. c. dilecti & ibi August. Bero. num. 50. extr. de arbitr. Tiraq. in tract. de primogen. quaest. 10. num. 9.* ubi ipse attestatur, eandem opinionem amplecti omnes *Dd. in d. c. significavit.*

Et idem tenet *Felinus. c. dilecta. extr. de major. & obed. Oldrad. cons. 159 Petr. de Anch. cons. 341. Ang. cons. 242. Dec. cons. 32. cons. 218. cons. 269. cons. 390. & cons. 413. Alex. cons. 24. lib 5. Ruin. cons. 38. nn. 7. lib. 1. Socin. jun. cons. 76. num. 48. lib. 1.* ubi ipse attestatur, eandem opinionem amplecti *Paul. Castr.*

Hanc sententiam tenet etiam *Cardinalis Paris. cons. 22. nn. 3. & cons. 23. num. 14. lib. 1.* ubi ipse dicit, etiam *Innoc. Angel. & Praeposi. hujus opin. esse.*

Idem quoque vult *Albert. Brun. cons. 115. num. 7. Corn. cons. 16 in fin. lib. 1. Godzad. cons. 3. num. 17. & cons. 55. nn. 21. Hieron. Grat. cons. 3. num. 10. lib. 1. Dec. l. 2. num. 3. ff. de reg. juris.*

Et licet in hoc contrarium teneant aliqui Dd. volentes, quod foemina sit incapax omnium bonorum etiam allodialium habentium regalia vel dignitatem cum administratione mero & mixto imperio, *Innoc. c. dilecta. extr. de major. & obed. Bart. l. 2. & ibi Dec. num. 7. ff. de reg. jur. Bart. l. 1. C. de mulier. & in quo loco. lib. 10. Bart. cons. 72. incip. ex facto praes. col. 2. Ioan. de Imol. Dom. & Philip. Franc. c. grandi de supplen. negl. praelato. lib. 6. Socin. jun. cons. 65 num. 24. usq. ad nu. 28. cons. 68. nu. 22. & 26. lib. 1. cons. 167. num. 10. lib. 2. Dec. cons. 85. col. 5. Bal. l. ex hoc jure. ff. de just. & jure. Barbat. c. cum olim. col. 6. extr. de consuet. Card. Paris. cons. 72. num. 71. lib. 4. Iacob. de S. Georg. l. cum in antiquioribus col pen. C. de jure delib. Mart. Laud. in tract. de primog. col. 5. arg. l. cum praetor. §. penult. ff. de judic. l. 2. ff. de reg. jur. l. fin. C. de arbitr. gl. c. ubicunq. verb. masculinam de poenis. lib. 6.* eamque sententiam communem esse, attestatur *Socin. jun. cons. 68. nn 26. lib. 1.*

Attamen praecedentem opinionem plures & gravioris authoritatis Dd. amplectuntur, & sic liquet, illam magis communem esse, cum illa opinio communis esse censeatur, quam plures & gravioris authoritatis Dd. tenent, *Fel. cap. 1. num. 54. & ibi addit. ad Abb. extr. de constit. Ias. l. si quis mihi bona. §. jussum. ff. acquir. haered. arg. 4. in Canonicis distinct. 19.*

Illaque sententia satis probatur per textum, *d. significavit. extr. de rescript.* in quo text. dicitur, sororem fratri in Comitatu successisse. Item etiam per *text. c. dilecti. extr. de arbitr. c. dilecti. extr. de testib. c. fin. extr. de concess. praebend. c. pervenit. extr. de censib. c. pervenit. el. 3. ext. de verb. signific. c. cum de votissimam. & c. seq. 12. q. 2. c. si quis. 14. q. 4.*

Nec obstat *text. l. cum praetor. §. penult. & l. 2. ff. de reg. jur. cum simil.* in quibus text. decidit, foeminam neque magistratu, neque judicandi munere fungi posse.

Namque illa contraria non procedunt, quando dignitates & jurisdictiones vel illa bona, quibus dignitates & jurisdictiones annexae sunt, jure successionis deferuntur, *Host. Abb. & Dd. c. dilecti. extr. de arbitr. Ang. l. Princeps. ff. de ll. Ang. d. l. cum praetor. §. 1. Ang. l. 2. & ibi Dec. num. 3. ff. de reg. jur. Alex. cons. 1. nu. 24. & cons. 24. num. 12. lib. 5. Dec. cons. 32. Card. Paris. cons. 21. nu. 3. & cons. 23. nu. 14. lib. 1.*

Et sic liquet, quod per constitutionem Monasteriensem quatenus in ea sancitur, quod non extantib. masculis vel descendentib. per masculinam lineam descendentes ex foeminis sive per lineam foemininam, sive ipsi sint masculi sive foeminae, ad successionem feudi admitti debeant, feuda etiam habentia annexam dignitatem magnam, majorem vel maximam naturae suae pristinae reddantur.

Deinde etiam ex hoc & ex iis, quae in priori consilio adduximus, patet, constitutionem sive statutum Monasteriense favorabile esse.

Similiter etiam in priori consilio docuimus, quod ratio constitutionis Monasteriensis aequè habeat locum in personis constitutis in dignitate magna, majori vel maxima.

xima. Item, & in rebus sive bonis habentibus annexam' dignitatem magnam, majorem vel maximam. Quodque illa constitutio & favorem publicum respiciat, & æquè sit proportionabilis personis constitutis in dignitate magna, majori vel maxima, item, & rebus habentibus annexam dignitatem magnam, majorem vel maximam.

Igitur sequitur, constitutionem Monasteriensem, quatenus generaliter sancit, quod non extantibus masculis descendentes ex fœminis, sive ipsi sint filii, sive filiæ ad successiunem feudi admitti debeant, habere locum & in personis constitutis in dignitate magna majori vel maxima, & sic etiam in Comitibus & Baronibus, & in rebus habentibus annexam dignitatem magnam, majorem vel maximam, & sic in Baroniis Comitatibus & similibus feudis.

Et per consequens ex hoc infertur, constitutionem Monasteriensem etiam in casu præsenti locum habere, atque vigore illius constitutionis per mortem Baronis J. Baroniam in B. pervenisse & devolutam fuisse ad Comitem R. in D. tanquam descendentem ex primo acquirente per lineam fœmininam.

103 Octavò, licet sub dispositione † generali non veniant, nec comprehendantur regalia, *c. quod ad translationem extr. de offic. legat. cap. 2. de præben. lib. 6. Alber. de Rosat. l. fin. circ. fin. de jurisdict. omnium jud. Alexand. l. 1. col 1. ff. eo titul. Dec. cons. 197. Matth. de Afflict. decis. Neapol. 121. circ. fin. Calcan. cons. 102. Rolan. à Vall. cons. 1. nu. 3. & cons. 42. nu. 7. lib. 2. Card. Paris. cons. 10. nu. 7. lib. 4.*

Attamen hoc non habet locum in realibus jam constitutis sive in esse productis, sicut hoc satis probatur tum per id, quod traditur, concesso simpliciter territorio, etiam flumina publica, quæ inter regalia referri dubio omni caret, *cap. 1. quæ sunt regalia*, in isto territorio existentia concessa intelligi, *Cæpol. in tractat. de serv. rust. præd. cap. 31. num. 11. Bal. l fin. ff. de constitut. princip. Iacob. de S. Georg. in tract. feud. & flumibus. num. 5. Sigisin Neapol. cons. 24. nu. 7.*

Tum quia simpliciter concesso territorio, etiam viæ publicæ, quas inter regalia referri certum est, *cap. 1. quæ sunt regalia*, concessæ intelligantur, *Petr. Iacob. in form. lib. super jurisd. in fin. Alvarr. c. quod sedem, num. 48. extr. de offic. ord. Rol. à Vall. cons. 42. nu. 35. lib. 2.*

Tum, quia in concessione simplici sivo generali etiam veniunt & comprehenduntur vectigalia jam imposita, sive constitutio, *Raph. Cum. cons. 162. in fin. Præpos. cap. 1. in princip. col. fin. de Capit. qui cur. vendid. Cæpol. in tractat. de servit. rust. prædio. cap. 28. num. 2. Alciat. c. quod sedem. num. 47. extr. de off. ord. Rol. à Valle. cons. 24. num. 32. lib. 2.* quæ tamen vectigalia similiter inter regalia referuntur, *cap. 1. quæ sunt regalia.*

Tum quia concesso simpliciter territorio etiam jus exigendi pædagium concessum intelligitur, *Bal. cons. 293. num. 1. lib. 4.*

Tum, quia concesso simpliciter territorio etiam jus confiscandi bona damnatorum concessum esse intelligitur, *Bal l. fin. col. 2. ff. de constit. princip. Bart. l. fin ff. solut. matr. Alexand. cons. 35. lib. 4. Iacob. de S. Georg. in tract. feud. verb. & cum mero & mixto imperio nu. 8.* quod tantum jus confiscandi bona damnatorum inter regalia refertur, *c. 1. quæ sunt regal.*

Deinde etiam prædicta regula, quod sub generali dispositione non comprehendantur regalia, non habet locum eo casu, vel quando illa dispositio est favorabilis, vel quando illa dispositio respicit bonum publicum, vel quando dispositio est proportionabilis regalibus, vel quando ratio dispositionis etiam in regalibus militet, vel quando per talem dispositionem res redditur naturæ suæ pristinæ, sive revertuntur ad jus commune antiquius.

Sicut hoc satis probatur per id, quod in præcedenti ratione decidendi docuimus, in prædictis casibus dispositiunem generalem etiam comprehendere personas constitutas in regali dignitate. Et certum est, quod bonum sit argumentum de rebus ad personas, quodque dispositum de rebus etiam ad personas extendatur.

Sed Baronia controversa ultra omnium hominum memoriam Baronia fuit, & sic illam dignitatem annexam habet, & adhuc habet.

Et in præcedenti ratione decidendi comprobavi, quòd constitutio Monasteriensis sit & favorabilis, & respiciat bonum publicum, & sit portionabilis Baroniis, Comitatibus, reliquisque bonis habentibus annexam dignitatem majorem & maximam. Quodque per illam constitutionem, & res reddantur naturæ suæ pristinæ,

pristinæ, & revertantur ad jus commune antiquius, & ratio illius constitutionis etiam locum habeat in Baroniis, Comitatibus reliquisque bonis habentibus annexam dignitatem magnam, majorem vel maximam.

Igitur sequitur, quod constitutio Monasteriensis non habeat locum in Baronia controversa, & sic in casu præsenti. Quodque Comiti in D. in casu præsenti non obstet id, quod sub dispositione generali regalia non comprehendantur.

104 Nonò, copulativæ ea † natura est, ut ponatur non restrictivè, sed potius ampliative, utque dispositionem augeat & ampliet, non autem restringat vel diminuat, *l. ea tamen adjectio. & ibi Bart. ff. de leg. 3. Bart. Bal. Ang. & Imola. l. Gallus. §. etiamsi parente. ff. de lib. & posth. Bal. l. 1. col. 6. C. quando non pet. part. Bal. l. 1. ff. de just. & jur. Bal rub. quæst. 9. C. de contrah. empt. Bal. l. 2. C. de verb. signif. Fel. c. 2. col. 19. extr. de rescript. Nicol. Everh. in sua Topica in loco à natura copul. num. 1.*

Illudque porissimum procedit in dispositionibus favorabilibus sive largis. Namque in illis copula semper ponitur argumentativè, sive ampliative, *Imol. clem. in plerisq. de electio. Nicol. Eberh. in sua Top. in loco à natura copula nu. 2.*

Sed certum est, constitutionem Monasteriensem favorabilem esse, & latè interpretandam, prout hoc in priori consilio comprobavimus.

Igitur sequitur, illa verba constitutionis Monasteriensis, Vnnd den Edelmannen vnnd den Frgen vnd Erven / die nicht er sind von Mannes kommen / propter dictionem copulativam, Vnd / ita accipienda esse, ut stent augmentativè sive ampliativè, non autem restrictivè, utque illi nobiles vel liberi homines, qui à primo acquirente per lineam fœmininam descendunt, ad successionem feudi admittantur, licet ipsi non sint hæredes hæreditatis, neque primi acquirentis, neque ultimi defuncti.

105 Decimò, omnis dispositio, † omnis actus, omniaque verba secundum subjectam materiam & naturam rei, de qua agitur, intelligenda sunt, *c. solitæ & ibi Dd. extr. de major. & obedien. l. si uno in princ. ff. de locat. & conduct. l. si olei. C. eo. tit. l. damni infecti quidam in princ. & ibi Ang. ff damno infecto. l. fin. C. non muner. pec. clem. exivi de verb. sign. Alex. conf. 26. num. 6. lib. 3.* cum multis similibus allegat. per *Georg. Nateam, Clem. sæpe. col. 4. & col. 64. de verb. sign. Neviz. conf 92. nu 12. usq. ad nu. 42. Nicol. Everh. in loco à subjecta materia.*

Quod usque adeò verum est, ut † tam verbum quam dispositio quælibet secundum subjectam materiam intelligenda sit, etiamsi verba ad significationem impropriam detorquere oporteat, *d. l. si uno in princ. ff. de locat. & cond. cap 1. §. porro. & ibi Dom. de statu regular. lib. 6. l. eas. ff. de cond & demonstr. Salycet. l. quoniam multa facinora. C. ad l. Iuliam. de vi pub. Imol. l. fin. ff. de hæred. instit. Dec. & Dd. c. nam concupiscentiam. extr. de constitut. cum multis simil. allegatis per Tiraq. rep. l. si unquam. verb. revertetur num. 37. C. de revoc. donat.* 106

Quinimò ut serviamus subjectæ materiæ, verba † improprissimè sive in impropriissima significatione accipienda sunt, *Alex. l. 1. in princ. col. 4. ubi ponderat Bart. etiam hoc ibi velle ff. ad l. Falcid. Zas. l. liber homo in princ. la. 2. nu 3 ff. de verb. obligat. Nicol. Everh. in loco à subject. mater.* 107

Etiamsi illa verba sint † prægnantia, *Alex. conf. 35. num. 10. & 11. lib. 4. Dec. l. quoties idem sermo. ff. reg. jur.* Universalia, *Dec. l. 1. num. 15. C. qui admitti. Neviz. conf. 92. num. 27. Bal. conf. 67. col. 1. lib. 3. Bal. cap. 1. §. donare. col. 2. & ibi Mart. Laudens. & Præpos. qualiter feud. olim. Francis. Aret. & Socin. l. Gallus. §. etiamsi à parente. ff. de liber. & posth. Barbat. conf. 63. lib. 1. Iacob. de S. Georg. in tract feud. verb. & quibuscunq. hæredib. nu. 2. Curt. sen. conf. 83. col. 5. Dec. conf. 185. col. 3. Corn. conf. 199. col. 4. lib. 2.* Geminata, *Alciat. respons. 203. num. 28. arg. l. si stipulatus. ff. de usuris.* Vel apta infinitatem comprehendere, *Catel. Cotta memorali quæcunq. ubi ipse attestatur, etiam Bal. & Corn* in locis ab ipso citatis eandem opinionem amplecti. 108

Quam sententiam confirmat id, quod tradit Gammiarus *in tractat. de extensione. Chart. 6. col. 2.* ubi ipse formaliter dicit: quod subjectum & materia, de qua loquimur, declarat, quo sensu verba capienda sint in tantum, quod quandocunque relicta propria significatione ad impropriam recurramus & econtra. Quia sufficit, disponentem ostendere secundum subjectam materiam, quid velit, quodque de jure respondit *Alex. conf. 216. num. 5. lib. 6.* ubi dicit, quod propter subjectam materiam verba capiantur, quandocunque largius, quandocunque strictius. Atque etiam ab eodem Alexandro alibi scriptum est, quod verba

verba instrumenti debeant reduci ad naturam contractus & subjectam materiam, & quod quando verba sunt reducibilia ad subjectam materiam, nunquam alterant ipsius dispositionem, *Alexand. cons. 37. col. 2. lib. 3.* quas decisiones refert atque sequitur *Neviz. d cons. 92.*

His adde, quod verba universalia restringantur secundum naturam rei, & materiam subjectam, *gl. c. 1. extr. de constit. gl. c. dilecto de sentent. excom. lib. 6. Gem. cons. 29. circ. fin. L. Sylvan. cons. 56. nu.* 19. quodque verba universalia restringantur ad ea, quæ sunt de natura dispositionis, cui adjiciuntur, *Bal. cons. 67. incip quia ex facto. col. 1. post med. lib. 3. Calcan. cons. 1. col. 15. Dec. l. 1. C. qui admitti Laur. Sylvan. cons. 57. nu. 19. Cravett. cons. 144. nu. 7. lib. 1.*

Et prædicta procedunt etiam in tali materia, in qua alioquin stricta interpretatio fieri debet. Namque etiam in illa materia verba secundum subjectam materiam intelligenda sunt etiam impropriando verba, *Dec. cons. 278. col. 4. & cons. 388. nu. 4. & 5. Dec. l. 1. nu. 15. C. qui admitti. Neviz. cons. 92. num. 15. Alex. cons. 5. col. 2. lib. 4. Dec. l. quoties, idem sermo ff. reg. jur. Tiraq. rep. l si unquam verb. revertatur. nu. 38. C. de revoc. donat.* ideoque in statutis, in quibus alioquin verba debent intelligi propriè & strictè, *l. 3. §. hæc verba ff. negot. gest.* propter subjectam materiam, item ut dispositio statuti subjectæ materiæ conveniat, verba ad significationem impropriam trahuntur, *Paul. Castr cons. 82. lib. 1. Dec. l. 1. nu. 16. C. qui admitti. Nevitz. cons. 92. num. 29.* imò, ut subjectæ materiæ serviamus, in statutis sive constitutionibus verba etiam impropriissimè intelligenda sunt, *Alex. l. 1. in princ ff. ad. l. Falcid. Ias. l. liber homo. la. 2. in princ. num. 3. ff. verb. oblig. Nicol. Everh. in loco à subjecta materia*, etiamsi illa verba universalia sint, *Dec. l. 1. nu. 15. C. qui admitti Neviz cons. 92. nu. 27.*

Quinimò, potius admittendum est, ut verba sint supervacua, nihilque operentur, quam ut aliquid operentur contra subjectam materiam sive naturam rei, *Bal. rub. quæst. 9. C. de contrah. empt. Dec. cons. 477. num. 11. Ioan. de Neviz. cons. 92. nu. 31.*

Præterea quoque in qualibet dispositio-
109 ne † mens sive voluntas promittentis, disponentis, sive contrahentis, ex subjecta materia colligitur, *l. si fundus in princ. ff. solut. matr. l. si duo. & ibi Bal. ff. de acquir hæred. l. ficut. §. non videtur. ff. quib. mod. pig. Georg. Natta rep. c. quamvis. col. 36. de pactu. lib. 6. Paul de Monte Pico. rep. l. in quartam. col 28 ff. ad l. Falcid. Ioan. Neviz. cons. 50. nu. 26.*

Sed certum est, † & subjectam mate- 110
riam & naturam feudi talem esse, quod ad successionem feudi tantùm admittantur hæredes sanguinis, illi nempe, qui a primo acquirente originem trahunt, *c. 1 §. & si clientulus. & ibi Dd. de alien. feud. c. 1. §. Titius cum Sempronio si de feud. def. content.*

Quodque verbum hæres sive hæreditariæ successionis in materia feudali accipiatur tantum de hærede sanguinis, *d. §. etsi clientulus. & d. §. Titius cum Sempronio cum multis simil. allegatis in priori consilio in responsione ad 30. rationem dubitandi.*

Illudque potissimùm locum habet, quando in statuto vel constitutione aliqua in materia feudali fit mentio hæredis vel hæreditariæ successionis. Tunc enim multò magis appellatione hæredis & hæreditariæ successionis in materia feudali tantùm comprehenditur hæres sanguinis, *Matth. de Afflict. c. 1. nu. 274. ex quibus causis feud. amitt.*

Igitur sequitur, licet in constitutione Monasteriensi dicatur: Und den Edelmannen und Fryen und Erven/Item/vermittelst erfflicher Folge/hæc tamen verba esse intelligenda tantùm de hæredibus sanguinis & de descendentibus à primo acquirente, nec non & de successione ratione solius sanguinis competente.

Rursus ex hoc infertur, cum Comes R. pater moderni Comitis à primo acquirente descenderit, Comitem R. Baroni J. absque omni dubio in Baronia controversa successisse, etiamsi probari & fides fieri nequeat, Comitem R. neque primo acquirenti, neque ultimo defuncto mediatè vel immediatè hæredem hæreditatis extitisse.

Undecimò, dispositio † legis, consti- 111
tutionis vel statuti non restringitur ad primum actum, sed in infinitum usque extenditur, *l veluti. §. hæc vox. & ibi Cynus Bal. & Ias. ff. de edendo Raph. Cuma. l. si cum dotem. §. 1. vers. nota tamen ex glossa. ff. soluto matrim. Raph. Cum. cons. 14. vers. non obstat. l boves. Rom. cons. 404. col. 1. & ibi Horat. Mand. in addit. Alex. cons. 81. col. 4. lib. 3. Socin. cons. 5. col. 3. lib. 4. Dec. cons. 287. col. pen. cons. 512. col. 2. cons. 609. nu. 6. Tiraq. rep. l. benas. §. hoc sermone par. 2. limit. 9. ff. de verb. signif.*

Et hoc usque adeo verum est, ut locum habeat, etiamsi lex, statutum vel consti-
tutio loquatur per verba † denotativa certi 112
numeri.

numeri. Namque nihilominus lex, statutum vel constitutio non restringitur ad primum vel secundum actum, sed in infinitum usque extenditur, *l. veluti. §. hæc vox. ff. de edendo.*

113 Similiter quoque & privilegium† non restringitur ad primum actum, sed in infinitum usque extenditur, eo præsertim casu, quando illud privilegium alioquin temporale efficeretur, *Ioan. Andr. c. licet. circ. med. & ibi Dom. & Phil. Fr. §. 1. de privil. lib. 6. Ioan. Andr. c. quod sentit onus de reg. jur. lib. 6. Fel. c. 2. col. fin. num. 7. extr. de treuga & pace Alvar. l. Boves. §. hoc sermone. & ibi Tiraq. par. 2. limit. 8. de verb. significat. Ioan. Lup. rep. rub. §. 69. col 6. vers. sed meo judicio. extr. de donat. inter vir. & uxor.*

Et confirmatur per id, quod tradit *Oldr. cons.* 300. ubi ipse multis juribus & rationibus comprobat, privilegia Principum latissimè esse interpretanda extendendaque, & quoad res, & quoad personas, & quoad tempus, & quoad modum agendi, & quoad omnia genera causarum, atque etiam favorabiliter intelligenda quoad perpetuam & incommutabilem eorum durationem.

Quod consilium *Oldr.* refert atque sequitur *Tiraq. rep. l. boves. §. hoc sermone. par. 2. limit. 8. nu. 5 ff. de verb. significat.*

Igitur sequitur, constitutionem Monasteriensem, sive illa accipiatur pro constitutione vel statuto, sive etiam pro privilegio nullo modo restringi posse ad primum actum sive ad primum gradum, sed in infinitum usque ad omnes omninò descendentes per lineam fœmininam a primo acquirente extendendam, etiamsi fides fieri posset, constitutionem Monasteriensem tantùm loqui de filiis vel filiabus primi acquirentis vel ultimi defuncti, quod tamen manifestè falsum est.

Rursus ex hoc infertur, cum constitutio Monasteriensis non sit restricta ad certum gradum, vel ad certas personas, sed generaliter disponat, quod non existentibus masculis feuda etiam masculina & servitiis obnoxia devolvi debeant ad descendentes ex fœminis, sive ipsi sint filii, sive filiæ, & sic sive sint masculi, sive fœminæ, multò magis illam constitutionem ita accipiendam esse, ut non extantibus masculis descendentes à primo acquirente per lineam fœmininam indistinctè ad successionem feudi etiam masculini & servitiis obnoxii admitti debeant, & quidem in infinitum nulla habita consideratione sexus vel gradus.

Duodecimò, dispositio † favorabilis non tantùm si illa sit dispositio legis, sed etiam si illa sit dispositio hominis, non debet restringi ad id, quod primum est, sive ad primum actum, sed in infinitum usque extendi, *Oldr. cons. 212 Ioan. Andr. in addit. ad Spec. rub. de testam. col. pen. vers. occurrit alia quæstio. Frider. Senens. cons. 42. Ang. cons. 51. Alex. & Ias. l. placet. arg. ill. text. junct. gl. ff. de liber. & post. Bal. cons. 121. col. 1. cons. 128. col. 1. lib. 1. Alex. cons. 171. lib. 2. Socin. cons. 4. col. fin. lib. 3. Petr. de Anch. cons. 27. col. 3. Raph. Cum. cons. 14. Fel. c. 2. num. 5. limit. 3. & nu. 6. extr. de treuga & pace. Ias. l. si quis ex argentariis. §. prætor ait. num. 10. vers tertiò moveor. ff. de edendo. Fr. Aret. l. servi electione in princ. circ. fin. ff. de leg. 1. Dec. cons. 512. col. 1. Alvar. l. boves. §. hoc sermone. & ibi Tiraq. par. 2 limit. 3. ff. de verb. signif. facit. text. l. hæc conditio. ff. de cond. & demonstr. l. annua. §. à Titia. ff. de annuis legat.* 114

Sed constitutio Monasteriensis non extantib. masculis admittens ad successionem feudi etiam masculini & servitiis obnoxii descendentes ex fœminis tam masculos quam fœminas, est favorabilis atque favorem publicum respicit, prout hoc in priori consilio latè comprobavi.

Igitur sequitur, quod prædicta constitutio Monasteriensis non debeat restringi ad eos descendentes ex primo acquirente per lineam fœmininam, qui primo acquirenti vel ultimo defuncto in primo, secundo, tertio vel alio certo gradu conjuncti sunt, sed ita debeat intelligi, ut habeat locum in omnibus omninò descendentibus à primo acquirente per lineam fœmininam in infinitum usque, nulla habita consideratione gradus.

Decimo tertiò, nulla penitus dispositio
neq; † legis neq; hominis restringitur ad pri- 115
mum actum, sive ad id, quod primum est, sed quælibet dispositio in infinitum usq; extenditur eo casu, quando per id, quod primum est, sive per primum actum non est satisfactum intentioni disponentis, *Cyn. & Bal. l. veluti. §. hæc vox arg. ill. text. & ibi Alex. Ias. & Iacob. de S. Georg. ff. de edendo Bal. Alex. & Ias. l. qui per salutem. arg. ill. text. ff. de jurejur. Bal. l. prætor ait. §. hoc autem interdictum. & ibi Roma. in addit. & Ias. §. deinde notab. 8. ff. de oper. nov. nunc. Roma. l. 2. chart. pen. num. 58. ff de re judic. Roma. cons. 504. in princ. Alex. cons. 70. col. 2. lib. 2. Dec. cons. 22. col. 1. Fel. c. 2. col. penult. limit. 5. extr. de treuga & pace.*

Tiraq.

Tiraq. rep. l. boves. §. hoc sermone. par. 2. limit. 6. ff. de verb. signif.

Et hoc usque adeo verum est, ut procedat, etiamsi dispositio sit concepta per verba denotativa certi numeri sive certi gradus, namque nihilominus illa dispositio non restringitur ad primum actum vel gradum, sed in infinitum usque extenditur eo casu, quando per primum actum vel gradum non est satisfactum intentioni disponentis, *Roma. l. prætor ait. §. hoc interdictum. el. 2. ff. de oper. nov. nunc. Roma. l. 2. num 58. ff. de re judic. Roma. cons. 504. Fel. c. 2. col. penultim. limit. 5. extr. de treuga & pace. Georg. Natta clem. sæpè, in princ. col. 62. de verb. signific. Alvar. l. boves §. hoc sermone. & ibi Tiraq. in repet. limit. 6. num. 9. ff. de verb. significat. arg. l. veluti. §. hæc vox. ff. de edendo.*

Sed certum est, quod mens atque intentio constitutionis Monasteriensis talis sit, quod feuda etiam masculina & servitiis obnoxia, transire & devolvi debeant ad res omninò descendentes à primo acquirente per lineam fœmininam, sicut hoc patet ex illis verbis constitutionis Monasteriensis: Und den Edelmannen und den Fryen und Ervien/die nicht er sind von Mannes kommen/ & sic liquet; intentioni sive menti constitutionis Monasteriensis non satisfieri per primum actum, sive per primum gradum.

Igitur etiam ex hoc capite sequitur, quod constitutio Monasteriensis non debeat neque possit restringi ad illos, qui sunt in primo gradu, sed debeat extendi ad omnes omninò illos, qui à primo acquirente per lineam fœmininam descendunt, & quidem in infinitum nulla habita consideratione gradus.

Decimo quartò, nulla penitus dispo-
116 sitio † ad primum actum vel gradum restringitur eo casu, quando expressè contrarium actum est, *Tiraq. rep. l. boves. §. hoc sermone. limitat. 11. ff. de verb. signific.*

117 Idem quoque juris est, si tacitè † contrarium actum esse ex aliquibus conjecturis vel inditiis constet. Tunc enim similiter dispositio non restringitur ad primum actum, sed in infinitum usque extenditur, *Tiraq. rep. l. boves. §. hoc sermone lim. 12. ff. de verb. signific. fac. id quod trad. Roma. l. divortio. §. quod in anno & ibi Alex. col. 3. ff. soluto matr. Petr. de Anch. cons. 27. col. 3. Roma. cons. 438. Barbat. cons. 27. col. 10. lib. 1. Ruin. cons. 119. num. 14. lib. 2. Capol. in tract. serv. rust. prædior. tit. de serv. jur. pos. col. 3.*

Similiter quoque dispositio non restringitur ad primum actum, sive ad id, quod
primum est eo casu, quando † dispositio re- 118
spicit certam & determinatam causam, sed isto casu dispositio extenditur & porrigitur ad omnes omninò actus & casus, qui durante ista causa fiunt, eamque respiciunt, *Bart. l. 1. col. fin. ff. ad l. Iul. majest. Ang. l. utimur. ff. de sepul. violat. Panor. c. 2. extr. de treug. & pac. Ioan. de Plat. l. 1. col. 2. C. de navicul. lib. 11. Georg. Nat. rep. Clem. sæpè in princ. col. 5. de verb. signific. Dec. cons. 562. col. 1. Tiraq. rep. l. boves. §. hoc sermone. par. 2. limit. 5. ff. de verb. signific.*

Eodem modo nulla dispositio restringitur ad primum actum vel gradum, sed quælibet dispositio in infinitum usque ex-
tenditur eo casu, quando † ratio dispositio- 119
nis æquè locum habet in aliis casibus sivè gradibus præter primum actum vel gradum, *Rom. cons. 504. nu. 2. Ant. de Butr. cons. 30. Fel. c. dilectus ad fin. extr. de testib. Ias. l. si quis ex argentariis. §. prætor ait. num. 10. vers primo quia ratio. ff. de edendo. Ias. l. prætor. §. deinde col. fin. ultimo notab. ff. de oper. nov. nunc. Tiraq. rep. l. boves. §. hoc sermone. par. 2. lim. 10. ff. de verb. signific.*

Et hoc usque adeò verum est, etiamsi dispositio sit concepta per verba denotativa certi numeri, sive certi gradus, namque nihilominus illa dispositio in infinitum usque extenditur eo casu, quando ratio dispositionis adeò dilata est, sive tam latè patet, *Rom. cons. 504. nu. 2.*

Sed in constitutione Monasteriensi non tantùm tacitè, sed etiam expressè actum est, quod illa constitutio debeat habere locum non tantùm in illis descendentibus ex fœminis; qui vel primo acquirenti vel ultimo defuncto in primo gradu conjuncti sunt, sed in omnibus omninò illis, qui à primo acquirente per lineam fœmininam descendunt, sicut hoc patet ex illis verbis: Den Edelmannen und den Fryen unnd Ervien/ die nicht er sind von Mannes kommen.

Et ratio sive causa finalis constitutionis Monasteriensis illa est, quod feuda etiam masculina, & servitiis obnoxia debeant & devolvi ad illos & manere apud eos, qui à primo acquirente per lineam fœmininam descendunt, sive originem trahunt.

Illaque ratio sive causa finalis illius constitutionis habet locum non tantùm in illis, qui primo acquirenti, vel ultimo defuncto in primo gradu conjuncti sunt, sed in

omnibus omninò illis, qui à primo acquirente per lineam fœmininam descendunt, nulla habita consideratione gradus.

Igitur etiam ex hoc capite sequitur, constitutionem Monasteriensem restringi non posse ad eos, qui sunt in primo gradu, sed ita accipiendum esse, ut habeat locum in omnibus omninò illis, qui a primo acquirente per lineam fœmininam in infinitum usque descendunt, nulla habita consideratione gradus, vel quoto gradu illi descendentes per lineam fœmininam, & petentes se ad successionem feudi admitti, vel primo acquirenti vel ultimo defuncto conjuncti sint, etiamsi probari vel fides fieri possit, constitutionem Monasteriensem esse conceptam tantum per verba denotativa filios vel alterius certi gradus, quod tamen falsissimum est, nec unquam probari poterit.

120 Decimo quintò, dispositio † concepta verbis universalibus vel indefinitis æquipollentibus universalibus, non restringitur ad primum actum, sed in infinitum usque extenditur, *Tiraq. rep. l. boves. §. hoc sermone. par. 2. limit. 25 ff de verb. signific. arg. l. si servitus. ff. de servit. urban. prædior.*

121 Similiter & restrictio ad primum actum non habet locum, nisi æquitas † hoc suadeat, multò verò minus illa restrictio locum habet eo casu, quando æquitas suadet contrarium, *Salycet. l. doti promissio. ff. de jur. dot. Tiraq. rep. l. boves §. hoc sermone limitat 19 ff de verb. signific. fac. text. l. quo enim. §. 1. ff. rem rat. haberi.*

122 Eodem modo nulla penitus † dispositio ad primum actum, sive ad id, quod primum est, restringitur eo casu, quando subjecta materia vel natura illius rei vel negotii, de quo agitur, refragatur, vel contrarium suadet, *Alciat. l. boves. §. hoc sermone. & ibi Tiraq. lim. 18. ff. de verb. signific.*

123 Deinde etiam illa † dispositio, quæ respicit non unam personam, sed plures personas non restringitur ad primum actum, sive ad id, quod primum est, sed in infinitum usque extenditur, *Cornel. cons. 279. col. pen. lib 3. Tiraq. rep. l. boves. §. hoc sermone limit. 13 ff. de verb. signific. arg. l. in annalib. C. de legat. l. paterfamilias in princ. ff de vulg. & pupill. l. qui liberis. §. hæc verba. ff. eodem titul.*

Sed constitutio Monasteriensis est concepta verbis indefinitis tam respectu illarum personarum, quæ a primo acquirente per lineam fœmininam descendunt, quam respectu feudorum, illaque verba indefinita æquipollere verbis universalibus, superius docui.

Nec etiam in casu præsenti ulla æquitas suadet, quod constitutio Monasteriensis restringi debeat ad primum actum, sive ad primum gradum. Imò, & ratio & æquitas suadet, quod constitutio Monasteriensis debeat habere locum in omnibus omninò illis, qui a primo acquirente per lineam fœmininam descendunt, nulla omninò habita consideratione gradus.

Et constitutio Monasteriensis respicit non unam, sed plures personas, sicut hoc patet ex illis verbis: **Und den Edelmannen und den Fryen und Erven/ die nicht er sind von Mannes-kemmen**, quæ verba cum sint verba pluralis numeri, illa in unica persona verificari nequeunt, *c. pluralis locutio. & ibi Dd. de reg. jur. lib. 6.*

Deinde etiam subjecta materia sive natura successionis feudalis, de qua in constitutione Monasteriensi tractatur, talis est, quod ad successionem feudi admittantur omnes omninò illi, qui a primo acquirente originem trahunt nulla habita consideratione, quoto gradu ipsi vel primo acquirenti vel ultimo defuncto conjuncti sint, *gl. Iacob. de Belv. Nicol. de Neap. Bal. Alvar. Præpos. & Matth. de Afflict. c. 1. de feudo March. Alvar. & Præpos. c. 1. §. & quia vidimus de his, qui feud. dar. poss. Alvar. Præpos. & Mart. Laud. c. e. in princ. arg. ill. text. de natura success. feudi. Fr. Aret. cons. pen. Petr. de Cerve. c. 1. §. fatu de prob. feud. alien. per Lothar. Host. in summa tit. qual. fend. const. vers. natura successionis feudi. Odofr. tit. qui per success. in fend. in princ. Iacob. de Ardiz. in summ. tit. de success. fend. §. & succedunt collaterales. Præpos. c. 1. §. hoc quoq. nu. 2. de success. fend. Dec. l. certum C. unde legit. Dec. cons. 87. nu. 5. Card. Paris. cons. 3. nu. 44. lib. c. cons. 72. nu. 103. lib. 4. Mart. Laud. inter cons. Alber. Brun. cons. 119. num. 8. Ias. cons. 114. nu. 2. lib. e. Godzad. cons. 8. num. 4. cons. 26. num. 27. Iacob. de S. Georg in tract. feud. verb. præsentes. num. 6. Curt. in tract. fend. secunda parte 3 par. princip. num. 48. Zas. in tract. feud. 8. par. num. 34. Roland. à Valle. cons. 3. num. 7. & 8. Ioan. Dilect. in tractat. de arte testam. tit. 8. caut. 2. num. 1.*

Igitur etiam ex hoc capite sequitur, quod constitutio Monasteriensis ad primum actum sive primù gradum restringi nequeat, sed in infinitum usq; extendatur, & comprehendat omnes omninò illas personas, quæ per lineam fœmininam à primo acqui-

acquirere descendunt, nulla habita consideratione gradus.

124 Decimo sextò,† dictio IN, varias significationes habet, prout hoc latè tradit *Roma. conf. 376.*

Et dictio IN, semper secundum subjectam materiam intelligenda est, etiamsi necesse sit, illam dictionem detorquere ad significationem impropriam, *Rom. conf. 376. nu. 7.* quod consilium Romani refert atque sequitur *Hip. de Marf. l. quæstionis modum. nu. 53. ff. de quæstionib. Hip. de Marf. conf. 42. num. 7.*

Ideoque traditum & receptum est, quod dispositio loquens de collaroribus in Diœcesi Grationopolitana, habeat locum etiam in illis collaroribus, ad quorum collationem spectant beneficia existentia in Diœcesi Grationopolitana, licet ipsi extra Diœcesin Grationopolitanam domicilium habeant, *Rom. conf. 376. Steph. Bertr. conf. 38. nu. 1 lib. 3.*

Et idem est de mente *Felin. c. postulasti. nu. 13. verf. adde ad Ludovicum*, dum videlicet ipse ibidem simpliciter citat prædictum consilium *Ludovici Romani.*

Et hæc sententia confirmatur per id: Tum quia regulariter quælibet dictio propter subjectam materiam propriam naturam mutat, & ad significationem impropriam detorquetur, *gl. l. eas. ff. de cond. & demonstr. Card. Parif. conf. 104. nu. 36. lib 1.*

Tum quia superius docuimus, quælibet omninò verba esse intelligenda secundum subjectam materiam, etiamsi necesse sit, verba ad significationem impropriam vel impropriissimam detorquere.

Cum itaque in casu præsenti constet, Comitem R. in D. patrem moderni Comitis in Episcopatu Monasteriensi feuda quædam tenuisse, illaque feuda ab Episcopo sive Episcopatu recognovisse, ex prædictis liquet, Comitem R. & vasallum & nobilem in Episcopatu Monasteriensi fuisse, & ipsum tanquam vasallum & nobilem in Episcopatu sive Episcopatus Monasteriensis, perinde ut alios vasallos & nobiles in Episcopatu sive Episcopatus Monasteriensis sub prædicta constitutione Monasteriensi comprehensum, & modernum Comitem in D. adhuc comprehendi, etiamsi ponamus, Comitem R. extra Episcopatum Monasteriensem domicilium habitationis habuisse.

125 Deinde quoque clari juris est, † quod successionis ab intestatu tam in feudalibus, quàm allodialibus illa natura & subjecta materia sit, quod in successionibus ab intestato inspiciantur tantùm statuta & consuetudines illius loci, in quo bona controversa sita sunt, non autem illius loci, in quo vel defunctus vel successor domicilium habet, prout hoc latè comprobavimus in priori consilio in nona ratione decidendi.

Similiter quoque successionis ab intestato talis natura & subjecta materia est, ut etiam in iis casibus, in quibus habetur respectus ad personam, consideranda sit tantum qualitas illius personæ, de cujus successione agitur, non autem qualitas personæ succedentis, sicut hoc in priori consilio in decima ratione decidendi docui.

Igitur sequitur, illam clausulam constitutionis Monasteriensis: Den vorgeschriebenen vnsern Edelmannen / Dienstmannen / Manschafft der Stadt Münster vnd Wickbelden in vnsern Landen vnd Stiffte Münster/ secundum subjectam materiam & naturam successionis ab intestatu ita esse accipiendam, ut sufficiat, bona, de quorum successione agitur, esse sita in Episcopatu Monasteriensi, vel illum, de cujus successione agitur, fuisse nobilem & vasallum Episcopatus Monasteriensis, nec requiri etiam successorem illam qualitatem habere.

Cum itaque Baronia controversa sit & sita in Episcopatu Monasteriensi, & sit feudum Episcopi sive Episcopatus Monasteriensis, & nobilis ac generosus Dominus J. ultimus possessor Baroniæ controversæ fuerit & subditus & nobilis & vasallus Episcopi Monasteriensis, & in Episcopatu Monasteriensi domicilium habuerit, dubio omni caret, Dominum R. Comitem in D. qui a primo acquisitore Baroniæ controversæ originem traxit, omninò ad successionem illius Baroniæ fuisse admissum, eique Baroniam controversam apertam & delatam, etiamsi ipse neque subditus, neque vasallus Episcopi Monasteriensis fuisset, quod tamen falsum est.

Illudque in casu præsenti eam ob causam multò magis tenendum & dicendum est. Namque constitutio Monasteriensis sanciens, quod feuda etiam masculina & servitiis obnoxia devolvi debeant ad descendentes ex fœminis, sive per lineam fœmininam est & concepta in rem & generalis, nec quoad illos, quibus successio

 feudi

feudi defertur, diſtinguit, utrum ipſi ſint vaſalli, Epiſcopi vel Epiſcopatus Monaſteriensis, an verò non, nec etiam utrum ipſi ſint ſubditi, an verò non, & certi juris eſt, quod privilegium, beneficium, conſtitutio vel ſtatutum generaliter loquens a nobis non diſtingui, ſed generaliter intelligi debeat, ita ut omnes omninò caſus, omneſque perſonas comprehendat, ſicut hoc ſuperius comprobavi.

126 Decimo ſeptimò, jam † dictio IN, quam quælibet alia dictio & alteratur & impropriatur ex conjecturata mente diſponentis, *Cardinal. Pariſ. conſ. 43. numer. 45. lib. 2.*

Sed in caſu præſenti nullæ conjecturæ ſubſunt, quod Epiſcoporum Monaſterienſium, qui prædictam conſtitutionem condidère, talis mens atq; voluntas fuerit, quod omnes omninò illi, qui a primo acquirente per lineam fœmininam deſcendunt, ad ſucceſſionem feudorum Epiſcopi ſive Epiſcopatus Monaſterienſis admitti debeant, etiamſi ipſi neque ſint nobiles, neque vaſalli, neque ſubditi Epiſcopi Monaſterienſis, neque etiam domicilium in Epiſcopatu Monaſterienſi habeant.

Tum, quia legibus expreſsè cantum, & in priori conſilio comprobatum eſt, quod
127 in † ſucceſſionibus ab inteſtato ſint reſpicienda ſtatuta atque leges illius loci, in quo bona, de quibus agitur, ſita ſunt, nulla habita conſideratione, quod is, qui ſuccedere cupit, extra iſtum locum domicilium habet. Et certum eſt, quod talis ſit non tantum conjectura, ſed etiam præſumptio juris, quod ſtatuentes ſive ſtatutum aliquod condentes vel promulgantes ſe voluerint conformare juris communis diſpoſitioni, *l. 2. & ibi Bart. Bald. Salycet. & Dd. C. de noxal. act. c. cum dilectus. & ibi Abb. extr. de conſuet. c. ad audient. & c. cum dilectus. extr de Cler. non reſidentib. l. ut gradatim. §. ſed ſi lege. ff. de muner. & honor. Ioan. Imol. l. ſi verò. §. de viro. ff. ſolut. matrim. Alexand. l. 4. §. prætor ait. num. 12 ff. de damno infecto. Godzad. conſ. 74. num. 14. Rom. conſ. 199 nu. 6. Card Pariſ. conſ 110. num. 6. lib. 3. Curt. jun. conſ. 105. col. 1. Ruin. l. 1. col. 17. ff. de legat. 1. Ruin. conſ. 98. nu. 12. & 13. lib. 2. conſ. 23. nu. 10. lib. 3. Cephal. conſ. 104 num. 17.*

Etiamſi neceſſe ſit verba ſtatuti detorquere ad ſignificationem impropriam vel impropriiſſimam, *Anton. de Butr. Imol. & Dd. c. cum dilectus. arg. ill. text. extr. de conſuet. Alex. conſ. 19. nu. 4. lib 1. Cravett. conſ. 197. nu. 6. Godzad. conſ. 74. nu. 11 Tiraq. in tract. utroq. retract. p. 1. §. 9. gl. 1. nu. 55.*

Tum, quia & ſubjecta materia & natura ſucceſſionis ab inteſtato tam bonorum allodialium, quam bonorum feudalium talis eſt, quod in ſucceſſione ab inteſtato tantum inſpiciantur leges atque ſtatuta illius loci, in quo bona controverſa ſita ſunt, nulla habita conſideratione, quod is, qui ſuccedere cupit extra iſtum locum domicilium habet, ſicut hoc in priori conſilio comprobavi, & talis eſt non tantum conjectura, ſed etiam juris præſumptio, quod tam ſtatuentes, quam actum alium celebrantes voluerint ſe confirmare ſubjectæ materiæ ſive naturæ illius rei de qua agitur, etiamſi neceſſe ſit verba detorquere ad ſignificationem impropriam vel impropriiſſimam, *l. ſi uno in princ & ibi gl. Bart. & Bald. ff. de locat. & conduct. l. ſi lege. ff. eo. titul. l. damni infecti quidem in princ. ff de damn. infect. l. ſed etſi poſſeſſori. §. 1. verſ. ſed ſi reorum ff. de jurejur. Tiraq. rep. l. ſi unquam verb. revertatur. num. 37. C. de revoc. donat. Tiraq. rep. l. boves. §. hoc ſermone. limit. 18. ff. de verb. ſignific. cum multis ſimilib. ſuprà allegatis.*

Igitur etiam ex hoc capite ſequitur, quod non obſtante illa ponderatione ſive collectione, qua pars adverſa ex dictione IN, poſita in conſtitutione Monaſterienſi facere nititur conſtitutio Monaſterienſis, ita & intelligenda & accipienda ſit, quod ad ſucceſſionem feudorum Epiſcopi ſive Epiſcopatus Monaſterienſis admitti debeant omnes illi, qui à primo acquirente per lineam fœmininam deſcendunt, etiamſi illi neque ſunt vaſalli, neque ſubditi, neque incolæ Epiſcopatus vel Epiſcopi Monaſterienſis.

Decimo octavò, id quod lex, † ſta- 128
tutum vel conſtitutio non dicit, nec nos dicere debemus, *l. ſi ſervum. §. non dixit prætor. de acquir. hæred. Bald. l. omnes populi. paul. ante fin. ff. de juſt. & jur. Bald. l. 1. col. penult. C. de hæred. inſtit. Bald. c. inter corporalia extr. de tranſlationib. Prælato Bald. conſ. 15. col. 2 conſ. 256. in princ. conſ. 298. col. 2. lib. 2. Bald. conſ. 99. col. 1. lib. 4. Barbat. l. ſi ſtipulatus eſſem abs te. col. pen. ff. de verb. oblig. Barb. conſ. 81. col. 2. lib. 4. Corn. conſ. 287. col 2. lib. 1.*

Et nobis non permittitur verbis ſtatutorum vel conſtitutionum quicquam vel addere vel detrahere, *Bal. l. maximum vitium. col pen.*

col pen. C. de liber. præter. Bal c. 1. in fin. de alienat. feud. pater.

Sed licet constitutio Monasteriensis in prooemio sive præfatione dicat, illam constitutionem esse factam propter favorem nobilium & vasallorum in Episcopatu Monasteriensi. Attamen illa constitutio non dicit nec requirit, quod illi nobiles vel vasalli in Episcopatu Monasteriensi domicilium habitationis habere debeant.

Igitur sequitur, nobis non permitti illam constitutionem Monasteriensem ita restringere, ut tantùm habeat locum in illis nobilibus & vasallis, qui in Episcopatu Monasteriensi domicilium habent.

Et per consequens, cum omnes illi, qui in Episcopatu Monasteriensi ab Episcopo Monasteriensi feuda tenent, dicantur esse vasalli & nobiles in Episcopatu Monasteriensi, licet ipsi extra Episcopatum Monasteriensem domicilium habeant; ex prædictis infertur, constitutionem Monasteriensem habere locum in omnibus omninò illis, qui feuda in Episcopatu Monasteriensi habent, licet ipsi extra Episcopatum Monasteriensem domicilium habeant.

Præterea, quoque constitutio Monasteriensis respectu illorum, qui se ad successionem feudi admitti postulant, est & in rem concepta & generalis, nec dicit vel requirit, ut illi, qui ad successionem feudi se admitti petunt, sint vasalli subditi vel incolæ Episcopatus aut Episcopi Monasteriensis, vel in Episcopatu Monasteriensi domicilium habeant.

Igitur sequitur, quod nemini permittatur dicere vel asserere, constitutionem Monasteriensem requirere, ut is, qui se ad successionem feudi admitti postulat, sit vasallus, subditus vel incola Episcopatus sive Episcopi Monasteriensis, & in Episcopatu Monasteriensi domicilium habeat; quodque omnes illi, qui à primo acquirente per lineam fœmininam originem trahunt, ad successionem feudorum existentium in Episcopatu Monasteriensi admitti debeant, etiamsi ipsi neque sint vasalli, neque subditi, neque incolæ Episcopatus vel Episcopi Monasteriensis; neque etiam in Episcopatu Monasteriensi domicilium habeant.

Decimo nonò, constitutionis Monà-
129 steriensis † disponentis, quod non extantibus masculis, vel per lineam masculinã descendentibus feuda devolvi debeant ad descendentes à primo acquirente per lineam fœmininam, sive illi sint masculi, sive fœminæ, nulla alia ratio assignari potest, quam ut feuda remaneant penes omnes descendentes illius, qui feudum acquisivit, sive illi descendant per lineam masculinam, sive per lineam fœmininam, primus acquirens successore sanguinis careat, quæ ratio etiam juri communi consona est, *l. & quia. ff. de interrog. actio. Ang. & Sylvest. Aldob. §. 1. Inst. quib. ex causis manumit. non licet.* illaque ratio æquè locum habet in omnibus omninò descendentibus per lineam fœmininam nulla habita consideratione gradus. Item, etiam in illis, qui neque sunt vasalli, neque subditi, neque incolæ Episcopatus vel Episcopi Monasteriensis, neque in Episcopatu Monasteriensi domicilium habent, & procedit tam in feudis magnis, quam in feudis parvis.

Igitur sequitur, quod prædicta constitutio Monasteriensis, respectu illorum, qui ad succesionem feudi se admitti postulant, generaliter intelligenda sit, ut procedat in omnibus omninò illis, qui a primo acquirente per lineam fœmininam descendunt, nulla habita consideratione gradus, nec etiam utrum illi sint vasalli, subditi vel incolæ Episcopatus vel Episcopi Monasteriensis, & in Episcopatu Monasteriensi domicilium habeant, an verò non.

Rursus ex hoc infertur, constitutionem Monasteriensem, quoad hoc capitulum æquè habere locum in feudis magnis, sicut in feudis parvis.

Namque clari juris est, quod † ratio 130
legis sit, & ipsa lex, *gl. l. 2. verb. rationem vel legem. C. quæ sit longa consuet. Bal. cons. 407. in fin. lib. 2. Tiraq. in tract. cessante causa. par. 1. nu. 135.* & Medulla, *Bal. l. fin. col. fin. ff. si cert. pet.* & mens, *Dyn. C. fin. de reg. jur. lib. 6.* & anima, *Bal. l. si quis servo. col. fin. vers. ex his apparet. C. de furtis.* & spiritus, *Bal. cons. 275. col. 3. lib. 2. Tiraq. rep. l. si unquam verb. libertis. num. 46. C. de revoc. donat.* & essentia ipsius legis, *Bal. c. 1. §. & quia vidimus. col. antepen. de his qui feud. dar. poss.* nihilque ab ipsa lege differat, *Tiraq. in tract. cessante causa par. 1. num. 135.*

Ideoque traditum est, quod in omnibus illis casibus, in quibus eadem ratio militat, idem quoque jus servandum sit, *l. illud in princ. ff. ad l. Aquil. l. à Tit. in princ. & ibi Ias. ff. de verb. oblig.* quodque illud non censeatur omissum esse, *in l. statuto vel constitutione,* quod eadem ratione concluditur, *Bal. l. per diversas. col. 1. C. mandati.* usque

 adeo

adeo ut in omnibus illis casibus, in quibus eadem ratio militat, non dicatur fieri extensio. Sed omnes illi casus secundum proprium intellectum sub ista lege sive constitutione comprehenduntur, *Petr. & Cyn. l. jura non in singulas. ff. de ll. Petr. Cyn. & Bald. l. quod verò ff. eo. tit. Bald. l. omnes populi. col. fin. ff. de just. & jur. Tiraq. rep. l. si unquam verb. libertis nu. 45. C de revocand. donat. Tiraq. in tract. cessante causa par. 1. num. 152. arg. l. nominis & rei. ff. verbum ex legibus. ff. de verb. signific.*

Et hoc procedit non tantùm in ratione, in lege, statuto vel constitutione aliqua expressa, sed etiam in ratione unica tacitè conjecturata. Namq; illa & pro expressa habetur, & hoc operatur, ut lex, statutum vel constitutio comprehendat omnes omninò illos casus, in quibus ista ratio conjecturata locum habet, prout hoc in priori consilio in ratione 23. decidendi docui, & ultra ibidem allegata hoc latè tenet *Jas. cons. 56. & cons. 75. col. fin. lib. 1. Tiraq. in tractat. cessante causa. part. 2. limitat. 21. num. 7. cum multis sequentib. Tiraq. in tract. de ll. connubial. gl. 7. nu. 145.*

131 Vigesimò, is qui in † aliquo loco forum sortitur ratione rei alicujus, respectu illius rei censetur in isto loco existere, & sub dispositione loquente de existentibus in isto loco comprehenditur, etiamsi is extra istum locum domicilium habet, prout hoc tradit *Rom cons. 376. nu. 2.*

Et confirmatur per id, quod in priori consilio in octava nempe ratione decidendi docui, quod a pari procedant sortiri forum in aliquo loco, & regi statutis illius loci, quodque in illis causis, in quibus quis sortitur forum, in aliquo loco ipse utatur legibus atque statutis illius loci, sicut hoc ultra Dd. ibidem citatos expressè tenet *Innoc. & Anton. de Butr Rub. extr. de constit. Calder in sua disput. incip. statuto Arch. c. quo jure dist. 8. Feder. de Sena. cons. 97. Raph. Cuma. cons. 139. col. 2. Alexand. cons. 16. lib. 1. cons. 150. num. 3. cons. 210. num. 2. cons. 211. num 5. lib. 2. cons. 401. num. 5. lib. 5. cons. 19. lib. 6. cons. 13 num. 21. lib. 7. Salycet. l. 1. col. antepen. C. de sum. Trin. & fid. Cathol. Jas. cons. 80. col. 1. lib. 3. Dec. c. Ecclesia. S. Mariæ. num. 6. extr. de constit. Dec c. 2 lect. 2. col pen. extr. de judic. Dec. l. fin. in princip. ff. de jurisd. omnium judic. Alvar. resp. 55. nu. 3. respons. 62. nu. 3. respons. 91. nu. 2. respons. 506. n. 7. Alber. Brun. cons. 55. col. 1. Godzad. cons. 49. num. 13. Rimin. cons. 30. nu. 2 lib. 1. cons. 268. num. 13. lib. 2 Boer. d. cons. 13. num. 14. August. Bero. quæst. 109.*

Deinde quoque clari juris est, † quod mortuo vasallo, utile dominium illius feudi ipso jure transeat ad successores feudales, eisque acquiratur etiam absque editione vel agnitione aliqua, *Bal. l. generaliter ff. in his, C. de secundis nuptiis. Laur. Sylv. cons. 15. nu. 11. lib. 1. Tiraq. tract. le mort, in præfat. declar. 4.* 132

Similiter quoque clari juris est, quod is, ad † quem utile dominium feudi successione devolvitur, eo ipso efficiatur & vasallus & feudatarius ipsius domini feudi etiam ante investituram petitam vel obtentam, *Oldr. cons. 272. num. 3. 4. & 5. fac. text. c. 1. §. præterea si quis infeudatus. de prohib. feud. alien. per Frider.* item, etiam ante juramentum fidelitatis præstitum, *c. 1. & ibi Alvarot. de controvers. feud. apud par. ter.* 133

Sed certum est, quod nobilis & generosus Dominus Comes R. in Episcopatu Monaster. forum sortitus fuerit, & quoad omnia feuda & bona, quæ ipse in illo Episcopatu tempore vitæ suæ possedit, & etiam quoad Baroniam controversam.

Igitur sequitur, quod vigore prædictæ constitutionis Monasteriensis per obitum Comitis J. Baronia controversa fuerit acquisita Comiti R. etiamsi posito, constitutionem Monasteriensem respectu illorum, qui se ad successionem feudi admitti postulant, loqui de existentibus in Episcopatu Monasteriensi præsertim cum Comes R. respectu Baroniæ controversæ mortuo Barone J. ipso jure, sive ipso facto fuerit effectus vasallus Episcopi sive Episcopatus Monasteriensis.

Multò verò magis hoc in casu præsenti dicendum & concludendum est, cum constitutio Monasteriensis respectu illorum, qui in feudum succedere cupiunt, sive se ad successionem feudi admitti postulant, sit generalis & indefinita, nec requirat, ut illi, qui in feudum succedunt, sint vasalli, subditi vel incolæ Episcopatus vel Episcopi Monasteriensis, & insuper Comes R. præter Baroniam controversam etiam ante mortem Baronis J. & tempore mortis ipsius alia & feuda & bona in Episcopatu Monasteriensi habuerit, & sic fuerit vasallus & nobilis Episcopatus Monasteriensis, sivè in Episcopatu Monasteriensi.

Vigesimo primò, verbum † Devolvi sive Devolvetur, hanc significationem habet, ut denotet, aliquid devolvi jure successionis, non autem jure novæ concessionis, sicut 134

sicut hoc satis probat textus *l. Lucius in princ. circ. fin. ff. de vulgar. & pupill. l. 2. ff. de alim. & cibor. legat. l. si infanti. C. de jure delib. l. de emancipatis. C. de legit. hæred. l. 1. C. de bonis maternis.*

Et licet Dd. communiter velint, hoc verbum Devolvi sive Devolvetur, esse verbum commune, quòd se potest habere tam ad verbum directum, quam ad verbum obliquum, *Bart. l. centurio. num. 54. & ibi Francisc. Ripa num. 194. Lancellot. Galiaul. num. 534. ff. de vulg. & pupill. Bart. l. 2. ff. de alim. & cib. legat. Bald. & Salicet. l. precibus. C. de impub. & al. substit. Anton. de Butr. Card. & Imol. c. in præsentia & ibi Barbat. num. 12. Felin. num. 2. extr. de probat. Cardin. c. Raynutius quæst. 42. extr. de testament. Petr. de Anchor. c. si pater eod. tit. lib. 6. Ang. §. fin. Instit. de pupill. subst. Alber. de Rosat. in suo Diction. verb devolvo. Bertach. in suo repert. verb. devolvatur.*

Attamen hoc tantùm procedit eo casu, quando bona debent devolvi interveniente persona media, secus autem est, quando bona debent devolvi non interveniente persona media, tunc enim hoc verbum Devolvi, semper est verbum directum, *Dominic. c. si pater in princ. num. 16. de testament. lib. 6. Felin. c. in præsentia. num. 2. extr. de probation.*

Deinde hoc non habet locum, quando ex aliis verbis ejusdem dispositionis liquet, quòd mens disponentis talis fuerit, quòd illud verbum directum esse debeat. Namque clari juris est, quòd omnia verba etiam alioquin communia directa efficiantur eo casu, quando ex aliis verbis dispositionis liquet, mentem disponentis talem fuisse, quòd ista verba directa esse debeant, *Bart. l. centurio, & ibi Ias. num. 64. cum quatuor sequentibus, ff. de vulg. & pupill. Bart. l. precibus. C. de impub. & aliis substit. Bald. cons. 20. col. fin. lib. 3. Roman. cons. 130. & ibi Horat. Mando in addit. Dec. cons. 572. col. fin.*

Idem quoque juris est, Si ex aliis conjecturis constet, mentem disponentis talem fuisse, quòd illud verbum debeat esse verbum directum, *Bart. l. precibus. C. de impub. & aliis substit.*

Et inter cæteras conjecturas hoc colligitur ex subjecta materia sive ex natura illius rei, de qua agitur. Cùm sit clari & indubitati juris, omnia verba secundum subjectam materiam intelligendam esse, etiamsi necesse sit, verba ad significationem impropriam detorquere, sicut hoc superiùs comprobavi,

Sed in constitutione Monasteriensi expressè dicitur, quòd non extantibus masculis, feuda etiam masculina & servitiis obnoxia debeant devolvi ad descendentes ex fœminis, sive illi sint masculi, sive fœminæ, sicut hoc patet ex illis verbis istius constitutionis: Und den Edelmannen / und den Fryen und Ervnen / die nicht er sind von Mannes kommen / die Güder man heuet von Kercken in Mangude oder in Dienstmangude / Sind dar niene Söhne folgen / die sollen wie lathen verfallen / vermitteist ersflicher Folginge op die Töchter / als op die Söhne. Ponderando videlicet illum textum in verbo, Sollen wie lathen verfallen. Quod verbum Verfallen / æquipollet verbo Devolvi, eandemque significationem habet.

Nec in illa constitutione ulla fit mentio de persona media, sive quòd persona aliqua mediante vel interveniente feuda non extantibus masculis, debeant devolvi ad descendentes ex fœminis.

Insuper etiam illi verbo: Sollen wie lathen verfallen / sunt adjecta alia verba, vermittels ersflicher Folginge / quæ verba directa esse dubio omni caret.

Successionis quoque feudi, de qua in ista constitutione agitur, talis natura est, quòd feuda successori feudali acquirantur ipso jure etiam non interveniente aditione vel agnitione aliqua, sicut hoc supra docui.

Igitur sequitur, quòd non extantibus masculis sive defunctis omnibus masculis à primo acquirente descendentibus, feuda etiam masculina & servitiis obnoxia vigore prædictæ constitutionis Monasteriensis descendentibus à primo acquirente per lineam fœmininam acquirantur jure successionis, & quidem ipso jure, sive ipso facto.

Vigesimo secundò, verbum † Debet necessitatem, & quidem præcisam importat, 135
l. prætor in princip. & ibi gloss. ff. de edend. l. 1. §. 1. ff. quod quisq; jur. gloss. Clement. attendentes verbo debet de statu Monach. Bart. l. creditores lect. 2. num. 3. C. de pignor. Felin. c. nam concupiscentiam num. 6. extr. de constit. Cardin. Paris. cons. 22. num. 32. lib. 2.

Cùm itaque in constitutione Monasteriensi disponatur, quòd non extantibus masculis, feuda debeat devolvi ad descendetes ex fœminis, sicut hoc satis patet ex illis verbis: Die sollen wie lathen verfallen / quod verbum Sollen / æquipollet illi verbo, Debemus, ex illa constitutione clarè liquet atque patet, quòd non extantibus masculis feuda Episcopatus Monasteriensis præcisè

devolventur ad descendentes per lineam fœmininam, sive ex fœminis. Quodque non sit situm in arbitrio Episcopi Monasteriensis, utrum feuda devolvantur ad descendentes ex fœminis, quodque etiam Episcopus Monasteriensis impedire nequeat, quo minus feuda ad descendentes ex fœminis devolvantur.

136 Vigesimo tertiò, in beneficiis † sive privilegiis generi per speciem nunquam derogatur, *gloss. & Dd. c. generi de reg. jur. lib. 6. gloss. Panormit. Felin. Dec. Franc. Ripa & Dd. c. 1. extr. de rescript. Franc. Aret. conf. 76. Petr. de Anchor. consil. 160. col. 3. Dec. l. in toto jure. nu. 16. & ibi Cagnol. num. 17. ff. de reg. jur. fac. text. c. veniens extr. de præscript.*

137 Deinde quoque † & generi per speciem non derogatur in dispositione legis vel statuti eo casu, quando genus & species ponuntur in diversis legibus sive statutis, *Bart. l. 1. §. hoc autem edictum, & ibi Iaf. Rubia. Hormar. Dec. & Dd. ff. de operu novi nunciat. Bart. l. sancio legum. col. 1. ff. de pœnis. Bart. l. quæsitum. §. si quis fundum. ff. de fundo instruct. Bald. conf. 155. in fin. lib. 3. Ang. conf. 224. Roman. conf. 322. Capoll. conf 14. col. 2. Alex. consil. 13. num. 9. lib. 2. Dec. l. in toto jure. ff. de reg. jur.*

Et idem quoq; juris esse videtur, quando genus & species ponuntur quidem in eadem lege vel statuto, sed in diversis capitulis eam ob caussam, quia plura capitula diversa & separata ejusdem legis vel statuti pro diversis legibus & statutis reputari debet, *arg. l. scire debemus, & ibi Dd. ff. de verbor. obligat. l quod dicitur. ff. eod. tit. Bart. l. edita. nu. 17. & ibi Dd. C. de edendo.*

Præterea quoq; illa regula, quòd generi per speciē derogetur, tantùm habet locum eo casu, quando genus & species, sive generalis & specialis dispositio respiciunt eundem casum, eandemque materiam. Secus autem est, quando genus & species sive generalis & specialis dispositio continent casus diversos & separatos, sive respiciunt diversos & separatos casus vel materias. Tunc enim generi per speciem nunquam derogatur, sive genus & species ponuntur in eadem, sive in diversis dispositionibus, prout hoc expressè vult *Bart. l. quæsitum. §. si quis fundum. num. 15. col. penult. ff. de fundo instruct.* Dum videlicet ibi *Bart.* dicit: Aut legatur diversis respectibus, ut juri genus respectu ususfructus alteri species respectu proprietatis, tunc generi per speciem non derogatur.

Et idem quoque quòd generi per speciem non derogetur eo casu, quando genus & species, diversos casus sive materias continent vel respiciunt, tradit *Rom. conf. 308. num. 4 Cravet. conf. 176. num. 6.*

Et confirmatur ex eo, quia à diversis sive separatis nunquam fit illatio, *l. fin. ff. de calumniat. l. Papinianus exul. ff. de minoribus. l. Iulianus. ff. de cond. indeb. l. naturaliter. §. nihil commune. ff. de acquir. poss. l. inter stipulantem. §. sacram. ff. de verb. obligat. Nicol. Everhard. in sua top. in loco à separatis.*

Ulteriùs etiam Dd. tradunt, illam regulam, quòd generi per speciem derogetur, non aliter locum habere, nisi genus & species sibi invicem adversentur. Secus autem esse, si genus & species, sive generalis & specialis dispositio non sint contrariæ, neque sibi adversentur, tunc enim generi per speciem non derogari, *Phil. Franc. c. generi. nu. 1. de reg. jur. lib. 6. Cagnol. l. in toto jure. num. 9. circ. fin. ff. eod. tit.*

Sed certum est, constitutionem Monasteriensem esse beneficium vel saltem privilegium favorabile & latissimè interpretandum, prout hoc in priori consilio docui.

Et licet in constitutione Monasteriensi in specie fiat mentio de feudis magnis, qualia sunt castra, loca munita, pagi & similia. Et postea in genere fiat mentio de feudis. Attamen in illa constitutione species & genus ponuntur in capitulis diversis & separatis & continentibus casus sive materiam diversam & separatam.

Namque primò simpliciter disponitur, si contingat feuda magna, qualia sint castra, loca munita, pagi & similia Episcopo sive Episcopatui Monasteriensi aperiri, quòd Episcopus Monasteriensis talia feuda sibi aperta alteri concedere non debeat absque consensu Decani & Capituli.

Secundò verò in ista constitutione generali deciditur, quòd non extantibus masculis feuda etiam masculina, & servitiis obnoxia jure successionis debeant devolvi ad descendentes per lineam fœmininam, sive illi sint masculi, sive fœminæ.

Et sic liquet in ista constitutione genus & speciem poni in capitulis diversis & separatis. Nec non etiam respicere casus ac materias separatas, cùm penitùs separata sint feudum apertum de novo concedere, & feudum non apertum jure successionis devolvi.

Nec etiam illa duo, quòd feuda magna aperta de novo non debeant concedi absq; consensu

consensu Decani & Capituli, & quod feuda omnia etiam majora non extantibus masculis jure successionis debeant devolvi ad descendentes ex fœminis sive per lineam fœmininam sint contraria, adversa vel incomparabilia, sed omnia ista simul stare seque compati possunt.

Igitur sequitur, illam regulam, quòd generi per speciem derogetur, in casu præsenti locum non habere, atque ex eo, quòd in uno capitulo constitutionis Monasteriensis specialiter dispositum est, quòd feuda magna Episcopo Monasteriensi aperta alteri de novo non debeant concedi absque consensu Decani & Capituli Monasteriensis, inferri non posse, quòd illud capitulum constitutionis Monasteriensis, quo generaliter cavetur, quòd non extantibus masculis feuda etiam masculina & servitiis obnoxia devolvi debeant ad descendentes ex fœminis, sive per lineam fœmininam ita restringi debeat, ut non habeat locum in feudis magnis.

138 Vigesimo quartò, omnis illa † interpretatio, quæ verbis refragatur, nullo modo, sed penitùs rejicienda est, *Bart. l. ab executore. col. 2. vers. item, si verba, & ibi Imol. & Ang. Aretin. ff. de appellat. Bart. l. duobus. ff. ergo si quis. ff. de jurejur. Bald. l. ea, quæ. C. commune epist. Bald. l. voluntatis. col. fin. vers. quæro si statutum. C. de fideicommiss. Bald. l. certo generi ff. 1. ff. de servit. urban. præd. Bald. l. hac lege. col. 1. vers. quæro nunquid videtur. C. de sentent. brevi. recit. Bald. rub. col. penult. extr. de offic. deleg. Bald. c. postremo extr. de appellat. Ang. l. si quis intentione. col. fin. ff. de judic. Imol. consil. 21. Dominic. c. licet notab. 3. extr. de testamet. Paul. Castr. consil. 338. col. 2. lib. 1. Francisc. Aretin. l. 5. §. stipulatio. col. 1. ff. de verb. obligat. Franc. Aret. l. quicquid astringendæ in princ. & ibi Ias. col. 2. notab. 3. ff. eod. tit. Franc. Aret. l. edita. col. 2. & ibi Purpur. num. 100. C. de edendo. Alex. l. divortio col. 4. ff. solut. matr. Alex. cons. 28. lib. 1. Socin. l. naturaliter. §. nihil commune. col. 7. ff. de acquir. poss. Barbat. cons. 48. col. 12 lib. 2. Dec. l. in ambiguis. ff. de reg. jur. fac. text. c. si pater. §. præmissa vers. interpretatio facienda dummodò eadem verbis conveniat. de testament. lib. 6.*

139 Similiter quoque illa † interpretatio, quæ verisimilis non est, nullo modo admitti debet, *Dyn. c. cum sunt partium jura de reg. jur. lib. 6. Bald. & Ang. l. si quis intentione. ff. de judic. Bald. l. l. si de interpretatione. ff. de ll. Tiraq. rep l. si unquam verb. libertis. nu. 14. C. de revocan. donat.*

Sed illa interpretatio, quam procurator Episcopi Monasteriensis ad constitutionem Monasteriensem facere nititur, quòd videlicet tota constitutio Monasteriensis loquatur de feudi aperti renovatione, expressè refragatur verbis illius constitutionis.

Similiter & illa interpretatio, quam Procurator Episcopi Monasteriensis facere nititur, quòd illud capitulum constitutionis Monasteriensis, quâ generaliter cavetur, quòd non extantibus masculis feuda etiam masculina, & servitiis obnoxia jure successionis devolvi debeant ad descendentes ex fœminis, sive illi sint fœminæ, sive masculi, restringi debeat tantùm ad feuda minima, Item & ad illas tantùm personas, quæ sunt de descendentib. ultimi defuncti, & ultimo defuncto in primo gradu conjunctæ, nec non & in Episcopatu Monasteriensi domicilium habitationis habent, refragatur verbis generalibus sive generalitati verborum illius constitutionis.

Deinde etiam illæ interpretationes, quas Procurator Episcopi Monasteriensis facere non nititur, non sunt verisimiles.

Tum, quia refragantur verbis illius constitutionis.

Tum, quia refragantur menti & rationi constitutionis.

Tum, quia refragantur subjectæ materiæ.

Tum, quia refragantur dispositioni legum, qua expressè cavetur, quòd verba generalia generaliter debeant intelligi, nec ullo modo restringi. Quodque constitutio favorabilis, præsertim respiciens favorem publicum, qualis est constitutio Monasteriensis, latè interpretari, nec ullo modo restringi debeat.

Igitur sequitur, prædictas interpretationes, quas Procurator Episcopi Monasteriensis ad constitutionem Monasteriensem facere nititur, nullo modo admittendas, sed penitùs rejiciendas esse.

Vigesimo quintò, semper illa † interpretatio amplectenda est, per quam utrique parti consulitur, *Paul. Castr. Roman. & Alex. l. 1. arg. illius text. & ibi Ias. nu. 16. ff. si quis cautionibus. Bald. cons. 48. incip. ista quæstio in fin. lib. 4. Dec. cons. 162. & cons. 50. Cravet. cons. 20. nu. 12. & cons. 91. nu. 11. lib. 1. Cardin. Paris. cons. 74. num. 80 lib. 3. & cons. 53. num. 3. & cons. 58. num. 9. & 49. lib. 4. Ioann. Cephal. consil. 28. num. 52. lib. 1.* 140

Deinde etiam in omnibus † omninò actibus atque dispositionibus is sensus eligendus & amplectendus est, qui est justior, *Bald. cons. 118. incip. petita venia circ. fin. lib. 3. Cravett. cons. 70. num. 14. lib. 1.* 141

Sed ca-

Sed capiendo hanc interpretationem, quòd constitutio Monasteriensis etiam in casu præsenti locum habeat, quodque vigore illius constitutionis Baronia controversa Comiti R. in D. aperta, & ab eu ad modernum Comitem devoluta fuerit per eam, consulitur utrique parti, nempe & Episcopo Monasteriensi, & Comiti in D. Episcopo quidem, quoad hunc finem, ut ipse & retineat directum dominium in Baronia controversa, & consequatur ratione Baroniæ controversæ vasallum & fidelem Comitem in D. eumque ad omnia capitula fidelitatis ratione Baroniæ controversæ obligatum habeat. Comiti verò in D. quoad hunc finem, ut ipse utile dominium Baroniæ controversæ retineat.

Illaque interpretatio est non tantùm justa, sed etiam justissima.

Igitur sequitur, hanc interpretationem omninò & capiendam & amplectendam esse.

142 Vigesimo sextò, unius † exclusio est alterius inclusio, & è converso, unius inclusio alterius exclusio est, *l. cùm Prætor. ff. de judic. l. ex eo. ff. de testib. c. nonne, & ibi Felin. extr. de præsumpt. l. maritus. C. de procurator. Claud. Aque. l. fin. ff. quòd quisq. jur. Rum. l. 1. col. 18. super gloss. verb. fortissimum. ff de offic. ejus, cui mandat. est jurisdict. Lancellot. Dec. l. pen. col. 3. C de pactis. Cagnol l. 1. num. 31. ff. de reg. jur. Cardin. Paris. cons. 8. num. 9. cons. 19. num. 6. & 9. cons. 33. num. 60. cons. 35 num. 9. cons. 47. num. 48. cons. 93. num. 44. cons. 166. num. 11. cons. 111. nu. 21. lib. 1. cons. 12. num 185. cons. 43. num. 15. lib. 2. cons. 1. num. 135. cons. 5. nu. 43. lib. 3. cons. 5. num. 145. lib. 4.*

143 Et exceptio firmat † regulam in omnibus casibus non exceptis, *§. ut autem, & ibi gloss. & Bart Auth. de non alienand. aut permutand rebus ecclesiastic. l. nam quod liquidè. §. final. ff. de pœn legat. l quæsitum. §. denique. ff. de fund. instruct. l. tribunus. § fin. ff. de testam. milit. c. dominus. 32. quæst. 7. c. 2 in fin. extr. de conjug. lepros. Aug. cons. 239 & cons. 290. Rom. cons. 195 num. 1. cons. 337. num. 8. Imol. l. filio præterito. ff. de injust. rupt. irrit. fact. test. Alex. cons 64. col. 1. lib. 4. Felin. c. quoniam frequenter in princ. col. 1. extr. ut lite non contest. Barb. cons. 9. nu. 13. circ. fin. lib. 3. Dec. c. cum dilecta. num. 6. extr de confir. util. & inutil. Dec. l. 1. num 27. & ibi Cagnol num. 31 ff. de reg. jur. Dec. cons. 151. col. 2. & cons. 604. col. 4. Hieron. Gratus cons. 155. nu. 6. lib. 2. Covarru. var. resol. lib. 2. cap. 5 num. 6. Nicol. Everb. in sua topic. in loco ab except. ad reg.*

Sed certum est, nec non & superiùs comprobatum, quòd de feudis magnis & feudis communibus regulariter idem jus statuatur.

Et in constitutione Monasteriensi ab hac regula tantùm excipitur sive excluditur unus casus, quando videlicet agitur de feudis apertis Episcopi de novo concedendis, & deciditur, quòd talis renovatio sive nova concessio fieri debeat omninò cum consensu Capituli, si feuda aperta magna sint.

Igitur sequitur, hanc exceptionem sive exclusionem hoc operari debere, quòd multò magis in omnibus aliis capitulis constitutionis Monasteriensis & inter cætera in isto capitulo, in quo deciditur, quòd non extantibus masculis descendentes ex fœminis ad successionem feudi admitti debeant, æquè comprehendantur feuda magna, sicut feuda communia.

Vigesimo septimò, verba † enunciativa 144
propter se principaliter prolata non tantùm in factis antiquis, sed etiam in factis recentibus, plenam probationem faciunt, *l. publica. §. fin. ff. depositi. Bart. l. ex hac scriptura. num. 16. ff. de donat. Corn cons. 269. col. 2. lib. 3. Cravet. in tractat. de antiquit. temp. par. 1. §. propositum nostrum. num. 77.*

Et in antiquis verba enunciativa emissa principaliter propter se faciunt non tantùm plenam probationem, sed etiam notorium inducunt, *Bald. c. cùm caussam. col. 3. extr. de probat. Dec. cons. 146. col. penult. versic. quintò prædicta conclusio. Cravett. in tractat. de antiq. temp. part. 1. §. propositum nostrum. num 77.*

Et verba † enunciativa dicuntur prin- 145
cipaliter emissa propter se, quando illa conferunt ad id, de quo agitur principaliter, *Anton. de Butr. c. fin. extr. de success. ab intest. Alex. cons. 15. num. 2. lib. 5.*

Similiter & verba enunciativa dicuntur principaliter propter se emissa, quando super illis contrahentes vel alium actum celebrantes sese fundant, *Alex. cons. 15. nu. 2. lib. 5. Franc. Aretin. cons 23. col. 2. lib. 2.*

Sed posito, illa verba instrumentorum productorum in casu præsenti, in quibus fit mentio, Baroniam in B. pertinuisse & spectasse ad Dominam H. & ad Dominam W. esse verba enonciativa, Attamen ex omnibus instrumentis in hac caussa productis tam ex parte nobilis & generosi Domini Comitis in D. nempe ex instrumento incip. Ich Godert von Berckelo/sub dato anni 1397. die Martis post conceptionis Mariæ; & ex instru-

instrumenro incipiente: Ich Frederich Herr tho Brunckhorst/sub daro anno 1490. die Saturni post Dominicam Lætare, quam a Procuratore Comitissæ in B. 28. Septemb. anno 1560. nempe ex instrumenro incipiente: Ich Godert von Borckelo rc. sub dato anno 1397. in die Luciæ, & ex instrumento incipiente: Ich Henrich von Borckelo / sub dato anno 1398. feria 6. post Dominicam Invocavit liquet, quòd illa verba enunciativa conferant ad id, de quo in istis instrumentis agitur, atque in istis instrumentis contrahentes se fundant super illis verbis enunciativis.

Igitur sequitur, quòd ista verba enunciativa in istis instrumentis posita, propter se principaliter emissa sint.

Rursus ex hoc infertur, per ista verba enunciativa satis sufficienterque probari, quòd Baronia controversa bis ad fœminas transierit & pertinuerit.

Ulteriùs ex hoc infertur, cùm illa quatuor instrumenta sint instrumenta antiqua, per illa non tantùm plenè & sufficienter probari, sed etiam penitùs notorium reddi, quòd Barunia controversa ad fœminas & transierit & pertinuerit.

146. Vigesimo octavò, verba † enunciativa etiam incidenter propter aliud prolata, plenam fidem faciunt eo casu, quando illa verba enunciativa sunt incidenter propter aliud emissa per modum caussæ, illudque locum haber non tantùm in factis antiquis, verùm etiam in factis recentibus, *l. cùm tabernam. §. idem quæsitum, & ibi Bart. ff. de pignor. Bart. & Bald. l. emptor §. ancillam arg. illius text. ff. de rei vendic. Bart. l. qui nolebat. ff. de hæred. instit. Bart. Alex. & Dd. l. si socer. §. Lucius. ff. solut. matrim. Bart. l. demonstratio falsa. §. 1. ff. de cond. & demonstr. Corn. conf. 269. lib. 3. Iaf. l. ex his verbis. num. 2. limit. 9. C. de testament. milit. Cravet. in tract. de antiq. temp. part. 1. §. ampliatur. nu. 32. usq; ad nu. 48.*

Er confirmatur ex eo, quia super illis verbis enunciativis, quæ proferuntur per modum caussæ, censetur fundari intentio proferentis, *Ang. conf. 368. circ. princ.*

Sed instrumento incipiente, Ich Godert von Borckelo/sub dato anno 1397. die Martis post conceptionis Mariæ dicitur, Dominum Baronem Godert à Borckelu renunciasse & refutasse nobili & generoso Domino G. Primo Baroniam in B. cum omnibus suis pertinentiis, prout illa Baronia tunc sita fuit, & prout illa Baronia per morrem Dominæ Heinricæ jure successionis illi obvenit, & delata fuit, sicut hoc clarè liquet ex verbis illius instrumenti.

Et ejusdem ferè tenoris sint alia duo instrumenta producta a Procuratore Comitissæ in B. quorum unum incipit, Ich Godert von Borckelo/sub dato anno 1397. in die Luciæ, Alterum verò incipit, Ich Henrich von Borckelo/ sub daro anno 1398. feria sexta post Dominicam Invocavit.

Et certi juris est, quòd † dictionis Prout 147 respicientis tempus præteritum, sicut ea in istis instrumentis tempus præteritum respicit, illa natura sit, ut ponatur caussaliter sive caussativè, *Bart. in constit. ad reprimendum verb. prout arg. c. Abbat. sanè extr. de verb. significat.*

Igitur sequitur, illud, quòd Baronia controversa ad Dominam H. spectaverit, & pertinuerit in istis instrumentis, poni per modum caussæ sive causaliter vel causativè.

Similiter & in instrumento incipiente, Ich Frederich Herr tho Brunckhorst / sub daro anno 1490. die Saturni post Dominicam Lætare expressè narratur, caussam illius transactionis, de qua in isto instrumento agitur, fuisse & dotem promissam à generosis & nobilibus Dominis, Domino G. patre, & Domino F. patruo Dominæ W. item & quòd Domina W. patri suo in Baronia controversa successerit.

Igitur etiam ex hoc capite sequitur, per ista instrumenta satis sufficienterque probari, quòd Baronia controversa ad duas fœminas, nempe ad Dominam H. & Dominam G, & transitum fecerit, & pertinuerit.

Vigesimo nonò, verba † enunciativa 148 plurium instrumentorum etiam inter alios confectorum plenam & indubitatam fidem faciunt, etiam eo casu, quando de enunciato principaliter disputatur, Item, etiamsi agatur de gravi præjudicio, *tol. 2. Bald. Salicet. & Paul de Castr. l. cùm aliquis. C. de jur. delib. Alex. conf. 12. circ. fin. lib. 4. conf. 90. num. 16. lib. 6. Cravet. in tract. de antiquit. temp. part. 1. §. ampliatur. nu. 14. Hieron. de Monte in tract. de finib. cap. 60. nu. 3.* ubi ipse attestatur, eandem opinionem amplecti *gloss. Abb. Felin. Dec. Barbat. Guid. Pap. Corn. Socin. Card. Paris. Par. de Puteo. Alex. Iaf. & Socin. in locis ab ipso citatis*, Et sic liquet, illam opinionem esse communem.

Et per plura instrumenta antiqua etiam consuetudo probatur, *Bald. & Ang. l. vetustissima arg. illius text. C. de jur. domin. impetr. Socin. conf. 94. col. 4. lib. 1. Curt. jun. conf. 105. col. 2. Cravett. in tractat. de antiquit. tempor. part. 4. §. ampliatur. num. 16.*

Et præ-

Et prædicta procedunt, etiamsi duo tantùm instrumenta antiqua continentia verba enunciativa adsint. Namque illa etiam contra tertium plenam probationem faciunt, non tantùm actus gesti; sed etiam per illos actus consuetudinis introductæ, *Francisc. Aret. c. cùm caussam,& ibi Felin.nu.4. extr. de probat. Cravet. in tractat.de antiq.tempor. part. 1 §. ampliatur.num. 19.*

Multò verò magis hoc locum habet eo casu, quando plura quam duo instrumenta continentia verba enunciativa adsunt. Namq; per illa multò magis inducitur plena fides, non tantùm illorum actuum, de quibus in istis instrumentis enunciativè mentio fit, sed etiam consuetudinis per illos actus introductæ, *Socin. conf. 194. col. final conf. 264. col. 5. lib. 2. Hieron. de Mont. in tractat. de finib. cap. 60. num. 8. & 9.*

Sed in casu præsenti in tribus instrumentis antiquissimis saltem enunciativè narratur, & quidem principaliter propter se, nec non etiam per modum caussæ, sive causativè, quòd Baronia in B. pertinuerit & spectaverit ad Dominam H. quodque ea titulo hæreditario translata fuerit in Baronem G. à B.

Similiter in uno instrumento antiquissimo narratur, & principaliter & per modum caussæ, quòd Baronia in B. per obitum G. Secundi, transierit ad Dominam W.

Igitur sequitur, per ista instrumenta satis sufficienterque probari, quod Baronia controversa bis transierit jure successionis ad fœminas, & sic fuerit effecta feudum fœmineum, & sit tam ad fœminas, tam ad descendentes ex fœminis transmissibilis, quodque per illos duos actus in Episcopatu Monasteriensi, talis consuetudo introducta sit, quòd ad successionem feudorum etiam magnorum & regalem dignitatem annexam habentium, quales sunt Baroniæ, fœminæ, & descendentes ex fœminis, admittantur & admitti debeant.

149 Trigesimò, verba † enunciativa indistinctè plenam fidem & probationem faciunt contra illos, a quibus sive inter quos ista verba prolata sunt, *l. quidam. ff. de probation. l. optimam. C. de contrah. & commit. stipul. Socin. conf. 213. col. 4. lib. 2. conf. 68. col. 4. lib. 4. Dec. conf. 42. dub. 4. Alex. conf. 112. col. 1. lib. 6. Cravett.in tract. de antiquit. temp. part. 1. §. propositum nostrum. num. 19. Cravet. conf. 29. num. 1.*

Similiter, verba enunciativa non tantùm contra illos, inter quos res gesta est, sed etiam contra omnes omninò successores illorum indistinctè plenam fidem faciunt, *Bart. l. 1. §. si hæres. ff. ad Senatusconf. Trebell. Francisc. Aretin. conf. 112. Socin. conf. 11. col. 1. conf. 13. col. 2. conf. 82. col. 2. lib. 3. Cravet. in tractat. de antiquit. tempor. part. 1. §. ampliatur num. 22. Cravet. conf. 29. num. 1.*

Quinimò, verba enunciativa etiam incidenter propter aliud emissa indistinctè faciunt fidem non tantùm contra illos, inter quos res gesta est, sed etiam contra omnes illos, qui isti actui consensêre, *Socin. conf. 266. num. 6. lib. 2. Cravet. in tractat. de antiquit. tempor. part. 1. §. propositum nostrum. num. 20.*

Sed Episcopus Monasteriensis consensit omnibus prædictis actibus, de quibus in prædictis instrumentis mentio fit.

Namque O. Episcopus Monasteriensis post illos actus, de quibus in tribus prioribus instrumentis mentio fit, Dominum G. Primum, qui per istos actus Baroniam controversam acquisivit, de Baronia controversa investivit, Anno 1406.

Similiter & post transactionem initam inter Dominum F. & Dominam W. Anno 1490. die Saturni post Dominicam Lætare, per quam transactionem Dominæ W. Baroniam controversam, quæ ipsi per obitum patris sui Domini G. Secundi, delata & acquisita fuit, concessit Domino F. atque in eum transtulit primò Episcopus Monasteriensis H. eodem anno Dominica post festum Ursulæ. Deinde Conradus Episcopus Monasteriensis anno 1500. die Lunæ post festum S. Thomæ Canturiensis Dominum F. de Baronia controversa investivit.

Et certum est, quòd per tales investituras Episcopi Monasteriensis illos contractus præcedentes, in quibus & dicitur, illam Baroniam ad fœminas pertinuisse, & primò Domino G. Primo, deinde verò Domino F. concessam fuisse, probaverint & ratificaverint, cùm per investituram a Domino feudi factam † inducatur, & consensus & 150 ratificatio sive approbatio Domini, *Iacob. de Belvis. Andr. de Isern. Alvarott. Mart. Laudens. Prepos. & Matth. de Afflict. c. 1. §. insuper de prohibit. feud. alien. per Frider. Alex. conf. 79. num. 11. lib. 1. conf. 13. num. 17. lib. 6. Socin. conf. 66. col. 9. lib. 3. Zas. in tractat feud par. 10. num. 77. Hieron. Cratus conf. 2. dub. 2. lib. 2. Hieron. Schurff. conf. 28. num. 8. lib. 3.*

Deinde ille actus, de quo fit mentio in instrumento incipiente, Ich Godert von Borckelo / sub anno 1397. die Martis, post conceptio-

conceptionis Mariæ, est celebratus in Episcopatu Monasteriensi in judicio coram judice præsentibus præter contrahentes duobus Baronibus, sex Nobilibus, & aliis multis, & sic præsentibus plus quàm decem
151 hominibus cum † appellatione multorum ad minimum, duo comprehendantur, *l. ubi num. 5. ff. de testib. c. pluralis locutio de reg. jur. lib. 6. Ias. l. licet Imperator. ff. de leg. 1.*

Præterea quoq; ex instrumento incip. Ich Henrich von Borckelo / sub dato anno 1398. feria sexta post Dominicam Lætare liquet, prædictum actum ratificasse & juri suo renunciasse H. Baronem à B. suamque uxorem J. & filium H.

Similiter & ille actus, de quo fit mentio in instrumento incip. Ick Frederich Hertho Brunckhorst / sub dato anno 1490. die Saturni post Dominicam Lætare, præter contrahentes est gestus præsentibus & scientibus duobus Comitibus, quinque Baronibus, uno Equite, & sex Nobilibus, nec non etiam approbante adhuc alio Barone.

Igitur sequitur, illus actus, de quibus in istis instrumenteis mentio fit, in Episcopatu Monasteriensi palam & publicè gestos, nec non etiam manifestos & notorios fuisse.

152 Namque certum est, † illud quod fit vel geritur in judicio sive coram judice, censeri palàm & publicè gestum, *Bart. l. frater à fratre. num. 51. ff. de cond. indeb. Ias. l. pacta novissima. num. 9. C. de pactis. Imol. l. 1. § fuit quæsitum. ff. ad Senatusconsult. Trebell. Alex. l. transactione. C. de transaction.*

Quinimò illud, quod fit in judicio, sive coram judice, notorium esse dicitur, *c. final. extr. de cohabit. Cleric. & mulier. cum similibus vulgaribus.*

153 Illud etiam, quod † coram pluribus fit, publicè fieri censetur, *Panormit. c. statuimus. num. 7. extr. de maledicis.*

Et illud, quod decem homines sciunt, sive id, quod præsentibus vel scientibus decem hominibus gestum est, notorium esse & dicitur & censetur, *Cyn. l. ea quidem. C. de accusatio. Bald. l. si verò. §. qui pro rei, & ibi Ias. ff. qui satisdar. cogantur. Cyn. & Bald. l. de quibus. col. 1. ff. de legib. Panor. c. vestra. nu. 10. extr. de cohab. Cleric. & mulier. Corn. cons. 333. num. 20. lib. 1. Hieron. de Monte in tractat. de finib. cap. 56 nu. 12. Felin. c. cum oporteat. nu. 6. extr. de accusatio.*

154 Et illius, quod † publicum sive notorium est in aliqua provincia, omnes omninò illi, qui in illa provincia sunt, noticiam habere præsumuntur, *c. 1 extr. de postb. Prælator. c. quod dicitis. dist. 26. Clem. 1. circ. fin. de concess. præbendæ. gloss. l. si tutor petitus, & ibi Bart. C. de petit. tutor. Ias. l. si per errorem. num. 11. & 12. ff. de jurisdict. omnium judic. Ias. § si quis agens. num. 8. Instit. de action. Aym. Cravett. cons. 193. num. 7. lib. 1.*

Et confirmatur ex eo, namque † scien- 155
tia sive noticia ex facti, de quo agitur, qualitate arguitur & præsumitur, *c. quanto extr. de translat. Prælat. c. illud extr. de Cleric. excomm. Corn. cons. 258. col. 2. lib. 4. Cardin. Paris. cons. 111. num. 55. lib. 1. Aym. Cravet. cons. 168. num 5. lib. 1. Roland à Vall. cons. 19. lib. 1.*

Ex cursu quoq; † sive lapsu longi tem- 156
poris decem annorum nempe scientia præsumitur & probatur, *Salicet. l. authoritate. C. unde vi. Calder. cons. 15. col. 1. tit. de præbend. Raph. Cuma. cons. 162. col. penult. Dec cons. 185. col. 6. Aym. Cravet. in tractat. de antiquit. tempor. part. 2. §. ex præmissis. num. 40. Laurent. Sylvan. cons. 96. num. 40.*

Et in casu præsenti ab eo die, quo primus actus celebratus est, elapsi sunt plures quam centum & septuaginta anni, ab eo verò die, quo secundus actus celebratus est, elapsi sunt octoginta anni.

Igitur sequitur, ex hisce satis sufficienterque probari, quòd utriusque actus Episcopi Monasteriensis noticiam & scientiam habuêre.

Rursus ex hoc infertur, cùm hactenus probatum non fuerit, nec etiam probari unquam poterit, quòd Episcopi Monasterienses ante hanc litem motam illos actus vel impugnaverint, vel iis contradixerint, per hæc satis probari, quòd Episcopi Monasterienses illis actibus consenserint, atque ad illus actus consensum suum præstiterint.

Namque clari juris est, nec non etiam
à Dd. communiter traditum, ex † sola scien- 157
tia & patientia satis sufficienterque probari, quòd Dominus feudi contractum de feudo initum & approbaverit & ratum habuerit, & ei consenserit, *gloss. c. 1. in princ. verb. permissione, & ibi Iacob. de Belvis. Mart. Laud. Alvar. & Præpos. de prohib. feud. alien. per Lothar. Iacob. de Ardiz. in summa tit. quib. mod. feud. amit. sub rubr. si dominus consentiat alienationi. Bald. c. 1 §. donare qualiter feud. olim. Alvarot. c. 1. §. fin. conclus. 32. & ibi Præpos. col. 5. vers. & sciendum, quæ fuit prima caussa. Alvar. c. 1. § præterea quib. mod. feud. amit.* ubi *Alvar.* attestatur, hanc opinionem communiter receptam esse, & idem tenet *Ias. l. quæ dotis. col. antepen. vers. decimus quartus. ff solut. matr. Ias. l. si fundum per fideicommissum. col. 6. vers. similiter si*

vasallus. ff. de legat. 1. Ias. cons. 222. col. 7. lib. 2. Iacob. de S. Georg. in tractat. feud. verb. & cum pacto el. 3. nu. 4. Zas. in tract. feud. 9. part. nu. 31. Capit. decis. 156. nu 23. Iacob. Leonhard. inter cons. Albert. Bruu. cons. 114. nu. 344. Curt. in tractat. feud. 4. part. num. 137. ubi ipse similiter attestatur, hanc opinionem communiter receptam esse, eandem etiam opinionem amplectitur *Hieron. Schurff. cons. 38. lib. 2.* ubi ipse eodem modo dicit, hanc opinionem communem esse.

Et confirmatur ex eo. Namque in alie-
158 natione † emphyteusis, similirer tacitus consensus Domini sufficit, atque alienatio emphyteusis facta Domino præsente, & non contradicente perinde licita & valida reputatur, atque si Dominus in alienationem expresse consensisset, *Guilhelm. de Cugn. Alber. Panorm. Castrens l. 1. §. scientiam. ff. de tributo. actio. Ioann. de Anan. cons. 90.*

Ulteriùs ex hoc infertur, quòd etiam propter hanc caussam, propter consensum nempe Episcopi Monasteriensis ex prædictis præsumptum & probatum, verba enunciativa illorum instrumentorum, quòd videlicet Baronia controversa ad fœminas & transitum fecerit & pertinuerit, contra Dominum Episcopum Monasteriensem plenam & indubitatam fidem faciat.

159 Trigesimo primò, ex lapsu † temporis longi vel longissimi præsumitur & probatur, consensum Domini intervenisse in contractu vel dispositione aliqua de feudo celebrata, *Alex. cons. 113. num. 11. lib. 4. Dec. cons. 185. col. pen. cons 222. col. 4. vers. quarto. Ias. l. si certis annu. col. 3. in princ. C. de pactis. Ias. l. 1. col. 6. vers. quinto limita. C. qui admitti. Ias. cons. 175. col. 2. lib. 2. Ias. l. sciendum. num. 17. vers. sexto facit. ff. de verbor. obligat. Chessen. cons. 11. Albert. Brun. in tractat. de forma sol. 80. col. 3 Socin. jun. cons 22. col. 4. lib. 1 Cravet. in tractat. de antiquit. temp. part. 3. §. vidimus in genere. num. 36. Tiraquell in tractat. de ll. connub. gloss. 7 num. 41. Anton. Gabr. Roman. in tractat. conclus. lib. 1. tit. de præsumpt. conclus. 1. num. 2.*

Cùm itaq; ab eo tempore, quo G. Baro à B. ejusque patruus H. confessi fuêre, quòd Baronia in B. ad Dominam H. Baronissam in B. pertinuerit, quodque per obitum dicti Domini H. Baronia controversa fuerit delata & aperta Domino G. a B. Atque is Dominus G. illam Baroniam, tanquam sibi à Domina H. delatam & apertam cesserit & concesserit Domino G. Primo, sint elapsi anni plures, quam centum & octuaginta,

Et ab eo tempore, quo Domina W. ejusque maritus generosus & nobilis Dominus S. Comes in L. Baroniam controversam, tanquam Dominæ W. per obitum patris sui Domini G. Secundi, apertam Domino F. ejus patruo cessit, concessit & refutavit, sint elapsi plures, quam septuaginta anni.

Ex prædictis sequitur, quòd etiam per hoc satis sufficienterque probetur, quòd Episcopus Monasteriensis hisce actibus atque instrumentis desuper confectis consenserit, & ad eos consensum suum præstiterit, quodque eam ob caussam etiam verba enunciativa illorum actuum & instrumentorum, quòd videlicet Baronia controversa bis ad fœminas transierit, & ad fœminas pertinuerit contra Episcopum Monasteriensem plenam & indubitatam fidem faciant.

Trigesimo secundò, verba † enuncia- 160
tiva prolata in judiciis etiam incidenter & propter aliud præsertim post litem contestatam plenam fidem faciunt, *Bart. l. ex hac scriptura circ. fin. ff. de donat.*

Sed illa verba enunciativa, posita in instrumento incip. Jch Godert von Borckelo/ sub dato anno 1397. die Martis post conceptionis Mariæ, quòd videlicet Baronia controversa a Domina H. fuerit devoluta ad Dominum G. Baronem in B. sunt prolata in judicio, prout hoc ex inspectione illius instrumenti liquet.

Igitur etiam ex hoc sequitur, ista verba, etiamsi essent censenda verba enunciativa, & incidenter propter aliud emissa, plenam fidem facere, quòd Baronia in B. ad Dominam H. pertinuerit.

Trigesimo tertiò, Relativi † quis vel 161
quod illa natura est, ut ponatur declarativè, *Bart. l. omnes populi, num. 1. & ibi Paul. Castr. num. 2. Ioann. Crot. in repetit. num. 1. arg. illius text. ff. de justit. & jur. Bart. l. cunctos populos. num. 1. & ibi Signor. de Homode. Paul. Castrens. num. 1. C. de summ. Trinitat. & fide catholica. Ias. §. omnium num. 24. & ibi Benincas. num. 113. Instit. de action. Ang. §. jus autem civile. num. 1. & ibi Anton. Caius in addit. Aldobrand. num. 5. arg. illius text. Instit. de jur. naturali gent. & civil.*

Ex quo infertur, licet in instrumento incip. Jck Frederich Herr tho Borckelo/ sub dato anno 1490. die Saturni post Dominicam Lætare, dicatur, Desglicken vnne oiren vederlichen Naeladt/ so oit nha Tode des vorigen mynes leuen Bruders Gißbarts an den

Herr

Herrschappen Bronckhorst vnd Borckelo ghegestoruen vnd angeeruet ist / illud tamen Relativum, So / in isto textu positum, declarativè positum censeri atque declarare, quòd tota Baronia in B. & in C. quas Dominus G. Secundus, post se reliquit tit. hæreditario fuerit delata & acquisita Dominæ W. filiæ G. Secundi.

161 Trigesimo quartò, Relati † quis vel qui ea natura est, ut junctum verbum præsentis vel præteriti temporis ponatur demonstrativè, *l. Stichum, qui meus erit, & ibi Bart. & Dd. ff. de legat. 1. Ang. §. jus autem civile. num. 1 Instit. de jure natur. gent. & civil.*

Sed in præallegato instrumento Relativum, So / sive Qui, est adjunctum verbo præteriti temporis, sicut hoc patet ex illis verbis, Ghogestoruen vnd angeeruet / quæ sunt verba præteriti temporis.

Igitur sequitur, Relativum, So / sivè Qui, positum in isto instrumento, demonstrativè positum censeri atq; demonstrare, quòd tota Baronia in B. quam Dominus G. tempore vitæ suæ habuit, possedit, & moriens post se reliquit, Dominæ W. filiæ illius G. Secundi, delata & acquisita fuerit.

162 Trigesimo quintò, Relativum est † rei præcedentis repræsentativum, *Benincas. §. omnium. num. 114. Instit. de action.*

Et confirmatur ex eo, namque Relatum inest referenti cum omnib. suis qualitatibus, *l. asse toto, & ibi Bart. & Imol. ff. de hæred. instit. l. institutio tali. ff. de condit. instit. l. si ita scripsero. ff. de condit. & demonstrat. l. ait Prætor. §. 1. & ibi Dd. ff. de re judic. l. si prior, & ibi Bald. ff. solut. matr. Bart. l. 1. ff. de receptator. cum multis similibus allegat. per Tiraquell. in tractat. de legib. connub. gloss. num. 182. & 183.*

Præterea quoque natura Relationis est natura veritatis, & Relatum inest referenti verè & propriè, *Bald. conf. 212. lib. 5. Ias. l. ait prætor. §. 1. num. 5. ff. de re judic. Ias. l. ubi autem. §. illud. num. 2. versic. quartò singulariter. ff. de verbor. obligat.*

Deinde etiam Relativum regulariter facit relationem veram, *Bart. l. Iulianus arg. illius text. ff. de hæred. instit.*

Igitur sequitur, Relativum positum in dicto instrumento cum omnibus illis, quæ sub isto Relativo comprehenduntur, repræsentare suum præcedens, nempe illa verba, Oiren vederlichen Naelaedt / atque horum verborum hunc sensum esse, ut Dominus G. Secundus, post se reliquerit totam Baroniam in B. illamque jure successionis transtulerit ad filiam suam W.

163 Trigesimo sextò, licet † Relativum quis vel qui, interdum illam naturam & proprietatem habeat, ut ponatur restrictivè, *l. ea tamen adjectio, & ibi Bart. ff. de legat. 3. l. hæres meus. §. uxori. ff. eod. tit. l. nam quod. §. fin. ff. de penu. leg. l. & filiæ. §. testator. & §. Titia. ff. de aliment. & cibar. legat. Bart. l. omnes populi. num. 1. & ibi Paul. Castrens. num. 2. Ioan. Crot. in repet. num. 1. ff. de justit. & jur. Bart. l. cunctos populos. num. 1 & ibi Paul. Castrens. num. 1. Signor. de Homod. Ias. & Dd. C. de sum. Trinit. & fide cathol. Ias. §. omnium. num 23. & ibi Benincas. num. 123. Instit. de actio. Ang. §. jus autem civile. num. 1. & ibi Anton. Caius in addit. & Sylvest. Aldobrand. num. 5. Ias. de jur. natur. gent. & civil. Alex. conf. 23. num. 13. lib. 5. conf. 204. num. 19. lib. 6. conf. 14. num. 1. lib. 7. Ias. conf. 97. lib. 1.*

Attamen hoc non habet locum eo casu, quando illa qualitas, quæ per Relativum adjicitur, cuilibet de antecedenti competit. Tunc enim Relativum nunquam ponitur restrictivè, sed semper declarativè, prout hoc tradunt omnes Dd. in locis allegatis suprà in trigesima tertia ratione decidendi.

Similiter hoc non habet locum eo casu, quando Relativum ponitur cum copula. Tunc enim Relativum semper ponitur augmentativè sive extensivè, *l. ea tamen adjectio, & ibi Bart. ff. de legat. 3. Bart. l omnes populi. num. 2. & ibi Paul. Castrens. & Ioann. Crot. ff. de justit. & jur. Bart. l. cunctos populos. num. 1. & ibi Paul. Castr. num. 1. Signor. de Homod. & Ias. C. de summ. Trinit. & fide cathol. Ias. §. omnium. nu. 24. & ibi Benincas. num. 113. Instit. de action. Ang. §. jus autem civile. num. 1. & ibi Anton. Caius in addit. & Sylvest. Aldobrand. num. 5. Instit. de jur. nat. gent. & civil.*

Eodem quoque jure utimur, quando in dispositione aliqua positum est duplex Relativum, unum cum copula, alterum sine copula. Tunc enim propter Relativum positum cum copula utrumque Relativum augmentativè positum censeri debet, *Mart. Laud. l. omnes populi. chart. 3. ff. de justit. & jur. Ias. d. l. cunctos populos. lect. 1. num. 5. C. de summ. Trinit. & fide cathol. Ias. conf. 97. lib. 1.*

Idem quoque juris est, quando secundum Relativum, cui copula adjectum est, non est

non est quidem expressum, sed tantùm tacitè subintelligitur. Tunc enim similiter Relativum augmentativè positum censetur, *Ias. cons. 97. num. 3. lib. 1.*

Deinde etiam Relativum semper & indistinctè ponitur demonstrativè eo casu, quando subjecta materia hoc suadet, prout hoc tradit *Ang. §. jus autem civile num. 1. circ. fin. Instit. de jure natural. gent. & civil.*

Sed in casu præsenti illa qualitas adjecta relativè nempe, Thogestorven vnd angeerut/ competit cuilibet de antecedenti nempe, Beuerlichen Nachlot / cùm sit certum, quòd omnia omninò bona, quæ Baro G. Secundus, post se reliquit, & inter cætera Baronia in B. ad Dominam W. tanquam filiam & hæredem unicum devoluta & translata fuerint.

Deinde etiam illa verba posita in illa transactione, So er thogestorven vnd angeervet/ hanc tacitam subauditionem & significationem habent. So er thogestorven/vnd so ihr angeervet / & secundum Relativum juncta copula saltem tacitè subintelligitur.

Subjecta quoque materia in casu præsenti suadet, ad illud Relativum, So/ ponatur demonstrativè, cùm nulla ratio assignari possit, cur magis una pars Baroniæ controversæ ad Dominam W. devoluta fuerit, quam alia.

Igitur etiam ex hoc capite sequitur, quòd Relativum in prædicta transactione positum, sit positum declarativè, demonstrativè, vel augmentativè, & sic quòd per illam transactionem satis sufficienterque probetur, quòd Baronia in B. post obitum G. Secundi, ad ejus filiam Dominam W. transierit, & devoluta fuerit.

164 Trigesimo septimò, Relativum † quis vel qui, antecedens suum interdum restringat. Attamen illud, ad quod antecedens restringitur, & dispositivè ponitur, & si enunciativè positum fuerit, probatur, *Alex. cons. 224. num. 19. lib. 6.*

Ex quo infertur, etiamsi in casu præsenti illud Relativum, So / poneretur restrictivè, quod tamen per illam dispositionem istius transactionis satis sufficienterque probaretur, quòd Dominus G. Secundus, Baro in B. & Baroniam in B. post se reliquisset, & ad filiam suam Dominam W. transtulisset.

Trigesimo octavò, Relativum † ponitur & demonstrativè, & positivè, & dispositivè eo casu, quando illud, ad quod vel Relativum refertur, vel quod Relativum comprehendit, est quidem per se incertum, sed aliundè certificatur sive certificari potest, sicut hoc satis probatur per id, quod Dd. communiter tradunt. Si quis alteri concesserit illud jus, quod ipse in castro vel fundo aliquo habet, sive quicquid juris concedens in castro vel fundo aliquo habet, si aliunde constet de isto jure, quod concedens in isto castro sive fundo habet concedentem, intelligi totum illud jus concessisse, prout hoc tradit *Dyn. Bart. Ang. Imol. Paul. Castrens. Alex. Petr. de Belvis. Ias. & Dd. l. si sic. §. 1. ff. de legat. 1. Oldr. cons. 163. Specul. in tit. de locat. §. nunc aliqua. versic. 58. & versic. 71. Alber. de Rosat. Ang. Alex. Francisc. Aretin. & Ias. l. locus. ff. de acquir. possess. Bald. l. quod si in venditione arg. illius text. ff. de hered. & actione vendita. Paul Castrens. l. 3. C. de falsa caussa adject. legat. Alex. cons. 28. num. 7. lib. 1. cons. 14 num. 7. cons. 182. num. 9. lib. 2. Fabian. de Monte in tractat. de empt. & vendit. sexta quæst. princip. vers. circa sextum.* 165

Idem quoque juris est, si transactio, vel alius contractus, cui Relativum insertum est, sit quidem incertus tam respectu antecedentis quam respectu illius, quod per Relativum exprimitur, nec etiam aliundè certificari possit, sed traditio vel quasi transactionem vel contractum subsecuta sit certa. Tunc enim Relativum similiter declarativè, sive demonstrativè positum censetur, sicut hoc satis probatur per id, quod Dd. in simili tradunt, si is, qui alteri vendidit vel concessit illud jus, quod ipse in castro vel fundo aliquo habet, sive quicquid juris ipse in fundo vel castro aliquo habet, postea totum castrum vel totum fundum tradiderit per hanc traditionem subsequentem, verba incerta contractus præcedentis ita declarari, ut perinde habetur, atque si ab initio totum castrum vel totus fundus venditus vel concessus fuisset, prout hoc tradit *Bart. & Alex. l. totus. ff. de acquirend. possess. Alex. l. si sic. §. e. & ibi Ias. num. 20. ff. de legat. 1.*

Et confirmatur ex eo, namq; † regulariter 166 & quilibet actus atq; contract⁹ per traditionem, solutionem, vel aliam adimpletionem subsequentem interpretationem & declarationē recipit, *Bal. l. si ex majore. C. de except. Ias. l. fi.*

l. si de certa. num. 3. C. de transaction. Et animus præcedens declaratur ex posterioribus gestis, *l. concubinam. §. res amotas. ff. rerum amotarum. l. sed & Iulianus. §. interdum. & §. proinde. ff. ad Senatusconsult. Maced. l. cùm quis circ. fin. C. de natur. liber. Florian. l. si servus plurium. §. fin. & ibi Ias. num. 4. ff. de legat. 1.*

Deinde etiam præcedentia ex sequentibus declarationem recipiunt, *l. si servus plurium. §. final. & ibi Ias. & Doctores. ff. de legat. 1.*

Sicut & è converso præcedentia declarant sequentia, *Bald. Imol. & Moder. l. si coheredi. §. si quis discretas. arg. illius text. ff. de vulgar. & pupill. Bald. l. legatorum petitio. §. fin. arg. illius text. ff. de legat. 2. facit text. l. si cùm fundum. ff. de verb. signific.*

Et una particula, clausula vel capitulum instrumenti ab iis, quæ in alia clausula, particula vel capitulo instrumenti posita sunt, interpretationem & declarationem recipit, *l. qui filiabus in princ. & ibi Bart. Ias. & Dd. ff. de legat. 1. l. utrum, & ibi Bald. & Dd. ff. de petit. hæredit. Bald. c. secundò requirit. col. ultim. extr. de appellat. Bald. l. omnes populi. col. 15. ff. de justit. & jur. Ias. l. si quis ex argentarijs. §. si initium. num. 11. arg. illius text. ff. de edendo.*

Sed ex suprà deductis liquet atq; patet, ista verba posita in instrumento incipiente: Ich Frederich Herr tho Brunckhorst / sub dato Anno 1490. die Saturni post Dominicam Lætare, nempe, Desgelicken vnne oeten vederlichen Raeladt / so eit nha Tode des vorgeschrieuen mynes leuen Bruders Gisberts an den Herrschappen Bronckhorst vnd Borckelo thogestoruen vnd angeeruet is / satis sufficienterque probare, quòd Dominus G. Secundus, Baro in B. & C. & totam Baroniam in B. post se reliquerit, & ad filiam suam Dominam W. jure successionis transtulerit.

Et posito, in illis verbis aliquid obscuri vel ambigui subesse, Attamen illa verba declarantur per instrumentum investituræ, incipiens: Wie Henrick von Godes Gnaden Bisschop tho Münster / sub dato Anno 1477. die Jovis post Scholasticæ. Ex quo instrumento clarè liquet, quòd tota Baronia in B. ad Dominum G. Secundum pertinuerit, quodqud Dominus G. Secundus, de tota Baronia controversa solus investitus fuerit.

Deinde etiam ex literis reversalibus incipientibus: Wie Frederick Herr tho Brunckhorst / quarum primæ sunt conscriptæ anno 1490. die Dominica post Ursulæ, Alteræ verò sunt conscriptæ anno 1500. die Lunæ post S. Thomæ Cantuariensis, Nec non ex literis investituræ incipientibus: Wie Conradt von Godes Gnaden / sub dato anno 1500. die Lunæ post S. Thomæ Cantuariensis festum liquet atque patet, quòd post dictam transactionem sive contractum Domina W. Domino F. patruo suo tradiderit totam Baroniam controversam, quodque Dominus F. Baro in B. & totius Baroniæ controversæ possessionem adeptus, & de tota Baronia controversa investitus fuerit.

Ex qua traditione & investitura subsequente prædicta verba contractus & transactionis præcedentes ita declarantur, quòd ista verba ita intelligenda sint, quòd Dominus G. Secundus, totam Baroniam controversam ad filiam suam Dominam W. jure successionis transtulerit, quodque Domina W. illam Baroniam rursus concesserit patruo suo Domino F.

Præterea quoque in prædicta transactione sive contractu actum & conventum est, si contigerit, Dominum F. Baronem in B. & C. ejusque descendentes absque hæredibus ex corpore illius vel illorum descendentibus decedere, quòd tunc Baroniæ in B. & C. totæ & integraliter jure successionis devolvi & pervenire debeant ad Dominam W. ejusque liberos.

Ex quo pacto sive clausula in eodem instrumento posita satis liquet, prædictam clausulam positam in principio illius instrumenti taliter declarari, quòd illa clausula prima sit intelligenda de tota Baronia in B. atque hunc habeat sensum, quòd per mortem Baronis G. Secundi, tota Baronia controversa transierit ad Dominam W. filiam illius unicam, quodque Domina W. illam Baroniam vicissim patruo suo cesserit & concesserit.

Et sic ex hisce omnibus liquet atque patet per prædictum instrumentum incipiens: Ich Frederich Herr tho Brunckhorst / sub dato anno 1490. die Saturni post Lætare satis superque probari, quòd per obitum Baronis G. Secundi, Baronia controversa ad Dominam W. ejus filiam transierit, eique acquisita fuerit.

Trigesimo nonò, licet res inter † alios acta aliis non præjudicet, *l. si unus. §. ante omnia, & ibi Ias. & Dd. ff. de pactis. l. Modestinus. ff. de exceptio. l. 2. & toto tit. C. res inter alios acta. c. inter dilectos extr. de fide inst. l. 1. C. de transact. l. Imperatores, in pr. & ibi Bal. & in l. si ff. eod. tit.* 167

Attamen is actus, cui aliquis tacitè vel expressè consensit, res inter alios acta dici, censeri vel reputari nequit.

168 Namque clari juris est, quòd † à pari præcedant actum celebrare, & ei consentire, *Bart. l. cùm pater §. libertis arg. illius text. ff. de legat. 2. Bald. cons. 319. dub. 8. lib. 4. Bald. l. quoties ab omnibus notab. 5. arg. illius text. C. de fidei commiss. Tiraquell. in tractat. de utroq; retract. part. 1. §. 1. gloss. 9. num. 135.*

Quodque is, qui actui consensit, perinde habeatur, atque si is illum actum celebrasset, *l. & sic. ff. solut. matr. l. in ædib. §. quòd si filius. ff. de donat. Alber de Rosat. l. jubemus in fin. C. ad Senatusconsult. Vellejan. Tiraqn. in tractat. de utroq; retract. part. 1 §. 1. gloss. 9. num. 137. circ. fin. Tiraquell. repet. l. si unquam verb. donatione largitus. num 349. C. de revocan. donationib. facit text. l. si consentiente. C. de donat. ante nupt.*

Similiter quoque clari juris est, quòd is,
169 qui † actui consensit, illum ulterius impugnare nequeat, *l. si fundum per fideicommissum, & ibi Bart. ff. de legat. 1. l. nihil. §. final. & ibi Alber. de Rosat. ff. de legat. 1. l. quidam ex parte. ff. de evictio. l. mater. C. de rei vend. l. cùm quidam. C. de administr. tutor. l. fidejussor. §. pater. ff. de pignor. l. si debitor. ff. quib. mod. pign. c. pastoralis extr. de donat. cum multis similibus allegatis per Tiraquell. repet. l. si unquam verb. donatione largitus. nu. 348. C. de revov. donat. Tiraquell. in tractat. de utroq; retract. part. 1. §. gloss. 9. num. 137.*

170 Deinde quoque illa regula, quòd † res inter alios acta, aliis non noceat neq; præjudicet, non habet locum eo casu, quando agitur de consuetudine vel introducenda vel introducta probanda, tunc enim res inter alios acta, aliis indistinctè nocet & præjudicet, *Bart. l. de quibus. lect. 2. quæst. 4 princip. num. 21. ff. de ll. Roch. Curt. in tractat. de consuetud. nu. 575.*

Et confirmatur per id, quòd Dd. communiter tradunt per lapsum longi temporis juncta actuum frequentia, consuetudinem introduci non tantùm adversus præsentes, sed etiam adversus absentes, & sic adversus illos, cum quibus res gesta non est, *Bart. rep. l. de quibus. num. 14. ff. de ll. Bart l. 2. num. 16. C. quæ sit long. consuetud. Ang. §. ex non scripto. num. 10. Instit. de natur. gent. & civil Corn. consil. 293. lib. 1. cons. 155. & cons. 268. lib. 4. Cravett. in tractat de antiquit. temp. part. 4. §. transeo nunc ad quartam. num. 9.*

Sed ex supra dictis liquet atque patet, quòd Episcopus Monasteriensis & præfatis instrumentis, & omnibus actis sive gestis, de quibus in illis instrumentis fit mentio, consenserit, eaque probaverit & ratificaverit.

Igitur sequitur, dici vel prætendi non posse illa instrumenta, de quibus in casu præsenti agitur, item & actus in illis comprehensos res inter alios actas. Sed illa instrumenta & actus in illis contentos perinde & haberi, & Episcopo Monasteriensi præjudicare, atque si illi actus gesti, & instrumenta confecta fuissent cum Episcopo Monasteriensi.

Et cùm in præsenti casu agatur de probanda tali consuetudine, quòd in Episcopatu Monasteriensi ad successionẽ omnium feudorum, & inter cætera ad Baroniam controversam etiam fœminæ, & descendentes ex fœminis admittantur & admitti debeant.

Ex prædictis liquet, illa instrumenta contra Episcopum Monasteriensem plenam fidem facere, etiamsi dici posset, illa instrumenta res inter actos actas esse.

Quadragesimò, duo † actus notabiles, 171
& qui verisimiliter provenerunt ad noticiam vel totius populi, vel majoris partus illius loci, sive provinciæ, in quo loco sive provincia illi actus celebrati fuère, ad consuetudinem inducendam sufficiunt, prout hoc latè docui in priori consilio in hac causa reddito nempe in secunda ratione decidendi.

Et hoc habet locum sive † illi actus, de 172
quibus agitur, sint judiciales sive extrajudiciales. Namq; etiam per duos actus extrajudiciales sive extra judicium celebratos, consuetudo inducitur, *gloss. c. frustra. dist. 8. Ioann. Andr. Card. Flor. Anton. de Butr. & & Imol. c. fin. & ibi Abb. num. 16. extr. de consuetud. Bart. l. de quibus in lect. num. 13. & in repetit. num 18. & ibi Ias. num. 51. ff. de ll. Bart. l. 2. num. 19. C. quæ sit long. consuetud. Bart. l. semper in stipulationibus ff. de reg. jur. Bald. cons. 210. col. 2 lib. 1. Abb. c. Abbate. l. Sylvani. num. 13. extr. de verb. significat. Abb. cons. 73. col. pen. dub. 3. lib. 1. Cæpol. cons. 31. Ang. §. ex non scripto. nu. 16. Instit. de jur. natur. gent. & civil. Socin. cons. 99. col. 2. lib. 7. Ias. cons. 46. col. 2. lib. 1. Corn. cons. 293. nu. 19. lib. 1. cons. 73. nu 9. lib. 2. cons. 179. col. 2. lib. 3. cons. 155. lib. 4. Crav. cons. 55. col. 2. in fi. Cravet. in tract. de antiq. temp. par. 4. §. transeo nunc ad quartum. num. 33.*

Et licet in hoc contrarium teneant aliqui Dd. volentes, ad consuetudinem introducendam requiri & actus judiciales, & quòd illa consuetudo in judicio contradictorio obtenta fuerit, *gloss. §. ex non scripto. Instit.*

Instit. de jur. natur. gent. & civil. gloss. Rub. C. quæ sit longa consuetudo. Alex. cons. 122. lib. 1. cons. 136. num. 20. lib. 2. cons. 173. lib. 6. Fr. de Rampon. inter cons. Calderini. cons. 6. col. 2. ante med. cit. de censib. Petr. de Ancb. cons. 178. col fin. Ang. cons. 367. col. 3 circ. princ. Curt. in tract. feud par. 4. quæst 30.

Attamen præcedens opinio & verior & communior est, prout præcedentem opinionem communem esse attestatur *Socin. cons. 99. col. 2. lib. 1.* & eam magis communem esse affirmat, *Aym. Cravet. in tractat. de antiqui. temp. par. 4. §. transeo nunc ad quartam. nu. 23.*

173 Deinde etiam per † actus tàm judiciales, quam extrajudiciales consuetudo inducitur, sive illi actus sint legitimi, sive illegitimi, *Bald. l. de quibus. num. 15 ff. de ll. sive per se valids sive per se nulli. Barc. l. de quib. in lect. nu. 14. & in rep. nu. 17. & ibi Bald nu. 16 ff. d. ll. Bart. l. 2. num. 23. C. quæ sit long. consuet. Ang. §. ex non scripto. nu. 17. & 18. Inst. de jur. nat. gent. & civil. Tiraq. in tract. de primog. quæstio. 94.*

174 Sive puri † sive conditionales, *Bald. d. l. de quibus. nu. 19. Ang. d. § ex non scripto. num. 10.* item sive illi actus fuerint gesti ex certa scientia sive per errorem consensum non excludentem, *Bart. l 2. num. 21. C. quæ sit long consuet. Abb. c. fin. num. 12. extr. de consuetud. Ias. d. l. de quibus. num. 55.*

175 Item sive hi † actus fuerint mandati executioni & effectũ suum sortiri sive non, *Barc. d. l. de quib. in rep. nu. 17. Bart. l 2. nu. 24. C. quæ sit longa consuet. Ang d. §. ex non scripto. num. 22.*

176 Præterea etiam per † duos actus extrajudiciales consuetudo indistinctè introducitur, etiamsi hi actus fuerint gesti vel celebrati, & ab hominibus penitus privatis, & ab iis, qui non habent potestatem condendi legem vel statutum, *Bart. l. 2. nu. 13. C. quæ sit long. consuet. Roch. Curt. rep. c. fin. chart. 16. vers. terciò quæritur. lim. 4. & vers. octavò quæro. extr. de consuet. Tiraq. in tract. de primogen. quæst. 15 & quæst. 16. nu. 8.*

177 Et licet aliqui Dd. ad † consuetudinem introducendam hoc requirant, ut illi actus, per quos consuetudo introducitur, fuerint celebrati interveniente contradictione adversarii saltem extrajudiciali, *Ang. §. ex non scripto. nu. 19. Inst de jur. naturali gent. & civil. Alex. cons. 6. lib. 5. cons. 173. lib. 6.*

Attamen in hoc contrarium tenent Dd. communiter volentes, per duos actus etiam extrajudiciales consuetudinem indistinctè introduci, etiamsi contradictio partis adversæ non intervenerit, *Bald. l 2. num. 20. C. quæ sit long. consuet. Abb. c. Abbate S. Sylv. extr. de verb signific. Paul. Cast. l de quibus. col. 2. ff. de legib. Corn. cons. 293. col 3. lib. 1. Guid. Pap. cons. 13 1. nu. 4. Roch. Curt. rep. c. fin. num. 362. extr. de consuetud.*

Illamque opinionem communem esse attestatur, *Paul. Castr. Corn. & Roch. Curtius in locis præallegatis.*

Et per hosce actus † extrajudiciales consuetudo introducitur, etiamsi illi qui hosce actus celebrarunt, careant & titulo & bona fide, *Abb. c. fin. extr. de consuetud. Abb. c. cum Ecclesia Sutrina. nu. 45. extr. de causa possess. & propr. Abb. c. super quibusdam. nu. 19. extr. de verb. sign. Ang. l. de quib. & ibi Ias. nu 43 & 49. ff. de ll. Calder. cons. fin. tit. de consuet. Ægidius Belle. cons. 7. col. pen. cons. 31. in fin cons. 41. col. pen. in fine. Alex. cons. 124. lib. 4. cons. 6. lib. 5. Dec. cons. 134. Dec. rubr. num. 2. extr. de consuet. Cravett. in tract. de antiquit. temp. part. 4. § transeo nunc ad quartam. num. 16. Abb. c. certificari. nu. 5 extr. de sepultur. Archid. Ioan Andr. & Phil. Franc. c. 1. de præscript. lib. 6. Bald. rep l 1. col. 8. C de emancipat. liber. Bald. in tit. de pace constit. verb. Romanorum. col. 3. vers. & scias. Fr. Balb. in tract. de præscript. par. 1. quæst. 10. nu. 5. 6. & 7.* 178

Illaque opinio verior & communior est, licet quoad hoc contrarium, sed malè teneat *Alex. cons. 136. nu. 10. lib. 2.*

Similiter per hosce actus etiam † extrajudiciales consuetudo indistinctè introducitur, etiamsi in inducenda illa consuetudine non intervenerit vel consensus vel authoritas superioris, *gl. c. in istis. §. leges. dist. 4. gl. c frustra dist 8. Ioan. Andr. Ant. de Butr. Card. Floren. & Ioan. de Imol. c. fin. & ibi Abb nu. 13. extr. de consuetudine Ioan. Fabr. §. ex non script. num. 8. Instit. de jur. natur. gent. & civil. Cornel. cons. 155. num. 3. cons. 268. num. 15. lib. 4.* vel scientia & patientia adversarii, *Alex. cons. 6. lib. 1. cons. 16. col. 4. lib. 5. Franc. Balb. in tract. de præscript. par. 1. nu. 8.* 179

Et licet ad consuetudinem † inducendam requiratur, ut illi actus, per quos consuetudo introducitur, fuerint celebrati animo introducendi consuetudinem, *gl. c. consuetudo dist. 1. gl. c. frustra. distinct. 8. Abb. c. fin. num. 17. extr. de consuetud. Ioan. Fabr. d §. ex non scripto. nu. 6. Dec. cons. 215. Decius c. cum accessissent. nu. 17. vers. quintò intelligitur. extr. de constituc. Card. Paris. cons. 27 nu. 40. lib. 1.* 180

181 Attamen eo ipso, quod † probatur actuum frequentia duos nempe actus gestos & celebratos unà cum diuturnitate temporis, præsumitur illos actus gestos & celebratos animo consuetudinem inducendi, ita ut hoc ulterius probare necesse non sit, *Ioan. Fabr. §. ex non scripto. num. 6. Inst. de jur. natur. gent. & civil. Guid. Pap. conf. 131. num. 4.*

182 Præterea, etiam licet † ad consuetudinem inducendam requiratur tacitus consensus populi, *§. ex non scripto. & ibi Dd. Inst. de jur. natur. gent. & civil. l. de quib. ff. de ll. Bart. l. 2. nu. 17. C. quæ sit long. consuet. Abb. c. fin. num. 12. extr. de consuet. Corn. cons. 279. num. 3. lib. 3. cons. 296. nu 5. lib. 4. Fr. Balb. in tract. de præscript. par. 1. quæst. 10. nu. 2.*

183 Attamen hic consensus † populi eo ipso probatur, quod fides sit, illos actus palam & publicè gestos, nec ex adverso docetur, populum hisce actibus contradixisse vel hosce actus impugnasse, *Bart. rept. l. de quib. num. 21. ff. de ll. Bart. l. 2. num. 14. C. quæ sit long. consuet. Guido Pap. cons. 131. num. 4. Roch. Curt. rep. c. fin. num. 338. vers. quartò limita. & nu. 395. extr. de consuet. Tiraq. in tract. de primog. quæst. 15. & quæst. 16. nu. 8.*

Et hoc potissimum procedit interveniente lapsu temporis longi vel longissimi, namque ex lapsu illius temporis absque omni dubio consensus populi ad consuetudinem introducendam necessarius intervenisse præsumitur, sicut hoc satis probatur per id, quod Dd. tradunt, ex lapsu temporis longi vel longissimi in actu aliquo intervenisse, præsumi, & consensum Papæ sive Imperatoris, *Francisc. Aret. cons. 36. Alex. cons. 101. col. 1. lib. 7. Fel. c. sicut. col. 19. extr. de sent. & re judic. Ias. l. sciendum. col. 7. ff. de verb. oblig. Ias. l. qui in aliena. col. 5. ff. de acquir. hæred. Dec. cons. 252. col. fin. cons. 409. col. 1. Capit. decis. 4. col. fin. Mant cons. 82. Aym. Cravett. in tract. de antiquit. temp. par. 3. §. vidimus in genere. nu. 27. & 31. Anton. Gabr. in tract. regul. lib. 1. tit. de præsumpt. conclus. 1. nu. 7. & num. 48.*

Et consensum Episcopi, *Imol. c. officii. col. 13. extr. de testamentis. Rom. l. sciendum. col. 9. vers. tertiò, quid si appareat. & ibi Ias. col. 6. ff. de verb. oblig. Ias. l. si certis annis. col. 3. C. de pactis. Dec. l. 1. lect. 3. col. 8. C. qui admitti. Ias. l. qui in aliena. col. 5. ff. de acquir. hæred. Dec. cons. 174. col. 2. Rum. cons. 41. col. 1. lib. 1. cons. 108. col. 1. lib. 5. Aym. Cravett. in tract. de antiqui. temp. par. 3. §. vidimus in genere. num. 20. Anton. Gabriel. in tract. reg. lib. 1. tit. de præsumptio. conclus. 1. num. 6. ubi ipse multos alios. Dd. ad hoc citat.*

Et consensum Capituli, *Alex. cons. 45. col. fin. in fin. lib. 3. cons. 219. col. 4. lib. 6. Fel. c. sicut. col. 18. extr. de sentent. & re judic. Corn. cons. 348. col. pen. lib. 1. Socin. cons. 208. col. pen. & cons. 266. col. 26. lib. 2. Ias. l. sciendum. col. 6. vers. septimo facit. ff. de verb. obligat. Dec. l. 1. lect. 3. col. 8. C. qui admitti. Ruin. cons. 3. col. 11. lib. 1. Godzad. cons. 11. col. 3. Cravett. in tract. de antiquit. temp. par. 3. §. vidimus in genere. nu. 25. Anton. Gabr. in tract. reg. lib. 1. titul. de præsumpt. conclus. 1. num. 3.*

Et consensum Domini feudi, *Alex. cons. 113. col. pen lib. 4. cum multis similib. allegatis suprà.*

Et consensum patris, *Bald. l. si filius. arg. ill. text. C. de pet. hæred. Alex. cons. 79. col. 3. lib. 1. Barb. cons. 23. col. 2. Bart. rep. rub. chart. pen extr. de fide instrum. Barb. c. requisivisti. extr. de testam. Francisc. Aret. cons. 36. Dec. cons. 222. col pen. Corn. cons. 94. col. pen. in fin. lib. 2. Tiraq. in tract. de ll. connub. gl. 7. num. 40. Anton. Gabr. in tract. reg. lib. 1. tit. de præsumpt. conclus. 1. nu. 6.*

Et consensum omnium illorum, quorum consensus in actu aliquo necessarius sive requisitus est, *Bald. Ang. Imol. Fr. Aret. & Ias. l. qui in aliena, in princip. ff. de acquir. hæred. Ang. Imol. & Ias. l. sciendum. ff. de verb. oblig. Alexand. cons. 79. col. 3. lib. 1. Ias. l. si certis annis. col. 3. C. de pactis. Alexand. l. 2. §. voluntatem. col. 1. ff. solut. matrim. Fel. c. Albericus. col. fin. circ. fin. extr. de testib. Fel. c. nonne. col. 2. extr. de præsumptio. Godzad. cons. 73. col. 4. Hier. Grat. cons. 121. col. 2. lib. 2. Tiraq. in tract. de ll. connub. gl. 7. nu. 39. Anton. Gabr. in tract. conclus. lib. 1. tit. de præsumpt. conclus. 1. nu. 5.*

Et licet ad consuetudinem inducendam ultra actus requiratur etiam lapsus temporis, decem nempe annorum: attamen lapsum longi temporis ad hoc sufficere Dd. communiter tradunt, *gloss. §. ex non scripto, verbo diuturni. & ibi Ang. num. 10. Ioan. Fabr. num. 9. Instit. de jur. natur. gent. & civil. gl. l. de quibus. & ibi Bart. in lect. num. 9. & in repet. num. 14. Bal. num. 27. & Ias. num. 34. ff. de legib. gloss. rubr. & ibi Bald. C. quæ sit long. consuet. Bart. l. 2. num. 16. C. eod. tit. Abb. c. fin. num. 11. extr. de consuet. Aym. Cravett. in tract. de antiquit. temp. part. 4. §. transeamus ad quartam. nu. 7.*

Efficacior † verò ad consuetudinem inducendam est lapsus 40. annorum. 184

Namque

Namque per lapsum, illius temporis consuetudo inducitur non tantùm contra jus civile, sed etiam contra jus canonicum, *gl. Bald. & Abb. c. fin. extr. de consuet gl. c. fin. eo. tit. lib 6 gl. c. consuetudo dist. 1. Bart. & Dd. l. de quibus & ibi Ias. nu. 42. ff. de legib. Ioam. Fabr. §. ex non scripto. num. 9. Inst. de jur. natur. gent. & civili. Alex. cons. 5. col 3. lib. 5. Franc. Aret. cons. 44. post. princ. Cravett. in tract. de antiquit. temp. par. 4. §. transeo nunc ad quartam. num. 7.*

Etiamsi agatur de præjudicio Ecclesiæ. Namque nihilominus per lapsum 40. annorum talis consuetudo introduci potest, *Corn. cons. 293. lib. 1. Alex. cons. 63. num. 10 lib. 2. Ias. l. de quibus. nu. 47 ff. de legib.*

186 Efficacissimus verò est † ad consuetudinem introducendam lapsus illius temporis, cujus in contrarium memoria non extat. Namque per lapsum illius temporis consuetudo introduci potest in præjudicium Principis etiam summi, & superiorem non recognoscentis, *Anton. de Butr. & Immol. c. fin. & ibi Abb. nu 11. extr. de consuet. Alex. cons. . lib. 1. Ias. l. de quib num. 45. ff. de legib. Roch. Curt. rep. c. fin num. 297. extr. de consuet. fac. text. c. super. quibusdam §. præterea. extr. de verb. signific.*

Et consuetudo illius temporis, cujus in contrarium memoria non extat, cumque exclusa, sublata vel remota esse censetur, *Abb cons. 7. col. 5. & cons. 26. lib. 2. Petr. de Anchor. cons. 52. Cravett. cons. 51. num. 12. Natta consilio. 154 nu. 6. & 7. Covar. var. resol. rep. 13. nu. 5. lib. 5.* ubi ipse attestatur, hanc opinionem communiter receptam.

Et in consuetudine illius temporis, cujus in contrarium memoria non extat, probanda non requiritur, usque adeo exacta probatio sicut in alia consuetudine probanda requiritur, *Oldr. cons. 244. incip. quia tota col. 3. vers. tertiò ponitur. Oldrad. cons. 204 incip. ad objecta quæ fiunt. Roch Curt rep. c. fin. num 605. extr. de consuet.*

Sed ex instrumentis in casu præsenti productis & superius relatis, satis liquet atque patet, quod ad Baroniam controversam bis ex intervallo, & quidem longo fuerint admissæ fœminæ, quodque illa Baronia bis ad fœminas transierit, & ad illas pertinuerit.

Illique actus sint & admodum notabiles & publicè gesti, atque & ex qualitate illorum actuum, & ex cursu temporis non modò longissimi sed immemorialis, satis sufficienterque probatur, illos actus pervenisse, & ad noticiam omnium incolarum Episcopatus Monasteriensis, & cum consensu omnium incolarum celebratos.

Et à tempore primi actus sunt elapsi plus, quàm 170. anni à tempore verò secundi actus sunt elapsi plus quam 80. anni. Et sic liquet, in casu nostro ultra actuum frequentiam duos nempe actus adesse lapsum temporis immemorialis.

Igitur ex prædictis sequitur, etiamsi in casu præsenti constitutio Monasteriensis, qua cavetur, quod ad successionem omnium omninò feudorum deficientibus masculis fœminæ, & descendentes ex fœminis admitti debeant, locum non haberet.

Attamen per hosce duos actus juncto lapsu temporis immemorialis, absque omni dubio fuisse introductam talem consuetudinem in toto Episcopatu Monasteriensi, quod ad successionem feudorum non tantùm communium, sed etiam Baroniarum & similium fœminæ ad descendentes ex fœminis admitti debeant.

Quadragesimo primò, † consuetudo favorabilis latissimè interpretanda, & quantum fieri potest, extendenda est, *Immol. Anton. de Butr. c. dilecto. extr. de offic. Archid. Petr. de Anchor. c. si de possessione de reg. jur. lib. 6. Rom cons. 368. num. 13. Abb c. quod ad translationem ult. vocat. extr. de offic. legat. Fel. c. auditis. col. 11. extr. de præscript. Socin. c. cum contingat. col. 12. extr. de form. comper. Anton. Gabr. in tract. regal. lib. 5. tit. de præscript. conclus. 2. num. 15.* ubi ipse attestatur, eandem opinionem amplecti, *Fr. Balb.* in loco ab ipso citato, & hanc opinionem magis communem esse, idemque tenet *Cravett. in tract. de antiquit temp. par. 4. §. transeo nunc ad quartam. num. 48.* 187

Sed consuetudo admittens † fœminas, & descendentes ex fœminis ad successionem feudi, favorabilis est, sicut hoc in priori consilio in secunda ratione decidendi docui. 188

Igitur sequitur, hanc consuetudinem & latè interpretandam & quantum fieri potest, extendendam esse.

Quadragesimo secundò, quilibet actus ab † observantia postea secuta, declarationem recipit, *l. si de interpretatione & l. minimè ff de ll. c. cum dilectus. extr. de consuet. c. cum venissent. extr. de instit. Bald cons. 245. lib. 3. Paul. Castr. cons. 314. ad fin. & cons. 347 col fin. lib. 1. Socin. cons. 25. col. 9. cons. 145. col. 2. lib. 1. Socin. cons. 66. col. 4. & cons 68. col. penult. ad fin. lib.* 189

Et prædicta procedunt, etiamsi duo tantùm instrumenta antiqua continentia verba enunciativa adsint. Namque illa etiam contra tertium plenam probationem faciunt, non tantùm actus gesti, sed etiam per illos actus consuetudinis introductæ, *Francisc. Aret. c. cùm caussam, & ibi Felin. nu. 4. extr. de probat. Cravet. in tractat. de antiq. tempor. part. 1 §. ampliatur. num. 19.*

Multò verò magis hoc locum habet eo casu, quando plura quam duo instrumenta continentia verba enunciativa adsunt. Namq; per illa multò magis inducitur plena fides, non tantùm illorum actuum, de quibus in istis instrumentis enunciativè mentio fit, sed etiam consuetudinis per illos actus introductæ, *Socin. cons. 194. col. final cons. 266. col. 5. lib. 2. Hieron. de Mont. in tractat. de finib. cap. 60. num. 8. & 9.*

Sed in casu præsenti in tribus instrumentis antiquissimis saltem enunciativè narratur, & quidem principaliter propter se, nec non etiam per modum caussæ, sive causativè, quòd Baronia in B. pertinuerit & spectaverit ad Dominam H. quodque ea titulo hæreditario translata fuerit in Baronem G. à B.

Similiter in uno instrumento antiquissimo narratur, & principaliter & per modum caussæ, quòd Baronia in B. per obitum G. Secundi, transierit ad Dominam W.

Igitur sequitur, per ista instrumenta satis sufficienterque probari, quod Baronia controversa bis transierit jure successionis ad fœminas, & sic fuerit effecta feudum fœmineum, & sit tam ad fœminas, tam ad descendentes ex fœminis transmissibilis, quodque per illos duos actus in Episcopatu Monasteriensi, talis consuetudo introducta sit, quòd ad successionem feudorum etiam magnorum & regalem dignitatem annexam habentium, quales sunt Baroniæ, fœminæ, & descendentes ex fœminis, admittantur & admitti debeant.

149 Trigesimò, verba † enunciativa indistinctè plenam fidem & probationem faciunt contra illos, a quibus sive inter quos ista verba prolata sunt, *l. quidam. ff. de probation. l. optimam. C. de contrab. & commit. stipul. Socin. cons. 213. col. 4. lib. 2. cons. 68. col. 4. lib. 4. Dec. cons. 42. dub. 4. Alex. cons. 112. col. 1. lib. 6. Cravett. in tract. de antiquit. temp. part. 1. §. propositum nostrum. num. 19. Cravet. cons. 29. num. 1.*

Similiter, verba enunciativa non tantùm contra illos, inter quos res gesta est, sed etiam contra omnes omninò successores illorum indistinctè plenam fidem faciunt, *Bart. l. 1. §. si hæres. ff. ad Senatuscons. Trebell. Francisc. Aretin. cons. 112. Socin. cons 11. col. 1. cons. 13. col. 2. cons. 82. col. 2. lib. 3. Cravet. in tractat. de antiquit. tempor. part. 1. §. ampliatur num. 22. Cravet. cons. 29. num. 1.*

Quinimò, verba enunciativa etiam incidenter propter aliud emissa indistinctè faciunt fidem non tantùm contra illos, inter quos res gesta est, sed etiam contra omnes illos, qui isti actui consensêre, *Socin. cons. 266. num. 6. lib. 2. Cravet. in tractat. de antiquit. tempor. part. 1. §. propositum nostrum. num. 20.*

Sed Episcopus Monasteriensis consensit omnibus prædictis actibus, de quibus in prædictis instrumentis mentio fit.

Namque O. Episcopus Monasteriensis post illos actus, de quibus in tribus prioribus instrumentis mentio fit, Dominum G. Primum, qui per istos actus Baroniam controversam acquisivit, de Baronia controversa investivit, Anno 1406.

Similiter & post transactionem initam inter Dominum F. & Dominam W. Anno 1490. die Saturni post Dominicam Lætare, per quam transactionem Dominæ W. Baroniam controversam, quæ ipsi per obitum patris sui Domini G. Secundi, delata & acquisita fuit, concessit Domino F. atque in eum transtulit primò Episcopus Monasteriensis H. eodem anno Dominica post festum Ursulæ. Deinde Conradus Episcopus Monasteriensis anno 1500. die Lunæ post festum S. Thomæ Canturiensis Dominum F. de Baronia controversa investivit.

Et certum est, quòd per tales investituras Episcopi Monasteriensis illos contractus præcedentes, in quibus & dicitur, illam Baroniam ad fœminas pertinuisse, & primò Domino G. Primo, deinde verò Domino F. concessam fuisse, probaverint & ratificaverint, cùm per investituram a Domino feudi factam † inducatur, & consensus & 150 ratificatio sive approbatio Domini, *Iacob. de Belvis. Andr. de Isern. Alvarott. Mart. Laudens. Præpos. & Matth. de Afflict. c. 1. §. insuper de probibit. feud. alien. per Frider. Alex. cons. 79. num. 11. lib. 1. cons. 13. num. 17. lib. 6. Socin. cons. 66. col. 9. lib. 3. Zas. in tractat feud par. 10. num. 77. Hieron. Cratus cons. 2. dub. 2. lib. 2. Hieron. Schurff. cons. 28. num. 8. lib. 3.*

Deinde ille actus, de quo fit mentio in instrumento incipiente, Ich Godert von Borckelo / sub anno 1397. die Martis, post conceptio-

conceptionis Mariæ, est celebratus in Episcopatu Monasteriensi in judicio coram judice præsentibus præter contrahentes duobus Baronibus, sex Nobilibus, & aliis multis, & sic præsentibus plus quàm decem
151 hominibus cum † appellatione multorum
ad minimum, duo comprehendantur, *l. ubi num. 5. ff. de testib. c. pluralis locutio de reg. jur. lib. 6. Ias. l. licet Imperator. ff. de leg. 1.*

Præterea quoq; ex instrumento incip. Ich Henrich von Borckelo / sub dato anno 1398. feria sexta post Dominicam Lætare liquet, prædictum actum ratificasse & juri suo renunciasse H. Baronem à B. suamque uxorem J. & filium H.

Similiter & ille actus, de quo fit mentio in instrumento incip. Ick Frederich Hertho Brunckhorst / sub dato anno 1490. die Saturni post Dominicam Lætare, præter contrahentes est gestus præsentibus & scientibus duobus Comitibus, quinque Baronibus, uno Equite, & sex Nobilibus, nec non etiam approbante adhuc alio Barone.

Igitur sequitur, illos actus, de quibus in istis instrumentis mentio fit, in Episcopatu Monasteriensi palam & publicè gestos, nec non etiam manifestos & notorios fuisse.

152 Namque certum est, † illud quod fit
vel geritur in judicio sive coram judice, censeri palam & publicè gestum, *Bart. l. frater à fratre. num. 51. ff. de cond. indeb. Ias. l. pacta novissima. num. 9. C. de pactis. Imol. l. 1. §. fuit quæsitum. ff. ad Senatusconsult. Trebell. Alex. l. transactione. C. de transaction.*

Quinimò illud, quod fit in judicio, sive coram judice, notorium esse dicitur, *c. final. extr. de cohabit. Cleric. & mulier. cum similibus vulgaribus.*

153 Illud etiam, quod † coram pluribus fit,
publicè fieri censetur, *Panormit. c. statuimus. num. 7. extr. de maledicis.*

Et illud, quod decem homines sciunt, sive id, quod præsentibus vel scientibus decem hominibus gestum est, notorium esse & dicitur & censetur, *Cyn. l. ea quidem. C. de accusatio. Bald. l. si verò. §. qui pro rei, & ibi Ias. ff. qui satisdar. cogantur. Cyn. & Bald. l. de quibus. col. 1. ff. de legib. Panor. c. vestra. nu. 10. extr. de cohab. Cleric. & mulier. Corn. cons. 333. num. 20. lib. 1. Hieron. de Monte in tractat. de finib. cap. 56 nu. 12. Felin. c. cum oporteat. nu. 6. extr. de accusatio.*

154 Et illius, quod † publicum sive noto-
rium est in aliqua provincia, omnes omninò illi, qui in illa provincia sunt, notitiam habere præsumuntur, *c. 1. extr. de postul. Prælator. c quod dicitis. dist. 26. Clem. c. circ. fin. de concess. præbendæ. gloss. l. si tutor petitus, & ibi Bart. C. de petit. tutor. Ias. l. si per errorem. num. 11. & 12. ff. de jurisdict. omnium judic. Ias. §. si quis agens. num. 8. Instit. de action. Aym. Cravett. cons. 193. num. 7. lib. 1.*

Et confirmatur ex eo, namque † scien- 155
tia sive notitia ex facti, de quo agitur, qualitate arguitur & præsumitur, *c. quanto extr. de translat. Prælat. c. illud extr. de Cleric. excomm. Corn. cons. 258. col. 2. lib. 4. Cardin. Paris. cons. 111. num. 55. lib. 1. Aym. Cravet. cons. 168. num 5. lib. 1. Roland à Vall. cons. 19. lib. 1.*

Ex cursu quoq; † sive lapsu longi tem- 156
poris decem annorum nempe scientia præsumitur & probatur, *Salicet. l. authoritate. C. unde vi. Calder. cons. 15. col. 1. tit. de præbend. Raph. Cuma. cons. 162. col. penult. Dec. cons. 185. col. 6. Aym. Cravet. in tractat. de antiquit. tempor. part. 2. §. ex præmissis. num. 40. Laurent. Sylvan. cons. 96. num. 40.*

Et in casu præsenti ab eo die, quo primus actus celebratus est, elapsi sunt plures quam centum & septuaginta anni, ab eo verò die, quo secundus actus celebratus est, elapsi sunt octoginta anni.

Igitur sequitur, ex hisce satis sufficienterque probari, quòd utriusque actus Episcopi Monasteriensis notitiam & scientiam habuere.

Rursus ex hoc infertur, cùm hactenus probatum non fuerit, nec etiam probari unquam poterit, quòd Episcopi Monasterienses ante hanc litem motam illos actus vel impugnaverint, vel iis contradixerint, per hæc satis probari, quòd Episcopi Monasterienses illis actibus consenserint, atque ad illos actus consensum suum præstiterint.

Namque clari juris est, nec non etiam
à Dd. communiter traditum, ex † sola scien- 157
tia & patientia satis sufficienterque probari, quòd Dominus feudi contractum de feudo initum & approbaverit & ratum habuerit, & ei consenserit, *gloss. c. 1. in princ. verb. permissione, & ibi Iacob. de Belvis. Mart. Laud. Alvar. & Præpos. de prohib. feud. alien. per Lothar. Iacob. de Ardiz in summa tit. quib. mod. feud. amit. sub rubr. si dominus consentiat alienationi. Bald. c. 1. §. donare qualiter feud. olim. Alvarot. c. 1. §. fin. conclus. 32. & ibi Præpos. col. 5. vers. & sciendum, quæ fuit, prima caussa. Alvar. c. 1. §. præterea quib. mod. feud. amit.* ubi *Alvar.* attestatur, hanc opinionem communiter receptam esse, & idem tenet *Ias. l. quæ dotis. col. antepen. vers. decimus quartus. ff. solut. matr. Ias. l. si fundum per fideicommissum. col. 6. vers. similiter si*

vasallus. ff. de legat. 1. Ias. cons. 222. col. 7. lib. 2. Iacob. de S. Georg. in tractat. feud. verb. & cum pacto el. 3. nu. 4. Zas. in tract. feud. 9. part. nu. 31. Capit. decis. 156. nu. 23. Iacob. Leonhard. inter cons. Albert. Brun. cons. 114. nu. 344. Curt. in tractat. feud. 4. part. num. 137. ubi ipse similiter attestatur, hanc opinionem communiter receptam esse, eandem etiam opinionem amplectitur *Hieron. Schurff. cons. 38. lib. 2.* ubi ipse eodem modo dicit, hanc opinionem communem esse.

158 Et confirmatur ex eo. Namque in alienatione † emphyteusis, similiter tacitus consensus Domini sufficit, atque alienatio emphyteusis facta Domino præsente; & non contradicente perinde licita & valida reputatur, atque si Dominus in alienationem expresse consensisset, *Guilhelm. de Cugn. Alber. Panorm. Castrens. l. 1. §. scientiam. ff. de tributo. actio. Ioann. de Anan. cons. 90.*

Ulteriùs ex hoc infertur, quòd etiam propter hanc caussam, propter consensum nempe Episcopi Monasteriensis ex prædictis præsumptum & probatum, verba enunciativa illorum instrumentorum, quòd videlicet Baronia controversa ad fœminas & transitum fecerit & pertinuerit, contra Dominum Episcopum Monasteriensem plenam & indubitatam fidem faciat.

159 Trigesimo primò, ex lapsu † temporis longi vel longissimi præsumitur & probatur, consensum Domini intervenisse in contractu vel dispositione aliqua de feudo celebrata, *Alex. cons. 113. num. 11. lib. 4. Dec. cons. 185. col. pen. cons. 222. col. 4. vers. quarto. Ias. l. si certis annis. col. 3. in princ. C. de pactis. Ias. l. 1. col. 6. vers. quinto limita. C. qui admitti. Ias. cons. 175. col. 2. lib. 2. Ias. l. sciendum. num. 17. vers. sexto facit. ff. de verbor. obligat. Chessen. cons. 11. Albert. Brun. in tractat. de forma fol. 80. col. 3 Socin. jun. cons. 22. col. 4. lib. 1 Cravet. in tractat. de antiquit. temp. part. 3. §. vidimus in genere. num. 36. Tiraquell. in tractat. de ll. connub. gloss. 7. num. 41. Anton. Gabr. Roman. in tractat. conclus. lib. 1. tit. de præsumpt. conclus. 1. num. 2.*

Cùm itaq; ab eo tempore, quo G. Baro à B. ejusque patruus H. confessi fuêre, quòd Baronia in B. ad Dominam H. Baronissam in B. pertinuerit, quodque per obitum dicti Domini H. Baronia controversa fuerit delata & aperta Domino G. a B. Atque is Dominus G. illam Baroniam, tanquam sibi à Domina H. delatam & apertam cesserit & concesserit Domino G. Primo, sint elapsi anni plures, quàm centum & octuaginta, Et ab eo tempore, quo Domina W. ejusque maritus generosus & nobilis Dominus S. Comes in L. Baroniam controversam, tanquam Dominæ W. per obitum patris sui Domini G. Secundi, apertam Domino F. ejus patruo cessit, concessit & refutavit, sint elapsi plures, quam septuaginta anni.

Ex prædictis sequitur, quòd etiam per hoc satis sufficienterque probetur, quòd Episcopus Monasteriensis hisce actibus atque instrumentis desuper confectis consenserit, & ad eos consensum suum præstiterit, quodque eam ob caussam etiam verba enunciativa illorum actuum & instrumentorum, quòd videlicet Baronia controversa bis ad fœminas transierit, & ad fœminas pertinuerit contra Episcopum Monasteriensem plenam & indubitatam fidem faciant.

Trigesimo secundò, verba † enunciativa prolata in judiciis etiam incidenter & propter aliud præsertim post litem contestatam plenam fidem faciunt, *Bart. l. ex hac scriptura circ. fin. ff. de donat.* 160

Sed illa verba enunciativa, posita in instrumento incip. Jch Godert von Borckelo/ sub dato anno 1397. die Martis post conceptionis Mariæ, quòd videlicet Baronia controversa a Domina H. fuerit devoluta ad Dominum G. Baronem in B. sunt prolata in judicio, prout hoc ex inspectione illius instrumenti liquet.

Igitur etiam ex hoc sequitur, ista verba, etiamsi essent censenda verba enunciativa, & incidenter propter aliud emissa, plenam fidem facere, quòd Baronia in B. ad Dominam H. pertinuerit.

Trigesimo tertiò, Relativi † quis vel 161
quod illa natura est, ut ponatur declarativè, *Bart. l. omnes populi, num. 1. & ibi Paul. Castr. num. 2. Ioann. Crot. in repetit. num. 1. arg. illius text. ff. de justit. & jur. Bart. l. cunctos populos. num. 1. & ibi Signor. de Homode. Paul. Castrens. num. 1. C. de summ. Trinitat. & fide catholica. Ias. §. omnium. num. 24. & ibi Benincas. num. 113. Instit. de action. Ang. §. jus autem civile. num. 1. & ibi Anton. Caius in addit. Aldobrand. num. 5. arg. illius text. Instit. de jur. naturali gent. & civil.*

Ex quo infertur, licet in instrumento incip. Jck Frederich Herr tho Borckelo/ sub dato anno 1490. die Saturni post Dominicam Lætare, dicatur, Desglicken vnne oires vederlichen Naeladt/ so oir nha Tode des vorigen mynes leuen Bruders Gißbarts an den

Herr

Herschappen Broncthorst vnd Borckelo thogestorven vnd angeervet ist / illud tamen Relativum, So/in isto textu positum, declarativè positum censeri atque declarare, quòd tota Baronia in B. & in C. quas Dominus G. Secundus, post se reliquit tit. hæreditario fuerit delata & acquisita Dominæ W. filiæ G. Secundi.

161 Trigesimo quartò, Relati † quis vel qui ea natura est, ut junctum verbum præsentis vel præteriti temporis ponatur demonstrative, *l. Stichum, qui meus erit, & ibi Bart. & Dd. ff. de legat. 1. Ang. §. jus autem civile. num. 1 Instit. de jure natur. gent. & civil.*

Sed in prææallegato instrumento Relativum, So/ sive Qui, est adjunctum verbo præteriti temporis, sicut hoc patet ex illis verbis, Thogestorven vnd angeervet/ quæ sunt verba præteriti temporis.

Igitur sequitur, Relativum, So / sive Qui, positum in isto instrumento, demonstrativè positum censeri atq; demonstrare, quòd tota Baronia in B. quam Dominus G. tempore vitæ suæ habuit, possedit, & moriens post se reliquit, Dominæ W. filiæ illius G. Secundi, delata & acquisita fuerit.

162 Trigesimo quintò, Relativum est † rei præcedentis repræsentativum, *Benincas. §. omnium, num. 114. Instit. de action.*

Et confirmatur ex eo, namque Relatum inest referenti cum omnib. suis qualitatibus, *l. asse toto, & ibi Bart. & Imol. ff. de hæred. instit. l. institutio talis. ff. de condit. instit. l. si ita scripsero. ff. de condit. & demonstrat. l. ait Prætor. §. 1. & ibi Dd. ff. de re judic. l. si prior, & ibi Bald. ff. solut. matr. Bart. l. 1. ff. de receptator. cum multis similibus allegat. per Tiraquell. in tractat. de legib. connub. gloss. 7. num. 182. & 183.*

Præterea quoque natura Relationis est natura veritatis, & Relatum inest referenti verè & propriè, *Bald. consil. 212. lib. 5. Ias. l. ait prætor. §. 1. num. 5. ff. de re judic. Ias. l. ubi autem. §. illud. num. 2. versic. quartò singulariter. ff. de verbor. obligat.*

Deinde etiam Relativum regulariter facit relationem veram, *Bart. l. Iulianus. arg. illius text. ff. de hæred. instit.*

Igitur sequitur, Relarivum positum in dicto instrumento cum omnibus illis, quæ sub isto Relativo comprehenduntur, repræsentare suum præcedens, nempe illa verba, Dreen vederlichen Naclaet/ quæ hotum verborum hunc sensum esse, ut Dominus G. Secundus, post se reliquerit totam Baronian in B. illamque jure successionis transtulerit ad filiam suam W.

Trigesimo sextò, licet † Relativum quis vel qui, interdum illam naturam & proprietatem habeat, ut ponatur restrictivè, *l. ea tamen adjectio, & ibi Bart. ff. de legat. 3. l. hæres meus. §. uxori. ff. eod. tit. l. nam quod. §. fin. ff. de penu. leg. l. & filia. §. testator. & §. Titia. ff. de aliment. & cibar. legat. Bart. l. omnes populi. num. 1. & ibi Paul. Castrens. num. 2. Ioan. Crot. in repet. num. 1. ff. de justit. & jur. Bart. l. cunctos populos. num. 1 & ibi Paul. Castrens. num. 1. Signor. de Homod. Ias. & Dd. C. de sum. Trinit. & fide cathol. Ias. §. omnium. num 23. & ibi Benincas. num. 123. Instit. de actio. Ang. §. jus autem civile. num. 1. & ibi Anton. Caius in addit. & Sylvest. Aldobrand. num. 5. Ias. de jur. natur. gent. & civil. Alex. cons. 23. num. 13. lib. 5. cons. 204. num. 19. lib. 6. cons. 14. num. 1. lib. 7. Ias. cons. 97. lib. 1.* 163

Attamen hoc non habet locum eo casu, quando illa qualitas, quæ per Relativum adjicitur, cuilibet de antecedenti competit. Tunc enim Relativum nunquam ponitur restrictivè, sed semper declarativè, prout hoc tradunt omnes Dd. in locis allegaris supra in trigesima tertia ratione decidendi.

Similiter hoc non habet locum eo casu, quando Relativum ponitur cum copula. Tunc enim Relativum semper ponitur augmentativè sive extensivè, *l. ea tamen adjectio, & ibi Bart. ff. de legat. 3. Bart. l omnes populi. num. 2. & ibi Paul. Castrens. & Ioann. Crot. ff. de justit. & jur. Bart. l. cunctos populos. num. 1. & ibi Paul. Castr. num. 1. Signor. de Homod. & Ias. C. de summ. Trinit. & fide cathol. Ias. §. omnium. nu. 24. & ibi Benincas. num. 113. Instit. de action. Ang. §. jus autem civile. num. 1. & ibi Anton. Caius in addit. & Sylvest. Aldobrand. num. 5. Instit. de jur. nat. gent. & civil.*

Eodem quoque jure utimur, quando in dispositione aliqua positum est duplex Relativum, unum cum copula, alterum sine copula. Tunc enim propter Relativum positum cum copula utrumque Relativum augmentativè positum censeri debet, *Mart. Laud. l. omnes populi. chart. 3. ff. de justit. & jur. Ias. d. l. cunctos populos. lect. 1. num. 5. C. de summ. Trinit. & fide cathol. Ias. cons. 97. lib. 1.*

Idem quoque juris est, quando secundum Relativum, cui copula adjectum est, non est

non est quidem expressum, sed tantùm tacitè subintelligitur. Tunc enim similiter Relativum augmentativè positum censetur, *Iaſ. conſ. 97. num. 3. lib. 1.*

Deinde etiam Relativum semper & indistinctè ponitur demonstrativè eo casu, quando subjecta materia hoc suadet, prout hoc tradit *Ang. §. jus autem civile num. 1. circ. fin. Inſtit. de jure natural. gent. & civil.*

Sed in casu præsenti illa qualitas adjecta relativè nempe, Thogestorven vnd angeervet / competir cuilibet de antecedenti nempe, Veterlichen Naelaßt / cùm sit certum, quòd omnia omninò bona, quæ Bato G. Secundus, post se reliquit, & inter cætera Baronia in B. ad Dominam W. tanquam filiam & hæredem unicum devoluta & translata fuerint.

Deinde etiam illa verba posita in ista transactione, So er thogestorven vnd angeervet/ hanc tacitam subauditionem & significationem habent. So er thogestorven/vnd so ihr angeervet / & secundum Relativum juncta copula saltem tacitè subintelligitur.

Subjecta quoque materia in casu præsenti suadet, ad illud Relativum, So/ ponatur demonstrativè, cùm nulla ratio assignari possit, cur magis una pars Baroniæ controversæ ad Dominam W. devoluta fuerit, quam alia.

Igitur etiam ex hoc capite sequitur, quòd Relativum in prædicta transactione positum, sit positum declarativè, demonstrativè, vel augmentativè, & sic quòd per illam transactionem satis sufficienterque probetur, quòd Baronia in B. post obitum G. Secundi, ad ejus filiam Dominam W. transierit, & devoluta fuerit.

164 Trigesimo septimò, Relativum † quis vel qui, antecedens suum interdum restringat. Attamen illud, ad quod antecedens restringitur, & dispositivè ponitur, & si enunciativè positum fuerit, probatur, *Alex. conſ. 234. num. 19. lib. 6.*

Ex quo infertur, etiamsi in casu præsenti illud Relativum, So / poneretur restrictivè, quod tamen per illam dispositionem istius transactionis satis sufficienterque probaretur, quòd Dominus G. Secundus, Baro in B. & Baroniam in B. post se reliquisset, & ad filiam suam Dominam W. transtulisset.

Trigesimo octavò, Relativum † ponitur & demonstrativè, & positivè, & dispositivè eo casu, quando illud, ad quod vel Relativum refertur, vel quod Relativum comprehendit, est quidem per se incertum, sed aliundè certificatur sive certificari potest, sicut hoc satis probatur per id, quod Dd. communiter tradunt. Si quis alteri concesserit illud jus, quod ipse in castro vel fundo aliquo habet, sive quicquid juris concedens in castro vel fundo aliquo habet, si aliunde constet de isto jure, quod concedens in isto castro sive fundo habet concedentem, intelligi totum illud jus concessisse, prout hoc tradit *Dyn. Bart. Ang. Imol. Paul. Caſtrenſ. Alex. Petr. de Belviſo. Iaſ. & Dd. l. ſi ſic. §. 1. ff. de legat. 1. Oldr. conſ. 163. Specul. in tit. de locat. §. nunc aliqua. verſic. 58. & verſic. 71. Alber. de Roſat. Ang. Alex. Franciſc. Aretin. & Iaſ. l. locus. ff. de acquir. poſſeſſ. Bald. l. quod ſi in venditione arg. illius text. ff. de hæred. & actione vendita. Paul Caſtrenſ. l. 3. C. de falſa cauſſa adjecti legat. Alex. conſ. 28. num. 7. lib. 1. conſ. 14 num. 7. conſ. 182. num. 5. lib. 2. Fabian. de Monte in tractat. de empt. & vendit. ſexta quaſt. princip. verſ. circa ſextum.* 165

Idem quoque juris est, si transactio, vel alius contractus, cui Relativum insertum est, sit quidem incertus tam respectu antecedentis quam respectu illius, quod per Relativum exprimitur, nec etiam aliundè certificari possit, sed traditio vel quasi transactionem vel contractum subsecuta sit certa. Tunc enim Relativum similiter declarativè, sive demonstrativè positum censetur, sicut hoc satis probatur per id, quod Dd. in similiter tradunt, si is, qui alteri vendidit vel concessit illud jus, quod ipse in castro vel fundo aliquo habet, sive quicquid juris ipse in fundo vel castro aliquo habet, postea totum castrum vel totum fundum tradiderit per hanc traditionem subsequentem, verba incerta contractus præcedentis ita declarari, ut perinde habetur, atque si ab initio totum castrum vel totus fundus venditus vel concessus fuisset, prout hoc tradit *Bart. & Alex. l. totus. ff. de acquirend. poſſeſſ. Alex. l. ſi ſic. §. 1. & ibi Iaſ. num. 20. ff. de legat. 1.*

166 Et confirmatur ex eo, namque † regulariter & quilibet actus atque contractus per traditionem, solutionem, vel aliam adimpletionem subsequentem interpretationem & declarationem recipit, *Bal. l. ſi ex majore. C. de except. Iaſ. l. ſi.*

l. si de certa.num.3.C.de transaction. Er animus præcedens declaratur ex posterioribus gestis, *l. concubinam. §. res amotas.ff. rerum amotarum. l. sed & Iulianus. §. interdum. & §. proinde. ff. ad Senatusconsult. Maced. l. cùm quis circ. fin. C. de natur. liber. Florian. l. si servus plurium. §. fin. & ibi Ias. num. 4. ff. de legat. 1.*

Deinde eriam præcedentia ex sequentibus declarationem recipiunt, *l. si servus plurium. §. final. & ibi Ias. & Doctores. ff. de legat. 1.*

Sicut & è converso præcedentia declarant sequentia, *Bald. Imol. & Moder. l. si cohæredi. §. si quis discretas. arg. illius text. ff. de vulgar. & pupill. Bald. l. legatorum petitio. §. fin. arg. illius text. ff. de legat. 2. facit text. l. si cùm fundum. ff. de verb. signific.*

Et una particula, clausula vel capitulum instrumenti ab iis, quæ in alia clausula, particula vel capitulo instrumenri posita sunt, interprerationem & declarationem recipit, *l. qui filiabus in princ. & ibi Bart. Ias. & Dd. ff. de legat. 1. l. utrum, & ibi Bald. & Dd. ff. de petit. hæredit. Bald. c. secundò requiris. col. ultim. extr. de appellat. Bald. l. omnes populi. col. 15 ff. de justit. & jur. Ias. l. si quis ex argentarijs. §. si initium. num. 11. arg. illius text. ff. de edendo.*

Sed ex suprà deductis liquet atq; patet, ista verba posita in instrumento incipiente: **Ick Frederich Herr tho Brunckhorst** / sub dato Anno 1490. die Saturni post Dominicam Lætare, nempe, **Desgelicken vnne oiren vederlichen Raeladt/so oir nha Tode des vorgeschrieuen mynes leuen Bruders Gisbern an den Herrschappen Bronckhorst vnd Borckelo thogestoruen vnd angeeruet is** / satis sufficienterque probare, quòd Dominus G. Secundus, Baro in B. & C. & rotam Baroniam in B. post se reliquerit, & ad filiam suam Dominam W. jure successionis transtulerit.

Et posito, in illis verbis aliquid obscuri vel ambigui subesse, Attamen illa verba declarantur per instrumenrum investituræ, incipiens: **Wie Henrick von Godes Gnaden Bisckop tho Münster** / sub dato Anno 1477. die Jovis post Scholasticæ. Ex quo instrumento clarè liquet, quòd tota Baronia in B. ad Dominum G. Secundum pertinuerit, quodque Dominus G. Secundus, de tota Baronia controversa solus investitus fuerit.

Deinde etiam ex literis reversalibus incipientibus: **Wie Frederick Herr tho Brunckhorst**/ quarum primæ sunt conscriptæ anno 1490. die Dominica post Ursulæ, Alreræ verò sunt conscriptæ anno 1500. die Lunæ post S. Thomæ Cantuariensis, Nec non ex literis investituræ incipientibus: **Wie Conradt von Godes Gnaden**/ sub dato anno 1500. die Lunæ post S. Thomæ Cantuariensis festum liquet atque patet, quòd post dictam transactionem sive contractum Domina W. Domino F. patruo suo tradiderit totam Baroniam controversam, quodque Dominus F. Baro in B. & totius Baroniæ controversæ possessionem adeptus, & de tota Baronia controversa investitus fuerit.

Ex qua traditione & investitura subsequente prædicta verba contractus & transactionis præcedentes ita declarantur, quòd ista verba ita intelligenda sint, quòd Dominus G. Secundus, totam Baroniam controversam ad filiam suam Dominam W. jure successionis transtulerit, quodque Domina W. illam Baroniam rursus concesserit patruo suo Domino F.

Præterea quoque in prædicta transactione sive contractu actum & conventum est, si contigerit, Dominum F. Baronem in B. & C. ejusque descendentes absque hæredibus ex corpore illius vel illorum descendentibus decedere, quòd tunc Baroniæ in B. & C. totæ & integraliter jure successionis devolvi & pervenire debeant ad Dominam W. ejusque liberos.

Ex quo pacto sive clausula in eodem instrumento posita satis liquet, prædictam clausulam positam in principio illius instrumenri taliter declarari, quòd illa clausula prima sit intelligenda de tota Baronia in B. atque hunc habeat sensum, quòd per mortem Baronis G. Secundi, tota Baronia controversa transierit ad Dominam W. filiam illios unicam, quodque Domina W. illam Baroniam vicissim patruo suo cesserit & concesserit.

Et sic ex hisce omnibus liquet atque patet per prædictum instrumentum incipiens: **Ick Frederich Herr tho Brunckhorst** / sub dato anno 1490. die Saturni post Lætare satis superque probari, quòd per obitum Baronis G. Secundi, Baronia controversa ad Dominam W. ejus filiam transierit, eique acquisita fuerit.

Trigesimo nonò, licet res inter † alios 167
acta aliis non præjudicet, *l. si unus. §. ante omnia, & ibi Ias. & Dd. ff. de pactis. l. Modestinus. ff. de exceptio. l. 1. & toto tit. C. res inter alios acta. c. inter dilectos extr. de fide inst. l. 1. C. de transact. l. Imperatores, in pr. & ibi Bal. & in l. si. ff. eod. tit.*

Attamen is actus, cui aliquis tacitè vel expreſsè conſenſit, res inter alios acta dici, cenſeri vel reputari nequit.

168 Namque clari juris eſt, quòd † à pari præcedant actum celebrare, & ei conſentire, *Bart. l. cùm pater §. libertis arg. illius text. ff. de legat. 2. Bald. conſ. 319. dub. 8. lib. 4. Bald. l. quoties ab omnibus notab. 5. arg. illius text. C. de fideicommiſſ. Tiraquell. in tractat. de utroq; retract. part. 1. §. 1. gloſſ. 9. num. 135.*

Quodque is, qui actui conſenſit, perinde habeatur, atque ſi is illum actum celebraſſet, *l. & ſic. ff. ſolut. matr. l. in ædib. §. quòd ſi filius. ff. de donat. Alber de Roſat. l. jubemus in fin. C. ad Senatusconſult. Vellejan. Tiraqu. in tractat. de utroq; retract. part. 1 §. 1. gloſſ. 9. num. 137. circ. fin. Tiraquell. repet. l. ſi unquam verb. donatione largitus. num 349. C. de revocan. donationib. facit text. l ſi conſentiente. C. de donat. ante nupt.*

Similiter quoque clari juris eſt, quòd is,
169 qui † actui conſenſit, illum ulteriùs impugnare nequeat, *l. ſi fundum per fideicommiſſum, & ibi Bart. ff. de legat. 1. l. nihil. §. final. & ibi Alber. de Roſat. ff. de legat. 1. l. quidam ex parte. ff. de evictio. l. mater. C. de rei vend. l. cùm quidam. C. de adminiſtr. tutor. l. ſi dejuſſor. §. pater. ff. de pignor. l. ſi debitor. ff. quib. mod. pign. c. paſtoralis extr. de donat. cum multis ſimilibus allegatis per Tiraquell. repet. l. ſi unquam verb. donatione largitus. nu. 348. C. de renov. donat. Tiraquell. in tractat. de utroq; retract. part. 1. §. gloſſ. 9. num. 137.*

170 Deinde quoque illa regula, quòd † res inter alios acta, aliis non noceat neq; præjudicet, non habet locum eo caſu, quando agitur de conſuetudine vel introducenda vel introducta probanda, tunc enim res inter alios acta, aliis indiſtinctè nocet & præjudicet, *Bart. l. de quibus. lect. 2. quæſt. 4 princip. num. 21. ff. de ll. Roch. Curt. in tractat. de conſuetud. nu. 575.*

Et confirmatur per id, quòd Dd. communiter tradunt per lapſum longi temporis juncta actuum frequentia, conſuetudinem introduci non tantùm adverſus præſentes, ſed etiam adverſus abſentes, & ſic adverſus illos, cum quibus res geſta non eſt, *Bart. rep. l. de quibus. num. 14. ff. de ll. Bart. l. 2. num. 16. C. quæ ſit long. conſuetud. Ang. §. ex non ſcripto. num. 10. Inſtit. de natur. gent. & civil Corn. conſil. 293. lib. 1. conſ. 155. & conſ. 268. lib. 4. Cravett. in tractat de antiq. temp. part. 4. §. tranſeo nunc ad quartam. num. 9.*

Sed ex ſupra dictis liquet atque patet, quòd Epiſcopus Monaſterienſis & præfatis inſtrumentis, & omnibus actis ſive geſtis, de quibus in illis inſtrumentis fit mentio, conſenſerit, eaque probaverit & ratificaverit.

Igitur ſequitur, dici vel prætendi non poſſe illa inſtrumenta, de quibus in caſu præſenti agitur, item & actus in illis compræhenſos res inter alios actas. Sed illa inſtrumenta & actus in illis contentos perinde & haberi, & Epiſcopo Monaſterienſi præjudicare, atque ſi illi actus geſti, & inſtrumenta confecta fuiſſent cum Epiſcopo Monaſterienſi.

Et cùm in præſenti caſu agatur de probanda tali conſuetudine, quòd in Epiſcopatu Monaſterienſi ad ſucceſſionē omnium feudorum, & inter cætera ad Baroniam controverſam etiam fœminæ, & deſcendentes ex fœminis admittantur & admitti debeant.

Ex prædictis liquet, illa inſtrumenta contra Epiſcopum Monaſterienſem plenam fidem facere, etiamſi dici poſſet, illa inſtrumenta res inter actos actas eſſe.

Quadrageſimò, duo † actus notabiles, 171
& qui veriſimiliter provenerunt ad noticiam vel totius populi, vel majoris partus illius loci, ſive provinciæ, in quo loco ſive provincia illi actus celebrati fuère, ad conſuetudinem inducendam ſufficiunt, prout hoc latè docui in priori conſilio in hac cauſa reddito nempe in ſecunda ratione decidendi.

Et hoc habet locum ſive † illi actus, de 172
quibus agitur, ſint judiciales ſive extrajudiciales. Namq; etiam per duos actus extrajudiciales ſive extra judicium celebratos, conſuetudo inducitur, *gloſſ. c. fruſtra. diſt. 8. Joann. Andr. Card. Flor. Anton. de Butr. & & Imol. c. fin. & ibi Abb. num. 16. extr. de conſuetud. Bart. l. de quibus in lect. num. 13. & in repetit. num 18. & ibi Iaſ. num. 51. ff. de ll. Bart. l. 2. num. 19. C. quæ ſit long. conſuetud. Bart. l. ſemper in ſtipulationibus ff. de reg. jur. Bald. conſ. 210. col. 2 lib. 1. Abb. c. Abbate. l. Sylvani. num. 13. extr. de verb. ſignificat. Abb. conſ. 73. col. pen. dub. 3. lib. 1. Cæpol. conſ. 31. Ang. §. ex non ſcripto. nu. 16. Inſtit. de jur. natur. gent. & civil. Socin. conſ. 99. col. 2. lib. 7. Iaſ. conſ. 46. col. 2. lib. 1. Corn. conſ. 293. nu. 19. lib. 1. conſ. 73. nu 9. lib. 2. conſ. 179. col. 2. lib. 3. conſ 155. lib. 4. Crav. conſ. 55. col. 2. in fi. Cravet. in tract. de antiq. temp. par. 4. §. tranſeo nunc ad quartum. num. 33.*

Et licet in hoc contrarium teneant aliqui Dd. volentes, ad conſuetudinem introducendam requiri & actus judiciales, & quòd illa conſuetudo in judicio contradictorio obtenta fuerit, *gloſſ. §. ex non ſcripto.*

Inſtit.

Instit. de jur. natur. gent. & civil. gloss. Rub. C. quæ sit longa consuetudo. Alex. cons. 122. lib. 1. cons. 136. num. 20. lib. 2. cons. 173. lib. 6. Fr. de Rampon. inter cons. Caldermi. cons. 6. col. 2. ante med. tit. de censib. Petr. de Anch. cons. 178. col. fin. Ang. cons. 367. col. 3 circ. princ. Curt. in tract. feud. par. 4. quæst 30.

Attamen præcedens opinio & verior & communior est, prout præcedentem opinionem communem esse attestatur *Socin. cons. 99. col. 2. lib. 1.* & eam magis communem esse affirmat, *Aym. Cravet. in tractat. de antiqui. temp. par. 4. §. transeo nunc ad quartam. nu. 23.*

173 Deinde etiam per † actus tàm judiciales, quam extrajudiciales consuetudo inducitur, sive illi actus sint legitimi, sive illegitimi, *Bald. l. de quibus. num. 15 ff. de ll. sive per se validi sive per se nulli. Bart. l. de quib. in lect. nu. 14. & in rep. nu. 17. & ibi Bald nu. 16 ff. d. ll. Bart. l. 2. num. 23. C. quæ sit long. consuet. Ang. §. ex non scripto. nu. 17. & 18. Inst. de jur. nat. gent. & civil. Tiraq. in tract. de primog. quæstio. 94.*

174 Sive puri † sive conditionales, *Bald. d. l. de quibus. nu. 19. Ang. d. § ex non scripto. num. 10.* item sive illi actus fuerint gesti ex certa scientia sive per errorem consensum non excludentem, *Bart. l 2. num. 21. C. quæ sit long consuet. Abb. c. fin. num. 12. extr. de consuetud. Ias. d. l. de quibus. num. 55.*

175 Item sive hi † actus fuerint mandati executioni & effectu suum sortiti sive non, *Bart. d. l. de quib. in rep. nu. 17. Bart. l 2. nu. 24. C. quæ sit longa consuet. Ang d. §. ex non scripto. num. 22.*

176 Præterea etiam per † duos actus extrajudiciales consuetudo indistinctè introducitur, etiamsi hi actus fuerint gesti vel celebrati, & ab hominibus penitus privatis, & ab iis, qui non habent potestatem condendi legem vel statutum, *Bart. l. 2. nu. 13. C. quæ sit long. consuet. Roch. Curt. rep. c. fin. chart. 26. vers. tertiò quæritur, lim. 4. & vers. octavò quæro. extr. de consuet. Tiraq. in tract. de primogen. quæst. 15 & quæst. 16. nu. 8.*

177 Et licet aliqui Dd. ad † consuetudinem introducendam hoc requirant, ut illi actus, per quos consuetudo introducitur, fuerint celebrati interveniente contradictione adversarii saltem extrajudiciali, *Ang. §. ex non scripto. nu. 19. Inst. de jur. naturali gent. & civil. Alex. cons. 6. lib. 5. cons. 173. lib. 6.*

Attamen in hoc contrarium tenent Dd. communiter volentes, per duos actus etiam extrajudiciales consuetudinem indistinctè introduci, etiamsi contradictio partis adversæ non intervenerit, *Bald. l 2. num. 20. C. quæ sit long. consuet. Abb. c. Abbate S. Sylv. extr. de verb signific. Paul. Cast. l de quibus. col. 2. ff. de legib. Corn. cons. 293. col 3. lib. 1. Guid. Pap. cons. 131. nu. 4. Roch. Curt. rep. c. fin. num. 362. extr. de consuetud.*

Illamque opinionem communem esse attestatur, *Paul. Castr. Corn. & Roch. Curtius in locis præallegatis.*

Et per hosce actus † extrajudiciales 178
consuetudo introducitur, etiamsi illi qui hosce actus celebrarunt, careant & titulo & bona fide, *Abb. c. fin. extr. de consuetud. Abb. c. cum Ecclesia Sutrina. nu. 45. extr. de causa poss. & propr. Abb. c. super quibusdam. nu. 19. extr. de verb. sign. Ang. l. de quib. & ibi Ias. nu. 43 & 49. ff. de ll. Calder. cons. fin. tit. de consuet. Ægidius Belle. cons. 7. col. pen. cons. 31. in fin cons. 41. col. pen. in fine. Alex. cons. 124. lib. 4. cons. 6. lib. 5. Dec. cons. 134. Dec. rubr. num. 2. extr. de consuet. Cravett. in tract. de antiquit. temp. part. 4 § transeo nunc ad quartam. num. 16. Abb. c. certificari. nu. 5. extr. de sepultur. Archid. Ioan. And. & Phil. Franc. c. 1. de præscript. lib. 6. Bald. rep l 1. col. 8. C de emancipat. liber. Bald. in tit. de pace constit. verb. Romanorum. col. 3. vers. & scias. Fr. Balb. in tract. de præscript. par. 1. quæst. 10. nu. 5. 6. & 7.*

Illaque opinio verior & communior est, licet quoad hoc contrarium, sed malè teneat *Alex. cons. 136. nu. 10. lib. 2.*

Similiter per hosce actus etiam † extra- 179
judiciales consuetudo indistinctè introducitur, etiamsi in inducenda illa consuetudine non intervenerit vel consensus vel authoritas superioris, *gl. c. in istis. §. leges. dist. 4. gl. c. frustra dist 8. Ioan. Andr. Ant. de Butr. Card. Floren. & Ioan. de Imol. c. fin. & ibi Abb nu. 13. extr. de consuetudine Ioan. Fabr. §. ex non script. num. 8. Instit. de jur. natur. gent. & civil. Cornel. cons. 155. num. 3. cons. 268. num. 15. lib. 4.* vel scientia & patientia adversarii, *Alex. cons. 6. lib. 1. cons. 16. col. 4. lib. 5. Franc. Balb. in tract. de præscript. par. 1. nu. 8.*

Et licet ad consuetudinem † inducen- 180
dam requiratur, ut illi actus, per quos consuetudo introducitur, fuerint celebrati animo introducendi consuetudinem, *gl. c. consuetudo dist. 1. gl. c. frustra. distinct. 8. Abb. c. fin. num. 17. extr. de consuetud. Ioan. Fabr. d. §. ex non scripto. nu. 6. Dec. cons. 215. Decius c. cum accessissent. nu. 17. vers. quintò intelligitur. extr. de constitut. Card. Paris. cons. 27. nu. 40. lib. 1.*

Namque per lapsum, illius temporis consuetudo inducitur non tantùm contra jus civile, sed etiam contra jus canonicum, *gl. Bald. & Abb. c. fin. extr. de consuet gl. c. fin. eo. tit. lib 6. gl. c. consuetudo dist. 1. Bart. & Dd. l de quibus & ibi Iaf. nu. 41. ff. de legib. Ioan. Fabr. §. ex non scripto, num. 9. Inst. de jur. natur. gent. & civili. Alex. conf. 5. col 3. lib. 5. Franc. Aret. cons. 44. post. princ. Cravett. in tract. de antiquit. temp. par. 4. §. transeo nunc ad quartam, num. 7.*

Etiamsi agatur de præjudicio Ecclesiæ. Namque nihilominus per lapsum 40. annorum talis consuetudo introduci potest, *Corn. conf. 293. lib. 1. Alex. conf. 68. num. 10 lib. 2. Iaf. l. de quibus, nu. 47 ff. de legib.*

186 Efficacissimus verò est † ad consuetudinem introducendam lapsus illius temporis, cujus in contrarium memoria non extat. Namque per lapsum illius temporis consuetudo introduci potest in præjudicium Principis etiam summi, & superiorem non recognoscentis, *Anton. de Butr. & Immol. c. fin. & ibi Abb. nu 11. extr. de consuet. Alex conf. 8. lib. 1. Iaf. d. de quib num. 45. ff. de legib. Roch. Curt. rep. c. fin num. 297. extr. de consuet. fac. text. c. super. quibusdam §. præterea. extr. de verb. signific.*

Et consuetudo illius temporis, cujus in contrarium memoria non extat, eumque exclusâ, sublata vel remota esse censetur, *Abb conf. 7. col. 5. & conf. 26. lib. 2. Petr. de Anchor. conf. 51. Cravett. conf. 51. num. 12. Natta consilio. 154. nu. 6. & 7. Covar. var. resol. rep. 13. nu. 5. lib. 5.* ubi ipse attestatur, hanc opinionem communiter receptam.

Et in consuetudine illius temporis, cujus in contrarium memoria non extat, probanda non requiritur, usque adeo exacta probatio sicut in alia consuetudine probanda requiritur, *Oldr. conf. 244. incip. quia tota col. 3. vers. tertiò ponitur. Oldrad. conf. 204. incip. ad objecta quæ fiunt. Roch Curt rep. c. fin. num 605. extr. de consuet.*

Sed ex instrumentis in casu præsenti productis & superius relatis, satis liquet atque patet, quod ad Baroniam controversam bis ex intervallo, & quidem longo fuerint admissæ fœminæ, quodque illa Baronia bis ad fœminas transierit, & ad illas pertinuerit.

Illique actus sint & admodum notabiles & publicè gesti, atque & ex qualitate illorum actuum, & ex cursu temporis non modò longissimi sed immemorialis, satis sufficienterque probatur, illos actus pervenisse, & ad noticiam omnium incolarum Episcopatus Monasteriensis, & cum consensu omnium incolarum celebratos.

Et à tempore primi actus sunt elapsi plus, quàm 170. anni à tempore verò secundi actus sunt elapsi plus quam 80. anni. Et sic liquet, in casu nostro ultra actuum frequentiam duos nempe actus adesse lapsum temporis immemorialis.

Igitur ex prædictis sequitur, etiamsi in casu præsenti constitutio Monasteriensis, qua cavetur, quod ad successionem omnium omninò feudorum deficientibus masculis fœminæ, & descendentes ex fœminis admitti debeant, locum non haberet.

Attamen per hosce duos actus junctò lapsu temporis immemorialis, absque omni dubio fuisse introductam talem consuetudinem in toto Episcopatu Monasteriensi, quod ad successionem feudorum non tantùm communium, sed etiam Baroniarum & similium fœminæ ad descendentes ex fœminis admitti debeant.

Quadragesimo primò, † consuetudo favorabilis latissimè interpretanda, & quantum fieri potest, extendenda est, *Immol. Anton. de Butr. c dilecto. extr. de offic. Archid. Petr. de Anchor. c. si de possessione de reg. jur. lib. 6. Rom conf. 368. num. 13. Abb c. quod ad translationem ult. notat. extr. de offic. legat. Fel. c. auditis. col. 11. extr. de præscript. Socin. c. cum contingat. col. 12. extr. de form. compet. Anton. Gabr. in tract. regul. lib. 5. tit. de præscript. conclus. 2. num. 15.* ubi ipse attestatur, eandem opinionem amplecti, *Fr. Balb.* in loco ab ipso citato, & hanc opinionem magis communem esse, idemque tenet *Cravett. in tract. de antiquit temp. par. 4. §. transeo nunc ad quartam. num. 48.* 187

Sed consuetudo admittens † fœminas, & descendentes ex fœminis ad successionem feudi, favorabilis est, sicut hoc in priori consilio in secunda ratione decidendi docui. 188

Igitur sequitur, hanc consuetudinem & latè interpretandam & quantum fieri potest, extendendam esse.

Quadragesimo secundò, quilibet actus ab † observantia postea secuta, declarationem recipit, *l. si. de interpretatione & l minimè ff de ll. c. cum dilectus extr. de consuet. c. cum venissent. extr. de instit. Bald conf. 245. lib. 3. Paul. Castr. conf. 314. ad fin. & conf. 347 col fin. lib. 1. Socin. conf. 25. col. 9. conf. 145. col. 2. lib. 1. Socin. conf. 66. col. 4. & conf 68. col. penult. ad fin. lib.* 189

fin lib. 3. Rom conf. 271. col. 2. verf. tertio non est dubium. Corn. conf. 114. num. 11. lib. 2. conf. 187. col. pen. lib. 4. Card. Parif. conf. 56. num. 35 lib. 2. Aym. Cravett. conf. 101. nu. 11. conf. 118. num 2 conf. 201. num. 11. conf. 294. ratione decidendi. 21. Mane. conf. 5. nu. 26. facit text. l. fed & Iulianus. §. proinde. ff. ad SC. Macedonian.

Et confirmatur ex eo, tum quia semper is intellectus assumi dedet, quem effectus & rerum exitus verum esse, demonstrat *Iaf. l. 128. col. pen. in princ. lib. 1. Aym. Cravett. conf. 201. nu. 11. & conf. 294. ratione decid.*

Tum quia talis præsumitur causa, qualis per effectum solutionis demonstratur, *Bal. l. fi certis annis. col. 3. C. de pact. Alexand. conf. 107. col. 1. lib. 1. Cravett. conf. 294. ratione decid. 21.*

Tum quia ab antiqua practica sive observantia non est recedendum, *Bald. l. illud arg. ill. text. ff. de execut. tutor. Card. Parif. conf. 22. nu. 24. & conf. 23. lib. 1.*

Tum quia vera interpretatio est illa, quæ a practica sive observantia sumitur, *Bald. c. 1. in privc. de feud. five culpa non amitt. Aymon. Cravett. conf. 91. num. 7. & conf. 118. num. 2.*

190 Et hoc usq; adeo verum est, ut ex observantia postea secuta colligatur & declaretur, alicui concessam esse & jurisdictionem, merum & mixtum imperium, *Bald. conf. 245. lib. 3. Cravet. conf. 294. 21. ratione decidendi*, & regalia. *Claud. de Seifel. in spec. feud. rubr. de his qui feud. dar. poff. conclus. 1. pag. 110. verf. ibidem ponunt in parvu. Rom. conf. 271. num. 4. & ibi Horat. Mandof. in addit. Raph. Cuma. conf. 162. col. 2.* si videlicet is, cui concessio aliqua etiam simpliciter facta est, post illam concessionem jurisdictione, mero & mixto imperio, item & regalibus usus fuerit.

Deinde etiam observantia postea secuta illud operatur, ut intelligantur concessa etiam majora expressis, *Rom. conf. 271. incip. vis ecta præsentis dubitationis. Laur. Sylvan. conf. 76. num. 10.*

Deinde etiam illa interpretio sive declaratio, quæ ex observantia postea secuta colligitur, omninò tenenda & sequenda est, etiamsi verba concessionis vel actus illi intellectui sive declarationi refragarentur, vel aliud suaderent, *Socin. conf. 145. col. 2. lib 1. Aymon. Cravett. conf. 294. ratione decid. 21.*

Et in hac observantia declarativa non requiritur neque lapsus longi temporis, neque reliqua requisita ad consuetudinem inducendam, *Castr. conf. 347. col. fin lib. 1. Fr. Aret. conf. 11. col. 3. Socin. conf. 111. col. fin. lib. 1. Corn. conf. 188. col. fin. lib. 4. Aym. Cravett. conf. 101. num. 4. & conf. 118. num. 2. conf. 201. num. 12. conf. 294. ratione decidendi. 21. Dec. c. cum M. Ferrarienfis. col 2. extr. de conft. Dec. conf. 48. col. 2. conf. 156 circ. fin. & conf. 441. col. pen. circ. fin. Laur. Sylvan. conf. 88. nu. 28. lib. 2.*

Sed ex instrumentis in hac causa productis liquet & constat, quod Baronia controversa jure soccessionis bis ad fœminas transierit.

Igitur sequitur, per hosce actus constitutionem Monasteriensem disponentem, quod ad successionem feudorum etiam masculinorum deficientibus masculis, fœminæ & descendentes ex fœminis admitti debeant, si quid forsan in illa obscuri esse possit, talem declarationem & interpretationem accepisse, quod illa constitutio habeat locum non tantùm in feudis communibus sive vulgaribus, sed etiam in feudis magnis, quales sunt Baroniæ & similia feuda.

Rursus ex hoc infertur, cum in transactione inita inter Dominum F. Baronem in B. & Dominam W. filiam Domini G. secundi, ejusque maritum Dominum S. Comitem a L. actum atque conventum sit, quod extincto Domino Barone F. ejusque hæredibus ex corpore suo descendentibus, Baronia controversa jure successionis devolvi debeant ad Dominam W. quæ per istam refutationem semel ab ista Baronia exclusa fuit, nec non ad descendentes ex ea per istud pactum constitutionem Monasteriensem, si illa forsan dubia esset, talem interpretationem accepisse, quod deficientibus masculis qualibet feuda, non tantùm communia, sed etiam magna & maxima ad fœminas etiam exclusas, eorumque descendentes jure successionis devolvi debeant.

Quadragesimo tertiò, omnia † pacta omnesque conventiones illorum, qui habent potestatem condendi legem vel statutum, legis vigorem & efficaciam obtinent, 191
Cyn. Bart. Bald. & Dd. l. pen. arg. ill. text. C. de donat. inter vir. & uxor. Bart. & Dd l. Cæsar. arg. ill. text. ff. de publican. Bar. & Dd. l sicut in princ. ff. quod cujusq. univerfit. nom. Bart. Iaf. & Dd. l. civis 45. ff. fi cert. petat. Bart. Rom. & Paul. Castr. l. 4. §. fi actori. ff. de re judic. Bart. l. prohiberet. §. plane. ff. quod vi aut clam.

clam, Raph. Cuma. l. continens. ff. cum quæ ff. de verb. obligat. Iaſ. l. quoties. col. 2. C. de rei vendic. Iaſ. l. ſi nnus. §. ante omnia. ff. de pact. Iaſ. conſ. 1. col. 4 lib. 1. Alb. Brun. conſ. 1. Curt. jun. conſ. 174. lib. 4. Socin jun. conſ. 65. lib. 1.

Et talia pacta talesvè conventiones initæ inter illas perſonas, quæ habent poteſtatem condendi legem vel ſtatutum, tanquam lex ſervantur, non tantùm reſpectu illarum perſonarum, inter quas illa pacta vel conventiones initæ ſunt, ſed etiam reſpectu aliarum perſonarum, præſertim illarum, in quibus eadem ratio militat, *Iaſ. l. ſi unus ff ante omnia. num. 6 ff. de pactis. ac text. l. jura non in ſingulos ff. de ll.*

Et hoc poriſſimùm procedit eo caſu, quando illud pactum, ſive conventio eſt favorabilis eam ob cauſam, quia regulariter quælibet diſpoſitio favorabilis loquens de una perſona, ſive de certis perſonis ad alias perſonas, in quibus eadem ratio militat, extenditur & porrigitur, *Ioan. de Imol. l. ſi verò. ff. de viro nu. 19. ff ſolut. matr. Fr. Aret. l. morib. in princ ff. de vulgar. & pupill. Fr. Aret. l. Gallus in princ. col. 4. ff. de lib. & poſth. Ang. d. l. Gallus. §. & quid ſi tantum. col. 2. Iaſ. l. Titius. ff. Lucius. nnm. 3. & num. 7. ff. de lib. & poſth. Iaſ. conſ. 154. col. 5. lib. 4. Tiraq. rep. l. ſi unquam verb. libertis. nu. 62. C. de revoc. donat. & col. 3. lib. 2. Alexand. conſ. 124. col. 2. lib 4. Alex. conſ. 1. col. fin. lib. 5. Socin conſ. 3. col. 5. conſ. 66. col. 6 lib. 3. Fel. c. 1. nu. 2 extr. de reſcript. Fel. c. quod ſuper. bis extr. de major. & obed. Felin. c. cum nobis. col. 3. verſ. tertiò declaratio. extr. de præſcript. Iaſ. l. nemo poteſt. lect. 1. num. 8. & lect. 2. num. 10 ff de legat. 1. Alber. Brun. conſ. 45. nu 19. Ruin. conſ. 175. nu. 22. lib 1. Thom. Gram. conſ. civil. 103. nu. 3. Cravett. conſ. 135. num. 2. Calcan. conſ. 7. col. 16. ante med. Rol. à Vall. conſ. 29 num. 26 conſ. 86. num. 16. lib. 1. conſ. 3. nu. 14. uſq. ad nu. 23. lib. 2. Rol. à Vall. in lib. quæſt. de lucr. dot. quæſt. 3. nu. 8.*

Similiter quoque & Epiſcopi cum conſenſu omnium ordinum poſſunt condere legem & ſtatutum etiam juri communi contrarium, *Archid. c. nolite, 12, quæſt. 1. Rom, c placuit. diſt. 32.*

Et ex lapſu temporis longi vel longiſſimi præſumitur, in conſtitutione Epiſcopi interveniſſe conſenſum omnium ordinum, ſicut hoc ex ſuperius adductis liquet.

Quinimò etiam ſoli Epiſcopo permittitur ex cauſa juſta & legitima condere legem vel ſtatutum, & juri communi contrarium, *Bald. l. omnes populi. col. 3. & ibi Iaſ. col. 3. ff de juſt. & jur. Panorm. c. fin. & ibi Roch. Curt. col. 36. extr. de conſuet. Panorm. c. dilecti. el. 2. col. 2. extr. de appell. Alex. & Iaſ. l. nemo poteſt. ff. de legat. 1. Alex. conſ. 106. col. 4. lib. 2. Barbat conſ. 56. lib. 2. Fel. c. 1. extr. de conſt. Fel. c. quod ſuper his. col. 2. fallent. 2. extr. de major. & obedient. Rom. conſ. 428. Tiraq. in tract. de pœnis in præfat. nu. 31.*

Et ex lapſu temporis longi vel longiſſimi juſta cauſa præſumitur, ſicut hoc ſatis probatur per id, quod in ſimili traditur ex lapſu temporis longi vel longiſſimi benemerita præſumi, *Ruin conſ. 219. col. 3. lib. 1. Anton. Gabr. in tract. reg. lib. 1 tit. de præſumpt. concluſ. 1. nu. 44.*

Sed ex inſtrumento incipiente: **Ick Frederich Herr tho Brunckhorſt**/ſub dato anni 1490. liquet atque patet, Baronem F. in B. & C. cum Domina W. filia G. Secundi, nec non & cum Domino S. Comite a L. ejus marito pepigiſſe & conveniſſe, ſi contingeret, Baronem F. ejusvè deſcendentes abſque hæredibus ex corpore ſuo deſcendentibus decedere, quod tunc Baronia controverſa jure ſucceſſionis devolvi debeat ad Dominã W. ejuſvè liberos & deſcendentes.

Et cum illud pactum ſit initum in Epiſcopatu Monaſterienſi præſentibus multis & Comitibus & Baronibus, & Nobilibus, & ſic publicè & palam, dubium non eſt, illud ad notitiam & Epiſcopi Monaſterienſis, & capituli & omnium ordinum, nec non etiam omnium incolarum Epiſcopatus perveniſſe, nec unquam probari poterit, Epiſcopos Monaſterienſes ante hanc litem motam illud pactum vel improbaſſe vel impugnaſſe.

Inſuper etiam à tempore illius pacti ſunt elapſi anni plus quam 80.

Et ſic tum ex lapſu illius temporis, tum ex qualitate actus, omnibusque aliis circumſtantiis ſatis ſufficienterque probatur, quod & Epiſcopus Monaſterienſis, & omnes ordines Epiſcopatus illud pactum per conſenſum ſuum approbaverint, & ratum habuerint.

Igitur ſequitur, illud pactum habere legis ſive ſtatuti vigorem atque hoc operari, quod non tantùm Domina W. ejuſque deſcendentes, ſed & omnes fœminæ, nec non & deſcendentes ex fœminis, qui a primo acquirente originem trahunt, ad ſucceſſionem Baroniæ controverſæ admitti debeant, etiamſi illæ fœminæ a ſucceſſione Baroniæ controverſæ ſemel excluſæ fuiſſent.

Namque prædictum pactum favorabile eſt, cum per illud reducamur ad jus commune,

commune, quo cavetur, quod fœminæ & descendentes ex fœminis perinde ut masculi, & ex iis descendentes ad successionem omnium rerum & bonorum admitti debeant, & nulla ratio diversitatis assignari potest inter Dominam W. ejusque descendentes, & inter reliquas fœminas ex primo acquirente originem trahentes, earumque descendentes.

192 Quadragesimo quartò, approbans vel ratificans, tacitè vel expressè actum vel contractum aliquem, censetur illum actum vel contractum approbare, cum omnibus suis qualitatibus, omnibusque pactis, *l. cum fundus. §. servum tuum imprudens. & ibi Alex. & Ias. num. 7. Dec. num. 13. ff. si cert. pet. l. contra jur. §. fin. & l. sequenti. & ibi Ias. ff. pactis l. Thais de manumiss. l. 2. ff. de reb eorum. Fel. c. cum inter. nu. 11. extr. exceptionib. Albert. Brun. in tract. de reb. seu dispositionibus dubiis. §. venio nunc ad dubiam qualitatem. nu. 7.*

Sed ex prædictis liquet, quod Episcopus & Capitulum Ecclesiæ Cathedralis Episcopatus Monasteriensis approbaverint contractum ratione Baroniæ controversæ initum tàm inter G. a B. & G. Primum, acquisitorem Baroniæ controversæ, quàm inter Dominam W. ejusque maritum Comitem S. à L. & Dominum F. Comitem in B. & C. in quibus contractibus expressè dicitur, quod Baronia controversa bis fecerit transitum ad fœminas, nempe ad Dominam H. & Dominam W. quodque illæ Dominæ istis Baronibus Baroniam controversam cesserint, sive cōcesserint, ea quidem lege, ut si contingeret Dominum F. ejusque descendentes absque liberis vita fungi, illa Baronia rursus debeat devolvi ad Dominam W. ejusque liberos.

Igitur sequitur, & Episcopum & Capitulum cathedrale Episcopatus Monasteriensis etiam illas qualitates & pacta horum contractuum, quod videlicet Baronia controversa ad fœminas transitum fecerit, quodque extincta linea masculina, illa feuda devolvi debeant ad fœminas, & descendentes ex fœminis etiam semel exclusas, approbasse.

193 Quadragesimo quintò, illud feudum, quod † etiam semel tantum ad fœminam transitum fecit, hanc qualitatem & quidem realem sortitur, ut illud efficiatur feudum fœmineum, utque transeat ad omnes omninò fœminas & descendentes ex fœminis, *c. 1. & ibi gl. Alvar. Præpos. & Matth. de Afflict. de natura success. feud. Prap. cap. 1. de feud. fœmin. Curt. in tract. feud. c. 1. part. 3. par. princ. num. 3 Iacob. de S Georg verb. & fœminis. num. 3. Zas. in tract feudali. 8 par. nu. 39. Dec. l. generaliter. n 19. C de instit. & substit. Matth de Afflict. c. 1. §. & quia vidimus num. 23 de his qui feud dar. poss. Aug. Bero. c. dilecti nu. 41. extr. de arbitris. Ioan. Campeg. in tract. de statut. loquentib. de dote quæst. 42 num. 2.*

Sed Baronia controversa non semel sed bis ad fœminas transitum fecit.

Igitur sequitur, Baroniam controversam eo ipso esse effectam feudum fœmineum, atque hanc qualitatem adeptam, quod illa Baronia ad omnes fœminas, omnesque descendentes a primo acquirente per lineam fœmininam transire debeat.

Rursus ex hoc infertur, cum Comes R. à D. per lineam fœmininam a primo acquirente Baroniæ controversæ, nempe a Domino G. Primo, originem traxerit, post obitum Domini J. Baronis in B. Baroniam controversam Comiti R. acquisitam, atque ab ipso ad filium suum modernum Comitem F. translatum.

Quadragesimo sextò, qualitas, † quæ semel cœpit inesse rei, semper perdurat, *Bald. c. 1. nu. 1. de beneficio fœminæ Ias. l. clam. possidere in princ. nu. 15. ff. de acquir. possess.* 194

Et mutatio qualitatis, perinde ut mutatio substantiæ vel quantitatis non præsumitur, *Bald. l. ex persona C. de probat. Petr. de Anch. c. semel malus de reg. jur. lib. 6. Fel. c. scribebam. n. 2. & 3. extr. de præsumpt. Alciat. in tract. de præsumpt. regul. 2 præsumpt. 25. Nicol. Everh in sua Topica in loco à tempore ad tempus. nu. 6.*

Ideoque traditum est, quod res semel facta alienabilis, transmissibilis, delegabilis, cessibilis, divisibilis, semper illam qualitatem retineat, ad quamcunque tandem personam illa res transferatur vel transeat, prout hoc, quod res facta semel alienabilis, semper illam qualitatem retineat, probat text. *l. pater. §. quindecimi. ff. de legat. 3. c. ex parte extr. de feudis.*

Et quod res facta semel transmissibilis, semper illam qualitatem retineat, probat text. *l. videamus. & ibi Bart. ff. quod metus causa Bart. l. qui duos nu. 11. ff. de reb. dub.*

Quod verò res facta semel delegabilis semper illam qualitatem retineat, tradit *Bart. Bald. Ang & Paul. Castr. l. 1. arg. ill. text. C. qui pro sua jurisd. Bart. Bald. & Ang. l. 1. in princip. & ibi Ias. num. 63 ff. de officio ejus cui mandata est jurisdict. Bald. l. 2. C. de pœna judicis qui mal jud. Imol. c. fin. extr. de officio delegati.*

Illud

Illud verò, quod res facta semel cessibilis, semper illam qualitatem retineat, tradit *Iaſ. l. ſi ſic. §. fin. ff. de legat. 1.*

Et quod res facta semel divisibilis, semper illam qualitatem retineat, tradit *Socin. conſ. 67. lib. 1. conſ. 165. col. 8. verſ. ſextò reſpondetur. lib. 2. Tiraq. in tractat. de jure primogen. quaſt. 4. num. 58.*

Huc etiam accedit, quod res facta semel collationabilis, sive illam qualitatem sortita, quod conferri debeat, eam semper retineat apud quamcunq; personam, prout hoc tradit *Bart. l. Cajo in princ. ff. de aliment. & ciba. legat.* ubi ipse pulchrè dicit, si pater qui filio suo literis operam danti libros dedit ea lege, ut illos post obitum suum conferret, defuncto isto filio, eos libros alii filio simpliciter dedit, illum filium, licet is studium absolverit & perfecerit, eos libros conferre cogi, illosque libros cum isto onere conferendi in alium filium translatos censeri, licet de hoc in concessione facta secundò nulla penitus facta mentio fuerit.

His adde, res semel facta emphyteutica vel feudalis, semper illam qualitatem retineat, semperque duret atque permaneat & emphyteutica & feudalis, *Bart. l. 1. nu. 9. C. de imponend. lucrativa deſcriptione lib. 10. Matth. de Afflict. c. 1. nu. 300. ex quib. cauſ. feud. amitt.*

Sed certum est, quod Baronia controversa feudum fœmineum fuerit, quodque illam qualitatem feudi fœminei sortita sit, sicut hoc inter cætera probatur per id, quod Domina H. Baroniam controversam & habuerit, & tempore vitæ suæ possederit.

Igitur sequitur, Baroniam controversam etiam postquam illa sint translata ad Barones in B. illam qualitatem retinuisse, & adhuc hodie retinere. Eamque ob causam absque omni dubio per obitum Baronis J. Baroniam controversam Comiti R. in D. acquisitam & applicatam.

495 Quadragesimo septimò, res † vendita vel alio titulo alienata, cum omni sua causa omnibusque qualitatibus in emptorem, aliumvè singularem successorem transit, *l. alienatio. ff. de contrahend. empt. Albert. Brun. in tractat. de reb. ſeu diſpoſ. dubiu. §. venio nunc ad dubiam qualitatem. num. 7.*

Et res censetur talis esse apud emptorem aliumvè singularem successorem, qualis apud venditorem sive autorem fuit, *d. l. alienatio ff. contrah. empt. l. creditor. §. fin. ff. de actio empt. l. traditio. ff. acquir. rer. dom.*

Præterea translatio rei intelligitur facta cum omni sua causa, omnibusque qualitatibus, *l. legatum ſub conditione in princ. ff de adimend. legat. l. Cajo in princ. ff. de aliment. & cibar. legat.*

Similiter & prorogatio intelligitur facta cum omnibus suis qualitatibus, *Bart. Alexand. Iaſ. & Dd. l. 1. §. & poſt operis ff. oper. nov. nunciat. Iaſ. l. certa. ff. ſi cert. pet. Dd. c. de cauſis extr. offic. delegati.*

Eodem modo & transmissio censetur esse facta cum omnibus suis qualitatibus omnique causa, *Bart. l. §. 1. ſi filius. ff. conjungend cum emancipat. lib. 10. Bart. l. 1. §. ſi ſic. ff. de collat. Iaſ. repet. l. ſi arrogator. col. 11. ff. de adopti. Iaſ. l. qui ſe patriis. C. qui admit. Albert. Brun. in tractat. de reb. ſeu diſpoſ. dubiu. §. venio nunc ad dubiam qualitatem, num. 7.*

Renovatio quoque intelligitur facta cum omnibus suis qualitatibus omnique causa, *Bart. l. ſi mihi & Titio. in princip. nu. 7. & ibi Alexand. num. 17. ff. verb. obligat. Bald. l. 1. col. penult. C. quando non petentur partes. Bertach. in ſuo repert. verb. renovatio facit. text. l. item quaritur. §. qui impleto. ff. de location. & conduct. l. penultim. §. uxor. ff. ſolut. matrimon.*

Surrogatio quoque intelligitur facta cum omnibus suis qualitatibus, *l. ſi eum. §. qui injuriarum. & ibi Bart. Iaſ. & Dd. ff. ſi quis caut. c. Eccleſia el. 1. extr. ut lite pendente. Clem. 1. de ſupplend. neglig prælatorum. Paul. Caſtr. conſ. 265. lib. 1. Dec. conſ. 190. col. 3. conſ. 543. col. 2.*

Et quod res quælibet qualitatem semel adeptam apud quemcunque possessorem retineat, & cum ista qualitate imbuta ad quemcunque successorem etiam singularem transeat, expressè probat *text. l. 1. C. de imponen. lucrat. deſcriptione. lib. 10.*

Illudque potissimum locum habet in qualitatibus realibus, illæ enim absque omni dubio sequuntur rem penes quemcunque possessorem, & una cum re ad quemcunque successorem etiam singularem transeunt, *l. neq. ff. quib. mod. uſufr. amit. l. via conſtitui. §. ſi fundus. l. cum fundus. ff. ſerv. ruſt. prædiorum. l. cum fundus ff. com. prædiorum l ſi aquæ ductus. ff. de contrah. empt. l. in venditione. ff. actu empti. l. ſi convenerit. §. ſi fundus ff. pignor. c. ex literis. & ibi Panor. extr. eod. titul. §. & in provintiali.*

& ibi Bald. C. de servit. & aqua. Bart. l. 3. §. opus. ff. alien. judic. mut. caus. fact. Bald. l. ex lege.nu. 18. C. condict. ob causam.Rom. & Ias. l. fin. ff. oper.nov.nunciat.Cepoll. in tract. de servitut.urb. prædio.c.2.nu.5. & c.6.nu.8.

Huc accedit, quod vitia realia rei unà cum ipsa re ad quemcunque successorem & possessorem transeant, *l. vitia. C. de acquir. possess.*

Sed ex prædictis liquet, Baroniam controversam penes priores possessores sive Dominos illius Baroniæ fuisse feudum fœmineum, illamque qualitatem realem feudi fœminei habuisse.

Igitur sequitur, illam Baroniam à Baronibus à B. ad Barones in B. cum illa qualitate feudi fœminei transiisse, illamque qualitatem feudi fœminei etiam apud Barones in B. retinuisse, & adhuc hodie retinere.

Rursus ex hoc infertur, cum Comes R. in D. a primo acquirente Baroniæ controversæ, nempe à Domino G. Primo, per lineam fœmininam descenderit, atque respectu primi acquirentis Baronis J. cognatus proximior fuerit, per obitum Baronis J. absque liberis Baroniam controversam Comiti R. in D. acquisitam.

196 Quadragesimo octavò, à † primordio tituli posterior formatur eventus, *l. 1. C. de imponenda lucrat. descript. lib. 10.*

Et cum initium sive principium cujuslibet rei potissima pars sit, *l. 1. ff. orig. juris.* in omnibus omninò rebus omnibusque negociis initium præcipuè attendendum, & secundum illud de tota re, sive toto negocio judicium faciendum est, *l. Pomponius scribit in negotiis. ff. de negoc. gest. l. 3. §. si. 10. ff. de minorib. l. 1. §. si servus. ff. depositi. l. si procurator. in princ. ff. mandati. l. in ratione. §. si filio. ff. ad l. Falcid. l. qui cum major. §. 1. ff. bon. libert. l. qui id quod in princip. ff. de donat. l. sequitur. §. de illo. l. si hominem. l. juste. §. & si possessioni. ff. usucapt. l. clam. possidere in princ. & ibi Ias. ff. acquiren. possess. Bart. l. naturaliter. ff. de usucap.*

Præterea in principio & origine fit fundamentum, in quo rei status totus recluditur, *Cagn. repet. Rub. num. 25. ff. origine jur.*

Et omnia ad id referuntur, unde capiunt vim & originem, *Cagnol. repet. rub. nu. 2. ff. de orig. jur. argumento. l. in ratione. §. si filio. ff. ad l. Falcid.*

Ideoque traditum est, quod in omnibus omninò rebus atque negociis origo potissimum inspicienda sit, *l. in venditionibus. ff. de contrahend. empt. l. clam possidere in princip. ff. acquir. possess. l. 2. in princip. ff. privileg. credit. Spec. in tit. de jurament. calum. vers. sed quæritur. Cagnol. repet. rubr. nu. 21. ff. orig. jur. Tiraq. in tract. de V.R. part. 1. §. 19. gl. 2. num. 4.*

Et qualis est origo, talia præsumuntur esse quæ sequuntur, *Cagn. repet. Rub. num. 22. ff. orig. jur. argumento l. quoquis. C. ad l. Iul. Majest. c. venerabilem. extr. de electio. c. deniq. dist. 4.*

Huc accedit, quod causa prima semper intuenda sit, & causa secunda tantum operetur, quantum sibi à prima influitur, *Ang. cons. 110. incip. sanctissima & illustrissima. Cagnol. rep. Rub. num. 24. ff. de orig. jur. Tiraquell. in tractat. de V.R par. 1. §. 19. gl. 1. num. 4. Tiraquell. in tractat. cess. causa part. 2. limit. 20. num. 6. facit text. l. peto. §. prædium. ff. legat. 2. l. si quis domum. §. hic subjungi potest. ff. locat. & cond. l. necessario. §. fin. ff. de peric. & commodo rei vend. l. si ex duob. & ibi gloss. ff. de assignat. libert.*

Et qualis est causa, talis censetur & esse effectus, *Bald. Rubr. col. penult. ff. si cert. petat. Cardinal. Florent. c. cum dilecti col. 1. extr. de accusatio. Fel. c. quanto. extr. de judic. Matth. de Afflict. in constit. Siciliæ incip. si quis aliquem. col. 3. quæst. 5 Cagnol repet. rub. num. 23. ff. de orig. jur. Tiraq. in tract. cessante causa part. 1. num. 144.*

Sed certum est, quòd Baronia controversa, ab origine, initio sive principio penes nempe priores Barones in B. & feudum fœmineum fuerit, & qualitatem feudi fœminei habuerit, sicut hoc satis patet ex eo, quod Domina H. Baroniam controversam tanquam feudum toto tempore vitæ suæ possedit, illamque decedens in agnatum suum Dominum Baronem G. a B. jure successionis transtulit.

Similiter quoque certum est, quod Dominus G. Baro in B. primus acquisitor Baroniæ controversæ illam Baroniam tanquam feudum fœmineum sive tanquam habentem qualitatem feudi fœminei acquisiverit, sicut hoc satis patet ex instrumento super istu contractu confecto, in quo expressè dicitur, Baroniam controversam ad Dominam H. pertinuisse, quodque Domina H. moriens, illam Baroniam ad patruum suum G. a B. transtu-

transtulerit, & quod is G. à B. illam Baroniam Domino Baroni G. vendiderit, sicut illa Baronia ei per mortem Dominæ H. jure successionis acquisita fuit.

Igitur sequitur, quod hæc origo, initium sive principium Baroniæ controversæ, sive qualitas fœminea origini, initio & principio Baroniæ controversæ inhærens, potissimum attendenda sit, quodque inspecta origine, initio sive principio statuendum sit, Baroniam controversam semper mansisse feudum fœmineum, & qualitatem feudi fœminei retinuisse, illamque qualitatem adhuc retinere.

Rursus ex hoc infertur, quod per obitum Domini Baronis J. Baronia controversa Domino Comiti R. in D. tanquam feudum fœmineum delata & acquisita fuerit.

197 Quadragesimo nono, sequens † dispositio facta super eadem re in dubio, censetur facta secundum tenorem & naturam præcedentis dispositionis, *Iohan. Campeg. inter.consf. Albert. Brun. cons. 11. col. 2.*

Ex quo infertur, investituram factam Domino G. Primo, super Baronia in B. censeri esse factam secundum naturam & tenorem præcedentium investiturarum, secundum nempe id, sicut priores Barones in B. de ista Baronia investiti fuere.

Sed certum est, & ex actis liquet, quod priores Barones in B. de Baronia controversa, tanquam de feudo fœmineo investiti fuerint, quodque vigore illarum investiturarum etiam Domina H. ad successionem Baroniæ controversæ fuerit admissa.

Igitur sequitur, investituram de Baronia controversa factam Domino G. Primo, ita accipiendam esse, quod G. Primus, de ista Baronia tanquam de feudo fœmineo & ea lege investitus fuerit, quod ista Baronia etiam ad fœminas, & descendentes ex fœminis transire debeat.

198 Quinquagesimò, confirmatio † subsequens regulatur secundum illum actum præcedentem, qui confirmatur, *Bald. l. adversus. C. si advers. rem judicat. Bald. l. nominationes in fin. C. de appellat. Domin. cap. 1. §. confirmitas. col. fin. de verb. signific. lib. 6. Calderin. cons. 16. tit. de præbend. Imol l. qui Romæ. §. duo fratres. col. 8. ff. verbor. obligation. Dec. cons. 195. col. penultim. Ias. l. merum. num. 41. ff. de jurisdict. omnium judic. Hippol. Riminald §. 1. num. 138. Instit. quib. alien. licet vel non.*

Etiamsi actus præcedens, qui confirmatur, sit † nullus vel inutilis. Namque 199 nihilominus confirmatio intelligitur facta secundum terminos, limites, naturam, & qualitatem actus præcedentis, prout hoc tradit *Bald. c. decernimus. col. 2. extr. de judic. Ias. l. more. num. 41. ff. jurisd. omnium jud.* ubi ipsi concludunt, si Princeps simpliciter confirmet jurisdictionem delegatam, quæ erat nulla & invalida, illam confirmationem ita accipiendam, ut illa jurisdictione nihilominus delegata maneat, & naturam jurisdictionis delegatæ retineat, eam ob causam, quia ut ipsi inquiunt, quando confirmans infinit in præcedenti materia, sive quando subest materia, in qua influit confirmatio, ex illa agitur, & ab illa fit denominatio.

Sed instrumento confecto super isto contractu, per quem Dominus G. Primus acquirens, Baroniam controversam acquisivit, expressè narratur, quod Dominus G. à B. G. Primo, Baroniam controversam cesserit & concesserit, eo jure, sicut illi ista Baronia post obitum Dominæ H. jure successionis delata & acquisita fuit.

Et sic ex verbis illius instrumenti liquet, G. Primum, Baroniam controversam acquisivisse tanquam feudum fœmineum, & tale feudum, quod in defectum masculinum etiam ad fœminas, & descendentes ex fœminis transire debeat, acquisivisse.

Cum itaque investitura Domini O. Episcopi Monasteriensis subsecuta hunc contractum, nihil aliud sit, quam confirmatio istius contractus, & in illa investitura, nulla fiat mentio masculorum, & qualitatis masculinæ, etiam ex hoc capite sequitur, Dominum O. Episcopum Monasteriensem G. Primum, de Baronia controversa investivisse, tanquam de feudo fœminæ, sive illa lege, ut illa Baronia etiam ad fœminas & descendentes ex fœminis transire possit.

Quinquagesimo primò, dictio † Sicut, omnimodam similitudinem denotat, 200 tam in substantia quam in qualitate, *l. sicut. C. de act. & obligat. c. fin. & ibi Anton. de Butr. notab. 4. extr. de restitut. spoliat. c. olim. & ibi notatur. extr. de verb. signific. Ioh. de Anch. c. novit.*

c. novit. extr. de Præsc. Socin. cons. 252. nu. 10. lib. 2. Socin. jun. cons. 76. nu. 44. lib. 1.

Similiter & dictio Ita, significat & modum & similitudinem, *Hieron. Gratus cons. 9. nu. 86. lib. 1.*

Illudque multò magis locum habet,
201 quando illa † verba in una eademque dispositione simul ponuntur sive cumulantur.

Namque geminatio sive cumulatio verborum idem significantium multum operatur, *l. Balista. & ibi Bart. & Dd. ff. ad SC. Trebel l. cum scimus. & ibi Bart. & Alex. C. de agricol. & censit. lib. 11. Card. Parif. cons. 6. num. 12. cons. 54. nu. 47. lib. 1. cons. 12. nu 69. lib. 2. cons. 5 nu. 64. & cons. 42. nu. 29. lib. 4.*

Et verba geminata ostendunt mixtam & præcisam voluntatem disponentis, *Bald. c. nam te. col. 2. extr. de rescript. Curt. sen. cons. 52. col. 21. cons. 63. col. 16 Ant. Corsat. in tract. de verbis geminatis. Cardinal. Parif. cons. 10. nu. 57. cons. 32. num. 52. & cons. 131. num. 1. lib. 1. cons. 9. num. 43. cons. 12. num. 145. lib. 2. cons. 3. num. 43. cons. 17. num. 29. cons. 15. num. 20. lib. 3. cons. 1. num. 26. cons. 10. nu. 31. & cons. 48. num. 24. lib. 4. Laur. Sylvan. cons. 64. num. 4.* nec non & mentem deliberatam & appensatam, *Card. Parif. cons. 89. n. 23. lib. 3. Aym. Cravett cons. 106. num. 4 & cons. 201. nu. 44. Paul. Castr. cons. 115. col 2. lib. 1. Laur. Sylvan. cons. 64. num. 4.*

Sed in investitura prima facta ab Episcopo O. Domino G. Primo acquisitore, ratione Baroniæ controversæ reperitur ista clausula: So also die von uns / unnd unsern Gestiffte von Münster tho Lehne geith.

Quæ dictiones So / Also / æquipollent dictionibus Ita & Sicut.

Illudque verbum geith / est verbum præsentis temporis.

Et sic satis liquet atque patet, quod Dominus O. Episcopus Monasteriensis Domino G. Primo, Baroni in B. Baroniam controversam in feudum concesserit, cum omnibus omninò illis qualitatibus, quæ qualitates Baronia controversa tunc temporis habuit, quodque illa fuerit mens & voluntas præcisa, enixa, appensata, & deliberata Episcopi Monasteriensis, quod Dominus G. Primus, ejusque descendentes Baroniam controversam tanquam feudum habere & tenere debeant cum omnibus illis qualitatibus, quas qualitates Baronia controversa tunc temporis habuit.

Sed certum est, & ex actis, nec non ex supradictis liquet, quod Baronia controversa tunc temporis fuerit feudum fœmineum, & habuerit qualitatem feudi fœminei.

Igitur sequitur, quod Dominus Otto Episcopus Monasteriensis Domino Gisberto Primo, Baroniam controversam concesserit in feudum tanquam feudum fœmineum, & ea lege eaque conditione, ut non existentibus masculis, vel linea masculina, illa Baronia etiam ad fœminas, & descendentes ex fœminis jure successionis devolvi debeat.

Rursus ex hoc infertur, quod per mortem Baronis J. Baronia controversa tanquam feudum fœmineum, Comiti R. in D. jure successionis acquisita fuerit.

Quinquagesimo secundò, prima investitura † est origo, radix & fundamentum 202
& feudi, & omnium sequentium investiturarum, prout hoc ultra allegata in priori consilio in 3. ratione decidendi tradit *Dec. cons. 185. nu. 3. cons. 193 nu. 4. cons. 468. nu. 27. cons. 498. nu 17. Curt. jun. cons. 708. nu. 18 Rol. à Vall. cons. 67. nu. 7. lib. 1. Natta. cons. 505. num. 16 cons. 506. nu. 44. Iohan. Baptista Vincemela inter consilia feudalia variorum cons. 1. num. 172. & 197.*

Ideoque in controversiis feudalibus de-
cidendus semper tenor † primæ investituræ 203
inspiciendus, considerandus, & sequendus est, prout hoc ultra adducta in priori consilio expressè tradit *Dec. cons. 185. n. 3. Ias. cons. 1. col. 3. vers. primò moveor lib. 1. Ruin cons. 20. & cons. 178. lib. 1. Cephal. cons. 3. nu. 1. cons. 12. n. 1. cons. 155 n. 9 Natt. cons. 56. nu. 44. Rol. à Vall. cons. 67. n 5. lib 1. Berous cons. 65. n. 1. cons. 93. nu. 11. lib. 1. Philip. Portius cons. 65. nu. 102. cons. 171. lim 7. Ioan. Baptist. Vincemela inter cons. feud variorum. cons. 1. nu. 172. & 197.*

Et secundum primam investituram
omnes † aliæ investituræ & intelliguntur 204
& declarantur, prout hæc ultra allegata ea in priori consilio tradit *Ruinus cons. 187. nu. 1. lib. 1. Aug. Beroius cons. 65. nu. 2. cons. 71 nu. 7. lib. 1.*

Et omnes investitnræ † posteriores sive 205
sequentes ita intelligendæ sunt, ne per illas primæ investituræ quidquam derogetur, sive derogatum esse censeatur, *Paul. Castr. cons. 311. nu. 2 lib. 1. Natt. cons. 322. num. 4 Curt. jun. cons. 181. nu. 3. Alb. Brun. cons. 78. num. 7. Iohan. Campeg. inter. cons. Alb Brun. cons. 11. col. 2. Berous cons. 77. nu. 28. cum quinq. seqq. lib. 1. Ruin. cons. 187. nu. 1. lib. 1. Celsus Hugo cons. 113. num. 9. Curt. jun. in tract. feud. 2. part. 2. partis princ. quæst. 7. num. 44. Iohan. Baptist. Vincemela inter consilia feudal. varior. cons. 1. nu. 173.*

Illudque

Illudque generaliter quidem verum est, potissimum autem locum habet eo casu, 206 quando † investituræ sequentes sive pusteriores se referunt ad primam sive præcedentem investituram, tunc enim per sequentes investituras multò minus censetur esse derogatum investituræ primæ sive præcedentis, *Bald. conf. 331. lib. 5. Paul. Castr. conf. 311. nu. 2. lib. 1. Alex. conf. 30. nu. 6. verf. & ita etiam colligitur. lib. 1. Dec. conf. 263. num. 6.*

207 Et confirmatur evidentissimâ ratione, Namque certi & indubitati juris est, quod neque vasallus absque voluntate Domini, neque Dominus absque consensu vasalli formam vel tenorem primæ investituræ mutare, atque a prima investitura sive forma, vel tenore primæ investituræ recedere possit, *Paul. Castr. conf. 311. nu. 2. lib. 1. Iacob. de S. Georg. in tract. feud. verb. qui quidem investiti. nu. 70. Godzad. conf. 26. nu. 10. Card. Parif. conf. 1. nu. 98. lib. 1. Philip. Port. conf. 65. nu. 1. 2. 3. & 4. argument. l. de contractu C. de rescind. vendit. l. perfecta C. de donat. quæ sub modo l. cum fatis. §. cum autem. C. de agricol. & censitis. lib. 11. c. de natura feud.*

208 Et non est verisimile, neque etiam præsumitur, quod vasallus juri † quæsito sibi vel posteris vel agnatis aut cognatis suis ex investitura prima renunciare voluerit, prout hoc expressè & in specie tradit *Georg. de Ecclesia inter consilia feudal. varior. conf. 48. num. 12.*

Et confirmatur ex eo, namque nemo præsumitur suum jactare, vel jus suum sive, sibi, vel suis competens remittere, *l. cum de indebito. ff. de probatio. l. si cum aurum ff. solut. c. super. eo. extr. renunciat. c. quia verisimile. extr. de præsumptio. gloss. Bart. & Dd. l. quæ dotis. ff. solut. matrim.*

Et hoc usque adeo verum est, ut potius 209 præsumitur † error juris & facti proprii, quàm profusio sive remissio juris sui, *Ang. l. generaliter. col. 2. C. de non num. pecun. Raphael Cort. conf. 37. in fin. Imol. l. Titio. col. 2. ff. de verb. obligat. Alexand. conf. 13. col. 2. lib. 1. Iaf. l. jurigentium. §. si cum nulla col. 5. ff. de pactis.*

Prætereа potius præsumitur stultitia, quàm remissiu juris sibi vel suis competentis, *Bald. l. generaliter oppos. 4. C. de non nu. pec. Bald. conf. 189. in fin. lib. 2. Iaf. l. si à substituto §. 1. in fin. ff. legat. 1.*

Et potius admittitur, ut actus reddatur 210 † nullus & invalidus, quam ut capiatur illa interpretatio, quod quis jus suum, aut sibi vel suis competens remittere voluerit, *Fr. Aret. l. à Titio. col. pen. ff. de verb. obligat. Iaf. l. si procuratori falso col. 3. verf. ego dico plus. ff. condict. ob cauf. Tiraq. repet. l. si unquam verb. donatione largitus. num. 208. C. de revoc. donat.*

Deinde quoq; non est verisimile, neque præsumitur, quod Dominus feudi † voluerit tenorem sive formam investituræ antiquæ mutare, vel uni alii ex prima investitura quæsiti derogare aut alteri jus suum auferre, prout hoc expressè & in specie tradit *Georgius de Ecclesia inter consilia feud. Panorm. conf. 48. nu. 10.* 211

Tum quia capiendo hanc interpretationem, quod Dominus feudi à tenore sive furma primæ investituræ recedere voluerit, præsumeretur injustum & delictum.

Et certum est, quod in Domino respectu vasalli non debeat præsumi, nisi † id quod justum est & legibus convenir, *argument. c. 1. circa finem. de form. fidelit. l. merito. ff. pro focio.* 212

Tum quia Dominus † feudi sicut & alius quilibet Princeps præsumitur esse justitia plenus, *Bald. conf. 395. incip. pro Domino Divaldo. col. 1. in fin. lib. 2.* & juris præsumptio est, Dominum feudi, sicut & alium quemlibet Principem id velle, quod jura volunt, *§. omnes. Auth. de judicib. Calcan. conf. 2. in fin. Cravet. conf. 172. num. 1. lib. 1.* 213

Tum quia quilibet † actus gestus tam à Domino feudi, quàm ab alio quolibet Principe conformari debet juri & æquitati, licet verba illud non patiantur, *gl. c. paratus. 23. q. 1. Oldrad. conf. 268. Iaf. l. fin. nu. 21. ff. de constit. princip. Iaf. l. ex facto in princ. num. 5. ff. de vulgar. & pupill. Fel. c. causam quæ. num. 5. extr. de rescript.* 214

Tum quia leges expressè sanciunt, disponunt & volunt, quod prima † investitura in alterius præjudicium mutari non debeat, quodque alteri jus quæsitum ex prima investitura non debeat auferri. 215

Et certum est, quod præsumendum sit, Dominum feudi, sicut & alium quemlibet Principem illud † velle, quod jura volunt, nec velle leges transgredi, aut contra illas quid præsumere, *l. si quando in princ. C. de inoffic. test. l. ex imperfecto. C. testamentis. §. fin. Inst. quib. mod. testamenta infirm. c. causam quæ. extr. de rescript. c. in princ. distinct. 9.* 216

Etiamsi necesse sit, verba dispositionis detorquere ad significationem impropriam vel impropriissimam, *Cravett. in tract. de antiq. temp. part. 1. §. non. num. 14. argumento, c. super eo. extr. de offic. delegati.*

Tum

Tum quia non præſumitur, quod Princeps vel Dominus feudi alteri in jure ſuo præjudicare, ſive jus ſuum auferre voluerit, *l. impubes. ff. adminiſtr. Tutor. l 2. §. merito. & §. ſi quis à Principe, ff. ne quid in loco public. l. nec. avus. C. emancipat.*

Et ſic ex iſtis rationibus liquet, ſequentes ſive poſteriores inveſtituras ita accipiendas eſſe, ne per illas primæ inveſtituræ quidquam derogetur, etiamſi neceſſe ſit, verba detorquere ad ſignificationem impropriam vel impropriiſſimam, quodque potius admittendum ſit, ut verba ſive pacta poſterioris inveſtituræ ſint ſupervacua nihilque penitus operentur, quam ut primæ inveſtituræ derogetur.

Sed certum eſt, nec non & ſuperius comprobatum, primam inveſtituram ſuper Baronia controverſa G. Primo factam ſive conceſſam, illud velle, quod ad ſucceſſionem Baroniæ controverſæ non tantum maſculi, ſed etiam fœminæ & deſcendentes ex fœminis a primo acquirente originem trahentes, admitti debeant.

Igitur ſequitur, omnes ſequentes inveſtituras ita interpretandas & accipiendas, ne per illas primæ inveſtituræ derogatum intelligatur, nevè fœminæ, & deſcendentes ex fœminis a primo acquirente originem trahentibus a ſucceſſione Baroniæ controverſæ excluſi cenſeantur, quodque potius admittendum ſit, ut clauſula poſteriorum ſive ſequentium inveſtiturarum, nempe: Tho einem rechten Manlehn / potius ſit inutilis, ſupervacua, & ſine effectu operandi, quam ut per illam ſit derogatum primæ inveſtituræ, atque fœminæ, vel deſcendentes ex fœminis à ſucceſſione Baroniæ controverſæ ſint excluſi.

217 Quinquageſimo tertiò, omnis † diſpoſitio omniſque actus ſecundum ſubjectam materiam, ſive naturam illius rei, de qua agitur, intelligi debet, *c. ſolitæ. & ibi Dd. extr. de majorit. & obedient. l. ſi uno in princ. ff. locat. & cond. l. ſi olei. C. eod. titul. l. damni infecti quidam in princ. & ibi Ang ff. de damno infect. l. fin. C. non numerat. pec. Clem. exivi. de verb. ſignificat. Alex. conſ. 126. num. 6. lib. 3. cum multis ſimilib. allegatis per Georg Naccam. Clem. ſæpe. colum. 4. & colum. 64. de verb. ſignific. Neviz. conſ. 92. num 12. uſq. ad nu. 42. Nicol. Everb. in loco à ſubjecta materia.*

Etiamſi neceſſe ſit, verba detorquere ad ſignificationem impropriam, *d. l. ſi uno in princ. ff. de locat & conduct. c. 1. §. porro. & d. c. Dominicus de ſtatu regularum lib. 6. gloſſ. l. cas. ff. de condit. & demonſtr. Salycet. l. quoniam multa facinora. C. ad l. Iuli. de vi publ. Imol l. fin. ff. de hæred. inſtit. Dec. & Dd. c. nam concupiſcentiam extr. de conſtit. cum multis ſimilib. allegat. per Tiraq. repet. l. ſi unquam. verb. revertatur. nu. 37. C. de revocan. donat.* vel impropriiſſimam, *Alex. l. 1. in princ. col. 4. ff ad l. Falcid. Iaſ. l. liber homo in princ. la. 2. nu 2 ff. de verb. obligat. Nicol. Everb. in loco à ſubjecta materia.*

Et hoc habet locum etiam in tali materia, in qua alioquin ſtricta interpretatio fieri debet. Namque & in illa materia verba ſecundum naturam rei, de qua agitur, ſive ſecundum ſubjectam materiam intelligenda ſunt, etiamſi ea impropriare neceſſe ſit, *Dec. conſ. 270. col. 4. conſ. 388 num. 4. & 5. Dec. l. 1. num. 16. C. qui admitti. Dec. l. quoties idem ſermo ff. de reg. jur. Alex. conſ. 5. col. 2. lib. 4 Neviz. conſ. 92. nu. 15. Tiraq. repet. l. ſi unquam verb. revertatur. nu. 38. C. de revocan. donat.*

Et in qualibet diſpoſitione atque contractu quælibet mens ſive voluntas contrahentium vel diſponentium colligitur ex ſubjecta materia ſive natura illius rei, de qua agitur, *l ſi fundus in princ ff. ſolut. matrim l. ſi duo. & ibi Bald ff. de acquir. hæred. l ſicut. § nam videtur. ff quib. mod. pign. Natt repet. c. quamvis. col 36. de pact. lib. 6. Paul. de Monte Picol. repet. l. in quartam. col. 28. ff. ad l. Falcid. Ioan. Neviz. conſ. 50. num. 26.*

Quinimò potius admittendum eſt, ut verba ſint ſupervacua, nihilque operentur, quam ut aliquid operentur contra ſubjectam materiam, ſive naturam illius rei, de qua agitur, *Bald. rubr. quæſt. 9. C. de contrah. empt Alex. conſ. 21. col. 2. lib. 5. Sociu. reg. 440. limit. 2. Dec. conſ. 477 num. 11. Caſſen. conſ. 55. nu. 6. Neviz. conſ. 92. nu. 31. Dec. l. quoties idem ſermo. nu. 2. ff. de reg. jur. Godzad. conſ 74. nu. 16. Cephal. conſ. 104. nu. 8.*

Similiter quoque clari juris eſt, cujuslibet feudi illam naturam eſſe, quæ ei attribuitur per primam inveſtituram, quodque natura attributa feudo per primam inveſtituram ſit potior omni jure omnibusque legibus, *c. 1. & ibi Bald. de duob. fratrib. à Capitaneo inveſtit. c. ſi cui. tit. de extraordin. capitulis. Bald. l. quoties. col. 1. C. de ſuis & legitimis. Bald. in prælud feud. diviſ. 4. Paul. Caſtr conſ. 176. nu. 1. lib. 1 Rol. à Vall. conſ. 67. nu. 23. & 24. lib. 1. Tiraq. rep. l. ſi unquam verb. libertis. nu. 9. C. revocan. donat. ubi ipſe multos alios Dd. ad hoc citat.*

Sed certum eſt, nec non & ſuperius comprobatum, primam inveſtituram de Baronia controverſa factam ſive conceſſam

G. Primo

G. Primo acquirenti, hoc velle, quòd ad successionem Baroniæ controversæ non tantùm masculi, sed & fœminæ & descendentes ex fœminis admitti debeant.

Et sic liquet, per primam investituram Baroniæ controversæ talem naturam attributam & acquisitam, quòd Baronia controversa non tantùm ad masculos, sed etiam ad fœminas, & descendentes ex fœminis transire debeat.

Igitur sequitur, omnes sequentes sive posteriores investituras ita intelligendas, ne per illas huic naturæ Baroniæ controversæ semel attributæ derogatum intelligatur, etiamsi necesse sit, verba posteriorum investiturarum ad significationem impropriam vel improprissimam detorquere, quodque potiùs admittendum sit, ut illa verba posteriorum investiturarum nempe: Zho einem rechten Manlehn/ sint supervacua & sine effectu operandi, quàm ut per ista prædicta natura Baroniæ controversæ mutata, & contra naturam Baroniæ controversæ fœminæ & descendentes ex fœminis à successione Baroniæ controversæ exclusæ censeantur.

218 Quinquagesimo quartò, non præsumitur, quòd Dominus feudi per investituras sequentes sive posteriores voluerit † præjudicare illis sive derogari juri illorum, quibus ex prima investitura jus quæsitum est, *Bald. conf 327. nu. 4. lib. 1. Dec. conf. 445. nu. 22. conf. 468. num. 26. Godzad conf. 53. num. 18. Georg. de Ecclesia inter consilia feudalia varior. conf. 48. num. 10. argumento l. 2. ff. merito. & ff. si quis ex Principe. ff. ne quid in loco publico cum multis similibus allegatis per Ludovic. Bologn. conf. 6. num. 22. Alciat. in tractat. de præsumptionibus reg. 1. 3. præsumpt. 11.*

Illudque generaliter quidem verum est, potissimum autem procedit eo casu, quando sequentibus sive posterioribus investituris

219 est adjecta clausula † Salvo jure alterius, tunc enim absque omni dubio per sequentes investituras non censetur esse præjudicatum illis, quibus ex prima investitura jus quæsitum est, *Dec. conf. 445. num. 22.* facit id quod tradit *Signorol. conf. 60. col. 2. Matth. de Afflict. c. 1. num 30. & 31. qui success. teneant. Card. Parif. conf. 65. num. 51. lib. 3. Albert. de Rof. in suo Dictionario verb. salvo.*

Quinimò illa clausula, Salvo jure alte-

220 rius, semper in investitura intelligitur, † etiamsi illa expressa non fuerit, *Alex. conf. 3. lib. 5. Dec. conf. 185. nu. 11. conf. 468 nu. 6. Matth. de Afflict. c. 1. ff. si quis investivit. nu. 74. de feudo dato invicem leg. commiss. Cardin. Parif. conf. 12. nu. 38 lib. 1. Cephal. conf. 90. nu. 47. Natta conf. 505. nu. 19. conf. 509. nu. 7. conf. 636. nu. 18. Socin. jun. conf. 1 10. nu 24. & 25. conf. 112. nu. 3. lib. 2. Mandell. conf. 34. num. 10.*

Sed certum est, nec non & superiùs comprobatum, primam investituram super Baronia controversa illud velle, quòd ad successionem illius Baroniæ omnes descendentes a primo acquirente non tantùm masculi, sed etiam fœminæ & ex fœminis progniti admitti debeant, illisque & fœminis & descendentibus ex fœminis vigore primæ investituræ censetur quæsitum esse jus non tantùm spe, sed etiam re ipsa, cùm omnes illi, qui vigore primæ investituræ ad successionem feudi admitti possunt, dicantur in feudo habere jus non tantùm spe, sed re ipsa, prout hoc pulchrè tradit, multisque firmissimis rationibus comprobat *Cels. Hugo conf. 26. num. 28. & 29.*

Et omnibus investituris super Baronia controversa factis & concessis Baronibus à Brunckhorst, descendentibus a G. Primo, est inserta clausula: *Salvo jure tertij.*

Igitur etiam ex hoc capite sequitur, quòd per sequentes investituras non sit derogatum fœminis, & descendentibus ex fœminis in illo jure, quòd ipsi vigore primæ investituræ ad successionem Baroniæ controversæ admitti debeant, quodque potiùs admittendum sit, ut illa verba: Zho einem rechten Manlehn / sint supervacua & sine effectu operandi, quàm ut per illa fœminæ, & descendentes ex fœminis a successione Baroniæ controversæ exclusi censeantur.

Quinquagesimo quintò, ad hoc † ne 221 dispositio vel verba dispositionis censeantur esse supervacua, sufficit illam dispositionem sive verba dispositionis aliquod saltem minimum sive modicum opera[...] *Ang. conf. 294. Ias. l. quoties in stipulat. nu[...] limitat. 3. ff. de verbor. oblig. Cephal. conf. 104. num. 17.*

Quinimò verba dicuntur satis operari, si saltem removeant illam dubitationem, quæ fieri posset, *Ruin. conf. 117. col. 2. Alex. conf. 23. col. 2. lib. 1. Corn. conf. 201. col. penult. lib. 3. Dec. c. at si Clerici. ff. de adulterijs. col. 4. extr. de judic Cravet. conf. 7 c. num. 28.*

Et similiter admittendum est, ut verba sint supervacua, atq; nihil operentur, quam ut † dispositio efficiatur illicita sive iniqua, 222

vel extendatur ad id, quod iniquum sive illicitum est, *Paul. Castrens. cons. 258. col. 1. lib. 2. Corn. cons. 119. col. 2. ad fin. lib. 2. Cravet. consil. 70. num. 29. lib. 1.*

Similiter potiùs admittendum est, ut
223 verba sive † dispositio sint supervacua & sine effectu operandi, quam ut capiatur intellectus absonus vel absurdus, *gloss. l. 1. ff. ad municip. Socin. reg. 440. limit. 1.*

Eodem modo potiùs admittitur, ut verba nihil operentur, quam ut quod fiat
224 contra † mentem vel voluntatem disponentis vel contrahentium, *Alex. l. verbis civilibus. notab. 2. arg. illius text. ff. de vulgar. & pupill. Francis. Aret. l. à Titio ad finem. ff. de verbor. obligat. Dec. cons. 362. ad fin. Cravett. cons. 70. num. 29.*

Deinde etiam potiùs admittitur, ut verba sint supervacua, & sine effectu operandi,
225 quam ut quis † grave damnum, sive grave detrimentum patiatur, *Bald. l. fin. §. in computatione, & ibi Ias. C. de jur. deliber. Corn. consil. 275. col. 2. lib. 3. cons. 191. col. 3. lib. 4. Dec. cons. 37. col. 3. cons. 74. col. fin. cons. 356. col. 2. versic. non obstat quod statutum. Ias. l. institui. col. fin. ff. de justit. & jur. Ruin. cons. 59. nu. 19. lib. 3. Crotus l. qui Romæ. §. duo fratres. nu. 22. ff. de verb. obligat. Cravet. cons. 70. num. 29. Cephal. cons. 104. num. 21. & 22.*

Præterea potius admittitur, ut verba
226 sint † supervacua, quam ut includant casum de jure vel de facto impossibilem, *Socin. reg. 440. limit. 3.*

Superiùs quoque comprobatum est, potiùs admittendum esse, ut verba sint supervacua & sine effectu operandi, quam ut aliquid operentur contra subjectam materiam, sive naturam rei, de qua agitur.

Sed certum est, nec non & in actis deductum, verba sequentium sive posteriorum investiturarum, quibus est inserta illa clausula: **Tho einem rechten Manlehn** / removere illam dubitationem, quæ forsan moveri possit, utrum videlicet constitutio Monasteriensis admittens ad successionem feudi masculini fœmininas & descendentes ex fœminis, etiam habeat locum in feudis simpliciter acquisitis, Et sic liquet, illa verba non posse censeri supervacua.

Deinde etiam natura sive subjecta materia Baroniæ controversæ ei attributa per primam investituram talis est, quòd ad Baroniam controversam etiam fœminæ, & descendentes ex fœminis admitti debeant.

Et tàm domino feudi quàm vasallo impossibile est per sequentes investituras præjudicare illis, quibus ex prima investitura jus quæsitum est, sicut hoc inferiùs comprobabimus.

Nec nón etiam iniquum, illicitum, absurdum & absonum est, alteri non consentienti jus suum ex prima investitura quæsitum auferre.

Et si caperemus illam interpretationem, quòd per verba: **Tho einem rechten Manlehn** / posterióribus investituris inserta, fœminæ & descendentes ex fœminis à successióne Baroniæ controversæ exclusi esse censeantur, fœminis & descendentibus ex fœminis grave damnum & detrimentum inferretur, & sequeretur intellectus iniquus, illicitus, absurdus & absonus, & illæ investituræ comprehenderent casum tam Dominis quàm Vasallis impossibilem, & offenderetur verisimilis mens & Domini feudi & vasallorum, quæ talis esse præsumitur, ut alteri jus suum ex prima investitura quæsitum auferre noluerint.

Igitur sequitur, potiùs admittendum esse, ut ista clausula: **Tho einem rechten Manlehn** / posteris ab investituris inserta, sit supervacua & sine effectu operandi, quam ut per illam & contra naturam Baroniæ controversæ, & contra verisimilem mentem & Domini & Vasallorum fœminæ & descendentes ex fœminis à successione Baroniæ controversæ exclusi esse censeantur.

Quinquagesimo sextò, non curamus, 227
quo † tramite feudum descendat, sed quòd sit ejus principium, *Bald. c. 1. de eo qui sibi & suis hæred. Dec. cons. 185. num. 3. cons. 193. nu. 4. Cephal. cons. 12. num. 2. Roland. à Vall. cons. 67. num. 7. lib. 1. Curt. jun. cons. 108. num. 18.*

Et successio in feudis semper respicit suum stipitem, *Bald. c. 1. §. hi non. num. 2. circ. finem de success. fœmin. & gradib. succedent. in feud. Dec. cons. 193. num. 4.*

Cùm itaque Baronia controversa Domino G. Primo, fuerit concessa ab initio eâ lege, ut illa non tantùm ad masculos, sed etiam ad fœminas, & descendentes ex fœminis transire possit & debeat, sequitur, hoc initium sive principium vel originem Baroniæ controversæ inspiciendam, & secundum illam ad Baroniam controversam etiam descendentibus ex fœminis admittendos, etiamsi posteriores sive sequentes investituræ forsan aliud disponerent, quod tamen minimè conceditur.

Quinquagesimo septimò, nova investitura facta per Dominum virtute antiquæ
investituræ, non † tollit vigorem venientem 228
ex an-

ex antiqua, *Alvarot. c. 1. num. 2. de vasall. decrepitæ ætatis. Natt. conf. 322. nu. 4. Card. conf. 92.*

Sed in casu præsenti omnes investituræ factæ ab Episcopis Monasteriensibus, Baronibus in B. de Baronia controversa sive respectu Baroniæ controversæ sunt factæ virtute investituræ primæ, & in ejus consequentiam.

Igitur sequitur, per illas investituras posteriores sive sequentes non esse sublatum illum vigorem primæ investituræ, quæ admittit ad successionem Baroniæ controversæ fœminas & descendentes ex fœminis.

229 Quinquagesimo octavò, † primæ investituræ non derogatur per posteriores investituras, quæ aliter, quam prima loquitur, & prima investitura semper inspicienda, atque secundum illam de feudo judicium faciendum, etiamsi posteriores sive sequentes investituræ a prima discrepent, vel contrarium disponant, *Dec. conf. 185. nu. 3. vers. primo. Cardin. conf 92. Cephal conf. 12. nu. 1. Natt. conf. 98. n. 15. conf. 505. n. 16. Curt. jun. conf. 180. nu. 17. conf. 181. nu. 3. Curt. jun. in tract. feud secunda part. 2. part. princip. quæst. 7. num. 43. Ioann. Campeg. inter conf. Albert. Brun. conf. 11. col. 2. Philippus Portius conf. 65. num. 4. conf. 171. num. 7. Celsus Hugo conf. 26. num. 24. conf. 113. num. 9. Ioan. Baptist. Vincemela. conf. 1. nu. 197. Cravet. conf. 592. num. 23.*

Ideoque traditum est, per sequentes investituras non mutari neque naturam, neque successionem feudi antiqui, *Natt. conf. 322. num. 4.*

Et hoc usque adeò verum est, ut procedat, etiamsi posteriores investituræ magis conveniant juri communi. Namque nihilominus prima investitura à posterioribus discrepans attendenda, & secundum illam de feudo judicium faciendum est, nulla habita consideratione, quid sequentes investituræ disponant vel contineant, *Philipp. Portius conf. 65. num. 4. conf. 171. num. 7.*

Sed superiùs comprobatum est, quòd vigore primæ investituræ ad successionem Baroniæ controversæ etiam fœminæ, & descendentes ex fœminis admitti debeant.

Igitur sequitur, quòd hæc prima investitura in casu præsenti potissimùm attendenda, & secundum illam pronunciandum sit, Baroniam controversam per obitum Baronis J. Comiti R. in D. tanquam descendenti a primo acquirente per lineam fœmininam acquisitam, & ab eo ad Comitem F. filium suum transmissam, nec iis quicquam obstare, etiamsi posteriores investituras ita interpretari possent, quòd ad successionem Baroniæ controversæ fœminæ, & descendentes ex fœminis admitti non debeant, quæ tamen interpretatio neutiquam capienda est, Sicut hoc superiùs comprobavi.

Quinquagesimo nonò, si in posterioribus † investituris fuerit recessum à prima sive prima investitura mutata, correcta vel alterata, hoc præsumitur factum non ex certa scientia neque deliberato, sed per errorem, *Bald. conf. 215. nu. 1. lib. 2. Alex. consil. 55. nu. 18. lib. 4 Natt. conf. 322. & conf. 505. nu 17.* 230

Ideoque illa alteratio, mutatio vel correctio non nocet, neque ipsi vasallo, qui investituram taliter recepit, neque posteris, neque etiam agnatis illius. Sed tam vasallus, quàm posteri & agnati illius semper & quandocunque istum errorem revocare possunt primam investituram producendo, & docendo, primam investituram & sequentes discrepare, prout hoc tradit *Bald. c. 1. §. fin. num. 2. de feudo. Guarn Alex. consil. 55. num. 17. lib. 4. Dec. conf. 185. num. 3. conf. 193. num. 4. conf. 263. num. 3. conf. 468. nu. 25. conf. 498. num. 17. Curt. jun. conf. 118. nu. 18. Natt. conf. 322. num. 5.*

Sed superiùs comprobavi, quòd vigore primæ investituræ ad successionem Baroniæ controversæ etiam fœminæ & descendentes ex fœminis admitti debeant.

Igitur sequitur, si investituræ posteriores ita interpretari possent, quòd per illas prima investitura mutata fuerit, quoad hoc, ne descendentes ex fœminis ad successionem Baroniæ controversæ admitti possint, præsumendum esse hanc mutationem per errorem factam. Eamque ob caussam neque Comiti R. neque Comiti F. nocere posse, sed Comitem F. ista mutatione erronea non obstante, ad successionem Baroniæ controversæ admittendum.

Sexagesimò, Si investitura † prima sive dispositio in investitura prima in sequentibus investituris mutata vel alterata fuerint, illud præsumitur esse factum per impressionem, prout hoc expressè tradit *Bald. conf. 215. num. 1. lib. 2.* 231

Et confirmatur ex eo, Namque quælibet † remissio juris sui facta à subdito Principi sive Magistratui, & conjuncta cum læsione subditi, præsumitur esse facta per impressionem, *Ioan. Andr. in addit. ad Speculat. tit. de usuris. §. 1. in prima addit. Mag. Paris. de Put. in tract. syndicatus verb. syndicatori. nu. 18. Hippol. de Marsil. sing. 645.* 232

Quinimò

Quinimò contractus quilibet initus
à subdito cum Principe, Duce, Episcopo, vel
alio Magistratu læsionem subditi continens
per impressionem initus & extortus præsu-
mitur, *Cyn. & Bald. l. novissimè. ff. qui falso.
tut. auth. Paul. de Put. in tractat. syndico. verb.
syndicatu. num. 16. l. penult. l. quemadmodum
præsumpt. 101. & 102. C. de agricol. & cens.
lib. 11. Hippol de Marsil. sing. 643.*

Et hoc generaliter quidem verum est,
potissimùm autem locum habet, quando
233 illa † remissio vel actus est conjunctus cum
læsione enormi vel enormissima, tunc enim
multò magis præsumitur illam remissio-
nem vel actum per metum vel impressio-
nem extortum, *Dec. c. caussa matrimonij nu. 5.
vers. & ista conclusio limit. & ibi Carol. Molin.
in addit. extr. de offic. delegat. Curt. sen. interpo-
sitas. num. 26. vers. tertio singulariter. C. de
transaction. Covarru. in epit. quarti libri decre-
talium. part. 2. cap. 3. num. 4.*

234 Et certum est, quòd si † disposita in pri-
ma investitura in frequentibus investituris
per impressionem alterata vel mutata fue-
rint, quod illa alteratio vel mutatio per
impressionem facta, neque ipsis recipien-
tibus investitutam, neque posteris vel agna-
tis ipsorum præjudicet, sed per se & ipso
jure nulla sit, *Bald. c. 1. §. fin. num. 2. de feudo
Guard. Iacob. de S. Georg. in tractat. feud. verb.
qui quidem investiti. num. 70. Dec. cons. 468.
nu. 25. cons. 498. num. 17.*

Et confirmatur ex eo, Namque clari &
235 indubitati juris est, quòd gesta † a Principe,
Episcopo, Duce vel alio Magistratu cum
subdito per impressionem, sive interve-
niente impressione per se & ipso jure nulla
sint, & viribus careant, *l. si per impressionem,
& ibi Bart. Paul. Castrens. Alex. & Dd. C. qui
metus causa. Bart. l. aufertur § qui à præside. ff.
de jure fisci. Bald. l. solent. §. nunc verò. num. 2.
ff. offic. Procons. Cyn. l. quisq. C. si cert. petat.
Ang. l. eos qui. C. eod. tit. Alex & Zas. l. prin-
cipalib. & ibi Ias. limit. 2. ff. si cert. petat.*

Igitur sequitur, etiamsi posteriores in-
vestituræ ita interpretari possent, quòd per
illas prima investitura mutata fuerit in hoc,
ne ad successionem Baroniæ controversæ
fœminæ & descendentes ex fœminis ad-
mitti possint, præsumendum esse, hanc mu-
tationem per impressionem esse factam.
Eamque ob caussam & viribus carere, & ea
non obstante per obitum Baronis J. Baro-
niam controversam Comiti R. in D. tan-
quam descendenti à primo acquirente per
lineam fœmininam delatam & acquisitam,
& ab eo ad modernum Comitem F. trans-
missam.

Sexagesimo primò Dominus † feudi, 236
sive ipse sit Princeps secularis vel ecclesia-
sticus superiorem recognoscens, vel non,
revocans, retractans, alterans, vel mutans
illa, ad quorum observationem ipse secun-
dum tenorem primæ investituræ obligatus
est, præsumitur esse circumventus, illaque
præsumptio est præsumptio juris, & de jure
probationem in contrarium non admit-
tens, *Bald. cons. 327. nu. 4. lib. 1. cons. 279. lib. 3.
Dec. cons. 580. cons. 599. 640. & 689. Cravett. in
tractat. de antiquit. temp. part. 1. §. non obmitto.
num. 12. & 13. Rol. à Vall. cons. 2. nu. 151. lib. 1.*

Ex quo infertur. Etiamsi ponamus, in
casu præsenti investituras sequentes & po-
steriores ita accipi posse, quod per illas in-
vestituras præcedens ita mutata sit, ne ad
successionem Baroniæ controversæ fœmi-
næ & descendentes ex fœminis admitti pos-
sent, præsumptione juris, & de jure præsu-
mendum esse, Episcopos Monasterienses
non ex proposito, neque ex certa scientia,
sed circumventos illam mutationem sive
alterationem fecisse. Eamque ob caussam,
etiam ex hoc capite istam alterationem sive
mutationem Comiti R. & F. non nocere,
sed illa mutatione non obstante Comitem
F. ad successionem Baroniæ controversæ
admittendum.

Sexagesimo secundò, à prima investi-
tura † non est recedendum propter investi- 237
turas posteriores sive sequentes aliter quàm
prima investitura loquentes, nisi in poste-
rioribus investituris expressè dictum fuerit,
quòd per posteriores investituras de com-
muni consensu & Domini & Vasalli, &
omnium illorum, quorum interest, a prima
investitura fuerit recessum, *Dec. cons. 185.
num. 43. cons. 193. num. 4. cons. 468. num. 27.
cons. 498. num. 18. Natt. cons. 505. num. 17. cons.
506. num. 44. Roland. à Vall. cons. 67. num. 6.
lib. 1. Curt. jun. cons. 108. num. 18. Albert. Brun.
cons. 78. num. 6. Godzad. cons. 26. num. 10. Ioan.
Vincemela inter feud. cons. varior. cons. 1. nu. 197.*

Sed in casu præsenti in posterioribus
investituris non est neque expressum neque
dictum, quod a prima investitura fuerit re-
cessum de communi consensu, & Domini
feudi & Baronum in B. & omnium illo-
rum, quorum interest.

Igitur etiam ex hoc capite sequitur, et-
iamsi posteriores investituræ ita accipi pos-
sint, quòd per illas prima investitura ita mu-
tata sit, quòd ad successionem Baroniæ con-
troversæ

troversæ fœminæ, & descendentes ex fœminis admitti non debeant, hac tamen mutatione non obstante secundum tenorem primæ investituræ descendentes ex fœminis, & per consequens etiam Comitem R. & F. ad successionem Baroniæ controversæ admittendos.

238 Sexagesimo tertiò, alteratio † sive mutatio primæ investituræ facta a Domino etiam cum consensu vasalli, censetur esse tantùm restricta ad tempus vitæ illius vasalli, qui illi alterationi sive mutationi consensit.

Namque vasallus in feudo habet tantum jus limitatum & restrictum ad tempus vitæ suæ, ipseque intelligitur gravatus, illud feudum post mortem suam filiis agnatis vel cognatis suis restituere, *Andr. de Isern. c. 1. §. hoc quoq. num. 9. & ibi Matth. de Afflict. nu. 8. de success. feudi. Andr. de Isern. c. 1. §. quid ergo. num. 7. & ibi Matth. de Afflict. num. 20. de investit. de re alien. fact. Card. Paris. cons. 65. nu 26. lib. 3. Andr. de Isern. c. 1. num. 10. de alien. feud. patern. Bald. cons. 38 num. 5. lib. 1. Matth. de Afflict. in prælud. feud. num. 178. Socin. jun. cons. 72. num. 27. lib. 1.*

239 Et Dd. communiter concludunt, quòd remissio, † refutatio vel renunciatio facta à vasallo de feudo vel respectu feudi intelligatur facta limitate, pro tempore vitæ vasalli, quodque mortuo vasallo illa renunciatio, remissio sive refutatio expiret, *Bald. l. qui se patrijs. C unde liberi. Franc. Aret. l apud Iulian. §. si quis alicui. col. fin. ff. de legat. 1.*

Et confirmatur per id, quod & Legibus expressè cautum, & à Dd. communiter traditum est, quòd donatio, renunciatio, refutatio, remissio vel alia concessio titulo lucrativo facta de aliqua re, vel respectu alicujus rei, in qua renuncians sive refutans habet tantùm jus limitatum sive restrictum, intelligatur similiter facta limitato modo secundum tempus, terminos & limites illius juris, *c. pastoralis, & ibi Ant. de Butr. extr. de donat. l. prædia, & ibi Bart. C. de locat. prædior. fisca. limit. lib. 10. Bald. & Ang. l. si domus. §. fin. & ibi Alex. num. 3. Ias. num. 11. ff. de legat. 1. Bald. & Ang l. cùm alienum. C. de legat. Bald. l. monumenta. C. eod. tit. Bald. Rubric, quæst. 6. C. de contrah empt.*

Quinimò Dd. concludunt, quòd etiam contractus onerosus de feudo vel respectu feudi initus a vasallo, tantùm censeatur esse restrictus ad tempus vitæ illius vasalli, ita ut mortuo illo vasallo, iste contractus expiret & evanescat, *Dec. cons. 208. nu. 9. Matth. de Afflict. c. 1. §. hoc quoq. nu. 8. de success. feud. Calcan. cons. 162.*

Et confirmatur ex eo. Tum quia & emphyteuta vendens rem emphyteuticam, vel alio modo respectu rei emphyteuticæ contrahens, intelligitur tantùm contradixisse intuitu juris limitati, quod ipse in emphyteusi habet, *Petr. Cyn. Alber. & Ang. l. fin. & ibi Salicet. col. 3. Ias. num. 86. & num. 141. C. de jur. emphyteut. Spec. in tit. de locat. §. nunc aliqua. vers. 193. Salicet. l. 1. in fin. C. de contrah. empt. Paul de Leaz. c. potuit. extr. locat. & cond. Paul. Castr. l. servi electione. §. fin. ff. legat. 1.*

Tum, quia usufructuarius contrahens respectu illius rei, in qua ipse usumfructum habet, intelligitur tantùm contraxisse limitatè sive restrictivè, quoad illud jus, quod ipse in illa re habet, *Alber. de Rosat. l. 1. col. 2. nu. 4. & ibi Arius Pinellus in repet. part. 3. nu. 37. C. de bon. matern. Iohan. de Imol l. usufructus. num. 2. ff. solut. matrim. Covarr. variar. resolut. lib. 1. cap 8. num. 7. vers. quo fit argumento. l. arborib. §. usufructuarius ff. de usufruct.*

Tum, quia & contractus initus à Prælato respectu rerum ad prælaturam suam pertinentium, in quibus ipse tantùm tempore vitæ suæ jus habet, intelligitur restrictus ad illud jus limitatum, *Paul. Castrens. cons. 2. num. 3. lib. 1.*

Tum, quia regulariter contractus quilibet initus ab illo, qui jus limitatum sive restrictum in aliqua re habet respectu illius rei, censetur esse restrictus ad tempus sive terminos illius juris, *l. qui tabernas, & ibi gloss. Bart. & Bald. ff. de contrah. empt. l. final. verb. consentiente à contrario sensu. C. de commun. rerum alien. Bal. rub. quæst. 6. C. de contrah. empt. Bald. l. cùm venderes. ff. eod. tit. Bald. l. 1. nu. 5. & ibi Ias. nu. 21. C. qui testamentum facere possunt. Bald. l. in testamento. C. ad leg. Falcid. Bald. l. prædijs in §. c. creditorem auctionem pign. Paul. de Leaz. c. potuit col. 2. extr. de locat. & conduct. Alex. l. si domus. § fin. nu. 4. & ibi Ias. nu. 24. ff. de legat. 1. Alex. cons. 63. nu. 4. & 9. lib. 6.*

Ex quo infertur, etiamsi probari possit per sequentes investituras, præcedentibus investituris derogatum sit in hoc, quòd ad successionem Baroniæ controversæ descendentes ex fœminis admitti non debeant, illamq; derogationem esse factam ex proposito, & ex certa scientia, & cùm consensu libero & Episcoporum & Baronum in B. & C. qui taliter se investiri passi fuêre, hanc tamen derogationem esse restrictam & limitatam pro tempore vitæ illorum Baronum, atq; jam ipsis mortuis & defunctis, illam derogationem ipso jure expirasse, ita ut illa derogatio moderno Comiti F. nihil penitùs obesse vel derogare possit.

Sexa-

240 Sexagesimo quartò, mutatio † investituræ primæ in sequentibus investituris facta, non præjudicat, neque nocet tertio absenti, *Natta cons. 634. limit. 13.*

241 Et præsentia, sive quòd † quis alicui actui præsens fuerit, in dubio non præsumitur, sed is, qui præsentiam allegat, eam probare tenetur, *Specul. in tit. de action. §. 1. vers. quòd si iste. Bald. l. fin. §. necessitatem. C de bon. quæ liberis. Bald. & Ang. l. præscriptione. C. quibus non obstat long. temp. præscript. Bald. l. emptor. C. de præscript. long. tempor. Alex. cons. 98. col. penult. lib. 2. cons. 92. circ. fin lib. 5 Fran. Balb. in tractat. de præscript. 1. part. 4. part. princip. quæst. 3. Felin. c. quoniam frequenter in princip. col. fin. circa finem extr. de lite non contestat. Felin. c. tenor. vers. ad aliud. extr. de sentent. & re judicat.*

Sed hactenus probatum non est, neque unquam probari poterit, quòd Comes F. in D. ejusque pater, avus, proavus, abavus, vel abavia præsentes fuerint illis investituris posterioribus, quibus est inserta ista clausula, **Tho einem rechten Mankehn.**

Igitur etiam ex hoc capite sequitur, quòd istæ investituræ posteriores neq; Comiti F. neque parentibus vel majoribus suis præjudicet vel præjudicare potuerit.

242 Sexagesimo quintò, † mutatio investituræ primæ regulariter non nocet neque præjudicat illis, qui ad istam mutationem citati non fuêre, prout hoc expressè & in specie tradit *Calcan. conf. 127.*

Et confirmatur per id, Namque regulariter † ad quemlibet omninò actum & negotium quodlibet expediendum, sunt vocandi & citandi omnes illi, quorum interest, *l. nam ita divus. ff. de adoptio. l. de unoquoq; ff. re judicat. l. fin. C. si per vim vel alio modo. c. inter qualitat. extr. de majorit. & obed. c. cùm ex literis extr. de integr. restitut. Clem. pastoralis de re judicat.*

243

Et nullus actus nocet vel præjudicat illi, qui ad illum actum citatus non fuit, *l. Modestinus. ff. de exception. l. 1. ff. except. rei judic. l. 2. C. de fide instrum. l. 1. C. res inter alios acta. c. inter dilectos extr. de fide instrum. c. jure super extr. de sentent. & re judicat.*

Et hoc usque adeò verum est, ut nullus penitùs actus ei, qui ad illum actum citatus non est, præjudicet, etiamsi ille actus ad ipsum non pertineat principaliter, sed in consequentiam, *Bart. l. filiusfamilias. §. divi. quæst. 1. ff. legat. 1. Ioan. Fabr. §. licet autem. Instit. de adopt. Roman. l. peregr. §. quibus. ff. acquir. possess. Alex. l. de unoquoq; circa fin. ff. de re judicat. Alex. l. Pomponius. col. 9. ff. eod. tit. Alex. conf. 85. col. 1. lib. 2. Felin. c. fin. col 2. extr. de majorit. & obedient.*

Similiter quoque indubitati juris est, quòd citatio non præsumitur facta, quodq; is, qui allegat aliquem citatum esse, illud probare teneatur.

Sed hactenus probatum non est, nec unquam probari poterit, quòd Comes F. in D. vel patentes aut majores illius citati fuerint ad sequentes investituras, quibus est inserta ista clausula: **Tho einem rechten Mankehn.**

Igitur etiam ex hoc capite sequitur, istas sequentes investituras neque Comiti F. neque patenti ipsius Comiti R. nocere potuisse, sed istis investituris non obstantibus post obitum Baronis J. Baroniam controversam acquisitam Comiti R. & ab eo ad modernum Comitem F. transmissam.

Sexagesimo sextò, Dominus † feudi 244
etiam cum consensu vasalli, & ex certa scientia non potest mutare primam investituram vel conditionem, naturam aut qualitatem per primam investituram feudo attributam, in præjudicium illorum, qui vigore primæ investituræ jus succedendi in feudum habent, nec jus quæsitum ex prima investitura descendentibus ex primo acquirente auferre, *Bald. l. 1. n. 31. C. quando non pet. partes. Dec. cons. 263. n. 2. circ. finem. cons. 445. nu. 23. cons. 468. n. 25. & 27. cons. 498. n. 17. Curt. jun. cons. 108. num. 18. Albert. Brun. cons. 1. nu. 83. cons. 78. num. 7. Beroius cons. 65. num. 3. lib. 1. Natt cons. 505. num. 19. Roland. à Vall. cons. 67. num. 7. lib. 1. Philippus Porcius cons. 65. num. 2. Godzad. cons. 26. num. 40. Ioan. Vincemela inter cons. feud. varior. cons. 1. num. 172. & 198. Cephal. cons. 23. num. 47. cons 155. nu. 10. cons. 173. num. 31. cons. 197. num 9. & 10. Bursat. cons. 129. num. 93. lib. 2.*

Et *Cephalus in præallegat. cons. 155. nu. 10.* nec non & *Bursat. conf. 129. num. 93. lib. 2.* multos alios Dd. hanc sententiam amplectentes citant. Ex quorum numero liquet, hanc sententiam communiter receptam, ideoque ab illa neque in judicando neque in consulendo recedendum.

Et confirmatur ex eo, Namque clari juris est, quòd nemini auferri possit jus suum sive sibi quæsitum absque consensu vel voluntate illius, *l. fin. C. si contra jus vel utilitat. public. l. id quod nostrum. ff. de reg. jur. c. quæ in Ecclesia, extr. de constitut.*

Etiamsi illud jus alicui sit quæsitum, vel alicui competat spe tantùm, namque nec illud

illud quidem ipsi absque consensu suo auferri potest, *l. in diem. vers. non autem. ff aqua pluvia arcend. l. 2 in fin. ff. natalib. restituend. Bald. cons. 431. col. 2. lib. 2. Barb. cons. 18. col 6. lib. 2. Dec. c. sicut Romana. col. 3. extr. de rescript. Præpos c. 1. §. Titius. col. 4. si de feud. defuncti contentio.*

Et hoc usque adeò verum est, ut jus mihi quæsitum vel competens, mihi non consentienti, nec ab illo quidem auferri possit, per quem sive per cujus factum mihi illud jus quæsitum est, sive illud jus mihi competat re ipsa, *l. fin. & ibi Ias. & Dd. ff. pact. l. qui Romæ §. flumus. ff. de verb. obligat. l. 1. § 2. & ibi gloss. ff. stipul. servor. l. si post mortem. §. finali ff. bonor possess. contra tabulas cum multis similib. allegat. per Tiraquell. in tractat. de V. R. part. 2. §. 1. gloss. 7. nu. 21.* sive spe tantùm, *l. si censent ad fin & ibi Bald. C. donat. ante nupt. Franc. Aret. cons 7. Ruin. cons. 186. col. 1. lib 1. Dyn Rain. Bald. Ang. Imol. & Castr. l. idem. Iulianus. § si quis alicui argumento illius text. ff. legatis 1. Alex. cons 106 col. 3. lib 4. Dec. cons. 239. col. 3. vers. ultimò non obstat.*

Et hæc decisio generaliter quidem vera est, potissimùm autem locum habet in illis

245 Dominis feudi, † qui superiorem recognoscunt, quales sunt Episcopi, Duces & similes. Namq; illi nemine penitùs refragante jus quæsitum descendentibus ex primo acquirente vigore primæ investituræ, sive per primam investituram iis non consentientibus etiam accedente voluntate & consensu vasalli auferre, vel naturam sive qualitatem per primam investiturã feudo attributam, in illorum præjudicium mutare nequeunt, prout hoc expressè tradit *Albert Brun. cons. 1. num. 84. Cephal. cons. 155 nu. 11.* ubi ipse attestatur eandem opinionem etiam amplecti *Andream de Isern. Curt jun. & Ioann. Lopez in locis ab ipso citatis.*

Et hoc usq; adeò verum est, ut Episcopi

245 aliive † Domini feudi superiorem recognoscentes nec ex justa quidem & legitima caussa qualitatem vel naturam feudi per primam investituram acquisitam in præjudicium descendentium a primo acquirente alterare, mutare, vel descendentibus ex primo acquirente jus suum ex prima investitura quæsitum auferre possint, cùm Principes sive Domini superiorem recognoscentes, alteri nec ex caussa quidem justa jus suum sive sibi quæsitum auferre possint, *Bald. l. 4. col. 7. vers item nota quod si Papa. C. servit. & aqua Bald. l. rescripta. col. fin. vers. tertiò quærunt. & ibi Dd C. precib. Imperat. offer. Bald. l. cùm filius. ff. testamento milit. Paul. Castr. l. Gallus. §. & quid si tantum ff liber. & posthum. Felin. c. quæ in Ecclesiam. nu. 32. extr. de constitut.*

Quinimò *Dd.* communiter concludunt, quòd etiam Princeps † summus etiam supe- 247
riorem non recognoscens, naturam & qualitatem attributam feudo per primam investituram in præjudicium descendentium ex primo acquirente in sequentibus investituris nec cum consensu quidem vasalli, mutare, alterare, vel descendentibus a primo acquirente jus suum auferre possit, nec de plenitudine quidem potestatis, prout hoc expressè & in specie tradit *Godzad. cons 26. num. 40. Celsus Hugo cons. 26 nu. 26. Ruin. cons. 7. lib. 1. Natt. cons. 505. num. 19. Ceph. cons. 3 num. 8. cons. 12. nu. 5 & 6. cons. 23 nu. 47. cons. 90. nu. 40.*

Et *Cephalus* in præallegato *cons. 23. nu. 47.* attestatur, eandem opinionem amplecti *Decium, Ant. Rubeum. Cravet. Ruin. Socin. jun. Ias. Curt. jun. Albert. Brun. Card. Paris. Matth. de Afflict. & Thom. Gram. in locis ab ipso citatis.*

Idem quoq; vult *Bald. cons 327. nu. 4. lib. 1.* ubi ipse inquit, quòd Imper. Rom. non possit mutare statum, nec minuere honorem vasallorum.

Et hoc usque adeò verum est, ut per sequentes investituras Princeps etiam summus non possit præjudicare illis, quibus ex prima investitura saltem spe jus quæsitum est, *Ruin. cons. 7. lib. 1. Ceph. cons 90. num. 39.*

Et sic liquet, hanc opinionem esse communiter receptam, ideoque ab illa neque in judicando, neque in consulendo recedendum est per jura vulgaria.

Et confirmatur ex eo, Namque feudum est contractus, & quidem nominatus, *Bart. l. jurigentium. §. Quinimò. nu. 19. & ibi Ias. nu. 16. & nu. 7. ff. pactis. Bart. l. 1. ff. cond. ex lege. Socin. consil. 63. nu. 6. lib. 1. cons. 165. nu. 5. lib. 2. Ias. in prælud. feud. nu. 34. Curt. jun. in tract. feud. part. 1. quæst 8. num 36. Celsus Hug. cons. 26. nu. 27.*

Et certum est; quòd Princeps † etiam 248
summus & superiorem non recognoscens, jus alteri ex contractu suo quæsitum auferre vel contractum suum retractare, vel ab illo recedere nequeat, *l. Cæsar. & ibi Bart. ff. publica. l. pen. C. de donat. inter vir. & uxor. c. 1. & ibi Bald & Dd. de nat. feud. c. 1. & ibi Anton. de Butr. Imol. Abb. Fel. Dec Aug. Berous & Dd. extr. de probat. l. de contractu. C. de rescindend. vendit. l ratas C. eod. tit. Cyn. & Bald. l. digna vox. C. de l. Ias. l. si pecuniam in princ. n. 12 usq; ad nu. 17. ff. de condict ob caussam. Ias. cons 1. nu. 4. lib. 1. cons. 177. nu. 3 cons. 277. col. 5. lib. 2. cons. 76. nu. 8. & cons. 93. lib. 3. Socin jun. cons. 126. nu. 17. & 18. lib 3.*

Oooo Bald.

Bald.cons.275.col. fin.lib.2. Ioan. Baptist. Caccialup. repet.l.omnes populi.num.107.ff. de instit.& jur. Laur.Sylvan. cons 34. num. 27. Ioan.Cephal. cons. 58. num. 78. lib. 1. Roland. à Vall. cons. 34. num.27. & 28. & cons. 66. num. 33. lib. 2. Cravett. cons. 241. num. 22. Philip. Portim reg. 18. lib.5. Ias. l.1. in princ. num.2. ff. de pactis. Foller. in part. beneficiali verb. & submissiones. num. 5. 6.7.& 25. Nec directè nec per indirectum, *Dominic.cons. 78.col. 1. Alex. cons. final. col. 7. lib.4. Anton.Rub.cons.147. col.3. Croet. l.Gallus. §.& quid si tantum ff.de liber.& posthum Philip. Port. lib. 5. reg. 18. ampl. 4.* Neque totaliter neque aliqualiter illam nempe obligationem minuendo vel restringendo, *Ioan. Bapt. Caccialup.repet. l.omnes populi. num. 107. ff. de instit.& jur.* facit id quod tradit *Bald.cons.327. col.4. lib. 1.Bald. l.1. col. penult. vers. sed quid si Dominus. C. quando non petantur partes. Dec. cons. 185. col.2. in fin. vers. non obstat. Godzad. cons.26. col.6. vers. undecimò dicendum. Ioh. Lopez.rub fol.46.col.1.& fol.81.col.3.extr.de donat. inter vir. & uxor. Philip Port. regul. 18. lib. 5.*

Usque adeò, ut Principibus etiam superiorem recognoscentibus nec de plenitudine quidem potestatis hoc facere permittatur, *Bald. c.1.§. ad hoc. col. 5. vers. item nota ex gloss. de pace jura. firm Paul. Castrens. l.digna vox. C.de legib.Felin. & Dec.c.1. uterq; nu.1. extr. de probat. Dec. cons 151. nu. 1. Foller. in praxi censuali verb. & submissiones. nu.8. Ceph. cons.168.nu. 30. Dec. cons. 286. col.3. cons.292. cons. 689. col.1. Ias. cons.1. lib.1. cons. 233. lib. 2. cons.93. col. 2. verb. item imò fortius. lib 3. Alexandr. Rub. cons. 50. & cons. 138. in fin. col. 1. Ruin. cons. 196. num. 19. lib. 1. Alciat. in tract. de præsumpt. regul.3. præsumpt. 8. num.6. Card. Paris cons. 11. num. 116. & 117. lib. 1. Sigism. Neapol. inter cons. Albert. Brun. cons. 114. num. 214. Ioan. Cephal. cons. 58. num. 79. lib. 1. Aym. Cravett. in tractat. de antiquitat.tempor. part.1. §. circa primum nu. 17. Aym. Cravet. cons.241. nu.18.& 19 Rol.à Vall. cons.1. nu.28. & cons. 66. nu.33.lib.2.Philip.Port.repet.18.ampliat. 2. lib. 5.*

Sed certum est, nec non etiam superiùs comprobatum, quòd vigore primæ investituræ omnibus descendentibus à G. Primo, non tantùm masculis, sed etiam fœminis & prognatis ex fœminis hoc jus competat & acquisitum sit, quòd ipsi ad successionem Baroniæ controversæ admitti debeant, quodque per primam investituram Baroniæ controversæ illa natura atque qualitas attributa sit, quòd ad successionem illius etiam fœminæ & descendentes ex fœminis admitti debeant.

Igitur sequitur, Episcopum Monasteriensem etiam cum consensu Baronum in B. & ex certa scientia per sequentes investituras non potuisse præjudicare fœminis descendentibus à primo acquirente eorumq; liberis & posteris, vel in illorum præjudicium primam investituram sive disposita in prima investitura naturam nempe Baroniæ controversæ per primam investituram attributam mutare vel alterare.

Rursus ex hoc infertur, etiamsi fides fieri posset, sequentes investituras ita interpretandas esse, quòd ad successionem Baroniæ controversæ fœminæ & descendentes ex fœminis admitti non debeant, quodque talia facta sequentibus investituris fuerint inserta non ex errore neque per impressionem, sed ex certa scientia & spontanea voluntate tam Episcoporum Monasteriensium, quàm Baronum in B. Hoc tamen pactum ex defectu potestatis & Episcoporum Monasteriensium & Baronum in B. nullum & invalidum esse, nec moderno Comiti F. quicquam nocere.

Namq; clari juris est, quòd † actus qui- 249
libet propter defectum potestatis agentis nullus & inutilis reddatur, *l. multum interest. C. si quis alteri vel sibi. l. si genero. C. de reì uxor. act. l. sive emancipatus. C. de donat. c. insuper extr. de offic. delegati.*

Sexagesimo septimò, si in posterioribus
investituris † quid vel fuerit immutatum, 250
vel primæ investituræ derogatum, aut disposita in prima investitura alterata etiam ex proposito & cum consensu tam Domini feudi, quam vasalli, illud neque filiis, neque agnatis aut cognatis vasalli præjudicat. Sed illa mutatione non obstante filii agnati vel cognati illius vasalli, vigore primæ investituræ se ad feudum ejusque successionem admitti debere, rectè postulant, *Bald. cons. 215.nu. 1.lib. 2.Paul.Castr.cons.176.nu. 3.lib.1.consil.191.nu.3.lib.2. Dec.cons.78. nu.6.col. pen. vers. & licet.cons.185 nu.3. cons.193. num.4. cons.445. nu.23.cons.468.nu.27.cons.498.nu.17. Ias cons.7. col. 6. vers. quintò ad idem. cons.56. col.5. vers. quartò ad idem.lib.3. Alvar.inter cons. Alb. Brun. cons.57.Curt.jun.cons.108.nu.18.cons.181.num. 3. Curt.jun.in tract.feud.2 part.2.part.pr quæst. 7. nu.4. Alb. Brun.cons.78.nu.7. Ioan.Campeg.inter cons.Alb.Brun.cons.11.col.2. Ruin.cons.43.n 3. & 4. cons.154.nu.lib.1.Godzad.cons.26.nu. 40.cons.53. nu.18. Hieron.Grat.cons.132.n.13.lib.1, Rol. à Vall. cons.67.n.7.lib.1.Ceph.cons.3 n 2.&6.cons 12.n. 2.& 4.cons.155.n.10.cons.173.n.31.cons.197.n. 9.10.*

Berous

Berous conf.65. num.3. lib.1. Philip. Port.conf.65. num.4. & 7. Celf. Hugo conf.26.num.24.

Et sic liquet, hanc opinionem communiter receptam, ideoque ab illa neq; in judicando neque in consulendo recedendum.

Cùm itaque secundum tenorem & vigorem primæ investituræ super Baronia controversa facta etiam fœminæ & descendentes ex fœminis ad successionem Baroniæ controversæ admitti debeant, Sequitur, etiamsi posteriores sive sequentes investituræ ita interpretari possint, quòd ad successionem Baroniæ controversæ fœminæ & descendentes ex fœminis admitti non deberent, quodque eo modo primæ investituræ derogatum esset, hanc tamen derogationem sive mutationem fœminis & descendentibus ex fœminis non nocere, illaque non obstante per obitum Baronis J. Baroniam controversam Comiti R. in D. tanquam descendenti à primo acquirente per lineam fœmininam delatam, & ab eo ad modernum Comitem F. transmissam.

Sexagesimo octavò, hanc controversiam quasi in terminis decidit id, quod tradit *Bald.conf.215. num. 51. lib. 2*, ubi *Bald.* concludit, si prima investitura de feudo fuerit facta acquirenti ejusque descendentibus masculis & fœminis, fœminas ex illo descendentes ad successionem hujus feudi indistinctè admitti, etiamsi pater & avus illius fœminæ, quæ se ad successionem feudi admitti postulat, vigore primæ investituræ ultra quinquaginta annos de isto feudo fuerint investiti, tanquam de feudo masculino sive per se & descendentibus suis masculis tantum. Et movetur *Bald.* per sequentes rationes.

Tum, quia in nullo capitulo feudorum hoc est expressum, quòd per pactum patris possit derogare filio in eo, quod habet a genere & non a patre, Ergo in hoc debemus stare legi scriptæ, *c.1. §.strenuus de feud. cognit.* qua lege scripta expresse cautum est, quòd jus posteritati quæsitum privilegio vel antiquitate, pater non potest auferre filiis, *l.3.ff. de interdict. & relegat. l.non tantùm. §.si emancipatus ff.de bonor.possess. contra tabul.*

Tum, quia istud feudum est feudum antiquum, ideoque ex persona aliorum successorum non debet immutare pristinum statum, *l.2.§.ex his ff.de verb.oblig.l.quæ à patre.C. de restitut. militum.l. an vitium.§.ex facto. ff.de divers.& temp. præscrip.c. 1. §.si verò de investit. de re alien. facta.*

Tum, quia fœmina in feudis videtur apposita in defectum masculorum & quasi substituta post mortem eorum in ipsorum locum, cùm non pateat locus fœminæ in successione feudi, donec superest masculus ex eo, qui primus de hoc feudo fuit investitus, *c.1. de eo, qui sibi & suis hæred.* Et certum est, quòd prior gradus non potest substitutis, & sic post eum successuris præjudicium generare, nec quòd prius in ipsius bonis non est, in alium transferre, *l. fin. §.sin autem sub conditione & auth. res quæ. C. communia de legat. & fideicom.*

Et hanc decisionem *Baldi* referunt atq; sequuntur *Dec. conf.193.nu.3. conf.468. nu. 27. conf.498.nu.18. Curt.jun.conf.108.nu 17.conf.181. nu.2.& 3. Iaf.conf.7. col.6. vers. quintò ad idem. conf.56.col.5.vers.quartò ad idem.lib.3. Alb.Brun. conf.1.nu.82.& 83.Ioan.Campeg. inter conf.Alb. Brun.conf.11. col. 2.Berous conf. 95. num.14. lib.1. Curt.jun. in tract.feud. 2.part. 2. part. princip. quæst.7.nu.42.Philipp.Port.conf.65.nu.4.*

Et sic liquet, hanc opinionem communiter receptam, ideoque ab illa neq; in judicando neq; in consulendo recedendum esse.

Cùm itaq; prima investitura illud velit, quòd ad successionem Baroniæ controversæ etiam fœminæ & descendentes ex fœminis admitti debeant, Sequitur, etiamsi fides fieri posset, per sequentes investituras à prima investitura recessum esse, quoad hoc, ne fœminæ vel descendentes ex fœminis ad successionem Baroniæ controversæ admitti possint, hanc mutationem sive alterationem non nocere neque fœminis, neque descendentibus ex fœminis; Illaq; mutatione sive alteratione non obstante per obitum Baronis J. Baroniam controversam Comiti R. in D. apertam, acquisitam, & ab eo ad modernum Comitem F. transmissam.

Sexagesimo nonò, illud dicitur expressum, quòd ex † natura negocii sive rei, de 251 qua agitur, resultat, licet illud verbis omissum fuerit, *Bart.l cùm quid. nu.17. & ibi Iaf.& Dd. ff. si cert. pet. Petr.de Anch.conf. 393. Curt. jun.conf. 159 col 2.*

Similiter & illud, quod ex † conjectu- 252 ris sive mente colligitur, perinde habetur, atque si illud verbis expressum fuisset, *l.prætor ait.§.1.junct.gloss. verb. expressum.& ibi Bart. Bald. Imol. Alex.& Iaf.ff novi oper.nunc. l.nominib. §. verbum ex legib. & ibi Alciat. Cepoll. & Dd.ff.de verb. significat. Iaf. de legitima agnat. tut. & ibi Sylvest. Aldobrand.nu. 15. c. cùm olim. & ibi Panormit.& Anton.de Butr.extr.de censib.* cum multis similib. alleg. per *Tiraq. in tract. de legib. connubialib. gloss. 7. num. 162. & 163.*

 Illud

Illud quoque, quod ex præsumptionib. colligitur, pro expressu habetur, & perinde reputatur, atq; si illud nominatim & verbis expressum fuisset, *Bart. l. 1. ff. vi bonor. rapt. Tiraquell. in tract. de leg. connub. gloss. 7. num. 185.*

Et confirmatur ex eo, Namque illud, de quo per præsumptiones constat, dicitur esse evidens, *l. quidam testamento. ff. de vulgar. & pupill. l. licet Imperator, & ibi Ias. ff. de legat. 1.* manifestum, *c. 2 & ibi Alb. notab. 2. extr. de censib.* patens, *Alb c ad materiam notab. ult. arg. illius text. extr. de empt. & vendit.* certum & indubitatum, *gloss. c. quoniam. §. fin autem verb. præsumatur extr. ut lite non contest.* liquidum, *l. 1. & ibi Ang. Alex. & Ias. C. de testament. milit.* liquidissimum, *gloss. l si tutor petitus. l. de periculo tutorum.* lucidissimum, *Fulgos. l. 1. C. de testament. milit.* & pro veritate habetur, *gloss. fin. l. penult. ff. de probat. Ias. l. 1 nu. 9. C. de testamento milit.*

253 Ea quoque, quæ in † actu vel contractu aliquo tacite veniunt, ipsi contractui inesse censentur, *l. non utiq; in princ. & ibi Ias. nu. 2. & §. si quis ita. ff. de eo quod cert. loco* & habentur pro expressis, *l. cùm quid. & ibi Dd. ff si cert. petat. Sylvest. Aldobr. Instit. de legit. agnat. tutor. nu. 18.* Et quidem non a lege, sed ab homine, *Alciat. d. l. cùm quid. nu. 15.* usque adeò ut illa, quæ tacite insunt, perinde ut expresse conventa actionem producant, *l. hæreditatem, & ibi Imol & Rom. ff de donat. Franc. Aret in l. 1. in princ. ff de verbor. obligat. Ias. l. cùm quid. lect. 2. num 3 ff si cert. pet.*

254 Deinde quoq; & illud, quod lex † de aliquo actu vel contractu disponit, habetur pro expresso, & in tali actu sive contractu & instrumento super tali actu sive contractu conscripto, *Petr de Anch. cons 136. incip. viso diligenter. Ias. l. certi condictio, in princ. nu. 21. ff. si certum petat.*

255 Eodem modo & illud, de quo† constat, per relationem ad aliud expressum dicitur, & pro expresso habetur, *l. ait prætor. §. 1. & ibi Bart. Alex. Ias. Franc Ripa & Dd. ff. de re judicat l. in summo in princ ff. eod. tit. l. institutio talis. ff. condit. institut. l. si ita scripsero, & ibi Bart. Bald & Dd. ff. de condit. & demonstrat. l. asse toto, & ibi Imol. ff. de hæred instit.* Et quidem cum omnibus suis qualitatibus, *Bart. l. 1. ff. de receptat. Bald. cons. 991 lib. 1. Anton. de Butr. cons. 2. cons. 49 Panor. c. cons. 28 lib. 1. Dominic. cons 47. Alex. l. hac consultissima. col. 3. C. de testamentis cum multis similib. allegat. per Tiraq. in tractat. de legib. connubialib gloss. 7. nu. 183.*

Sed in casu præsenti, & ex multis conjecturis & præsumptionibus & ex natura rei sive subjecta materia, & ex mente verisimili disponentium, & ex legum dispositione, & ex relatione ad aliud facta liquet atq; colligitur, in prima investitura id actum atque conventum esse, quòd ad successionem Baroniæ controversæ etiam fœminæ, & descendentes ex fœminis admitti debeant. Namq; certum est, Baroniam controversam eo tempore, quo illa ad Barones in B. pervenit, atq; a G. Primo acquisita est, fuisse feudum fœmineũ, & illam naturam atq; qualitatem habuisse, quod etiam ad fœminas & descendentes ex fœminis transire possit & debeat.

Similiter certum est, & ex investitura prima liquet, G. Primum, de Baronia controversa investitum, simpliciter nulla facta mentione masculorum vel feudi masculini.

Et indubitatum est, feudum fæmineum illius naturæ esse, ut illud simpliciter concessum etiam singulari successori intelligatur concessum, cum illa qualitate & conditione, ut etiam ad fœminas, & descendentes ex fœminis transire possit & debeat, illudq; & legum dispositioni, & verisimili menti contrahentium conveniens est. Sicut hoc superiùs comprobavi.

Deinde etiam G. Primus, Baroniam controversam tanquam feudum fœmineum, & ad fœminas transire solitum acquisivit, prout ex instrumento super isto contractu confecto liquet.

Et Episcopus Monasteriensis G. Primum, post illam acquisitionem ita factam de Baronia controversa simpliciter & nulla facta mentione masculorum vel feudi masculini investivit.

Et investituræ subsequentis talis natura est, nec non & leges idem sanciunt, quòd investitura subsequens æquè intelligatur secundum contractum præcedentem ejusq; naturam sortiatur, sicut confirmatio secundum confirmatum intelligitur, ejusq; qualitatem sortitur, quodq; Dominus feudi emptorem vel alium singularem successorem feudi simpliciter investiens contractum præcedentem, per quem iste singularis successit, feudum acquisivit, intelligatur approbare cum omnibus suis qualitatibus, omnibusque pactis.

Præterea investitura prima facta G. Primo, expresse dicit, G. Primum de Baronia controversa ita investitum, sicut illa Baronia tunc temporis ab Episcopo Monast. in feudum tenebatur, & sic illa investitura se expresse refert ad illum statum atq; qualitatem Baroniæ controversæ, in quo statu Baronia controversa fuit, & quam qualitatẽ Baronia controversa habuit tempore primæ investituræ.

Sed

Sed certum est, nec non & ex actis liquet, quòd Baronia controversa tempore primæ investituræ facta G. Primo, fuerit feudum fœmineum, illiusque naturæ & qualitatis, quòd illa etiam ad fœminas, & descendentes ex fœminis transire potuerit.

Igitur sequitur, illud in prima investitura actum esse, quòd Baronia controversa etiam ad fœminas & descendentes ex fœminis transire possit & debeat, illudque perinde habendum, atque si illud in prima investitura verbis expressum fuisset.

Rursus ex hoc infertur, Comiti F. nihil obesse, si forsan pars adversa prætendere vellet, Baldum aliosque Dd. citatos in præcedenti ratione decidendi tantùm loqui in illis terminis, quando in investitura prima est facta expressa mentio fœminarum, Eamque ob caussam illam doctrinam Baldi & Dd. ad præsentem casum, in quo in prima investitura non est facta expressa mentio fœminarum, accommodari non posse.

256 Septuagesimò, licet Dd. tradunt, † etsi primæ investituræ per sequentes investituras derogari nequeat, attamen primã investituram per sequentes declarari posse, *Dec. cons. 193. n. 6. Cephal. cons. 3. nu. 28.* Attamen hoc tunc demũ procedit, quando prima investitura est dubia & ambigua, & non constat de mente sive voluntate contrahentium. Secus autem est, quando constat de mente contrahentium, tunc enim prima investitura per sequentes contra mentem vel voluntatem contrahentium declarari vel interpretari nequit, *arg. l. 3. C. de liber. præterit. cum similib. vulgarib.*

Similiter hoc non habet locum, quando illa interpretatio sive declaratio, quam quis ex sequentibus investituris colligere vult, non est verisimilis. Namque certum est, quòd interpretatio sive declaratio non verisimilis non recipiatur, *Dyn. c. cùm sint partium de reg. jur. lib. 6. Bald. & Ang. l. si quis ambigua. ff. de judiciis. Felin. c. super quæstionem. col. 1. extr. de officio delegati.*

Jure quoque certa sive clara non admittitur interpretatio sive declaratio, *Bart. l. ab executore. col. 2. & ibi Ang. & Imol. ff. appellat. Cardin. Paris. conf. 141. num. 33. lib. 4.* cum multis similibus allegat. per *Tiraquell. repet. l. si unquam de revoc. don. C. de revoc. don.*

Sed investitura prima de Baronia controversa facta Domino G. Primo acquir[illegible] [illegible] & certa, quoad hoc, quòd i[illegible] vigore etiam fœminæ & prognati ex fœminis descendentibus à primo acquirente ad successionem Baroniæ controversæ admitti debeant, & constat, illud voluisse contrahentes, illaq; interpretatio sive declaratio, quòd vigore primæ investituræ fœminæ, & descendentes ex fœminis ad successionem Baroniæ controversæ admitti non debeant, non est verisimilis.

Igitur sequitur, si quis forsan prætendere vellet, in casu præsenti primam investituram per investituras sequentes ita declarari & interpretari; quòd vigore illius fœminæ & descendentes ex fœminis à successione Baroniæ controversæ exclusi censeantur, illum nullo modo audiendum esse.

Septuagesimo primò, † ignorantia in 257 dubio præsumitur, eique præsumptioni statur, donec contrarium probetur, *l. verius. ff. de probat. cum similib. vulgarib.* Illudque potissimùm procedit in facto alieno, *l. fin. ff. pro suo. gloss. & Dd. l. si quis delegaverit. ff. novatio. gloss. & Dd. l. si res obligata. ff. de legat. 1.*

Præterea filii † agnati & cognati illius 258 vasalli, qui per sequentes investituras dispositam in prima investitura alterat vel mutat in præjudicium eorum, qui vigore primæ investituræ ad successionem illius feudi admitti possunt, aut illi alterationi vel mutationi assentiuntur, non tantùm habentes scientiam de hoc, sed etiam præsentes huic mutationi vel alterationi, & tacentes non intelliguntur huic mutationi vel alterationi consentire, sed censentur dissentire & contradicere etiam tacendo, sicut hoc satis probatur per id, quod in simili Dd. tradunt; quòd agnati & alii descendentes à primo acquirente, & jus succedendi in feudum habentes non intelligantur alienationi feudi à vasallo factæ consentire, licet ipsi ei alienationi præsentes sint & taceant, prout hoc expressè tradit *Iacob. de But. Andr. de Iser. Alvarot. Præpos. & Matth. de Afflict. c. 1. §. hoc quoq. nu. 20. de success. feud. Curt. jun. in tract. at. feud. part. 4. charta 42. Tiraquell. in tract. de V. R. par. 1. §. 1. gloss. 9. nu. 148. Petr. Peckius in tract. de testamentis conjugum. lib. 3. cap. [illegible]. circa finem.*

Et hoc usque adeò verum est, ut † nec 259 quidem ex scientia & patientia conjuncta cum lapsu longissimi temporis præsumatur, quòd descendentes à primo acquirente & jus succedendi in feudum habentes mutationi investituræ primæ consenserint, & per consensum suum jus sibi posterisq; suis ex prima investitura quæsitum remiserint. Cùm sit clari juris, quòd donatio sive remissio juris sui ex nullius temporis etiam longissimi lapsu præsumatur, *Bald. l. fin. C. de*

 statu

statù defunct. Ias. l. si certis annis col. fin. limit. 12. C. de pact. Tiraquell. repet. l. si unquam verb. donatione largitus. nu. 209. C. de revocand. donat.

Igitur sequitur, cùm hactenus probatum non sit, Comitem R. Secundum in D. ejusvè patrē, avum vel proaviam habuisse notitiam & scientiam, quòd sequentibus investitutis inserta fuit ista clausula: Tho einem rechten Manlehn/ illorum scientiam & notitiam hujus clausulæ allegari & prætendi non posse.

Rursus ex hoc infertur, etiamsi fides fieri posset, Comitem R. ejusvè parentes scivisse sequentibus investituris illam clausulam insertam, illudq; non impugnasse, Attamen ex hoc inferri non posse, Comitem R. ejusvè parentes consensum suum præstitisse ad hoc.

260 Septuagesimo secundò, † & ll. cautum, & à Dd. traditum est, quòd simplex consensus vel ad alienationem feudi, vel ad mutationem aut alterationem eorum, quæ in prima investitura disposita sunt, vel ad alium actum præjudicialem respectu feudi celebratum præstitus à parentibus vel majoribus indistinctè non noceat liberis vel posteris illorum, etiamsi ipsi hæredes parentum sint, & hæreditatem parentum non confecto inventario adierint, *Iacob. de Belv. Bald. Alvar. Præpos. & Matth. de Afflict. c. 1. §. hoc quoq; de success. feudi. Bald. l. qui se patres. nu. 12. C. bonis quæ liber. Alvar c. 1 §. fin. conclus. 30. quæ fuit prima causa. Iacob de S. Georg. in tract. feud. verb. & cùm pacto el 2. nu. 36. Curt. jun in tract. feud. part. 4. nu. 150. Zas. in tract. feud. part. 10. nu. 27. Cardin. Paris cons. 5. nu. 22 & 23. lib. 1.*

Ex quo infertur, etiamsi probari possit, parentes vel majores moderni Comitis F. in D. tacitè vel expresse consensum præstitisse ad hoc, quòd clausula, Tho einem rechten Manlehn / sequentibus investituris inserta est (quod tamen pars adversa nunquam probare poterit) hunc tamen consensum moderno Comiti F. non obesse nec impedire, quò minùs ipse ad successionem Baroniæ controversæ admitti debeat.

261 Septuagesimo tertiò, Dd. tradunt, † si primæ investituræ vel dispositioni primæ investituræ derogatum fuerit, per investituras sequentes etiam Domini & Vasalli voluntate accedente, hanc mutationem, alterationem & derogationem non nocere illis, quibus vigore primæ investituræ successio feudi debetur, etiamsi illi sint hæredes universales illorum vasallorum, qui istam mutationem cum consensu Domini in præjudicium successorum fecère, & hæreditatem illorum non confecto inventario adiverunt, prout hoc expresse tradit *Bald. cons. 215. nu. 1. lib. 2. Ias. cons. 7. col. 7. vers. non obstat. cons. 56. col. 5. vers. nec obstat. lib. 3.*

Illaq; decisio multis firmissimis rationibus comprobari posset, quas brevitatis gratia sciens omitto.

Igitur sequitur, clausulam, Tho einem rechten Manlehn / insertam investituris posterioribus moderno Comiti F. non nocere, etiamsi ipse illorum Baronum, qui investituram ita mutatam recepère, hæres universalis sit vel fuerit, multò verò minùs illa mutatio sive clausula nova Comiti F. nocere potest, cùm ipse illorum Baronum hæres universalis non existat.

Septuagesimo quartò, † mutatio inve- 262
stituræ primæ per sequentes investituras facta non confirmatur præscriptione, nec contra illos, in quorum præjudicium tenor primæ investituræ per sequentes mutatus est, præscriptio incipit currere, antequam illis istud feudum jure successionis apertum sive delatum est, etiamsi ab eo tempore, quo tenor primæ investituræ per sequentes investituras mutatus est, quinquaginta centum vel plures anni elapsi fuerint, prout hoc expresse & in specie tradit *Bald. cons. 215. nu. 1. lib. 2. Curt. jun. cons. 181. nu. 4. & 5. & est de mente Iasonis cons. 7. col. pen. vers. ultimò nō obstat. lib. 3.*

Et confirmatur, Namq; illis descendentib⁹ a primo acquirente antequam feudum ipsis jure successionis apertum & delatum fuit, non patuit locus in feudo, nec etiam respectu feudi actio competiit. Et certum est, quòd non valenti agere non currat præscriptio, *l. 1. §. fin. C. annali except. Bald. auth. nisi tricennalis. C. bonis maternis.* Quodq; non currat præscriptio ad aliquem actum explicandum, antequam ille actus incipiat explicari posse, *l. si in diem. ff de condit. & demonstrat.*

Igitur sequitur, licet sequentib. investituris ista clausula: Tho einem rechten Manlehn/ fuerit inserta anno 1477. & sic ante annos 93. Cùm tamen Baronia controversa per mortem Baronis J. ante paucos annos Comiti R. in D. jure successionis delata & aperta fuerit, dici non posse, illam mutationem investituræ præscriptione sive lapsu temporis confirmatam, vel contra Comitem R. ejusvè parentes aut majores præscriptionem lapsam esse, quò minùs illis liceat cessationem illius clausulæ, si ex illa eis præjudicium resultare possit, petere.

Septuagesimo quintò, in feudis † præ- 263
scriptio lapsa contra prædecessores successo-

cessoribus non nocet, prout hoc tradit *Andr. de Isern. c.1.§.praeterea Ducatus. num. 38. & ibi Matth. de Afflict.nu 45. de prohib feud. alien. per Frideric. Matth.de Afflict. c. 1. §. quid ergo.nu.19. usq; ad nu. 22.de investit. de re alien. fact Card Paris.cons. 23.nu. 199. lib. 1.Sigism. Neapol.cons.1.nu. 193.& cons.10. nu 22. Curt. jun. cons.181.& idem tenet Bald. cons. 26. lib. 1. Matth. de Afflict. c.1. §. si Titius. num. 7. si de feud.defunct. content.Fr.Sonsbeck. in tract. feud. 19.par.Andr.de Isern. Alvar. & Praepos. c. 1. §. hoc quoq; de successio. feudi.*

Er hanc candem eriam opinionem tenere *Iacob. de S. Georg. Alb.Brun. & Dec. testatur Card.Paris cons.23.num. 199. lib 1.* ubi ipse pro hac opinione has rationes adducit, quia in feudis praesertim ex pacto & providentia non datur successio, & unus non habet causam ab alio, sed omnes eam habent a primo ut ex tunc, non ut ex nunc, & alia dicitur investitura in personam unius, alia in personam alterius, easque rationes legibus & authoritatibus comprobat.

Idem etiam tenet *Guliel. de Perno. 3.notab.nu.4.& 5.*

Et hanc sententiam communem esse, attestatur *Arius Pinel repet auth. nisi triennale. num. 49. C. de bonis maternis.* ubi ipse affirmat, hanc eandem opinionem amplecti *Roder. Suarez. Paul. Castr. Dec. Rube. Gram Socin. jun. Ioh.de Anan Iacob.de S.Georg. Godzad. Rip. Lea. Claud. Aliat. & Fr. Balbum.*

Ex quo infertur, etiam fides fieri posset, illam clausulam: Tho einem rechten Manlehn / posterioribus investituris insertam, hoc velle, quod per illam primae investiturae derogatum sit, quoad hoc, ne ad successionem Baroniae controversae foeminae & descendentes ex foeminis admitti possint, atque contra parentes & majores Comitis F. praescriptionem lapsam, quo minus ipsi petere potuerint illam mutationem emendari, abrogari & cassari, hanc tamen praescriptionem moderno Comiti F. non nocere neque obesse.

264 Septuagesimo sexto, † si foemina per statutum vel constitutionem habilitata fuerit ad successionem feudi, tam illa, quam descendentes ex illa indistinctè ad successionem feudi admittitur, licet illa vel descendentes ex illa semel per masculos exclusa fuerit, prout hoc expressè & in specie tradit *Thomas de Marinis in tractat. de generib. & qualitatib feudor.lib. 1.tit.11.nu 38.* ubi ipse attestatur, eandem opinionem amplecti *And. de Isern. Alex. Fulgos. Albert. Brun. & Zas. in locis ab ipso citatis.*

Sed certum est, & ex verbis constitutionis Episcopi Monasteriensis liquet, quod vigore illius constitutionis foeminae & descendentes ex foeminis ad successionem feudorum habilitatae sunt.

Igitur sequitur, in Episcopatu Monasteriensi foeminas & descendentes ex foeminis indistinctè ad successionem feudi admitti, licet illae semel a masculo exclusae fuerint, nec in casu praesenti locum habere illam regulam a parte adversa citatam, quod foeminia semel exclusa, nec non & descendentes ex illa perpetuò exclusi censeantur.

Septuagesimo septimò, † juramentum super actu aliquo interpositum semper illi actui aliquid addit, atque hoc operatur, ut ille actus extendatur ad id atque comprehendat ea, quae alioquin non comprehenderet, *l. cum pater. §. filius matrem. ff. de leg. 2. l. si quis major. & ibi Bart. col. fin. nec non & reliqui Dd. C. de transact. Bald. l. verbis civilib ff. de vulg. & pupill. substit. Bart. l. si quis pro eo in princ. nu. 14. ff. de fidejussorib. Ias l. si convenerit. nu. 8. usq; ad nu. 26 ff. de jurisdict. omnium judic. Bald. l. 1. q. 2. commodati. Ias l si pecuniam in princ col. fin. ff. de condict. ob causam. Cravet. cons. 102. nu. 7. Rol. à Vall. cons 6. nu. 28. usq; ad nu. 49. cons. 77. nu. 18. usq; ad nu 22. lib. 1. cons. 25. nu. 21. usq; ad nu. 26. cons. 70. nu. 26 lib. 2.* 265

Praeterea quoque juramentum illum actum, super quo interponitur, praecisum reddit, & hoc operatur, ut jurans illa praecise observare & adimplere teneatur, *Bald. l 1. col. 9 vers. nunc quando de aliquib. & Salyc. col 16. C. de sentent. quae sine certa proferuntur. Bald l. sed & hae. §. praetor ait ff. de procuratorib. Innoc. Ant. de Butr. & Dd. c. veniens extr. de jurejur. Fr Aret. l. si pecuniam in princ. & ibi Ias. num. 23. argumento gl. ibidem ff de condict. ob causam. Raph. Cum. cons. 182 col. fin. Ias. cons. 9. col. 6. lib. 1. Alex. cons. 37 col. 3. cons. 91. col. 2. lib. 2. Barb. cons. 36 col. 20. lib. 2 Rol. à Vall. cons. 6. num. 32. lib. 1.* in quibus locis Dd. attestantur, hanc opinionem communiter receptam.

Sed ex actis liquet atque patet, quod Episcopi Monasterienses illam constitutionem admittentem foeminas & descendentes ex foeminis ad successionem feudi, inviolabiliter servare jurato promiserint.

Igitur etiam ex hoc capite sequitur, illam constitutionem esse latissimè intelligendā, & ita accipiendam, ut habeat locum, & in omnibus omninò foeminis & descendentibus ex foeminis à primo acquirente originem trahentibus nulla habita consideratione

sexus, gradus, qualitatis, status vel conditionis, & in omnibus omninò feudis tam parvis quàm magnis etiam dignitatem annexam habentibus.

Rursus ex hoc infertur, quod Episcopus Monasteriensis præcisè obligatus sit permittere, ut feuda jure successionis etiam ad fœminas & descendentes ex fœminis transeant, quodque Episcopo Monasteriensi nullo modo licitum sit hoc impedire.

266 Septuagesimo octavò, verba † universalia sunt maximæ efficaciæ & virtutis, *Bart. l. generali. §. uxori. ff. usufr. legato. Bart. l. si 114. ff. auro & argent. legat. Dec. c. sedes apostolica. col. 4. circa finem. extr. de rescript. Aym. Cravett. cons. 86. num. 6 & cons. 194. col. antepenult. vers. Rom. cons. 44. Laur. Sylvan. cons. 95. num. 17.* omniaque comprehendunt, quæ excogitari possunt, *Dec. cons. 9. col. 2. in fin. Aym. Cravett. cons. 105. num. 3. Laur. Sylvan. cons. 95. num. 17. arg. l. Iulianus. ff. de legat. 3. l. à procuratore. C. mandat. l. in fideicommiss. §. cum Pellidius. ff. de usur l. cum virum. & ibi Bald. oppos. 2. C. de fideicom. c. solitæ. extr. de major. & obed.* nullo penitus excepto, *Frider. de Sen. cons. 84. Laur. Sylvan. cons. 95. num. 19.* ideoque pulchrè *Bald.* inquit: verba universalia adeò omnia comprehendere, ut nulla persona, nullus casus, nullusque locus exceptus intelligatur, *Bald. cons. 326. incip. Rex Romanorum. col 3. lib. 1.* quod consilium refert atq; sequitur *Laur. Sylv. cons. 95. num. 17.*

Et hoc usque adeo verum est, ut dispositio universalis non tantùm præsentia, verùm etiam futura comprehendat, *Bart. l. servus Domino. §. fin. ff. de legat. 1 Bart. l. Iulianus. ff. de legat. 3. Spec. in tit. de syndic. vers. quod si aliquo. Spec. in tit. de positionib. § 10. vers. sed pone. Card. Paris. cons. 79 num. 45. lib. 2.*

Verba quoque universalia ampliant significationem verbi, cui adjunguntur, & hoc operantur, ut dispositio extendatur ad latissimam significationem, *Hipp. de Marf. l. unius. §. cognitorum. num. 23 ff. de qq.* & comprehendant etiam illos casus, qui secundum impropriam significationem sub verbis includi possunt, *Gemin. & Philip. Francisc. cap. 2. §. 1. in princip. argumento ill. text. de reb. Eccles. non alien. lib. 6. Alexand. cons. 155. col. 2. lib. 2. §. cons. 17. lib. 6. Barb. cons. 41. num. 14. vers. facit etiam lib. 1. Petr. Rebuff repet. l. 1. num. 30. C. de sentent. quæ pro eo quod interest. Hipp. de Marf. l. Lucius. §. cognitorum. num. 25. ff. de quæstionib. Corset. cons. 41. col 2. lib. 1. cons. 243. col. 2. lib. 3. cons. 33. col. fin. lib. 4. Fel. c. cum illorum. col. 3. vers. sextò potest limitari. extr. de sentent. excom. Ias. l. legitima. col. 3. vers. secundò pondera. ff. pact. Ias. cons. 224. col. 2. lib. 2. Tiraq. repet. l. si unquam verb. omnia. num. 14. C. de revoc. donat. Aym. Cravett. cons. 294. nu. 2.*

Et verba universalia, sunt præcisa, & omnes casus etiam non expressos comprehendunt, nec ullam restrictionem patiuntur, sicut hoc satis probat *gloss. Clem. 1. verb. quibuscunq; de judic. & Clement. 1. verb. quavis. & ibi Imol. de sentent. & re judic. gl. fin. Clem. 2. de reb. Eccles. non alien. gloss l. fin. verb. per quamcunq; C. qui legitim. person. standi in judic. habent. gloss. c. quamvis verb qualibet. & ibi Dominic. notab. 2. de Elect. lib. 6. Alexand cons. 99. col. 1. vers. præterea. lib. 7. Cæpoll. caus. criminal. cons. 14 Barbat. cons. 12. col. 8. lib. 1. cons. 21. num. 16. cons. 23. col. 1. cons. 26. col. 2. lib. 2. cons. 87. col. 3. lib. 3. cons. 18. cons. 21. cons. 35. & cons. 41. col 2. lib. 4. Socin. cons. 3. Ias. cons. 63. col. 3. lib. 3. & cons. 96. col. 2. lib. 4.*

Deinde etiam verba universalia illud operantur, ut sub dispositionibus concepta verbis universalibus ea comprehendantur, quæ alioquin sub ista dispositione non comprehenderentur. Ideoque traditum est, licet sub dispositione generali vel simplice loquente de rebus in certo loco existentibus non comprehendantur, neque res venales neque pecuniæ ad fœnerandum expendendumvè destinatæ: attamen sub dispositione concepta verbis universalibus loquente de rebus in certo loco existentibus comprehendi & res venales, *Bart. l. generali. §. uxori. ff. de usufr. legat. Alexand. cons. 118. num. 5. lib. 5. Matth. de Afflict. decis. Neap. 106. Dec. cons. 76. num. 2. Bene. Strac. in tract. de mercatorib. tit. mandati. § reliquum. num. 3.* & pecunias ad fœnerandum expendendumvè destinatas in illo loco existentes, *Cardinal. Paris. cons. 79. num. 45. lib. 2.*

Et licet in fideicommisso simplici sive generali non veniant prælegata, attamen in fideicommisso concepto verbis universalibus semper & indistinctè prælegata veniunt, *l. virum. & ibi Bart. & Dd. C. de fideicommiss. Aym. Cravet. cons. 294. nu. 1.*

Et licet secundum multorum Dd. sententiam generalis dispositio non comprehendat causam dotis, *Salycet. l fin. C. de jure dotium. Ias. l. 1. notab. 3. ff. de solut. matr.*

Attamen

Attamen dispositio concepta verbis universalibus indistinctè causam dotis includit, *Dec.conf.301.col.2.Cravet.conf.294.nu.1.*

Quinimò, verba universalia etiam hoc operantur, ut sub dispositione concepta verbis universalibus includantur etiam regalia, *Dec. conf. 197. circa fin. Cravett. conf. 294. col. 3. vers. sed magis Ias. conf. 45. nu. 5 rat. 6. lib. 1. Cepb. conf. 150. nu. 11. lib. 1. Laur. Sylv. conf. 1. num. 29. lib. 1. Mandel. conf. 62.*

Et prædicta multò magis locum habent
267 in verbis † universalibus negativis. Namq; illa sunt majoris efficaciæ, quam verba universalia affirmativa, & omnes omninò casus universaliter comprehendunt, *gloss. c. non potest verb. obligat de reg. jur. lib. 6. Bart. l. nullam C. ex quib. caus. infam. irrog Rom. l. generaliter. ff. de verb. oblig. Rom. conf. 199. col. 1. Tiraq. rep. l. si unquam verb. susceperit liberos. nu. 85. & verb. revertatur, nu. 229. & num. 243. C. de revoc. donat. facit. text. l. fin ff. liber. & posthum. l. si is qui. §. utrum. ff. de reb. dub. c. Deus omnipotens. 2. q. 1 gloss. §. 1. verb. parum. Auth. de bered. & Falcid.* in infinitum usque citra omnem restrictionem vel exceptionem, *l. si sit stipulatus. & ibi Ias. ff. de verb. obligat. gloss. l. hoc genus. & ibi Alber. Goffred. Bart. Paul. Castr. & & Dd. ff. de cond. & demonstr. Old. & Bart. l. cum pater §. pater filiam. ff. de legat. 2. cum multis simslib. allegat. per Tiraq. repet. l. boves. §. hoc sermone limit. 7. ff. de verb signific.*

Et hoc usque adeò verum est, ut sub dispositione universali concepta verbis negativis veniant & comprehendantur etiam insolita, *Paul. Castr. conf. 170. col. fin. lib. 1. Cravett. conf. 308. nu 6.*

Sed constitutio Episcopi sive Episcopatus Monasteriensis, qua cavetur, quod Episcopus Monasteriensis feuda sibi aperta & adjudicata illis, qui à primo acquirente per linea masculinam vel fœmininam descendunt, vel primo acquirenti per lineam masculinā vel fœmininam sanguine juncti sunt, rursus de novo concedere teneatur, est concepta verbis universalibus & quidem negativis, atq; expressè dicit, quod Episcopus nulla feuda sibi aperta vel adjudicata retinere, illaque nullo modo mensæ suæ applicare debeat.

Igitur sequitur, illam constitutionem ita accipiendam esse, ut sub illa constitutione comprehendantur omnia omninò feuda etiam magna, majora & maxima, & regalem dignitatem annexam habentia, item & omnes omninò casus & personæ.

Rursus ex hoc infertur, etiamsi fides fieri posset, Baroniam controversam per obitum Comitis J. Episcopo Monasteriensi apertam: attamen Episcopum Monasteriensem obligatum esse, Baroniam controversam Comiti F. in D. tanquam habito respectu ad primum acquirentem cognato proximiori Baronis J. de novo concedere.

Septuagesimo nonò, verba † geminata 268
multum operantur, *l. Balista. & ibi Bart. & Dd ff. ad SC Trebell l. cum sumus. & ibi Bart. & Alex. C. de Agricol. & cens. lib. 11. Card. Paris. conf. 6. nu. 12. conf. 14. nu. 67. lib. 1. conf. 12. n. 69. lib. 2. conf. 5. num. 64. & conf. 32. num. 29. lib. 4.*

Et sunt majoris efficaciæ, quam dispositio universalis simplex, *Godzad. conf. 30. nu. 1. Cephal. conf. 126. num. 18. Aym. Cravett conf. 105 nu. 4. Laur Sylvan. conf. 95. nu. 19. Barb. inter. conf. Curt. sen. conf. 65. nu. 19.*

Et verba geminata ampliant effectum dispositionis, *Bald l. fructus. C de actio. empti.* & efficiunt, ut sub dispositione comprehendantur illa, quæ alioquin sub illa dispositione non comprehenderentur, *Rmn. conf. 98. num. 12 usq; ad nu. 29. lib. 2. Nicol. Everh. in loco à locutio. gemin. Guliel Bened. repet c. Raynutius verb. cætera bona. n. 8. extr. de testamentis. Cravett. conf. 294. nu. 1 & 2. & conf 308. num. 5.*

Deinde etiam verba geminata non patiuntur aliquam restrictionem, diminutionem, *Laur. Sylvan. conf. 49. num 26. Ias. l. 1. §. nunciatio nu. 5. vers. limitato modo notabiliter. ff. de oper. novi nunciat. Laur. Sylvan. conf. 88. num. 4. Corn. conf. 324. col. 6. lib. 1. Cravet. conf. 290. nu 4 vers nonò considero. Socin. conf 297. nn. 6. lib. 2.* vel exceptionem, *Aym. Cravet. conf. 201. num. 42.* atque comprehendunt omnia etiam dissimilia & majora expressis, *Socin. conf. 47. col. 6. in fin. lib. 4. Ias. conf. 56. col. 2. lib. 4. Laur. Sylvan. conf. 66. num. 14. & conf. 88. num. 4. Curt. sen. conf. 30. col. 2. Cravett. conf. 290. nu 4. vers. nonò considero. lib. 2.* item etiam insolita, *Alex. conf. 30. col pen. lib. 5. Cravett. conf. 290. num. 4. vers. nonò considero. lib. 2.* & verba universalia geminata habent vim specialis expressionis sive nominationis, *Curt conf. 48. col. 14. & conf. 49. Corset. in tract. de verb. gemin Card. Paris. conf. 9. nu. 20. lib. 3. Laur. Sylvan. conf. 95. nu. 17.*

Quinimò, sub dispositione concepta verbis universalibus geminatis etiam regalia comprehenduntur, *Paul. Castr. conf. 63. vers. quintò etiam pater lib. 1. Raph. Cuman. conf. 162 num. 3. Socin. jun. conf. 80 nu. 36. cum seqq. lib 3 Aym. Cravett. conf. 19 num. 8. Ioan. Cephal. conf. 150. Ias. conf. 45. num. 5 lib. 1. Laur Sylvan. conf. 96. nn. 16 lib 2. Claud. de Seisell. in suo Speculo feudal. Rub. qui feud. dare possunt. limit. 6.*

Et præ-

Et prædicta potissimùm procedunt eo casu, quando verba universalia non semel sed sæpius in aliqua dispositione reiterata sunt, tunc enim illa verba nullam penitus restrictionem patiuntur, sed hoc operantur, ut dispositio latissimè interpretari debeat etiam in iis casibus, in quibus verba geminata vel reiterata simpliciter prolata alioquin forsan restrictionem pati possent, prout hoc expressè tradit *Aym. Cravet. conf. 294. nu. 2. & 3.*

Sed constitutio Monasteriensis, qua cavetur, quod Episcopus Monasteriensis feuda sibi aperta illis, qui à primo acquirente per lineam masculinam vel fœmininam descendunt, vel primo acquirenti agnatione vel cognatione conjuncti sunt, de novo concedere debeat, est concepta verbis universalibus non tantum geminatis, sed etiam triplicatis, sicut hoc patet ex illis verbis: **Vnnd sollen der Güdere nene vorder beholden/Item/vnd sollen der nenerley Wyse beholden/oder vnserer Tafel tho trecken.**

Igitur sequitur, illam constitutionem Monasteriensem ita accipiendam, ut comprehendat omnia omninò feuda, etiam majora & maxima, Item, omnes personas & casus.

Et per consequens ex hoc infertur, etiamsi fides fieri posset, per obitum Baronis J. Baroniam controversam Episcopo Monasteriensi apertam, attamen Episcopum Monasteriensem obligatum fuisse, istam Baroniam Comiti R. a D. tanquam linea proximiori sanguinis respectu primi acquirentis Baroni J. conjuncto, rursus de novo concedere, & adhuc obligatum esse, Comitem F. de ista Baronia de novo investire.

269 Octuagesimò, illa constitutio, † quæ in contractum transivit sive vim contractus sortita est, non potest ab ullo Principe seculari vel ecclesiastico vel penitus vel pro parte, sive quoad certum casum retractari, *Bald. l. donationes quas. C de donat. inter virum & uxorem. Paul. Castr. l. digna vox. C. de ll. Rom. conf. 352. col. pen. Ias. l. cantores. col. 3. ff. si cert. pet. atur.*

Eidem quoque juris est in statuto, quod in contractum transivit, namque & illud irrevocabile est, *Bart. l. quod semel. ff. de decretal. ordin. faciend. Bart. l. omnes populi. col. 10. vers. & circa prædicta. ff. de just. & jure.*

270 Similiter quoque & † privilegium sive beneficium, quod in contractum transivit, neq; penitus, neq; quoad casum aliquem revocari vel retractari potest, *Ant. de Butr. c. cum M. Ferrariensis. col. 5. extr. de constit. Bald. l. qui se patriis. col. pen. vers. hoc scias. C. unde liberi. Bald. l. si cum mihi. ff. de dolo cum multis similib. alleg. per Cephal. conf. 168. num. 29. Gabriel. Roma. in tractat. regular. lib. 3. tit. de jure quæsito non tollendo. conclus. 6. nu. 5.*

Sed constitutio Monasteriensis, qua cavetur, quod Episcopus Monasteriensis feuda sibi aperta descendentibus à primo acquirente per lineam fœmininam vel masculinam, vel primo acquirenti sanguine junctis de novo concedere teneatur, transivit in contractum eam ob causam, quia in actis narratur, quod omnes omninò Episcopi Monasterienses, qui in hunc usque diem fuêre, permiserunt & quidem jurato, quod illam constitutionem inviolabiliter servare velint.

Igitur sequitur, Episcopo Monasteriensi non permitti istam constitutionem quoad casum præsentem retractare vel revocare & disponere, quod illa constitutio in casu præsenti non debeat habere locum.

Octuagesimo primò, † juramentum habet vim præcisam, atque jurantem præcisè obligat ad implendum id, quod ipse jurato promisit, sicut hoc supra comprobavi. 271

Similiter & dictio Debet, necessitatem præcisam denotat, prout hoc superius docui.

Eodem modo & verba geminata vim præcisam habent, *Bald. in tit. de pace constantiæ. verb. cassatis & irritatis. Præpos. c. quoniam in princ. verb. omni excusatione remota distinct. 18. Corset in tractat. de verb. geminatu. num. 31.*

Dictio quoque, Nullo modo, vim præcisam habet, sicut hoc in priori consilio comprobavi.

Sed ut ex actis apparet, Episcopus Monasteriensis jurato promisit, quod ipse contenta in prædicta constitutione inviolabiliter servare velit, illique constitutioni dictio Debet, & est inserta non quidem semel, sed reiteratò sive geminatim, imò triplicatim.

Similiter illi constitutioni est inserta dictio Nullo modo.

Igitur sequitur, non esse libero arbitrio Episcopi Monasteriensis permissum, utrum ipse velit feuda sibi aperta retinere, an verò

an verò iis, qui à primo acquicente per lineam fœmininam vel masculinam descendunt, aut primo acquicenti alioquin sanguine juncti sunt, de novo concedere, sed ipsum præcisè obligatum esse hoc facere.

272 Octuagesimo secundò, licet secundum dispositionem juris communis Episcopus illa feuda,† quæ ad ipsum & Capitulum suum simul pertinent, sibi aperta alteri de novo concedere nequeat, nisi interveniente consensu Capituli, *Bald. Præpos. & Ias. c. 1. in princ. & ibi Matth. de Afflict. nu. 34. usq; ad nu. 42. de his qui feud dare poss.*

Attamen illa feuda, quæ ad solius Episcopi collationem pertinent, & Episcopo aperta, Episcopus solus etiam non interveniente consensu Capituli, alteri de novo concedere potest, *Bald. c. 1. in princ. nu. 3. & ibi Præpos. nu. 74 Ias. nu. 7. de his qui feud. dar. poss. Curt. in tractat. feud. 1. part. 2 par. princ. quæst. 3. Zas. in tract. feud. part. 5. nu. 47. Frid. de Senna. cons. 109. Calder. cons. 1. tit. de his quæ fiunt à Prælato Calder. cons. 11. tit. de feudis. Rom. cons. 1. col. 1. Felin. c. edoceri. extr de rescriptis. Claud. de Seisell in specul. feud. part. 1. reg. 1. declar. 4. vers. Baldus verò.*

273 Et in concessione nova illorum †feudorum quæ sunt & infeudari solita & Episcopo aperta, quæq; ad solam collationem Episcopi pertinent, nulla penitus solennitas requiritur, *Mart. Laud. cap 1. col. 2. circa med. & ibi Præpos. Episcopum vel Abbatem Rom. cons. 70. Alex cons. 14. circa fin. lib. 2 Corn. cons. 181. col. 4 vers. his tamen non obstantib. lib. 2. Fel. c. quod causā. col. 5. vers fallit tertiò de re jud. Dec. cons. 329. col. fin. cons. 341. col. 6. Hier. Gratus cons. 142. nu. 22. cons. 147. nu. 3 lib. 2 Præpositus. c. 1. in princ. col. 4. qui feud. dar poss Claud. de Seisell. in Spec. feud. tit. qui feud. dare poss. part 2. reg. 1. declarat. 5.*

Similiter quoq; clari juris est, quod omnia
274 statuta, †omnesq; constitutiones a jure communi passivam interpretationem recipiant, & secundum jus commune intelligenda, declaranda & restringenda sint, *l. 2 & ibi Bart. Bald Salyc. & Dd. C de noxalib. actio l. 1. §. lex. Falcidia. & Bart. Alex. & Dd ff ad. l Falcidiam. l. 1. & ibi Bart. ff. de muner. & honorib. c. cum dilectus & ibi Abb. extr. de consuetud. c. ad audientiam. & c. cum dilectus. extr. de Clericis non residentib. Bart. l. omnes populi ff. de just. & jure.*

Etiamsi necesse sit, verba ad significationem impropriam vel improprissimam detorquere, *Ant. de Butr. Imol. & Dd. c. cum dilectus. argumento ill. text. extr. de consuet. Alexan. cons. 19. nu. 4. lib 1. Cravett. cons. 197. nu. 6. Godzad. cons. 74. nu. 11.*

Illudq; potissimùm locum habet, quando illud statutum sive constitutio etiam capiendo hanc interpretationem ultra juris communis dispositionem operatur aliquid, *Ioh. de Imol. l si verò. § de viro ff. solut. matrim. Alex. l. 4 § prætor ait. num. 12. de dam. infecto. Ruin. cons. 74. nu. 14. Ruin. cons. 199. nu. 6 Card. Paris. cons. 110. n. 6. lib. 3. Curt. jun. cons. 105. col. 1. Ruin l. 1. col. 17. ff. de legat. 1 Ruin. cons. 92. n. 12. & 13. lib. 2. cons. 23. n. 10. lib. 3. Cephal. cons. 104. nu. 17.* vel minimum tantum, *Aug. cons. 294. Ias l. quoties in stipulationib. n. 4. lim 3 ff. de verb. oblig. Cravet. cons. 70. num. 29. Cephal. cons. 104. num. 17.*

Quinimò, statutum & constitutio quælibet secundum jus commune intelligenda, declaranda, & restringenda est, etiamsi illud statutum sive constitutio penitus redderetur supervacua, nihilque operaretur eo casu, quando capiendo aliam interpretationē alteri damnum vel injuria inferreretur, *Bal. Ias. & Dd. l fin. §. in computatione. c. jur. deliber. Ias. l. justitia. col fin ff. de just & jur Ruin. cons. 59. nu. 19. lib. 3. Crotus l. qui Romæ §. duo fratres. nu. 22 ff. de verb. oblig. Dec. cons. 37. col. fin. n. 14. col. fin. cons. 356 col. 2. Ioan Cephal. cons. 104. nu. 22.*

Sed constitutio Episcopi sive Episcopatus Monasteriensis requirens consensum Capituli & Decani in renovatione sive nova concessione feudi majoris aperti sive finiti vel amissi, etiamsi illa restringatur ad feuda simul pertinentia ad collationem Episcopi vel Capituli ultra juris communis dispositionem hoc operatur, quod in illa fit mentio Decani, cum de jure communi nullibi expresse cautum sit, quod in renovatione sive nova concessione feudi aperti finiti vel amissi, & ad collationem Episcopi & Capituli simul pertinentis consensus Decani requiratur.

Igitur sequitur, prædictum Capitulum constitutionis Monasteriensis secundum jus commune intelligendum, declarandum, restringendum, & ita accipiendum esse, ut habeat tantum locum in feudis magnis ad collationem simul & Episcopi & Capituli Ecclesiæ cathedralis Monasteriensis pertinentibus, utque feuda magna vel majora ad collationem solius Episcopi pertinentia & Episcopo aperta, Episcopus & possit & debeat etiam absque consensu Capituli, sive Capitulo non requisito illis, qui a primo acquirente per lineam masculinam sive fœmininam descendunt, vel primo acquirenti sanguine conjuncti sunt, de novo concedere.

Præterea

Præterea quoque & legibus cautum, & à Dd. communiter traditum est; quod si renovatio, vel nova concessio feudi aperti, amissi vel finiti à primo acquirente per lineam masculinam vel fœmininam descendentibus denegetur illis injuria inferri usque adeò, ut ipsis propter hanc injuriam ad superiorem appellare permittatur, *Bart. & Fr. Ripa. l. 1. ff. privileg. credit. Bart. l. 1. §. permittitur. ff. de aqua quotidiana. Abb. c. bonr. el. 2. num. 28. extr. de postulat. prælator. Anch. cons. 171. num. 6. Alexand. cons. 80. num. 11. lib. 1. & cons. 151. num. 2. lib. 7. Præpos. c. 1. quemadmod. feud. ad fil. pertin. Ias. l. 2. num. 21. C de jure emphyt. Dec. cons. 131. num. 2. Ruin. cons. 151. num. 16. cons. 161. num. 35. lib. 1. Hippol. sing. 419. Nicol de Everb. in sua topica in loco à feudo ad emphyteusin.*

Igitur sequitur, potius esse admittendum, ut constitutio Monasteriensis penitus sit supervacua, atque nihil operetur, quam ut ita intelligatur, quod Decanus atque Capitulum Monasteriense dissensu suo impedire possint, ne Dominus feuda majora sibi aperta descendentibus à primo acquirente per lineam fœmininam vel masculinam, vel primo acquirenti alioquin sanguine junctis concedere cogatur, & sic efficere, ut injuria illis inferatur.

Sed certum est, nec non ex instrumentis & investiturarum etiam literarum reversalium ab utraque parte productis liquet atque patet, quod Baronia controversa ad solius Episcopi Monasteriensis collationem pertineat.

Igitur sequitur, etiamsi fides fieri possit, Baroniam controversam per obitum Baronis J. Episcopo Monasteriensi apertam, Episcopum tamen & cogi & obligaobligatum esse, Baroniam controversam Comiti F. in D. etiam absque consensu Decani & Capituli Ecclesiæ cathedralis Monasteriensis de novo in feudum concedere, quodque Decanus & Capitulum Ecclesiæ cathedralis Monasteriensis per suum descensum illud turpe dici nequeant.

Octuagesimo tertiò, Dd. communiter
275 concludunt, † quod etiam Ecclesia sive Capitulum Ecclesiæ cathedralis, ad cujus collationem feudum apertum, finitum vel amissum pertinet, cogatur & compellatur, illud feudum descendentibus a primo acquirente per lineam masculinam vel fœmininam renovare iisque de novo concedere, *Petr. de Anch. cons. 171. cons. 174. num. 5. Alexand. cons. 80. lib. 1. Dec. cons. 78. cons. 131. cons. 328. Imol. cons. 38. Ruin. cons. 12. num. 22. cons. 151. num. 16. cons. 161. num. 36. lib. 1. Godzad cons. 86. col. pen. Gratus cons. 86. num. 7. lib. 1. Anton. Gabriel. Rom. in tractat. regul. lib. 3. tit. de jure emphyteut. conclus. 1. num. 3. & 13. in quib. locis Hieron. Gratus & Gabriel. Rom. attestantur, hanc opinionem communiter receptam.*

Igitur sequitur, etiamsi fides fieri possit, constitutionem Monasteriensem id velle, quod renovatio feudorum magnorum ad solum Episcopum pertinentia, & Episcopo aperta debeat simus pertinere ad Episcopum, Decanum, & Capitulum Ecclesiæ cathedralis Monasteriensis, quodque Episcopo non permittatur talia feuda absque consensu Decani & Capituli, nec descendentibus quidem à primo acquirente per lineam masculinam vel fœmininam renovare sive de novo concedere, Decanum tamen & Capitulum Ecclesiæ cathedralis Monasteriensis cogi huic renovationi consentire, atque hanc renovationem una cum Episcopo facere.

Octuagesimo quartò, † is actus, in quo 276
requiritur consensus alterius, etiam ipso dissentiente expediri potest eo casu, quando is requisitus consensum suum ad istum actum præstare recusat, *Rom. cons. 36.*

Et confirmatur tum per id, quod traditur illum actum, in quo requiritur licentia alterius, etiam absque ipsius licentia expediri posse, si ipse requisitus illam licentiam concedere recusaverit, *c. licet & ibi gloss. verb. licentiam, & Abbas extr. de regularib. Abb. c. admonere. nu. 4. extr. de renunciat. Card. Paris. cons. 514. nu. 28. lib. 1.*

Tum quia contradictio præsertim injusta & non legitima illius, cujus consensus in aliquo actu requiritur, pro consensu habetur, *l. dotem. & ibi gloss. Bald. & Dd. ff. solut. matrim. c. 1. extr. de his quæ fiunt à majori parte Capituli. Archidiac. c. 1. de constit. lib. 6. Panorm. c. quoniam in fin. extr. de vita & honestat. Clericor.*

Tum per id, quod tradit *Bart. Bald. Ang. Imol. Roma. Paul. Castr. Alexand. & Dd. l. si cum dotem. § eo autem tempore. argumento ill. text. ff. solut. matrim. cum multis similib. allegat. per Tiraq. in tract. de ll. connub. gloss. 8. nu. 127. & 128.*

Igitur sequitur, etiamsi probari vel fides fieri posset, prædictum Capitulum constitutionis Monasteriensis ita accipiendum esse, quod in renovatione feudi ad solum Episcopum pertinentibus & Episcopo

aperti

aperti etiam tali quæ fit descendentibus à primo acquirente per lineam masculinam vel fœmininam consensus Decani atque Capituli requiratur, quod tamen Episcopus & possit & debeat talem renovationem descendentibus à primo acquirente per lineam masculinam vel fœmininam facere etiam absque consensu Decani & Capituli eo casu, quando Decanus & Capitulum requisiti illi renovationi consentire nolunt.

Et sic ex prædictis liquet, veram esse hanc nostram decisionem ad propositam facti speciem, quod per obitum Baronis J. Baronia in B. non Episcopo Monasteriensi aperta, sed Comiti R. in D. delata, acquisita, & ab ipso ad modernum Comitem F. filium suum transmissa fuerit, quodque etiam eo casu, quo fides fieri posset, Baroniam controversam Episcopo Monasteriensi apertam, Episcopus Monasteriensis tam secundum juris communis dispositionem, quam secundum constitutionem specialem Episcopatus Monasteriensis cogatur & obligatus sit, Baroniam controversam Comiti F. in D. & renovare, & de novo concedere.

Nec huic decisioni obstant rationes dubitandi, namque ad illas facilis est responsio.

Et ad primam rationem dubitandi respondeo, & in hoc, & in priori consilio satis superque demonstratum esse, quòd constitutio Monasteriensis casum præsentem etiam quoad verba comprehendat.

277 Præterea quoque certum est, † quod etiam in statutis & constitutionibus potius sit attendenda mens quam verba, *Cyn. & Bal. l. 1. ff. si cert. petat. Bart. l. contra legem. ff. de ll. Bart. l. omnes populi. quæst. 6. princip. vers. juxta præmiss. qua. ff. de just. & jur. Ang cons. 69. col. pen. cum similib. allegat per Tiraq. repet. l. si unquam. verb. libertis. nu. 54. C. de revocand. donat. fact. text. l. scire leges. ff. de ll. l non dubium. C. eod. tit. l. 3. C. liberis præteritis.*

Similiter & illud non censetur esse omissum in statuto vel constitutione, quod sub eadem ratione etiam tacitè conjecturata comprehenditur, & statutum extenditur ad omnes casus, in quibus ratio statuti etiam tacitè conjecturata locum habet, licet illi verbis omissi sint, prout hoc & superius in 19. ratione decidendi in priori consilio in 23. ratione decidendi comprobavi.

Deinde quoque & illa interpretatio, quæ ex observantia postea secuta colligitur, omninò tenenda & sequenda est, etiamsi verba non modò cessent, sed refragarentur, prout hoc docui supra in 42. ratione decidendi.

Sed certum est, nec non & superius, & in priori consilio comprobatum, quod secundum mentem & rationem constitutionis Monasteriensis nec non & secundum observantiam postea secutam casus præsens sub constitutione Monasteriensi comprehendatur; quodque secundum mentem & rationem illius constitutionis, nec non & observantiam postea secutam Baronia controversa per obitum Baronis J. Comiti R. in D. acquisita, & ab illo ad modernum Comitem F. transmissa fuerit.

Igitur sequitur, constitutionem Monasteriensem in casu præsenti locum habere, etiamsi fides fieri posset, casum præsentem, quoad verba sub constitutione Monasteriensi non comprehendi.

Ex libello quoque in hac causa porrecto liquet, quod Dominus actor non tantum fundaverit se vel intentionem suam super constitutione Monasteriensi, sed etiam super consuetudine, super observantia scilicet; & super eo, quòd Baronia controversa ad fœminas transitum fecerit, quodque Dominus actor libello suo inseruerit clausulam, petens sibi justiciam & æquitatem administrari.

Certum autem est, quod is, qui † plures causas in libello deduxit, in causa obtinere debeat, etiamsi ipse tantum ex una causa deducta sibi jus competere probaverit, *Bart. cons. 113 Cyn. l. cum te. C. de probat. Paul. Castr. l. solemus & ibi Iacob. de S. Georg. ff. de judic. Socin. c. 2. fol. 75. quæst. 9. extr. de libell. oblat. Hostiens. c. ad dissolvendum. extr. de desponsat. impub. Bald. Salycet. & Cuma. l. interpositas & ibi Ias. notab. 4. C. de transactio. Boer. decisio 42. nu. 21.* 278

Illudque potissimum procedit, quando † libello est inserta clausula petens sibi 279 jus & justitiam, administrari, tunc enim licet conclusio libelli sit specialis, unicam tantum actionem comprehendens, narratio autem libelli sit generalis apta plures actiones comprehendere, actor in causa obtinere debet, licet ipse non eam actionem, quæ in conclusione libelli continetur, sed aliam, quæ ex narratione libelli colligi potest, sibi competere probaverit, *Ioan. Cald. Anton. de Butr. & Abb. c. cum dilectus. extr. de ordin. cognitionum. Alex. cons. 61. cons. 192. nu. 9. lib. 2. cons. 38. lib. 3 cons. 43. lib. 4. Cornel.*

conf. 8. lib. 1. Iaf. l. petens C. de pact. Iaf. l. naturaliter. §. nihil commune. nu. 191. ff. de acquir. possess. Fel. c. licet. Helt. nu. 44. extr. de Simonia, Dec. conf. 445. nu. 22. conf. 683. Card. Parif. conf. 76. lib. 1. conf. 126. nu. 15. lib. 4.

280 In illa quoque lite sive † causa, quæ vertitur in Consistoriu Imperatoris vel alterius Domini superiotem non recognuscentis, is qui præcisè ex una causa actionem instituit, obtinere debet, licet ipse non ex causa in libello deducta, sed ex alia causa sibi jus competere probaverit, *Iaf. l. vinum. num 24 ff si cert petat. Fel. c. in causis. col. 3. extr de sentent. & re judic.*

Et confirmatur evidenti ratione Nam-
281 que † coram Principe summu sive Imperature proceditur sola facti veritate inspecta, *Bart. Æmely. circa fin. ff de minorib Dec. conf 200. in fin. Guido Papa decis. 206. Cravett. conf 193. col. 3.*

Et certum est, quod in iis causis, in quibus proceditur sola facti veritate inspecta, is obtinere debeat, qui licet ex una aliqua causa præcisè egit, probat sibi jus ex alia causa competere, *Alexand. l. si ita stipulatus. §. Chrysogonus col. 5 & ibi Iaf. num. 33. ff. de verb. oblig. Iaf. l. certi condict §. si nummos. col. 7. ff si cert. petat. Dec. c dilecti. col. 2. extr de judic. Alexand. conf. 114 num. 6. lib. 6 Ruin conf 5. num. 12. lib. 4. conf. 134 num 22. lib. 5. Card Parif. conf. 131. num. 14. lib. 1. cum mult. similib. alleg per Rol. à Vall. conf 53 nu 12. lib 1.*

282 Et idem quoque juris est in † causis sive litibus vertentibus coram Senatu imperatoriæ Majestatis, nempe coram judicio Cameræ imperialis. Namque certum est, quod judicium Cameræ imperialis sive Senatus Imperatoris imperatoriam Majestatem repræsentet, eique æquiparetur, *gloss. l. non ambigitur. & ibi Bart. ff. de ll. Iaf. & Ripa. l. quo minus notab. 2 & 3. ff. de flumin. Cravett conf. 143. in fin. conf. 167 in fin conf. 198 col. fin. Matth. de Afflict. decis. 120. Dec. conf. 200. Roland. à Vall. conf. 14. num. 15. conf. 70. num. 18. & 19. conf 75. num 36. lib. 1.* quodque eam ob causam judicium Cameræ imperialis sive Senatus imperatoriæ Majestatis in causis coram ipso vertentibus, sola facti veritate inspecta procedere possint, prout hoc exprese tradit *Roland. à Vall. conf. 14. num. 16. conf 70. num 17. usq. ad num. 24. lib. 1.*

Sed ex actis liquet, quod Comes F. foveat jus & justiciam non tantum inspecta constitutione Monasteriensi, sed etiam inspecta consnetudine & observantia. Item quia Baronia controversa est feudum fœmineum, & aliquoties ad fœminas transitum fecit. Et insuper hæc causa modò vertitur curam Camera imperiali, & sic coram Senatu imperatoriæ Majestatis.

Igitur sequitur, in casu præsenti pro Comite F. in D. omninò pronunciandum esse, etiamsi fides fieri possit, constitutionem Monasteriensem in casu præsenti locum non habere, nec Comiti F. quicquam patrocinari, quod tamen in perpetuum probari nequit.

Ad secundam rationem dubitandi respondeo, in constitutione Monasteriensi non tantum verbis generalibus, sed etiam verbis specialibus, satis sufficienterque cautum esse, quod fœminæ & descendentes ex fœminis indistinctè ad successionem feudi admitti debeant, etiamsi illæ fœminæ, vel descendentes ex fœminis semel a masculis exclusæ fuerint, prout hoc & in præcedenti consilio, & supra in hac appendice latè comprobavi.

Præterea quoque verior & communior est illorum Dd. sententia qui volunt, verba † generalia generaliter intelligenda 283
esse, etiam in statutis & constitutionibus juris communis correctoriis, *gloss. c. contra Christianos. vers. procedendi de hæreticis lib. 6. Imol. l. si verò. §. de viro. col. 2. ff solut. matrim. Alexand. auth. ex testamento col. 3. vers. solùm restat. C. de collat Hieron. Gratus. conf. 59. col. 2. vers. præterea alia ratione. conf. 95. nu. 14. lib 1.*

Similiter quoque & ex ratione unica tacitè conjecturata statutum & constitutio juris communis correctoria extenditur ad omnes omninò illos casus, qui sub illa ratione tacitè conjecturata includi & comprehendi possunt, *Paul. Castr. & Raph. Cuman. l. si verò § de viro ff. solut. matrimon. Alex. conf. 50. lib. 2. Alex. l. si constante in princip. col. 6. ff. solut. matrim. Iaf. Auth. quas actiones. nu. 22. C. de SS. Eccles.*

Similiter quoque & statutum sive constitutio favorabilis, licet illa sit juris communis correctoria, latè interpretanda, & nullo modo restringenda est, *Iaf. l. fratres. num 5. C de inoff testamento.*

Eodem modo & statutum sive constitutio juris communis correctoria latè interpretanda & extendenda est eo casu, quando

quando capiendo hanc interpretationem reducimur ad jus commune antiquius, *gloss. c. statutum verb. numerandum de praebend. tit. 6. Ant. de Butr. c. olim tibi in fin argumento. ill. text. & ibi Panor not. 3 extr. de verb signif. Alex l. si constante in princ. col. 3. vers. juxta hoc. ff. solut. matrim. Alex. cons. 75. col. 2 lib. 5. cons. 227. col. 3. lib. 6. Franc. Aretin. cons. 96. col. 1. Ias. l. si unus. §. pactus ne peteret num. 6 ff. de pactis Ias. Auth. quas actiones. nu. 25. C. SS. Eccles. Tiraq. in tract. de jure primogen qua. 24. nu 6.*

Sed constitutio Monasteriensis, quoad primum caput est concepta verbis generalibus, tam respectu personarum, quam respectu feudi, & sub illis verbis generalibus, praesens casus optime includi potest, & quoad secundum capitulum est conceptum verbis universalibus, & quidem geminatis & negativis.

Et constitutionis Monasteriensis nulla alia ratio assignari potest, quam quod feuda debeant transire ad omnes descendentes a primo acquirente tam per lineam masculinam, quam per lineam foemininam, quodque nulla feuda Episcopo Monasteriensi aperiri vel applicari debeant, quamdiu aliquis ex descendentibus a primo acquirenre per lineam masculinam vel foemininam superest, illaque ratio locum habet in omnibus omninò descendentibus ex foeminis & quidem ex illis, quae semel per masculos exclusae fuere.

Constitutio quoque Monasteriensis favorabilis est, prout hoc & supra & in priori consilio docui.

Et capiendo hanc interpretationem, quod constitutio Monasteriensis locum habeat in omnibus omninò descendentibus ex foeminis & quidem illis, quae semel per masculos exclusae fuere, reducimur ad jus commune antiquius, quo cautum est, quod res restitutioni subjectae transire debeant ad omnes descendentes ex foeminis, etiamsi illae per masculos semel exclusae fuerint, sicut hoc in priori consilio comprobavi.

Igitur sequitur, quod non obstantibus his, quae in secunda ratione dubitādi adducta sunt, constitutio Monasteriensis ita interpretari debeat, quod in Episcopatu Monasteriensi omnes omninò descendentes ex foeminis à primo acquirente originem trahentibus ad successionem feudi admitti debeant, licet illae foeminae a successione feudi semel exclusae fuerint.

254 Ad tertiam rationem† dubitandi respondeo, illud quod ibi adductum est, praesumi quaelibet privilegia atque beneficia concessa non motu proprio, sed ad postulationem partis, non habere locum in beneficiis sive privilegiis reiteratis sive saepius ex intervallo concessis aut geminatis sive repetitis, illa enim non ad postulationem partis, sed motu proprio concessa praesumuntur, *Bald. & Ias. l nec damno. C. de precib. Imper. offer. Ren. l. si verò. §. de viro fallent. 31. ff. solut. matrim. Alex. Ias. Dec. & Dd. l 3 in princ. ff. quod quisq. juris. Roma. cons. 436 col. 3. Ioh de Plat. l. pen. C. de pe tit. bonor. sublat. lib. 10.*

Similiter hoc non habet locum in beneficio vel privilegio concesso per viam legis statuti sive constitutionis. Namque & illud praesumitur motu proprio concessum, *Bart. l. pen. in fin. C de bonis vacantib. lib. 10. Bart. l. pen. C. de petit. bonor. sublata. eod. libro. Ias. l. 3. in princ. num. 8. & ibi Dec. num. 6. ff. quod quisq. jur. Bart. Auth. quas actiones. C. SS. Eccles. Ias. l. 1. nu 17. C. eod. tit.*

Eodem modo hoc non procedit in privilegiis vel beneficiis concessis propter utilitatem publicam. Nam & illa praesumuntur concessa motu proprio non ad petitionem vel postulationem partis, *Fel. c. nonnulli in princ. num 6. extr de rescript. Dec. l. 3. in princ. nu. 7 ff. quod quisq. jur.*

Deinde hoc non habet locum in privilegio vel beneficio concesso universali, illa enim etiam motu proprio concessa praesumuntur, *Bald. Auth. quas actiones. col. 1. C. SS. Eccles. Ias. l. 3. in princ. nu. 10. & ibi Dec. nu. 6. ff. quod quisq. jur.*

Ulterius hoc non habet locum in beneficio vel privilegio concesso propter benemerita, namque & talia beneficia sive privilegia praesumuntur esse concessa non ad postulationem, sed motu proprio, *Guiliel de Cun. l. 3 §. si procurator. ff. quod quisq. jur. Abb. de Ros. l. 1. in princ. oppos. 5. ff eod. tit. Alex. Socin. Ias & Dec. l 3. in princ. ff quod quisq. jur. Tiraq. repetit. l si unquam verb. donatione largitus. num 52. C. de revocand. donat ubi ipse multos alios Dd. adhoc citat.*

Et ex lapsu temporis longissimi praesumitur concessio propter benemerita facta, *Ruin. cons. 217. col. 3. lib 1. Gabriel. Rom. in tract. regul. lib. 1. titul. de praesumpt. conclus. 1. num. 44.*

Illud quoq; privilegium vel beneficium, quod Princeps ecclesiasticus vel secularis concessit cum consensu & consilio Consiliariorum & Procerum vel Ordinum Principatus vel Episcopatus motu proprio concessum praesumitur, sicut hoc satis probatur per id,

quod Dd. tradunt, quòd concessa à Principe seculari vel ecclesiastico cum consensu & consilio Procerum vel Consiliariorum præsumantur esse concessa, & ex causa justa & propter utilitatem publicam, *Socin. jun. cons. 60. nu. 37. lib. 3. Claud. de Seisell. in Spec. feud. tit. qui feudum dare poss. pag. 130. in parvis. vers. unde posset dici.*

Sed illud beneficium, de quo in casu præsenti agitur, ab Episcopo Monasteriensi cum consensu Capituli Ecclesiæ cathedralis & Procerum, nec non omnium Ordinum Episcopatus Monasteriensis est concessum per viam statuti sive constitutionis universitati nobilium & vasallorum, illaque concessio, prout ex tenore illius privilegii liquet, est facta propter publicam utilitatem, & non semel sed sæpius ab omnibus nempe Episcopis Monasteriensibus renovata.

Et cum ab eo tempore, quo illud beneficium primò concessum est, lapsum fuerit tempus non tantùm longissimum, sed etiam immemoriale, ex lapsu illius temporis colligitur & probatur, illud beneficium nobilibus & vasallis esse concessum propter benemerita ipsorum.

Igitur sequitur illud, quod à parte adversa prætenditur, privilegia & beneficia præsumi, esse concessa non motu proprio, sed ad petitionem sive postulationem in casu præsenti locum non habere. Sed in casu præsenti satis liquere, quod hoc beneficium sit concessum motu proprio non ad petitionem vel postulationem partis.

285 Præterea quoque illud quod † dicitur, beneficia Principum ad petitionem sive postulationem partis concessa, strictè interpretanda esse, prout ultra adducta in tertia ratione dubitandi hoc tradit *Cyn. & Ang. l. beneficium. & ibi Iaf. nu. 32. limit. 3. ff. de constit. Princip. non est generaliter nec indistinctè verum.*

Namque licet talia beneficia strictè intelligi debeant: attamen non debent ita restringi, ut generalitas verborum offendatur, sed ita debent intelligi, ut comprehendant omnes omninò casus, res & personas, quæ sub generalitate verborum includi possunt.

Cum sit clari juris, quòd verba generalia generaliter intelligenda & ita accipienda sint, ut omnes res, personas & casus, qui sub illis verbis includi possunt, comprehendant in omnibus omninò dispositionibus, non tantum favorabilibus, & latè interpretandis, sed etiam in dispositionibus odiosis, strictis, pœnalibus, exorbitantibus à jure communi & juris communis correctoriis, prout hoc in secunda ratione decidendi docui.

Deinde hoc non habet locum in beneficiis vel privilegiis respicientibus utilitatem publicam sive propter utilitatem publicam concessis. Namque talia beneficia & privilegia non tantum motu proprio, sed etiam ad postulationem partis concessa latè interpretanda sunt. Cum sit clari juris, nec non & in priori consilio in sexta ratione decidendi comprobatum, omnes omninò dispositiones etiam alioquin strictas & odiosas, quales sunt illæ, quæ vel sunt pœnales vel exorbitantes, vel juris communis correctoriæ, latè interpretandas eo casu, quando illæ publicam utilitatem respiciunt.

Similiter hoc non habet locum in beneficiis vel privilegiis concessis propter benemerita. Namque talia latè interpretanda sunt, etiamsi ad partis petitionem sive postulationem concessa fuissent. Cum omnis omninò concessio etiam alioquin stricta & odiosa propter benemerita facta latè interpretari debeat, *Bald. cons. 303. col. 2. lib. 2. Rapha Cum. cons. 162. col. fin. Panorm cons. 30. col. 2. lib. 2. Dec c. fin. col. 2. extr. de constitut. Dec. cons. 169. col. 1 cons. 193. col. 2. cons. 413. col. 2. cons. 468. num. 14. cons. 498. num. 11. consil. 614. col. 11. Godzad. consil. 8. num. 28. Tiraq. repet. l. si unquam verbo donatione largitus. num. 48. 55. & 85. C. de revocand. donat.*

Eodem modo privilegia & beneficia etiam concessa ad petitionem sive postulationem ita intelligenda & extendenda sunt, ut habeant locum in omnibus omninò casibus, qui sub ratione privilegii vel beneficii non tantum expressa, sed etiam tacitè conjecturata includi possunt.

Cum omnes omninò dispositiones etiam strictæ & strictissimæ, quales sunt illæ, quæ sunt juris communis correctoriæ, ita accipi debeant, ut extendantur ad omnes omninò illos casus, qui sub ratione illius constitutionis saltem tacitè conjecturata includi possunt, sicut hoc supra in responsione ad secundam rationem dubitandi comprobavi.

Cum itaque beneficium, de quo in casu præsenti agitur, sit concessum, & propter publicam utilitatem, & propter benemerita

merita, illudque tam quoad verba; quam quoad mentem & rationem tacitè conjectuatam casum nostrum comprehendat; prout hoc & in præcedenti consilio, & supra in hoc appendice docui, dubio omni caret, illam regulam, quod beneficia & privilegia concessa non motu proprio sed ad postulationem strictè intelligenda sint, in præsenti casu contra Dominum actorem allegari non posse, etiamsi fides fieri possit, illud beneficium non motu proprio, sed ad postulationem sive ad petitionem concessum.

Deinde quoque beneficium prædictum non respicit præjudicium tertii, sed respicit præjudicium solius concedentis Episcopi nempe Monasteriensis. Ideoque illud, quod in retra ratione dubitandi adductum est, beneficia respicientia præjudicium tertii strictè interpretanda, in casu præsenti locum habere nequit.

Et cum hoc beneficium solius concedentis præjudicium respiciat nec tertio damnum inferat vel sit nocivum, dubio omni caret, illudque beneficium latissimè interpretandum, cum sit clari juris, omnia omninò beneficia in præjudicium concedentis latissimè interpretanda esse, *l. fin. & ibi Bart. Bald. Ias. & Dd. ff. de constit. Princip. l. fin C. de præpositis agentium. in lib. 10. c. cum dilecti, & ibi Dd. extr. de donat. c. olim, & ibi Dd extr. de verb signific.*

Quinimò non tantum beneficium, sed etiam privilegium quodlibet in præjudicium concedentis latissimè interpretari debet, *Panorm. c. cum dilectus. extr de donat. Panorm. c. olim extr. de verb. signif. Panorm. c. quia circa. extr. de privileg. Bernard. Cons. 7. nu. 2. lib. 3. part. 2. cons. 50 num. 5. e cons. 277. nu. 20. lib. 6. cons 38. num 3. lib. 7. Fr. Nicontius repet. rubr. nu. 119 ff. solut. matrim. ubi ipse plurimos Dd adhoc citat.* ex quorum numero liquet, hanc sententiem communiter receptam.

Similiter & privilegium quodlibet non respiciens tertii præjudicium latissimè interpretandum est, *Ias. l. 1. lect. 1. num. 15. C. de SS. Ecclesiis*, ubi ipse adhoc citat *Innoc. & Dd. c. cum dilectis. extr. de donat. Innoc. & Dd. c. olim. extr. de privileg. Imol. in c. ex duorum. extr. de autoritate & usu pallii Bart. l. si quando. l. 1. C. de bonis vacantib. lib. 10.*

286 Privilegium quoque & † beneficium publicam utilitatem respiciens, etiam in præjudicium tertii sive cum tertii præjudicio conjunctum latè interpretandum est, eam ob causam, quia utilitas publica præferenda est privatis commodis, *l. 1. §. penult. C. de caducis toll. l. utilitas. C. princip. lib. 12. l. actione. §. Labeo. ff. pro socio & propter utilitatem publicam*, & ab omnibus regulis juris communis receditur, *Roma. l. si verò. §. de uno. num. 32. ff. solut. matrim. Fel. c. nonnulli in princ. num. 16. extr. de rescript.* & alteri in jure suo licitè præjudicatur, *L. Barbatius Philippus. & ibi Ias. num. 24. usq. ad num. 36. ff. de offic. prætoris. l. Lucius. ff. de evictionib. l. item si verberatum. §. item si fortè. ff rei vendic. l. fin. § fin. & ibi Bart. & Dd. ff. de pignor actione. Gabriel. Roma. in tract. regular. lib. 3. tit. de jure quæsito non tollend. conclus. 2.*

Quinimò Dd. concludunt, etiam privilegia & juris communis correctoria & tertio nociva non esse restringenda contra generalitatem verborum, sed verba generalia privilegii etiam tertio nocivi generaliter intelligenda esse, *Panorm. c. ex parte. el. 3. notab. 2 argumento ill. text. extr. de decimis. Ias. l. 1, lect. 1. num. 18. C. de SS. Eccles.*

Illudque potissimum procedit in beneficiis vel privilegiis, vel concessis per viam statuti aut constitutionis; vel per quæ reducimur ad jus commune antiquius, sive ad antiquiorem statum, vel quando tertio præjudicatur non principaliter sed in consequentiam. Namque facilius præjudicari potest juri tertii, vel quando aliqua concessio fit per viam statuti sive constitutionis, *Fel. c. quæ in Ecclesiarum. col. 20. extr. de constitut. Anton. Gabriel. Rom. in tract. regul. lib. 3. tit. de jure quæsito non tollen. conclus. 1. num. 27.* vel quando per illam concessionem fit reductio ad antiquum statum, sive ad jus antiquum, *Godzad. cons. 1. col. 9. vers. præterea & secundò respondeo. Curt. jun. cons. 1. col. 8. vers. quis ergo dubitat.* vel quando tertio præjudicatur non principaliter, sed in consequentiam, *Ruin. cons. 38. col. pen. lib. 2. Cagnol. l. id quod nostrum nu. 18. ff. de regul. jur.*

Sed illud beneficium Monasteriense, quod fœminæ & descendentes ex fœminis ad successionem omnium feudorum admitti debeant, est concessum per viam statuti sive constitutionis, & respicit utilitatem publicam & generalibus verbis conceptum est, & per illud reducimur ad jus commune antiquius, quo jure communi antiquiori expressè cautum est, quod ad omnium omninò rerum successionem etiam fœminæ & descendentes ex fœminis admitti debeant.

Igitur sequitur, illud beneficium sive constitutionem Episcopatus Monasteriensis restringendum non esse præsertim taliter, quod præsens casus sub illa constitutione non comprehenderetur, sed latè interpretandum & ita accipiendum, ut præsentem casum comprehendat, etiamsi fides fieri possit, illud beneficium principaliter vel in consequentiam tertii præjudicium respicere.

Ad illud verò quod in tertia ratione
287 dubitandi dictum fuit, † beneficium continens insolita sive inconsueta strictè interpretandum esse, prout ultra adducta à parte adversa hoc expressè tenet *Ang. l beneficium. col. 1. & ibi Ias. nu 32. limit. 4. ff. de constit. princ.* respondeo, illud insolitum vel inconsuetum dici non posse, quod ultra tempus immemoriale obtinuit sive observatum fuit, *Bald. c. 1. in princ. nu. 3. & ibi Alvarot nu 12. de his qui feud. dare poss. Curt. in tract. feud. 1. part. 2 part. princ. quæst. 4. num. 7.*

Illud quoque quod ultra quadraginta annos tantum observatum fuit, insolitum vel inconsuetum dici nequit, *Præpos. c. 1. in princ. nu. 25. & ibi Iacob. de Bellem M. Laud. num. 71. Bald. num. 8. Alvar. num. 12. Matth. de Afflict. nu. 31. de his qui feud. dare possunt. Imol. c. 2. col. 14. extr. de feud. Iacob. de S Georg. in tract. feud. verb. in feudum. num. 37. Zas. in tract. feud. 5. part. nu. 52. Alex. cons. 9. num 6 lib. 3. cons. 5. num. 11. lib 5. Claud. de Seisell. in Spec. feud. tit. qui feudum dare poss. part. 2. regul. 1. declar. 7. vers. tertia opinio & vers. concludendo præsuppono.*

Et quod plus est, illud quod decem annis tantum observatum fuit, insolitum vel inconsuetum dici nequit, cum lapsus decem annorum aliam ad consuetudinem inducendam sufficiat, *gloss. §. ex non scripto. verb. diuturni. & ibi Ang. nu. 10. Ioannes Fabri. num. 9. Inst. jur. natur gent. & civil. gloss. l. de quib. & ibi Bart lect. 1. nu. 9. & lect. 2. num. 14. Bald. nu. 27. Ias. nu. 43 ff. de ll. gloss. Rub. & ibi Bald. C. quæ sit longa consuet. Bart. l. 2. num. 16. C. eod. tit. Abb. c fin nu. 11. extr. de consuetud.*

Quinimò ad hoc, ut aliquid dicatur solitum sive consuetum, lapsum temporis non requiri, tradit *Paul. Castr. l. de quib. col. 2. ff. de ll. Roch. Curt in tractat. de consuetud. num 48.*

Et ad hoc, ut aliquid solitum sive consuetum dici possit, sufficit illud bis ita observatum fuisse, *Bart. & Paul. Castr. l. 1. C. quomodo & quando judex. Bart. l. Mela in princip. argumento ill. text. ff. de aliment. & cibar. legatis. Alex. cons. 5. col. fin. lib. 5. Corn. cons. 28. lib. 3. Curt. in tract. feud. princ. 2. part. princip; quæst. 4. Roch. Curt. in tract. de consuet. num. 43. usq. ad nu. 50.*

Quinimò Dd. communiter concludunt, illud, quod semel tantum factum sive observatum fuit, solitum dici, *Bart. & Paul. Castr. l. 1. C quomodo & quando judex. Roch. Curt. in tract. de consuet. nu. 43. 44. & 47.*

Illudque potissimum procedit in tali actu, qui semel solenniter sive intervenientibus legitimis solennitatibus gestus fuit, ille enim absque omni dubio solitus dici debet, sicut hoc satis probatur per id, quod Dd. communiter concludunt, rem dici infeudari solitam sive consuetam, quæ semel tantum concessa fuit in feudum a Prælato cum consensu Capituli, & intervenientibus aliis legitimis solennitatibus, *Andr. de Isern. c. 1. de Clerico qui investitur fecit. Imol. l. quod dicitur. in fin ff de verb. oblig. Præpos. c. 1. in princ. num. 25. de his qui feud. dare poss. Curt. in tract. feud. pr. part. 2. part. princ. quæst. 4. nu. 8. Zasius in tract. feud. part. 5. num. 52. Claud. de Seisell. in Spec. feud. tit. his qui feud. dar. poss. part 2. reg. 1. declar 6 vers. omnia præmissa.*

Sed in Episcopatu Munasteriensi & vicinis Episcopatibus, prout in actis narratur, ultra tempus immemoriale observatum fuit, quod fœminæ & descendentes ex fœminis ad successionem feudi etiam masculini admissi fuêre & inter cætera fœminæ, præsertim verò Domina H. & Domina W. admissæ fuêre etiam ad successionem Baroniæ controversæ.

Insuper etiam constitutio Monasteriensis admittens fœminas & descendentes ex fœminis ad successionem feudorum, est facta solenniter cum consensu nempe & Capituli Ecclesiæ cathedralis, & Procerum, nec non omnium Ordinum Episcopatus Monasteriensis, & cum eadem solennitate non semel, sed sæpius ab omnibus nempe Episcopis Monasteriensibus renovata.

Igitur sequitur, dici vel prætendi non posse, quod constitutio Monasteriensis admittens fœminas & descendentes ex fœminis ad successionem feudi etiam masculini insolita vel inconsueta contineat, & per consequens illam theoricam, quod beneficium Principis insolita vel inconsueta continens, strictè intelligi debeat, in casu præsenti locum non habere.

Præterea † quoque *Ang & Ias.* reliquique 288
Dd. ad tenendam illam opinionem, quod beneficium Principis insolita sive inconsueta continens, strictè interpretandum sit,

moventur

moventur tantùm per textum *l. si aliquando. C. de operib. public.* qui textus cùm tantum loquatur in illis terminis, quando beneficium Principis continens insolita, sive inconsueta in præjudicium publicè utilitatis tendit, dubio omni caret, doctrinam *Angeli Jason.* & sequacium ita restringendam esse, ut tantùm habeat locum in talibus beneficiis Principum insolita sive inconsueta continentibus, quæ in præjudicium publicæ utilitatis tendunt, cùm sit clari juris, quòd doctrina sive decisio Doctoris sit intelligenda & restringenda secundum illum textum, qui pro ista opinione citatur, *Bart. l. non solum. §. si liberationis. ff. de liberat. legat.*

Deinde quoque indubitati juris est, & ex supra deductis liquet, quòd beneficium Principis insolita vel inconsueta continens, sicut & alia quælibet dispositio stricta non sit restringenda, sed latè interpretanda, vel quando generalitas verborum aut rationis etiam tacitè conjecturatæ, illam restrictionem non patitur, vel quando illud beneficium respicit publicam utilitatem, vel quando illud beneficium est concessum propter benemerita, vel quando per tale beneficium res reducitur ad pristinum statum, vel ad jus commune antiquius, vel quando illud beneficium est concessum cum consensu omnium Ordinum alicujus Principatus vel Episcopatus, aut saltem Procerum.

Cùm itaq; beneficium Monasteriense sit conceptum verbis generalibus, & ratio, mens & caussa finalis illius beneficii similiter generalis sit, illaque restrictio, quam pars adversa facere, & ex illa inferre nititur, quòd constitutio Monasteriensis in casu præsenti locum non habeat, refragatur generalitati & verborum & mentis, rationis, sive caussæ finalis, nec non & illud beneficium respiciat utilitatem publicam, & sit concessum cum consensu & consilio Procerum & omnium Ordinum propter benemerita, & per illud reducamur ad jus commune antiquius, quo jure communi antiquiori fœminæ & descendentes ex fœminis ad successionem omnium omninò rerum admittuntur. Sequitur, illam restrictionem, quam pars adversa ad constitutionem Monasteriensem facere nititur, nullo modo admittendam aut recipiendam, etiamsi fides fieri posset, illam constitutionem sive beneficium insolita vel inconsueta continere.

Et licet † textus *l. beneficium. ff. constitut. Princip.* quoad verba tantum loquatur in Imperatore Romano. Attamen alias *legib.* expressè cautum est, quòd beneficia non tantùm Imperatoris Romani, sed etiam aliorum Principum tam ecclesiasticorum, quàm secularium, imò etiam hominum penitùs privatorum plenissimè & latissimè interpretanda sint juxta textum clarum & expressum in *c. cùm dilecti. extr. de donationibus.* 289

Ideoque de hac re, utrum Principes inferiores fruantur privilegiis Romano Imperatori indultis, multa verba facere supervacuum duco.

Nec etiam illud, quòd constitutio Monasteriensis emanavit & promulgata est cum consensu expresso illorum, quorum utilitatem ista constitutio respicit, quicquam obstat, quò minùs illa constitutio beneficium sit ac reputetur, eam ob caussam, quia invito † beneficium non datur, & non 290 tantùm est de natura, sed etiam de substantia beneficii perfecti, ut in eo interveniat consensus illius, cui illud beneficium conceditur, *l. invito, & ibi Dec. & Cagnol ff. de regulis jur. l. hoc jure. §. non potest. ff. de donation.*

Et certum est, quòd † expressio eorum, 291 quæ sunt de substantia vel de natura actus actum non mutent neque alterent, *l. 3. C. de fidejuss. l. 3. & ibi Bart. Jas. & Doctores ff. de legat. 1.*

Similiter quoque nec illud, quod constitutio Monasteriensis facta est cum consensu & consilio Procerum & omnium Ordinum, quidquam obstat nec obest, quò minùs ista constitutio beneficium Principis dici vel censeri possit eam ob caussam, quia actus gestus à Principe cum consensu & consilio Procerum & Ordinum seu Principatus est longè efficacior actu gesto à Principe solo, *l. humanum. C. de legib. Socin. jun. cons. 60. num. 37. lib. 3. Claud. de Seyssell. in Specul. feud. Rubr. qui feud. dar. poss. pag. 130. in parvis. vers. unde posset dici.*

Et certum est, quòd † ea, quæ augmentum 292 sua naturâ respiciunt, vel ad augmentum inducta sunt, diminutionem operari non debeant, *l. si mancipium in princip. ff de fundo instruct. l. legato utiliter, & ibi Jas. & Dd. ff. de legat. 1.*

Ad quartam rationem dubitandi respondeo, licet illa verba: Vermittelst erblicher Folgung/ non personas, ad quas feuda

Pppp 4 devol-

devolvuntur, sed qualitatem & modum devolvendi demonstrent. Attamen alia verba constitutionis Monasteriensis, nempe illa verba: Den Edelmannen / den Fryen / vnd Eruen / die nicht er sind von Mannes kommen. Item / vff die Töchter als vff die Söhne / Item von Mannen vnd Fruwen kommmen / expressè disponunt & decidunt, quòd non existente vel etiam deficiente linea masculina primi acquirentis, ad successionem feudi admitti debeant etiam descendentes ex fœminis sive per lineam fœmininam, sive illi sint masculi sive fœminæ.

Et cùm successionis hæreditariæ ea natura sit, quòd semel exclusus ab aliqua re, nomen & descendentes illius nihilominùs ad successionem illius rei admittatur, si illa ipsi posset, deferatur, illudque generaliter quidem verum sit, potissimùm autem locum habeat in rebus hæreditariis restitutioni subjectis, in quibus, à qua priùs vocatis semel vel iterum exclusus est, nomen & descendentes illius non perpetuò, sed quamdiu illi priùs vocati & descendentes supersunt, exclusi censentur, nulla habitâ considerationе sexus vel gradus, nec etiam utrum illa res, de qua agitur, sit magna vel parva. Atque constitutio Monasteriensis in defectu lineæ masculinæ ad successionem feudi secundum modum & qualitatem hæreditariæ successionis vocet fœminas & descendentes ex fœminis, Dubio omni caret, constitutionem Monasteriensem id velle, quòd ad successionem feudi etiam magni vel majoris admitti debeant fœminæ a primo acquirente originem trahentes, & descendentes ex illis nulla habita consideratione sexus vel gradus, etiamsi ipsæ vel ipsi à masculis vel linea masculina semel exclusæ vel exclusi fuerint.

Namque clari juris est, nec non & in priori Consilio in quadragesima septima rationi dubitandi comprobatum, quòd relatum insit referenti, cum omnibus suis qualitatibus, quòd eo casu, quando unum adæquatur alteri, omnis virtus, natura & efficacia illius rei, ad quam fit adæquatio, attribuatur rei adæquatæ.

Ad quintam rationem dubitandi respondeo, ista verba constitutionis Monasteriensis, Vp die Töchter als vp die Söhne / non esse verba specialia, sed esse verba generalia, cùm in illa constitutione nulla fiat mentio de filiis vel filiabus, vel primi acquirentis vel ultimi defuncti, sed in genere de filiis vel filiabus.

Et in prima ratione decidendi comprobatum est, ista verba: Vp die Töchter als vp die Söhne / intelligenda esse generaliter de filiis & filiabus illorum, qui a primo acquirente per lineam fœmininam descendunt.

Præterea quoque illa regula, † Quòd generi per speciem derogetur, non habet locum in beneficiis vel privilegiis. 193

Similiter illa regula non habet locum eo casu, quando genus & species sibi non contrariantur neque adversantur, prout hoc in vigesima tertia ratione decidendi docui.

Sed constitutio Monasteriensis admittens ad successionem feudi descendentes ex fœminis, est beneficium sive privilegium, illaque verba: Den Edelmannen vnd Fryen / vnd den Eruen / die nicht er sind von Mannes kommen / Item vermittelst erfflicher Folging. Item / von Mannes vnd Fruwen kommen / non contrariantur neque adversantur illis verbis: Vp die Töchter als vp die Söhne.

Igitur sequitur, regulam adductam in quinta ratione dubitandi, quòd generi per speciem derogetur, in casu præsenti locum non habere, nec per ista verba: Vp die Töchter als vp die Söhne / alia verba illius constitutionis, nempe: Vnd den Edelmannen vnd den Fryen / vnd den Eruen / die nicht er sind von Mannes kommen / Item / vermittelst erfflicher Folging / Item / von Mannes vnd Fruwen kommen / non restringi, multò verò minùs ita restringi, ut prædicta verba generalia tantùm habeant locum in filiabus ultimi defuncti.

Deinde quoque illa regula, quòd generi per speciem derogetur, non habet locum, vel quando genus & species ponuntur in diversis capitulis, vel quando genus & species respiciunt diversos casus vel diversam materiam, prout hoc in vigesima tertia ratione decidendi docui.

Ex quo infertur per ista verba: Vp die Töchter als vp die Söhne / posita in isto capitulo constitutionis Monasteriensis, in qua agitur de successione feudi, nullo modo restringi posse ista verba generalia: Von Mannes vnd Fruwen kommen / posita in alio capitulo ejusdem constitutionis, in quo agitur de renovatione feudi finiti & Episcopo aperti, & sic de diversa materia.

Illa quoq; regula, quòd generi per speciem derogetur, quodque genus restringatur ad qualitatem speciei adjectæ, non habet locum, quando vel verisimilis mens disponentis vel ratio dispositionis, vel subjecta materia contrarium suadet, Namque certum

certum est, quòd in omnibus omninò dispositionibus potiùs admittenda sit mens, quàm verba, eaque verbis præferenda, *l. scire leges. ff. de legib. l. non dubium. C. eod. tit. l. 3. C. liber. præterit. l. fin C quæ res pignori obligari poss.* Etiamsi verba repugnent vel contrarium suadeant, *Ang. cons. 2. col. penult. cons. 169. col. 1.*

Similiter quoque clari juris est, quòd in qualibet dispositione ratio dispositionis potissimùm inspicienda, & secundum illam quælibet dispositio intelligenda & extendenda sit, sicut hoc superius comprobavi.

Eodem modo indubitati juris est, quòd quælibet dispositio secundum subjectam materiam intelligenda, declaranda & extendenda sit, prout hoc superiùs comprobavi.

Sed & mens & ratio finalis constitutionis Monasteriensis est, quòd ad successionem feudi non debeant admitti non tantùm filii primi acquirentis vel ultimi defuncti, sed omnes omninò descendentes per lineam fœmininam à primo acquirente, illudque & subjectæ materiæ, naturæ nempe successionis fœmineæ in feudum per statutum vel constitutionem introductæ convenit.

Igitur sequitur, istam regulam, quòd generi per speciem derogetur, ad casum præsentem ita accommodari non posse, ut constitutio Monasteriensis & contra mentem & contra rationem illius constitutionis, & contra subjectam materiã restringatur tantùm ad filias ultimi vasalli defuncti.

Ad sextam rationem dubitandi ego respondeo, ista verba: Von Mannes kommen/ Item/von Fruwen kommen/posita in constitutione Monasteriensi non accidentia vel qualitates, sed substantiam, illas nempe personas, quæ ad successionem feudi admitti debent, denotare & significare, & hoc velle, quòd omnes omninò descendentes à primo acquirente per lineam fœmininam ad successionem feudi admitti debeant.

294 Deinde illud, †quod in sexta ratione dubitandi dicitur, qualitates sive accidentia substantiam non mutare, tantùm habet locum in iis qualitatibus, quæ non sunt substantiales. Secus autem est in qualitatibus substantialibus, illæ enim substantiam mutant & alterant, *Barbat. rub. nu. 47. C qui admitt. Cardin. Paris. cons. 68 nu. 327. lib. 4. Albert. Brun. in tract. de augm. conclus. 3. nu. 4. Ant. Natt. cons. 139 nu. 5. Barbat. c. 1. extr. de rescript. Barb. Clem. 1. de elect. Felin. c. postulasti. col. 7. extr. de rescript. Rom. & Aret. l. 2. in princ. ff. de verb. obligat. Franc. Nicons. repet. Rubr. nu. 109. & 110. ff. solut. matrim.* facit id, quod tradit *Bald. & Dd. l. jus civile. ff. de justit. & jur. Bald. & Dd. l. edit. 1. C de edendo*, & subjectum informant, *Card. Paris. cons. 58. nu. 59. & cons. 60. nu. 6. lib. 4.*

Sed illa verba: Von Mannes kommen/ Item/von Fruwen kommen / posita, illa pro qualitatibus accipi posse: attamen illæ essent qualitates substantiales.

Igitur sequitur, illa verba totum illud capitulum constitutionis Monasteriensis, in qua agitur de successione feudi, ita & alterare & declarare, ut omnes descendentes ex fœminis, sive illi sint masculi sive fœminæ, ad successionem feudi admitti debeant.

Præterea quoq; clari juris est, quòd qualitas quælibet adjecta dispositioni ampliet & extendat illam dispositionem secundum terminos & limites illius qualitatis, *Camill. Visitarin. repet. rubr. nu. 50. ff. solut. matr.*

Et qualitas posita in uno capitulo alicujus dispositionis, extenditur ad omnia illa, quæ in isto capitulo continentur, *l Seiæ. §. Caio. ff. de fundo instructo. Bart. l. 4. § erit, qui hæc differentia. ff. vi bonor. rapt. Card. Paris. cons. 72. nu. 39. lib. 4.*

Sed illa verba: Den Edelmannen / den Fryen vnd Eruen/die nicht er sind von Mannes kommen/ Item & illa verba, Vp die Tôchter als vp die Sôhne / ponuntur in uno eodemque capitulo constitutionis Monast.

Igitur sequitur, illa verba: Den Edelmannen/den Fryen vnd Eruen/die da nicht er sind von Mannes kommen / referri ad ista verba, vp die Tôchter/als vp die Sôhne/& hoc operari, ut illa verba, Vp die Tôchter als vp die Sôhne / intelligi debeant de filiis & filiabus omnium illorum, qui à primo acquirente per lineam fœmininam descendunt.

Rursus ex hoc infertur, etiamsi ponantur ista verba: Den Edelmannen / den Fryen vnd Eruen / die da nicht er sind von Mannes kommen/denotare non substantiam sed qualitatem, & quidem non substantialem. Attamen per illa verba istud capitulum constitutionis Monasteriensis ita declarari & ampliari, quod ad successionem feudi generaliter & indistinctè admitti debeant omnes omninò filii & filiæ illorum, qui a primo acquirente per lineam fœmininam descendunt.

Legibus quoq; cautum, & à Dd. traditum est, quòd eo casu, †quando duæ qualitates 295
in aliqua dispositione positæ sunt, sive de duabus

duabus qualitatibus mentio fit, illa qualitas attendenda, & secundum illam tota dispositio intelligenda sit, quæ potentior est, *l. quæritur. ff. de statu hominum. l. generaliter. ff. de fidejussorib. Ias. l. imperium. ff. de juridict. omnium judic. Laurent. Sylvan. cons. 92. num. 3. Bened. Strac. in tract. de mercat. part. 1. num. 50. & 52 Tiraquell. in tract. de utroq; retr. part. 1. §. 30. gloss. 1. num. 10. Menoch in tract. de remedys recuper possess remed. 9. nu. 15. Alciat. l. 2. in princ. num. 31 ff. de verb. obligat.*

Illaque qualitas censetur esse potentior, quæ benigniorem interpretationem operatur, *l. si pupillus, & ibi Bart ff ad leg. Falcid. Alciat. d. l. 2. in princ. nu 34. ff. de verb. obligat.*

Similiter & illa qualitas, qua favetur juri communi, sive per quam ad jus commune magis reducimur, potior esse censetur, *Bald. l. si quis Decurio. C. ad leg. Cornel. de fals. Alex. cons. 100 in fin. lib. 3. Ioan. Crot. repet. rub. nu. 47. ff. solut. matrim. Alciat. d. l. 2. in prin. num. 35 ff. de verb. obligat.*

Qualitas quoque naturalis potior esse censetur qualitate accidentali, *l. qui habet, & ibi Bart. ff. de tutel. Alciat. l. 2. in princ. nu. 38. ff. de verb. obligat.*

Eodem modo & illa qualitas, per quam res ad naturam pristinam sive antiquam reducitur, potior esse censetur, *argumento l. si unquam. §. pactus ne peteret, & ibi Ias. & Dd. ff. de pactis.*

Illam quoque qualitatem, quæ convenit magis menti vel rationi dispositionis vel subjectæ materiæ, potiorem esse judico aliis qualitatibus, cùm in omnibus dispositionibus potissimùm attendenda sit mens, ratio & subjecta materia, sicut hoc superiùs docui.

Ex quo infertur etiam posito, ista verba: **Den Edelmannen/den Fryen/den Eruen / die nicht er sind von Mannes kommen.** Item & illa verba: **Vp die Töchter als vp die Söhne/** non substantiam, sed qualitatem denotare: attamen potiùs esse attendenda illa verba: **Den Edelmannen/ den Fryen / den Eruen/die da nicht er sind von Mannes kommen /** eam ob caussam, quia per illa potentior qualitas inducitur.

Namque certum est, illam interpretationem, quoad successionem feudorum non tantùm filiæ ultimi defuncti, sed omnes omninò descendentes a primo acquirente per lineam fœmininam admitti debeant, esse & benigniorem & nos reducere magis ad jus commune, quo cavetur, quòd ad successionem omnium omninò rerum descendentes ex fœminis admitti debeant.

Per hanc quoq; interpretationem nos magis reducimur & ad pristinam & primævam naturam & qualitatem naturalem rerum feudalium. Cùm rerum tam feudalium quam omnium aliarum & primæva natura & qualitas naturalis illa fuerit, ut ad successionem illarum omnes omninò descendentes ex fœminis admitti debeant.

Deinde etiam hæc interpretatio convenit & menti & rationi constitutionis Monasteriensis, nec non & subjectæ materiæ.

Ad septimam rationem dubitandi respondeo, ista verba: **Den Edelmannen / den Fryen/den Eruen/ die nicht er sind von Mannes kommen/** cum illis verbis: **Vp die Töchter als vp die Söhne /** posita esse in una eademque clausula, sive in uno eodemque capitulo constitutionis Monasteriensis, Ideoque ea, quæ in septima ratione dubitandi adducta sunt, nobis nihil obstare, atque penitùs indubitatum esse, ista verba: **Den Edelmannen/den Fryen vnd Eruen/die nicht er sind von Mannes kommen /** referenda esse ad illa verba: **Vp die Töchter als vp die Söhne/** & ita accipienda, quòd ad successionem feudorum admitti debeant omnes tam filii quam filiæ illorum, qui a primo acquirente per lineam fœmininam descendunt.

Deinde quoque illud, quòd † posita in 296
una clausula vel capitulo ad alias clausulas vel capitula referri non debeant, non est generaliter nec indistinctè verum, sed multas limitationes & declarationes recipit, prout hoc videre licet ex traditis per *Felin. c. caussa quæ num. 4 extr. de rescript. Ias. l. 1. C. de liber. præterit. Ias. l. talis scriptura. ff. de legat. 1. Dec. c. requiris extr. de appellatio.*

Et inter cætera illud non habet locum, quando vel mens disponentis vel ratio dispositionis vel subjecta materia, vel observantia postea subsecuta contrarium suadet, vel quando capiendo aliam interpretationem ad jus commune antiquius reducimur, vel res aliqua redditur naturæ suæ pristinæ.

Ad octavam rationem dubitandi respondeo ex iis, quæ & in præcedenti consilio, & in hac appendice docui, satis liquere, quòd per constitutionem Monasteriensem ad successionem feudi habilitatæ sint non tantùm filiæ ultimi defuncti, sed filiæ & filii omnium illorum, qui a primo acquirente per lineam masculinam descendunt, Ideoque constitutionem Monasterien-

rienſem & contra verba & contra mentem ſive rationem ita nullo modo reſtringi poſſe, ut tantùm habeat locum in filiabus ultimi vaſalli defuncti.

297 Præterea quoque iſta regula, † quòd diſpoſitio quælibet reſtringi debeat ad habiles, non habet locum in diſpoſitionibus factis propter utilitatem publicam ſive favorem publicum reſpicientibus, tales enim non reſtringuntur ad habiles, *l. ſi quis in gravi. §. utrum. & ibi Bart. & Dd. ff. ad Syllan. Bart. Alex. & Dd. l. 1. §. nunciatio. ff. de oper. novi nunciat. Bald. & Salicet. l. 1. C. de precib. Imperat. offer. Guilhelm de Cuneo. Andr. de Piſis. Alber. de Roſat. Bald. Salicet. Rom. & Alex. l. ſi filiusfam. ff. ſi cert. pet. Salicet l. 2. C. de noxalib. action Zaſ. l. 1. tit. 1, nu 12. C. ſacroſ. Eccleſ.*

Similiter hoc non habet locum in conceſſione facta propter benemerita, illa enim non reſtringitur tantùm ad habiles, ſed etiam ad inhabiles extenditur, *Bal. l. 3. §. utrum ad Syllam. Tiraquell. repet. l. ſi unquam verb. donatione largitus nu 49. C. de revocand. donat.*

Et ex lapſu temporis longi vel longiſſimi præſumitur, conceſſionem factam propter benemerita, *Ruin. conſ. 217. col. 3 lib 1. Anton. Gabr. Rom. in tract. regular. lib. 1. tit. de præſumptio. concluſ. 1. nu. 44.*

Deinde quoque illa prætenſa regula non habet locum eo caſu, quando verba diſpoſitionis eam reſtrictionem non patiuntur, ſed etiam inhabiles comprehendunt, *Iaſ. l. 1. § nunciatio. nu. 5. limit 2. ff. de oper. novi nunciat. Panor. c. ex parte el. 3. notab. 2. extr. de decim. Iaſ. l. 1. lect. 1. nu 18. C. de ſacroſ. Eccleſ.*

Et cùm mens ſive ratio potior verbis ſit, atque verbis præferatur, *l. ſi tre. §. aliud. ff. de excuſat. tutorum. l. credendam. ff. qui petant tutores. l. 2. §. ſi mater. verſic quid ſi curatores. ff. ad Senatusconſult. Tertullian. l. final. C. quæ res pignor. oblig. poſſunt.* cum multis ſimilibus allegatis per *Tiraq rep. l. ſi unquam verb. libertis nu. 47. uſq; ad nu. 60. C. de revocand. donat.* dubio omni caret, illam prætenſam regulam locum non habere eo caſu, quando mens ſive ratio diſpoſitionis contrarium ſuadet.

Pariter illa regula non habet locum, quando ex obſervantia poſtea ſecuta contrarium colligitur, cùm illa interpretatio, quæ ex obſervantia poſtea ſubſecuta reſultat, ſemper amplectenda ſit, ſicut hoc ſuperius docui.

Rurſus etiam illa regula non habet locum eo caſu, quando extendendo diſpoſitionem ad perſonas inhabiles reducimur ad jus commune antiquius, ſive res redditur naturæ ſuæ priſtinæ. Cùm ſit clari juris, illam interpretationem eſſe & favorabilem & extendendam etiam in illis, in quibus alioquin ſtricta interpretatio fieri debebat, *gloſſ. c. ſtatutum. §. numerandum de præbend. lib. 6. Anton de Butr. c. olim extr. de verb. ſignific. Iaſ. l. ſi nunc. §. pactus ne peteret. nu. 6. ff. de pact. Iaſ. auth. quas actiones. nu. 24. C. de ſacroſ. Eccleſ. Tiraq. in tract. de jur. primog. quæſt. 24. n. 6.*

Sed conſtitutio Monaſterienſis admittens ad ſucceſſionem feudi fœminas & deſcendentes ex fœminis propter publicam utilitatem facta eſt, & favorem publicum reſpicit, illudque beneficium propter benemerita conceſſum eſſe, inter cætera ex lapſu temporis longiſſimi & immemorialis probatur.

Et neque verba, neque ratio conſtitutionis Monaſterienſis illud patitur, ut iſta conſtitutio reſtringatur tantùm ad filias ultimi vaſalli defuncti, ſed tam verba quam ratio illius conſtitutionis clarè & expreſsè comprehendunt omnes omninò deſcendentes per lineam fœmininam ex primo acquirente.

In Epiſcopatu quoque Monaſterienſi ſemper illud obſervatum eſſe credo, ut non tantùm filiæ vaſalli ultimi defuncti, ſed etiam omnes deſcendentes a primo acquirente per lineam fœmininam ad ſucceſſionem feudi fuerint admiſſi.

Deinde etiam capiendo illam interpretationem, quòd omnes deſcendentes a primo acquirente per lineam fœmininam ad ſucceſſionem feudi admitti debeant, reducimur ad jus commune antiquius, ſecundum quod ad ſucceſſionem omnium omninò rerum deſcendentes ex fœminis admitti debeant, & feuda redduntur naturæ ſuæ priſtinæ, quæ priſtina natura omnium rerum talis fuit, quòd ad illarum ſucceſſionem etiam fœminæ & deſcendentes ex fœminis indiſtinctè admitti debeant.

Igitur ſequitur, illam prætenſam regulam, quòd quælibet diſpoſitio ad habiles reſtringi debeat, in caſu præſenti locum non habere, multò verò minùs ex illa regula colligi poſſe, quòd conſtitutio Monaſterienſis tantùm reſtringi debeat ad filias ultimi vaſalli.

Ad 9. rationem dubitandi reſpondeo, conſtitutionem Monaſterienſem ad ſucceſſionem feudi admittere non tantùm filias, ſed omnes deſcendentes ex filiab. vel fœminis, ſive per lineam fœmininam, ſive ipſi ſint

maſculi

masculi sive fœminæ, sicut hoc & in priori Consilio & supra in hac appendice comprobavi.

Secundò respondeo, quòd secundum communem atque receptam Dd. sententiam etiam filia vel alia fœmina ad successionem feudi admissa, non tantùm ipsa filia vel fœmina, sed omnes descendentes ex illa ad successionem feudi admissi esse censeantur, sicut hoc in quarta ratione decidendi comprobavi.

Ex quo infertur, etiamsi ponamus per constitutionem Monasteriensem filias tantùm vasallorum ad successionem feudi admissas & habilitatas: attamen non tantùm ipsas filias, sed etiam omnes descendentes ex filiabus vasallorum per illam constitutionem ad successionem feudi & admissos & habilitatos.

Et cùm constitutio Monasteriensis non sit restricta, neque ad filias primi acquirentis, neque ad filias ultimi defuncti, sed generaliter de filiabus loquatur, ex hoc sequitur, omnes omninò descendentes ex filiabus cujuscunque vasalli ad successionem feudi vigore illius constitutionis admitti.

Rursus ex hoc infertur, cùm modernus Comes in D. Comes nempe F. ejusque parens Comes R. descendat, & originem trahat à filia vasalli possessoris Baroniæ controversæ, nempe a Domina H. filia Domini O. Baronis in B. & C. per obitum Baronis J. Baroniam controversam Comiti R. acquisitam & ab eo in modernum Comitem F. transmissam.

Illa quoque regula citata in nona ratione dubitandi, † quòd videlicet unius
298 inclusio sit alterius exclusio, non habet locum, quoad ea, in quibus vel eadem vel major ratio includendi militat, *gloss. l. cùm Prætor in princip. verb. videtur. ff. de judic. Felin. c. nonne. num. 5. extr. de præsumption. Dec. c. secundò requiris. num. 7. extr. de appellat. Benintas. §. actionum. num. 217. Institut. de actio. Gerhard. Mazoll. cons. 10. nu. 28.*

Similiter illa regula non habet locum, quando illud, de cujus exclusione agitur, alibi repetitur inclusum sub illa dispositione, *Dec. cons. 99. Benintas. §. actionum. nu. 221. instit. de actionib.*

Eodem modo ista regula non habet locum, quando aliter constat de mente disponentis, *Ias. l. 1. §. adipiscimur. num. 4. ff. de acquirend. possess. Benintas. d. §. actionum. nu. 223. Institut. de actionibus. Gerhard. Mazoll. cons. 10. nu. 28.*

Rursus ista regula non habet locum, quando conjecturæ aliquæ contrarium suadent, *Gerhard. Mazoll. cons. 10. nu. 28.*

Ulteriùs etiam illam regulam locum non habere judico, quando vel subjecta materia vel observantia postea secuta contrarium suadet, sicut hoc ex supra deductis liquet.

Sed licet constitutio Monasteriensis faciat mentionem de filiabus: attamen illa constitutio etiam generaliter & indistinctè facit mentionem de descendentibus à primo acquirente per lineam fœmininam, illosque ad successionem feudi vocat.

Et ratio sive mens constitutionis Monasteriensis habet locum non tantùm in filiabus, sed in omnibus omninò descendentibus à primo acquirente per lineam fœmininam.

Insuper, etiam omnia feuda Episcopatus Monasteriensis per illam constitutionem sunt effecta fœminea, quorum fœmineorum feudorum illa natura est, quòd ad illorum successionem omnes descendentes a primo acquirente per lineam masculinam admitti debeant.

Multæ quoq; conjecturæ hîc subsunt, quòd per constitutionem Monasteriensem ad successionem feudorum omnes omninò descendentes a primo acquirente vocati sint, illudq; etiam observantia comprobat.

Igitur sequitur, illam regulam, quòd unius inclusio sit alterius exclusio, in casu præsenti locum non habere, quodque ex eo, quòd in constitutione Monasteriensi filiarum mentio facta est, inferri nequeat, quòd descendentes ex fœminis a successione feudi exclusæ censeantur.

Et eodem modo responderi potest etiam ad illud, quod in nona ratione dubitandi adductum est, quòd talis præsumatur esse mens legis, statuti & constitutionis, ut unum exprimendo, aliud verò tacendo vel omittendo omissum sub expresso comprehendi noluit.

Et ad illud, quod in nona ratione dubitandi dicitur, correctionem juris communis non censeri esse factam vel inductam, nisi in casibus specialiter expressis, patet responsio ex illis, quæ in responsione ad secundam rationem dubitandi dixi.

Ad decimam rationem dubitandi patet responsio ex illis, quæ dixi in priori consilio in quinta & sexta ratione decidendi, & supra in hac appendice in decima sexta & deci-

& decima septima, decima octava, decima nona, & vigesima ratione decidendi.

Namque primò in priori in sexta ratione decidendi comprobatum est, & Comitem R. in D. saltem secundum largam vocabuli significationem in Episcopatu Monasteriensi & domicilium habuisse, & subditum Episcopi sive Episcopatus fuisse, & modernum Comitem Dominum F. in Episcopatu Monasteriensi adhuc domicilium habere, & subditum Episcopi sive Episcopatus Monasteriensis esse.

Secundò, constitutio Monasteriensis tantùm dicit, illud beneficium esse concessum Nobilibus & Vasallis Episcopi vel Episcopatus Monasteriensis, sive in Episcopatu Monasteriensi, nec requirit, ut illi Nobiles vel Vasalli domicilium vel habitationem in Episcopatu Monasteriensi habeant.

Igitur sequitur, quòd omnes illi, qui sunt Nobiles vel Vasalli Episcopi vel Episcopatus Monasteriensis sive in Episcopatu Monasteriensi beneficio istius constitutionis frui debeant, etiamsi illi in Episcopatu Monasteriensi domicilium non habeant, vel non sunt incolæ Episcopatus Monasteriensis.

Namque clari juris est, quòd illud quod lex, statutum vel constitutio non dicit vel requirit, nec nos dicere vel requirere debeamus, *l. si servum. ff. non dixit Prætor. ff. de acquiren. hæredit. Bald. l. omnes populi. circ. finem. ff. de justit. & jur Bald. l. 1. col. penult. C. de hæred. instituend. Bald. c. inter corporalia circa medium extr. de translatio. Prælatorum. Bald. conf. 99. col. 1. lib. 4.* quodque non possumus ex lege vel statuto aut constitutione id elicere, colligere, vel legem, statutum ac constitutionem ita interpretari, ut disponat, quod non loquitur, *Bald. conf. 447. col 3. lib. 5. Bald. c. significante. col. 2. vers. sed quid si statutum extr. de appellat.*

Similiter quoque clari juris est, quòd verbis statuti vel constitutionis tenaciter inhærendum sit, nec illis quicquam addere vel detrahere liceat, *Bald. c. 1. in fin de alienat. feud. Bald. l. maximum vitium. col. penult. C. de liber. præterit.* quodque nulla lex vel constitutio ultra verba ipsius porrigenda sit, *l. quod constitutum, & ibi Bart. ff. de testamento militari.*

Sed certum est, Comitem R. in D. fuisse Nobilem & Vasallum Episcopi Monasteriensis, & in Episcopatu Monasteriensi, nec non & modernum Comitem F. adhuc esse Nobilem & Vasallum Episcopi Monasteriensis, & in Episcopatu Monasteriensi, sicut hoc in locis præallegatis docui.

Igitur sequitur, Comiti F. in D. constitutionem Monasteriensem opitulari, eique secundum vigorem & tenorem illius constitutionis Baroniam controversam deberi, etiamsi probari possit, neque Comitem F. neque patrem ipsius habere vel habuisse domicilium aut incolatum in Episcopatu Monasteriensi, neque etiam subditos Episcopi aut incolas Episcopatus fuisse.

Tertiò, in locis præallegatis docui, quoad hoc, ut beneficium constitutionis Monasteriensis locum habeat sufficere, ut iste, de cujus successione agitur, sit vel fuerit Nobilis & Vasallus Episcopi sive in Episcopatu Monasteriensi, nec requiri, etiam illum, qui succedere cupit, istam qualitatem habere.

Ex quo infertur, cùm & Dominus J. Baro in B. & C. ejusque progenitores fuerint non tantùm Nobiles & Vasalli Episcopi Monasteriensis sive in Episcopatu Monasteriensi, sed fuerint etiam subditi & incolæ, atque in Episcopatu Monasteriensi domicilium & habitationem habuerint per obitum Domini J. Baronis in B. & C. Baroniam controversam Comiti R. in D. acquisitam, & ab eo ad filium suum modernum Comitem F. transmissam, etiamsi doceri possit, neque Comitem R. neque Comitem F. fuisse & esse Vasallum & Nobilem Episcopi Monasteriensis, sive in Episcopatu Monasteriensi, quod tamen nec unquam doceri poterit, & manifestè falsum est.

Nec obstat, quòd dictio † IN, locum respiciens sive loco adjecto, idem significet quod intra, & intrinsecitatem denotet. 299

Namque præter id, quòd dictio IN, varias significationes habeat, dictio IN, tantùm denotat intrinsecitatem respectu illius, quod in dispositione ista expressum est.

Ideoque, si expressio tantùm fuerit limitata, sive certam & limitatam qualitatem respiciens dictio IN, ultra illam qualitatem limitatam & expressam intrinsecitatem denotare nequit, Cum sit clari juris, quòd limitata caussa, limitatum producat effectum, *l. cancellaverat. ff. de his quæ in testamento delent. l. in agris, & ibi Alb. de Rosat. ff. de acquir rerum domin. l. age cum Geminiano. & ibi Bald. Salicet. Jas. & Dd. C. de transact* cum multis similibus allegatis per *Tiraq. in tract. cessante caussa. part. 1. nu. 142.* quodque effectus restingatur secundum limites caussæ, *Bald. Rubric. col. penult. ff. si cert. petat.*

Sed in constitutione Monasteriensi est tantùm facta mentio de Nobilibus & Vasallis in Episcopatu Monasteriensi, atq; tantùm est expressa qualitas nobilitatis & vasalligii in Episcopatu Monasteriensi, nec ulla est facta mentio de incolatu, domicilio vel habitatione in Episcopatu Monasteriensi.

Igitur sequitur, quòd in casu præsenti dictio IN, tantùm debeat denotare intrinsecitatem respectu qualitatis, nobilitatis & vasalligii, non autem respectu domicilii habitationis vel incolatus.

Deinde quoque dictio IN, secundum subjectam materiam, mentem disponentis & rationem dispositionis intelligitur, declaratur & restringitur.

Sed subjecta materia sive natura successionis ab intestato talis est, quòd in illa sine inspicienda statuta & consuetudines illius loci, in quo bona sita sunt, nulla habità considerationе, quòd succedens extra istum locum domicilium habeat, quodque attendenda sit qualitas illius personæ, de cujus successione agitur, non autem qualitas succedentis.

Et mens atq; ratio constitutionis Monasteriensis deferens successionem feudi omnibus illis, qui a primo acquirente per lineam fœmininam descendunt, etiam locum habet in iis, qui extra Episcopatum Monasteriensem domicilium habent, & neque sunt vasalli, neque subditi Episcopi sive Episcopatus Monasteriensis.

Igitur sequitur, constitutionem Monasteriensem ita accipiendam esse, ut sufficiat, feuda, de quibus agitur, in Episcopatu Monasteriensi sita, & illum, de cujus successione controvertitur, Nobilem & Vasallum in Episcopatu Monasteriensi fuisse, licet is, qui succedere cupit, neque in Episcopatu Monasteriensi domicilium habeat, neque sit Nobilis vel Vasallus Episcopi Monasteriensis vel in Episcopatu Monasteriensi.

Ad undecimam rationem dubitandi
300 respondeo, † legibus cautum non reperiri, quòd publicè intersit, ut vasalli alicujus Episcopatus vel Ducatus in isto Episcopatu vel Ducatu domicilium habitationis habeant, ut eò faciliùs Dominus illos ad servitia & consilia habere possit. Ideoque illud nullo modo dicendum, vel affirmandum esse. Namque certi juris est, quòd & erubescamus sine lege loqui, *§. & consideremus Auth. de triente & semiss.* quodque & id, quod Lege non cavetur, in practica non recipiatur, *Bald. c. nihil. col. fin. extr. de elect.* & paria, sive aliquid fieri sine lege & fieri contra legem, *Bald. c. in Genesi. col. fin. extr. de electione.*

Quinimò Legibus expressè cautum est, quòd tam vasallis, quàm aliis liberis hominibus licitum atque permissum sit quibuscunque in locis, ubi illis hoc placuerit commorari; ibique domicilium suum constituere, juxta textum clarum & expressum, *l. qui manumittentur, & ibi Dd. C. de oper. libert. l. 2. ff. de libero homine excludendo. l. in bello. §. manumittend. ff de captiv. & postlim. rever. l. non utiq; & l. nihil. ff. ad municipalem.*

Et in specie, quòd hoc locum habeat etiam in vasallis, tradit *Alber. de Rosat. d. l. qui manumittuntur. C. de oper. libert. Bald. in præl. feud. num. 40. & ibi Præpos. nu. 49. Matth. de Afflict. num. 105.*

Et hoc usq; adeò verum est, ut pactum contrariorum non valeat, *l. Titio centum. §. Titio. el. 2. ff. de condit. & demonstrat.*

Præterea quoque vasallo liberum atque permissum est, Domino feudi servire per substitutum, *c. 1. §. firmiter, & ibi gloss. 2. Bald. Alvarot. num. 2. Præpos. num. 2. de prohib. feud. alien. per Frider. gloss. c. 1. §. fin. & ibi Alvarot. & Matth. de Afflict. num. 55. de allodiis. Alvarot. c. 1. §. si quis decesserit. Si de feud. defuncti cont. Bart. l. quisquis. C. de Episcopis & Clericis.*

Similiter clari juris est, quòd vasallo permittatur feudum suum alteri locare, *c. 1. §. donare, & ibi Dd. qualiter feud. olim. Bald. in præl. feud. num. 40. & ibi Præpos. num. 49. Curt. jun. in tractat. feud. part. 4. nu. 92.* quodque is, qui per alium habilitat & commoda percipit, per seipsum habilitare videatur, *l. 1. C. si per unum vel alio modo. l. cùm simus. C. de agricolis. & cens. lib. 10.*

Et sic ex prædictis liquet, dici non posse Reipublicæ interesse, ut vasalli alicujus Ducis vel Episcopi intra istum Ducatum vel Episcopatum domicilium habeant.

Igitur sequitur, dici non posse, rationem & caussam finalem constitutionis Monasteriensis esse illam, quòd vasalli Episcopi sive Episcopatus Monasteriensis in Episcopatu Monasteriensi domicilium habeant, & per consequens ea, quæ de cessante caussa sive ratione in undecima ratione dubitandi adducta sunt, in casu præsenti contra Dominum actorem locum non habere.

Deinde etiam in priori consilio latè docui, constitutionem Monasteriensem esse favo-

favorabilem & largè interpretandam, nec non etiam Comitem F. saltem secundum largam vocabuli significationem in Episcopatu Monasteriensi domicilium habere, & ut opinor, Comes F. si ipsi Baronia controversa traderetur, ibidem perinde commoraturus, & domicilium constituturus esset, prout Dominus J. Baro in B. & C. suique Antecessores ibi & commorati sunt, & domicilium habuêre, quo facto cessarent absque omni dubio ea, quæ in undecima ratione dubitandi adducta sunt.

Ad duodecimam rationem dubitandi
301 respondeo, † Aliud est esse vasallum vel nobilem, aliud verò esse subditum vel incolam, prout hoc expresse tradit *Matth. de Afflict. c. 1. in princip. num. 1. qualiter feud. olim.*

Et constitutio Monasteriensis non loquitur de subditis vel incolis, sed tantùm loquitur de vasallis & nobilibus Episcopi sive Episcopatus Monasteriensis, ptout hoc ex verbis illius constitutionis liquet, & supra comprobavi.

Similiter etiam ex actis liquet; & Dominum actorem & parentem ejus esse & fuisse nobiles & vasallos Episcopi sive Episcopatus Monasteriensis.

Et insuper clari juris est, quòd in successione ab intestato inspiciantur statuta & consuetudines illius loci, in quo res controversa sita est, etiamsi is, qui se ad successionem admitti petit, forensis sive extraneus sit, sicut hoc & suprà, & in præcedenti consilio docui.

Igitur sequitur ea, quæ in duodecima ratione dubitandi adducta, Domino actori nihil obesse.

Præterea quoque illud, quod in duode-
302 cima ratione dubitandi adductum est, † statutum vel constitutionem loquentem de civibus vel subditis ad forenses non extendi, non procedit eo casu, quando mens sive ratio statuti etiam tacitè conjecturata etiam in forensibus locum habet, tunc enim constitutio vel statutum absque omni dubio etiam ad forenses extendi debet, licet illud statutum vel constitutio tantum de civibus vel subditis loqueretur. Cùm sit clari & indubitati juris, nec non etiam & superiùs comprobatum, quòd in omnibus dispositionibus potiùs sit attendenda mens & ratio dispositionis, quam verba.

Quod locum habet etiam in statutis; *Cyn & Bald. l. 1 ff. si cert. petat. Bart. l. contra legem. ff. de legib, Bart. l. omnes populi. quæst. 6. princip. versic. juxta præmissa quæro. ff. de just. & jur. Ang. cons. 69. col. penult. cons. 119. col. final. cons. 147. & 170. Anton. de Butr. c. novit. extr. de judic. Paul. Castrens. cons. 148. col. 1. cons. 320. col. 2. lib. 1. Socin. cons. 108. col. 3. lib. 3.* nec non & in privilegiis, *c. ex multiplici, & ibi gloss. extr. de decimis. c. dilecti. & ibi gloss. extr. eod. tit.*

Et hoc usque adeò verum est, ut locum habeat; etiamsi verba statuti, privilegii vel constitutionis deficiant, *l. scire. §. aliud. ff. de excusat. tutor. l. 2. §. si mater. vers. quid si curatores ff. ad Senatuscons. Tertullianum*, vel contrarium suadeant, *Ang. cons. 169 incip. super puncto supra scripto. col. 1. Ias. l. jurugentium. §. Prætor ait. col. pen. nu. 19. ff. de pactis.*

Sed ratio constitutionis Monasteriensis deferens successionem feudi descendentibus a primo acquirente per lineam fœmininam illa est, ne feuda Episcopo aperiantur vel applicentur quamdiu aliquis ex descendentibus a primo acquirente per lineam masculinam vel fœmininam superest, illaque ratio locum habet non tantùm in subditis vel incolis Episcopi vel Episcopatus Monasteriensis, sed etiam in forensib.

Igitur sequitur, constitutionem Monasteriensem forensibus patrocinari & prodesse; etiamsi ponamus, illam constitutionem præcisè loqui tantùm de civibus vel subditis, multò verò magis illa constitutio ad forenses extendi debet, cùm illa constitutio de subditis & incolis non loquatur.

Deinde etiam in priori consilio docui; dum actorem, ejusque parentem esse & fuisse Episcopi vel Episcopatus Monasteriensis non tantùm nobilem & vasallum, sed etiam subditum saltem largè.

Ad decimam tertiam rationem dubitandi respondeo, in priori consilio comprobatum esse, quòd Dominus actor ejusq; parens respectu Episcopi sive Episcopatus Monasteriensis non sint forenses, sed sint subditi saltem secundum largam vocabuli significationem.

Deinde illud, quod in decima tertia ra-
tione dubitandi dicitur † statutum sive con- 303
stitutionem habilitantem vel capaces reddentem personas alioquin inhabiles vel incapaces, non extendi ad forenses sive non subditos, non habet locum in statuto sive constitutione facta cum consensu vel authoritate imperatoriæ Majestatis, tale enim statutum omnibus subjectis imperio Romano mediatè vel immediatè perinde patrocinari debet, atque si illud ab impera-

toria Majestate conditum fuisset, cùm, ut inquit Imperator, omnia nostra facimus, quib. autoritatem nostram impartimur, *l. 1. § sed neq; vers. omnia enim. C. de veteri jur. enucl.*

Et ex lapsu temporis longi vel longissimi, multò verò magis immemorialis præsumitur & probatur, in actu aliquo intervenisse consensum & authoritatem imperatoriæ Majestatis, nec non & actum aliquem celebrarum cum consensu Imperatoris, prout hoc supra docui in quadragesima ratione decidendi.

Similiter hoc non habet locum in statuto vel constitutione facta propter benemerita. Namque tale statutum etiam ad forenses & inhabiles extenditur, *Bart. & Bald. l. 3. §. utrum ff. ad SC. Syllejan. Tiraq. repet. l. si unquam verb. donatione largitus. nu. 49. C. de revocand. donat.*

Et ex lapsu temporis longi vel longissimi, præsertim vero immemorialis, præsumitur & probatur, statutum continens beneficium vel privilegium propter benemerita illorum, quorum fuvorem illud statutum respicit, conditum esse, sicut hoc suprà docui.

Eodem modo præallegata regula non habet locum in statuto condito ex caussa justa & legitima, præsertim utilitatem publicam respiciente. Namque dubio omni caret, quòd ex caussa justa & legitima, præsertim publicam utilitatem respiciente, statutum possit habilitare & capaces reddere personas alioquin inhabiles. Cùm sit clari juris, quòd ex causa justa & legitima ab omni regula juris recedere liceat, *l. si hominem, & ibi Bart. Bald. & Dd. ff. mandati.* cum multis similib. allegatis per *Tiraq. in tract. de pœnis in præfatione. nu. 25. usq; ad nu. 54.* quodque statutum vel constitutio facta propter utilitatem publicam non restringatur ad habiles vel capaces, sed etiam extendatur ad inhabiles & incapaces, sicut hoc supra docui.

Præterea quoq; præallegata regula non habet locum eo casu, quando illud statutum sive constitutio nec reducit ad jus commune antiquius, sive ad habilitatem vel capacitatem priorem vel pristinam, tunc enim illud statutum etiam ad forenses extenditur, cùm quælibet res de facili reddatur naturæ suæ pristinæ, *l. si unus. §. pactus ne peteret, & ibi Ias. nu. 5. usq; ad nu. 12. ff. de pactis. c. ab exordio. distinct. 30.* atq; illo casu, quando res naturæ suæ pristinæ sive tum antiquiori redditur, & illud permittatur, quod alioquin prohibitum est, *Abb. c. venitus. col. 9. vers. concludendo prædicta extr. de præscript. Ias. d. §. pactus ne peteret. nu. 11. Cravet. consil. 135. nu. 38. Tiraq. in tract. de primog. quæst. 24. nu 7. Godzad. consil. 26. nu. 55. Socin juu. consil. 21. nu. 12. lib. 3.* Et statutum atq; constitutio qualibet extenditur ad omnes omninò casus, ad quos alioquin statutum non extenderetur, *Anton. de Butr. c. olim extr. de verb. significat. Ias. d. §. pactus ne peteret. nu. 6. Ias. auth. quas actiones. n. 24. C. de sacros. Eccles. Tiraq. in tract. de primog. quæst. 24. nu. 6.*

Dubio quoque omni caret, licet statuentes in tertii præjudicium indistinctè & generaliter personas inhabiles & incapaces habiles & capaces efficere nequeant. Attamen statuentes indistinctè & generaliter personas inhabiles & incapaces etiam forenses, quoad proprium præjudicium habiles & capaces reddere posse.

Sicut hoc satis probatur per id, quod & Legibus cautum, & à Dd. traditum est, etiam hominibus penitùs privatis licitum & permissum esse, quoad præjudicium proprium personas alioquin inhabiles & incapaces capaces & habiles efficere posse.

Ideoque licet & † Minor & Pupillus & Ecclesia, nec non & is, cui bonis interdictum est, in multis casibus inhabiles reputentur: attamen quoad præjudicium illorum, qui cum ipsis contrahunt, & quoad commodum, favorem & utilitatem Pupilli, Minoris, Ecclesiæ, & ejus, cui bonis interdictum est, valet & tenet contractus etiam absque solennitate aliqua initus & cum pupillo, *l. pupillus. §. 1. ff. de authorit. tutor. §. 1. Instit. eod. tit. l. 2. & ibi Angel. & Imol. ff. de acceptilat. Barbat. l. 2. col. 18. ff de verbor. obligat.* & cum minore, *l. neq;. C. de contrab. & commit. stipulat.* & cum Ecclesia, *gloss. l. cùm hi. §. eam transactionem. ff. de transactionib.* cum multis similib. allegat. per *Tiraq. in tract. de legib. connubialib. gloss. 8. nu. 61.* & cum eo, cui bonis interdictum est, *l. is cui bonis, & ibi Roman. Barbat. & Ias. ff. de verbor obligat. l. cui bonis. C. de novat.* 304

Similiter & acta judicii celebrata sive gesta inter habilem & inhabilem, quatenus illa respiciunt præjudicium personæ habilis, qui spontè sua cum inhabili judicium suscepit, indistinctè valent & tenent, sive is inhabilis sit minor, *l. non eò minus, & ibi Dd. C. de procurat. Collectaneus & Ægid. Bellam. c. accedens extr. eod. tit.* sive pupillus, *gloss. l. neq; tutorem, & ibi Bald. C. de procur. Ias. d. l. non eò minus.* sive infans, *Ang. Aret. l. furioso. ff. de re judic. Angel. Aret. §. neq;. col. pen. Inst. de autorit. tutorum.* sive Ecclesia, *Ioan. Andr. Collectan. Imol. Card. Florent.*

Florent. Panorm. Felin & Dec. c. caussam extr. de judicijs. Ias. d. l. non eò minus, sive persona alioquin inhabilis, *gloss. l. tutor verb. non potuit, & ibi Bart. Bald. & Dd. C. in quibus caussis restit. in integr. non est necess. gloss. l. non intellig. §. divus. de jure fisci. Alex cons. 59. col. 2. lib. 2. cum multis similibus allegat. per Tiraq. in tract. de legib. connubialib gloss. 8. quæst. 8.*

Sed præter hoc, quòd Dominus actor respectu Episcopi sive Episcopatus Monasteriensis forensis non est ab eo tempore, quo primùm condita est constitutio Monasteriensis admittens ad successionem feudi descendentes a primo acquirente per lineam fœmininam, est elapsum tempus non tantùm longum vel longissimum, sed immemoriale.

Et sic ex lapsu illius temporis præsumitur & probatur, illam constitutionem factam esse cum autoritate & consensu imperatoriæ Majestatis, & propter benemerita illorum, quorum favorem illa constitutio respicit.

Deinde etiam in procemio istius constitutionis expressè dicitur, illam constitutionem esse factam ex caussa justa & legitima, propter utilitatem publicam nempe.

Et per illam constitutionem reducimur ad jus commune antiquius, secundum quod descendentes ex fœminis ad successionem omnium omninò rerum admittebantur perinde ut masculi.

Similiter & per illam constitutionem feuda revertuntur ad naturam suam pristinam, cùm pristina natura omnium rerum talis fuerit, quòd ad successionem illorum descendentes ex fœminis perinde ut descendentes ex masculis admissi fuerint.

Illaque constitutio respicit tantùm præjudicium statuentium, non autem præjudicium tertii.

Igitur sequitur, ea, quæ in decima tertia ratione dubitandi adducta sunt, in casu præsenti locum non habere, iisque non obstantibus constitutionis Monasteriensis beneficio etiam forenses frui. Multò verò magis beneficium constitutionis Monasteriensis Domino actori patrocinari debet, cùm Dominus actor sit & vasallus & nobilis & subditus Episcopi sive Episcopatus Monasteriensis.

305 Prædicta quoque regula, † quòd constitutio vel statutum habilitans personam alioquin inhabilem vel incapacem non extendatur ad forenses, non habet locum eo casu, quando dispositio habilitans principaliter respicit rem sive illud negocium, de quo agitur, tunc enim illa constitutio vel statutum absque omni dubio etiam forenses comprehendit, prout hoc expressè tradit *Ioan. Baptist. Caccialup. repet. l. cunctos populos. nu. 90. C. de sum. Trinit. & fide cathol.* ubi ipse attestatur, eandem opininionem amplecti *Bart. Bald. reliquosq́; Dd. in locis ab ipso citatis.*

Sed constitutio Monasteriensis principaliter respicit res, feuda nempe, iisque talem induit naturam & qualitatem, ut licet illa alioquin masculina sint: attamen ad fœminas, atque descendentes ex iis transire debeant, sicut hoc patet ex illis verbis: Und den Feyen und Erven / die nicht er sind von Mannes kommen / die Güder die man heuet von unser Kercken in Mangude oder in Denstmangude / sind dat nene Söhne folgen / sollen wie lathen verfallen / vermittelst erfflicher Folgung / op die Töchter als op die Söhne.

Quorum verborum ille sensus est, quòd non extantib. masculis vel linea masculina a primo acquirente feuda etiam masculina devolvi debeant ad descendentes a primo acquirente per lineam fœmininam, eorumque filios & filias.

Igitur etiam ex hoc capite sequitur, constitutionem Monasteriensem præsertim quoad personas succedentium comprehendere non tantùm subditos & incolas, sed etiam forenses.

Ad decimam quartam rationem dubitandi † patet responsio ex iis, quæ dixi in 306
sexta, nona, decima, & undecima ratione decidendi prioris consilii.

Namque primò certum est, constitutionem Monasteriensem latè interpretandam.

Et similiter indubitatum est, Dominum actorem esse subditum Episcopi sive Episcopatus Monasteriensis saltem secundum largam vocabuli significationem.

Secundò, constitutio Monasteriensis est concepta in rem, non in personam, & dubio omni caret, quòd statuta loquentia de successione ab intestato, etiam forenses sive non subditos comprehendant, eo casu, quando illa statuta sunt concepta in rem, non in personam, sicut hoc in nona ratione decidendi prioris consilii comprobavi.

Tertiò verior & communior est illorum Dd. sententia, qui concludunt, statuta loquentia de successione ab intestato indistinctè forenses comprehendere, & ad forenses extendi, etiamsi illa statuta sive constitutiones sint conceptæ non in rem,

ſed in perſonam, prout hoc latè docui in nona ratione decidendi prioris conſilii.

Et cùm hæc ſententia communiter recepta ſit, dubio omni caret, hanc ſententiam in judicando omninò ſequendam, non obſtante hoc, quòd aliqui Dd. relati in decima quarta ratione dubitandi contrarium teneant.

307 Namque clari juris eſt, quòd † judex in judicando ſemper teneatur ſequi communem & receptam Dd. ſententiam, non obſtante hoc, quòd aliqui contrarium tenent, prout hoc probat textus *l. 1. & ibi Bald ff. de Senato. l. 1 ff. de offic. quæſtoris. l. athlethas ff. qui notantur infam. Abb. Felin. Dec. & Dd. c. 1. extr. de conſtitutio.* uſque adeò, ut is judex, qui contra communem opinionem judicat, & imperitus præſumatur, *Alex. conſ. 95. num. 6. lib 2.* & faciat litem ſuam, atque parti læſæ ad id, quod intereſt, condemnatur, *Bart. l. fin. C. de pœna judicis qui malè judicavit. Ang. l. terminato. C. de fructib. & litium expenſis. Abb. c. prudentiam in princ. extr. de offic. delegat. Abb. c. 1. extr. de ſentent. & re judicat. Alb. c. 1. extr. de decimis. Felin. c. 1. nu. 54. extr. de conſtit. Iaſ. l. cum prolati. ff. de re judic.*

Quartò, in ſucceſſionibus ab-inteſtato, in iis caſibus, in quibus habetur reſpectus ad perſonam, conſideranda eſt tantùm qualitas illius perſonæ, de cujus ſucceſſione agitur, non autem qualitas perſonæ ſuccedentis, ſicut hoc in decima ratione decidendi prioris conſilii docui.

Et certum eſt, Dominum J. Baronem in B. & C. de cujus ſucceſſione in caſu præſenti agitur, fuiſſe non tantùm Nobilem & Vaſallum, ſed etiam ſubditum & incolam Epiſcopi ſive Epiſcopatus Monaſterienſis, atque in Epiſcopatu Monaſterienſi domicilium habitationis habuiſſe.

Quintò illud, quod in decima quarta
308 ratione dubitandi adductum eſt, † quòd ſtatutum loquens in perſonam non comprehendat foreſes, abſque omni dubio locum non habet in noſtro & ſimilibus caſibus, vel quando mens, ratio aut verba conſtitutionis etiam forenſes comprehendunt, vel quando per illud ſtatutum ſive conſtitutionem reducimur ad jus commune antiquius, & illa res, de qua agitur, redditur naturæ ſuæ priſtinæ, vel quando obſervantia poſtea ſecuta hoc ſuadet.

Ad decimam quintam rationem dubi-
309 tandi ego reſpondeo, † Dominum actorem eſſe ſubditum Epiſcopi ſive Epiſcopatus Monaſterienſis ſaltem largè.

Secundò reſpondeo, illud, quod in decima quinta ratione dubitandi adductum eſt, beneficia ſtatutorum non gaudere illos, qui non ſunt ſubditi, ſtatuentibus, non habere locum in ſtatutis loquentibus de ſucceſſione ab inteſtato.

Similiter hoc non habet locum in noſtro & ſimilibus caſibus, vel quando illa conſtitutio eſt facta cum conſenſu ſive autoritate imperatoriæ Majeſtatis, vel propter benemerita, vel propter publicam utilitatem, vel quando per illud ſtatutum ſive conſtitutionem reducimur ad jus commune antiquius, vel res redditur naturæ ſuæ priſtinæ, vel quando mens, ratio aut verba ſtatuti aut conſtitutionis etiam forenſes comprehendit, vel quando obſervantia poſtea ſecuta hoc ſuadet, prout hæ ſolutiones omnes probantur per ea, quæ & in præcedenti conſilio, & in hac appendice docui.

Ad decimam ſextam rationem dubitandi reſpondeo ex literis inveſtituræ. Uber das Gerichte zu Sudholdt liquere, Generoſum & Nobilem Dominum R. Comitem in D. Epiſcopo atque Epiſcopatui Monaſterienſi & obligatum fuiſſe, & modernum Comitem F. adhuc obligatū eſſe ad omnia illa onera, ad quæ reliqui Vaſalli Epiſcopi ſive Epiſcopatus Monaſterienſis ibidem habitantes, & ſimilia feuda habentes obligati ſunt, illaque onera & Comitem R. & Comitem F. & ſuſtinuiſſe & adhuc ſuſtinere.

Et ſic liquet, quod Comes R. & Comes F. in D. beneficio conſtitutionis Monaſterienſis admittentis ad ſucceſſionem feudi omnes deſcendentes à primo acquirente per lineam fœmininam perinde frui debeant, ſicut alii Vaſalli Epiſcopi & Epiſcopatus Monaſterienſis, & in Epiſcopatu Monaſterienſi habitantes beneficio conſtitutionis illius fruuntur.

Deinde quoque illud, quod in decima ſexta ratione dubitandi allegatum eſt, quòd commodum † reguletur ab onere, quodq; 310
is, qui majora onera ſuſtinet, & majus commodum ſentire debeat, tantùm procedit, quando eſt eadem ratio commodi & incommodi, ſecus autem eſt, ſi ſit diverſa ratio, prout hoc tradit *Bart. & Dec. d. l. ſecundum naturam. ff. de regul. juris.*

Similiter illud non habet locum, quando perſonæ conditio, qualitas vel habilitas non eſt æquè proportionabilis ad commodum & incommodum, *Dec. d. l ſecundum naturam lim. 1. ff. de reg. juris arg. l. 1. §. interdum ff. de legitima tutela §. 1. Inſt. de legitim. patron. tut.*

Eodem

Eodem modo hoc non habet locum, quando commodum & incommodum non eandem sed diversam rem respicit, *Caguol. d. l. secundum naturam. nu. 1.*

Ulterius etiam hoc tantum procedit in commodo & incommodo rei annexo sive rei cohærente. Secus autem est in alio commodo & incommodo, *Cagnol. d. l. secundum naturam. nu. 1.*

Sed certum est, quod quoad præsens propositum, sit diversa ratio commodi & incommodi, cum sit clari juris, quod omnes omninò subditi teneantur ad onera ratione subjectionis, etiamsi ipsi spe successionis careant & destituti sint, quodque successio non deferatur propter subjectionem, sed propter sanguinis conjunctionem.

Et subditus magis est habilis, aptus & proportionabilis ad onera subjectionis debita sustinenda. E contrario verò agnatus vel cognatus etiam forensis & non subjectus magis est habilis, qualificatus & proportionabilis ad successionem ipso jure agnationis vel cognationis debitam, quam ad sustinenda onera in alieno territorio.

Et onus debitum ratione subjectionis atque successio debita ratione conjunctionis sanguinis plerumque non eandem, sed diversas res respiciunt, illaque commoda & incommoda plerumque non sunt rei, sed personæ annexa.

Igitur sequitur, illam regulam, quod commodum ab onere reguletur, quodq; is qui majora onera sustinet, etiā majus commodum sentire debeat, in casu præsenti locum non habere, quodque forenses extranei & non subditi secundum statuta, constitutiones vel consuetudines illius loci, in quo bona sita sunt, ad successionem bonorum tam allodialium, quam feudalium indistinctè admitti debeant, licet isti in isto loco nulla penitus onera sustinuerint. Illa quoque regula, quod commodum ab onere reguletur, quodq; is, qui majora onera sustinet, majus comodum sentire debeat, non habet locū, quando vel ratio dispositionis, vel mens disponentis, vel subjecta materia vel observantia postea secuta contrariū suadet, sicut hoc satis probatur per illa, quæ de mente sive ratione, item de subjecta materia & observantia postea secuta, & in priori consilio, & in hac appendice docuimus.

Cum itaque in casu præsenti & ratio sive mens constitutionis Monasteriensis, & subjecta materia, natura nempe successionis ab intestato, & observantia postea subsecuta, hoc suadeat, quod ad successionem feudorum in Episcopatu Monasteriensi sitorum omnes omninò descendentes a primo acquirente per lineam fœmininam admitti debeant, licet ipsi neq; sint cives, neq; incolæ, neque subditi Episcopatus Monasteriensis, neque etiam in Episcopatu Monasteriensi sustinuerint onera subditis incumbentia. Etiam ex hoc capite sequitur, præallegatam regulam in casu præsenti locum non habere.

Omnes quoque illi, qui in aliquo loco onera sustinent, beneficio statutorum illius loci æqualiter fruuntur, licet ipsi diversa onera sustineant, sicut hoc satis probatur.

Tum per id, quod traditur, quod Clerici degentes in aliquo loco beneficio statutorum illius perinde ut Laici fruantur, licet Laici temporalia, Clerici nec spiritualia onera sustineant, *Paul. Castr. cons. 295. incip. ad primum. Petr. de Anch. cons. 60. incip. quæstio ista est parum dubia. Lapus allegat. 101. Dec. cons. 114. col. 2. Dec. c. Ecclesia. S. Mariæ. nu. 53. extr. de constitut.*

Tùm, quia subditi divites ratione amplioris patrimonii majora onera sustinent quam subditi pauperes, & tamen indubitati juris est, pauperes subditos perinde ut subditi divites omnibus omninò beneficiis statutorum, constitutionum & consuetudinum illius loci frui, sicut hoc multis juribus comprobari posset, quæ, ne nimium prolixus videar, sciens prudensque omitto.

Ex quo infertur, etiamsi doceri posset, beneficium constitutionis Monasteriensis respectu onerum concessum esse (quod tamen manifestè falsum est) nec non etiam alios nobiles & vasallos Episcopi sive Episcopatus Monasteriensis in Episcopatu Monasteriensi majora onera sustinuisse, quam Comes R. & Comes F. sustinuit, propter hanc tamen causam, onerum nempe inæqualitatem nec potuisse nec posse Comitem R. & Comitē F. arceri, excludi vel removeri a beneficio constitutionis Monasteriensis.

Deinde quoque is, cujus agnati vel cognati in loco aliquo onera sustinuerunt, perinde habetur, atq; si ipse in isto loco onera sustinuisset, juxta textum clarum & expressum, *l. cum fimus. § fin. col fin. C. de agricolis & censit. lib. 10.*

Sed certum est, & Baronem J. & ejus patrem atque majores, qui omnes Comiti R. & F. sanguine conjuncti fuêre, in Episcopatu Monasteriensi ratione Baroniæ in B. sustinuisse omnia omninò onera, quæ

alii vasalli, nobiles & incolæ Episcopatus Monasteriensis ibidem sustinuere.

Igitur sequitur, hoc perinde habendum, atque si Comes R. & Comes F. ipsimet ea onera ibidem sustinuissent, præsertim cum ipsi parati sint, si contingat, illos de Baronia controversa investiri, prout hoc illis nullo jure derogari potest, in Episcopatu Monasteriensi sustinere omnia illa onera, quæ alii Barones in B. in isto Episcopatu sustinuere.

Ad decimam septimam rationem dubitandi respondeo, falsum esse & refragari tam verbis expressis, quam menti sive rationi constitutionis Monasteriensis, nec non & subjectæ materiæ atque naturæ successionis feudi fœminei & viridi observantiæ quod constitutio Monasteriensis tantùm ad filias & quidem non forenses sed subditos restricta sit. Sed constitutio Monasteriensis generalis & indefinita est, atque ad successionem feudi admittit indifferenter descendentes a primo acquirente per lineam fœmininam, nec non & filias & filios illorum, nulla habita consideratione, utrum ipsi sint subditi, an verò forenses vel extranei, sicut hoc & in præcedenti consilio, & supra in hac appendice latè comprobavi.

Præterea quoque suprà in tertia ratione decidendi docui, quod in dispositione legum, statutorum & consuetudinum indefinita oratio indistinctè æquipolleat universali.

Similiter & in tertia ratione decidendi comprobavi, non tantùm in dispositionibus legum vel statutorum, sed etiam in omnibus omninò dispositionibus indefinitam indistinctè æquipollere universali, quando vel illa dispositio est favorabilis, vel quando ratio illius dispositionis etiam tacitè conjecturata locum habet in omnibus casibus, de quibus sub ista dispositione includendis agitur.

Cum itaque constitutio Monasteriensis sit & lex, sive statutum vel constitutio, & insuper favorabilis, atq; ratio illius dispositionis habeat locum in omnibus omninò fœminis & descendentibus ex fœminis à primo acquirente originem trahentibus, dubio omni caret, verba indefinita constitutionis Monasteriensis videlicet illa: Den Eddelmannen/ den Fryen vnnd Erven/ die nicht er sind von Mannes kommen/ Die Güder die man heft von vnser Kercken/ in Mangude oder Dienstmangude/ sind dar nene Söne folgen/ sollen wi lathen vorfallen/ vermittelst erblicher folge/ vff die Töchter als vff die Söhne/ tam quoad personas, quam quoad res, feuda nempe universaliter esse intelligenda & ita accipienda, ut habeant locum in omnibus omnino descendentibus a primo acquirente per lineam fœmininam, sive illi sint masculi, sive fœminæ, sive subditi, sive non, item in omnibus omninò feodis, tam parvis quam magnis.

Nec obstat, quod in † feudalibus oratio indefinita non æquipolleat universali. 311
Namque illa opinio nulla lege, nullaque ratione firma nititur. Ideoque non est tenenda vel sequenda per jura vulgaria.

Prout in hoc contrarium, quod videlicet in materia feudali indefinita æquipolleat universali, expressè tenet *Ioan. Baptista de sancto Blas. inter consilia feudalia Albert. Brun. cons. 66. nu. 17.*

Et Socinus. cons. 278. col. 3. vers. & ad illud. lib. 2. Rol. à Vall. cons. 80. num 51. lib 1. quatenus illi concludunt, indefinitam non æquipollere universali in materia feudali, loquuntur cautum in iis terminis, quando agitur de correctione juris communis. Ideoque illorum decisio nullo modo extendi debet ad illos casus, qui vel sunt præter jus commune, vel secundum jus commune.

Prout hanc distinctionem expressè facit, & ita intelligendam esse statuit doctrinam Socini in consilio præallegato, *Curt. jun. in tractat feud. part. 1. quæst. 4. num. 8. & 9.* Namque Curtius junior ibidem movens talem quæstionem, an definita æquipolleat universali in materia feudali relata opinioni Socini, in præallegato consilio concludit, distinguendum esse, prout in duabus præcedentibus quæstionibus distinxit, in quibus quæstionibus præcedentibus ipse illam distinctionem expressè facit, utrum materia feudalis sit contra jus commune, an verò secundum vel præter jus commune. Et sic *Curt. jun.* ibidem expressè vult, doctrinam Socini, quod indefinita non æquipolleat universali in materia feudali, tantum habere locum, quando illa materia est correctoria juris communis. Secus autem esse, quando illa materia est præter vel secundum jus commune.

Cum itaque beneficium constitutionis Monasteriensis concedens jus succedendi in feudum descendentibus per lineam fœmini-

fœmininam à primo acquirente sit non contra jus commune, sed secundum jus commune, dubio omni caret, in illa constitutione indefinitam universali æquipollere.

Deinde quoque opinio contraria, quod indefinita non æquipollear universali in materia feudali, absque omni dubio non habet locum in nostro & similibus casibus, quando vel ratio dispositionis vel subjecta materia vel observantia postea secuta, vel subjecta materia contrarium suadet, vel quando ista dispositio est facta propter benemerita, aut propter utilitatem publicam, vel quando per illam dispositionem reducimur ad jus commune antiquius, vel res redditur naturæ suæ pristinæ, sicut hoc ex supra deductis liquet.

Ad 18. rationem dubitandi patet re-
312 sponsio ex iis, † quæ docui supra in undecima, duodecima, decimatertia, decimaquarta & decimaquinta ratione decidendi.

Namque illud, quod sermo simpliciter prolatus intelligatur tantum de primo actu, non haber locum in dispositione legis, statuti vel privilegii, qualis est dispositio constitutionis Monasteriensis.

Similiter illud non habet locum in nostro & similibus casibus, vel quando illa dispositio est favorabilis, vel quando per primum actum non est satisfactum intentioni disponentis, vel quando tacitè vel expressè contrarium actum est, vel quando dispositio respicit certam causam, quæ causa etiam post primum actum durat, vel quando ratio dispositionis non tantum in primo, sed etiam in omnibus sequentibus actibus locum haber, vel quando dispositio est concepta verbis universalibus, vel indefinitis æquipollentibus universalibus, vel quando subjecta materia contrarium suadet, vel quando dispositio respicit non unam personam, sed plures personas, prout hoc omnia latius comprobavi in locis præallegatis.

Eodem modo hoc non habet locum in nostro & similibus casibus, quando observantia postea secuta contrarium suadet, ut hoc per ea, quæ de observantia postea secuta supra docui, satis comprobatur.

Et eodem modo etiam respondert potest, etiam ad illud, quod in 18. ratione dubitandi allegatum est, verba esse intelligenda per prius & non per posterius.

Ad decimam nonam rationem dubitandi patet responsio ex iis, quæ diximus in 32. ratione decidendi prioris consilii.

Ad vigesimam rationem dubitandi patet responsio ex iis, quæ dixi supra in tertia ratione decidendi.

Namque falsum est, quoad præsens propositum feuda majora & minora esse diversa, separata vel dissimilia, vel inter illa rationem diversitatis militare.

Ad vigesimam primam rationem dubitandi respondeo, † quod res solitæ 313
in feudum dari, etiamsi illæ sint Baroniæ vel alioquin magnæ, referri nequeant inter illas res, in quibus concedendis Princeps se solet difficilem reddere.

Namque certum est, quod Princeps Baronias, vel alias res solitas in feudum concedi, sibique apertas non possit retinere, sed cogatur illas aliis iterum in feudum concedere, *Bald. Mart. Laud. & Alvar. cap. 1. in princip. qualiter feud. olim. Petr. de Anchor. consil. 171. num. 2. Corset. in tractat. de potestat. regia. quæst. 75. Ruin. consil. 12. num. 22. lib. 1. Grammat. cons. 47. num. 8. Socin. jun. cons. 17. num. 5. lib. 4.*

Deinde hoc, quod in vigesima prima ratione dubitandi dicitur, quod in concessione generali non veniant neque regalia neque illa, in quibus concedendis Princeps se solet difficilem reddere, procedit tantum in concessione nova sive in concessione de novo facienda. Secus autem est in concessione jam facta proroganda vel extendenda. Namque in tali prorogatione sive extensione concessionis jam factæ etiam regalia & ea, in quibus concedendis Princeps se solear difficilem reddere, veniunt. Cum sic clari juris, quod facilius fieri possit prorogatio vel extensio concessionis jam factæ, quàm nova concessio, *Ang. & Paul. Castr. l. fin. & ibi Iaf. nu. 42. ff. de ferii. Paul. Castr. l. 1. C. de dilat.*

Similiter hoc non habet locum, quando agitur de impediendo, ne regalia vel illa, in quibus concedendis Princeps se solet difficilem reddere, Principi aperiantur vel

vel acquirantur. Cum sit clari juris, quòd longe facilius impediatur, ne quid acquiratur, quàm jam acquisitum tollatur, *l. qui autem in princ. ff. de his quæ in fraud. credit. l. si Sponsus §. si maritus. el. 2 ff. de donat. inter virum & uxorem. l. 1 § confertur ff. de collat. bono gloss. & Dd. l. iubemus nullam. C. de SS. Ecclesiast. l. servus creditoris. C. de pactis cum aliis similib. vulgatib.*

Sed in casu præsenti non agitur de nova concessione, sed tantum agitur de hoc, ut concessio feudi facta tacitè vel expressè recipienti & hæredibus suis masculis etiam ad fœminas & descendentes ex fœminis extendatur, & ut impediatur hoc, ne per defectum lineæ masculinæ feuda Domino aperiantur.

Igitur sequitur, in casu præsenti locum non habere id, quod in 21. ratione dubitandi adductum fuit, sub concessione generali non comprehendi regalia, & illa in quibus concedendis Princeps se solet difficilem reddere.

Sub dispositione quoque generali indistinctè comprehenduntur regalia in nostro & similibus casibus, vel quando agitur de regalibus jam constitutis sivè in esse productis, vel quando illa dispositio est favorabilis, vel quando ista dispositio respicit bonum publicum, vel quando dispositio est proportionabilis regalibus, vel quando ratio dispositionis etiam in regalibus militat, vel quando per talem dispositionem res redditur naturæ suæ pristinæ, sive revertitur ad jus commune antiquius, sicut hoc suprà in 7. & 8. ratione decidendi docui.

Ad vigesimam secundam rationem dubitandi patet responsio ex illis, quæ docui in 53. ratione decidendi.

Ad vigesimam tertiam rationem dubitandi respondeo, ex investituris in actis productis satis liquere & notorium esse, quod primæ investituræ de Baronia controversa factæ Domino G. Primo acquirenti, non sit inserta clausula: Tho einem rechten Manlehn / quodque illa clausula: Tho einem rechten Manlehn / contra formam atque tenorem primæ investituræ sequentibus investituris inserta sit.

Ideoque ista clausula sequentibus investituris inserta, nullo modo in consideratione habenda, sed perinde reputanda est, atque si illa sequentibus investituris inserta non fuisset, & sequentes investituræ factæ essent iisdem verbis, eodemque tenore, quibus verbis, & quo tenore prima investitura facta est, sicut hoc supra in rationibus decidendi satius comprobavi.

Et posito, illam clausulam in consideratione habendam: attamen illa clausula tàm secundum investituram primam quàm secundum constitutionem Monasteriensem, nec non etiam secundum subjectam materiam ita intelligenda esset, ut illa clausula non obstante nihilominus fœminæ & descendentes ex fœminis ad successionem Baroniæ controversæ admitti debeant.

Et si hanc interpretationem capiamus, omnis penitus contrarietas cessat tàm respectu primæ investituræ & sequentium investiturarum, quàm respectu constitutionis Monasteriensis & investiturarum.

Igitur sequitur, hanc interpretationem omninò capiendam esse.

Illa verò interpretatio, quàm procurator partis adversæ facere nititur, quod videlicet per illa verba: Tho einem rechten Manlehn / posterioribus investituris inserta, fœminæ & descendentes ex fœminis à successione feudi exclusæ esse censeantur, expressam induceret contrarietatem inter investituram primam, & sequentes investituras, nec non etiam inter constitutionem Monasteriensem & inter investituras, & quæ retragatur & subjectæ materiæ & verisimilitudini, ideoq; nullo modo tenenda, sicut hoc superius comprobavi.

Ad illud verò, quod in 23. ratione dubitandi adductum est, quod posterioris investituræ priores declarent, patet responsio ex iis, quæ in 70. ratione decidendi adducta sunt.

Ad illud, quod in vigesima quarta ratione dubitandi adductum est, quod illa clausula, † in qua Dominus feudi jus suum sibi reservat, ita intelligenda sit, 314
quod Dominus feudi sibi intelligatur reservasse illud jus, quod sibi in isto feudo secundum ordinariam & rectam naturam feudi competit.

Respondeo primò, illam clausulam non reperiri in prima investitura, ideoque illam clausulam in nulla consideratione habendam.

Secundò respondeo, illud non habere locum eo casu, quando investitura illa, cum hæc clausula inserta est, se refert ad præcedentes investituras, quibus ordinariæ & rectæ naturæ feudi dero-

gatum

gatum eſt tacitè vel expreſsè, tùnc enim omnia illa, quæ præcedentibus inveſtituris tacitè vel expreſsè inſunt, licet illa ordinariæ & rectæ naturæ feudi derogent, non obſtante iſta clauſula, in ſequenti inveſtitura repetita cenſentur, prout hoc ita declarat *Paul. Caſtrenſ. conſil. 311. num. 2. lib. 1.*

Sed omnes poſteriores inveſtituræ factæ ſuper Baronia in B. ſe referunt ad primam inveſtituram.

Namque omnibus inveſtituris poſteriorib. eſt inſerta illa clauſula: Vnnd ock ſo dan Brieffe von ſynen Vorfahren vnſern Vorfahren daruff beſegelt vnd gegeuen/vnuorbracken tho blyuen.

Similiter & inveſtituris factis Baroni F. & Baroni J. eſt inſerta clauſula: Vnd tho all ſulcken Rechte alſo de von vns vnd vnſer Kercken von Münſter tho Lehne gahn / vnd ſyne Vorfahken von vnſer Vorfahrern tho Lehne enfangen hebben.

Et ſic ex illis clauſulis ſatis liquet, quod poſteriores inveſtituræ ſe ad priores referant.

Præterea quoque ſuprà comprobatum eſt, quod prima inveſtitura ſuper Baronia controverſa facta Domino G. primo acquirenti id velit, quod ad ſucceſſionem Baroniæ controverſæ non tantùm maſculi & deſcendentes ex maſculis, ſed etiam fœminæ & deſcendentes ex fœminis admitti debeant.

Igitur ſequitur, illa clauſula reſervatoria juris Domini feudi non obſtante, ſequentes inveſtituras factas ſuper Baronia in B. ita accipiendas eſſe, quod nihilominus fœminæ & deſcendentes ex fœminis ad ſucceſſionem Baroniæ controverſæ admitti debeant.

Indubitati quoque juris eſt, omnia illa, quæ in prima inveſtitura tacitè vel expreſsè continentur, in ſequentibus inveſtituris repetita cenſeri, licet ſequentes inveſtituræ ſe ad primas inveſtituras non referant.

Tùm, quia illa, quæ primæ inveſtituræ tacitè vel expreſsè inſunt, cenſentur eſſe de natura feudi, ſicut hoc infrà docebo.

Et certum eſt in omnibus actibus, omnibusque contractibus venire illa, quæ ſunt de natura rei in contractum deductæ, licet illa verbis expreſſa non ſint, *l. cum quid. ff. ſi cert. petat.*

Tum quia ſequentes † inveſtituræ nihil aliud ſunt, quam confirmatio primæ inveſtituræ, *Bald. & Dd. c. 1. in princ. per quos fiat inveſtit.* 315

Et confirmatio † nihil novi inducit, ſed in omnibus & per omnia ſecundum actum confirmatum intelligitur, reſtringitur, extenditur & declaratur, *c. quia diverſitatem. extr. de conceſſio. præbend. c. cum dilecto. & ibi Abb. extr. de confirmatione utili vel inutili. Iaſ. l. more. num. 41. ff. de juriſdict. omnium judic. Dec. Rub. extr. de confirmat. utili vel inutili.* 316

Tum, quia ſequentes † inveſtituræ ſunt acceſſoriæ ad primam inveſtituram, & in contractu acceſſorio cenſentur omnes qualitates, pacta atque circumſtantiæ primi contractus principalis repetita, *l. ſi ut proprius, ff. de fidejuſſorib. l. ſi eum. §. qui injuriarum. ff. ſi cautio. l. triticum junct. gloſſ. 1. & ibi Bart. num. 2. Alex. num. 5. Iaſ. num. 6. ff. de verb. oblig. & ibi Bald. C. de jure dot. Bart. l. ſi ita ſtipulatus fuero. §. Chryſogonus. num. 4. ff. de verb. oblig. Iaſ. l. Titia. §. idem reſpondit. ff. eod. tit.* 317

Tum quia prima inveſtitura eſt initium reliquarum inveſtiturarum, & ea quæ initio ſunt, etiam in ſequentibus repetita cenſentur, *l. ſi quis ex argentariis. §. ſi initium. & ibi Bald. Alexand. & Iaſ. ff. de edendo.*

Sed certum eſt, primæ inveſtituræ ſuper Baronia controverſa factæ Domino G. primo acquirenti, illud ineſſe, atque primam inveſtituram ita intelligi, quod ad ſucceſſionē Baroniæ controverſæ non tantum maſculi, ſed & fœminæ, & omnes deſcendentes ex fœminis admitti debeant.

Igitur ſequitur, hoc in omnibus ſequentibus inveſtituris repetitum cenſeri, etiamſi ſequentes inveſtituræ ſe ad primam expreſsè non referrent.

Deinde certum eſt, † nec non & in trigeſima ſeptima ratione decidendi prioris conſilii comprobatum, quod ordinaria & recta natura feudi illa & ſit & reputetur, quæ feudo attribuitur per conſuetudinem illius loci, in quo feudum ſitum eſt. 318

Eodem modo & illa dicitur ordinaria & recta natura feudi, quæ feudo attributa eſt per ſtatutum vel conſtitititutionem illius loci, in quo feudum ſitum eſt. Cum ſit clari juris, quod conſuetudo & ſtatutum ſive conſtitutio præſertim quoad vim, vigorem & poteſtatem à pari procedant, *Bald. l. 2. num. 4. C. quæ ſit longa conſuetudo.*

Simi-

Similiter & illa dicitur ordinaria & recta natura feudi, quæ illi per primam investituram attribura est, illaque potissimum attendenda, *Bald. conf. 398. incipien. ad evidentiam. lib. 1. Nevizan. consil. 11. num. 6.*

Sed constitutio Monasteriensis expressè sanxit, quod ad successionem illorum feudorum, quæ in Episcopatu Monasteriensi sita sunt, admitti debeant omnes descendentes à primo acquirente per lineam fœmininam, sive illi sint masculi, sivè fœminæ.

Investitura quoque prima super Baronia controversa, facta Domino G. primo acquirenti, illud vult, quod ad successionem Baroniæ controversæ etiam fœminæ & descendentes ex fœminis admitti debeant, sicut hoc supra docui.

Igitur sequitur, ordinariam & rectam naturam feudorum omnium in Episcopatu Monasteriensi sitorum & Baroniæ controversæ talem esse, quod ad successionem illorum omnes omninò descendentes à primo acquirente per lineam fœmininam admitti debeant.

Rursus ex hoc infertur, Episcopum Monasteriensem tanquam Dominum feudi per illam clausulam reservatoriam in Baronia in B. sibi reservasse tantum illud jus, quod ipsi Episcopo competit in illis feudis, quæ ad omnes descendentes à primo acquirente per lineam fœmininam transeunt, ut videlicet Baronia controversa Episcopo Monasteriensi propter generationem finitam non aliter aperiatur, nisi tunc demum, quando nullus de descendentibus a primo acquireure per linem masculinam vel fœmininam superest.

Legibus etiam expressè cautum, & à
319 Dd. communiter traditum est, quod † appellatione juris veniat & comprehendatur etiam jus statutarium & consuetudinarium usque adeò, ut illa dispositio, in qua fit mentio juris, intelligenda sit non de jure commuui, sed de jure statutario & consuetudinario in illis casibus, in quibus consuetudo vel statutum juri communi derogat, *Bald. l. illa institutio. ff. de hared. instituend. Bald. & Panorm. c. cum venissent: extr. de eo qui mittit. in possession. Panorm. Rub. extr. de consuetud. Panorm. c. 1. extr. ut lite penden Panorm. c. jus generale. distinct. 1. Paul. Castrens. l. 2. & ibi Ias. num. 14. usq. ad num. 22 C. si contra jus vel utilita. publ. Paul. Castrens. l. jus pluribus ff. de just. & jure Roman. l. post. dotem. col. 13. vers. tertiò dubitatur quid si stipulatio. & ibi Alexand. col. 23. ff solut. matrim. Panorm. c. Cumana. extr. de electio. Ias. l. omnes populi. lect. 1. num. 5. usq. ad num. 10. & lect. 2. num. 20. cum mult. sequentib. & ibi Caccialup. col. 1. notab. 2. ff. de justicia & jure. Dec. c. licet causam. num. 3. notab. 2. & num. 4. extr. de probatio. Sylvest. Aldebrand. §. sed jus quidem. num. 9. Inst. de jur. natur. gent. & civili. Socin. conf. 81. col 2. lib. 1. conf. 157. col. 6. lib. 2. Curt. sen. conf. 46. col. fin. Godzadin. conf 90. col. 3.*

Quinimò secundum multorum Dd. sententiam etiam appellatione juris † com- 320
munis comprehenditur jus statutarium & consuetudinarium usque adeò, ut in illis casibus, in quibus jus statutarium & consuetudinarium a jure communi discrepat, dispositio loquens de jure comuni, intelligenda sit de jure consuetudinario & statutario, *Abb. Rub. extr de consuetud. Bald. in titul. de pace constantiæ. col. 7. verb. mos Romanorum vers. porro etiam. Bald. l constitutiones in fine C. de bonis quæ liberis. Bald. l. 1. col. 12. vers. quintò dico. C. de confess Roman. conf. 218. circa finem. Ias. l. omnes populi. lect. 1. num 5. ff. de justicia & jure. Ias. l. 2. nu. 14. C. si contra jus vel utilitat. publ.* & licet in hoc contrarium teneant Dd. citati in 24. ratione dubitandi.

Attamen contraria opinio est communiter reprobata, & præcedens communiter recepta, prout hoc attestatur *Ias. l. 2. nu. 20. C. si contra jus vel utilitat. publ.*

Ideoque præcedens opinio non obstante opinione contraria in judicando sequenda per jura vulgaria.

Ex quo infertur, illam clausulam † re- 321
servativam juris Domini feudi prædictis investituris insertam ita accipiendam esse, ut intelligatur tantum de illo jure, quod secuudum constitutionem Monasteriensem Domino in Baronia controversa competit, cujus vigore propter generationem finitam Episcopo non aliter feuda aperiuntur, nisi ex primo acquirente mullis penitus descendens per lineam masculinam vel fœmininam supersit.

Præterea clausula generalis reservatoria juris Domini feudi investituris inserta non exrenditur ad ea, per quæ juri Domini feudi specialiter derogatum est, vel in eadem vel in alia dispositione, prout hoc satis probatur *per text. l. in toto jure. & ibi Dec. num. 10. Cagnol, num. 9. ff. de reg. jur l. doli*

clausula

clausula. & ibi Dd. ff. de verb. oblig. Bart. l. c. §. hoc autem edictum. ff. de oper. no. nunciat. Card. Paris. cons. 16 nu. 30. lib. 1.

Et hoc usque adeo verum est, ut clausula generalis investituræ vel alterius dispositionis hominis non extendatur ad ea; in quibus lex, statutum vel constitutio specialis contrarium disponit, *Bald. l. si quis in priore. §. censum circ. finem. C. de secund. nupt. Dec. l. in toto jure. nu. 9. ff. de reg. juris.*

Sed constitutio Monasteriensis expressè & in specie disponit, quòd feuda etiam masculina sive pro ipso acquirente & hæredibus suis masculis acquisita, transire debeant ad omnes descendentes ex primo acquirente per lineam fœmininam, sive ipsi sint masculi sivè fœminæ.

Igitur etiam ex hoc capite sequitur, illam clausulam generalem reservativam juris Domini feudi illud operari non posse, ut per hoc derogetur prædictæ constitutioni Monasteriensi specialiter disponenti, quod feuda etiam masculina ad descendentes ex fœminis transire debeant.

Et posito sed tamen non concesso, istam clausulam reservativam juris Domini feudi ita accipi posse, ut per illam intelligatur derogatum & primæ investituræ & constitutioni Monasteriensi, quatenus & prima investitura & constitutio Monasteriensis ad successionem feudorum omnium & Baroniæ controversæ descendentes à primo acquirente per lineam fœmininam admittit. Attamen cum illa clausula non reperiatur in prima investitura, sed contra tenorem primæ investituræ posterioribus investituris inserta sit, illa clausula Domino actori nihil obesse, multò verò minus hoc operari potuisset, ne post obitum Baronis J. Baronia controversa Comiti R. in D. acquisita; & ab illo in Dominum actorem transmissa sit.

Ad vigesimam quintam rationem dubitandi respondeo, constitutionem Monasteriensem expressè disponere, quod ad successionem feudorum etiam masculinorum omnes descendentes à primo acquirente per lineam fœmininam admitti debeant.

Igitur sequitur, quod vigore constitutionis Monasteriensis ad successionem Baroniæ Dominus actor tanquam descendens à primo acquirente per lineam fœmininam admitti debeat, etiamsi probari posset, illam clausulam: Tho einem rechten Manlehn/posterioribus investituris esse insertam sponte ex certa scientia & cum consensu omnium illorum, de quorum præjudicio agitur.

Deinde quoque certum est, † gemina- 322
tionem & reiterationem nihil operari eo casu, quando subest error vel defectus consensus juxta textum clarum & expressum, *l. 2. & ibi Dd. C de erro. calculi.*

Ideoque traditum est † confessionem 323
erroneam sive per errorem factam etiam sæpius reiteratam, geminatam vel repetitam revocari posse probato errore, prout hoc expressè tradit *Bald. Ias. & Dec. l. 1. C. de erro. calculi. Alex. cons. 102. num. 8. lib. 1. Rom. cons. 391. Socin. cons. 228. col. 1. lib. 2. Ias. l. error. nu. 29. C. de juris & facti ignorant. Fel. c. cum venerabilis. n. 5. & ibi Dec. nu. 25. extr. de exceptio. Catellia. Cotta memorali incipient. confessio potest. Cravett. cons. 151. num. 32. Cephal. cons. 142. nu. 56. Horat. Mandos. in add. ad Rom. cons. 346. nu. 9. verb. revocabilis.*

Et licet quoad hoc contrarium tenent aliqui Dd. citati in 25. ratione dubitandi, illamq; contrariam opinionem communiter receptam esse, attestatur *Curtius Senior.*

Attamen præcedens opinio & vera & communiter approbata est, contraria verò opinio & falsa & communiter reprobata est, prout hoc attestatur *Dec. l. 1 C. de error. Calculi. Cravet. cons. 151. nu. 32. Cephal. cons. 142. n. 56.*

Et præcedentem opinionem magis communem esse, attestatur *Horat. Mandos. in add. ad Roma. cons. 346 nu. 9. verb. revocabilis.*

Ideoque hæc opinio in judicando sequenda per jura vulgaria.

Et hæc opinio confirmatur per id, quod Dd. communiter tradunt, confessionem etiam deliberato factam prætextu erroris sive errore probato revocari posse, *Speculat. in tit. depositionib. §. decimo. nu. 8. Bald. l. error. col. fin. vers. tertii dicunt. & ibi Ias. nu. 28. C. de jur. & facti ignorant. Bald. l. jusiurandum & ad pecunias. ff. de Jurejuran. Bald. c. fin. col. 6. extr. de confess. Roman. cons. 391. nu. 2. Roma. l. si verò. §. de viro falleus. 31. nu. 59. ff. solut. matrimon. Franc. Aret. c. 1. col. 1. vers. tertiò lim. extr. de accusatio. Ias. l. 1. nu. 8. & ibi Dec. nu. 7. C. de errore calculi. Felin. c. cum venerabilis. nu. 5. & ibi Dec. nu. 25. extr. de exceptionib. Vitalis in clausula. non errore ductus. col. 16. vers. secunda conclusio. & col. 15. vers. & ideo si quis teneat contractum. Grammat. cons. Civili. 24. col. 1. vers. & in primis. Ruin. cons. 10. col. pen. vers. nec obstat. lib. 3. Cephal. cons. 142. num. 56. Horat. Mandos. in addit. ad Roma. cons. 346. nu. 10. verb. non potest. Anton. Gabriel. Rom. in tract. regular. lib. 1. tit. de confessis conclusio. 5.*

Illamq; sententiam communiter adprobatam esse, atrestantur Dd. in locis præallegatis.

Quinimò confessio etiam jurata erronea sive per errorem facta, probato errore retractatur, *Bald. l. error. col. pen. & ibi Jas. C. de juris & facti ignorant. Bald l. de tutela col. 2. C. de in integr. restitut. Ant. de Butr. c. fin. col. 13. extr. de confess. Rom l. si verò. §. de viro. fallent. 31. ff. sol. matrim. Roman cons. 391. nu. 4. & ibi Horat. Mandos. in addit. Dec c. tum venerabilis. nu 25. extr. de exceptionibus. Thomas Grammat. vers. 7. Cephal. cons. 142. num. 56.*

Sed certum est, nec non & superius comprobatum, quod omnes clausulæ, omnia verba vel pacta nova posterioribus investituris inserta, per errorem inserta & adjecta probentur eò ipso, quod per inspectionem vel productionem investituræ primæ probatur, illas clausulas, verba & pacta in investitura prima non contineri.

Et in casu præsenti ex investitura prima facta Domino G. primo acquirenti, liquet, quod ista verba: Tho einem rechten Manlehn / in prima investitura non reperiantur, quodque ista verba posterioribus investituris inserta sint præter & contra tenorem primæ investituræ.

Igitur sequitur, per hoc satis sufficienterque probari, illa verba: Primis investituris, posterioribus investituris esse inserta non ex certa scientia, sed per errorem.

Rursus ex hoc infertur, Episcopo Monasteriensi patrocinari vel prodesse non posse, quod illa verba: Tho einem rechten Manlehn/in posterioribus investituris & literis reversalibus aliquoties repetita sint, nec ex ista repetitione erronea colligi posse, quod à prima investitura recessum sit.

324 Secundò, †geminatio vel reiteratio aut repetitio nihil operatur eo casu, quando metus vel impressio sive causa metus vel impressionis subest, *Bart. l. ob turpem. col. fin. vers. & ideo in quæstione de facto. ff de condict. ob turp causam Cyn. 12. Bald. l. 2. C. quod met. causa. Alex. cons. 68. lib. 4. Barbat. cons. 54. col. 14 lib. 1. Angel l. qui in aliena. §. Celsus. ff. de acq. hæred. Dec. l in omnibus causis pro facto. & ibi Cagnol. ff de reg. jur. Socin. jun cons. 77. nu 52. lib. 1. cons 98. nu 37. lib. 3. Ruin cons. 111. nu. 20. & 21. lib. 1.*

Sed superius comprobatum est, ista verba: Tho einem rechten Manlehn / posterioribus investituris esse inserta per impressionem, illaque impressio sive causa impressionis semper duravit.

Igitur etiam ex hoc capite sequitur illud, quod ista verba: Tho einem rechten Manlehn/in posterioribus investituris ex literis reversalibus aliquoties repetita sunt, neque Domino actori quicquam obesse, neque Domino Episcopo quicquam prodesse vel patrocinari, multò verò minus ex hoc inferri posse, quod per ista verba, à prima investitura, cujus vigore ad successionem Baroniæ controversæ etiam fœminæ & descendentes ex fœminis admitti debent, recessum sit.

Tertiò, †geminatio, reiteratio & repetitio nihil operatur, ubi adest læsio enormis vel enormissima, prout hoc expressè & in specie tradit *Roma cons. 54 Socin. cons 85 nu. 5. & 6. lib. 1 Corn. cons. 11. cons. 140. lib. 3. Dec. cons. 60. circ. finem. Grat cons. 118. num. 21. lib. 2. Bald. l. 1. C. si major fact. Fabian. de Monte in tract. de empt. & vendit. quæst. principa. 8 col. 5. vers. tertiò quæro an possit renunciari. Panthaleon de Crema repet. l. 2 nu. 98. vers. & similiter & ibi Arius Pinel. part. 2. nu. 36. vers. ego aut. C. de rescinden vendit. Ant. Gabr. Roma in tract. reg. lib. 3. tit. de emptio. & venditio. conclus. 1. nu. 40.* 325

Et licet in hoc contrarium teneant Dd. citati in 25. ratione decidendi. Attamen illa contraria opinio & falsa & communiter reprobata est, ideoque nullo modo tenenda vel sequenda.

Sed certum est, si ista verba: Tho einem rechten Manlehn / posterioribus investituris inserta ita interpretari possent, quod per illa verba fœminæ & descendentes ex fœminis à successione Baroniæ controversæ exclusæ essent, per ista verba: Dominum actorem non tantùm enormiter vel enormissimè, sed totaliter læsum.

Igitur etiam ex hoc capite sequitur illud, quod ista verba: in posterioribus investituris & literis transversalibus aliquoties reiterata & repetita sunt, quoad præsens propositum neque Domino actori obesse, neque Domino Episcopo Monasteriensi tanquam Domino feudi quicquam prodesse vel patrocinari posse.

Quartò, geminatio † vel reiteratio aut repetitio in præjudicium tertii, nihil penitus operatur, sicut hoc satis probatur. 326

Tum per id, quod alibi traditur, licet dispositio generalis vel universalis continens extensione juris jam concessi, restringi non debeat: attamen illam dispositionem restringi, ne per illam tertio præjudicium infera-

inferatur, *Bald. l. si quando in princ. C. de inoff. testam. Franc. Aret. l 1. col. 1. extr de rescript. Crot. repet l. 1. col. 3. ff. de legat. 1. Aym. Cravett. cons. 3. nu. 6. & 7.*

Tum quia suprà docui, potius admittendum, ut dispositio sit supervacua, atque nihil pènitus operetur, quam ut per illam tertio præjudicium inferatur.

Tum quia regula juris est, quod res inter alios acta, aliis non noceat vel præjudicet, *l. si unus. §. ante omnia. ff de pact. cum simil. vulgarib.* A qua regula cum non reperiatur exceptus ille casus, quando ea reiterata, geminata, sive repetita sunt, & regulæ juris semper inhærendum sit, nisi de exceptione fides fiat, sicut hoc supra docui; Dubio omni caret, illam regulam locum habere etiam in geminatis, reiteratis & repetitis.

Sed certum est, nec non etiam ex instrumentis & investiturarum & literarum reversalium liquet, illas investituras & literas reversales, quibus inserta sunt illa verba: Tho einem rechten Manlehn / quoad Dominum actorem ejusque parentes & majores esse res inter alias actas.

Igitur etiam ex hoc capite sequitur hoc, quod ista verba: in aliquibus investituris, & literis reversalibus aliquoties repetita & reiterata sunt, Domino actori nihil obesse, nec præjudicium aliquod generare posse.

327 Quintò, reiteratio, † geminatio & repetitio illud operari nequit, ut dispositio extendatur ad id, quod absurdum vel inconveniens est, cum omnis omninò dispositio ita interpretari debeat, ne comprehendat id, quod absurdum vel inconveniens est, *l. 1. §. unde quæritur. ff. de publican. l. nam absurdum. l. præcedente. ff. de bon. libert. l. observate. §. fin. ff. de off. proconsul. l. si quis ex argentariis. §. fin. ff. de eden. l. scire oportet. §. aliud. ff. de excusationibus tutor. Imol. l. si verò. §. de jure. ff. solut. matrimon. Socin. cons. 84. col. 3. lib. 1. Paul. Castr. cons. 51. col. 2. lib. 2. Cravett. cons. 86. num. 8. Laurent. Sylvan. cons. 56. num. 16. Nicol. Everh. in sua Topica in loco ab absurdo.*

Sextò, geminatio, reiteratio vel repetitio nunquam id operari debet, ut dispositio extendatur ad id, quod iniquum est sive iniquitatem continet. Cum omnis illa interpretatio, ex qua iniquitas sive id quod iniquum est, resultare posset, evitanda sit, *Paul. Castrens. cons. 158. col. 1. lib. 2. Corn. cons. 119. circ. finem. lib. 2. Cravet. cons. 70. num. 29. Cephal. cons. 115. num. 6. Laurent. Sylvan. cons. 56. nu. 16.*

Septimò, geminatio, reiteratio vel repetitio illud operari non debet, ut dispositio extendatur ad id, quod verisimile non est, sive ad id, de quo contrahentes vel disponentes verisimiliter non cogitarunt. Cum sit clari juris, nec non & supra comprobatum, quod omnis illa interpretatio, quæ verisimilis non est, fugienda sit, quodque nulla dispositio, quantumvis larga extendi vel porrigi debeat ad id, quod verisimile non est, sive de quo quis verisimiliter non cogitavit, *Angel. cons. 249. incipien. super primo quæsito. col. 2. Ias. cons. 141. col. 9. & cons. 142. col. 3. lib. 2. Ias. l. cum res. col. 3. ff. de legat. 1 Laurent. Sylvan. cons. 56. num. 26. Tiraquell. repetit l. si unquam in præfatio num 59. C. de revocand donatio. Cravett. cons. 70. num. 25.* vel ad ea; quæ verisimile non est, loquentem vel disponentem inclusurum, *Oldrad. cons. 95. col. 2. Cravet. cons. 160. nu. 50.*

Octavò, geminatio, reiteratio & repetitio ita quoque intelligenda & restringenda est, ne dispositio extendatur vel porrigatur ad id, quod odiosum est, cum omnis omninò dispositio ita accipi debeat, ne easum odiosum comprehendat, *l. Lucius §. Lucius. el. 2. ff. de legat. 2. Cæpol. cons. fin. col. 2. Dec. cons. 361. col. 3. Laurent. Sylvan. cons. 56. nu. 15.*

Nonò, geminatio, repetitio vel reiteratio illud operari nequit, ut dispositio extendatur ad id, vel comprehendat id, quod disponentibus de jure vel de facto impossibile est, *Barbat. cons. 21. col. 2. lib. 3. Rol à Vall. cons. 4. nu. 37. lib. 1.*

Decimò, geminatio, repetitio vel reiteratio illud operari nequit, ut dispositio comprehendat id, vel extendatur ad id, quod subjectæ materiæ sive naturæ illius rei, de qua agitur, refragatur. Cum sit clari juris, nec non & superius comprobatum, omnem omninò dispositionem, quantumvis largam & latam secundum subjectam materiam sive naturam illius rei, de qua agitur, intelligendam & restringendam.

Sed non est verisimile, quod Dominus Episcopus Monasteriensis, qui illas investituras fecit, item & Barones in B. qui istas investituras recepêre, & Dominis Episcopis literas reversales dedêre per illas investituras, & literas reversales voluerint præjudicare Domino actori, reliquisque descendentibus a primo acquirente per lineam fœmininam, quibus vigore primæ investituræ jus succedendi in Baroniam, con-

 trover-

truversiam acquisitum est, sicut hoc suprà comprobavi.

Et maximè esset inconveniens, absurdum, odiosum, & iniquum, ut per posteriores investituras descendentibus à primo acquirente per lineam fœmininam auferretur jus ipsis non consentientibus jus succedendi in Baroniam controversam ex prima investitura acquisitum.

Illaque interpretatio refragaretur & subjectæ materiæ sive naturæ Baroniæ controversæ ipsi tam per constitutionem Monasteriensem quam per primam investituram attributæ.

Nec non & illa interpretatio hoc efficeret, ut & investituræ posteriores, & literæ transversales comprehenderent casum impossibilem & Episcopo Monasteriensi, & illis Baronibus in B. qui illas investituras recepêre, & literas reversales Episcopo reddidêre.

Igitur etiam ex hoc capite sequitur, illam geminationem, reiterationem & repetitionem istorum verborum: Tho einem rechten Manlehn / hoc operari non posse, ut per illa verba descendentes à primo acquirente per lineam fœmininam, & sic inconsequentiam Dominus actor a successione Baroniæ controversæ exclusus censeatur.

318 Undecimò, illud † quod in vigesima quinta ratione dubitandi de geminatione, reiteratione & repetitione adductum est, procedit tantum in illa geminatione, reiteratione & repetitione, quæ est facta in dispositionibus voluntariis, secus autem est in illa geminatione, reiteratione vel repetitione, quæ est facta in dispositionibus necessariis, sive talibus, quæ non ex libera voluntate, sed ex necessitate fiunt vel celebrantur, *arg. l. rem legatam. ff. de adimend. legat.*

Sed certum est, quòd petitio & receptio investituræ non sit actus voluntarius, sed sit actus necessarius. Cum consuetudinib. feudorum expressè cautum sit, quod obligatus sit, & quilibet vasallus post mortem Domini feudi, & quilibet successor feudi sive feudalis post mortem vasalli intra annum & diem investituram petere usq; adeò, ut vasallus vel successor vasalli hoc facere negligens feudo privetur, *c. 1. in princip. & ibi Dd. quo tempor. miles. c. 1. in princ. & ibi Dd. quæ fuit prima caus. c. 1. in princ. & ibi Dd. de Capitul. Corrad. c. 1 §. præterea si quis infeudatus. & ibi Dd. de prohib. feud. alienatio per Frider.*

Igitur etiam ex hoc capite sequitur, cum illa verba: Tho einem rechten Manlehn / hoc est ad verum masculinum feudum posita & repetita fuerint in investituris & in literis reversalibus, & sic in actibus necessariis, ea, quæ in vigesima quinta ratione dubitandi de geminatione, reiteratione & repetitione dicta sunt, in casu præsenti locum non habere.

Duodecimò, repetitio, reiteratio & geminatio etiam in actibus voluntariis facta, nihil penitus operatur eo casu, quando illa repetitio, reiteratio & geminatio eodem defectu laborat, quo defectu primus actus, de quo confirmando agitur, laborat, *Bart. l. legata inutiliter. nu. 4. ff. de legat. 1. Rom. conf. 54.*

Sed in casu præsenti certum est, quod omnes illæ investituræ & literæ reversales, quibus est inserta clausula: Tho einem rechten Manlehn / defectu erroris, impressionis, aliisque defectibus supra relatis laborent.

Igitur etiam ex hoc capite sequitur, illam prætensam geminationem, reiterationem, & repetitionem in casu præsenti nihil operari, nec Domino actori quicquam obesse, vel Episcopo Monasteriensi aliquid prodesse.

Ad vigesimam sextam † rationem dubitandi ego respondeo, illam præsumptionem ex lapsu temporis descendentem non aliter habere locum nisi probetur atque fides fiat, illum, de cujus præjudicio agitur sive in cujus præjudicium illa præsumptio allegatur, noticiam & scientiam illius actus habuisse, eumque actum scienter non impugnasse, *Alex. conf. 9. lib. 3. conf. 17 col. fin lib. 4. conf 218 lib. 6. conf 94. lib 7. Corn. conf. 91 col. fin lib. 1. Barbat. conf. 35. lib. 2. Matth. de Afflict. decisio. 117. col. fin Socin jun. conf. 56. col. penult. lib 2. Ruin. conf. 26. col. 4. conf. 35. col. 11. lib. 1. Cravett. in tract. de antiquitat. tempor. part. 3. §. venio nunc ad tertiam. num. 38 Rol à Vall. conf. 2. num. 117. lib. 1. Ant. Gabr. Rom. in tract. regul. lib. 1. tit. de præsumptio. conclus. 1. num. 59.* 319

Sed hactenus probatum non est, Dominum actorem, ejusve parentem & majores habuisse noticiam & scientiam, quod ista clausula: Tho einem rechten Manlehn / posterioribus investituris fuerit inserta, illudque scienter passos.

Igitur sequitur, in casu præsenti in præjudicium Domini actoris allegari non posse, quod ex lapsu temporis præsumi debeat,

debeat, illam clausulam posterioribus investituris esse insertam, intervenientibus umnibus solennitatibus & legitimis requisitis, & cum consensu omnium illorum, de quorum præjudicio agitur.

Secundò, illa præsumptio descendens ex lapsu temporis, tantum habet locum in tali actu, qui principaliter tendit ad aequisitionem, secus autem est in tali actu, qui principaliter tendit ad exclusionem alterius. Namque in tali actu illa præsumptio non procedit, *Imol. l. 1. §. deniq. col. 2. ff. de aqua plu. arcen. Imol. c. pervenit. col. 3. in fine. extr. de empt. & vendit. Alex. cons. 1. col pen. cons. 16. col. 2. in fine lib. 4. cons. 179. col. pen. in fin lib. 6. Socin. cons. 46. col. 7. lib. 4. Curt. senior. cons. 77. col 2. Felin c. ficut. col. 16. extr. de sentent. & re judic. Alex. l. sciendum. col. 5. ff. de verb. oblig. Corn. cons. 98. col. fin lib. 2. Ruin cons. 155. col. 2. lib. 1. Anton. Gab. Roma. in tract. regula. lib. 1. tit. de præsumpt. conclus. 1. nu. 54.*

Tertiò, illa præsumprio ex antiquitate temporis descendens, nun habet locum eo casu, quando agitur de gravi præjudicio, *Bart. in disputatio. incipient. mulier habens in fine Bart. l. 1. §. deniq. ff. de aqua plu. arcen. Bart. l. servitutes. col 2. ff. de servitutibus. Imol. c. si diligenti. col. pen. in fine, extr. de præscriptio. Anton. Gabriel. Roma in tract. regula. lib. 1. tit. de præsumptionib. conclus. 1. num. 53.* ubi ipse multos alius Dd. ad hoc propositum citat.

Quartò, ista præsumptio secundum aliquorum Dd. sententiam locum non habeat, quandu illi, de quorum consensu præsumendo agitur, vel illorum successures negant, illum consensum intervenisse, *Alex. cons. 9. col. 2. in fine lib. 3. Matth. de Afflict. decisio. 245. col. 3. & decisio. 345. col. 2.*

Quintò, ex lapsu temporis non præsumitur donatio sive remissio juris sui, sicut hoc supra comprobavi.

Sextò, præsumptio ex lapsu temporis descendens, non habet locum in præjudicium pupilli, *Corn. cons. 98. col. fin. lib. 1. Alex. cons. 94. col. 2. lib. 7. vel minoris. Socin. cons. 254. col. 2 lib. 2. Ant. Gabr. Roman. in tract. reg. lib. 1. tit. de præsumpt. conclusio. 1. nu. 58.*

Sed in casu præsenti, si illa verba: Tho einem rechten Manlehn / hoc est, ad verum masculinum feudum inserta & investituris posterioribus & literis reversalibus, ita intelligerentur, ut per illa verba fœminæ, & descendentes ex fœminis à primo acquirente originem trahentes, à successione Baroniæ controversæ exclusi censeantur, illa verba essent conjuncta cum maximo, gravissimo & totali præjudicio Domini actoris, & tendetentur principaliter ad excludendum Dominum actorem a jure ipsi quæsito, & per primam investituram & per constitutiunem Monasteriensem.

Deinde Dominus actor negat, quod ipse vel suus parens aut majores ad hoc, ut illa clausula posterioribus investituris insereretur, consensum præstiterint, illaque præsumptio tendit ad hoc, ut præsumatur, Dominum actorem, suosque parentes & majores per suum consensum remisisse jus ipsis ex prima investitura quæsitum.

Insuper Dominus actor adhuc minor est.

Igitur etiam ex hoc capite sequitur, in casu præsenti ex lapsu temporis præsumi non posse, quod Dominus actor vel illius parentes & majores consensum suum præstiterint ad hoc, ut investituris posterioribus insereretur ista clausula: Tho einem rechten Manlehn/hoc est, ad verum masculinum feudum; præsertim si ista clausula taliter interpretanda esset, prout illam interpretari nititur pars adversa.

Septimò, præsumptiò ex lapsu temporis descendens non habet locum, nisi quando de actu verè constat, secus autem est, si de actu tantum præsumptivè constet, *Ruin. cons. 29. col. fin. lib. 4. Ant. Gabr. Rom. in tract. regula. lib. 1. tit. de præsumpt. conclus. 1. nu. 72.*

Multo verò minus hæc præsumptio ex lapsu temporis descendens locum habet, quando de actu principali neque verè neque præsumptive constat, *Socin. cons. 2. col. 2. in princ. lib. 3. Corn. cons. 22. col. 3. lib. 3. Cravet. in tract de antiq temp part. 2. §. ex præmissis. nu. 57. & part. 3. §. venio nunc ad tertiam. nu. 26.*

Sed in casu præsenti neque verè neque præsumptivè constat, per ista verba: Tho einem rechten Manlehn/posterioribus investituris inserta id actum, quod ad successionem Baroniæ controversæ non debeant admitti fœminæ & descendentes ex fœminis. Imò contrarium actum esse, quod videlicet illis verbis non obstantibus, etiam fœminæ & descendentes ex fœminis ad successionem Baroniæ admitti debeant, tam ex iis quæ in præcedenti consilio docui, quam ex iis, quæ supra in hac appendice adduxi, liquet.

Igitur etiam ex hoc capite sequitur, dici vel prætendi non posse ex lapsu temporis præsumendum esse ad illud prætensum pactum, quod fœminæ & descendentes ex fœminis ad successionem Baroniæ controversæ admitti non debeant, acces-

accessisse & consensum omnium illorum, quorum interest, & solennitates legitimas.

Octavò, ex lapsu temporis longi vel longissimi non præsumitur illa solennitas, sine qua actus gestus subsistere potest, sive quæ est diversa vel separata ab actu gesto, *Bald. l. 2. num. 3. C. de legitimis hæred. Corn. conf. 98. nu. 8. lib. 1.*

Aliqui etiam Dd volunt, solennitatem ex lapsu temporis non præsumi contra illos, cum quibus nihil gestum est. *Ant. de But. c. pervenit. nu. 24. extra de censib. Ant. Gab. Rom. in tract. reg. lib. 1. tit. de præsumptionib. conclus. 1. nu. 66.*

Sed in casu præsenti illæ investituræ, quibus est inserta clausula: Tho einem rechten Manlehn / quoad Dominum actorem ejusque parentes & majores sunt res inter alios actæ, nihilq; cum Domino actore vel illius parentibus aut majoribus gestum est.

Et insuper illa solennitas consensus Domini actoris ejusque parentum & majorum, de qua præsumenda hic agitur, est separata ab illis investituris, cum illæ investituræ saltem in præjudicium illorum, quibus illæ investituræ factæ sunt, valere possint, etiamsi in illis non intervenisset consensus Domini actoris, parentum vel majorum ipsius.

330 Nonò, præsumptio ex † lapsu temporis descendens, non est præsumptio juris & de jure. Ideoque & contra illam præsumptionem admittitur probatio contraria, & illa præsumptio non habet locum, quando contrarium probatur, *Petr. & Cyn. l. si certis annis quæst. 10. & ibi Paul. Castr. & Ias. nu. 15. Dec. nu. 15. 16. & 17. C. de pact. Ioan. Andr. c. fin. extr. de caus. poss. & propriet. Ant. de Butr. c. pervenit. extr. de censib. Bald. l. 2. C. de dot. promiss. Paul. de Cast. cons. 81. col. 3. lib. 2. cons. 325. incipien. ex puncto transmisso. col. 2. lib. 2. Ægid. Bellem. cons. 10. col. 10. in princ. vers. item & aliter respondeo. cons. 10. vers. plus dico Hostiens. c. illud col. 3. in fine & ibi Abb. col. 3. extr. de præsumptio. Ioan. And. & Card. c. licet Heli. & ibi Panor. nu. 24. extr. de Simo. Domin. c. ordinarii §. quod si fortè col. 3. de off. ord. lib. 6. Alex. cons. 113. nu. 4. lib. 1. cons. 11. col. fin. lib. 4. Corn. cons. 270. lib. 3. Socin. cons. 46. col. 9. lib. 4. Abb. cons. 61. col. fin. lib. 1. Cæpolla cons. 25. ad finem lib. 1. Fel. c. vigilanti. num. 12. extr. de præscriptio. Fel. c. de quarta nu. 41. extr. eod. tit. Fel. c. sicut. nu. 33. extr. de sentent. & re judica. Ias. l. 1. nu. 15. C. qui admitt. Ias. cons. 176. col. final. lib. 2. Dec. cons. 13. col. 1. cons. 36. col. 3. in fine. Dec. c. quoniam contra. col. 20. vers. successivè Abbas. extr. de probatio. Curt. jun. cons. 130. col. 2. Godladin. cons. 73. col. 1. Cravet. cons. 146. in fine. Cravett. in tractat. de antiq. temp. part. 3. §. venio nunc ad tertiam. nu. 28. & part. 4. §. materia ista. nu. 20. & 21. Franc. Balb. in tract. de præscript. 2. part. 3. part. princ. quæst. 10. nu. 2. Covar. repet. c. possess. part. 2. §. 8. nu. 3. de reg. jur. lib. 6. Rol. à Vall. cons. 2. nu. 13. lib. 1. Ant. Gabr. Rom. in tract. regula. lib. 1. tit. de præsumpt. conclus. 1. num. 62.*

Similiter, & præsumptio descendens ex lapsu temporis longi vel longissimi, per alias præsumptiones eliditur, illaque præsumptio locum non habet, quando aliæ præsumptiones contrarium suadent, *Abb. c. Albericus. extr. de testib. Corn. cons. 144. col. 1. lib. 4. Fel. c. vigilanti. nu. 12. extr. de præscriptio. Boer. decis. 211. num. 17. & 18. Franc. Balb. in tract. de præscript. 2. part. 3. part. princ. quæst. 10. n. 21. Cravett. in tract. de antiquitat. temp. part. 3. §. venio nunc ad tertiam. nu. 30. & part. 4. §. materia ista. nu. 21.*

Et prædicta potissimùm procedunt, quando præsumptiones militantes contra præsumptionem ex lapsu temporis longi vel longissimi descendentem sunt vel plures vel fortiores.

Namq; clari juris est, quod præsumptio fortior debiliorem vincat, *l. cum de indebito. & ibi. Barc. ff. de probatio. Aym. Cravet. cons. 8. num. 9.*

Similiter legibus cautum est, quod plures præsumptiones vincant unam, *Cravett. cons. 145. nu. 11. cons. 149. nu. 17.* quodq; plures præsumptiones simul junctæ plenam probationem faciant, *gloss. l. 2. §. & ibi Dd. ff. de excusationib. tuto. gloss. l. 3. §. ejusdem ff. de testib. gloss. l. instrumenta. C. de probatio. Bal. Rub. & ibi Hipp. de Mars. nu. 309. C. de probatio. Bald. c. accedens. el. 2. extr. ut lite non contesta. Imol. cons. 92. cons. 138. nu. 5. Cuman. cons. 68. nu. 3. Barb. cons. 6. col. 1. lib. 1. Dec. c. causam. nu. 10. extr. de probat. Calcan. cons. 77. col. 1. Hipp. de Mars. l. 1. §. idem Cornelio n. 4. ff. de quæst. Socin. jun. cons. 32. n. 24. lib. 2. Cravett. cons. 35. nu. 12. cons. 158. n. 11. Rom. cons. 7. nu. 3. & ibi Horat. Mandos. in addit. ubi Horatius Mandosius multos alios Dd. pro hoc citat.*

Quinimò duas præsumptiones simul junctas plenam probationem inducere Dd. tradunt, *Calcan. cons. 8. col. 5. circ. med. Cravet. cons. 143. num. 12. cons. 158. nu. 11.*

Prætereà quoque indubitati juris est,
quod † præsumptio ex lapsu temporis longi 331
vel longissimi temporis descendens penitus cesset eo casu, quando verè vel præsumptivè constat de initio injusto, violento vel impressivo, *Rum. cons. 111. nu. 20. & 21. lib. 5. Socin. jun. cons. 98. num. 34. usq; ad num. 38. lib. 3. Ambros. de Vignate, cons. 52. num. 14. & 15. Fel. in c. sicut.*

ficut. col. 17. extr. de sentent. & re judicat. Anton. Gabr. Roman. in tract. reg. lib. 1. tit. de præsumpt. conclusio. 1. num. 62.

Sed in casu præsenti eo potissimum casu, si ista clausula: Tho einem rechten Manlehn/ posterioribus investituris inserta ita accipi posset, quòd per illam fœminæ & descendentes ex fœminis a primo acquirente originem trahentibus à successione Baroniæ controversæ exclusi censerentur, constat & de initio vitioso impressivo & violento & multæ fortissimæ præsumptiones contra præsumptionem ex lapsu temporis desumptam militant.

Namque cùm in prima investitura ista clausula: Tho einem rechten Manlehn/ non repetiatur, illaque clausula contra formam & tenorem primæ investituræ posterioribus investituris inserta sit, eo ipso probatur & præsumitur, illam clausulam posterioribus investituris vel per errorem, vel per impressionem insertam, prout hoc supra docui.

Et certum est, quòd error sive præsumptio erroris excludat & consensum & præsumptionem consensus, *l. si per errorem, & ibi Ias. & Dd. ff. de jurisdict. omn. jud.*

Similiter clari juris est, quòd & metus vel impressio sive præsumptio metus vel impressionis excludat & consensum sive præsumptionem consensus, *l. nihil consensui. & ibi Dec. ff. de reg. jur.*

Et si caperetur talis interpretatio, quòd per ista verba: Tho einem rechten Manlehn/ fœminæ & descendentes ex fœminis à successione Baroniæ controversæ exclusi essent, quodque hoc illis præjudicare debeat per ista verba fœminæ & descendentes ex fœminis essent læsi non tantùm enormiter vel enormissimè, sed etiam totaliter vel quasi.

Et certi juris est, quòd ex læsione enormissima, totali vel quasi ex quo ad illum, qui ex ista læsione lucrum, emolumentum vel commodum consequitur vel consequi sperat, probetur & præsumatur dolus & mala fides, *l. omnes. §. Lucius. ff. de his quæ in fraudem creditor. l. si superstite. C. de dolo. Bald. cons. 213. cons. 380. ad finem lib 1. cons. 153. lib 2. cons. 55. in fine lib 3. Bald. c. 1. §. item sacramenta de pace tenenda & jurament. firman. Calderin. cons. 3. tit. de arbit. cons. 8. tit. de jurejurand. Corn. cons. 11. col 4. lib. 3. cons. 233. col. 4. cons. 235. col. final. cons. 258. col. 5 lib. 4. Calcan. cons. 11. col. penult. in princ. Barbat. inter consilia Calcanei cons. 28. col. 8. circ. medium. Socin. cons. 263. lib. 2. Cravet. cons. 192. num. 3.*

Similiter indubitati juris est, quòd læsio enormissima totalis vel quasi perimat, elidat & excludat omnem præsumptionem legitimam, quæ pro actu aliquo militat, sicut hoc satis probatur.

Tum, quia licet † actus geminatus, re- 33
petitus vel reiteratus pro se magnam præsumptionem habeat: Attamen illa præsumptio cessat, ubi constat de læsione enormissima, totoli vel quasi, sicut hoc supra docui.

Tum, quia licet actus gestus interveniente decreto judicis pro se habeat maximam præsumptionem, *Ias. l. pacta novissima. C. de pact. Ias. c. 1. de his qui feud. dar poss.* attamen illa præsumptio cessat, ubi adest læsio enormissima totalis vel quasi, usque adeò, ut propter læsionem enormissimam, totalem vel quasi, actus gestus etiam cum decreto judicis licitè impugnari possit, *Imol. Roman. Alexand. l. pacta novissima, & ibi Ias. num. 9. vers. quintò facit. C. de pact. Imol. & Alex. l. precia rerum. ff. ad l. Falcid. Imol. Rom. Paul. Castrens. Alexand. & Socin. l. si quis cùm alter. ff. de verbor. obligat. Bart. l. 1. C. de præscript. 30. annorum. Abb. c. cum caussa extr. de emption. & vendit. Bald. repetit. l. 2. col. 7. vers possit distingui & ibi Panthal. de Crema nu. 106. & 107. C. de rescindend. vendit.* Illamque opinionem communem esse attestatur *Ias. d. l. pacta novissima.*

Tum, quia licet actus gestus in præsentia consanguineorum vel agnatorum maximam pro se habeat præsumptionem juris, *l. transactionem, & ibi Dd. C. de transact. Petr. Gerhard. singular. 57.* attamen & illa præsumptio cessat, ubi constat de læsione enormissima, totali vel quasi, *Panthal. de Crema. repet. l. 2. nu. 108. C. de rescindend. venditio.*

Tum, quia licet juramentum sive actus juratus pro se habeat maximam præsumptionem, prout hoc latè tradit *Nicol. Everh. in loco à vi, energia sive efficat. juramenti.* Attamen & illa præsumptio cessat, ubi adest læsio enormissima, totalis vel quasi, usq; adeò, ut propter læsionem enormissimam, totalem vel quasi etiam juramentum sive actum juratum & impugnare & retractare permittatur, *Cassiodor. decisio. 1. tit. de empt. & vendit. Matth. de Afflict. c. 1. §. si quis investierit. nu 21. de feudo dato invicem legis commiss. Ias. cons. 133. lib 4. Curt. jun. cons. 141. nu. 5. Crav. cons. 17. nu. 5. cons. 192. nu. 3. & 5. cons. 221. in fine. Corn. cons. 133. col. pen. cons. 214. col. 3. cons. 288. col. 9. lib. 3. cons. 27. col. 5. lib. 4. Card. Paris. cons. 75. lib. 3. Hieron. Grat. cons. 88. lib. 1. Fran. Ripa lib. 3. respons. cap. 15. col. 3. Capit. decis. 159. Covar. var. resol. lib 2. cap. 4. nu. 5. Covar. rep. c. quamvis par. 3. §. 4. n. 5. de pact. lib. 6.*

Tum, quia læsio enormissima, totalis vel quasi, ne dum præsumptionem juris, sed etiam præscriptionem a jure introductam impedit, removet & excludit, sicut hoc satis probatur per id, quòd Dd. communiter concludunt, licet petitioni restitutionis in integrum regulariter proscribatur quadriennio, hoc tamen non habere locum, quando illa læsio, contra quam restitutio in integrum petitur, est enormissima, totalis, vel quasi, tunc enim restitutionem in integrum semper & quandocunque etiam post quadriennium fieri posse, prout hoc expressè tenet *gloss. fin. c. 1. & ibi Dd. de restit. in integr. lib. 6. Anton. de Butr. & Imol. c. 1. & ibi Panorm. num. 3. extr. eod. tit. Iaf. conf. 55. num. 2 lib. 1. Albert. Brun. conf. 41. num. 37. Corn. conf. 181. lib. 2. Socin. conf. 266. col. 12. lib. 2. Socin. jun. conf. 84. num. 10. lib. 2. Emanuel Soarez. in tract. communium opinionum verb. restitutio. nu. 80.* ubi ipse attestatur, hanc opinionem communiter receptam.

Deinde quoque contra illam præsumptionem, quod ista verba: **Zho einem rechten Manlehn** / ita accipi debeant, quòd per illa fœminæ, & descendentes ex fœminis à successione Baroniæ controversæ exclusi sint, quodque fœminæ, & descendentes ex fœminis huic pacto & consenserint, & per consensum suum juri suo renunciaverint, militat juris communis & dispositio & præsumptio, quòd nemo præsumatur jura sua remittere, profundere, vel fortunas suas spontè rejicere, aut iis renunciare, *c. sanè junct. gloss. verb. sustinere. c. veniens. c. super hoc extr. de renunciat. c. quia verisimile extr. de præsumpt. l. cùm de indebito. ff. de probatio. l. si cùm aurum. ff. de solutio. Bald. l. 1. notab. ult. C. de edicto divi Hadrian. tollen. Imol. conf. 49. Cardin. Florent. conf. 30. col. 3. Tiraquell. repet. l. si unquam in præfatio. nu. 128. & verb. donatione largitus. num. 209. C. de revoc. donat.*

Et sic ex prædictis liquet, quòd in casu præsenti contra illam præsumptionem ex lapsu temporis desumptam militent multæ præsumptiones fortissimæ, quodque hic constet de initio vitioso, præsertim si ista verba: **Zho einem rechten Manlehn** / ita accipienda essent, quod per illa fœminæ & descendentes ex fœminis à successione Baroniæ controversæ exclusæ censerentur.

Igitur sequitur, in casu præsenti non habere locum illam præsumptionem ex lapsu temporis depromptam, de qua fit mentio in vigesima sexta ratione dubitandi.

Decimò, nec illud etiam, quod in vigesima sexta ratione dubitandi adductum est, lapsum illius temporis, cujus in contrarium memoria non extat, vim constituti habere, nostræ decisioni quicquam obstat.

Namque ex actis & ex instrumentis investiturarum in actis productis liquet atque patet, illam clausulam, **Zho unser und unsers Stiffts von Münster rechten Manlehn** / hoc est, ad nostram & nostræ Diœceseos Monasteriensis feudum masculinum posterioribus investituris cœpisse inseri anno 1477. eamque primùm insertam investituræ factæ Domino G. Secundo, agnato transversali Domini actoris.

Similiter ex actis liquet, quòd Dominus R. Comes in D. pater Domini actoris hanc litem contra Episcopum Monasteriensem instituerit anno 1557.

Et sic liquet ab eo tempore, quo prædicta clausula posterioribus investituris inseri cœpta est, tempus immemoriale nondum elapsum.

Certi enim juris est, illud dici † vel censeri non posse immemoriale, vel memoriam hominum excedere, quòd centum annos non excedit, *Cyn. l. 2. quæst. 10. & ibi Bald. C. de servitut. & aqua. Capol. in tract. de servit. urb. prædior. cap. 19. Francisc. Balb. in tractat. de præscript. 2. part. 3. part. princip. quæst. 6. col. 6. Cardin. Zabarell. c. si diligenti ad finem extr. de præscript. Felin. c. cùm nobis. col. 2. extr. de præscript. Caspar. Valasc. l. imperium. col. 39. ff. de jurisd. omn. judic. Curt. jun. conf. 90. col. finali.* 333

Quinimò, ex lapsu temporis immemorialis nemo se juvare potest, quando verè vel præsumptivè constat, ante litem contestatam centum annos elapsos non fuisse, sive aliquid ultra centum annos continuos ante litem contestatam observatum non fuisse, *Innocent. Ioan. Andr. & Anton. de Butr. c. quid per novale extr. de verbor. significat. Alexandr. conf. 16. col. 5. lib. 5. Cravett. in tract. de antiquit. tempor. part. 4 §. materia ista. nu. 40. Covarru. reper. c. quamvis part. 2. §. 3. num. 77. de regul. jur. lib. 6.*

Ideoque traditum est, lapsum temporis immemorialis allegari non posse, nec aliquem se lapsu temporis immemorialis se tueri posse, quando constat de initio tituli non ita antiqui, sive non excedentis annos centum ante litem contestatam completos, prout hoc expressè & in specie tradit *Curt. jun. conf. 174. col. 8. Cravett. in tract. de antiquit. temp. part. 4. §. absolutis. num. 40. vers similiter.*

Deinde

Deinde quoque lapsus illius temporis, cujus in contraria memoria non extat, nemini patrocinatur eo casu, quando de initio vitioso constat, *Paul.Castr.conf 423.col.2. circa finem. lib.2 Bellem.conf. 10.col. 10.in princip. vers. item & aliter respondeo. & col. 13. vers. plus dico. Cravtt.in tract.de antiquit.temp.par. 4. §. absolutis.nu.60.Covar.repet.2.possessor.part. 2. §. 3.nu. 27. de reg. jur. lib. 6.*

Similiter lapsus temporis etiam immemorialis non patrocinatur illi, qui est in mala fide, prout hoc expressè tradit *Cravet. in tractat.de antiquit.tempor. part. 4. § materia ista.nu. 13.vers. tertiò respondeo.*

Et confirmatur ex eo, Nam que clari juris est, nec non & à Dd. communiter traditum, eum, qui est in mala fide, se nec illius quidem temporis, cujus in contraria memoria non extat, præscriptione tueri vel juvare posse, *gloss.c.1.vers.nisi.& ibi Philip.Franc. de præscript lib.6.Ang. ff. furtivæ. Instit. de usucapionib. Bertach. in suo repert.verb.præscriptio. quando causetur. vers. fin. Orland. de Curt.inter consilia Calcan.cons.6.col.peu. Barthol.de Vulpis inter consilia Calc. conf.53 col 2.Ias.cons.24. col. penult. lib 3. Alexandrin. conf. 13. col. 4. in fine. Matth.de Afflict. decis.368. Franc.Balb. in tract. de præscript. 2.part.3 part.princ. quæst.6. nu.20. Cravet.cons.146 in fine. Cravet.in tract.de antiquit. temp. part. 4 §. materia ista. nu.19. Capit. decis.4.Card.Paris. cons.26.nu.31.cons.101.nu.113. lib.1. cons.66.nu.128. lib.3. Covar.repet. c possessor.§. 8. nu. 4. de reg. jur. lib. 6.*

Usque adeò, ut hoc locum habeat non tantùm in foro Canonico, sed etiam in foro Civili. Namque jura civilia permittentia præscriptionem cum mala fide per jus canonicum correcta sunt, illudque jus canonicum etiam in foro civili servandum est, *gloss. Ioan. Andr. & Dd. c. possessor. de reg. jur. lib 6. Hostiens. in summa tit. de præscriptione rerum immobilium.§.verum col. 1.& 2. Abb.Imol. Felin.& Dd. c.finali extr. de præscript. Bald. & Ang. l. super longi. C. de præscript. long. tempor. Franc.Balb. in tract.de præscript. 2.part.3. part. princ. quæst. 7. nu. 4. Bart. l. privilegia. C.de SS. Eccles.Rom.cons.275.in fin. Altxan.cons.185.lib.2. Dec. cons.144.num.4. Calca. cons.47. Cravet. in tract. de antiquit. temp. part. 4. §.materia ista. nu. 20.Cardin.Paris.cons.92. num. 30.lib.3.*

Sed ista dicta clausula: Tho unser und unsers Stiffts von Münster rechten Manlehn/hoc est, ad nostrum & Episcopatus nostri feudum masculinum, ita accipi posset, quòd per illam fœminæ, & descendentes ex fœminis à successione Baroniæ controversæ exclusi essent tàm ex investitura prima facta Domino G primo acquirenti, quam ex læsione enormissima, totali vel quasi constaret de initio erroneo, impressivo & vitioso, nec non & de mala fide Domini Episcopi Monasteriensis.

Igitur sequitur, Dominum Episcopum Monasteriensem in casu præsenti se lapsu temporis immemorialis, & præsumptione ex lapsu temporis immemorialis descendente tueri vel juvare non posse, etiamsi doceri possit ab eo tempore, quo prædicta clausula posterioribus investituris inseri cœpta est, tempus immemoriale elapsum fuisse, quod tamen neque hactenus probatum est, neque unquam probari poterit.

Undecimò, suprà comprobavi, in feudis neque tacitum neque expressum consensum patris vel majorum filiis vel posteris nocere aut præjudicare, etiamsi ipsi sint hæredes parentum vel majorum suorum.

Similiter quoque supra docui, quòd neque præscriptio, neque lapsus temporis etiam contra parentem vel majores completa in feudis præsertim antiquis, noceat filiis vel posteris, Quod locum habet, etiamsi illi filii vel posteri sint hæredes parentum vel majorum, *Franc. Ripa l. filiusfamilias. ff. divi. num. 116.& ibi Alciat. ad fin. ff. de legat.1.Dec. cons.445.nu.47.Rub.cons.84.Card.Paris.cons 25. nu.201.& 203.lib. 1.Arius Pinell.repet.L.1 part.3. nu.83.limit.5. C.de bon. matern.Arius Pin. auth. nisi tricennale. nu. 50.C. eodem titulo.*

Sed in casu præsenti ex actis & ex iis, quæ & in priori consilio, & in hac appendice docui, liquet, Baroniam controversam esse feudum & quidem antiquissimum & ex pacto & providentia.

Igitur sequitur, etiamsi vel ex lapsu temporis vel aliundè colligi possit, quòd parentes vel majores Domini actoris consensum suum præstiterint ad hoc, quòd ista verba jam sæpiùs repetita: Tho einem rechten Manlehn/ ad rectum feudum masculinum, posterioribus investituris inserta sunt, (quod tamen nunquam probari poterit) hunc tamen consensum Domino actori non nocere, nec præjudicium aliquod inferre.

Ad vigesimam septimam rationem dubitandi respondeo, Dominum actorem in libello suo deduxisse, quòd vigore constitutionis ad successionem feudi etiam masculini fœminæ & descendentes ex fœminis à primo tamen acquirente originem trahentes, admitti debeant.

Item,

Item, quòd Baronia controversa in Episcopatu Monasteriensi sita sit.

Item, quòd Dominus actor & sit & fuerit vasallus Episcopi sive Episcopatus Monasteriensis.

Item, quòd Dominus actor à primo acquirente Baroniæ controversæ, nempe a Domino G. Primo, per lineam fœmininam descendat.

Quæ deducta in libello Dominus actor & plenè & sufficienter probavit, sicut hoc & ex actis & ex illis, quæ & in præcedenti consilio, & in hac appendice docui, liquet.

Igitur sequitur, quòd Pares curiæ in prima instantia pro Domino actore pronunciare, & Dominum Episcopum ad petita in libello actoris condemnare debuissent, quodque cùm contra hoc Pares curiæ in prima instantia Dominum Episcopum Monasteriensem ab instituta actione absolverint, eique Baroniam controversam adjudicaverint, hæc sententia tanquam injusta in caussa appellationis retractari debeat.

Namque indubitati juris est, quòd eo casu, quando actor intentionem suam plenè vel sufficienter probavit, reus ad petita in libello condemnari debeat, *gloss. l. admonendi verb. exacto, & ibi Bart. num. 14. Ias. lect. 1. nu. 73 & lect. 2. nu. 78. & 79. ff. de jurejurand.*

Et licet in libello Domini Comitis in D. neque allegatum neque narratum sit, quòd Dominus actor sit subditus Episcopi sive Episcopatus Monasteriensis: Attamen Dominum actorem non tantùm esse vasallum, sed etiam subditum Episcopi sive Episcopatus Monasteriensis saltem secundum largam significationem vocabuli, nec non & beneficium sive constitutionem Episcopatus Monasteriensis admittentem ad successionem feudi etiam masculini fœminas & descendentes ex fœminis latissimè & largissimè interpretandum, in priori consilio satis superque docui.

Similiter & in præcedenti consilio, & in hac appendice comprobavi, quòd secundum constitutionem Monasteriensem ad successionem feudorum etiam masculinorum omnes descendentes a primo acquirente per lineam fœmininam admitti debeant, licet illi non sint neque vasalli Episcopi vel Episcopatus Monasteriensis, neque etiam in Episcopatu Monasteriensi domicilium habeant.

334 Deinde quoque clari juris, & à Dd. communiter traditum est, quòd is, † qui in libello plura etiam copulativè deduxit, in caussa obtinere debeat, licet ipse non omnia deducta vel narrata copulativè, sed ea tantùm, quæ ad victoriam obtinendam necessaria sunt, probaverit, prout hoc expressè & in specie tradit *Bart. Alex. & Dd. l. divus. & ibi Ias. num. 22 ff. de re judicat. Bart. l. Fulcinius. §. cùm hoc. ff. ex quibus causs. in possess. eat. Bart. cons. 193. Bald. l. 1. ad finem. C. de conditio. institut. Bald. Imol. & Roman. l. Titia. ff. solut. matrim. Panormit. & Dd. c. 2. & ibi Felin. nu. 23. & Dec. nu. 12. extr. de rescript. Anton. de Butr. Abb. & Imol. c. licet caussam, & ibi Felin. nu. 40. limitat. 1. extr. de probationibus. Roman. consil. 369.*

Illamque sententiam communiter receptam esse, attestantur Dd. in locis suprà allegatis.

Nec obstat huic verissimæ decisioni textus *l. si heredi plures. ff. de conditio. institut.* Namque ille textus tantum habet locum in extrajudicialibus, nec ad judicialia ullo modo extendi potest, prout hoc tradit *Dec. c. 2. nu. 11. & 12. extr. de rescript.* ubi ipse multos alios Dd. pro hac sententia citat.

Et sic liquet, etiamsi in casu præsenti Dominus actor ultra ea, quæ ad victoriam obtinendam sufficiunt, multa alia in libello etiam copulative deduxisset, illaque non probasset, quod tamen minime factum est. Attamen cum Dominus actor ea, quæ ad intentionem suam fundandam necessaria sunt, probaverit, secundum Dominum actorem pronunciandum esse.

Præterea hoc, quod in vigesima septima ratione dubitandi adductum est, quod non † sufficiat probare principaliter deducta 335 in libello, sed necesse sit, ut omnes qualitates in libello expressæ probentur, non est generaliter nec indistinctè verum.

Namque primò illud non habet locum in illis qualitatibus, quæ non sunt substantiales, illas enim probare non est necesse, illisque non probatis, nihilominus secundum actorem pronunciandum est, *Bald. & Imol. l. Titia ff. solut. matrim. Bald. l. 1. col. penult. vers. sexto quæritur. C. de condict. indeb. Bald. l. final. col. 3. C. si ex fals. instrum. Signorol. cons. 141. Felin. c. 2. num. 30. & ibi Dec. num. 13. limitat. 2. extr. de rescript. Dec. c. licet caussam. num. 24. limitat. 2. extr. de probationibus.*

Secundò, hoc non procedit, quando actor in libello petit reum condemnari non tantum prout expressè petitum est, sed etiam aliter secundum formam juris, *Bald. l. 2. col. 2. C. de probationibus.*

Sed ex

Sed ex actis, nec non & ex deductis tam in priori consilio, quam in hac appendice liquet, quòd Dominus actor satis sufficienterque probaverit, omnia in libello suo deducta & narrata.

Et Procurator Domini actoris libello inseruit hanc clausulam: Und sonst synen Principalen/was recht vnd billich ist/mitzutheilen/hoc est, & alias suo Principali id, quod jus & æquitas postulat, impartiri, quæ clausula æquipollet illi clausulæ secundum formam juris.

Igitur sequitur, quòd in casu præsenti secundum Dominum actorem pronunciandum sit, etiamsi ipse non probasset qualitates omnes in libello deductas.

Ad vigesimam octavam rationem dubitandi respondeo, ex actis & deductis tam in consilio præcedenti, quàm in hac appendice satis superq; liquere, quod Dominus actor plenè & sufficienter probaverit, quod per obitum Domini J. Barunis in B. & C. Barunia controversa Domino actori delata & acquisita fuerit.

Deinde etiam ex libello producto à Domino actore satis liquet, quod Dominus actor in judicium deduxerit non tantum jus successionis, sed etiam jus renovationis, quodque ipse intentionem suam fundaverit non tantùm super eo, quod per obitum Baronis J. sibi Barunia controversa juris successionis acquisita sit, sed etiamsi probari posset, illam Baroniam Episcopo Monasteriensi tanquam Domino feudi apertam, quod Dominus Episcopus Monasteriensis & cogatur & opinatus sit, Dominum actorem de Baronia controversa de novo investire, atque Domino actori illam Baroniam renovare.

Sicut hoc satis patet ex quarto articulo libelli producti, in quo formalibus verbis dicitur: Item /war/ daß hochgedachter Fürst vnd bestetigter dieses Stiffts Münster Anwaldts G. Herr/ vermöge ehrgedachtes Privilegii obgenante Herrligkeit zu behalten/ oder zu J. F. G. Tafeln zu legen/vnd sich also damit zu reichen /keines weges befugt oder mechtig ist/ hoc est, item verum, quòd excellenter nominatus Princeps & confirmatus Episcopatus Monasteriensis agentis Dominus clementissimus vigore sæpe dicti privilegii superiùs nominatas Baronias retinere, & ad illustrissimæ suæ Celsitudinis commodum vel mensæ suæ transferre vel applicare nullo modo de jure vel æquitate possit.

Quæ verba hoc expressè volunt atque denotant, quòd Episcopus Monasteriensis Baroniam controversam, etiamsi illa per obitum Baronis J. ipsi aperta fuisset, retinere vel mensæ suæ applicare nequeat.

Et sic illa verba libelli expressè comprehendunt illum casum, quo probari posset, Baroniam controversam per obitum Barunis J. Episcopo apertam.

Idem etiam probatur per conclusionem libelli, namque conclusio libelli sequentibus verbis formalibus concepta est:

Bittet derhalben Anwald vorgemelt von euch Herrn Lehnrichter vnnd desselbigen Beysitzern nach Lehnrecht zu erkennen/ vnd diffinitivè auszusprechen/ daß hochgedachter Fürst vnd Bestetigter dieses Stiffts Münster/ laut vnd vermöge obgedachtes Privilegien Herkommen vnd Gewonheit dieses Stiffts schüldig sey/ wolgemelten Graffen zu Diepholt mit der bemelten Herrligkeit Burckelo vnd derselben Hoheit/ Nutzbarkeit /kleine vnd grosse Gerechtigkeit wircklich zu vorsehen/ zu belehnen vnd inzusetzen.

Quæ verba, præsertim illa, zu vorsehen/ zu belehnen vnd inzusetzen/ sunt verba admodum generalia, & conveniunt non tantùm juri successionis, sed etiam juri renovationis, & utrumque jus æquè comprehendunt.

Igitur sequitur, ex libello producto satis liquere, quòd Dominus actor in casu præsenti in judicium deduxerit non tantùm jus successionis, sed etiam jus renovationis.

Namque clari juris est, † libellum quemlibet, quoad vim comprehensivam 336
esse interpretandum largissimè & latissimè, ita ut comprehendat omnia omninò illa, quæ sub verbis quoque modo includi possunt, *Panormit. c. cùm Ecclesia Sutrina. num. 13. & 38. argumento illius text. extr. de causs. posses. & propriet. Panormit. c. cùm venissent extr. de in integrum restitut. Ias. l. sed etsi possessori. §. item si juravero. num. 25. ff. de jurejurand. Gomes. §. sed iste. num. 35. Instit. de actionibus.* Non tantùm secundum propriam, sed etiam secundum impropriam & largam vocabuli significationem, *Roman. cons. 245. num. 4. & ibi Horat. Mandos. in additionibus.*

Quinimò libellus ita interpretari debet, ut comprehendat non tantùm illa remedia, quæ ex verbis narrativis vel dispositivis

colligi

colligi possunt, sed etiam illa, quæ ex verbis enunciativis elici possunt, sicut hoc satis probatur per id, quod tradit *Ioan. And. c. sæpè circ. fin. extr. de restit. spoliat.* ubi ipse concludit illum libellum, in quo quis petit sibi restitui rem, quâ per metum vel violentiam spoliatus fuit, ita accipiendum esse, ut propter ista verba enunciativa per metum vel violentiam etiam comprehendat & actionem, quod metus caussa & interdictum unde vi.

Præterea quoque clari juris est, quòd verba libelli semper accipi & interpretari debeant in eam partem, quæ magis utilis & favorabilior libellanti, etiamsi necesse sit, verba detorqueri ad significationem impropriam vel improprissimam, *l. si quis tutione, & ibi Dd. ff. de judic. Laurent. Sylvan. consil. 105. num. 2.*

Cum itaque dubio omni careat, Domino actori utilius & favorabilius esse, ut sub libello producto comprehendatur non tantùm jus successionis, sed etiam jus renovationis. Etiam ex hoc capite sequitur, libellum à Domino actore productum ita interpretandum esse, ut comprehendat non tantùm jus successionis, sed etiam jus renovationis.

Deinde etiam ex prosecutione caussæ cognoscitur, quæ actiones, quæque remedia instituta vel in judicium deducta sint, *Franc. Ripa c. cum Ecclesia Sutrina. nu. 19. extr. de caus. possess. & propriet.*

Sed ex actis liquet, quòd Procurator Domini actoris in judicio prosecutus fuerit non tantùm jus successionis, quod videlicet per obitum Baronis J. Baronia controversa Domino actori acquisita fuerit, sed etiam jus renovationis, quod videlicet eo casu, quo doceri posset, Baroniam controversam Episcopo Monasteriensi apertam, Dominus Episcopus cogatur illam Baroniam Domino actori de novo in feudum concedere.

Et super utroque jure, nempe tam jure successionis, quam jure renunciationis in hac caussa lis contestata est.

Igitur etiam ex hoc sequitur, quòd Dominus actor in libello intentionem suam fundaverit non tantum super jure successionis, sed etiam super jure renovationis.

Rursus ex hoc infertur, quòd Pares curiæ in hac caussa inter Dominum actorem & Dominum Episcopum Monasteriensem in prima instantia officio judicis functi fuere & debuissent & obligati fuissent Dominum Episcopum condemnare, ut eo casu, quo per mortem Baronis J. Baronia controversa Domino Episcopo aperta fuisset, Dominus Episcopus Domino actori Baroniam controversam de novo in feudum concedere, & secundum dispositionem juris communis & secundum constitutionem Episcopatus Monasteriensis obligatus fuisset.

Namque clari juris est, quòd † is, qui plura remedia sive plures actiones in judicium deduxit, in caussa obtinere debeat, etiamsi ipse tantùm ex uno remedio, sive secundum unum remedium vel actionem jus foveat, *Bart. & Dd. l. divus. ff. de re judicata facit id, quod tradit Hostiens. c. ad dissolvendum extr. de despons. impub. Bald. l. si quis homicidij. C. de accusat. Rom. cons. 240. circa fin. cons 245. num. 6. & 7. cons. 392. num. 21. & 22. Rom. l. 1. §. si stipulanti. nu. 43. ff. de verb. obligat. Lap. allegat. 55. nu. 6. Ias. l. 1 §. sed et si mihi. nu. 14. ff. de verb. oblig. Fel. c. audita col 2. extr. de præscr.* 157

Illud quoque, quod in vigesima octava ratione dubitandi adductum est, quòd † is, qui ex una caussa agit, obtinere nequeat, si ipse probat, se non ex caussa in libello expressa, sed ex alia caussa jus fovere, non est generaliter neque indistinctè verum. 158

Namque illud non habet locum in caussis sive litibus vertentibus coram imperatoria Majestate vel alio Principe superiorem non recognoscente, *Speculat. in tit. de actio. & petit. §. superest. vers. sed nunquid. & vers. sequent. Ioann. Andr. c. mandatum extr. de rescript. Bart. l. Æmilius in princ. nu. 5. circ. fin. ff. de minorib. Anton. de Butr. c. licet. Hel. & ibi Ioan. de Anan. & Felin. num 30 extr de Simon. Hostiens. c. querelam extr de electio. Bald. c. cum super. col 4 extr de caus. poss. & propriet. Ant. de Butr. c. inter dilectos. col. 4. extr. de excess. Prælat. Felin. c. in caussis nu. 2 ex. r. de sentent. & re judic. Ias. l. vinum. num 24. ff. si cert. petat.*

Similiter hoc non habet locum in caussis vel litibus vertentibus coram Senatu imperatoriæ Majestatis, sive sacri Romani imperii, nempe coram Camera imperiali. Certi enim juris est, quòd Camera imperialis sive Senatus imperatoriæ Majestatis & imperii Romani & imperatoriæ Majestati æquipatentur, & imperatoriam Majestatem repræsentet, iisdemque fruatur privilegiis, *gloss. L. non ambigitur, & ibi Bart. ff. de leg. Ias. & Franc. Ripa l. quo minus notabili. 2. & 3. ff. de flumi. Guid. Pap. quæst. 29. Dec. cons. 200 in fin. Matth. de Afflict. decis. 120 in fin. Cravet. cons. 144. in fin. cons. 168. in fin. & cons. 198. col. fin. Roland à Vall. cons. 14. nu. 15. cons. 70. nu. 18. & 19. cons. 76. nu. 36. lib. 1.*

Eadem

Eodem modo hoc non habet locum, quoad illa, quæ ex natura & aptitudine actionis institutæ veniunt vel descendunt; *Bald. l. contra negantem oppos. 3. C. ad leg. Aquil. Ias. l. vinum. num. 30. ff. si cert. petat. Felin. c. licet. Heli. num. 25. extr. de Simon.*

Rursus hoc non habet locum, quoad illa, quæ saltem tacitè sive implicitè petita, vel in judicium deducta sunt, *Ioann. de Lig. c. ex conquest. extr. de restitut. spoliat. Ioann. de Anan. c. licet Heli. & ibi Felin. nu. 26. extr. de Simonijs. Ias. d. l. vinum. num. 30. limitat. 10.*

Ulteriùs etiam prædicta regula non habet locum eo casu, quando † libello est
339 inserta clausula petens sibi jus atque justitiam administrari, prout hoc expressè tradit *Felin. c. licet Heli. num. 44. extr. de Simon.*

Et confirmatur per id, quod Dd. communiter tradunt, hanc clausulam insertam libello illud operari, ut licet conclusio libelli sit specialis unicam tantùm actionem continens, actor nihilominus censeatur deduxisse in judicium omnem illam actionem, omneque remedium, quod ex narratis in libello quolibet modo elici sive colligi potest, Ideoque in caussa obtinere debeat, licet ipse non eam actionem, quæ in conclusione libelli continetur, sed aliam sibi competere probaverit, prout hoc expressè & in specie tradit *Ioan. Cald. Anton. de Butr. Abb. & Dd. c. cùm dilectus extr. de ord. cognit. Abb. c. 1. notab. 1. extr. de offic. delegat. Ang. §. omnium. num. 19. & 25. & Ias. num. 147 Instit. de action. Calcan. cons. 36. num. 24. cons. 75. col. 3. cons. 76. num. 24. Alexand. cons. 61. lib. 2. cons. 38. lib. 3. cons. 43. lib. 4. Socin. c. 2. col. 48. vers. primus effectus extr. de libell. oblig. Socin. cons. 146. col. 2. in fin. cons. 160. col. penult. vers 3 Corn. cons. 8. lib. 1. cons. 302. num. 7. lib. 3. cons. 91. num. 3. lib. 4. Dec. cons. 445. num. 22. cons. 683. Dec. l. petens, & ibi Ias. C. de pactis. Ias. l. naturaliter §. nihil commune. nu. 191 ff. de acquir. possess. Card. Paris. cons. 76. lib. 1. cons. 126 num. 15. lib. 4. Cravett. cons 278. col fin. Anton. Gabr. Rom. in tract. reg. lib. 6. tit. de claus. conclus. 4. nu. 8. ubi ipse multos alios Dd. ad hoc citat.*

Huc accedit, quòd prædicta clausula, petens sibi jus & justitiam administrari, libello inserta hoc operetur, quod is, qui in conclusione libelli tantum possessorium instituit, in petitorio obtinere debeat, si ipse probaverit, se in petitorio jus fovere, & verba narrativa libelli quolibet modo petitorio convenire, vel petitorium respicere possint, *Ant. de Butr. Ioan. Cald. Abb. Card. Zabarell. c. cùm dilectus extr. de ord. cognit. Calcan cons. 75. col. 3 cons. 76. col. 4. Alex. cons. 192. ad fin. lib. 2. Felin. c. examinata. col. antepenult extr. de judic. Felin. c. licet Heli. num. 44. extr. de Simon. Abb. c. pastoralis. col. 1. extr. de causs. possess. & propriet. Corn. cons. 91. col. 1. lib. 4. Barbat. c. 1. num. 13. extr. de offic. delegat. Corn. cons. 8. col. fin. lib. 1. Bertrand. cons. 25. col. 1. lib. 3. Ang. §. omnium. nu. 22. & ibi Ias. num. 147. Institut. de actionib. Ias. l. petens. col. 2. C. de pact. Ias. l. naturaliter. §. nihil commune num 191. & ibi Francisc. Ripa num. 199 ff. de acquir. possess. Anton. Gabr. Roman. in tractat. regul. lib. 6. tit. de claus conclus. 4 nu. 16. ubi ipse multos alios Doctores ad hoc citat.*

Sed hæc lis sive controversia modò vertitur sive pendet coram judicio Cameræ, & sic coram Senatu cæsareæ Majestatis atque sacri Imperii Romani.

Et ex libello Domini actoris liquet, quòd Dominus actor non tantùm tacitè vel implicitè, sed etiam expressè & explicitè intentionem suam fundaverit, & super jure successionis, & super jure renovationis.

Insuper etiam libello Domini actoris est inserta ista clausula: **Vnd sonst seinen Principalen was recht vnd billich ist / mitzutheilen.**

Quæ clausula æquipollet isti clausulæ petens sibi jus & justitiam administrari. Ideoque eundem effectum producere debet, cùm dispositum de uno ex æquipollentibus etiam in alio æquipollenti locum habeat, *l. mulier in princ. & ibi Bart. & Dd. ff. ad SC. Trebell. l. si mater. C. de institut. & substitut.*

Cùm itaque Dominus actor satis superque probaverit, quòd & per obitum Domini Baronis J. Baronia controversa ipsi jure successionis acquisita sit, quodque etiamsi fides fieri posset, per obitum Baronis J. Baroniam controversam Episcopo Monasteriensi apertam, Episcopus Monasteriensis teneatur & obligatus sit, Domino actori istam Baroniam de novo in feudum concedere, sequitur, quòd eo casu, quo prætendi posset Baroniam controversam Domino Episcopo Monasteriensi apertam, pro Domino actore pronunciandum esset, etiamsi Dominus actor conclusionem suam libelli tantùm fundasset super jure successionis, quod tamen minime factum est.

Ad vigesimam nonam & ultimam ra- 340
tionem dubitandi ego respondeo primò, ea, quæ † ibidem adducta sunt, habere locum eo casu, quando investituræ sequentes ab investitura prima ita discrepant, ut nullo modo reconciliari possint, Secus autem est,

quando sequentes investituræ ita interpretari possunt, ut cum prima investitura concordent, tunc enim per sequentes investituras item & qualitatem, formam, tenorem & pacta nova adjecta investituris posterioribus vel sequentibus, nunquam intelligatur derogatum primæ investituræ, neq; etiam naturæ attributæ feudo per primam investituram, sicut hoc satis probatur.

Tum, quia prima investitura est radix & fundamentum omnium sequentium investiturarum, & secundum illam omnes investituræ sequentes intelliguntur & declarantur, sicut hoc supra docui.

Tum, quia semper primæ investituræ standum, & secundum primam investituram pronunciandum est in omnibus omnino controversiis feudalibus, etiamsi in posterioribus investituris quid mutatum reperiatur, sicut hoc supra docui.

Tum, quia posteriora nunquam derogant prioribus, quando posteriora se compatiuntur cum prioribus, sive ita accipi possunt, ut cum prioribus concordent vel conveniant, prout hoc expressè & in specie tradit *Alex. cons. 40. nu. 7. lib. 4. Dec. cons. 97. nu. 5. Purpurat. in addit. ad Zas. l. pacta novissima. C. de pactis.*

Sed in casu præsenti investituræ posteriores sive sequentes ita intelligi possunt & debent, ut cum prima investitura concordent & conveniant, utque non obstantibus illis verbis: Zho unser vnd unsers Stiffts Münster rechten Manlehn / nihiluminùs & fœminæ & descendentes ex fœminis ad successionem Baroniæ controversæ admitti debeant, eam ob caussam, quia in constitutione Monasteriensi expressè cautum est, quod etiam ad successionem feudi masculini fœminæ & descendentes ex fœminis ex primo acquirenti originem trahentes admitti debeant.

Igitur sequitur, ea, quæ in 29. ratione dubitandi adducta sunt, in casu præsenti locum non habere, neque per prædictum pactum Baroniam controversam in personam Domini G. Secundi, Baronis in B. & C. feudum novum effectum.

Secundò ad ea, quæ in 29. ratione dubitandi adducta sunt, respondeo, illud quod dicitur, qualitatem novam, formam novam, tenorem novum & pacta nova adjecta vel inserta investituræ posteriori illud operari, ut feudum antiquum efficiatur novum, tantùm procedere in qualitate, forma, tenore & pactis substantialib. sive substantiam feudi respicientibus. Secus autem est in qualitate, forma, tenore & pactis non substantialibus, sive substantiam non respicientibus, cùm sit clari juris, quòd qualitas, forma, tenor, pacta non substantialia neq; substantiam vel essentiam rei respicientia nunquam alterent vel mutent essentiam, substantiam vel subjectum, ejusve naturam, sicut hoc latè docui supra in sexta ratione dubitandi. Et ultra ibidem adducta idem tradit & probat *Bal. l. ea quæ. C. de cond. indeb. Benincas. §. superest. nu. 88. & 89. Instit. de actio. facit id quod tradit Curt. jun. l. cùm quid. n. 3. ff. si cer. pet. Ias. l. si quis in fundi vocabulo. nu. 41 ff. de leg. 1.*

Sed illa qualitas, tenor, forma, clausula, sive pactum: Zho unser vnd unsers Stiffts von Münster rechten Manlehn / quoad caussam præsentem, non est substantialis, neque substantiam respicit, cùm in constitutione Monasteriensi expressè cautum sit, quòd etiam ad talia feuda fœminæ & descendentes ex fœminis admitti debeant.

Igitur etiam ex hoc capite sequitur, quòd per prædictam qualitatem, formam, tenorem, clausulam sive pactum Baroniæ controversa in persona Domini G. Secundi, Baronis in B. & C. non fuerit effectum feudum novum, sed manserit feudum antiquum, ejusq; naturam retinuerit, quodque eam ob caussam Dominus actor ad successionem Baroniæ controversæ vigore tam primæ investituræ, quam constitutionis Monasteriensis admitti debeat, nec ei quicquam obstare vel refragari, quòd Domina H. a qua Dominus actor originem traxit, Domino G. Secundo, non in linea descendente, sed in linea transversali conjuncta, ejusque soror fuerit.

Tertiò respondeo, per qualitatem, formam, tenorem, clausulam, vel pacta nova posterioribus investituris inserta, feudum antiquum nunquam effici novum eo casu, quando posteriores investituræ se expressè referunt ad primam investituram, prout hoc tradit *Bal. cons. 249. lib. 2. Alb. Brun. cons. 78. n. 3.*

Idem quoque juris est, si investituræ posteriores vel sequentes se tacitè referant ad investituram primam, ut puta, si Dominus feudi in investituris posterioribus vel sequentibus dixerit, se vasallum investire de eodem feudo, vel similibus verbis usus fuerit, prout hoc tradit *Bald. c. 1. in princ. arg. illius text. de vasall. decrep. ætat.*

Et confirmatur per id, quod superiùs docui, quòd per posteriores investituras nunquam derogetur primæ investituræ eo casu,

casu, quando posteriores investituræ se tacitè vel expresse referunt ad primam investituram.

Sed in casu præsenti omnes investituræ posteriores sive sequentes se referunt ad primam investituram.

Igitur etiam ex hoc capite sequitur, quòd per posteriores investituras primæ investituræ non fuerit derogatum, neque natura attributa Baroniæ controversæ per primam investituram, quòd videlicet illa Baronia sit feudum antiquum mutata vel alterata.

Quartò respondeo, illud, quod in vigesima nona ratione dubitandi adductum est, quòd per qualitatem, formam, tenorem, clausulam, vel pacta nova posterioribus investituris inserta feudum antiquum efficiatur novum, tantùm procedete, quoad præjudicium illius vasalli, qui illi adjectioni vel mutationi sponte & certa scientia consensit, illudque constet, quòd vasallus illi alterationi, mutationi & adjectioni sponte & ex certa scientia consenserit. Namque in dubio præsumitur, illam adjectionem, mutationem vel alterationem esse factam non ex certa scientia, sed vel per errorem, vel per impressionem. Ideoque illa adjectio, mutatio vel alteratio nec ipsi quidem vasallo, qui se cum ista adjectione, alteratione vel mutatione investiri passus est, nocet vel præjudicat, sicut hoc supra docui.

Similiter quoque nova qualitas, nova forma, novus tenor, nova clausula adjecta investituris posterioribus, agnatis vel cognatis vasalli, quibus ex investitura prima jus quæsitum est, absq; omni dubio non nocet neque præjudicat, neque hoc operatur, ut quoad præjudicium illorum feudum antiquum efficiatur novum, etiamsi illa adjectio, alteratio vel mutatio fuerit facta & ex certa scientia & sponte. Namque clari juris est, & à Dd. communiter traditum, quòd neque Vasallo, neque Domino feudi permittatur per adjectionem novæ qualitatis, novæ formæ, novi tenoris, novæ clausulæ, vel novorum pactorum, aut etiam per expressam conventionem ex feudo antiquo feudum novum facere in præjudicium illorum agnatorum vel cognatorum, quibus ex prima investitura jus quæsitum est, *gloss. c. 1. & ibi Bald. Alvar. Mart. Laud. Præpos. & Dd. de vasall. decrep. ætat. gloss. c. 1. & ibi Bald. nu. 20. Mart. Laud. nu. 14 Alvar. nu. 3. & 8. Præpos. nu. 2. Matth. de Afflict. nu. 51. arg. ill. text. an agnatus. gloss. c. 1. & ibi Dd. de eo, qui finem fecit. gloss. c. quæcunq; 25. quæst. 2 Iacob. de Ardizon. in sum. feud. 2. part 2. part. princip. quæst. 1. ad finem. vers & erit sciendum. Bald. l. 1. quæst. 15. ff. de rer. divis. Bald. l. quoties. nu. 5. circ. fin. C. de suis & legitim. hæredib. Bald. in præalud. feudal. 5. divis. in fin. Card. Florent. cons. 92. dub. 1. Paul. Castrens. cons. 290. col. 1. & cons 455. dub. 1. lib. 2. Roman. cons. 1. in fin. cons. 315. & ibi Horat. Mandos. in addit. Ias. cons. 96. col. fin. cons. 130. col. antepen. vers. ista opinio. lib. 2. cons. 7. col. 7. circ. fin. vers. non obstat secundò. lib 3. Dec. cons. 78. col. fin. cons. 445. col. 2. vers. quia ad hoc respondetur. Zas. in tract. feudal. part. 12. nu. 44. Tiraq. in tract. de utroq; retract. part. 1. §. 32. gloss. 1. nu. 38. & 39. Ioan. Crott. repetit. l. si is qui pro emptore. nu. 87. & 88. ff. de usucapion. Thomas de Marin. in tract. de gener. & qualitat. feud lib 1. tit. 2 nu. 38. 39. & 42. ubi ipse & hanc sententiam communem esse attestatur, & multos alios Dd. pro hac sententia citat.*

Et confirmatur per id, quod superiùs docui & comprobavi, quòd Domino feudi etiam cum consensu voluntario & deliberato vasalli non permittatur à prima investitura recedere, vel pacta nova, qualitates novas, formam novam, tenorem novum, aut clausulas novas sequentibus sibi posterioribus investituris adjicere vel inserere in præjudicium illorum, quibus ex prima investitura jus quæsitum est.

Quinimò ex illis, quæ superiùs docui, satis superque liquet, si posterioribus investituris fuerit adjecta vel inserta nova qualitas, nova forma, nova clausula, novus tenor, vel nova pacta etiam cum consensu spontaneo & non coacto vasalli hoc etiam posteris & filiis ipsius vasalli consentientis non nocere neque præjudicium aliquod inferre.

Sed hactenus probatum non est, illam clausulam: **Zho unser und unsers Stiffts von Münster rechten Manlehn** / posterioribus investituris esse insertam cum consensu spontaneo, deliberato & non coacto illorum Baronum in B. qui cum adjectione illius clausulæ de Baronia controversa investiti fuêre.

Igitur sequitur, præsumendum † esse, illam clausulam posterioribus investituris insertam esse per errorem vel impressionem, eamq; ob caussam illam adjectionem, mutationem vel alterationem neq; ipsis vasallis, Baronibus nempe taliter investitis, multò verò minus agnatis, cognatis, vel posteris suis aliquod præjudicium peperisse. 341

Illique præsumptioni standum, donec contrarium probetur, cùm sit clari juris,

 quod

quòd præsumptio & onus probandi in adversarium transferat, & eum, pro quo militat, ab onere probandi relevet, *Bart. l. in illa stipulatione, si Calendis. ff. de verb. oblig. Socin. cons. 66. col. 7. lib. 1.* eique standum sit, donec contrarium probetur, *l. fin. in princ. & ibi Bart. & Dd ff. quod metus caussa. l. sive possidetis. & ibi Bart. & Dd. C. de probat. & Hippol. de Marsil. sing. 451.*

Rursus ex hoc infertur, cùm Dominus actor G. Secundo, qui primus cum ista nova adjectione de Baronia controversa investitus est, non lineâ descendenti, sed lineâ transversali conjunctus sit, & descendat à Dominâ H. quæ fuit soror Domini G. Secundi, illam adjectionem factam in investituris posterioribus Domino actori non nocere neque præjudicare, etiamsi probari posset, illam adjectionem, mutationem & alterationem esse factam cum consensu spontaneo Domini G. Secundi, ejusque posterorum.

Ulteriùs ex hoc infertur, etiamsi probari posset, parentes vel majores Domini actoris huic adjectioni, alterationi & mutationi consensisse, attamen nec hoc quidem casu istam mutationem, alterationem & adjectionem Domino actori nocere vel præjudicare, multò verò minus ista adjectio & alteratio Domino actori nocere poterit, parentes vel majores Domini actoris illi adjectioni, mutationi & alterationi consensisse.

Et sic ex prædictis omnibus liquet atque patet, hanc nostam decisionem ad propositam facti speciem verissimam esse, nec ei quicquam obstare rationes contrarias pro Dominu Episcopo Monasteriensi adductas.

CONSILIUM DECIMUM QVINTUM.

Est informatio de constituendo judicio feudali, quomodo illud sit instituendum, & in eo procedendum, eo casu, quando Dominus feudi contra Vasallum propter Feloniam vel alias caussas ad privationem feudi agere intendit.

SUMMARIA.

1. Lis ratione feudi inter Dominum & Vasallum mota, ad Parium cognitionem spectat.

2. Pares curiæ qui dicantur.

3. Iudicium Parium quomodo constitui debeat, & in eo procedi, & n. seqq. & n. 7. 8. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. & 22.

4. Declaratio text. c. 1. § fin. De investitur. in mar. fact. & num. seqq.

5. Specialis facti narratio decisionem iuris generalem non restringit.

6. Ratio diversitatis, ubi assignari nequit, idem ius servandum est.

7. Cautio, ne Dominus Vasallum feudo privandum ad iudicium vocaturus fidelem nominet.

8. Imperator, quando quis Ducem vel Comitem appellat, qui eâ dignitate caret, vel ea ipso iure ob delictum privatus est, an is eo ipso illam dignitatem de novo consequatur.

9. Imperator vel Papa eo ipso, quod loco alicui absq. eius auctoritate constructo, ut civitati vel castro scribit, ei civitatis vel castri privilegium concessisse intelligitur.

10. Iniuria remissio inducitur eo ipso, quòd quis alium salutat.

11. Et

11. Et per hoc, quòd Princeps alicui gratiam suam offert.

12. Pares quis eligat.

13. Et an Dominus solus Pares eligere possit, tunc cùm vasallus recusat, illos unà cum Domino eligere.

14. Pares electi an teneantur præstare iuramentum de rectè iudicando.

15. Ex Paribus electis, an & quando unus iudex constitui vel alius iudex feudalis adiungi eis possit, & num. seqq. & num. 17.

16. In constituendo iudicio feudali in omnibus & per omnia debet servari æqualitas inter Dominum & Vasallum, uno excepto.

18. Pares Notarium deputare debent, qui iuratus acta scribat.

19. Item & nuncium.

20. In feudalibus ordo iudiciarius ut in aliis caussis observandus est.

21. Ius tamen canonicum, ubi à iure civili circa processum discrepat, tenendum est.

22. Quid si Dominus vasallo iustitiam deneget, & num. 24.

23. Vasallus quando intelligatur Domino iustitiam denegasse.

25. Quid si vasallus verè sit contumax, & num. 27. 29.

26. Contumacia vera & manifesta quomodo committatur.

28. Ob delictum incidenter commissum in iudicio, regulariter quis condemnari potest, absq; novo processu.

30. Iudicium feudale de iure Saxonico quomodo constituendum.

31. In Ducatu Megapolit. non ius Saxonicum, sed civile servatur hoc tempore.

Kurtze vnd summarische Informatio, wie vnd welcher gestalt das Lehengerichte zu bestellen/ vnd in Lehensachen zu procediren sey/ dißfalls/ wenn ein Lehenherr seinen Lehenmann vmb Verlust seines Lehenguts oder anderer gestalt wegen des Lehenguts zu besprechen vorhabens.

Zum andern / vnd ausserhalb dieses alles seines vngehorsamen fürnehmens vnnd aussenbleibens / hat gedachter N. S. wolgemelten Herrn vnd S. G. Hauptleute vor der Käy. Mäy. vnbefugter weis beklagt / Als hette wolgedachter Herr vnd S. G. Hauptleute / jhme vnd seinen Vnterthanen / auff seine vnd jhre Beschwerung zur Billigkeit nicht verhelffen wollen/da er doch wolgemelten Herrn für seinen Herrn nicht erkandt / vielweniger vmb Verhelffung der Billigkeit / wegen sein oder seiner Vnterthanen/ S. G. die zeit seines Lebens ersucht. Vnnd ist wolgemelter Herr erbötig gewest / gedachtem N. S vnd seinen Vnterthanen auff jhr ansuchen zu jeder zeit / justiciam zu administriren, vngeachtet/daß er S. G. mit Leistung der Huldung vnd Pflicht vor seinen Herrn nicht erkandt. Den Fall aber zu setzen / daß wolgemelter Herr gedachtem N. S. oder seinen Vntersassen justitiam nicht administrirt, welches doch keines weges gestanden / so hette er doch vermüge des Landes Privilegii S. G. vor die Landtafel vnd geschworne Landrichter laden vnnd citiren sollen / da dann S. G. laut vnd vermüge des Lands Privilegien hette gestehen /vnd sich mit jhme auff seine Beschuldigung billigen müssen lassen / Vnnd da er von der Landtafel mit Billigkeit nicht zu frieden gestalt/als dann hette er fug vnnd macht gehabt / zu der höhesten Obrigkeit / vnnd sonsten ausserhalb der Landtafel zu appelliren , vnnd dieselbe vmb Hülff anzuruffen. es hat aber gedachter vom Adel dessen vngeachtet / wolgemelten Herren

fürsetzlicher mutwilliger weise vnd dem Lands Privilegio zu wider vor Käy. Mäy. zum hefftigsten injurit vnd beklagt.

Wird derwegen begeret / wie vnd welcher gestalt wolgemelter Herr sich gegen gedachtem vom Adell berürtes Vngehorsams / Mutwillens vnd Injurien halber zu verhalten/vnd wes S. G. derwegen wider jhne vorzunehmen befügt.

Auff diesen Fall / erachte ich im Rechten ergründet sein/ daß N. S. wegen vorberürtem seinem mutwilligen vnd vngehorsamen Fürnehmen/ sich aller vnd jeder seiner Lehen vnnd Erbgüter / so er von wolgemeltem Herrn S. zu Lehne tregt/vnd vnter S. G. ligend hat/ verlustig gemacht habe. Daß auch wolgemelter Herr wider gedachten N. S ad privationem beyde der Lehen vnd Erbgüter / zu klagen wol befugt/ doch also vnterschiedlichen/ daß die Klage ad privationem der Lehngüter vor den nidergesetzten Lehnrichter vnd Mannen/die Klage aber ad privationem der Erbgüter vor dem ordentlichen Richter angestalt vnnd erhoben werden / wie dieses mit nachfolgenden Rechtsgründen bewehret vnnd comprobirt wird.

Namque primò hæc decisio probatur † per *textum. c. 1. in princ. quæ fuit prima causs.* ubi text. inquit, *Quod si vasallus per annum & diem Domino suo mortuo steterit, quod hæredem Domini sui investituram petendo & fidelitatem pollicendo non adierit, tanquam ingratus beneficium amittit.*

1

Secundò, hanc sententiam probat *text. c. 1. in prin. de capitul Corrad.* ubi text. inquit, *Imperator Corradus constituit, ut si post mortem Domini vasallus, vel post mortem vasalli hæredes ejus per annum & diem steterint, quod Dominum vel hæredem ejus non adierint, fidelitatem pollicendo & investituram petendo, si tale sit beneficium, ut fidelitas sit præstanda, ipsum perdat.* Et sic ex illis duobus textibus ex verbo nempe, *fidelitatem pollicendo*, colligitur, quod mortuo vel aliter mutato Domino feudi, vasallus juramentum fidelitatis intra annum & diem præstare cogatur, quodque ipse, si hoc non fecerit, feudum amittat, nec obstat, quod prædicti textus loquantur tantum eo casu, quando Dominus mortuus fuit.

Nec faciant mentionem de illo casu, quando dominium feudi aliter fuit mutatum, sive alio modo ad alium translatum, & tantum de hærede, non autem de alio successore singulari mentionem faciat. Namque respondeo, in omnibus illis casibus eandem rationem militare, eamque ob causam in omnibus idem jus statuendum esse, etiamsi verba deficiant, rationem enim legis constat esse & ipsam legem, *gl. l. 2. verbo, rationem*, vel legem, *C. de consuetud. Bald. cons. 467. in fin. lib. 2. Tiraquell. in tractat. cessan. causs. part. 1. numer. 135.* & mentem, *Dyn. c. fin. de reg. jur. lib sexto.* & medullam, *Bald. l. 1. col. fin. ff si cert. petat.* & animam, *Bald. l. si quis servo. col. fin. C. de furt. Tiraquell. repetit. l si unquam. verb. libertis. numer. 46. C. de revocand. donatio.* & spiritum, *Bald. consil. 275. col 3. lib. 2.* & essentiam ipsius legis, *Bald. c. 1. §. & quia vidimus. col. antepen. de his qui feud. dare poss.* nihilque à lege ipsa differre, *Tiraquell. in tractat. cessan. causs part. 1. num. 135.* ideoque receptum est, in dispositione legis potius rationem sive mentem, quam verba esse inspicienda, *l. penult. ff. ad exhibend. l. scire leges. ff de legib l. quamvis. ff. de in jus vocand. l. credendum. ff qui petant tutor. l. scire. §. aliud. ff. de excusat. tutor.* illudque non censeri amissum, quod eadem ratione concluditur, *Bald. l. per diversas. col. 1. C. mandati*, atque in omnibus illis casibus, in quibus eadem ratio militat, idem quoque jus statuendum esse, *l. illud in princ. ff. ad leg. Aquil.* etiamsi verba legis deficiant, *l. 2. §. si mater. vers. quid si curatores & vers. quid ergo, si non fuerit. ff. ad SC. Tertullia. l. si quis adulterium. §. 1. & l. nihil. ff. ad leg. Iul. de adult. l. 1. §. incidit ff. ad SC. Turpillia.*

Præterea, illi casus mutationem dominii, nempe contingere per mortem vel alio modo, sunt causæ & similes & æquipollentes, & certi atque indubitati juris est, quod dispositio loquens in uno casu sive de uno casu ad omnes casus similes vel æquipollentes extendatur, *l. Gallus. §. & quid si tantum, & ibi Bart. Alexand. Ias. & Dd. ff. de liber. & posthum. l. mulier in princ. ff. ad S. C. Trebell. l. fin. §. fin. ff. mandati. l. si mater C. de institutio. & substitut. sub condit. fact.*

Deinde quoque certi & indubitati juris est, † quod non tantùm universalis successor vasalli, sed etiam is, qui singulari tantùm titulo, emptionis: nempe donationis vel simili vasallo succedit, investituram petere & juramentum fidelitatis præstare teneatur, quodque vasalli successor indistinctè & investituram petere & fide- 2

& fidelitatem præstare obligatus sit, etiamsi mutatio circa personam vasalli contingat, non morte sed alio modo, *Andr. de Isern. & Alvarott. c. 1. §. sed & res, & ibi Præposit. num. 3. & Matth. de Afflict. num. 23. per quos fiat investitura, Iacobin. de S. Georg. in tractat. feudal. verb. & cum pacto. el. 2. numer. 41. Curt. in tract. feudal. 4. part. num. 149. Zas in tract. feudal. 7. part. num. 1.*

Cum itaque Dominus & vasallus sint correlativa, eamque ob causam, dispositum de vasallo etiam in Domino locum habeat, *c. 1. in fin. & ibi Dd de form. fidelitat. c. 1. & ibi Dd. qualiter Domin. proprietat. feud. privet. c. de forma & ibi gl. 22. q. final. gl. penultim. c. 1. §. fin. de prohibit. feudi alienat. per Frider. Alexand. consil. 15. numer. 5. lib. 5. Corneus consil. 331. num. 3. lib. 4. Matth. de Afflict. c. 1. §. item qui domino. numer. 19. quæ fuit prim. caus. Zas. in tractat. feud. 7. part. num. 57.* sicut dispositum de uno ex correlativis etiam ad aliud correlativum extenditur, *l. final. & ibi Bart. & Ias. C. de indict. viduitat. tollend. l. 1. & ibi Bart. C. de cupress. lib. 10.* sequitur, quod vasallus sub pœna privationis feudi juramentum fidelitatis successori Domini feudi indistinctè præstare cogatur, sive ille sit successor universalis sive singularis, item, sive mutatio dominii contingat per mortem, sive alio modo.

Tertiò, hæc sententia probatur † per *text. in c. 1. §. fin. per quos fiat investit.* ubi text. inquit, nulla investitura facienda est illi qui fidelitatem facere recusat, cum à fidelitate feudum dicatur, & ibi *Alvarott. in primo notab. dicit*, Nota, quod feudum regulariter datur propter fidelitatem, & ideo si per vasallum denegetur fidelitas Domino, poterit quoque per Dominum denegari vasallo ipsum feudum & investitura ipsius, quod dictum ibidem refert atque sequitur *Præpositus. num. 1. & Matth. de Afflict. ibid. nu. 4.* ex illo textu colligit, pœnam nolentis jurare fidelitatem esse amissionem feudi.

Quartò, pro hac sententia comprobanda facit *textus c. 1. §. 1. quæ fuit prim. caus.*

Ex quo textu similiter colligitur, eum qui juramentum fidelitatis Domino facere recusat, feudum perdere, quod & idem tradit *Curt. in tractat. feud. 4. part. numer. 58. Zas. in tractat. feuda. 10. part. numer. 16. Cardinal. Paris. consil. 1. numer. 15. lib. 1.*

Nec obstat, quod † *textus in d. §. 1. trinam monitionem requirat*, ad hoc ut quis propter juramentum fidelitatis non præstitum feudo privari possit. Namque respondeo, *text. in d. §. 1.* procedere tantum in feudo novo, non autem in feudo antiquo. 4

Deinde respondeo, illum textum procedere eo casu, quando non intervenit lapsus anni, namque anni lapsu interveniente propter non præstitum juramentum fidelitatis vasallus indistinctè feudo privatur, etiamsi monitio nulla intervenerit, quas duas solutiones tradit *Præposit. in d. c. 1. §. 1. col. 2. quæ fuit prima causa.* & satis probantur per *text. cap. primo in princip. quæ fuit prima causa cap. primo in princip. de capitul. Corrad.*

Quintò, hæc sententia confirmatur ex eo, quod tradit *Alvarott. & Præposit. cap. 1. §. final. per quos fiat investit.* ubi ipsi in hac quæstione, utrum propter juramentum fidelitatis non præstitum, vasallus feudo privetur, distinguunt inter recusationem expressam & tacitam, item, inter feudum novum & antiquum, & concludunt, vasallum qui expresse recusavit juramentum fidelitatis Domino præstare, ilico & in continenti feudum tàm novum quàm antiquum perdere, & idem juris esse dicunt, si vasallus tacitè recusavit, juramentum fidelitatis Domino feudi præstare, quod ante ipsos ibidem etiam expresse tenuit *Iacobin. de Belviso*, & etiam est de mente *Baldi* ibidem, & subjungunt postea *Præpositus & Alvarott.* recusationem tacitam in feudo novo induci per hoc, quod vasallus interpellatus juramentum fidelitatis non præstat, in feudo verò antiquo recusationem tacitam ex lapsu anni & diei etiam citra interpellationem induci.

Sextò, hæc decisio † etiam ex eo suadetur, quia non tantùm vasallus juramentum fidelitatis, verùm etiam quilibet subditus Domino, sive superiori suo juramentum præstare obligatus est, *c. 1. & ibi Andr. de Isern. Iacobin. de Belvis. Bald. Alvarott. Præposit. Matth. de Afflict. & Dd. qual. deb. jura. vasall. Dom. fidel. cap. 1. §. vasall. nostri & ibi Bald. de pace constant.* 5

Iacobin. de S. Georg. in tract. feudal. verb: qui quidem investiri. num. 8. Steph. Bertran. conf. 318. part. 1. lib 3. Ægid. Boßius in tractat. criminal. sub titul. de crim. læs. majest. num. 107. ubi ipse attestatur, etiam *Bartolum & Albericum de Rosate* hanc opinionem amplecti. Et hoc juramentum vocatur juramentum assecurationis, *Alvarot. & Præpos. c. 1. qualiter vasallus jur. deb. fidelitat. Bertrand. cons. 311. lib. 3. part. 1.* illiusque rei, quare hoc juramentum præstare debeat, talis assignatur ratio. Quia Dominus terræ habet jurisdictionem in suo territorio, *l. pupillus §. territorium. ff. de verb. significat. l. nulli. §. si invito C. de Episcop & cler.* & ratio hujus rationis est, quia per tale juramentum purgatur suspicio, & assecuratur Dominus, *c. 1. & ibi Andr. de Isern. Alvar. & Præpos. qualit vasall. jura. deb. l. præsenti circa medium. cum ibi notat. C. de his qui ad Eccles. confug. c. petitio extr. de jurejur. Bertrand. cons. 311. lib. 3. part. 1.*

Cæterum, illi qui simul sunt vasalli & subditi, utrumque juramentum videlicet tam fidelitatis quàm assecurationis præstare debent, *gl. c. 1. § vasalli nostri. & ibi Bald. de pace constant. Alvarott. c. 1 nu. 5. & ibi Præposit. num. 3. qualit. vasall. Domino fidelitat. jura. deb.*

6 Et cum hoc juramentum † securitatem Domini respiciat, dubium non est, hoc juramentum respicere & utilitatem & pacem publicam, cum & publicè intersit, Principes sive Dominos securos esse. Et pax publica salva esse nequeat, si Domini sive Principes terra-
7 rum † securi non sint. Ideoque is qui hoc juramentum assecurationis Domino præstare non vult, omnia bona sua amittere debet.

Cum sit clari & manifesti juris, eum qui illud juramentum, quod pacem publicam respicit, præstare recusat, publicatione bonorum puniri, juxta *text. expressum c. 1. §. qui pacem, de pac. juramen. firman.* ubi text. inquit: *Qui pacem tenere & jurare noluerit, beneficio & lege pacis non fruatur.* Ex quo *textu* ibidem expressè colligit *Iacobin. de Belvis.* Ejus, qui pacem jurare noluit, bona publicari & domum destrui, quod etiam ex illo textu colligit *Alvarott. & Præposit, item & Matth. de Afflict. c. 1. §. fin num. 4. per quos fiat invest.*

8 Septimo, is subditus † qui tacitè vel expressè recusat, Domino vel Principi suo juramentum assecurationis præstare, rebellis efficitur & in crimen rebellionis incidit, sicut hoc satis probatur ex eo, quod
rebellis † dicatur omnis is, qui est in pro- 9
terva & notoria inobedientia, *Ang. l. 2. §. fin. ff. de judic. Ias. cons. 86. numer. 3. & consil. 139. numer. 2. lib. 3. Dec. c. sane el. 2. num. 3. extr. de off. deleg. Hieron. Gig. in tract de crimine læsæ majest. sub rubr. de rebellib. q. 1. nu. 3. arg. gl. l. si certatur. §. fin. ff. de milit. testamen.*

Huc accedit, quod verbum, † *rebelles*, sit verba generale, & accipiatur pro quolibet subdito, qui dicto vel facto superiori contradicit, *Bald. l. si vero. §. quid ergo. ff. de testament. militar. Dec. c. sane. el. 2. numer. 3. extr. de offic. delegat. Dec. consil. 604. numer. 1.* Quodque rebelliter vivere dicatur is, qui scienter recusat facere id, quod de jure tenetur, *Domin. c. fin. distinct. 38. Dec. d. c. sane. el. 2. numer. 3.* hinc & alibi dicitur, rebellem illum dici, qui facto resistit jurisdictioni vel superiori, *Anton. de Butr d. c. sane el. 2. num. 4. Socin. jun consil. 68. numer. 139. lib. 3.*

Et quod is, qui Domino suo naturali resistit, rebellis dicatur, tenet etiam *Abb. d. c. sane el. 2. numer. 4. & ibi Dec. numer 3. ext. de off. deleg. Dec. consil. 604. numer. 1 Alber. Brun. consil. 23. num. 1.* & idem vult *Petr. de Anchor. Clement. pastoralis num. 4.* ubi ipse dicit, quod rebellare idem sit, quàm resistere, quod & idem dicit *Bart. in constit. ad reprimendum verb. tenore. Hieron. Gig. in tractat. de crimine læsæ majestat. sub rubr. qui sunt rebelles quæst. 1. numer. 5. Ægid. Boßius in tractat. criminali sub rubr. de crimine læsæ majest. nu. 68.* eandem quoque sententiam amplectitur *Alexand. consil. 103 num. 1. verb. præterea. lib. 1.* ubi ipse dicit, quod rebellis idem sit, quod inobediens.

Nec dubium est, illum rebellem & quidem propriè & strictè dici, qui Domino sive Principi suo resistit vel refragatur in his, quæ petuntur pro statu, sive respiciunt statum, prosperitatem vel securitatem Imperii, dominii, aut etiam Domini, *Bart in constit. qui sint rebelles, versu rebellando. n. 2. Dec. c. sane, el. 2. num. 3. extr. de off. deleg. Dec. consil. 604. numer. 1. Hieron. Gigas in tractat. de crimin læsæ majest. sub rubr. de rebellib. q. 1. Alex. consil. 103. nu. 18. lib. 1. Andr. de Isern. c. 1. verb. & committentium crimen læsæ majest. col. 6. vers. animadvertendum est, quæ sunt regalia. Ægid. Boßius. in tract. crimin. sub rub de defens reorum. num. 48. Curt. jun. cons. 137. nu. 12. Ioan. Bapt. Castell. in addit. ad dictionem. Alberic. vers. Rebellis.*

Simi-

Similiter & is rebellis dicitur, qui contra debitum subjectionis opera rebellionis facit, *Francisc Lucan. in tract. de fisco. & ejus privilegiis 2. part. sub rubr. de crimine læsæ majestat. num. 13.* Quod etiam ex eo comprobatur, quod rebelles appellantur omnes illi, qui in fide non permanent, & jussis Principis non obediunt, prout hoc tradit *Ambros. Cappellicius in suo Dictionario. Hieron. Gigas in tract. de crimine læsæ majest. sub rubr. de rebellib. q. 1. num. 4.* Et est de mente *Bartoli in constitutio. qui sunt rebelles. verb. rebelles.* Ubi ipse exponit, verbum, rebellis, id est, infidelis. Et hæc rebellio committitur tàm faciendo aliquid contra quàm non faciendo, sive non obediendo. *Bart. in constitut. qui sint rebelles verb. tenore. num. 1. Petr. de Anchor. Clement. Pastoralis. nu 4. de sentent. & re judic. Hier. Gigas in tractat. de crim. læs. majest. sub rubr. de rebellib. q. 1. num. 6. & 9. Ægid. Boss. in tract. crimin. sub rub. de crim. læsæ majest. nu. 68.*

Sed certum est, quod omnes subditi sint astricti juramentum assecurationis Domino suo præstare. Quodque præstatio juramenti assecurationis respiciat statum, prosperitatem & securitatem reipub. Imperii, sive dominii. Igitur sequitur, quod is, qui juramentum assecurationis Domino præstare recusat, rebellis efficiatur, & in pœnam rebellionis incidat.

10 Similiter legib. expressè cautum est, † illos, qui crimen rebellionis contrahunt, vel in crimen rebellionis incidunt, omnia feuda sua amittere, *Bart. in constitut. qui sunt rebelles. verb. rebellando. Matth. de Afflict. c. 1. §. fin. num. 63. quib. mod. feud. amitt. Ias. cons. 86. lib. 3. Dec. cons. 6 ó 8. num. 2. & 3. Albert Brun. cons. 28. Socin. jun. cons. 63. num. 51. & 140. lib. 3. Card. Paris. cons. 1. num. 16. lib. 1. Hieron. Gig. in tract. de crim. læsæ majest. sub rubric. de pœnis comitt. crim. læs. majest. q. 25. n 2.* Quinimò, rebellis non tantùm bona feudalia, verùm etiam omnia bona allodialia amittere meretur, prout hoc est de mente *Bartoli in constitut. qui sint rebelles verb. rebellando. num. 17.* & expressè tradit *Curt. jun. cons. 137. num. 15. Ægid. Boss in tract. crim. sub rubr. de crim. læsæ majest. num. 72. 73. & 74. Socin. jun. consil. 68. num. 140. lib. 3. Alber. Brun. consil. 28.*

Igitur sequitur, quod is, qui recusat juramentum assecurationis præstare Domino sive Principi, nempe Baroni vel Comiti, puniri possit & publicatione bonorum allodialium, & privatione feudi,

11 Nec obstat, quod pœnas † rebellionis non patiatur is, qui est rebellis non Imperatori vel summo Principi, sed Principi, Comiti, Baroni vel alteri Domino superiorem recognoscenti, *Bartol. in constitut. qui sint rebelles, verb. rebellando. num. 3. 4. & 5. Bald. cons. 459. col. 2. lib. 2. Alex. cons. 103. num. 18. lib. 1. Barbat. cons 70. lib. 4. Dec cons. 410. in fin. Petr de Anchor. cons 287. Calderin. cons. 6. in tit. de accusat. Hieron. Gigas in tract. de crim. læs. majest. sub rubr. de rebellib. q. 18. Ægid. Boss. in tract. crimin. sub rubr. de crim. læs. majest. num. 101.* Namque hoc tantum procedit, quoad dispositionem illius constitutionis, qui sunt rebelles, secus autem est, quoad hoc, ut rebelles affici possint pœna privationis feudi & publicationis bonorum.

Namque illa pœna habet locum in omni eo, qui Principi sive Domino suo regalia & perpetuam jurisdictionem habenti, in his quæ ad prosperitatem sive securitatem illius spectant, refragatur, vel resistit, sive illi Principes vel Domini recognoscant superiorem sive non, prout hoc expressè tradit *Bart. in d. verb. rebellando. num. 3. 4. & 5. dum videl. ibi Bart.* concludit, licet constitutio, qui sunt rebelles, non habeat locum in illis, qui rebellant contra alium Principem, Comitem vel Baronem quam Imperatorem, illos tamen puniri secundum dispositionem, *l. amissionem §. qui deficiunt. ff. de capit. dimin.* Cujus dispositionis communis intellectus est, rebelles amissione bonorum affici. Et illud expressè & in specie tenet *Alber. Brun cons. 28.* ubi ipse testatur etiam *Cynum, Baldum, Salicetum, Angelum. P. Castrensem. Marc. Sorinum Seniorem & An. Aretinum ejus sententiæ esse.* Eandem quoque sententiam amplectitur *Barbat. cons. 70. n. 29. lib. 4. Hieron. Gig. in tract. de crimine læsæ majest. sub rubr. de rebellib. q. 18. Ægid. Boss. in tract. criminali, sub tit. crim. læs. majest. nu. 101.* Et sic liquet, illam sententiam communem esse, eamque ob causam ab illa non est recedendum, Cum sit clari & indubiti juris, communes & receptas *Dd.* sententias & in judicando & in consulendo sequendas, *l. 1. & ibi Bald. arg ill. text. ff. de senatorib l. 1. ff. de off. quæst. l. Athletas.in pr. ff. de his qui notant. infam. Abb. Felin. & Dec. c. 1. extr. de constitut. Bald c. 1. §. judices, de pace juram. firmand. Abb. c. novimus. arg. ill. text. extr. verb. significat. Alex cons. 51. lib. 5. fac. text. c. de induciis 3. q. 3. l. fin C. fideicommiss. c. prudentiam in prin. extr. de off. delegati.* Usque adeò, quod

quod is qui contra communem opinionem judicat, & imperitus præsumatur; *Alex. conf. 75. num. 6. lib. 2.* & faciat litem suam, atque parti læsæ ad id, quod interest, teneatur, *Bart. l. fin. C. de pœn. judic. qui malè judica. Angel. l. terminato. C. fructib. & lit. expens. Abb. d. c. prudentiam in princ. Petr. de Auchor. Clement. ne Romani extr. de electio. Anton. de Butr. c. ex literis, el. 1. extr. de sponsalib. Felin. c. 1. nu. 54. extr. de constitut. Ias. l. cum prolatis. ff. re judicat.*

12 Similiter non obstat huic decisioni, quod is † qui subditus non est, crimen rebellionis perpetrare nequeat, *Bart. in constit. qui sunt rebelles. vers. tenore. nu. 7. & verb. rebellando. Bald. l. 2. C. de falsa moneta. Bald. l. 2. C. de indict. libert. tollend. Felin. c. 1. col. 2. extr. de offic. delegat. Alex. in addit. ad Bart. l. 1. ff. ad l. Iulia. majest. Oldrad. conf. 43. col. 3. Socin. conf. 22. lib. 2. Mart. Laudens. in tract. de princ. in tit. de crimine læs. majest. vers. 34. Card. Paris. conf. 101. num. 33. lib. 1. Hieron. Gig. in tract. de crim. læs. majest. sub rubr. de rebellib. q. 7. num. 7. Ægid. Boss. in tract. criminal. tit. de crim. læs. majest. num. 80. & 81. per text. express. in Clem. pastoralis & ibi Card. Zabarell. Ioh. de Imol. Petr. de Auchor. & Dd. de senten. & re judic.* sicut etiam crimen læsæ majestatis committi non potest ab alio, quàm à subdito tantum, *Hieron. Gigas in tract. de crimine læsæ majest. sub rubr. qualiter & à quib. quæst. 68.*

13 Quodque forsan dici posset, quem non † effici subditum nisi præstito juramento assecurationis. Namque respondeo, subjectionem non quæri ex præstatione sive per præstationem juramenti assecurationis, *Innoc. c. 2. extr. de Capell. monachorum. Bald. l. nec si volens. C. de libera. causs. Bald. l. 2. col. 3. C. de servit. & aqua.* sed ex eo, quod quis Baroniam, Comitatum vel alium locum cum jurisdictione omnibusque pertinentiis justo titulo acquirit ab eo qui dominiū illius loci unà cum jurisdictione habuit, atque quis saltem unum actum possessorium exercuit, sicut hoc expressè tradit *Bart. l. 3. in princ. & ibi Ias. & Dd. ff. acquir. possess. Bart. l. 1. §. si quis hoc interdicto. ff. de itin. actuq. privato.*

Quinimò, quando quis titulum ab Imperatore vel cum consensu Imperatoris habet, ex solo titulo possessionem vel quasi, etiam absque exercitio actus possessoris acquiri, multi Dd tradunt, *Iohan. Andr. c. olim extr. verb. sign. Bald. in præludiis feudo. col. 10. Bald. l. fin. in princ. ff. constitut. princ. Bald. c. ad audientiam extr. de præscript.* Ideoque receptum est, etiam illum, qui ante juramentum assecurationis præstitū refragatur vel resistit Domino vel Principi suo, committere crimen rebellionis, & in pœnam rebellionis incidere, prout hoc expressè tradit *Ægid. Boss. in tract. criminali in tit. de crim. læs. majest. num. 107.* ubi ipse attestatur, hoc consuetodine receptum esse.

Cum itaq; generosus ac nobilis Dominus S. à P. habuerit titulum accedente Imperatoris consensu ab Episcopo Uratislaviensi, qui & dominium & jurisdictionem Baroniæ P. habuit, atque etiam ab ipso in possessionem dictæ Baroniæ unà cum jurisdictione omnibusq; pertinentiis missus fuerit, sequitur, omnes Nobiles, omnesq; alios incolas dictæ Baroniæ eo ipso etiam ante juramentum assecurationis præstitum, subditos suæ generosæ dominationis effectos, eamque ob causam N. S. propter hoc, quod ipse fuit in contumacia præstandi juramenti assecurationis rebellem effectum, & pœna rebellionis plecti posse.

Deinde quoque non obstat † *text. in c. veritatis extr. de jurejur.* dum videlicet ibidem deciditur, eum qui semel juramentum præstitit prædecessori, successori juramentum præstare non cogi, namque hoc tantum procedit, quando juramentum fuit præstitum, vel sub nomine dignitatis tantum vel expressè pro recipiente & successoribus, *Abb. Panorm. d. c. veritatis*, quod in casu nostro factum esse non præsumo, imò is qui hoc factum prætendit, illud probare tenetur, secundum *Hostiensem in d. cap. veritatis & ibi Anton. de Butrig. nu. 6.* 14

Præterea † non refragatur huic decisioni, quod N. S. in termino præfixo servum suum sive ministrum suum ad præstandum juramentum fidelitatis sive assecurationis miserit, quodque juramentum tàm fidelitatis, quàm assecurationis per alium procuratorem nempe præstari possit, *Bald. l. §. ne autem col. 2. C. de caduc. tollen. Bald. c. 1. in princ. & ibi Alvarot. & Præposit. nu. 9. & Matth. de Afflict. num. 51. quo temp. miles. Alvarot. c. 1. §. omnes filii. num. 8. & ibi Præposit. num. 3. si de feud. defunct. content. Alex. l. qui bona §. qui aliena. nu. 25. de damn. infect. Alex. conf. 110. lib. 5. Alvarot. c. 1. §. sed utrum per quos fiat investit. per text. Clemen. 1 de jurejur.* namque respondeo, neque juramentum fidelitatis, neque juramentum assecurationis per alium aliter præstari posse, nisi is ad hoc speciale mandatum habuerit, nec 15

hoc

hoc casu mandatum generale sufficere, *Bald. c. 1. §. nulla per quos fiat investit. Præposit. & Matth. de Afflict. c. 1. §. sed utrum, eod. tit. Iacob. de S. Georg. in tractat. feud. verb. qui quidem investiti. num. 10. & 11.* Cum itaque ille servulus sive minister N. S, nullas literas, nullumvé mandatum neque speciale neque generale ad præstandum dicta juramenta fidelitatis & assecurationis exhibuerit, dubio omni caret, dictum N. perinde contumacem atque rebellem effectum, atque si ipse nullum servum ad hoc faciendum misisset.

16 Clari enim & indubitati juris est, † quod paria sint omninò non comparere & mittere procuratorem non habentē sufficiens mandatū, quodq; perinde contumax reputetur is, qui aliquem absq; mandato vel cū mandato min⁹ sufficiēti mittit, atq; is contumax reputatur, qui neq; per se, neq; per aliū comparet, *Bal. c. Nicol & ibi Dec. n. 4. arg. ill. text. ext. de appellat. Bart. l. 1. §. si nemo. ff. quod quisq; jur. Bart. l. si finita. §. Iulianus. col. 4. vers. si vero ff. damno infect. Bart. l. 2. §. defendi. ff. ex quib. caus. in possess. eat. Abb. c. constitutus. 4. not. ext. de procuratorib. Abb. c. in pertractandis extr. de juram. calum. Domini c. 1. in prin. de elect. n. 6.*

17 Deinde respondeo, † vasallo nunquam permitti juramentum fidelitatis per alium præstare eo casu, quando Dominus vult, ut ipse illud juramentum in propria persona præstet, *Iacobin. de S. Georg. in tract. feudali verb. qui quidem investiti. num. 12.* Cum itaque N. S. fuerit nunciàtum per servum proprium, ut ipse in propria persona Dominum accederet, eique juramentum fidelitatis & assecurationis præstaret, sequitur, quod ipse omninò obligatus fuerit, illud juramentū in persona propria prȩstare.

18 Præterea, nihil † obstat Generoso Domino, quod dictus N. S post annū elapsum coram Præfecto suo comparuit atq; obtulit se ad præstandum illi Præfecto nomine Generosi Domini juramentum fidelitatis & assecurationis, quodque secundum aliquorum sententiā contumacia in præstando juramentum fidelitatis & investituram petendo purgari possit, *Matt. de Afflict. c. 1. in prin. quæ fuit prim. caus.* Namq; respondetur primò, ex facti narratione liquere, quod ille Præfectus illud juramentum fidelitatis & assecurationis non recepit, quodq; ipse ad hoc faciendum mandatum nullum habuerit, & sic habendum est, atque si ipse se non obtulisset ad præstandum juramentū fidelitatis, prȩsertim cum ipse inter annum & diem sæpius habuerit copiam ipsius Generosi Domini, atq; si voluisset, commodè ipsi Domino juramentum fidelitatis & assecurationis prȩstare potuisset, verior quoque atq; communior est illorum *Dd.* sententia, qui concludunt, eum vasallum, qui inter annum & diem investituram non petiit, & fidelitatē Domino non obtulit, post annum & diem purgare non posse, *Andr. de Isern & Bald. c. 1 in pr. & ibi Matt. de Affl. n. 13. quo tempore miles. Bald. & Alvarot. c. 1. in prin. quæ fuit prim caus. Iacob. de S. Georg. in tr. feud. verb. qui quidē investiti. n. 37.* Quod absq; omni dubio in casu præsenti locum habet. Tum, quia vasallo ad petendam investituram & præstandum juramentū fidelitatis est præscriptum certum tempus, videl. anni & diei & insuper pœna adjecta, si intra hoc tempus investituram non petierit, & juramentum fidelitatis non præstiterit, ut videlicet feudo privetur.

Et clari juris est, quod in † omnibus dis- 19
positionibus, in quibus dies & pœna adjecta est, purgatio moræ non admittatur, *l. trajectitiæ. §. de illo. ff. action. & obligat. Bart. Alex. Ias. & Dd. l. si insulam. ff. de verb. oblig. gl. c. licet canon verb. privatus, de electio. lib. 6.* Tum quia contumacia vasalli nō præstantis juramentum fidelitatis intra annū & diem, incidit in speciale nomen delicti, feloniæ nempe. Similiter & contumacia subditi non præstantis juramentum assecurationis Domino, incidit in speciale delictum nempe rebellionis sive læsæ majestatis, & clari ac indubitati juris est, contumaciam purgari nō posse, quando contumacia incidit in specificum & peculiare delictum, *Anton. de Butr. Imol. Abb. & Fel. c. ex literis extr. de constit. Tiraq. rep. l. boves. §. hoc sermone. 1. part. n. 67. ff. de verb. signif. arg. c. ex literis extr. de cler. non resident.*

Tum, quia † vasallus non petens investi- 20
turam neq; prȩstans juramentum fidelitatis intra annum & diem, secundum multorū sententiam feudum ipso jure amittit, *Bald. c. 1 in prin & ibi Præpos. n. 3. quo temp. miles. Bald. cons. 301. n. 1. 2. & 3. cons. 429 nu. 5. & cons. 466. col. 2. lib. 1. Præpos. c. 1 in pr. quib. mod feud amitt. Ioh Calderin. in rubr. de feudo, cons. 6. Fel. c. ex tenore. nu. 17. & c. Rudolph. n. 24. extr. de rescript. Iacob. de S. Georg. in tract. feud. verb. qui quidem investiti. n. 42. Curt. in tr. feud. 4. part. nu. 155.*

Similiter & vasallus crimen læsæ majestatis perpetrans, feudo ipso jure privatur, *Bald. c. 1. §. callidis, de prohib. feud alienatio. per Frid. Bald. l. 2. C. de libert. & eorum liber. Andr. de Isern. c. 1. in fin. de feud. sine culpa non amittendo.*

feudo. Franc. Aretin. l. si quis post accusationem ff. de testamen. Ioh Andr. c. fœlicis, de pœnis lib. 6. Lucas de Peana l. 1. C. de petitio. bonorum sublata. lib. 10. Præposit c. 1. in prin. quib. mod. feud. amitt. Matt. de Afflict. c. 1. §. fin. quo temp. miles. Curt. in tract. feud. 4. parte nu. 155. Quinimò, eum qui crimen læsæ majestatis contrahit, non tantum feuda, verùm etiam reliqua bona ipso jure perdere traditum est, *Dinus Imperator. arg. ill. tex. ff. jure fisci. Nicol. Boerius decis. 277. nu. 12.*

21 Eodē modo & †rebellis feuda reliquaq; bona, in quib. ipse utile dominium habet, ipso jure amittit, *Bart in constit. qui sunt rebelles verb. rebellando n. 17.* & idem juris esse in reliquis omnibus bonis, tradit *Corneus cons. 96. volum. 4.* proditor etiam tam feuda quā reliqua bona ipso jure amittit, *Card. Paris. cons. 1. n. 23 lib. 1.* & certi atq; indubitati juris est, quod in omnibus illis casibus, in quib. pœna ipso jure irrogatur, purgatio moræ locum non habeat, *Bart. Alex. & Dd. l. si insulam. & ibi Ias. nu. 32. ff. verb. oblig. Ias l 2. num. 73 C. jure Emphyteut. arg. l. si is cui . ff. legat. 2.* Tum etiam quia in casu præsenti & est duplex interpellatio, & insuper termini anni nempe & diei lapsus, quem similiter interpellationis vicem obtinere dubio omni caret, *l. magnam. C. de contrahenda & committend. stipulat.*

22 Et legibus expressè cautum est, † quod moræ purgatio non admittatur, quando intervenit geminata interpellatio sive geminata mora, *Bart. Ang. & Ludo. Roman. l. si insulam. & ibi Ias. n. 26. ff. verb. oblig Ang. Paul. Castrens & Ludo. Roman. l. etsi post tres & ibi Ias. nu. 21. ff. si quis cautionib. Roman. cons. 253. in secundo dubio, arg. l. trajectitiæ §. de illo. ff. de actio. & obligat.*

23 Octavò, hæc decisio†confirmatur ex eo, quia is, qui contra securitatem publicam quid committit, crimen læsæ majestatis contrahit, *l. 1. & ibi Dd. ff. ad l. Iuliam. majest.* & licet multi *Dd.* velint, crimen læsæ majestatis propriè tantum contrahi, quando quis contra Imperatorem Romanum vel alium non recognoscentem superiorem delinquit, *Cyn. & Salycet. l. quisquis C. ad l. Iul. majest. Bald. l. data opera. C. qui accusar. poss. Petr. de Anchor. Clem. Pastoralis 8. notab. de sententi. & re judic. Nellus in tract. bannitorum. 2. part. q 2. secundi tempor.* attamen *Dd.* communiter tradunt, crimen læsæ majestatis quoad publicationem & amissionem bonorū committi etiam adversus eum Principem, Comitem, Baronem vel alium Dominum regalia habentem, qui superiorem recognoscit, prout hoc tradit *Alber. Brun. cons. 28.* ubi ipse attestatur, eandem sententiam amplecti, *Cyn. Bald. Bart. Salycet. Paul. Castrens. Ang. Perus. Mar. Socin. Seniorem & Ang. Aretin* eandē quoq; sententiam amplectitur *Cuman. cons. 153. Hieron. Gig. in tract. de crimin. læs. majest. sub rubr. qualiter & à quib. crimen læsæ maj. commit. q. 29.* Sed certum est, quod is qui juramentum assecurationis præstare recusat, contra securitatem publicam delinquat, igitur sequitur, ipsum crimen læsæ majestatis contrahere: & per consequens tàm feudo quàm aliis bonis privari, cum legibus expressè cautum sit, eum vasallum qui crimen læsæ majestatis contrahit, privari feudis, *Matt. de Afflict. c. 1. §. fin. nu. 68. quib. mod. feud. amitt. Hier. Gig. in tract. de crim. læsæ majest. sub rubr. de pœna commit. crim læs. majest. q. 5.* & omnib. aliis bonis, *l. quisquis C. ad leg. Iul. majest. Hier. Gig. in tract. de crim. læs. majest. sub rubr. de pœn. commit. crim. læs. majest.*

24 Nonò, vasallus † delator Domini feudi feudo privatur, *c. 1 § item si delator. & ibi Andr. de Isern Alvarot. Præpos. & Matth. de Afflict. quæ fuit prim. caus.* Cum itaq; N. S. nobilem & generosum Dominum S. detulerit apud Imperatorem, quasi ipse recusasset sibi suisq; subditis justiciam, sequitur ipsum etiam ex hoc capite feudo privandum.

25 Decimò, hæc sententia comprobatur ex eo, quod † vasallus inferens graves & inhonestas injurias verbales Domino feudo privari debeat, *Odofr. in tit. quib. mod. feud. amitt. causa 5. & 30. Bald. cons. 141. n. 2. lib. 2. Matth. de Afflict. c. 1. § similiter. n. 4. quib mod. feud. amiet.*

26 Quod comprobatur ex eo, quod † vasallus teneatur Dominum & honorem Domini exaltare, quantum sibi possibile est, *c tibi Domino dist. 63. gl & Dd. c. 1. & ibi Matt. de Affl. n 35. qual. vasal. curar. deb.* nec de Domino malum loqui, etiamsi illud verum sit, *Matt. de Afflict. c. 1. num. 35. qualiter vasal. jurar. deb.* Quinimò, vasallus non modò non debet aliquid loqui contra Dominum, per quod fama ipsius sugillatur, sed nec audiendo nec dissimulando his consentire, sed quantum fieri potest, ea impedire, *Host. in summa tit de feud. vers. quid sit fidelitas. Matt. de Affl decis. 307. n. 7. & 8.* Deinde hanc sententiam cōprobat, quia filius propter gravem & inhonestam injuriam verbalem patri illatam, potest etiam exhæredari, *§. causas Auth. ut cum de appellat. cognos.* & rescissa emancipatione rite & legitimè facta, in patriam potestatem revocari *l. 1, C. de ingrat. liber.*

Nec

Nec non etiam militia indignus judicari, *l. 1. ff. de obsequijs à liber. & liber. parentibus & patron. præstand.*

Similiter & donatarius propter graves & inhonestas injurias verbales donatori illatas re donata tanquam ingratus privatur, *Francisc. Ripa repetit. l. final. num. 23. arg. illius textus. C. de revocand. donat.*

Et certum est, quòd vasallus privetur feudo ex omnibus illis caussis, ex quibus donatio legitimè facta retractatur, *c. 1. §. prædictis, quæ fuit prima caussa.*

Hùc accedit, quòd vasallus, qui insidiatur honori Domini contumeliis vel aliis verbis injuriosis contra juramentum fidelitatis delinquat, *c. 1. de nova forma fidelitatis.*

Quodque omnis is, qui contra juramentum fidelitatis delinquit, feudo privetur, *Socin. cons. 87. num. 16. lib. 3. Alex. cons. 13. num. 16. lib. 6. Matth. de Afflict. c. 1. §. final. num. 35. quibus modis feud. amitt. Matth. de Afflict. c. 1. num. 10. de forma fidelitat. Aym. Cravett. in tractat. de antiquitat. tempor. 4. part. §. transeo nunc ad quartam. num. 155.*

27 His adde, quòd delectari debeamus in odore † bonæ famæ, *c. licet in beato Petro. extr. de accusation.*

Quodque crudelis sit is, qui famam suam negligit, *c. nolo. 12. quæst. 2.* usque adeò, ut verecundum sit honorem suum cuique inultum relinquere, *l. miles. §. socer. ff. ad legem Iuliam. de adulter.*

Ad hanc sententiam confirmandam facit etiam, quòd honor quibuslibet rebus pecuniariis præferendus est, *l. Iulianus. cùm ibi notat. ff. si quibus omiss. causs. testam. l. reprehendenda, & ibi Ias. C. de institut. & substitut. Bald. c. ex ratione, extr. de appellation.* Sicut & in Ecclesiaste *c. 4.* scriptum legimus: *Curam habe de bono nomine, quia magis perseverabit tibi quàm mille thesauri pretiosi.*

Quod dictum refert atque sequitur *Oldradus cons. 98. incip. Magister ordinis col. 2.* Et apud Salomonem, *in Proverb. cap. 22.* dicitur: *Melius est bonum nomen quàm divitiæ multæ.* Quod refert *Didac. Covarru. variar. resolution. lib. 1. cap 10. num. 4.* & alibi traditum est: *Non benè pro toto fama venditur auro. Bald. cons. 382. incip. in quæstione col. 2. lib. 5. arg. l. quisquis. C. de postul.*

Hæc eadem sententia etiam comprobatur ex eo, quòd honor vitæ æquiparetur, *l. isti quidem. ff. quòd met. causs. l. justa. ff. de manumiss. vindict. gloss. c. penult. extr. de his qui met. caussa. Thomas Grammat. decis. 97. num. 3.* usque adeò, ut magis expediat mori quam vilipendi, *Bald. cons. 212. incip. visis actis. col. 1. in fin. lib. 4. Aym. Cravett. cons. 49. num. 7. & cons. 168. num. 2. lib. 1.*

Quodque omnis is, qui confingit contra innocentem tale aliquid, quòd illius honorem, famam vel æstimationem lædit, vel propter quod ipse vitæ, famæ, vel aliud periculum incurrere possit, scelerate agat, & furi, latroni ac proditori æquiparetur, *c. ex merito. c. deteriores. & c. summa iniquitas. 6. quæst. 1. Petr. de Anchor. cons. 325. Ias. §. fin. Institut. de action. Iohan. de Anania cons. 46. num. 4. & 7.*

Hanc eandem sententiam confirmat, quòd legatum propter graves & atroces verbales injurias testatori illatas revocetur, *l. si inimicitiæ. ff. de his quibus ut indignis. Carell. Cotta in memorabilib. verb. inimicitiæ capitales*, quodque pœnæ statuta in percutientes vel capientes Cardinales, *in c. felicis, de pœnis lib. 6.* etiam extendatur ad irrogantes Cardinalibus convitia vel contumeliam verbis, *Iohan. de Anania c. 1. extr. de maledic. Felin. c. non dubium extr. de sentent. excommunic.*

Ultra prædicta pro hac sententia confirmanda facit, quòd † subditus, qui infamat Dominum vel aliquid contra honorem ipsius facit, proditor dicatur, *Hippol. cons. 1. num. 22. lib. 1. Hieronym. Gigas in tractat. de crimine læsæ Majestat. rubr. de proditor. quæst. 1. num. 11.* 28

Et sic ex prædictis satis liquet, eum vasallum, qui gravem & inhonestam injuriam verbalem Domino feudi infert, feudo privandum.

Quod usque adeò verum est, ut procedat, etiamsi vasallus Domino gravem & inhonestam injuriam verbalem per viam juris coram Judice, nempe competente intulerit, eamque probare non potuerit, *arg. l. si tibi. la. 2. C. de liberali causs. l. 3. & l. siquidem. C. de injurijs. l. injuriarum. §. si quis per injuriam. ff. eod. tit. Hermannortius Deum repetit. l. hoc edicto. in princ. num. 79. ff. de oper. novi nunciat.*

Cùm itaque N. S. gravem & inhonestam injuriam verbalem intulerit generoso & nobili Domino S. per hoc, quòd ipsum absque justa & legitima caussa apud Impe-

ratorem detulit, eo nomine, quasi ipsi justitia esset denegata à dicto generoso Domino, sequitur, ipsum etiam ex hoc capite feudo privandum.

29 Cæterùm dubio omni caret, † quòd quando agitur ad privationem feudi propter investituram non petitam vel juramentum non præstitum, illa controversia apud Pares curiæ in judicium deducenda & ab illis determinanda sit.

Si verò agatur de alia pœna, illam controversiam coram alio Judice ordinario determinandam, *Bald. cons. 327. num. 8. lib. 1. Innoc. c. cæterum ad fin. & ibi Felin. 7. col. extr. de judic. Bald. c. 1. de investitura in mari. fact. Bald. c. 1. §. si qua controvers. de pace constant. Curt. in tractat. feud. 7. part. num. 40.*

Cùm tamen illa actio, quâ Dominus propter non præstitum juramentum † fide- 30
litatis ad pœnam privationis feudi agit, & illa, quâ Dominus ad pœnam publicationis bonorum propter non præstitum juramentum assecurationis experitur, ex diversa caussa & ad diversum finem competant, dubium non est, quin Dominus utramq; simul & semel unamquamq; tamen coram suo Judice instituere possit, quòd sententia absolutoria vel condemnatoria in una lata, nullum pariat præjudicium, quoad aliam; *per text. l. cùm quæritur, cum duabus legib. seqq. ff. de except. rei judicat facit id quod tradit Carol. Molin. in consuetudin. Parisiens. tit. 1. §. 30. nu. 168. Robert. Marant. in Speculo aureo. par. 4. nu 13. Bart. l. edita. num. 16 C. de edend. text. l. si idem cum eodem, in princ. & ibi Dd. ff. de jurisdict. omn. judic. l. fin. C. de annal. exception.*

CONSILIUM DECIMUM OCTAVUM.

De Succesſione ab inteſtato inter collaterales.

SUMMARIA.

1. *Fratres vel filios fratrum, si defunctus non reliquerit, omnes deinceps à latere cognati ad hæreditatem vocantur, servata iuris prærogativa, ut viciniores gradu reliquis præponuntur.*

Etiamsi proximiores uno latere tantùm defunctis coniuncti sint.

2. *Lex generaliter loquens, etiam generaliter intelligi debet.*

3. *Matris frater ex uno latere coniunctus mihi est in tertio gradu lineæ transversalis.*

4. *Et filius avunculi ex utroq; latere mihi coniuncti, quarto gradu.*

5. *Inde infertur.*

6. *Ius repræsentationis in linea collaterali qualiter obtineat.*

Groß=

1 WOhlgünstige Herrn vnd Freunde/ Jch befinde so viel/ daß das Vrtheil/ welches gestern begrieffen/ den gemeinen beschriebenen Rechten/ vnd der Rechtslehrer einhelliger Meynung zuwider: Denn es ist zu Rechte ausdrücklich vorsehen/ daß desfalls/ wann der Verstorbene keine Brüder oder Schwester/ auch keine Brüder oder Schwester Kinder nach sich verlest/ dieselben/ so dem Verstorbenen im nechsten Grad verwandt/ mit ausschliessung der weitern allein zu der Succession gestattet vnd zugelassen werden sollen: Vngeachtet/ ob dieselben nechsten verwandten Freunde ex uno vel utroq; latere defuncto conjuncti sint, juxta textum clarum & expressum in *§. si verò neq; fratres. Auth. de hæred. ab intest.*

Namque in illo textu expresè dicitur, si verò neque fratres neque filios fratrum, sicut diximus, defunctus reliquerit, omnes deinceps a latere cognatos ad hæreditatem vocamus, secundum uniuscujusque gradus prærogativam, ut viciniores gradu ipsi reliquis præponantur.

Nec in illo textu ulla fit distinctio, utrum illi proximiores defuncto sint conjuncti, unico vinculo an verò duobus.

Igitur ex generalitate illius textus liquet, eo casu, quando defunctus nullos relinquit fratres vel filios, fratrum proximiores indistinctè ad successionem admittendos, exclusis remotioribus, etiamsi illi proximiores defuncto unico tantùm vinculo conjuncti sint.

2 Cùm sit clari & indubitati juris,† quòd lex generaliter vel indistinctè loquens, generaliter intelligi, nec à nobis distingui debeat, *l.3. ff. de officio præs. l. de precio. ff de publ. in rem action. l. 1. §. aut ergò. ff. de his quæ in fraud. credit.*

Nun aber ist derselbe/ de cujus successione in casu præsenti agitur, ohne Brüder vnd Schwester/ auch ohne Brüder vnd Schwester Kinder verstorben/ vnd hat nach sich verlassen seiner Mutter Bruder von halber Geburt an einem: vnd seiner Mutter Schwester Kinder von voller Geburt/ die Bawre genandt/ am andern Theil.

3 Vnd ist kein zweiffel daran/ daß des † Verstorbenen Mutter halber Bruder dem Verstorbenen in tertio gradu lineæ transversalis verwandt/ juxta *text. clarum & expressum. §. tertio gradu. Institut. de grad. affin. l. Iurisconsultus. §. tertio gradu. ff. eod. tit.*

4 Gleicher weise ist es vngezweiffelt/ daß der Mutter Schwester Kinder/ † von voller Geburt/ dem Verstorbenen in quarto gradu consangninitatis conjuncti sint, juxta *text. clariss. & express. d. l. Iurisconsultus. §. quarto gradu. ff. de grad. affin. & §. quarto grad. Institut. eod. tit.*

Daraus denn folget/ † daß der Mutter Bruder von halber Geburt dem Verstorbenen eines Grads neher verwandt/ als seiner Mutter Schwester Kinder von voller Geburt. 5

Ferner folget hieraus/ daß des Verstorbenen Mutter Bruder von halber Geburt als der nechste allein zu der Succession des Verstorbenen zu admittiren, vnd zuzulassen/ daß auch des Verstorbenen Mutter Schwester Kinder von voller Geburt/ als die eines Grads weiter/ sich der Succession nicht anzumassen.

Et hoc, quoad terminos nostros expresè & in specie decidit *Alex. conf. 166. lib. 5. ubi Alex.* concludit, avunculum sive fratrem matris defuncto ex uno tantùm latere conjunctum, præferri filio patrui vel avunculi sororis nempe vel fratris, patris aut matris defuncti ex utroque latere.

Et idem volunt Dd. communiter concludentes, duplicitatem vinculorum non considerari eo casu, quando illi, quòd se ad successionem admitti postulant, non sunt fratres vel sorores, neque filii fratrum vel sororum defuncti, sed sunt vel patrui vel avunculi vel filii patrui aut avunculi, prout expresè decidit *Iacob. de Belvis. & Bart. §. si verò neq; fratres. Auth. de hæredit. quæ ab intest. deferuntur. Bart. l. consanguineos. §. legitima ff. de suis & legit. hæred. Mathes. in tractat. de success. ab intest. artic. 3. num. 10. Paul. Castr. cons. 83 lib. 1. & in authent. post fratres. ls. 2. num. 4. & ibi Corn. C. de legit. hæred. Corn. cons. 219. col. 3. lib. 3. Curt. jun. cons. 46. Anton. Rub. cons. 102. Covarr. in tract. de success. ab intestat. num. 9.*

Illamque sententiam communem esse, attestantur *Curt. jun. Anton. Rub. & Covarru. in loco præallegato.*

Et idem traditur in differentiis inter jus civile & Saxonicum, *different. 26. & in tract. de success. ab intestat. Processus Chiliani* Königes *Rubr.* von gezweyter Geburt.

So kan es auch darfür nicht gehalten werden/ daß des Verstorbenen Mutter Schwester Kinder von voller Geburt jure repræsentationis an jhrer Mutter Statt tretten.

Denn es hat das jus † repræsentationis 6
in linea collaterali nicht statt/ nisi quando illi, qui succedunt, sive se ad successionem

admitti postulant, sunt fratres vel fratrum filii illius, de cujus successione agitur, sive quando agitur de successione patrui, & quidem utrinque conjuncti, prout hoc & indubitatum est, & ultra alios illud expressè tradit *Bart. authent. post fratres. & ibi Corn. num. 6. C. de legitim. haeredibus. Forsterus in tractatu de success. ab intestat. fol. 96. casu. septimo.*

Derhalben ich es denn darfür halte/daß das begrieffene Urtheil dergestalt zu verendern sey/daß Claus Ludwig allein zu der Succession des Verstorbenen Güter zuzulassen/vnd daß die Bäwre sich derselben nicht anzumassen.

CONSILIUM DECIMUM NONUM.

In caussa Nobilium ab A.

In quo differitur, utrum feudum in pecunia possit constitui.

Itemq;

Utrum pactum de futura successione ratione rei vel summae particularis valeat.

SUMMARIA.

1. *Disputando & examinando veritas invenitur.*

2. *Ideoq; consulentes non passim respondere sed disputare debent.*

3. *Pecunia redacta ex venditione feudi an feudalis sit.*

4. *Vasallus pecunia redacta ex venditione vel divisione feudi aliud feudum emere non tenetur.*

5. *Quod comprobatur pulchris rationibus.*

At limitatur num. 33. & 75.

6. *Feudum in pecunia vel re mobili constitui non potest.*

Declaratur num. 34. 48. 49. & num. 76.

7. *Ratio huius decisionis.*

8. *Pacto iurato contrahentium quae mutari non possint.*

9. *Principes seculares superiorem recognoscentes in suis territorijs Caesareis privilegijs non utuntur.*

Contrarium num. 37. & 77.

10. *Confirmatio an & quando actum praecedentem invalidum efficiat validum, & num. 38. & 80.*

11. *Princeps praesumitur iustitia plenus.*

12. *Voluntas & actus Principis iuri & aequitati conformari debet.*

13. *Stipulatio facti affirmativa utrum contra haeredes promissoris transeat.*

14. Debi-

14. *Debitor in cuius promissione tempus certum expressum non est; qualiter in mora constituatur.*

15. *Promissio quâ quis se obligat ad feudum comparandum an personalis sit, & personæ cohæreat, & num. 19. & nu. 81. & quatuor seqq.*

16. *Accessorium ultra principale non extenditur.*

17. *Pactum de futura successione quærenda, ratum non est.*

Declaratur nu. 57. & 85.

18. *Ne favore quidem piæ caussæ vel matrimonij.*

19. *Nec iuramento confirmari potest.*

20. *Nec statuto nec consuetudine.*

Contrar. nu. 56 & nu. 90.

21. *An verò pactum de successione rei particularis sive certorum bonorum valeat eo casu, quando paciscentes usi sunt verbo succedendi, & num. seq. & num. 51. & seq. & num. 86.*

22. *Quando verba respiciunt ipsa bona semper intelligitur id actum, ut certa quadam bona iure successionis adquirantur.*

Declaratur num. 87.

23. *Pactum de successione rei certa in dubio ita interpretandum, ut illa res deferatur iure successionis & non pacti.*

Improbatur num. 88.

24. *Pactum quo quis promittit alteri quid relinquere post mortem suam, ratum non est.*

Declaratur num. 91. ubi auctor dicit Castrens. contrarium tenere.

25. *Donatio excedens 500. aureos, absq; insinuatione non valet.*

Declaratur num. 92.

26. *Nec promissio de succedendo alicui in certis rebus.*

Contrar. nu. 50. & 93. ubi declaratur etiam.

27. *Pactum ut certa res alteri post mortem adquirantur, etiam in ijs casibus hoc pactum valere potest, ratum non est, nisi stipulatione vallatum sit.*

Declaratur num. 94.

28. *Donatio etiam ritè perfecta propter supervenientiam liberorum retractatur.*

Fallit num. 95.

29. *Statuto vel consuetudine per legem superioris reprobatis, etiam futura consuetudo reprobata intelligitur.*

Declaratur num. 96.

30. *Rex vel Princeps legibus regni vel principatus sui ligatur.*

Contrar. num. 97. ubi item hic positum declaratur.

31. *Pactum impediens vel restringens saltem liberam testandi facultatem, ratum non est.*

Declaratur num. 98.

32. *In dispositione vel pacto quantumvis generali non comprehenditur legitima.*

Contrarium tenet Franc. Rip. nu. 99. ubi id declaratur.

33. *Pactum valet, ut vasallus pecunia redacta ex venditione feudi aliud feudum comparet, & num. 79.*

35. *Princeps ius positivum etiam sine caussa tollere potest.*

36. *Quòd etiam in Principibus superiorem recognoscentibus obtinet, qui habent regalem dignitatem perpetuam, & ad hæredes transitoriam.*

38. *Vis clausulæ*, Ex certa scientia, *in confirmatione à Principe facta.*

39. *Confirmatio ex certa scientia quando facta intelligatur.*

40. *Quodq; in dubio præsumatur.*

41. *Vis clausulæ* NON OBSTANTE.

42. *Actus vel contractus ab eo celebratus, qui legis condendæ potestatem habet, qualiter vigorem legis obtineat, & num. 44.*

43. *Quodq; id non in Imperatore solùm & similibus, sed generaliter obtineat, contra Bald. & sequac.*

45. *In dubio capienda interpretatio, ut actus valeat potiùs quàm pereat.*

46. Princeps quando in dubio præsumatur uti plenitudine potestatis.

47. Legis condendæ potestatem in quibus habeat is, qui habet iurisdictionem perpetuam.

48. Pecunia quâ lege in feudum concedi possit.

49. Et num eo casu in feudum dari possit, quo proprietas pecuniæ remedio satisdationis vel aliter salva effici potest.

50. Pactum de succedendo alicui in certis bonis valere multis auctoritatibus comprobatur.

51. Idq; procedere quibuscunq; verbis vel sub quacunq; forma verborum illud conceptum fuerit, & num. 53.

52. Nec distinguendum, utrum verba paciscentium, res, an verò personas respiciant.

54. Pactum conservativum futuræ successionis sine dubio valet.

55. Vt & lex, quâ quis ad successionem vocatur, & alius ab illa excluditur.

56. Item consuetudo vel statutum confirmans pactum de futura successione adquirenda.

57. Itemq; pactum de futura successione initum ab his, qui iurisdictionem habent.

58. An verò valeat statutum certa familia, quòd existentibus masculis filiæ fœminæ non succedant.

59. Multa incidenter & in consequentiam fieri possunt, quæ principaliter fieri prohibita sunt.

60. Filiabus de quibus bonis legitima non debeatur.

61. Et de quibus ne filio quidem.

62. Exclusus à successione ab intestato an etiam à petitione legitimæ exclusus censeatur.

63. Feudum in dotem qualiter dari non possit.

Nec in donationem propter nuptias.

Nec in feudo vitalitium constitui, & num. seq.

64. Res restitutioni subiecta in præiudicium eius, cui restitui debet, nec alienari nec servitute aliquâ gravari potest.

65. In pacto, quòd unus alteri succedere debeat in re certa an & quando pœnitentiæ locum habeat vel non, & num. 68.

66. Pactum in continenti adiectum contractui, pars contractus esse censetur.

67. Ius mihi quæsitum absq; facto meo auferri mihi nequit, Extenditur ibid. & num. 69.

70. Omnia statuta, omnesq; constitutiones, secundum ius commune intelligenda limitanda, & restringenda.

71. Et ne quis indebitè damnum patiatur.

72. Omnia statuta præsertim iuris communis correctoria strictè sunt intelligenda, & ut quàm minimè ius commune lædant, & num. seq. & num. 74.

73. Statuta non ampliùs disponunt quàm loquuntur.

78. Expressè non prohibitum permissum censetur.

82. Accessorium quo casu non sequatur principale, nec eius naturam sortiatur.

83. Exemplandum quo casu non deficiat, etiamsi exemplar deficiat.

84. Persona industria quando nunquam electa censeatur.

89. Feuda masculina quæ iure successoribus deferantur.

100. Fructus percepti ex re restitutioni subiecta antequam casus restitutionis contingat, penes gravatum hæredemve eius manent.

Nach

NAch fleissiger Verlesung vnd Bewegung dieses Falles / sampt allen Vmbständen vnnd den beyverwarten Copeyen der auffgerichten Kauff: vnnd ander Verschreibung der Verträge vnnd Churfürstlichen Confirmationen, erachte ich im Rechten ergründet seyn. Daß nach Absterben des jungen-Clausen von A. Hansen seligen Sohns / die sechs tausent Gülden Heuptsumma / mit welchen gedachter Hans von A. von seiten Brüdern Wolff vnd Frantz von A. von allen vnnd jeden ihren Altvaterlichen Stamlehngütern abgesondert/vnd außgekaufft / auff gedachte Wolff vnd Frantz von A. des jungen Claus von A. Mutter vnnd Schwester gentzlich außgeschlossen / verfallen seyn/ Also daß an denselben sechstausent Gülden des Verstorbenen Mutter vnd Schwester gar keine Gerechtigkeit habe / noch darvon Legitimam aut supplementum Legitimæ zu bitten befugt. Daß auch / da gleich Hans von A. mit Consens vnnd Verwilligung des Landesfürsten / seine Haußfraw mit denselben sechstausent Gülden gentzlichen oder zum theil ohne Verwilligung seiner Brüder beleibgedinget/dasselbe Leibgeding Wolffen vnnd Frantzen von A. zu Nachtheil nicht bestendig noch ihnen præjudiciren möge. Wie dieses mit nachfolgenden Rechtsgründen außgeführet vnd dargethan wird.

DIVINI NUMINIS IMPLORATO SUFFRAGIO, SINE QVO NIHIL FELIX VEL FAUSTUM.

1 CUm † veritas sæpius examinata magis splendescat in lucem, *c. gravem. 35. q. 9. gl. antepen. c. cum Ioannes. extr. de fide instrument. Ias. l. jubemus. col. 2. C. de judic.* & disputando veritas facilius inveniatur, *arg. l. munerum. §. nupta. ff. de muner. & honor. l. cum quidam & ibi Ias. notab. ff. de liber. & posth. auth. defuncti seu funera eorum in princip. l. Divi fratres. ff. de jure patron.* Imò, quasi ferro viam veritatis aperiat, qui per contraria transit, *Bald. l. precibus. col. 5. C. de impub & aliis substitut. Bald. l. si pecuniam. ff. de condict. ob caus.*

2 Eamque ob causam † admoneantur consulentes, ne passim & temerè de jure respondeant, sed ponderent & disputent articulum propositum, *Præposit. cap. 1. col. 3. de eo qui sibi & hæredibus suis mascul.*

Ego, ut hujus decisionis veritas magis elucescat, pro eruenda veritate hujus decisionis hunc ordinem observabo.

Primò, ponam omnia illa quæ huic decisioni refragari videntur.

Deinde hanc nostram decisionem, rationibus urgentissimis comprobabo.

Ultimò, ad contraria respondebo, ut quilibet videre & intelligere possit, hanc nostram decisionem & verissimam esse, & jure aperto niti.

Et primò, contra hanc decisionem, atque contra nobiles Dominos ab A. adduci potest.

Namque † pecunia redacta ex venditione vel divisione feudi, nec non etiam ex transactione super feudo inita, non est feudalis sed allodialis, atque ad omnes hæredes transitoria, *cap. 1. §. si vasallus, de beneficio si de feud def. cont. Fr. Aret. cons 14. num. 3. Bald. cap. 1. & ibi Iacob. de Belvis. Martin. Laud. Alvar. & Præpos. de feud. non hab. prop. natur. Ias. l. si eum. num. 6. & ibi Alciat ff si cert. petat. gloss. fin. cap. 1. de contra. inter vasall. & alium. de benefic. Hieron. Schurff. inter consilia feudalia. cons. 124. num. 1. Tiraquell. in tractat. de utroq; retract. 1. part. §. 32. gloss. 1. num. 20. Matth. de Afflict. in constitut. Siciliæ incip. bajuli locorum. la. 1. col. 3. notab. 3. vers. item quæro. an pro damnis. Hieron. Schurff. cons. 11. num. 1. lib. 1. fac. text. l. qui Vasall. §. fin. ff. de furt. l. Labeo & Sabinus §. 1. ff. de verb. signific.* Item & id quod tradit *gloss. B. & Dd. l. si familiæ. C. familiæ. hercifcund.* 3

Nec non etiam id quod alibi traditur, pecuniam redactam ex re pignori nexa, pignori nexam non esse, *Bald. l. pro debito. col. 1. C. de bon. auth. jud. poss. arg. l. quadam. ff. de in rem verso.* atque pecuniam redactam ex venditione rei immobilis, mobilem & non immobilem reputandam, *Firmianus in suo repert. verb. mobilia vers. 4.* ac pecuniam redactam ex venditione rei patrimonalis pro patrimonali non haberi, *Boër. in consuet. Biturigu. titul. de consuetud. matrimon. §. 2. col. 3. Ioan. Gallus in suis decis. q. 1.*

Et licet in hoc contrarium teneant aliqui Dd. vulentes, pecuniam redactam ex venditioue feudi feudalem esse, *Ioan. Andr. in addit. ad Specul. rubr. quod fin. tit. de feud. Alvar. cap. 1. num. 7. & ibi Præpos. si de feud. vasal. ab alio interp. fuer.* attamen hæc contraria opinio communiter reprobata est, eamque ob causam neutiquam tenenda vel sequenda.

Ex quo videtur dicendum, summam sex mille florenorum, quæ Hansen ab A. numerata fuit, pro bonis feudalibus non esse feudalem effectam, sed allodialem esse, & ad ipsius filiam & uxorem, quæ sunt hæredes ipsius, transiisse.

Secundò, contra nobiles Dominos ab
4 A. adduci potest. Namque † secundum dispositionem juris communis vasallus pecunia redacta ex venditione vel divisione feudi, aliud feudum emere nun cogitur, *Bald. Alvar. & Præpos. cap. 1. de feud. non hab. propr. nat. Hieron Schurff. inter. cons. feudal. Alberti Bruni cons. 124. Hieron. Schurff. cons. 11. nu. 1. lib. 1.*

5 Et confirmatur, tum † quia recessum est in totum à simplicitate feudi per formam de novo datam, *arg. l. stipulatus ff. de fidejussorib. l. pater. §. quindecim. ff. de legat. 3. l. fin. C. de remiss. pign.*

Tum, quia pecunia redacta ex venditione vel divisione feudi illius cui ista pecunia acquiritur, propria efficitur, & certum est, quod & rei suæ quisque moderator & arbiter sit, *l. in re mandata. C. mandat.* & nemo cogatur quicquam de rebus suis facere invitus, *l. dudum. C. de contrah. empt. fac. text. l. nemo Exterius. C. de Iudæis.*

Tum, quia regulariter nemo invitus quid emere, vendere vel comparare cogitur, *l. sicut. C. de act. & obligat. l. invitum. C. de controvers. int. empt. & vendit. l. nec emere. C. de jure delib. l. incommodato. §. sicut. ff. commod.*

Tum, quia hoc quod vasallus pecunia redacta ex venditione vel divisione feudi aliud feudum emere cogatur, nusquam cautum reperitur, & certum est, quod illud, quod lex non dicit, nec nos dicere debeamus, *l. si servum. §. non dixit Prætor. ff. de acquir. hered.* quodque & erubescere debeat, qui sine lege loquitur, *§. & considerемus. Auth. de trient. & semiss.* & neque glossæ neque Doctori quantumvis magnæ auctoritatis credendum sit, nisi dictum suum probet lege vel ratione, *Arch. c. nolite. 11. q. 3. Bald. l. respublica C. ex quib. caus. major.* atque paria sint, aliquid fieri sine lege & fieri contra legem, *Bald. c. in Genesi. col. fin. extr. de elect.* illudque, quod lege non cavetur, in practica minimè recipiendum sit, *Bald. c. nihil. col. fin. extr. de electio.*

Tertiò, † contra nobiles Dominos ab 6
A. adduci potest. Namque feudum non potest constitui in pecunia vel alia re mobili, *cap. 1. §. sciendum. & ibi Iacob. de Bel. Andr. de Isern. M. Laudens. Bald. Alvar. Præpos. & Afflict. de feud. cognit.* Nec pactum vel contractus ut pecunia sit feudalis vel loco feudi habeatur, ratus est, *gloss. Andr. de Isern. Bald. Alvar. Præpos. & Dd. c. 1. si de feudo vasall. ab alio interpell. fuerit. Hieron. Schurff. inter. cons. Albert. Brun. cons. 124. num. 2. Hieron. Schurff. cons. 11. numer. 2. lib. 1.*

Illiusque decisionis hæc ratio assignatur, † nam proprietas feudi debet remane- 7
re penes Dominum feudi, & utile dominium transire ad vasallum, *cap. 1. §. fin. ex quibus causis feud. amitt.* Sed quando donetur pecunia & consumeretur per accipientem, desineret proprietas esse apud Dominum, & sic desineret esse feudum, verum si non consumeretur, sed potius in area teneretur, esset inutilis accipienti, nec recipiens haberet inde usumfructum vel cummoditatem aliquam, quod esset contra naturam feudi, nec ubstat *text. cap. 1. si de feud. vasall. ab alio interpel.* ibi vel nummos in feudum dandos numeret, quia ille text. non intelligitur, quod nummi debeant dari in feudum, sed exponitur, nummos in feudum dandos, id est loco feudi evicti solvendos & in comparationem rei immobilis, ad hunc finem, ut ex illo feudum constituatur, convertendos.

Et hoc usque adeo verum est, ut nec pactum quidem juratum, quo cavetur, quod

quod pecunia luco feudi haberi debeat, ratum iit, *gloss. cap. 1. verb. in feudum dandos. & ibi Isern. & Dd. si de feudo vasall. ab aliq. interpell. Hieron. Schurff. inter cons. feudal. Alb. Brun cons. 124. nu. 2. Hieron Schurff. cons. 11. num. 2. lib. 1.*

8 Et confirmatur ex eo. Tum, † quia hoc juramentum interponitur super re impossibili de jure.

Tum, quia de forma & essentia feudi est, ut feudum constituatur in re immobili, & clari juris est, quod ea quæ sunt de forma sive substantia actus, pacto jurato contrahentium mutari nequeant, *B. l. si quis pro eo, in princ. num. 24. ff. de fidejussor.* Nec obstat, quod contractus ex conventione legem accipiant, *l. 1. § si convenerit. ff. deposit. l. contractus. & ibi [illegible] Cagn. & Dd. ff. de reg. jur.* quodque pactis contrahentium etiam legum dispositioni derogari possit, *l pacisci ff. de pact. l. jurisgentium. § si paciscar. ff. eod.*

Namque hoc non procedit in nostro & similibus casibus, quando videlicet vel pacta à legibus reprobata sunt, *l. pacta quæ contra. C. de pact. l. si stipuler. in princ. & l generaliter cum l. sequent. ff. de verbor. obligat. fac. text. l. non dubium, & ibi Dd. C. de legib. l. tum lex. & ibi B. & Dd ff. de fidejussor.* vel pacta ad hoc tendunt, ut per illa derogetur formæ vel solennitati a lege requisitæ, *arg. l. jus publicum ff. de testam. l. nemo potest. & ibi Bart. & Dd. ff. de legat. 1. l contra juris in. princip. de pact. l. testandi. C. de testament. B. Ias. & Dd. l. penult. C. de pactis.*

Et sic videtur dicendum, pacta, de quibus in Copiis mihi transmissis fit mentio, ut videlicet illa summa 6000. florenorum feudalis sit & locu feudi habeatur, rata non esse, quodque illis non obstantibus illa summa perinde ut reliqua bona allodialia filiæ & uxori Hansen ab A. per successionem ab intestatu acquisita fuerit.

Quartò, contra Nobiles ab A. adduci potest.

9 Namque † Principes seculares superiorem recognoscentes in ipsorum territoriis non utuntur eodem jure, iisdemque privilegiis, quo jure atque privilegiis Imperator utitur, *Petr. de Anch. cons. 33. nu. 2. Abb. cons. 61. lib. 1. Socin. cons. 7. lib. 3. Felin. c. quæ in Eccles. extr. de constit. Bald. cons. 327 num 13. lib. 1. Fel. c. cum nobis nu. 6. extr. de præscript. Rol. à Vall. cons. 86. nu. 20. Dec. cons 580. Carol. Molin. in addit. ad Dec. c. pastoralis, in princ. nu. 2. extr. de appellat. Socin. jun. cons. 69. nu. 43. lib. 1.* atque Principes recognoscentes superiorem nihil contra jus civile disponere, nec juri civili derogare possunt, *Alex. l nemo potest. ff. de legat. 1. Ias. l. apertissimi. C. de judic. Dec. c. quæ in Eccles. extr. de constitut.* Cum itaque Illustrissimus Elector Brandenburg. superiorem recognoscat, videtur dicendum, nec confirmationem quidem Illustrissimi Principis Electoris dum sua illustris Celsitudo contra dispositionem juris civilis sanxit, dictam summam 6000. florenorum feudalem esse & reputandam valere.

10 Quintò, per † confirmationem subsequentem actus invalidus præcedens nunc efficitur validus, *B. l si constat. arg. ill. text. ff. de appellat.* & Princeps confirmando aliquid nunquam intelligitur de novo dare, *gloss. l ex verbis. verb. tui. C. de donat. inter vir. & uxor.* & Princeps confirmans actum aliquem, intelligitur illum actum confirmasse eatenus, quatenus legitimè gestus est & valere potest, *Bald. c. in præsentia. col. 5. extr. de probation. Bald. l. cum oportet. in princ. C. de bonis quæ liber.*

11 Et confirmatur ex eo, namque † Princeps præsumitur, & justitia plenus, *Bald. cons. 391. in fine. lib. 2.* & id velle, quod jura sua volunt. *§. omnes autem. Auth. de judicib. Calcan. cons. 2. in fin. Aym. Cravett. cons. 172. num. 1.* & secundum leges suas vivere velle, *l. digna vox. C. de legib. Corn. cons. 5. nu. 27. lib. 2.*

12 Huc accedit, † quod voluntas Principis in dubio præsumatur talis, qualis de jure communi esse debet, *Bald. Alex. & Ias. l. ex facto, in princip. arg. ill text. ff. de vulgar. & pupill. Bald. l. omnes populi. ff. de justit. & jur. Bald. c. licet. extr. de offic. ordinar.* quodque omnis actus Principis conformari debeat juri & æquitati, etiamsi verba illud non patiantur, *gl. l. 3. c. paratus. 23. q. 1 Ias. d. l. ex facto in princ. num. 5.* Cum itaque juri communi consuetudinibus, nempe feudalibus refragetur, quod pecunia loco feudi habeatur, sive feudum in pecunia numerata constituatur, atque pactum contrarium & legibus improbatum & per se ipso jure nullum sit, videtur dicendum, confirmationem Principis, de qua in casu præsenti agitur, illud pactum per se & ipso jure nullum non confirmare nec validum efficere.

Sextò, contra hanc decisionem & nobiles Dominos ab A. adduci potest, id quod

tradit

13 tradit † *Petr. & Cyn. l. veteris. C. de cont. & com. stipul. Bald. l. si sic stipulatus num. 4. ff. de verbor. obligat.* ubi præfati Dd. in illa quæstione, utrum stipulatio facti affirmativa contra hæredes promissionis transeat, ita distinguunt, aut factum cohæret personæ, & non transit ad hæredes, *l. centesimus. §. 1. ff. de verbor. obligat. l. 1. §. ne autem. C. de caduc. toll.*

Aut non cohæret personæ, ut si stipuler domum fieri vel librum scribi, quo casu habetur magis respectus ad ipsum opus quod resultat ex facto, quam ad ipsum factum, & ideo non dicitur cohærere personæ, & tunc aut stipulatio est concepta in tempus mortis vel post, & transit ad hæredem, *l. fin. C. de controvers. & comm. stipul.*

Aut non est collata in tempus mortis, & tunc aut factum non respicit industriam personæ, & transit ad hæredem, *l. veteris. C. de contrah. & comm. stipul.*

Aut respicit industriam personæ, & non transit ad hæredes, *l. inter artifices, cum ibi notat. ff. de solut.*

Nisi obligatio propter moram esset contracta ad interesse, *arg. l. à. duobus ff. oper. libert.*

Aut verò dubitatur, & eo casu concludit dicendum esse, prout notatur *in l. inter artifices. ff. solut.* in qua lege *gloss. & B.* communiter concludunt, quod in stipulationibus facti affirmativi in dubio videatur electa industria personæ, eamque ob causam talis stipulatio contra hæredes promissoris non transeat, si promissor ante moram decesserit.

Et idem etiam, quod videlicet in dubio censeatur electa industria personæ in promissionibus factorum, tenet *Ronchegall. l. nemo est qui nesciat. num. 22. ff. de duob. reis.* ubi ipse attestatur, eandem opinionem amplecti, *Bald. Imol. Felin. & Zas. in locis ab ipso citatis.* Et sic liquet, illam opinionem magis esse communem, eamque ob causam, ab illa opinione nullo modo recedendum esse.

Illamque distinctionem *Bart. & Dd.* communem esse, attestatur *Iason in d. l. si sic stipulatus. la. 2. num. 19. ff. de verbor. obligat.*

Et licet *Ias.* illam distinctionem in aliquibus membris improbare nitatur: Attamen *Ias.* ipse fatetur, contrariam opinionem esse cummunem, eamque ob causam de singulari opinione, *Ias. & aliorum.* *Dd.* non videtur curandum esse, cum communis Dd. opinio reprobata singulari opinione contraria semper in judicando sequenda sit.

Præterea quoque annotandum † est, 14
quod debitor, in cujus promissione tempus certum expressum non est, non constituatur in mora, nisi ipse à creditore sive illo cui obligatus est, legitimè interpellatus fuerit, & debitor interpellatus nullam justam causam habuerit recusandi solutionem, *gloss. l. quod te, & ibi Dd. & Ias. num. 5. 7. 8. & 19. ff. si cert. petat gl. l. mora. ff. de usur. Ias. l. si ex legati. num. 5. & ibi Dd. ff. de verb. obligat.*

Sed certum, quod illud factum, ad quod prætenditur, se obligasse nobilis Hans ab A. sit per[illegible]le, atque personæ cohæreat, eam ob causam, quia prætenditur, nobilem Hans ab A. se obligasse, pecunia redacta ex venditione sive divisione feudi alia feuda comparare atque efficere, ut de illis fratres & agnati sui simultaneè investirent.

Et certi juris est, † quod illa promissio, 15
qua quis se obligat ad feudum comparandum, pro se personabilis sit atque personæ cohæreat, sicut hoc satis probatur per id, quod tradit *Bald. l. 1. §. ne autem. nu. 4. C. de Caduc. toll. fac. text. cap. 1. §. si duo de duob. fratrib. de novo feud. invest.*

Similiter & illa promissio qua nobilis Hans ab A. se obligavit facere, atque curare, ut fratres & agnati sui de illis feudis simultaneè investirentur, personale est atque personæ ipsius nobilis Hans ab A. cohæret.

Tum, quia illa promissio est accessoria ad præcedentem promissionem, videlicet de comparanod feudo.

Et certum est, † quod accessorium se- 16
quatur naturam sui principalis, & non extendatur ultra id, ad quod principale extenditur, *arg. c. accessorium. & ibi Dyn. de reg. jur. num. 6. l. cum principalis & ibi Dec. Cagn. & Dd. ff. de reg. jur. l. si cum. §. qui injuriarum. & ibi Bald. Ias. & Dd. ff. si quis caut.*

Tum, quia ubi deficit exemplum, & exemplificandum locum non habet, *l. in testam. ff. de condit. & demonstrat.*

Et posito, probabiliter dubitari posse, utrum illa promissio sive illud pactum personæ cohæreat: attamen secundum sententiam Dd. superius allegatam, concludendum videtur, in prætensa promissione intelligi

intelligi electam industriam personæ, illamque & personalem esse, & personæ Haitsen, ab A. cohærere, neque contra hæredes ipsius transire.

Et sic etiam ex hoc capite videtur concludendum, filiam atque uxorem nobilis Haitsen ab A. ex illa promissione conveniri non posse.

17 Septimò, † pactum de futura successione quærenda ratum non est, *l. cum donatione. C. de transactione, l. hereditas. C. de pact. convent. l. ex eo. C. in util. stipul l. pactum quod dotali. & ibi Dd. C. de pact. l. fin. ff. de suis & legitim. hered. l. stipulatio hoc modo. ff. verb. obligat. Hieron. Schurff. cons. 96. num. 19. cum 4. sequentib. lib. 1. cons. 56. nu. 14. eod. lib. 1. cons. 69. num. 2. lib. 2. cons. 14. eod. lib. 2. cons. 73. nu. 4. lib. 2. cons. 50. nu. 11. lib. 3. cons. 95. lib. 3.*

Quod usque adeo verum est, ut futura successio sive hæreditas, nec per donationem causa mortis, nec per codicillos acquiri possit, *Br. Bald. Fulgos. Paul. Castr. & Dd. l. licet. C. de pact. Ioan. de Imola. l. in illa in princ. ff. heredib. instit. Hieron. Schurff. cons. 55. num. 16. lib. 1. cons. 50. num. 11. lib. 3. cons. 95. lib. 3.*

Utque tale pactum ratum non sit, etiamsi illud fuerit reciprocum, *l. licet. & ibi B. Bald. Alex. Ias. Dec. & Dd. C. de pact. B. cons. 212. lib. 1. Alex. cons. 23. col. fin. lib. 3. Guido Papæ. cons. 115. cons. 212. & cons. 234. Ias. cons. 87. lib. 1. & cons. 145. ad finem. lib. 4. Dec. l. pactum. col. 2. C. de collation Dec. cons. 63. col. 2. cons. 203. col. 1. cons. 488. col. fin. & cons. 516. col. 1. Steph. Bertran. cons. 29. in princ. lib. 1. & cons. 33. num. 4. lib. 2. Curt. jun. d. l. licet. col. 7. C. de pact. Curt. jun. cons. 81. & cons. 151.*

18 Præterea, † pactum de futura successione non valet, nec favore quidem piæ causæ, *Ang. Fulgos. & P. Castr. l. tale pactum. § fin. ff. de pact. Paul. Castr. Rom. Fr. Aretin. & Alexand. Rubeus l. pactum. C. de collat. Rom. Auth. similiter in sexto speciale contractuum. C. ad l. Falcid.* Item, nec favore matrimonii, *l. pactum quod dotali & ibi Bald. Salycet. Alex. Ias. & Dd. C. de pact.*

19 Nec tale † pactum jurejurando confirmari potest, *gloss. l. si quando. § illud. verb. gravem. C. de inoff. testam. gl. l. pactum & ibi Bald. Fulgos. Roma. & Paul. Castr. C. de collat. Cyn. B. Ang. Salycet. Paul. Castr. Alex. & Ias. l. pactum quod dotali. C. de pactis. B. Ang. Paul. Castr. & Dd. l. fin. C eod. tit. B. l. 3. ff. de testam. B. l. stipulatio hoc modo & ibi Alex. col. 3. ff. verb. oblig. & l. si quis pro eo, in princ. col. 3 ff. de fidejuss. Bart. cons. 8. col. 3 & cons. 212 lib. 1. Bald. cons. 441. lib 5. Ant. de Butr. c. cum contingat. col. 3. & ibi Imol extr. de jurejur. Domin. c. quamvis de pact. lib. 6. Fulgos. cons. 73. Panorm. c. 2. col. 3 extr. de concess prabend. Panorm. cons. 48. ad fin. lib 2. P. Castr. cons. 448. col. 1. lib. 1. & cons. 48. ad fin. lib. 2. Alex. cons. 28. col. 3. lib. 3. Dec cons. 63. cons. 184. & cons. 203. Ias. cons. 87. dub. 3. lib. 1. Steph. Bertran. cons. 29. cons. 292. num. 4. lib. 1. cons. 1. num 88. lib. 2. & cons. 196. lib. 4. Hieron. Schurff. cons. 50. nu. 13. lib. 3. Hieron. Schurff. cons 95. lib. 3. Curt. jun. cons. 15. Neviz. inter cons. Alb. Brun, cons. 11. Neviz. cons. 29. nu. 13. L. Sylvan. cons 90.* Nec hypotheca adjecta vel constitutum appositum illi pacto ratum est, *Bald. l. ex testam. C. de testament. L. Sylvan. cons. 90. nu. 8. Hieron. Schurff. cons. 96. nu. 19. lib. 1. cons. 56. nu. 17. & 18. lib. 1. cons. 73. nu. 4 lib. 2.*

Similiter nec tale † pactum statuto vel consuetudine confirmari potest, *Bald. l. 2. col. 2. quæ sit longa consuet Alex. in addit. ad Bal. l. cum Archimederam. C. ut in poss legat. Alex. & Ias. l. pactum. C. de pact. Alex. l. fin. C. eod. tit. Alex. Ias. & Iacob. de S. Georg. l. pactum C de collat. Alex. & Ias. l. stipulatio hoc modo. ff. verb. obligat. Ias. l. de quib. col. 17. ff de legib Ias. cons. 87. col. fin. lib. 1. Dec. cons. 225. & cons. 236. Georg. Natta. repetit. l. c. quamvis de pactis. lib. 6. Steph. Bertran. cons. 29. col. 1. lib. 1. cons. 1. n 92. lib. 2. & cons. 267. col. 1. lib. 3. Hieron. Schurff. cons. 96. nu. 21. lib. 1. cons. 56. num. 17. & 18. lib. 1. cons. 14 nu. 6. lib. 2. cons 73. num. 4. lib 2. Hieron. Schurff. cons. 50. nu. 14. & 15. lib. 3. cons. 95. lib. 3.* 20

Deinde vigore hujus pacti quis ad successionem non admittitur, etiamsi is, de cujus successione agitur, intestatus decesserit, illudque pactum non revocaverit, *Alex. cons. 28. lib. 3. Hieron. Schurff. inter. cons. Alb. Brun. cons. 124. Hier. Schurff. cons. 56 nu. 13. lib. 1. cons. 11. nu. 3. lib. 1. cons. 50. nu. 11. lib. 3.* Tum, per *text. l. ex eo. C. inutil. stipul. dum videlicet*, in illo textu deciditur, quod conventio super futura successione nullius sit momenti. Tum, per *text. l. licet. C. de pact.* sumpto nempe argumento à speciali.

Et prædicta procedunt non tantùm in illo pacto, per quod conceditur alicui successio universalis vel certæ quotæ, sed etiam in tali pacto in quo agitur de successione rei particularis, namque nec tale quidem pactum ratum est, prout hoc expresse & in spetie tradit *Laurent. Sylvan cons. 90. num. 3. Hieron. Schurff. inter. cons. Alb. Brun. cons. 124. circa finem. Tiraquell. in tract.*

in tractat. de primogen. q. 6. num. 34. Alciat. l. pactum quod dotali. C. de pact. Socin. jun. conf. 44. num 44. lib. 2 Hieron. Schurff. conf. 11. num. 4. lib. 1. Et idem est de mente *Br. conf. 211. lib. 1. Dec. conf. 203. nu. 2. & conf. 225 num. 5. Curt. jun. conf. 14. & conf. 81. Aym. Cravett. conf 139. nu. 2. Ioan. Nevi. inter consil. Albert. Brun conf. 11. nu. 3. Fran. Purpuratus l. fin. nu. 218. C. de pact. Corn. conf. 60. lib. 2. Ioan. Dilect. in arte testandi tit. 2. caut. 10.*

21 Et licet Dd. velint † conventionem de certis rebus sive certis bonis alicui acquirendis, post mortem tertii ratam esse, *Oldrad. conf. 138. Card. Parif. conf. 26. lib. 2.* ubi ipse ad hoc infinitas auctoritates citat. Attamen illa opinio procedit tantum eo casu, quando certa bona sive certæ res alicui deferuntur per modum obligationis sive per modum contractus, secus autem est, quando certa bona sive certæ res alicui deferuntur per modum successionis, tale enim pactum ratum non est, prout ad illas doctrinas contrarias respondent Dd. superius citati. Et moventur tali ratione, quia sunt certi modi succedendi vel jure sanguinis vel secundum *leg. 12. tabular.* vel virtute ultimæ voluntatis, intra quos modos non recensetur pactum de succedendo.

Igitur sequitur, quod per tale pactum successionem nullo modo acquiri possit, *arg. l. obligationum ferè. §. placet. ff. de act. & obligat.*

Et semper intelligitur id actum, † ut cer-
22 ta quædam bona sive certæ quædam res acquirantur jure successionis, eo casu, quando verba respiciunt ipsa bona, sive ipsas res, ut puta, si actum vel conventum fuerit, ut post mortem Titii certa quædam summa devolvatur ad Sempronium, prout hoc expresse & in specie tradit *Br. conf. 212. lib. 1. Curt jun. conf. 15. & conf. 81. Aym. Crav. conf. 139. nu. 2.*

Quinimò, illam in dubio capiendam
23 esse interpretationem, ut † intelligatur actum, ut certa bona sive certæ res jure successionis alicui acquirantur, eo casu, quando non expresse actum sive conventum est, ut jure contractus certæ quædam res alicui acquirantur, tradit *L. Sylvan. conf. 90. nu. 5.*

Sed in casu præsenti videtur actum atque conventum, quod mortuo Hansen ab A. summa 6000. florenorum jure successionis debeat venire ad fratres atque agnatos ipsius, sicut hoc satis liquet ex instrumento confirmationis Illustrissimi Principis Electoris sub dato die Jovis post trium Regum, Anno 1539. nempe ex illis verbis: Auch Hans von A. ihr Brüder solche sechstausent Gülden / als recht Manlehngüter allein auff seine nechste mänliche Lehnserben fallen und vererben mögen / ponderando videlicet verbum, fallen / item verbum, vererben / sub quo verbu, vererben / successio tantùm & quidem hæreditaria continetur.

Igitur videtur dicendum, illam conventionem ratam non esse.

Octavò, † pactum sive conventio qua 24
quis promittit alteri quid relinquere post mortem suam, ratum non est, *l. res quæ. §. lites. ff. de jure fisci. Bart. conf. 212. lib. 1.*

Nonò, † donatio excedens 500. au- 25
reos actus non insinuata non valet nec tenet, *l. sancimus. & l. si quis argentum. §. pen. C. de donat. Bart. & Dd. l. Modestinus ff. eo. tit. Bald. l. illud. C. de sacrosanct. Eccles. Reminald §. 1. Instit. de donat.* quod etiam in donatione causa mortis locum habere videtur, *l. donatio. & ibi Bart. & Salycet. C. de donatio.* eo potissimùm casu, quando in donatione causa mortis non intervenêre quinque testes, tunc enim illa donatio excedens quingentos aureos absque omni dubio absque consumatione non valet, *Bart. & Salycet. l. fin. C. de donat. caus. mort. Alexand. Rubeus conf. 59. col. 1. Reminald. §. 1. num. 495. cum tribus sequentibus, Institut. de donationib.*

Et in specie, † quod promissio sive con- 26
cessio de succedendo alicui in certis rebus, sive quod certæ res ad aliquem post mortem ipsius pervenire debeant, vitietur, si illa res vel summa promissa excedat 500. aureos & insinuata non fuerit, tradit *Iohan. Dilectus in arte testandi tit. 2. caut. 10. nu. 3.*

Cum itaque prædicta summa 6000. florenorum longe multumque excedat summam 500. florenorum, videtur dicendum, illud pactum, de quo in casu præsenti agitur, ut videlicet dicta summa post mortem Hansen ab A. acquiratur fratribus atque agnatis ipsius, ne in modum quidem donationis valere.

Decimò, † pactum ut certa bona sive 27
certæ res alteri post mortem acquirantur etiam in iis casibus, in quibus hoc pactum valere potest, ratum non est, nisi illud pactum stipulatione vallatum fuerit, *Guido Papa decisio. 505.* quæ sententia confirmatur ex eo, namque donatio præsumpta non aliter rata est, nisi illa stipulatione

inter-

interveniente confirmata fuerit, *B. & Guilhelm. de Cun. l. jurisgentium. §. quinimo. & ibi Iaſ. nu. 21. ff. de pact. Rayn. Bald. Angel. Paul. Caſtrenſ. & Alex. d. l. jurisgentium. §. ſed cum nulla. Bald. l. ſi pacto, quo pœnam. C. de pact.*

Cum itaque in caſu præſenti non liqueat, neque probatum ſit, pactum de quo agitur, ſtipulatione confirmatum eſſe, videtur dicendum, etiam ex hoc capire illud pactum non valere.

28 Undecimò, † donatio ritè & legitimè perfecta per ſupervenientiam liberorum ſive propter liberos poſtea natos re tractatur, & annullatur, *l. ſi unquam. & ibi Tiraq. & Dd. C. de revocan. donat.* quod procedit non tantùm in donatione omnium bonorum, vel certæ quotæ, verùm etiam in donatione particularis rei vel ſummæ, *Alber. & Bald. d. l. ſi unquam, & ibi Tiraquell. in repet. verb. omnia vel partem aliquam. num. 2. C. de revoc. donat. Bart. l. Titia Seio. §. Imperator. col. fin. verſ. quæro. ff. de legat. 2. Bald. l. 1. col. penul. C. de inoff. donat. Alex. conſ. 41. col. pen. lib. 1. conſ. 47. lib. 2. conſ. 71. lib. 4. & conſ. 162. lib. 6. Corn. & Iaſ. Auth. ex cauſa. C. de liber. præter.* cum multis ſimilibus allegat. per *Tiraquell.* in loco ſupra citato. Etſi illa res vel ſumma particularis ſit, minor æſtimatione dimidiæ partis bonorum, *Bald. Raph. Cum. l. Titia Seio. §. Imperator. ff. de legat. 2. Imol. c. fin. col. 5. extr. de donat. Paul. Caſtr. conſ. 435. lib. 2. Alex. conſ. 71. lib. 4. Aretin. l. Titius. col. 4 ff. de lib. & poſth. Corn. conſ. 11. col. 9. lib. 3. & conſ. 30. col. 3. lib. 4. Barbat. l. 2. §. & iterum. col. 2. ff. de verb. oblig. Socin. conſ. 115. col. 3. lib. 2. Curt. ſen. conſ. 50. col. pen. Iaſ. Dec. & Franc. Ripa. l. 1. C. de pact.*

Cum itaque Nobili Hanſen ab A. poſt prædictum pactum liberi nati fuerunt, videtur dicendum, per ſupervenientiam liberorum illud pactum penitus annullatum fuiſſe, etiamſi illud pactum in vim ſive in modum donationis valere putuiſſet.

29 Duodecimò, † reprobato ſtatuto vel conſuetudine per legem ſuperioris non tantùm ſtatutum vel conſuetudo præterita, verum etiam futura reprobata intelligitur, uſque adeo, ut à ſubditis ſtatum contrarium fieri vel conſuetudo contraria introduci nequeat, prout in ſtatuto hoc expreſsè decidit *B. l. omnes populi. nu. 26. ff. de juſti & jure. Bart. Bald. Angel. Raph. Cum. Alex. & Iaſ. l. ſi mihi & tibi. §. an legatu. ff. de legat. 1.* & in conſuetudine hoc expreſsè tradit *B. in l. de quibus num. 4. & ibi Bald. reliquiq. Dd. ff. de legib. Abb. c. fin. num. 23. & 24. & ibi Anton. de Butr. in repet num. 53. extr. de conſuetud. Alex. l. ſi non ſpeciali. num. 4. C. de teſtam. cum multis ſimilib. alleg. per Petr. Duen. reg. 144.*

Cum itaque de jure communi cautum ſit, quod pecunia redacta ex venditione vel diviſione feudi non ſit feudalis, quodque vaſallus non teneatur pecuniam redactam ex venditione vel diviſione feudi in comparationem alterius feudi convertere atque curare, ut agnati ſui de illo feudo ſimultaneè inveſtiantur, atque conſtitutione Marchicâ Brandeburgenſi cautum ſit, quod in tota Marchia Brandenburgenſi jus commune ſervari debeat, non obſtante ſtatuto, conſuetudine vel privilegio aliquo, videtur dicendum, ſtatutum familiæ Nobilium ab A. quo ſtatuto cavetur, quod vendere feudum debeat pecuniam inde redactam in emptionem alterius feudi convertere tanquam juri communi & conſtitutioni Marchiæ Brandenburg. contrarium ratum non eſſe nec valere.

Decimo tertiò, quilibet † Rex vel Princeps legibus regni ſive principatus ſui ligatur, *Bald. Auth. omnes peregrini. num. 7. C. de comm. de ſucceſſ. Socin. conſ. 58. in princ. lib. 3. Tiraquell. in tract. de utroq; retract. 1. part. §. 1. gl. 13. num. 39.* & confirmatur, tum ex eo, quod dicitur parere legem quam condidiſti, *c. cum omnes. extr. de conſtit. c. pro illorum. extr. de præbend. c. neq; quorum liber. diſt. 9. c. ideo permittente Domino. §. his ita reſpondetur. 25. q. 2. l. 1. in princ. ff. quod quiſq; jur.* 30

Tum quia alibi traditur, quod Deus, Princeps, & Eccleſia utatur jure communi, niſi in caſibus ſpecialiter expreſsis, *Bald. l. & in legatu. col. 3. C. ad l. Falcid.*

Tum, quia Princeps tenetur ſervare ſuas conſuetudines, & ſic jus conſuetudinarium concludit ipſi Principi, *Bald. cap. 1. in princip. num. 2. de natur. feudi.*

Tum quia bonæ & naturales conſuetudines ligant ipſum Principem, quia potentius eſt jus naturale quam principatus, *Bald. cap. 1. §. fin. num. 2. de his qui feud. dare poſſunt.*

Cum itaque conſtitutio Marchica, qua cavetur, quod non obſtante ſtatuto, conſuetudine vel privilegio, certario in

Xxxx omnibus

omnibus causis jus commune servari debeat, cum consensu omnium ordinum totius Marchiæ facta sit, videtur dicendum, illa constitutione etiam ipsum Principem Electorem ligari, nec Principem Electorem potuisse per suam confirmationem illi constitutioni derogare, & per consequens, illam confirmationem, quatenus juri communi & sic constitutioni Marchicæ contradicit, non valere.

31 Decimo quartò, † pactum sive conventio per quam libera testandi facultas impeditur, aut saltem restringitur, ratum non est, prout hoc, quod pactum sive conventio impediens liberam testandi facultatem non valeat, satis probatur per *text. l. stipulatio hoc modo. ff. de verb. oligat. l. cum donationis. C. de transactionib. l. pactum quod dotali. C. de tollat. l. 1. C. de SS. Eccles. l. ex eo. C. de inutilib stipulat.*

Et quod pactum sive conventio, per quam non in totum aufertur, sed restringitur libera testandi facultas, rata non sit, probat *text. l. fi. ff. de legat. 3. Petr. de Anchor. & Imol. rubr. extr. de testam. Angel. cons. 66. Roman. cons. 171. Alex. l. fin. circa princ. & ibi Lancellot. Dec. col. 2 & Claud. col. 2. & 3. C. de pact. Bald. & Paul. Castr. d. l stipulatio hoc modo. Ias. cons 5. circa princ. lib. 3. Cardin. Paris. cons. 26. num. 65. lib. 2.*

Sed per pactum de quo in nostro casu agitur, ut videlicet 6000. floreni mortuo Hans ab A., ad fratres atque agnatos ipsius perveniant, libera testandi facultas constringitur, cum ipse Hans ab A. per illud pactum impediatur, quo minus ille de ipsis 6000. florenorum testamentum condere possit.

Igitur etiam ex hoc capite videtur dicendum, tale pactum non valere.

32 Decimo quintò, in † dispositione vel pacto quantumvis generali, nunquam comprehenditur legitima, neque per pactum quantumvis generale vel dispositionem generalem quis intelligitur exclusus a legitima sive petitione legitimæ, *Guilhelm. de Cun. Alberic. Bald. & Angel. l. de transactio. Bald. & Salycet. & Paul. Castrens. l. si quando. §. & generaliter. & ibi Ias. num. 5. arg. ill. text. C. de inoff. testam. Cardinal. Paris. cons. 43. num. 36. lib. 3.* & legitima filius debita à parentibus ipsis auferri vel minui sive onus aliquod imponi non potest, *l. quoniam in prioribus. C. de inoff. test. cum similibus vulgaribus.*

Igitur videtur dicendum, posito, illud pactum de quo in casu præsenti agitur, ratum esse, attamen filiam Hansen ab A. de illis 6000. floren. legitimam petere posse.

Et licet hæc & similia, quæ contra nostram decisionem atque nobiles Dominos ab A. adducta sunt & adduci possent, prima fronte fortiter urgere videantur, ego tamen his & similibus non obstantibus, nostram decisionem verissimam esse judico atque statuo, quod vigore pacti in venditione, nec non etiam in divisione bonorum feudalium appositi, & confirmationis Illustrissimi Principis Electoris Brandenburg. subsecutæ & statutorum familiæ Nobilium ab A. prædicti 6000. floren. ad Wolff & Frantzen ab A. exclusa & sorore & matre defuncti pertineant: quodque de illis 6000. florenor. neque mater neque filia defuncti legitimam petere possit.

Namque primò clari & indubitati juris est, tale † pactum atque conventionem qua cavetur, quod vasallus pecunia redacta ex venditione feudi, aliud feudum comparare atque efficere cogatur, ut agnati sui de illo simultaneè investiantur, ratam esse & valere, *cap. 1. & ibi gloss. verb. in feudum dandos. & Iacob. de Belvis. Isern. Mart. Laud. Alvar. Præpos. & Afflict. si de feud. vasall. ab aliq. interpell. fuer.* & in specie, quod tale pactum ratum sit, tradit *Afflict. cap. 1. num 10. de Vasall. decrep. ætat.* Et confirmatur ex eo, quod in simili traditur, talem contractum ratum esse, quo quis alter concedit pecuniam in feudum eo pacto, ut illa pecunia rem immobilem loco feudi habendam emat, *Bald. cap. 1. num. 7. & ibi Matth. de Afflict. nu 48. si de feudo ab aliq. interpell. fuer.* 33

Idem etiam tenet *Hieron. Schurff. cons. 22. lib 3.* ubi ipse formaliter inquit, licet in pecunia feudum constitui non possit, valere tamen pactum inter vasallos initum, quod pecunia redacta ex feudu reducatur in feudum, ita videlicet, quod ex tali pecunia ematur feudum, & subjungit, ex tali pacto obligari hæredes paciscentis non tantùm primos verùm etiam ulteriores.

Cum itaque nobilis Hans ab A. pro se atq; hæredib. suis promiserit, pecunia redacta ex venditione atque divisione bonorum feudalium, nempe 6000. florenis aliud feudum familiare, nempe pro se, fratribus atque

atque familia sua comparare, sequitur, illud pactum ratum esse, atque hæredes illius illi pacto stare cogi.

34 Secundò, licet † feudum non possit constitui in pecunia reliquisque rebus mobilibus, attamen hoc tantum consuetudinibus feudalibus & sic jure civili introductum est, cum consuetudines feudales perinde ut aliæ omnes consuetudines juris civilis reputentur, *Bald. l. ex placito, num. 17. C de rerum permutatio. Bald. l. fin. nu. 11. C. unde legitimi Ias. l. de quib. num. 83. ff. de legib.* Ideoq; dubio omni caret, illam dispositionem consuetudinum feudalium contrario juri civili, statuto nempe, consuetudine vel Principum placito tolli posse.

Tum, quia legibus expresse cautum, quælibet jura civilia contrario jure civili statuto nempe, consuetudine vel simili tolli posse, *§. sed naturalia Institut. de jure natur. gent. & civili.*

Tum, quia quod consuetudines feudales contrario jure civili, consuetudine nempe aut alio tolli possint, tradit *Dec. cons. 39. nu 12. Card. Paris. cons. 13. nu. 20 cum quinq; sequentib. lib. 1.*

Tum, quia quod jure civili introduci possit, ut feudum constitui possit, in pecunia vel alia re mobili tradit *Afflict. c. 1. § sciendum. nu. 28. de feud. cognit.*

35 Præterea quoque clari juris est, † Principem jus positivum tollere & mutare posse etiam sine causa aliqua, *l. Princeps. ff. de legib. l. digna vox. C. eod. c. proposuit de concess. præbend. c. 1. de constit. lib. 6. gloss. & Dd. c. quæ in Eccles. extr. de constitut. Aym. Cravett. cons 119. nu. 2. & cons. 144. nu. 18. lib. 1. Card. Paris. cons. 1. nu. 42. lib. 4.* Et in istis quæ sunt juris positivi voluntas Principis pro ratione & causa habetur, *B. l. relegati. ff. de pœnis. Innoc. c cum ad Monasterium. extr. de statu Monach. Bald & Angel. l. 1. §. pueritiam ff. de postul. Angel. l. justicia ff. de justit. & jure Abb. c. fraternitate. extr. de Schismat. Speculat. in tit. de legat. §. nunc breviter. col. fin.*

Quod non tantùm locum habet in il-
36 lis Principibus, † qui superiorem non recognoscunt, verùm etiam procedit in Principibus superiorem recognoscentibus & habentibus regalem dignitatem perpetuam, & ad hæredes transitoriam. Namque & illi jus civile tàm tollere quàm immutare possunt, *Paul. Castrens. 34. col. 3. lib. 2. Alex. cons. 1. col. 7. lib 5. Socin. cons. 3. col. 5. & cons. 65. col. 6. lib. 3. Dec. c. pastoralis extr. de appellat. Dec. cons. 191. col. 2. Calcan. cons. 2. col. 8. Curt. jun. cons. 1. col. 10. Felin. cap. 1. num. 2. extr. de rescript. Fel. c super his. extr. de major. & obedient. Ias. l nemo potest. ff. de legat. 1. Albert. Brun. consil. 45. numer. 18. Aymon. Cravett. consil. 135. numer. 2. Roland. à Vall. cons. 29. num. 26. & in lib. quæst. de lucro dotis. q. 3. numer. 8.*

Et confirmatur ex eo, namque † hi 37
Principes in territoriis suis omnibus privilegiis Imperatori indultis fruuntur, *Socin. cons. 3. & cons. 66. lib. 3. Alex. cons. 2. num 9. lib. 1. cons. 1. num. 29. lib. 5. cons. 12 num. 9 lib. 7. Cuma. cons. 158. & cons. 162. Bald. l. in more. ff. de jurisd. omn. judic. Bald. l. recepticia C de constit. pecun. Bald l. exemplo. C. de probat. Ang. cons. 139. Barbat. cons. 34. lib. 2. Albert. Brun. cons. 3. num. 7. cons. 19. num. 4. cons. 45. num. 18. Curt. jun. cons. 1. num. 29. cons. 61. num. 9. & cons. 100. Calcan cons. 2. col. 8. cons. 7. col. 16. col. 26. col. 4. & cons. 67. col. 2. Dec. c. pastoralis in princip. num. 2. extr. de de appellat. Dec. cons. 43. nu. 6 & cons 516. nu. 4. Ias. cons 100. num. 2. lib. 4. Carol. Ruin. cons. 200. num. 2. lib. 2. & cons. 130. nu. 2. lib 1. Steph. Bertrand. cons. 160. num. 4. lib. 1. & cons. 156. lib. 3. Socin jun. cons. 33. num. 9. cons. 76. num. 1. & cons. 36. num. 1. lib 3. Roland. à Valle. cons. 29. num. 26. & cons. 86. num. 13. & in lib. quæst. de lucro dotis. q. 3 num. 8. Nevizan. cons. 26. num. 1. Aymon. Cravett. cons. 135. num. 2.*

Deinde per confirmationem præser-
tim ex † certa scientia factam actus alio- 38
qui per se & ipso jure nullus confirmatur & validus efficitur, usque adeo, ut perinde habeatur atque si confirmans illum actum de novo fecisset vel gessisset, *l. adoptio. la. 2. & ibi Angel. ff de adopt. § fin. & ibi gloss. & Bald. Instit. de tutel. B. l si constat. arg. ill. text. ff. de appellation. Ias. l. more num 30. ff. de jurisd. omn. judic. B. l. privilegia. C. de SS. Eccles. Imol. cap. 1. ext. de transact. Abb. cons. 62. col. 3. lib. 1. Alex. cons. 34. col. 3. lib. 4.* & factum à Principe ex certa scientia, in dubium revocari non potest, *B. l. confirmatur. ff. de jure Codicill. B. cons. 196. incip. Civitati Camerini. col. 2.* & clausula, ex certa scientia facit valere id, quod patiebatur defectum, *Oldrad. cons. 257. col. 4. fac. text. cap. 1. extr. de transact.* & non debet quis audiri contra illud, quod Princeps facit ex certa scientia, sed debet repelli

& illi perpetuum silentium imponi, *Bald. cap. e. §. si quis autem arg. ill. text. de pace constant.* & quod facit Princeps ex certa scientia, videtur facere de plenitudine potestatis, *Bald. l. eos in princip. C. de appellationib.* & contra id, quod Princeps de plenitudine potestatis facit, nihil opponi potest, quod gratiam illius annullet, *Bald. in proœm. Decretal. col. 4.* nec ei dici; potest, cur ita facis? *Bald. in prælud. feud. col. 6.*

39 Et confirmatio ex † certa scientia intelligitur facta, quando tenor rei confirmatæ in confirmatione exprimitur, *c. pen. & ibi Dec. num. e. & Dd. extr. de confirmat. utili & inutili. Abb. c. inter dilectos. col. 7. extr. de fide instrum. Roman. cons. 327. & cons. 336. Alex. cons. 1. col. 13. lib. 5.* quando ex narratis in confirmatione constat, Principem habuisse noticiam actus sive negocii gesti, *gloss. c. pastoralis. §. præterea verb. ex certa scientia. extr. de officio deleg gloss. Clem. 1. verb. ex certa scientia. de judic. Abb. c. ad hæc. extr. de de rescript. Abb. & Dd. c. cum inter. extr. de except. Imol. l. quidam consulebat. col. 4. ff. de re jud. Alexan. consil. 39. lib. 4.*

40 Quinimò, in dubio † confirmatio Principis præsumitur esse facta ex certa scientia, *Ioan. Andr. Ant. de Butr. Card. & Imol. c. penult. extr. de confirmat. utili. Abb. c. examinata. extr. eod. tit. Alex. cons. 39. col. 4 lib. 4. & cons. 1. col. 13. lib. e. Dec. l. more. nu. 22. ff. de jurisd. omn. judic.*

41 Quod potissimum procedit, † quando confirmationi est inserta clausula non obstante, namque tunc censetur apparere de voluntate præcisa & enixa Principis confirmantis, *Bald. cons. 119. lib. 5. Bald. l. si testam. C. de testam. Alex. cons. 2. lib. 2. Præpos. c. per venerabilem charta 10. col. 4. extr. qui filii sint leg[illegible]mi. Socin. cons. 4e. lib. 3. Dd. l. Gallus. §. & quid si tantum ff. de lib. & posth. Card. Paris. cons. 1. num. 66. lib. 2.* Prout etiam hæc clausula non obstante hoc operatur, quod Princeps censeatur uti plenitudine potestatis, *Bald. & Paul. Castr. d. l. si testamentum. C. de testam. Ias. l. quamquam. num. 2. C. de testam. militar.*

42 Præterea, omnis † actus celebratus nec non etiam omnis contractus initus ab eo, qui habet leges condendæ potestatem, legis vigorem obtinet, *Bart. Bald. & Salycet. l. pen. arg ill. text. C. de donat. inter vir. & uxor. B. l. Cæsar. arg. ill. text. ff. de public. B. Alex. Ias. Dec. & Dd. l. Civitas. ff. si cert. petat. Curt. jun. in tract. feud. 2. part. 2. part. princ. nu. 65.*

Et licet aliqui Dd. velint, hoc tantum procedere † in Imperatore, Rege, reliquisque Principibus summis superiorem non recognoscentibus, *Bald. l. pen. C. de donat. inter vir. & uxor. Ang. l. 1. in princ. arg. gl. ibid. verb. derogare. & ibi Raph. Fulgos. Ludovic. Rom. Ang. Alex. & Ias. nu. 24. ff. de feriis Alex. & Ias. l. Civitas. ff. si cert. petat. Alex. l. 4. in princ. ff. de re judicat. Felin. rubr. nu. e. extr. de rescript. Fel. c. 1. col. 5. extr. de probatio. Alex. cons. 97. nu. 5. lib. 3. Ias. l. 1. num. 6. ff. de constitut. princip.* 43

In hoc tamen contrarium & melius tenent alii Dd. generaliter decidentes, omnem actum omnemque contractum celebratum ab eo, qui legis condendæ potestatem habet, legis vigorem obtinere, licet is superiorem recognoscat, *B. & Salycet. d. l. pen. C. de donat. inter vir. & uxor. B. d. l. Cæsar. Imol. cons. 24. col. 2. Abb. cons. 24. lib. 2. Bald. l. 1. col. 2. vers. item contractus. C. de hæred. & act. vendit. Ang. l. Item veniunt. §. cæterum. ff. de petit. hæredit. Dec. l. Civitas. ff. si cert. petat. Dec. rubr. extr. de rescript. Dec. cons. 516. num. 4. Bald. l. 1. in princ. ff. de constit. princ.*

Et idem est de mente *Bald. in l. precib. C. de impub. & aliis substit.* ubi *Bald* concludit, testamentum conditum a Dominis terrarum vim legis obtinere.

Idem etiam vult *Bald. l. sancimus. in princ. num. 5. & ibi Andr. Barbat. in addit. C. de donatio. Alex. cons. 157. lib. 2. Ruin. cons. 23. num. 12. lib. 2. Ias. l. omnium. num. 15. C. de testam. Roland. à Vall. cons. 93. num. 42. lib. 1. Mart. Laud in tract. de Principe. q. 11. Riminald. §. 1. num. 447. usq. ad num. 459. Instit. de donat.* ubi Dd. concludunt, donationem factam ab illo, qui merum & mixtum imperium habet, ratam esse, etiamsi illa actis insinuata non fuerit: Item, etiamsi donator superiorem recognoscat, nec non etiam testamentum non servatis legitimis solennitatibus conditum ab illo, qui merum & mixtum imperium habet, valere & ratum esse, licet is superiorem recognoscat.

Et licet aliqui Dd. velint, † actum sive contractum illius, qui legis condendæ potestatem habet, non aliter legis vigorem obtinere, nisi constet de intentione atque voluntate illius, qui actum vel contractum celebravit, quod 44

videlicet

videlicet voluerit illum actum sive contractum legis vigorem obtinere, *B. consf 72. nu. 2 lib. 1. Alex. & Dec. l. Civitas ff. si cert. petat. Dec. rubr. extr. de rescript.* Attamen in dubio quemlibet contractum initum nec non etiam quemlibet actum celebratum ab eo qui legis condendæ potestatem habet, ea intentione initum & celebratum intelligi, ut legis vigorem obtineat, tradit *Curt. sen. in addit. ad Alexand. l. Civitas. num. 19. ff. si cert. petat.* Eam ob causam, qui *text. d. l. Cæsar ff. de public. & l. penult. C. de donat. inter vir. & uxor.* loquuntur in dubio, & idem est de mente *B. in d. l. penult. & d. l. Cæsar.* nec non etiam sequacium ipsius, dum videlicet ipsi generaliter concludunt, contractum aliumve actum celebratum ab illo, qui legis condendæ potestatem habet, legis vigorem obtinere, & hoc potissimùm procedit, quando actus sive contractus aliter non valeret, tunc enim absque omni dubio præsumitur ille actus sive contractus celebratus eo animo, eaque intentione, ut legis vigorem obtineat, *Bald. l. precibus. 13. opposit. C. de impub. & aliis substit. Alex. consf. 18. col. 2. lib. 2. Dec. d. l. Civitas. num. 6.*

45 Tum quia † in dubio semper capitur illa præsumptio, ut actus potius valeat quàm pereat, *l. quoties. ff. de reb. dub. l. quoties. ff. de verbor. obligat. c. Abbate sanè & ibi gloss. extr. de verbor. signific.* illaque præsumptio est fortior & efficacior cæteris omnibus præsumptionibus, *Alciat. in tractat. de præsumptio. reg. 3. præsumpt. 34. nu. 1.*

46 Tum, quia † in dubio Princeps non præsumatur uti plenitudine potestatis, hoc tamen fallit, quando actus aliter valere non potest.

Tunc enim ut actus sustineatur, præsumitur Principem voluisse uti plenitudine potestatis, *Paul. Castr. l. ex imperfecto C. de testam. Paul. Castr. & Alex. l. quanquam. C. de testam. milit. Alex. l. Centurio. col. 12. ff. de vulgar. & pupill. Hippol. de Marf. l. 1. §. si servos. num. 19. ff. de quæstio. Felin. cap. 1. num. 26. extr. de constit. Fel. c. cum dilecta. col. 16. versf. limita regulam. extr. de rescript. Fel. c. in causis. col. 2. extr. de sentent. & re judic. Dec. d. l. Civitas. num. 2. Sebast. Vantius in tractat. de nullitat. sub rubr. an quælibet sententia posset dici nulla. numer. 26.*

47 Ulterius quoque dubio omni caret, † omnem illum, qui habet jurisdictionem perpetuam habere potestatem legis condendæ in iis quæ ad jurisdictionem ipsius spectant, *B. l. omnis populi. num. 8 ff. de just. & jure.*

Sed certum est, nobiles Dominos ab A. inter quos hoc pactum, de quo in casu præsenti controvertitur, initum fuit, habere in Castro Zichow / omnibus pagis pertinentibus merum & mixtum imperium, & omnimodam jurisdictionem & Illustrissimus Princeps Elector, ex certa scientia confirmavit, illud pactum initum inter istos fratres nobiles, sicut hoc satis liquet ex ipso instrumento confirmationis, cui insuper & clausula non obstante inserta est.

Igitur sequitur, hoc tàm pactum quàm Principis confirmationem subsecutam legis vigorem obtinere, illudque tam pactum quàm confirmationem subsecutam, qua disponitur, summam 6000. florenorum loco feudi habendam & reputandam, valere & ratam esse.

Tertiò Dd. tradunt, † pecuniam in feudum concedi posse ea lege, ut recipiens illa pecunia comparet prædia sive alia bona immobilia loco feudi habenda, & possidenda, *Bald. c. 1. nu. 7. & ibi Matth. de Afflict. nu. 48. si de feud. Vasall. ab alio interpell. fuer.* 48

Similiter, † pecunia & alia res mobilis in feudum dari potest, eo casu, quando proprietas illius pecuniæ remedio satisdationis vel aliter salva effici & feudum ita constitui potest, ut capitale salvum maneat, *Iacob. de Ardiz. in summa feud. cap. 27. circ. fin. Matth. de Afflict. cap. 1. §. sciendum. num. 29. de feud. cognit. Matth. de Afflict. cap. 1. numer. 14. si de feudo Vasall. ab alio interpell. fuer.* licet in hoc contrarium sed malè meo judicio teneat *Isern. cap. 1. numer. 2. si de feud. Vasall. ab alio. Zas. in tractat. feud. 4. part. numer. 21.* 49

Cum itaq; in casu præsenti 6000. floren. nobili Dno. Hansen ab A. fuerint numerati eo pacto ut nobilis Hans ab A. illa pecunia bona immobilia feudalia compararet, & insuper conventum, q̀ nobilis Dominus Hans ab A. illa summa annuos reditus redimibiles emere vel illam summam sub fœnore mutuo dare debeat, eo modo, ut summa capitalis salva maneat, utque illa summa

 post

post mortem Hansen ab A. ejus fratribus atque agnatis integra acquiri possit, sicut hoc satis liquet ex verbis obligationis factæ zu Bießdael / die Martis post Dominicam Invocavit, Anno 1553. nempe ex illis verbis: Ob ich aber dazu so bald nicht kommen köndte / wil ich doch die Verschreibung darüber also stellen und siegeln lassen / und auff die Lehnträger gnugsam stellen unnd versiegeln lassen / damit meine Brüder / auch das Geschlechte auff zukommenden Fall die Verwartung daran haben sollen / etiam ex hoc capite sequitur, prædictum pactum ratum esse.

50 Quartò, † pactum sive conventio de succedendo alicui in certis rebus, sive in certis bonis, ut puta, si pactum sive conventum fuerit, quod filii masculi, vel etiam fratres aut agnati exclusis fœminis paciscenti debeant succedere in certis bonis sive certis rebus ratum est, prout hoc expressè & in specie tenet *Bartol. cons. 72. nu. 2. lib. 1. ubi* concludit, conventionem initam inter fratres quod in bonis paternis & maternis masculi tantùm filii vel agnati exclusis fœminis succedere debeant, valere & ratam esse, eam ob causam, quia pactum quod certæ res non deveniant ad certum genus personarum, est de jure validum, *l. si ita quis. §. ea lege, & ibi Dd. ff. de verb. obligat. l. Codicillis. §. matre. ff. de legat. 2.* Nec per illud pactum impeditur libera facultas testandi, cum de aliis liberè testari possit.

Idem etiam tenet *Ioh. Camp. in tract. de dote, parte ultim. q. 79.* ubi ipse concludit, valere pactum inter plures fratres tempore divisionis initum, quod extantibus masculis fœminæ in certis bonis tam in testamento quàm ab intestato non succedant, sed illarum rerum successio tantùm ad masculos pertineat.

Eandem opinionem amplectitur *Paul. Castr. cons. 324. num. 1. lib. 1.* ubi ipse concludit, pactum de futura successione non de omnibus bonis sed de certis peculiaribus rebus ratum esse, quod & idem tenet *Dec. l. pactum quod dotali. num. 12. limit. 2. & ibi Lancellot. Dec. col. 1. C. de pact. Alex. cons. 28. nu. 11. lib. 3. & cons. 29 nu. 19. lib. 5. Guido Pap. sing. 523. Ias. l. fin. nu. 3. C. de pact. Gulhelm. Benedict. repet. c. Raynutius verb. duas habens filias. nu. 217. extr. de testam. Cassen. cons. 39. nu. 16. cum quinq. seqq. Ias. cons. 211. lib. 2. cons. 233. col. 4. vers. septimò benefaciunt. eod. lib. Godzad. cons. 87. Dec. cons. 216. num. 3. & cons. 225 num. 4. cons. 516. num. 17. Steph. Bertrand. cons. 4. num. 3. cum tribus seqq. & cons. 73. nu. 10. lib. 3. Carol Molin. in addit. ad Alex. cons. 28. num. 11. lib 3. Dec. cons. 578. nu 7. 8. & 9 & cons. 613. nu. 2 Aym. Cravett. cons. 19. nu. 7. lib. 1. Ias. inter. cons. Albert. Brun. cons. 8. & cons. 9. nu. 10. Barthol. Socin. inter cons. Alb. Brun. cons. 10. nu. 18. ubi Ias. & Socin.* attestantur, hanc opinionem communiter receptam esse. Et idem tenet *Ioan. Nevizan. inter cons. Alb Brun. cons. 11. in addit. Auffrerius in addit. ad decisio. Cap. Tholosan. q. 452. Curt. jun. cons. 1. num. 16.* ubi ipse tradit, hanc opinionem omnes Dd. amplecti. Et idem tenet *Ias. l. stipulatio hoc modo. nu. 11. & 12. ff. de verb. oblig.* ubi Dominus *Iason* concludit, conventiones & transactiones inter certos Nobiles de S. initas, in quibus continebatur, quod fœminæ non deberent succedere in bonis tam feudalibus quam allodialibus, sed si contingat eos mori sine masculis relicta fœmina, quod alter conjunctus succedere debeat exclusa fœmina, ratas esse & valere, asserit etiam ibidem *D. Ias.* valere conventionem inter Nobiles initam, ne vel ipsi vel hæredes ipsorum aliqua certa bona immobilia inter vivos vel in ultima voluntate alienent, & si contingeret, illa bona quolibet modo alienari, quod illa debeant devenire ad alios fratres & eorum descendentes, similiter ibi concludit *Ias.* valere conventionem inter duos fratres initam, si contingeret alterum eorum mori sine filiis masculis relicta filia, omnia bona mobilia & immobilia ipsius devenire debeant, ad alium superstitem vel filios ipsius masculos venire, & fœminæ tantùm congruenter dotari debeant.

Ejusdem opinionis est & *Ias. cons. 5. lib. 3.* ubi concludit, conventionem inter fratres initam, quod uno ex illis absque filiis masculis decedente, bona ipsius tam mobilia quàm immobilia ad fratrem superstitem venire & pertinere debeant, ratam esse.

Huic opinioni etiam subscribit *Hieron. Gratus cons. 19. num. 13. lib. 1.* ubi ipse attestatur, hanc opinionem etiam amplecti *Guid. Pap. in q. 257. incip. pactum. Ioan. Fabr. l. servi, C. de pact. Ægid. Bellemera. cons. 17. Alexand. cons. 83. lib. 2. & cons. 80. lib. 3.*

Idem etiam tenet *Hier. Grat. cons. 25. nu. 2. lib. 1. & cons. 134. num. 10. lib. 2. Marc. Anton. Natta. cons. 474. num. 1. & 2. lib. 2. Ruin. cons. 13. num. 3. lib. 2. & cons. 7. num. 5. lib. 3.*

Ioann.

Ioann. Crotus repetit. l. omnes populi. col. 4. versic. imò non solùm. ff. de iustit. & iur. Cardin. Paris. cons. 26. nu. 84. usq. ad nu. 112 lib. 2. ubi ipse attestatur, hanc opinionem & veram & communem esse & indistincte procedere nulla habità consideratione, quibus verbis & quà forma illa conventio facta fuerit.

Hanc eandem sententiam etiam sequitur *Cardin. Paris. cons. 72. num. 16. cum quatuor seqq. lib. 4. Zas. cons. 1. num. 15. lib. 2. Curt. jun. cons. 81. num. 4. Bellon. cons. 60. num. 2. Ioann. Baptista Villalobos, in libell. commun. opinion sub litera P.* ubi ipse similiter hanc opinionem communem esse attestatur, Idem tenet *Ruin. cons. 126. lib. 4.*

Hùc accedit id, quod Dd. tradunt, valere laudum arbitratoris, in quo definitur, quòd unus alteri post mortem suam succedere debeat reservatis tantùm certis bonis sive certis rebus, de quibus ipse testari possit, *Angel. cons. 5. Alex. cons 59. lib. 5. Cardin. Paris. cons. 26. num. 88. lib. 2. Socin. jun. consil. 143. num. 24. lib. 1.* Quodque ratum sit, pactum in contractu matrimonii appositum, quòd primogenitus in Castro certo vel alia quapiam re certa succedere debeat, *Guidon. Pap. decis. dephin. 267. & decis. 505. & decis. 506. Stephan. Bertrand. cons. 299. lib. 1. & cons. 1. num. 10. & 11. lib. 2. & cons. 78. lib 3. Dec. l. pactum quod dotali. num. 11. C. de pact. Dec. cons. 245. col. 2. & cons. 488. col. 3. Cassan. cons. 53. col. 2.*

Quinimò etiam tale pactum ratum esse, quo cavetur, ut uno decedente alter ipsi succedat in certa quota bonorum, tradunt *Petr. Cyn. Alberic. & Bald. l. final. C. de pact. Alex. cons. 83. lib. 3. & cons. 59. lib. 5. Stephan. Bertrand. cons. 70. col. 1. & cons. 78. num. 9. lib. 3. Dec. cons. 578. num. 9. Cardin. Paris. consil. 26. lib. 2. Ioann. Dilect. in arte testandi tit 2. caut. 10. Ioann. Villalobos in libello commun. opin. sub lit. P. num. 4.* ubi ipse dicit, hanc opinionem communem esse.

Et hanc sententiam confirmat, quòd Dd. tradunt, valere conventionem inter fratres initam, ut altero decedente sine liberis, certa ipsius bona ad superstitem perveniant, *Oldrad. cons. 139. Ioan. Andr. in addit. ad Specul. tit. de instrumen. editio. §. porrò. col. fin. vers. fuit etiam alia quæstio. Alber. de Rosat. l. fin. col. 1. vers. sed quæro pulchram. & col. 3. vers. Item, quæro duo fratres, & ibi Salicet. col pen. & Ias. C. de pact. Alberic. & Angel. l. hæreditarium. C. de bonis auth. judic. possid. Angel. cons. 179. Iohan. de Imol. & Roman. l. Attilius. ff. de donat. Alex. Ias. Iacob. de S. Georg. & Dec. l. licet. C. de pact. Guido Pap. cons. 31. & cons. 214. Ias. l. stipulatio hoc modo. col. 9. ff. de verb. obligat. Ruin. cons. 126. col. 3. lib. 1. Stephan. Bertrand. cons. 121. col. 2. lib. 4. Boër. decis. 355. Marian. Socin. cons. 143. num. 27. lib. 1.*

Quodque quis alteri omnia bona sua præsentia, nec non etiam tam præsentia quam futura reservatis tamen sibi certis rebus, super quibus testari possit, donare possit, ita ut ista bona post mortem donatoris acquirantur donatario, *Bart. & Dd. l. stipulatio hoc modo. ff. de verb. obligat. Bart. & Dd. l final. C. de pact.*

51 Et prædicta procedunt † quibuscunque tandem verbis vel sub quacunque forma verborum illud pactum sive conventio de bonis vel rebus particularibus concepta fuerit, nempe, etiamsi dictum fuerit, quòd frater fratri vel etiam agnatus agnato decedenti sine liberis masculis in certa quædam bona sive certas res succedere debeat, prout hoc expressè & in specie decidit *Bart. cons. 72. num. 2 lib. 1. Paul. Castr. cons. 324. nu. 1. lib. 1. Ioan. Campez. in tract. de dote, part. ultim. quæst. 79. Dec. l. pactum quod dotali. num 12. limit. 2. & ibi Lancellot. Dec. col. 1. C. de pact. Ias. l. stipulatio hoc modo. num. 11. & 12. ff. de verb. obligat. Ias. cons. 211. cons. 233. col. 5. lib. 1. cons. 5. col. 4. lib. 3. & inter cons. Albert. Brun. cons. 8. & cons. 9. num. 10.* ubi ipse asserit, hanc opinionem communem esse, & idem tenet *Dec. cons. 225. nu. 4. cons. 516. nu. 17. cons. 578. nu. 7. 8. & 9. & cons. 613. num. 2 Barthol. Socin. inter cons. Albert. Brun. cons 10. num. 18.* ubi ipse affirmat, hanc opinionem communiter receptam, & idem tenet *Auffrerius in addit. ad decis. Cap. Tholos. quæst 452. Hieron. Grasus cons. 19. nu. 13. lib. 1. Ruin. cons. 13. nu. 3 lib. 2. & cons. 7. nu. 5. lib. 3. Aym. Cravett. cons. 19. nu. 7. lib. 1. Cardin. Paris. cons. 72. lib. 4. & idem Cardin. Paris. cons. 26. lib. 2.* ubi ipse attestatur, hanc opinionem communiter receptam esse, & idem tenet *Guido Pap. decisio. delphin. 267. Ioann. Baptista Villalobos in libello commun. opinion. sub litera P.* ubi ipse similiter dicit, hanc opinionem communem esse.

52 Nec etiam illa distinctio facienda est, utrum † verba contrahentium vel paciscentium respiciant res, an verò personas, ut puta, sive conventio ita concepta sit, quòd unus debeat esse obligatus alteri post mortem suam dare vel relinquere certa quædam bona sive certas res.

An verò, quòd pust mortem unius ad alium certa bona sive certas res pervenire debeant. Namqne utroque casu, nempe etiamsi verba pacti vel contractus bona respiciant, pactum & conventio valet, prout hoc liquet ex traditis per *Bald. in cons. 62. num. 2. lib. 1.* Quodque consilium refert atque sequitur *Ias. d. l. stipulatio hoc modo. nu. 12. ff. de verb. obligat. Ias. cons. 21 1. cons. 233. col. 5. lib. 1. cons. 5. col. 4. lib. 3. & inter cons. Albert. Brun. cons. 8. num. 38. & cons. 9. num. 10. Cassen. cons. 19. num. 18. Cardin. Paris. cons. 26. lib. 2. & cons. 72. lib. 4.* Et est de mente *Guidon. Pap. singul. 523 Dec cons. 216. nu. 3. Ias. l. fin. nu. 8. C. de pact.* & probari videtur per text. *l. si inter. ff. de pact. dotalib.*

53 Quinimo, † pactum sive conventio, quòd unus alteri in certis rebus sive certis bunis titulo hæreditariu succedere debeat, ratum esse, tradit *Stephan. Bertrand. cons. 78. num. 10. lib. 3. Alex. cons. 59. lib. 5.* & expressius *Aym. Cravett. cons. 19. num. 7. lib. 1.*

Atq; illud verbum, *hæreditario jure*, impropriari & de singulari successione intelligi debet, ut actus valeat, & sustineatur, *Bart. l. quæsitum. §. si servos. ff. de legat. 1. Calcan. cons. 12 col. 4. Dec. l. final. num. 35. C. de pactis. Godz. ad cons. 87 col. 4. & facit text. l. id tempus. §. 1. ff. de usucapion.*

Et hoc pactum sive conventio, ut uno ex fratribus sine liberis masculis defuncto, certa quædam bona sive certæ res ad fratres sive agnatos superstites perveniant, fœminis exclusis, non tam dicitur esse pactum de succedendo quam pactum de cunservando bona & successionem inter agnatos masculos, *Riminaldus l. pactum colum. 3. C. de collation. Cardin. Paris. cons. 26. num. 93. lib. 2.*

54 Quod † pactum conservativum futuræ successionis ratum esse dubio omni caret, *§. final. Institut. de legitim. agnat. success. Bart. Alex. Iason & Doctores l. final. C. de pact. Bart & Doctores l. stipulatio hoc modo. ff. de verbor. obligat.*

Et prædicta generaliter quidem procedunt, potissimùm verò locum habent eo casu, quando vel res vel quantitas certa acquitur ab initio cum illo pacto, quòd acquirente mortuo sine liberis masculis frater sive agnatus ipsius in tali re sive quantitate succedere vel ad talem rem sive quantitatem admitti debeat, exclusis fœminis sive filiabus, prout hoc tradit *Bart. cons. 72. lib. 2.* ubi *Bart.* concludit, pactum initum inter fratres, dividentes hæreditatem paternam & maternam, quòd in portionem viri per divisionem acquisitam ipso absque filio masculo defuncto alius frater superstes, fœminis exclusis succedere debeat, ratum sit, quod consilium *Bartoli* referunt atque sequuntur *Doctores* communiter in locis supra citatis, & inter reliquos illud *consilium* refert atque sequitur *Cardin. Paris. cons. 26. num. 84. lib. 2.* Et idem probat id, quod tradit *Bald. l. 2. nu. 5. & ibi Ias. num. 121. C. de jure emphyteut. Guilhelm. Benedict. repetit. c. Raynutius, verb. in eodem testamento relinquens el. 1. num. 186. extr. de testament.* ubi concludunt, pactum adjectum in acquisitione Emphyteusis, ut illa Emphyteusis tantùm ad filium primogenitum transeat, reliquis filiis exclusis, ratum esse & valere.

Et confirmatur ex eo, quia omne pactum adjectum in initio acquisitionis sive dum res aliqua acquiritur & valet & servandum est, *l. legem. C. de pact. l. final. C. de pact. inter empt. & vendit. l. 1. §. si convenerit. ff. depositi. l. 1. §. final. cum l. sequent. ff. de reb. eorum. facit textus l. videamus. §. jurare. ff. de in lit. jur.*

Cùm itaque inter nobiles Dominos ab A. pactum fuerit initum tantùm de certa & particulari summa, nempe 6000. flurenis, atque conventum, quud nobilis Hans ab A. illis 6000. flor. quos ipse partim ex divisiune bonorum paternorum, partim verò ex venditione feudurum suorum acquisivit, alia feuda comparare & efficere debeat, ut de illis fratres atque agnati sui simultaneè investiantur, & quòd interim illa summa loco feudi reputari, & Hansen ab A. vel filiis ipsius decedentibus absque filiis masculis illa summa ad fratres agnatos, & successures feudi pervenire debeat, illudque pactum & in divisione bonorum atque etiam venditione adjectum fuerit, dubio omni caret, tale pactum & valere & ratum esse.

Quintò, dubio omni caret, † valere legem, statutum vel constitutionem, quà quis ad successionem vocatur sive habilitatur, & alius ab illa excluditur, *Bart. cons. 72. num. 2. lib. 1. Bald. c. 1. §. & quia vidimus. num. 14. de his, qui feud. dare poss. Bald. l. 2. num. 28. C. quæ sit longa consuetudo. Francisc. Ripa responso. 2. tit. de jure gentium & civil. ff. veteri. Iohan. Campez. in tractat. de dote,* 55

part.

part. ultim. quæst. 79. nu. 3 Tiraquell. in tract. de primogenit. quæst. 4. num. 13. Cardin. Paris. cons. 26. num. 98. lib. 2. arg. §. cæterum. & §. media. Institut. de leg. aguat. success. l. lege. C. de leg. hæred. l. fœmina. C. de secund. nupt. l. 1. C. de natural. liber. l. lege obvenire. ff. de verb. significat. l. illud. C. de sacros. Eccles. & tot. tit. C. de hæred. decurionum. c. 1. de filijs natis ex matr. ad morg. contr. prout etiam valet statutum & consuetudo, quòd in certis bonis aliqui succedant, exclusis aliis, *Dec. cons. 225. nu. 5. Card. Paris. cons. 26. num. 99. lib. 2.*

Quod usque adeò verum est, ut statutum vel constitutio mutans vel alterans jus succedendi, ratum sit, licet per illud statutum vel constitutionem Legitima descendentibus jure naturæ debita minuatur, *Dyn. c. indultum de reg. jur. lib. 6. Bart. l. Titia centum. §. final. num. 6. ff. de condit. & demonstrat. Alex. de Imol. l. quòd de bonis. §. final. ff. ad l. Falcid. Ias. authent. novissima. num. 59. C. de inoffic. testament. Ias. l. quoniam in prioribus. C. eod. tit.*

56 Quinimò † statutum vel consuetudinem confirmantem pactum de futura successione acquirenda valere & ratam esse, tradit *Bald. l. cùm Archimederam. col. final. versic. sed nunquid per consuetudinem. C. ut in possess. legat. Bald. l. de quib. col. 2. ff. de legib. Imol. l. ille autem in fin ff. de hæred. instit. Dec. l. pactum quod dotale. num. 11. C. de pact. arg. c. 1. §. mulierem. & §. filij nati si de feud. defunct. content.*

57 Præterea † pactum de futura successione initum ab illo, qui jurisdictionem habet, & legis vigorem obtinet, & perinde ut lex sive constitutio deferens vel auferens futuram successionem valet, prout hoc in specie tradit *Bart. cons. 72. num. 2. lib. 1. Iohan. Campez. in tractat. de dote ultim. part. quæst. 79. Dec. cons. 516. Ioann. Neviz. inter consilia. Albert. Brun. cons. 11, in addition. col. final.*

Et hoc potissimùm locum habet, quando hoc pactum de futura successione ab Imperatore sive ab illo, qui jura Imperatoris habet, ex certa scientia confirmatum fuit, tunc enim illud pactum absque omni dubio validum efficitur & servandum est, *Dec. cons. 516. num. 8.*

Cum itaque nobiles Domini ab A. in castro Zichavv atque pertinentibus pagis habeant & merum & mixtum imperium, & omnimodam jurisdictionem, atque hoc pactum, ut summa sex millium florenorum convertatur in comparationem bonorum immobilium feudalium, atque interim & habeatur loco feudi, & tantùm devolvatur ad agnatos sive successores feudi ab Illustrissimo Electore Brandenburgensi, qui in ipsius ditione & territorio jura Imperii habet & juribus Imperatoris fruitur, ex certa scientia adjecta clausula non obstante confirmatum fuerit, dubio omni caret, hoc pactum & valere & ratum esse.

Sextò, † statutum sive constitutio certæ familiæ disponens, quòd existentibus masculis filiæ fœminæ non succedant, nec non etiam de aliis rebus sive negotiis valet & ratum est, 58 *Iohan. Andr. in addit. ad Specul. §. compendiosè. vers. sed nunquid dicemus in addit. incip. interposuit. Vbertus tit. de instrum. edit. Angel. Imol. Iacob. Puteus & Raph. Cuman. l. 3. ff. de testament. Ias. repetit. l. omnes populi. num. 42. Et ibi Iohann. Crotus in repetit. col. 4. ff. de justit. & jur. Barbat. rubr. extr. de rescript. Barbat. c. 2. col. 7. extr. de probat. Rainer Zabana. repetit. l. 2. vers. quæro quorum consensus. C. quæ sit long. consuetud. Andr. de Isern. c. 1. §. præterea Ducatus. col. 2. vers. sed quomodo probabitur. tit. de prohib. feud. alien per Frider. Bald. cons. 347. lib. 1. Guido Pap. cons. 131. Socin. cons. 61. col. 2. lib. 3. Ias. cons. 46. col. fin. lib. 1. & cons. 192. col 3. vers fortificatur. lib. 2. Ruin. cons. 19. num. 6. & cons. 34. num 5. lib. 1. Albert. Brun. in tract. statutorum verb. parentela in fine. Ioan. Neviz. inter cons. Albert. Brun. cons. 11. col. fin. Ioan. Campez. in tract. de dote. ultim. part. quæst. 79. Boër. decis. 155. nu. 29. Cassen. in consuetud Burgundia tit. Des Fiefs. §. 5. gloss. 1. in fin. Curt. in tractat feud. 1. part. 3. part. princ. num. 10. Ioan. Lecirier in tract. de primogenit. lib. 1. quæst. 22. num. 6. Zas. in tractat. feud. 8. part. num. 42. Card. Paris. cons. 26. nu. 97. lib. 2. & cons. 72 num. 11. & 19. lib. 4. Hieron. Schurff. cons. 92. lib. 2.*

Et licet in hoc contrarium teneat *Ang. l. fin. col. 2. C. de testam. Alex. l. si non speciali. C. eod. tit. Ias. l. si quis à filio. §. fin. ff. de legat. 1. Carol. Ruin. cons. 208. col. 1. lib. 1.*

Attamen præcedens opinio est magis communis, eamque ob caussam ab ea neque in consulendo neque in judicando recedendum est per jura vulgaria.

Itaque

Illaque opinio absque omni dubio & nemine penitus discrepante procedit in illa familia, quæ jurisdictionem habet, illa enim tam statuta condere, quàm consuetudinem inducere etiam contra jus commune potest, *Ang. l. fin. C. de testam. Alex. l. si non specialt. C. eod. tit. Ias. l. si quis à filio. §. final. & ibi Zas. ff. de legat. 1. Zas. consf. 1. nu. 24. lib. 2. Ruin. conf 38 num. 6. & conf. 40. num. 11. lib. 1. Matth. de Afflict. in præfat. constitut. Siciliæ quæst. 3.*

Ex quo sequitur, statutum sive constitutionem familiæ Nobilium ab A. quo cavetur, quòd pecunia redacta ex venditione bonorum feudalium, rursus converti debeat in comparationem feudorum atque feudalis effici valeat, & ratum sit.

59 Septimò, multa † possunt fieri indecenter in consequentiam & accessoriè, quæ principaliter fieri prohibita sunt, *l. 1. ff. de authent. tutor. l. in modicis. ff. de controvers. empt. l. quædam. ff. de acquirend. domin, facie id quod tradit Ias. l. si quis nec caussam in princip. ff. si cert. petat.*

Et comprobatur ex eo, quod traditur, licet pactum dispositivum de futura successione principaliter initum non valeat, illud tamen pactum ratum esse, quando illud incidenter & accessoriè sive in consequentiam alterius contractus venit, *l. si quis servum. ff. act. empt. Bart. & Doctores l. stipulatio hoc modo. ff. de verborum obligationibus.*

Cùm itaque illud pactum, de quo in casu præsenti agitur, veniat in consequentiam alterius contractus divisionis nempe & venditionis, sequitur, quòd tantò minus dubitandum sit, illud pactum valere & ratum esse.

60. Octavò, clari juris est, † quòd Legitima non debeatur filiabus de illis bonis, quæ eo pacto acquisita fuêre, ne ipsa bona ad fœminas, extantibus masculis perveniant.

Tum, quia Doctores concludunt, filiabus non deberi Legitimam in Emphyteusi acquisita pro se & filiis ac nepotibus suis sive descendentibus masculis, *Fabianus de Giochis repetit. authent. novissima. num. 47. C. de inoffic. testament.*

Tum, quia filiabus fœminis non debetur Legitima de feudo etiam novo, aliter quàm per emptionem acquisito, *Ludov. de Penna l. 1. C. de impon. lucrat. descript. lib. 10. Capitius decis. 2. num. 8.*

Tum, quia de † bonis relictis vel concessis patri eo pacto, ne illa bona ad filium perveniant, filius nec Legitimam quidem petere potest, *Corn. cons. 132. num. 8. lib. 1.* 61

Tum, quia Legitima tantùm debetur filiis & filiabus ex illis bonis, quæ detracto ære alieno supersunt, *l. Papinianus. §. quarta. ff. de inofficios. testamento. l. in imponenda. C. ad leg. Falcid.*

Tum, quia Legitima peti non potest de illis rebus vel bonis, quæ defunctus, de cujus hæreditate agitur, post mortem suam alii restituere obligatus fuit, *l. iuiuum. C. ad leg. Falcid. l. in ratione. §. quod vulgò, & ibi Bart. & Alex. ff. eod. l. 1. C. de bon. author. jud. possid.*

Tum, quia cùm Legitima sit quota portio ejus, quòd quis ab intestato habiturus est, *l. parentibus. l. qui nuper, & authent. novissima. C. de inoffic. testament. l. Papinianus. §. quoniam autem, & ibi Aug. & §. unde si quis, & ibi gloss. ff. eod. c. Raynutius extr. de testament.* sequitur, quòd de illa re, à cujus successione quis excluditur, ipse nec Legitimam quidem petere possit.

Tum, quia † exclusus à successione ab intestato etiam a petitione Legitimæ exclusus intelligatur, *Bart. l. Titia centum. §. Titio genero, & ibi Paul. Castrens. col. final. ff. de condit. & demonstrat. Bald. l. Gallus. §. & quid si tantum. col. 3. & ibi Imol. col. penult. Franc. Aretin. & Alex. col. 8. ff. de liber. & posthum. Angel. cons. 105. Raph. Cumau. cons. 35. Paul. Castrens. cons. 275. lib. 1. Panormitan. cons. 75. lib. 1. Roman cons. 16. Alex. & Ias. l. si emancipati. C. de collat. Benedict. Capra. cons. 165. col. 2. Curt. sen. cons. 13. & cons 35.* ubi ipse attestatur, hanc opinionem communem esse, Idemque tenet *Ioann. Baptista de S. Severino, repetit. l. omnes populi. chart. 70. ff. de justit. & jure. Corn. cons. 150. lib. 1. Socin. cons. 246. lib. 2. & cons. 288. eod. libro. cons. 127. lib. 4.* ubi ipse attestatur, hanc opinionem communem esse, & idem tenet *Dec. consil. 276. col. 2. Socin. jun. cons. 25. num. 11. lib. 1.* 62

Quod potissimùm & absque omni dubio procedit, quando quis excluditur à successione certarum rerum, Namque iste illis rebus nullo modo Legitimam petere potest, sicut

ficut hoc fatis probatur ex eo, quod Dd. communiter concludunt, primogenitum, cui exclusis aliis liberis defertur fuccessio certorum bonorum sive certarum rerum, puta Regni, Ducatus, Comitatus vel fimilium, de illis rebus aliis filiis legitimam solvere non cogi, *Petr. Iacob. in tit. de success. sione regni Franciæ. col. 4. in parvis. Innoc. Host. Ioan. Andr. Cardin. Florent. Imol. Panormit. & Dd. c. licet extr. de voto. Cardin. Florent. conf. 64. col. fin. Panormit. conf. 12. dubio 3. lib. 1. & consil. 9. dub. 2. & 3. lib. 2. Paul. Castrens. conf. 179. col. 2. lib. 1. Ægid. Bellamer. conf. 48. col. 1. Guido Pap. conf. 140. dub. 2. & decis. delphin. 476. & decis. 487. Guilhel. Bened. repet. c. Raynutius. verb. in eodem testamento relinquens. el. 1. nu. 145. extr. de testament. Boër. decis. 204. num. 14. Anton. Rubeus conf. 34. col. 3. Capit. decis. 2.*

Cùm itaque nobilis Hans ab A. in contractu divisionis & venditionis promiserit, quòd ipse 6000. florenis redactis ex divisione, nec non etiam ex venditione feudorum alia bona feudalia comparare velit, quodque interim illa fumma & jure feudi censeri, & ad fucceffores feudi, exclusis fœminis, transire debeat, atq; ipse Hans ab A. ex illo pacto, sive promissione obligatus fuit, illam pecuniam post mortem suam successoribus feudi relinquere, sequitur, quòd neque forori neque matri junioris Clausen ab A. filii Hansen permittatur de dicta fumma 6000. florenorum legitimam petere, Quod potiſſimùm & absque omni dubio in casu præsenti locum habet, cùm ut mihi narratum est, junior Claus ab A. ultra prædictam fummam 7000. florenos & ultra reliquerit, ex quibus & mater & foror non modò legitimam, fed multò plus consequuntur.

63 Nonò, legibus cautum est, † quòd feudum in dotem dari non possit, *c. 1. §. donare, qualiter feudum olim. Matth. de Afflict. c. 1. an maritus. Iaf. l. final. num. 109. C. de jure emphyteut.*

Similiter & feudum non potest concedi in donationem propter nuptias, *Præpos. c. 1. §. donare. num. 3. qualiter feud. olim. Iacob. de S. Georg. in tractat. feud. verb. ita etiam, quòd ipsi. num. 19. Curt. in tractat. feud. 4. part. num. 94.*

Nec etiam in feudo potest constitui usufructus vel victalitium, *gloss. c. 1. §. præterea, & ibi Alvarott. Præpos. & Afflict. de Capit. Corrad. Alvarott. c. 1. in princip. num. 13. & ibi Præpos. num. 4. & Matth. de Afflict. nu. 31. de prohib feud. alienat. per Frideric. Alex. consil. 18. num. 1. lib. 5. Iacob. de S. Georg. in tract. feudal. verb. ita etiam quòd ipsi. num. 13. Curt. in tract. feud. 4. part. num. 106.*

Et in iis casibus, in quibus vasallo permittitur, dotem, donationem propter nuptias vel victalitium in feudo constituere, illa constitutio vel concessio fratribus vel agnatis ipsius non consentientibus post mortem constituentis sive concedentis non nocet neque præjudicat, *c. nuper, & ibi Abb. extr. de donation. inter virum & uxorem. Abb. c. 2. num. 6. extr. de feud. Præpos. c. 1. §. donare. num. 2. & ibi Matth. de Afflict. num. 20. qualiter feud. olim.*

Et confirmatur ex eo, quod traditur, licet vasallo permittatur alium de feudo fuo investire, hanc tamen investituram, fratribus & agnatis fuis non præjudicare, sed illis permitti feudum ab eo, qui de isto investitus fuit, repetere, *Andr. de Isern. Alvarott. Mart. Laud. & Præpos. c. 1. §. sed & res, per quas fiat investitut. Alvarot. c. 1. §. fin. num. 4. & ibi Præpos. num. 1. de controv. investit. Alvar. & Præpos. c. 1. §. beneficium, si de feud. defunct. content. Alvarott. & Præpos. c. 1. §. præterea de Capit. Corradi. Alex. conf. 15. lib. 5. Iacob. de S. Georg. in tractat. feud. verb. ita etiam quod ipsi. num. 4. Curt. in tractat. feud. 4 part. num. 85.*

Et licet vasallus servitutem feudo imponere possit, hanc tamen impositionem servitutis agnatis ipsius, quibus feudum ipso mortuo applicat, non nocere neque præjudicare, *Cardin. Paris. conf. 98. num. 3. lib. 2.* Sicut etiam nec quælibet alienatio feudi à vasallo cum consensu Domini facta, agnatis ipsius nocet, vel præjudicat, *c. 1. §. hoc quoq; de success. feudi. c. 1. §. Titius, & ibi Dd. si de feud. defunct. content. c. 1. in princip. & ibi Doctores de alienat. feud. patern. Cardin. Parif. conf. 16. num. 40. lib. 1. & conf. 65. lib. 3.*

Præterea quoque clari juris est, † quòd res restitutioni subjecta in præjudicium illius, cui illa res restitui debet, neque alienari neque obligari, neque victalitio vel servitute aliquâ onerari aut gravari possit, *l. in concedendo, & l. in diem. ff. de aqua pluv. arcend. l. fin. §. sed quia. & §. fin autem sub conditione & authent. res quæ. C. communia de legat. l. lex vectigali. ff. de pignoribus.* 64

Deinde

65 Deinde quoque clari juris est, † quòd in pacto unus alteri succedere debeat in re certa sive in certis bonis, non habet locum pœnitentia, eo casu, quando illud pactum fuerit appositum vel in donatione inter vivos, vel in contractu emptionis, venditionis aut divisionis, prout in tali pacto apposito in donatione inter vivos tenet *Iason cons. 5. num. 2. lib. 3. Auffrer. in addit. ad decis. Cap. Tholos. quæst. 453.*

Et quòd in tali pacto non habeat locum pœnitentia, quando est appositum in contractu venditionis vel emptionis, tradit *Auffrerius in addit. ad decis. Cap. Tholos. quæst. 453.*

66 Et confirmatur ex eo, namque † pactum in continenti adjectum contractui, pars contractus esse censetur, *l. fundi partem. ff. de controv. empt. & vendit. facit text. l. 1. §. editiones. ff. edendo. Bart. l. 1. col. final. ff. de condict. indeb. Bart. l. lecta col. penult. ff. si cert. petat. Bald. cons. 48. lib. 1. Dec. consil. 46. col. 1. Tiraquell. in tractat. de utroq; retract. 1. part. §. 1. gloss. 18. num. 38. & nu. 69. & part. 2. in præfat. num. 21. cum duabus sequentibus.*

Atque eandem naturam sortitur, quam contractus principalis habet, *c. accessorium. & ibi Dyn. Ioan. Andr. & Dd. de reg. jur. lib. 6. l. inter socerum. §. cùm inter. ff. pact. dotal. l. etiam. C. de jure dotis. l. si eum. §. qui injuriarum. & ibi Dd. ff. si quis caut. l. cum principalis, & ibi Dec. & Cagnol. ff. de reg. jur. Bart. l. jurisgent. §. quinimò. ff. de pact. Bart. & Doctores l. in bonæ fidei. C. eod. Ang. & Ioann. Fab. l. videamus. §. si actionem. ff. de usur.*

Cùm itaque in contractu emptionis & venditionis altero invito non habeat locum pœnitentia, *l. de contractu. & l. ratas. C. de rescindend. vendit. l. invitle. C. de rei vendicat. l. sicut. C. de action. & obligat.*

Sequitur, similiter & in pacto, quòd unus alteri succedere debeat in re certa sive in bonis certis adjecto in contractu emptionis & venditionis pœnitentia locum non habeat.

67 Similiter hæc † sententia confirmatur ex eo, namque jus mihi quæsitum absque facto meo mihi auferri nequit, *l. fin. C. si contra ius & utilitat. public. l. id quod nostrum. ff. de regul. jur. c. quæ in Ecclesiarum extr. de constit.*

Etiamsi illud jus mihi tantùm sit specie quæsitum, *l. in diem. ff. de aqua pluv. arcen. Bald. cons. 431. col. 2. lib. 2. Barbat. cons. 18. col. 6. lib. 2. Dec. c. sicut Roman. col. 3. extr. de rescript. Præpos. c. 1. §. Titius. col. 4. in fin. si de feud. def. cont. facit text. l. 2. C. de natal. restituend. c. 1. in fin. de success. feudi.*

Item etiamsi illud jus mihi fuerit acquisitum per pactum vel contractum illius, qui mihi illud jus auferre vult, *l. fin. ff. de pact. l. qui Romæ. §. Flavius. ff. de verb. obligat. l. 1. §. 2. & ibi gloss. ff. de stipulat. servor. l. si post mortem. §. ultim. ff. de bon. possess. contra tabul. gloss. 1. l. certi condictio. §. si nummos. ff. cert. petat. Specul. in tit. de pact. §. postremò versic. sed certè. & in tit. de locat. §. nunc aliqua. vers. 75. Cyn. Bart. & Bald. l. petendæ. C de temp. in integr. restit. Salicet. l. 1. C. si mancip. ita alien. fuerit.*

Etiamsi illud jus mihi facto vel contractu illius, qui mihi illud auferre nititur, solà spe quæsitum fuerit, *l. si constante, & ibi Bald. C. de donation. ante nupt. Franc. Aretin. cons. 7. col. 2. & cons. 74. col. 5. Rum. cons. 186. lib. 1. Dyn. Rainer. Bald. Angel. Imol. & Paul. Castrens. l. idem Iulianus. §. si quis alicui. ff. de legat. 1. Alex. cons. 106. col. 3. lib. 4. Barbat. consil. 18. lib. 2. Corn. cons. 68. col. 2. lib. 3. Dec. consil. 239. col. 3. vers. ultimò non obstat.*

Et hoc potissimùm & absque omni dubio procedit, quando acceptatio vel factum illius, cui hoc jus ex facto sive pacto tertii quæsitum est, intervenit, *Bald. l. cùm ad socerum ad fin. ff. de jure dot. Raph. Cuma. Alex. Francisc. Aretin. & Petr. de Besutio l. qui Romæ. §. Flavius. & ibi Ias. nu. 19. ff. de verb. obligat. Ioan. de Imol. c. potuit. chart. fin. extr. de locat. Aret. cons. 73. arg. l. cùm maritus. §. fin. ff. de pact. dotal.* & idem quoad terminos nostros expressè tradit *Auffrer. in addit. ad decis. Cap. Tholos. quæst. 453.*

Eodem modo hæc † sententia confir- 68
matur ex eo, quod tradit *Paul. Castr. in cons. 164. col. 6. lib. 2.* ubi ipse concludit, si quis vel conjugibus futuris, aut jam conjunctis vel uni ex iis fundum aliquem donaverit, eo pacto, quòd in illo fundo tantùm primogenitus succedere debeat, donatariis sive donatario hanc donationem nomine primogeniti recipientibus, neque donatorem neque donatarium in præjudicium filii primogeniti pœnitere posse, quam decisionem *Paul. Castrens. refert atq; sequitur Phil. Dec. consil. 468. col. penult. & cons. 498. col. 3. Auffrer. in addit. ad decis. Cap. Tholos. quæst. 453. Tiraq. in tractat. de primogen. quæst. 8. num. 6.* quod etiam probat id, quod tradit *Ludovicus Bologninus cons. 62.* ubi ipse concludit, si vir & uxor, Principis auctoritate constituerit majoricatum sive majoriam, vel jus primo-

primogenituræ in omnibus aut certis suis quibusdam bonis; nec unum ex conjugibus sine altero, nec utrumque sine consensu Principis hunc majoricatum revocare posse.

Nec obstat quod *Dd.* tradunt, pactum adjectum in contractu matrimonii, ne filii nati ex illo matrimonio patri succedant, pœnitentia & consensu parentis mutari & pacto, nec non etiam alia dispositione contraria effici posse; ut isti filii per istud pactum à successione exclusi succedant, *Alvarott. & Præposit. cap. 1. §. filii si de feud. defunct. content.*

Atque etiam pactum in contractu matrimonii appositum, quòd primogenitus in certis bonis succedat, atque reliquis filiis præferatur, pœnitentia etiam absque consensu primogeniti filii tolli possit, *decis. Tholosana. q. 453. Boer. decis. 204. Tiraquell. in tractat. de primogenit. 8. q.* Eam ob causam, quia hujusmodi pacta sunt veluti quædam dispositio à conjugibus facta supremi judicii dispositionem præveniens, & inde naturam mutabilem assumens, *argum. l. si filia. §. Papinianus. ff. famil. herecis. l. parentib. C. de inoff. testa. l. fin. C. de pact.*

Namque illæ doctrinæ non procedunt, quando talia pacta, ut unus alteri in re certa sive certis bonis succedat, sunt adjecta vel in donatione inter vivos vel in contractu emptionis, divisionis aut simili irrevocabili, tunc enim unus ex paciscentibus, altero non consentiente à tali pacto resilire non potest.

Similiter, hæ contrariæ decisiones non procedunt, quando vel is vel alius nomine illius, cujus favorem hoc pactum respicit, illud pactum acceptat, prout ex præcedentibus liquet.

Cum itaque illud pactum, de quo in præsenti casu agitur, atque in quo cautum est, quod nobilis Dominus Hans ab A. teneatur pecuniam 6000. florenorum, partim ex divisione, partim ex venditione redactam in emptionem aliorum feudorum convertere, & si ipse interim decedat, quod illa pecunia debeat & jure feudi censeri & ad successores feudi tantum pertinere, fuerit appositum in contractu divisionis & venditionis, atque ipse vigore illius pacti obligatus fuit, illam summam 6000. flor. post mortem suam successoribus feudi relinquere sive potius restituere, sequitur, ipsum nobilem Hans ab A. neque pœnitere neque in præjudicium successorum feudi uxori suæ victalitium constituere potuisse in dicta summa vel ejus parte, & si ipse contrarium fecerit vel præsumpserit, hoc successoribus feudi non nocere neque obesse.

Et prædicta usque adeo vera sunt, † ut 69
constitutio victalitii si quæ forsan esset facta vel præsumpta à nobili Domino Hansen ab A. etiam nec accedente quidem consensu vel confirmatione Illustrissimi Principis Elect. nobilib. Wolffen & Frantzen ab A. præjudicare possit, prout hoc, quod jus quæsitum alteri ex pacto de succedendo in reb. sive bonis certis, nec authoritate quidem summi Principis, Imperatoris nempe auferri vel tolli possit, tradit *Ias. inter cons. Albert. Brun. cons. 8. nu. 42. Barthol. Socin. inter cons. Albert. Brun. cons. 10. num. 22. & 23.* ubi ipse subjungit, illud jus authoritate Imperatoris non tantum non tolli, sed nec alterari quidem posse. Et confirmatur ex eo, quia contractus sunt juris gentium, *l. 1. in prin. & l. jurugent. in prin. ff. de pact. l. 1. in pr. ff de constit. pecun.* Ideoque jus quæsitum ex contractu [illegible] ne summus quidem Princeps mihi a[illegible]erre potest, *l. de contractu. C. de rescind. vendit. l. causas vel lites. C. de transact. l. in civile C. de rei vendicat. c. 1. de natura feudi.* prout regulariter Princeps vel Imperator non potest derogare illis, quæ sunt juris naturalis vel gentium, *B. & Dd. l. fin. C. si contr. jus vel util. publ. B. l. 3. C. de fundis patrim. lib. 11. Pet. de Anchor. cons. 352. col. fin. Angel. cons. 139. col. 3.* Non modò directè, sed nec per indirectum quidem, *Fr. Aret. l. 1. in pr. col. 3. ff. de acquir. possess. Dec c. quæ in Ecclesiarum. num. 25. extr. de constit.* Imò Princeps sive Imperator ea, quæ juris naturalis vel gentium sunt, nec alterare quidem potest, *Rom. cons. 352.*

Nec obstat, quod in constitutione Marchica cautum reperitur, So auch ein Mann Lehngüter hat / vnd seine Fraw darmit oder daraus nach der Frawen Einbringen / beleibgedingen will / soll jhm mit Consens vnnd Verwilligung der Herrschafft zu gelassen werden.

Et sic ex illa constitutione requirente tantum consensum Domini in constitutione victalitii, videatur inferendum, ad hoc consensum agnatorum sive simultaneè investitorum non requiri, & per con-

sequens dicendum sit, si nobilis Hans ab A. uxori suæ constituerit victalitium in dictis *6000.* floren. cum consensu Illustrissimi Princip. Elect. etiam absque consensu fratrum illam constitutionem in præjudicium fratrum valere, & ratam esse, eam ob causam, quia inter fratres hoc actum & conventum est, ut illa summa *6000.* floren. feudi recti naturam in omnibus & per omnia habeat & sortiatur, sicut hoc satis liquet ex instrumento confirmationis sub dato die Jovis post trium Regum Anno 1539.

Namque respondeo primò, constitutionem Marchicam ita accipiendam, ne per illam constitutionem intelligatur esse exclusus consensus agnatorum sive simultaneè investitorum. Tum, quia jure communi expressè cautum est, quod victalitium in feudo non possit constitui in præjudicium agnatorum absque ipsorum consensu etiam Domini feudi consensu accedente.

70 Et clari juris est, † omnia statuta, omnesque constitutiones secundum jus commune esse intelligendas, limitandas, & restringendas, *l. 2. & ibi* [illegible] *C. de noxa. act. l. fin. C. de testament.* [illegible] Tum, quia agnati sive simultaneè investiti per hoc, quod victalitium in feudis absq; ipsorum consensu constitueretur, & in ipsorum præjudicium validum esset, ipsi indebitè damnum paterentur.

71 Et clari & indubitati juris est, † quodlibet statutum atq; constitutionem quamlibet ita intelligendam esse, ne quis indebitè damnum patiatur, etiamsi capiendo hanc interpretationem illud statutum sive constitutio redderetur penitus supervacua, *gloss. B. Alexand. & Dd. l. fin. §. in computatione & ibi Jas. numer. 12. C. de jure deliber. fac. text. c. cum dilectus & c. ad audientiam & ibi Anton. de. Butr. & Imol. extr. de cleric. non residen. c. ex parte. cl. ult. extr. de verb. signif.*

72 Secundò clari & indubitati juris est, quod † omnia statuta omnesque constitutiones præsertim juris communis correctoriæ strictè intelligi, & ita accipi debeant, ut quantò minus fieri potest, jus commune lædant, *l. 2. & ibi B. & Dd. C. de noxal. act. l. præcipimus. §. fin & ibi Bart. & Dd C. de appellat. Franc. Ripa responso 2. titul. de jure gent. & civili. super ff. veteri.* Etiamsi necesse sit, verba statuti vel constitutionis ad significationem impropriam detorquere, *c. cum dilectus & ibi Anton. de Butr. Imol. & Dd. extr. de consuetud.* Ideoque receptum est, statutum vel constitutionem loquentem de feudo, intelligi tantum de feudo proprio & recto, *Socin. consil. 252. & consil. 262. lib. 2. Corn. consil. 16. num. 23. lib. 1. Curt. jun. in tractat. feud. part. 1. quæst. 6. numer. 32. & 33.*

Ex quo sequitur, etiam posito, sed tamen non concesso, constitutionem Marchicam ita accipiendam esse, quod vasallo licitum atque permissum sit uxori suæ cum consensu Domini constituere victalitium in feudis sive in præjudicium agnatorum sive simultaneè investitorum etiam absque ipsorum consensu, hanc tamen constitutionem strictè intelligendam & ita accipiendam, ut tantum procedat in feudo proprio & recto, nec ullo modo extendatur ad feudum improprium vel ad pecuniam, cui ex speciali privilegio Principis Elect. jus vel natura feudi attributa est.

Nec obstat, quod in instrumento confirmationis sub dato die Jovis post trium Regum Anno 1539. dispositum reperitur.

Demnach vñ auff solchen Spruch vnd Vertrag confirmiren vnd bestetigen wir angezeigte Hans von A. Verpflichtung/ machen vnd ordnen auch aus Churf. Obrigkeit/ als der Lehnherr vnd Landesfürst/ obgedachte 6000. Gülden zu rechtem Mannlehn/ die Natur vnd Eigenschafft eines rechten Mannlehn zu haben/ damit zu gebaren vnd zuhalten/ wie Mannlehns Recht vnd Gewonheit ist.

Et sic ex illa clausula videatur inferendum, quod illa pecunia sive summa *6000. floren.* in omnibus & per omnia loco feudi recta haberi, atque Hansen ab A. permitti debeat, de illa summa omnia facere & disponere, quæ de feudo recto & proprio ipsi facere & disponere licuisset, & per consequens, quod ipsi permissum fuerit, in illa pecunia sive summa cum consensu agnatorum uxori suæ victalitium constituere.

Namque respondeo, illam dispositionem sive confirmationem ita accipiendam esse, quod per illā dictæ summæ *6000. flor.* intelligatur attributa natura atq; proprietas originalis, non autem accidentalis feudi recti & proprii, quodq; Hansen ab A. illud intelligatur esse permissum facere

cum

cum illa pecunia, quod quilibet secundum originalem naturam & proprietatem feudi recti & proprii de illo feudo facere & disponete potest, sicut hoc satis probatur ex eo, quod tradit *gloss. Bart. Alex. & Dd. l. certi conditio. in princ. & ibi Decius. ff. si cert. petat. Ang. l item veniunt. §. cum prodiximus. argum. ill. text. ff. petit. hæredit.* ubi *Dd.* attestantur, hanc opinionem communiter receptam esse.

Cum itaque secundum originalem naturam feudi recti & proprii, nemini permittatur absque consensu agnatorum in ipsorum præjudicium in feudis suis uxori suæ victalitium constituere, sicut hoc ex prædictis liquet, sequitur Hansen ab A. per istam confirmationem Illustrissimi Principis Electoris permissum non esse, in illa pecunia sive summa *6000. floren.* victalitium in præjudicium agnatorum absque ipsorum consensu uxori suæ constituere, etiam posito, sed tamen non concesso, per constitutionem Marchicam Brandeburg. feuda recta & propria hanc accidentalem naturam & proprietatem sortita fuisse, quod vasallo permittatur in feudo suo cum consensu Domini feudi in præjudicium agnatorum etiam illis non consentientibus uxori suæ victalitium constituere.

Illud verò dubio omni caret, constitutionem Marchicam Brandenburg. ita accipi non posse, quod uxor vasalli defuncti, cui vivo vasallo victalitium constitutum non fuit, ipso mortuo petere & impetrare possit, ut ipsi victalitium in bonis feudalibus, sive illis quæ loco feudi habentur, aut aliter restitutioni subjectæ sunt, in præjudicium agnatorum, quibus illa bona aperta sunt, constituatur.

73 Namque hoc & juri communi † refragatur & constitutio Marchica non dicit, & clari juris est, illud quod lex, statutum vel constitutio non dicit, nec nos dicere debere, *l. si servum. §. non dixit prætor. ff. acquir. hæreditat. Bald. l. omnes populi ante fin ff. de justit. & jur. Bald. l. 1. col. pen. C. de hæredib instituit. Bald. c. inter corporalia circa med. extr de translat. prælato. Bald. consil. 2. col. 1. lib. 1.* Quodque & à quo removentur verba legis vel constitutionis, & ejus quoque dispositio removeatur, *Bald. consil. 408. col. 1. lib. 1.* & ubi statutum non loquitur, ipsius dispositio cesset, *Bald. l. furiosi argument. ill. textu. C. de nupt.*

His adde, quod statuta tantum disponant quantum loquuntur, & nihil præterea, *Bald. l. testamentum in fin. C. de testament.* Quodque debeamus & verbis statuti servire sine extranea interpretatione, *Bald. consil. 134. col. 2. lib. 4.* & verbis statutorum inhærere, nec aliter interpretari quàm statuta loquantur, *Bald. c. significante col. 2. extr. de appellationib.*

Huc accedit, quod tradit idem *Bald. in l. ita nobis, ante finem. C. de adult. Bald. l. cum ancilla col. 2. vers. sed pone statuta. C. de incest. nupt.* ubi ipse inquit, quod non possumus recedere à verbis & determinatione statuti, & quod statutum non determinat, nec ego determino, quia servandum est prout jacet, item, quod non attenditur ratio statuti, sed casus formaliter dispositus, & is idem *Bald in c. 1. in fin. de alien. feudi* tradit, quod tenaciter verbis statutorum inhærendum sit, nec illis liceat quicquam addere vel detrahere.

Similiter clari juris est, quod † statuta & constitutiones debeant strictissimè intelligi & ita accipi, ut quanto minus fieri potest, jus commune lædant, usque adeò, ut statutum vel constitutio juris communis correctoria nec ex similitudine vel majoritate rationis quidem ad alium casum extendi debeant, *gloss. B. & Dd. Auth. quas actiones. numer. 21. C. de S S. Eccles. Bart. l præcipimus. §. fin. arg. ill. text. C. de appell. B. Alex. Jas. & Dd. l. si constante in prin. ff. soluto matrim.* 74

Eodem modo indubitati juris est, quod in omnibus casibus secundum jus commune pronunciandum sit, nisi de consuetudine vel statuto expressè contrario fides fiat, per jura vulgaria.

Et sic ex prædictis liquet, nostram conclusionem superius firmatam esse verissimam & indubitatam, nec illi conclusioni quicquam obstant rationes dubitandi, namque ad illas facilis est responsio.

Et ad primum argumentum contrarium respondeo, licet pecunia redacta ex venditione feudi, non sit feudalis, sed allodialis, & ad omnes hæredes transitoria: Attamen valere pactum, item, & statutum, ut pecunia redacta ex vendi-

tione feudi convertatur in comparationem alterius feudi, item, ut vasallo venditori defuncto, illa pecunia transeat tantum ad successores feudi, non autem ad successores hæreditatis, prout hoc tàm pactum quàm statutum in casu præsenti adest.

75 Ad secundum argumentum contrarium respondeo, illud non † procedere, quando statuto vel pacto contrarium cautum est, illudque tàm statutum quàm pactum valere, & ex illo pacto obligari etiam hæredes paciscentis, non tantùm primos & immediatos, verùm etiam ulteriores, sicut hoc in rationibus decidendi docuimus.

76 Ad tertiam rationem dubitandi respondeo, † licet in pecunia reliquisque rebus mobilibus feudum constitui non possit, hoc tamen non procedere. Primò, quando lege, statuto vel constitutione, aut tali pacto, quod legis vigorem obtinet, contrarium cautum reperitur. Secundò, quando satisdatione vel alio remedio interveniente talis cautela adhibetur, ut vasallus & pecunia frui, & sors capitalis salva manere possit. Tertiò, quando pecunia conceditur in feudum ea lege, ut illa convertatur in comparationem feudorum. Quartò, quando agitur, ut pecunia reputetur jure feudi, quoad hunc finem, ut ad illius feudi successionem tantum successores feudi admittantur.

77 Ad quartam rationem dubitandi respondeo, † veriorem & communiorem *Dd.* sententiã esse, quod Principes seculares habentes dignitatem regalem perpetuam & ad hæredes transitoriam, licet ipsi superiorem recognoscant, in ipsorum territoriis privilegiis Imperatoris utantur, & perinde ut Imperator ipse juri communi derogare possint, sicut hoc in rationibus decidendi docuimus.

Præterea, legibus prohibitum non reperitur, quod quilibet Magistratus inferior pactum sive contractum legitimè initum, licet per illum contractum juri communi derogetur, confirmare possit.

78 Et certum est, † omne illud quod legibus expressè prohibitum non reperitur, permissum censeri, *l. nec non. §. quod eis. ff. ex quib. caus. major.* Imò, legibus expressè cautum est, quemlibet Magistratum etiam inferiorem actus atque contractus quoslibet legitimè perfectos, confirmare posse, *l. si quos. & ibi Bartol. C. de decur. lib. 10. l. 1. C. de præd. decur. lib. 10. §. nulla Auth. de defens. civitat.*

Et insuper illud pactum, † quod pecunia redacta ex vendirione feudi, aliud feudum comparari, & quod ad successionem illius pecuniæ tantum successores feudi admitti debeant, non est contra sed præter jus commune, & clari & indubitati juris est, quod non tantùm Principes seculares habentes dignitatem regalem perpetuam & ad hæredes transitoriam, verùm etiam omnes omninò Magistratus jurisdictionem perpetuam habentes, leges, statuta & constitutiones condere, nec non ordinationes præter jus commune facere possint, *cap. 2. extr. de major, & obedien. cap. 2. & ibi Dd. de constitutionib. lib. 6. cap. 1. §. 1. de statutis contra. libert. Ecclesiast. Bald. l. omnes populi. numer. 5. ff. just. & jur. Angel. §. jus autem civile. num. 5. Instit. de jur. natur. gent. & civili.* 79

Ad quintam rationem dubitandi respondeo, † illa pacta de quibus in casu nostro agitur, per se & ipso jure rata & valida esse, etiamsi confirmatio Illustriss. Principis Elect. non intervenisset, prout ex illis, quæ in rationibus decidendi dicta sunt, liquet, & insuper confirmatio Illustriss. Principis Elect. de qua in casu nostro agitur, est facta ex certa scientia, eique est inserta clausula, *non obstante.* Et clari juris est, per confirmationem factam ex certa scientia actum etiam nullum & invalidum confirmari & validum effici, prout hoc tradit *B. in d. l. si constat. alii. Dd. citati* in rationibus decidendi, & idem est, si confirmationi fuerit inserta clausula, non obstante, prout hoc ex rationibus decidendi liquet. 80

Ad sextam dubitandi rationem respondeo, illam † promissionem, qua quis se obligat pecuniam redactam ex venditione feudi convertere in comparationem aliorum feudorum, non esse personalem neque personæ cohærere, sed obligationem exinde descendentem contra omnes hæredes, non tantùm primos verùm etiam ulteriores transire, prout hoc tradit *Hieronym. Schurff. consil. 22. lib. 3.* Et sic liquet, ea, quæ in sexto argumento contrario dicta sunt, nostræ decisioni non refragari. 81

Nec

Nec obstat, quod illud pactum, quo quis se obligat ad feudum comparandum, personæ cohæreat, namque hoc non procedit, quando quis se obligat comparare feudum non tantùm pro se, verùm etiam pro familia sua sive fratribus & agnatis suis, nec quicquam obstat doctrina *Baldi in l. 1. §. ne autem. num. 4. C. de caduc. tollend.* Namque *Bald.* dicit ibidem, præstationem juramenti ex parte præstantis personalem esse, nec ullam facit mentionem de promissione, qua quis se obligavit pro se & familia sua sive agnatis suis feudum comparare.

Et *text. in c. 1. §. si duo de duob. fratrib. de nov. benef. invest.* procedit tantum quoad illos, qui non descendunt à primo acquirente, quique de isto feudo simultaneè investiti non sunt, secus autem est, quoad illos, qui vel à primo acquirente originem trahunt, vel per simultaneam investituram pactum vel aliud remedium effecti sunt capaces successionis feudi, namque quoad illos, Dominus etiam invitus unum pro alio vasallo tenetur agnoscere, cum vasallo licitum atque permissum sit, feudum suum illis etiam absque consensu Domini vendere vel alio titulo concedere, *c. 1. §. etsi clientulus, & ibi Dd de alienat. feudi. c. 1. §. sed & res & ibi Dd. per quos fiat investit. c. 1. & ibi Dd. de alienat. feud. pater. Bald. l. voluntas. num. 4. C. de fideicom. Bald c. quæ in Ecclesiarum. num. 33. extr. de constitut. Alvarott. c. 1. §. fin. num. 21. & ibi Præposit. quæ fuit prima caussa. Oldrad. cons. 270. Alex. consil. 189. num. 7. lib. 2. Pract. Papi. in forma libelli quo agitur ad revocationem feudi verb. nec superstitib. num. 22. Iacob. de S. Georg. in tract. feudal. verb. & cum pacto. el. 2. num. 31. Card. Parif. cons. 1. num. 131. cons. 2. num. 4. lib. 1. & cons. 71. num. 24. lib. 3.* Quod non tantùm procedit, si is agnatus vel simultaneè investitus, sed proximior alienatori vel ei immediatè successurus, sed etiamsi ipse sit remotior, *Bald. c. 1. §. hæc quoque. num. 17. de successione feudi. Bald. c. 1. num. 11. de alienat. feud. Bald. c. 1. §. sed & res. num. 2. per quos fiat investit. Bald. c. 1. in prin. num. 8. de probib. feud. alien. per Frider. Bald. c. sanè num. 4. extr. de renunc. Alvarot. c. 1. in prin. num. 5. & ibi Præpos. num. 2. de alien. feud. pater. Præposit. c. 1. §. Titius n. 6. arg. ill. text. si de feud. def. content. Matth. de Afflict. c. 1. num. 38. de vasallo qui contr. constit. Lothar. Reg. Fr. Sonspeck. in tract. feud. 13. part. nu. 116.*

Et posito, sed tamen non concesso, illam promissionem, qua quis obligat se ad emendum sive comparandum feudum, personalem esse, atque personæ cohærere, attamen illa promissio, qua quis se obligat ad curandum atque faciendum, ut agnati sui de feudo certi valoris, sive certæ quantitatis simultaneè investiantur, ita ut illius feudi successio mortuo promittente agnatis deferatur, personæ non cohæret, cum magis habeatur respectus ad ipsum opus perfectum, nempe ut tot bona ad familiam perveniant, & in familia permaneant quam ad ipsum factum comparationis feudi.

Nec obstat, quod tale pactum sit accessorium ad promissionem principalem de comparando feudum, namque inter promissionem principalem de comparando feudo habito respectu ad personam comparantis, & inter promissionem accessoriam de curando, ut agnati de isto feudo simultaneè investiantur, maxima ratio diversitatis militat.

Et clari juris est, † quod accessorium non sequatur, neque sortiatur naturam principalis, eo casu, quando inter accessorium & principale ratio diversitatis militat, *Bald. l. ita stipulatus 12. oppos. ff. verbor. obligat. Bald. l. non dubium. 14. opposit. ff. de legib. Alex. consil. 40. lib. 1. Dec. & Cagnol. l. cum principalis. ff. de reg. jur. arg. l. & si u. C. de præd. minor. l. stipulatio. §. alteri ff. verb. oblig.* 82

Nec deficit † exemplandum, etiamsi exemplar deficiat, eo casu, quando de mente sive voluntate contrahentium vel disponentium constat, juxta text. clarum & expressum *l. in testam. ff. de condit. & demonstr.* prout in casu præsenti de mente & voluntate contrahentium constat atque liquet, illam fuisse mentem & voluntatem paciscentium, quod de *6000. florenis* feuda comparari debeant, eo pacto, ut de illis tota familia Nobilium ab A. simultaneè investiatur, utque illa feuda in familia Nobilium ab A. permaneant. 83

Et cum in promissione sive pacto, de quo in præsenti casu agitur, fuerit facta mentio hæredum, prout ex copiis mihi transmissis liquet, dubio omni caret, quod obligatio ex illa promissione descendens personæ non cohæreat, neque industriam personæ respiciat.

Cum sit clari & indubitati juris, † quod nunquam intelligatur esse electa industria personæ, eo casu, quando hæredum mentio facta est, *Cyn. & Bald. l. quisquis* 84

la. 1. C. de Episcop.& Cleric, Petr de Anchor. c. is cui de offic delegat.lib.6. Felin. c. fin. nu. 4. verf. secundo fallit. extr.eod. tit.

Ad septimum argumentum contrarium respondeu, illud,† quod dicitur pactum de futura successione non valere, tantum procedere eo casu, quando illud pactum est de successione universali vel totius hæreditatis vel certæ quotæ, secus autem est, quando illud pactum est initum de rebus particularibus sive de summa particulari, tunc enim illud pactum secundum communem & receptam *Dd.* sententiam non valet, & ratum est, prout hoc expresse & in specie tenent, illamque sententiam communem esse, dicunt *Dd.* citati in rationib. decidendi. 85

86 Et licet in hoc contrarium teneant aliqui volentes, † pactum de successione rei particularis sive certorum bonorum non valere eo potissimum casu, quando paciscentes usi fuere verbo *succedendi* sive *successionis*: attamen hæc opinio communiter reprobata est, prout hoc attestantur *Dd.* citati in rationibus decidendi.

Nec obstat, quod successio non defertur, nisi vel jure sanguinis, vel secundum leges 12. tabularum, vel virtute ultimæ voluntatis, namque huc tantum procedit in successione universa hæreditatis aut certæ quotæ, secus autem est, in successione rei particularis aut particularium rerum vel bonorum, namque illa etiam ex contractu vel pacto deferri potest, *l. quædam. ff. nihil. interest. ff. de edendo. l. etiam. ff. de jurejur. in. l. fin. ff. de except. rei vendit. l. 1. §. illud. tenendum. ff. quorum legat. Dyn. c. is qui in jus de regul. jur. lib. 6.*

Præterea, in casu præsenti verba pacti sive promissionis præcipuè respiciunt personam paciscentis sive promittentis, sicut hoc liquet ex instrumento transactionis initæ, in die innocentum puerorum Anno 39. in quo instrumento talia verba formalia reperiuntur.

Es soll auch Hans von A. die Kauffsumma so er von den Gütern Birkow vnnd Fürth bekommet / zu sampt den 2000. Gülden so ihm in der Theilung neben solchen Gütern zukommen / widerumb zu Lehn machen / vnd anlegen / sie auch des versichern / vnd wir darneben solches als der Landesfürst vnd Lehnherr / confirmiren vnd bestettigen wollen / damit die Brüder vnnd nechste Agnaten die gesampte Hand vnd Anwartung / wie er auch an jhren Lehngütern behelt / daruon haben vnd behalten mögen.

Idem etiam liquet ex instrumento confecto Anno 1553. die Martis post Invocavit, & clari juris est, quod in omnibus dispositionibus illud. potissimùm attendendum, & secundum id de tota dispositione judicium faciendum sit, quod in illa dispositione principaliter actum sive deductum est, *l. 1. in prin. ff. aucto. tutor. l. navis adversa. ff. ad l. Rhodiam. de jactur. l. si quis nec caussam in princ. & ibi Ias.& Dd. ff. si cert. petat.*

Et insuper, † doctrina *B. & Aym. Cravet.* dum videlicet ipsi concludunt, eo casu, 87 quando verba illius dispositionis per quam deferuntur sive conceduntur alteri res vel bona post mortem concedentis vel promittendis intelligi, istas res sive ista bona esse concessa jure successionis, procedit tantùm quando universaliter facta est mentio de bonis sive de rebus, in quibus terminis *B. & Aym. Cravet.* loquitur, nec habet locum, quando de certis vel particularibus rebus aut bonis actum vel conventum est.

Et cum *Curt. jun.* in consiliis allegatis ad hanc sententiam tenendam tantum moveatur auctoritate *B. in præallegat. consil.* illius opinio secundum *Bartol.* sententiam in illo consilio accipienda & ita interpretanda est, ut extra terminos *Bartoli* minimè extendatur.

Et est falsissimum, † quòd *l. Sylvanus* allegatus in rationibus dubitandi tradit, 88 pactum de successione rei certæ in dubio ita interpretandum, ut illa res certa deferatur jure successionis & non jure pacti sive contractus, & sic illud pactum sit nullum & irritum, namque clari & indubitati juris est, quod omnia pacta omnesque contractus ita accipiendi sint, ut valeant & non pereant, *l. quoties & ibi Ias. ff. de verb. oblig. l. quoties. ff. de rebus dub.* etiamsi necesse sit, verba ad significationem impropriam detorqueri, *l. si tibi & ibi B. ff. si cert. petat. l. stipulatio ista. §. hi qui & ibi B. & Ias. ff. verb. oblig. Angel. l. si cum ante. C. de donatio ante nupt.*

Et confirmatur ex eo, tum, quia verisimile est, quemlibet actum sive contractum suum eo modo voluisse celebrare, quomodo ille actus sive contractus de jure subsistere possit, *l. 3. ff. de testam. milit.* & clari

clari juris est, quod in omnibus dispositionibus contractibus atque pactis potissimum & præcipuè mens disponentis, contrahentis sive paciscentis inspicienda, attendenda & verbis præferenda sit, *l. 3. & ibi Iaf. & Dd. C. de liber. præter. l. fin. C. quæ res pignor. obligat. poß. l. ita stipulatus. §. item si quis ita stipulatus. ff. verb obligat. l. si in venditione in fine. ff. commun. prædior.*: Quodque standum sit intentioni contrahentium, quicquid verba sonent, *Bald. consil. 17. col. 2. lib. 5.* Atque secundum mentem, sive intentionem promittentis vel aliter disponentis effectus verborum semper limitandus & restringendus sit, *Angel. consil. 170. argum l. cum pater. §. dulcißimis. ff. de legat. 2.* etiamsi verba repugnent vel contrarium suadeant, *Angel. consil. 2. col. pen. & consil. 169. col. 1.* & ex verisimili & conjecturata mente disponentis recedatur à vi & natura conventionis verbalis, *Bald. l. fin. col. 2. C. de impuber. & alius substitut.*

Tum, quia contrahentes & paciscentes præsumuntur se voluisse conformare dispositioni juris communis, *l si duo. ff. acquir. hæredi. l. sed nisi hoc, juncta gl. ff. jure dotis Aym. Cravet. cons. 33. numer. 18. & cons. 136. num. 9. lib. 1. Socin. jun. consil. 72. num. 55. lib. 1.*

Et actum sive contractum voluisse eo modo inire, quo ille de jure communi fieri debet, *Calderin consil. 11. in fin. tit. de feud. Cravett. consil. 136. num. 9. lib. 1. arg. c ex literis extr. de constit. c. sedes Apostolica extr. de rescript. c. venientes extr. de jurejur.*

Tum, quia subjecta materia rei particularis sive summæ certæ vel certorum bonorum talis est, ut illæ non deferantur jure hæreditario sive successionis hæreditariæ, *arg. l. quoties & ibi Bart. & Dd. C. de hæred. instit.*

Et clari & indubitati juris est, quod omnes actus, omniaque verba secundum subjectam materiam intelligenda sint, *c. solitæ & ibi Dd. extr. de major. & obed. l. si uno in princ. ff. locat. & conduct. l. si olei. C. eod. tit. l. damni infecti quidã in prin. & ibi Ang. ff. dam. infecto.* etiamsi necesse sit, verba detorquere ad significationem impropriam, *d. l si uno, in prin. ff. de locat. & conduct. c. 1. §. porro & ibi Dominic de statu regul lib. 6. gloß. l. eas ff. de condit. & demonst.* vel impropriissimam, *Alex. l. 1. in prin. col. 4. vers. ponderet. ff. ad l. Falcid. Iaf. l. liber homo, in prin. lt. 2. ff. de verb. oblig. Nicol. Eberh. in loco à subjecta materia.*

Tum, quia non tantùm actus vel contractus quilibet, verùm etiam omnia verba omnesque syllabæ ita interpretari debeant, ne sint superflua & inutilia, *l. 1. & ibi gloß. ff. quod met. cauß. c. solitæ & ibi gloß. Abb. Felin. & Dd. extr. de majorit. & obedien. Bald. rubr. q. 9. C. de contrah. emptio. Alex. cons. 52. lib. 4. Cravett. cons. 105. nu. 7. lib. 1. Felin. c. 1. num. 7. extr. de rescript.* etiamsi necesse sit, verba ad significationem impropriam trahere, *l. si stipulatus fuero per te. ff. verb. obligat. l. stipulatio ista. §. sed si servus & §. poßidere. ff. eod. tit. c. si sententia. de sent. excommun. lib. 6. Bald c. 1. de Capit. qui cur vend. Aym. Cravett. cons. 105. numer. 7. consil. 118. num. 19. & cons. 135. num. 24. lib. 1.* etiam magnam, & admodum remotam, *Raph. Cum l. cum filio arg. ill. text ff. de legat. 3.*

89 Et licet in instrumento † confirmationis Illustriss. Principis Electoris scriptum sit: Daß Hans von A. solche 6000. Gülden als rechte Mannlehngüter allein auff seine nechste männliche Lehnserben fallen vnd vererben mögen. Attamen clari & indubitati juris est, quod feuda masculina deferantur successoribus non jure successionis hæreditariæ, sed jure conventionis sive contractus, *c. 1. §. 1. de feud. March. Calcan. cons. 78. nu. 14. & 17. Fran. Aret. cons. 14. col. 10. & cons. 164. col. 4. vers. sed tamen Card. Parif. cons. 65. lib. 3.* Idtoque cum in illo instrumentu scriptum sit, quod illa pecunia perinde ut feuda recta & masculina ad feudi successures devolvi debeat, sequitur, illud actum esse, ut illa summa *6000. florenorum* ad successures feudi non jure hæreditario sed jure pacti sive contractus devolvatur, quam pactionem sive conventionem ratam esse, omnes omninò *Dd.* nullo penitus discrepante tradunt & concludunt, & ultra *Dd.* superius citatos hoc tenet & ita declarat *Socin. jun. cons. 144. lib. 1.*

Deinde etiam statutum vel constitutio deferens successionem etiam hæreditariam vel universale certis personis & alias personas ab illa excludens, indistinctè valet, & idem juris est in pactis illorum, qui jurisdictionem habent, namque & illorum pacta de futura successione etiam universalia & hæreditaria deferenda vel adimenda indistinctè valent, cum talia pacta vigorem legis obtineant, prout hoc superius docuimus.

90 Et licet aliqui *Dd.* citati in rationibus dubitandi concludant, pactum † de futura successione statuto vel consue-

 tudino

tudine confirmari non posse: Attamen in hoc contrarium tenet *Bald. Alvar. & Præp. c. 1. §. filii nati si de feud. def. content. B. Bald. Salyc. Ang. P. Castr. & Corneus l. pactum C. de collat. Bart. cons. 72. col. 2. lib. 1. Angel. cons. 66. col. fin. Alvar c. 1. §. mulier. col. 2. si de feud. def. content. Auffrer. in decis. Tholos. 452. Dec. cons. 516. & cons 578. num. 9. Viglius. §. accessit. verb. libripende Instit. de testam. ordinat.*

Et sententia contraria nullo modo locum habet in pacto de successione rei particularis sive particularium bonorum, namque illud pactum etiam nulla consuetudine vel constitutione interveniente ratum est, & insuper constitutio nec non etiam pactum vim constitutionis habens, de futura successione etiam universali & hæreditaria indistinctè valet, nullo Doctorum refragante.

91 Ad octavam rationem dubitandi respondetur, illam † rationem dubitandi locum habere, quando quis promitteret alteri per viam ultimæ voluntatis relinquere rem certam & particularem, illud enim leges abhorrent, secus autem est, quando res particularis sive summa certa per actum inter vivos promittuntur, & pro conservatione successionis inter agnatos, & quando vocatur certum genus personarum, & ex opposito aliud genus excluditur, ut fœminæ, & quando est actum, ut post mortem unius bona particularia reserventur filiis masculis vel fratrib. atq; agnatis, tale enim pactum absq; omni dubio valet, prout in specie hoc tradit, & in simili ad contraria itè respondet *Card. Parisi cons. 26. n. 111. lib. 2.* Insuper etiam quoad octavam rationem dubitandi contrarium tenet *Paul. Castrens. cons. 324. nu. 1. lib. 1.*

92 Ad nonam rationem dubitandi respondeo, † illam tantum procedere in donatione mera, pura, & simplici, item, & quando jus succedendi in rebus particularibus defertur ex donatione mera, pura & simplici, secus autem est, quando jus succedendi defertur, vel ex contractu emptionis, vel ex pacto in contractu emptionis & venditionis apposito, vel ex alio contractu non gratuito vel etiam ex donatione non gratuita, namq; alii contractus præter donationem puram, meram & simplicem, insinuationem non requirunt, *L. contractus C. de fidè instrument. Ant de Canaria in tract. de insinuat. part. 2. nu. 1.*

Similiter & donatio non pura neque simplex, sed facta ob causam aliquam insinuationem non requirit, *Bald. & Dd. l. Aquilius. ff. de donat. Ang. §. illud Auth, ut non fiant oppignor. Pet. Iacob. in tit. de condict. ex lege. Bald. l. fin. in prin. C. de donat, ante nupt. Bald. cons. 354. ante finem, lib. 3. Ang. cons. 173. col. 6. Imol. c. fin. extr. de donat. Alex. cons. 12. col. 2. lib. 1. cons. 21. col. 2. lib. 3. cons. 113. & cons. 217. col. 2. lib. 6. Ias. cons. 171. col. 5. lib. 4. Bellonus cons. 60. col. fin. Ripa. lib. 3. respons. cap. 5. n. 3. Socin jun. cons. 77. nu. 152. lib 1. Ruin. cons. 182. num. 13. lib. 1. Bertrand. cons. 246. nu. 7. lib. 2. Tiraq. reper. l. si unquam verb. donatione largitus nu. 143. C. de revocan. donat. Hipp. Riminald. §. 1. nu 488. Instit. de donation.*

Et in specie, quod † promissio sive pactum de futura successione in res sive bona particularia, insinuatione non indigeat, quando illud pactum sive promissio fuit facta ex causa donationis, non merè neq; absolutè sed reciprocè, vel ob causam, tradit *Oldrad. cons. 139. Alber. de Ros. l. fin. C. de pact. Alex. l. licet inter privatos. col. fin. C de pact. Ias. cons. 5. col. 5. lib. 3. Ruin. cons. 126. nu. 6. lib. 1.* 93

Eodem modo & donatio sive pactum de donando initum ab illo, qui jurisdictionem & sic leg[illegible] [illegible]tendæ potestatem habet, absq; insi[illegible]one indistinctè valet, prout hoc tradunt *Dd.* communiter in locis citatis in rationibus decidendi.

Cum itaq; pactum, de quo in casu nostro agitur, sit initum à Nobilibus ab A. qui in pagis ad ipsos pertinentibus jurisdictionem habent, & quidem in contractu divisionis, venditionis & transactionis, atque etiam ab illustriss. Principe Elector. ex certa scientia confirmatum, quę confirmatio vim insinuationis habet, dubio omni caret, illud pactum sive promissionem propter defectum insinuationis nullo modo vitiari posse.

Ad decimum argumentum contrarium respondeo, illud non procedere, † quando per pactum vestitum cohærentia contractus jus succedendi in rebus sive bonis certis alicui defertur, item, nec eo quidem casu, quando illud pactum fuit initum inter illos, qui jurisdictionem & per consequens legis condendę potestatem habent. Namq; certi juris est, quod pactum vestitum cohærentia contractus perinde ut stipulatio solenniter inita valeat, & ad producendam actionem efficax sit, *l. juris gentium. §. quin imò. & ibi B. Alexand. Ias. & Dd ff de pact. l. lecta. ff. si cert. petat. l. in bonæ fidei & l. petens C. de pact.* 94

Simili-

Similiter & ex pacto inito inter illos qui jurisdictionem & sic legis condendæ potestatem habent, vel etiam confirmato à Principe perinde ut ex stipulatione actio initur, eam ob caussam, quia talia tàm pacta quàm confirmationes legis vigorem obtinent: & clari juris est, illa pacta, quæ legis vigorem obtinent, vel à legibus approbantur vel confirmantur, perinde ut stipulationes actionem producere, *arg. l. legitima. ff. de pact.*

Cum itaque prædictum p[illegible]tum, de quo in casu præsenti agitur, sit & vestitum cohærentia contractus venditionis, nempe, transactionis, vel divisionis, & initum ab illis qui jurisdictionem habent, & confirmatum ex certa scientia ab Illustrissimo Principe Electore, dubio omni caret, illud omninò valere nec vitiari, etiamsi fides fieri possit, illud stipulatione vallatum non esse.

Præterea ex copia mihi transmissa sub dato die Martis post Invocavit *Anno 1553.* nempe ex illis verbis: Bey meinen Ehren vnd Trewen / eingelobt vnd zugesagt habe / probatur atque colligitur, illam promissionem per stipulationem factam, juxta *text. l si scriptum & ibi Angel. Instit. de inutil. stipulat. l. 1. C. de contrahend. & committ. stipulat. fac. text. l. sciendum & ibi Dd. ff. verb. oblig. §. fin. & ibi Angel. Instit. de fidejussor.* Et ex illis verbis: Bey meinen Ehren vnnd Trewen / liquet, illam promissionem præstatione fidei roboratam, quæ præstatio fidei jurejurando æquipollet atque eundem effectum habet, *gloss. c. ad aures. extr. quod met. caus. cum similib. vulgarib.* Et clari juris est, pactum nudum jurejurando roboratum, perinde ut stipulationem ad actionem producendam efficacem esse, *Ias. l. jurisgentium. §. sed cum nulla. n. 21. ff. de pact.*

Ad undecimum argumentum con-
95 trarium respondeo,† nullum alium contractum præter donationem propter subvenientiam liberorum retractari, *Tiraquell. repet. l. si unquam verb. donatione largitus num. 2. C. de revocand. donatio.* Quinimò, propter supervenientiam liberorum nec donatio quidem retractatur, si illa fuerit vel remuneratoria, *Bald. Ang. & Tiraquell. d. l si unquam.* vel reciproca sive vicissitudinaria, *Tiraquell. repe. d. l. si unquam verb. donatione largitus. num. 110. & 126.* vel onerosa, *Bald. l. 1. & ibi Fulgos. Franc. Aret. Ias & Dec. C. de pact.* vel ob caussam, *Angel, Ripa Tiraquell. & Dd. d. l. si unquam.* Et in specie, quod promissio de succedendo facta ob caussam aliquam propter nativitatem liberorum non retractetur, tradit *Cardin. Paris. consil. 27. num. 80. lib. 2.*

Quod potissimùm procedit, si illa promissio fuerit facta ad hunc finem, ut dignitas familiæ conservetur, quod publicam utilitatem respicit, *L. 1. §. sed etsi servus. ff. de ventre inspic.* vel ob aliam caussam publicam utilitatem respicientem, cum utilitas publica privatis commodis præferenda sit, *Auth. res quæ, C. communia. de legat. l. utilitas C. de primipilo. lib. 12. Br. Alex. Ias. & Dd. l. 1. ff. solut. matrim.*

Et propter publicam utilitatem recedatur & à regulis juris communis, & illud permittatur, quod alioquin prohibitum est, *arg. l. de pupillo. §. si quis vivos. & ibi Ias ff. oper. nov. nunciat.*

Cum itaque promissio, de qua in casu nostro præsenti agitur, non fuerit facta titulo meræ, puræ, simplicis & absolutæ donationis, sed per pactum juxta contractum venditionis, nec non etiam divisionis, appositum & ex obligatione necessaria descendenre ex statutis familiaribus, illaque conservationem dignitatis familiæ & sic publicam utilitatem respiciat, dubio omni caret, illam promissionem per supervenientiam liberorum non potuisse retractari.

Ad duodecimum argumentum contrarium respondeo, illud non procedere, quando inferior sive subditus ex caussa justa & legitima contra constitutionem vel legem superioris statutum vel constitutionem facere vult, illud enim absque dubio inferiori permissum est, eo potissimùm casu, quando illud statutum sive constitutio publicam utilitatem respicit, sive propter publicam utilitatem factum est, sicut hoc satis liquet ex eo, quod in simili traditur, licet Episcopus contra jus commune statutum condere nequeat, hoc tamen non procedere, quando Episcopus ex magna & evidenti caussa contra jus commune statutum condere vult, *Bald. l. omnes populi. col. 3. & ibi Ias. col. 3. ff. de justit. & jur. Panorm. c. fin. col. 6. & ibi Rochus Curt. col. 36. extr. de consuetud. Panorm. c. delecti. el. 2. extr. de appell. Panormitan. c. at si clerici. §. de adulteriis, extr. de judic. Alex. l. nemo potest. col. 1. ff de leg. 1. Alex. l. ex duob. §. ultimo col. 2 ff de vulg. & pup. Alex. cons. 106. col. 4. lib. 2. Barbat. cons 36. lib. 2. cons. 1. & cons. 76. lib. 3. Barbat. rubr. C. qui admitti.*

Felin.

Felin. c. 1. extr. de constitut. Felin. c. quod super his. col. 2 limit. 2. extr. de major & obedient. Roman cons. 428. Ant. de Butr. & Imol. c. fin. arg. ill. text. extr. de transact.

Et in specie, quod quilibet inferior ex justa & evidenti caussa contra leges sive constitutiones superioris statutum sive constitutionem facere possit, tradit *Alex. d. l. nemo potest. num. 5.*

Præterea ea quæ in duodecimo argumento contrario dicta sunt, non procedunt eo casu, quando statutum ab inferiore conditum, a superiore qui in sua lege statutum sive constitutionem contrariam fieri prohibuit, ex certa scientia confirmatum est eam ob causam, quia ipse Princeps, qui talem constitutionem fecit, non prohibetur contrariam constitutionem vel statutum facere, & omnia nostra facimus, quibus auctoritatem nostram accommodamus, *l. 1. § sed neque. C. de veter. jur. enucl.* Et confirmatio ex certa scientia facta, actui alioquin nullo & invalido robur addit, & perinde habetur, atque si confirmans illum actum celebrasset, *l. adoptio l. 2. & ibi Ang. ff. de adopt. §. fin & ibi Bald. Instit. de tutelis B. Alex. Ias Dec. & Dd. l. more. ff de jurisd. omn judic.*

Cum itaque illa ordinatio familiæ ab A. quod pecunia redacta ex venditione feudi, alia feuda comparari debeant, ex justa & legitima causa, respiciente publicam utilitatem nempe ut dignitas familiæ conservetur, facta sit, &, ut opinor, ab Illustriss. Principe Electore Brandenburg. ex certa scientia confirmata, dubio omni caret, illam ordinationem ratam & firmam esse.

Deinde etiam licet ordinatio non est contra sed præter jus commune, & potius pacti quàm statuti vigorem obrinet, & clari juris est, quod reprobato statuto contrario non intelligatur reprobatum pactum contrarium vel talis actus, qui tàm de pacto quàm de statuto participat & mixtam naturam habet, *argum. l. præcipimus. § fin. & ibi Bald. C. de appellationib.*

Ad decimum tertium argumentum contrarium respondeo, clari & indu-
97 bitati juris esse, † quod statutum sive constitutio condita vel facta à Principe, ipsum Principem, qui constitutionem illam fecit, non liget, *Iohann Andr. Domin. Philip. Franc. & Dd. c. 2. de constitut. lib. 6. Ioann. Andr. c. cum licet. de regul. jur. lib. 6. Bart. l. Lucius Titius. §. 1. arg. ill. text. ff. de fideicommiss. liber. Bald l. digna vox. C. de legib. Bald. Auth. quibuscunque in fine. C de S S. Eccles. Bald. l. si eum ipse. C. de contrahend. emptio. Bald. l. 1. §. similiq. modo el. 1. & ibi Angel. C. de latin. libert. tollend. Hostiens. & Abb. c. cum omnes & ibi Bald. num. 26. & 27. & August. Berous num. 28. extr. de constitut. Bald. c. 1. §. adhæc de pace juram. firmand. Bald. l. si consul. ff. de adopt. Angel. l. Princeps arg. ill. text. ff. de legib. Angel. P. Castrens. l. 1. in princ. & ibi Alex. num. 2. §. num. 6. & Dec num. 6. & 7 ff. quod quisque jur. Abb. c. 1. & ibi Petr. de Anchor. q 12. Felin. num. 24. vers. quartò amplia & Dec. num. 15. extr. de constitut. Iohann. Calderin. Abb. & Card Zabarella c. 1. extr de raptorib. Roman. consil 444.* Etiamsi illud statutum sive illa constitutio fuerit facta cum consensu omnium ordinum, sicut huc satis probatur ex eo, quod in simili traditur, Papam non ligari constitutionibus factis à consilio generali, *gloss. c. ubi periculum verb. concilium, & ibi Domin. col. 3. de elect. lib 6. Abb. c. significasti. col. 2. extr. de electio. Abb. c. ex parte, extr. de Capellis Monacho. Felin. c. 1. numer. 24. extr. de constitution. facit text. c. cuncta 9. quæst. 3.*

Et confirmatur ex eo. Tum, quia Principi in suo Principatu non potest lex imponi, quia Deus ipsi subjecit leges, *Bald. c. 1. qualiter Dominus propr. feud privet. Curt. sen. consil. 65. num. 9.* Tum, quia nemo seipsum ligare vel sibi ipsi imperare potest, *l. pen. ff. de arbitr. l. ille a quo. §. tempestivum. ff. ad SC. Trebell. l. si prætor. ff. de tutor. & curatorib. datis ab his.*

Tum, quia in generali sermone non comprehenditur persona loquentis, *l. qui insulam ff. fin. ff. locat. & conduct. l. si peculium. §. sicut ff. pecul legat. l. inquisitio. C. de solut. Abb. & Dd. c. petitio extr. de jurejur B. l. 1 ff. de Senator. Bald. l. cum acutissimi. C. de fideicomm. Bald. l. 1. q. 14. ff. de rer. divis. Ias l. frater à fratre lect. 1. num. 24. & lect. 2. num 16. ff de condict indebit.* Tum, quia Princeps, vel civitas vendens alicui Gabellam vel vectigal, non intelligatur in emptorem transtulisse illud jus, quod ipse emptor à Principe vel civitate venditore de rebus ipsorum propriis vectigal exigere possit, *B. l. licitatio. §. fiscus ff. de publican Bald. & Salycet. l. emptor. C. de hæredib. & act. vend. arg. l. qui tabernam. ff. contrah. emptionib.*

Tum, quia nemo est subditus sui ipsius, & statuta sive constitutiones regulariter

tantùm

tantùm subditos ligant, *c. quod autem extr. de pœnitent. & remissio c. à nobis extr. de sentent. & re judic. c. Romana. §. 1. de sentent. & re judic lib. 6 l. omnib. civibus. ff. ad S C. Trebellia. l. 1. C. de sum. Trin. & fide cathol. l. 1. ad fin. C. de Iustin. Cod. compon. l. rem non novam post princip. C. de judic. l. fin. C. de incest. nupt. l. 1. C. de colonis Palest. lib. 10.*

Et illa, quæ in decima tertia ratione dubitandi dicta sunt, procedunt tantum eo casu, quando lex vel constitutio Regni aut Principatus in ipsum Regem vel Principem disponit, in quibus terminis loquuntur *Dd. citati* in illa ratione dubitandi, vel quando lex vel constitutio Regni aut Principatus transivit in formam contractus, *B. l. quod semel. ff. de decret. ab ord. fact. Aym. Cravett. in tractat. de antiquitat. tempor. part. 4. §. transeo nunc ad quartam. nu 40.*

Cum itaque constitutio Marchica Brandenburg. disponens, quod in omnibus casibus secundum jus civile scriptum & cæsareum pronunciari debeat, & tollens omnia statuta atque consuetudines contrarias, non disponat in ipsum Principem Electorem, neque transierit in formam contractus, dubio omni caret, ipsum Principem Electorem ipsa constitutione non ligari, atque Principi Electori prohibitum non esse, contra illam constitutionem contrarium statutum condere vel contrarium privilegium concedere aut statutum contrarium confirmare.

98 Ad decimam quartam dubitandi rationem respondeo, † verisimam & communem *Dd.* sententiam esse, licet pactum, per quod aufertur libera testandi facultas, ratum non sit: Attamen illud pactum, per quod libera testandi facultas, restringitur sive coarctatur, respectu certarum rerum sive bonorum ratum esse, prout tradit *Socin. jun. consil. 143. numer. 39. lib. 1. Cardin. Parif. consil. 26. numer. 110. lib. 2.* in quibus locis *Socin. & Cardinal. Parif.* attestantur, hanc opinionem communiter receptam, eamque ob caussam ab illa neque in judicando neque in consulendo recedendum est.

Nec obstat text. *l. cum duobus. §. idem respondit ff. pro socio.* Namque ille textus loquitur tantum quando quis constringitur, unum magis quàm alium habere hæredem, cæterum si quis potest habere hæredem quem vult, licet ei non possit relinquere quicquid velit, sed habet restrictam potestatem, tamen dicitur habere liberam testamenti factionem, *B. consil. 72. lib. 1. Socin jun consil. 143. nu. 40. & 41. lib. 1.*

Aliter etiam ad istum §. *respondit Card. Parif. consil 26. nu. 110. lib. 2.* dicens, illum text. loqui in universali successione, & quando per indirectum tolleretur testamenti factio.

Similiter non obstat *text. l. si quis in prin. ff. de legat. 3.* Namque ille text. tantum disponit, quod ultima voluntas sit mutabilis, quodq; ultima voluntas ita condi nequeat, ut mutari non possit, nec quicquam disponit de eo, quod ultima voluntas respectu certarum rerum sive bonorum restringi nequeat, pruut hoc ex verbis illius text. liquet.

Alia etiam responsio ad illum textum colligi potest ex traditis per *Card. Parif. consil. 26. num 111. lib. 2.*

Ad decimam quintam & ultimam rationem dubitandi respondeo primò, in hoc † contrarium non tenere, *Franc Ripa* 99 *respons. 7. num. 13. sub tit. de jure gent. & civili super ff. veteri.*

Secundò respondeo, ea quæ in decima quinta ratione dubitandi dicuntur, procedere tantum eo casu, quando renunciatur successioni jam delatæ, secus autem est, si renuncietur successioni deferendæ, *Tiraq. in tract. de primogenit. 55. quæst. nu. 14.*

Tertiò respondeo, ea quæ in decima quinta ratione dubitandi dicta fuerunt, non procedere, quando quis per statutum vel legem excluditur à successione vel generali vel certorum bonorum, aut certarum rerum, tunc enim ipse etiam à legitima exclusus intelligitur, *Tiraquell. in tract. de primogenit. q. 55. nu. 15.*

Quartò, illa non procedunt, quando ab initio res aliqua acquisita fuit cum illo pacto, ne ad filias transeat, tunc enim de illa re ita acquisita, filiæ ne legitimam quidem petere possunt, *Corn. consil. 132. nu. 5. lib. 1.*

Quintò, dubio omni caret, quod sufficiat filios vel filias quocunque modo habere legitimam, & quod si filiæ habuerint legitimã in certis quibusdam bonis, quod cuilibet liberum sit de aliis bonis tàm inter vivos quàm in ultima voluntate pro libito suo disponere.

Cum itaq; mihi narratum sit, Hansen ab A. ultra prædictam summam 6000. floren. reliquisse plus quàm 7000. floren. Ex quibus tàm filia quàm uxor competenter legitimam consequi possint, & summa 6000. flor. fuerit acquisita Hansen ab A. eo pacto, ut illa

tu illa summa non ad fœminas sed tantum ad successores feudi devolvatur, & in illo pacto agatur de successione non delata, sed deferenda, illudq; pactum fuerit initum ab illis, qui jurisdictionem habent, & sic legis vigorem obtinet, dubio omni caret, ea quę in decima quinta ratione dubitandi dicta fuere, nostræ decisioni nihil refragari.

Cæterum, usuras sive annuos reditus vel alios fructus ex illa summa *6000. flor.* perceptos, Wolff & Frantz ab A. petere non possunt, sed illi fructus sive reditus penes hæredes junioris Clausen ab A. manent.

100 Tum quia † fructus percepti ex re restitutioni subjecta, antequam casus restitutionis contingit ei, cui ista res restituenda est, restitui non debent, sed penes gravatum sive hæredem ipsius manent, *l. mulier. §. 1. & l. in fideicommissariam. ff. ad S C. Trebell. l. domos cum ibi notatis. ff. de legat. 1. l. filium & ibi Bart. ff. de opt. legat. l. Herennius la. 1. ff. de usuris Auth. idem est. C de heretic. Bald. Mart. Laud. & Præpos. c. 1. de feudo dato. in vicem legis commiss. Ang. consi. 331. Fulgos. cons. 24. P. Castr. cons. 94. col. 2. lib. 2. Socin. cons. 170. col. 5. lib. 2.*

Tum, quia finito vel amisso feudo vasallus fructus ante perceptos ex feudo restituere non tenetur, *Card. Paris. cons. 55. n. 61. lib. 3.*

Tum, quia resoluta donatione quolibet modo sive ex causa qualibet donatarius fructus ex re donata perceptos, restituere non cogitur, *gl. l. generaliter dicimus. § planè sancimus. verb. ex causa. ff de fideicommiss. libert. Ang & Alex. l. cum quis. & ibi Ias qui eam legit. cum l. præceden. incip. si heres. ff. de condict. ob caus. Ioan. Berber. in victoria juris tit. de revocand. donat. col. 2. vers. an autem in casib. Caroll. Cotta. in memorab. incip. legatum factum a testatore, Tiraquell. repet. l. si unquam verb. revertatur. num. 281. C. de revocand donation Carol Molin in consuet Paris. tit. 1. §. 30. n. 30. arg. l. hæredib. § in reb. & l. cum de donatione. ff. de donat. l. sancimus. C. eod. tit.*

Tum, quia nec usufructu finito usufructuarius fructus perceptos restituere tenetur, *l. si usufructuarius ff quib. mod. usufruct. amit.* Tum, quia resoluta vel revocata venditione ex pacto de retrovendendo emptor fructus ante perceptos retinet, *l. 2. & ibi Bal. & P. Castr. C. de pact. inter empt. & vendit. Ioan. Igneus repet. l. dudum. n. 65. C. de contrah. empt. gl. c. illo vos. & ibi Hostien. Ioan. Andr. Imol. & Panorm. extr. de pignorib. gl. c. ad nostram verb. patet. & ibi etiam Host. Petr. de Anchor. Imol. Panorm. Barbat. & Anton. Burgos. extr. de empt. & vendit. gl. c. conquestus & ibi Ioan Andr. extr. de usur. Bald. l. in his rebus. §. mancipia arg. ill. text. ff. solut. matr. Bald. cons. 203. col. 2 lib. 1. Tiraquell. in tract. de utroq. retr. 1. part. §. 15. gl. 2. nu. 3. & parte 2. §. 5. gl. 2. n. 1. Tiraq. repet. l. si unquam verb. revertatur. nu. 283. C. de revocand. donat.*

CONSILIUM

CONSILIUM VIGESIMUM.

Continens materiam revocationis feudi.

SUMMARIA.

16. An verò tunc cum persona adjicitur verbo non obligativo, sed executivo vel taxativo, & num. 46.

17. Feudum alienatum in agnatum remotiorem ab agnato proximiori non nisi intra annum revocari potest.

Declaratur id pulchrè num. 49. & seqq.

18. Feudum ex pacto & providentia ab hereditario quomodo discernatur, & num. seqq.

20. In feudis heredis appellatione filius tantùm continetur.

21. Feudum quando demum hereditarium dicatur.

23. Renunciatio vel aliud factum patris in feudo ex pacto & providentia, filijs non praeiudicat.

24. Vendens rem in qua ius certum habet, morte expirans, expressa qualitate illius iuris, videtur non totam rem, sed ius, quod ea in re habet, vendidisse.

25. Idem est in sic legante.

27. Intellectus c. 1. in princ. de alien. feud. patern.

28. Agnatorum simpliciter facta mentione qui intelligantur.

29. Intell. c. 1. §. sed & res, per quas fiat investit. itemq. c. 1. §. et si clientulus, De alien. feud. num. sequenti, & num. 31.

30. Dictionis VEL natura.

34. Argumentum à contractibus ad delicta non procedit, si militat diversa ratio.

35. Paterni criminis exempla in filijs timentur.

36. Argumentum à praescriptione ad contractum affirmativè, cur non valeat?

39. Etiam unico Doctori de consuetudine testanti creditur.

40. Inventarium quando debeat ab herede incipi, & intra quot tempus minor, qui aetatis lubrico lapsus Inventarium non conscripsit, petitionem restitutionis proponere teneatur.

41. Quandocunq. proximior à revocando feudum alienatum excluditur, ius illud ad sequentem agnatum defertur.

42. Quomodo ex coniuncti persona sapè quis consequatur id, quod ex sua persona non consequeretur.

44. Notata in L. cùm à matre, & in l. finali. §. in computatione. C. de iur. delib. cur in feudalibus non procedant, & quando demum in allodialibus?

47. Secundum subiectam materiam omnes actus hominum intelligendi & declarandi.

48. Natura feudi.

50. Declaratur c. 1. §. Titius. si de feud. defunct. &c. & num. sequenti, & num. 53.

51. Clausula in fine posita, quando ad omnia praecedentia non referatur.

52. In caussis feudalibus cessante eius iuris expressè decisione ius commune observandum.

54. Annus agnatis & filijs ad feudum alienatum repetendum concessus, ipso iure pupillis non currit.

55. An nec adultis, num. seqq. & num. 59.

56. Statuta à iure communi interpretationem recipiunt.

57. Intell.

57. *Intell.e.constitutus, extr. de in integrum restit.*

58. *Praescriptio à statuto inventa quando ipso iure non noceat minoribus.*

60. *Quo casu minoribus ipso iure praescriptio à statuto vel consuetudine introducta nocet, ipsis in integrum restitutio non denegatur.*

61. *Minor contra annalem praescriptionem intra quadriennium postquam legitimam aetatem attigit, in integrum restitutionem petere potest, secundum Alvar. & Prapos.*

62. *Secunda quaestionis decisio, usq. ad num. 78.*

63. *Text. c.1.§.Titius, si de feud def. secund. commun. intellect. Dd. disponit filios repetentes feudum à patre ipsorum alienatum, precium restituere compelli.*

Quod tamen tunc demum obtinet, si iure protimiseos feudum redimat, vivo alienatore, & si filius vel agnatus, vivo patre communi iure feudum revocaret, num. 70. & num. 73.

64. *Bonae fidei possessor evicto feudo actionem de evictione habet contra haeredem vendentis.*

65. *Bonae fidei possessor hic quis dicatur, & num. 74. ubi aliter.*

66. *Scientes rem alienam emens, saltem de evictione ad precium agere potest, Contrar. num. 76. ubi declarantur hic allegata.*

67. *Contractum rescindi petens ad precij restitutionem compellitur.*

Declaratur num. 77.

68. *Idem est in rem venditam revocanti, etiamsi extraneus ille sit, & alienatio fraudulenta & iniusta.*

Declaratur nu. 78. ubi Doctorum doctrina & autoritates hic adducta, explicantur.

69. *In necessitatibus nemo liberalis intelligitur.*

71. *Quando res vendita vel alio modo alienata secundum naturam & proprietatem suam evincitur emptor contra ipsum venditorem vel haeredem eius etiam quoad precium actionem non habet.*

72. *Firmatur hoc.*

74. *De auctoritate actuum, qui coram Iudice perficiuntur.*

75. *Et quando contractus vel actus Iudicis auctoritate celebratus esse dicatur.*

79. *Tertia quaestionis decisio usq. ad finem.*

80. *Culpam in rerum suarum administratione à nemine exigi, probatur aliquot fundamentis.*

81. *Verùm, quoties resoluto contractu res alienata repetitur, emptorem culpa atque negligentiae nomine quam is circa bona empta, constante contractu commisit, conveniri posse, stabilitur multis iuribus.*

82. *Et contraria opinio declaratur ut & fundamenta pro ea adducta, & num. seqq.*

83. *Intellectus duplex l. venditor la 2. §. at cùm haereditas. ff. de hared. & act. vend.*

84. *Iura scire quis in dubio praesumitur.*

85. *Scire & scire debere eadem iuris constitutione determinantur.*

86. *Iuris ignorantia cur à fructuum restitutione liberet, non tamen à culpa circa rem principalem debitam commissa, excuset?*

87. *Quomodo Bartolus & Dd. decidant Quaestionem, An is, qui aliquid commisit circa rem aliquam, quam ignorat, se alteri restituere obligatum esse, huius ratione conveniri possit.*

FACTI SPECIES.

FActum nobis propositum sic se habet, Nobilis † vir habens filios minores 21. annis, certa bona feudalia à Majoribus suis pro ipsis & illorum hæredibus masculis ex corpore ipsorum descendentibus, ut feudi capacibus acquisita cum consensu Domini, absque tamen voluntate & filiorum & aliorum agnatorum remotissimo agnato vendidit, idque non sponte neque propter egestatem, penuriam, vel æs alienum contractum, sed quia isti remotissimi agnati, quibus hoc feudum distractum est, ut hanc emptionem ipsi extorquerent, venditori plurimum molesti extiterunt, invadendo & vastando prædicta bona feudalia, Dominus feudi, ne ea res caussam majoris tumultus præberet, dictum venditorem quamvis invitum & reluctantem extorsit, ut hæc bona feudalia his agnatis remotioribus precio accepto cederet, de quo contractu neque filii minores neque alii agnati vivente venditore controversiam ullam agnatis remotioribus feudi emptoribus moverunt.

His ita gestis & octo annis elapsis, venditor feudi decessit, superstitibus filiis minoribus & relicta hæreditate opulentissima, filii majores sese paternæ hæreditati non confecto Inventario immiscuerunt, omnia usque in hunc diem pro hærede gerentes. Hi filii feudum hoc à patre ipsorum venditum revocare nituntur.

Quare quæritur primò, utrum filii hæredes patris feudum hoc antiquum à patre ipsorum consentiente Domino, venditum, revocare possunt.

Secundò, an si revocatio ipsis permittatur, illi teneantur precium agnatis remotioribus, qui dicta bona feudalia emptionis titulo possident, restituere.

Tertiò, cùm hæc bona feudalia notabiliter culpâ atque negligentiâ emptorum deteriora facta sint, an posito, quod filii venditoris emptoribus precium refundere debeant, hujus deteriorationis ratio haberi debeat.

DIVI.

DIVINI NUMINIS IMPLORATO SUFFRAGIO, SINE QVO NIHIL FELIX VEL FAUSTUM.

UT harum quæstionum veritas magis elucescat, & ut prædicti Nobiles cognoscant, quid vel quantum juris foveant, ego in his quæstionibus utile & ex re esse duxi, unamquamque quæstionem sigillatim examinare, & quid contra hos Nobiles in unaquaque quæstione allegati vel adduci possit, judicare & refellere.

Itaque quoad primam quæstionem vi-
2 detur dicendum †, hos Nobiles prædicta bona feudalia à patre ipsorum in agnatum remotiorem alienata, nullo modo repetere vel revocare posse, quòd multis argumentis atque rationibus comprobatur.

Primò, quia hæc bona feudalia sunt vendita agnato remotiori, qui ab eo, qui primus dicta bona feudalia acquisivit, originem trahit, unde videtur dicendum, hæc bona feudalia nunquam illis emptoribus neque per filios alienatoris neque per alios agnatos proximiores auferri posse, Quia,
3 quando † feudum antiquum vel emptionis vel alio quocunq; titulo in agnatum etiam remotiorem etiam non consentientibus proximioribus agnatis translatum est, talis emptio perpetuò firma atque stabilis reputatur, adeo, ut hoc mortuo alienatore infringi aut labefactari possit, prout probatur *in c. 1. in princ. verb. & licet de alien. feud pat.* ponderando adversativam ibi positam, quæ debet adversari præcedentibus in jure & in facto, quod non faceret, si alienatio facta in remotiorem agnatum retractaretur morte alienantis. Húc accedit *text. c. 1. §. sed & res, per quos fiat investitura*, nam dum ibi dicitur, feudum vendi non posse, nisi tibi vel alii proximiori agnato pro æquali precio satis ex illo textu colligitur, venditionem factam proximiori, item & illam, quæ remotiori agnato fit, à pari procedere, & hoc propter disjunctivam, vel quæ regulariter inter illa, quæ ejusdem naturæ sunt, ponitur, *l. 1. in princ. & ibi Bart. ff. de reb. dub.* unde cùm alienatio feudi facta in agnatum proximiorem absque dubio semper & irrevocabiliter valeat, dicendum est, alienationem feudi factam in agnatum remotiorem similiter semper & irrevocabiliter valere, hanc sententiam confirmat *c. 1. §. etsi clientulus, de alienat. feud. dum ibi text.* dicit, alienationem feudi factam fratri vel nepoti, etiam mortuo alienatore subsistere, unde, cum frater vel nepos non sint agnati proximiores, sed filius ipsos procedat, *l. filius. ff. de suis & legitim. hæredib. §. primo gradu, Institut. de gradib. l. Iurisconsultus. ff. de gradib. affinitat. & consanguinit.* satis ex illo textu colligitur, venditionem feudi etiam remotiori agnato factam, in omnem casum firmam atque validam esse, & hanc partem consulendo tenuerunt *Bartholom. de Salicet. Christoph Castel. & totum Collegium Mediolanense, prout refert Bald. c. 1. in princip. de alienat. feud. Præpos. c. 1. §. Titius, col. penult. & final. si de feud. defunct. cont. Curt. tractat. feud. 4. part. princip. num. 146.*

Secundò, hanc sententiam confirmat,
quia † feudum, de quo est controversia, est 4
hæreditarium, quod satis patet ex tenore investituræ, qui semper inspiciendus est, *c. 1. & ibi Bald. de duob. fratrib. Bald. c. 1. §. deniq; qua fuit prima caussa. Bald. in prælud. feud. num. 47 & ibi Ias. nu. 98. & 99. Hieron. Schurff. cons. 16. nu. 2. & cons. 64. lib. 2. & cons. 21. nu. 15. lib. 3.* namque in investitura dicitur, bona feudalia, de quibus in nostro casu controversia est, acquisita, sese pro se & hæredibus suis masculis ex corpore suo descendentibus & feudi capacibus, ex quibus verbis satis liquet, hoc feudum, de quo in no-
stro casu, hæreditarium † esse, & hoc ex- 5
pressè tenet *addit. ad gloss. col. final. in princ. artic. 5.* Lehenrecht/ ubi additio dicit, feudum acquisitum, Vor sich vnd seine Leibes Lehenserben/ hæreditarium esse, huc accedit, quòd feudum acquisitum pro se & hæredibus suis masculis hæreditarium dicitur, prout consuluit dominus *Alex. cons. 13. lib. 5.* quin etiam feudum acquisitum pro se & hæredibus suis ex suo corpore descendentibus hæreditarium censetur, *Andr. de Isern. c. 1. in princip. num. 3. & ibi Matth. de Afflict. num. 10. 11. & 12. de alienat. feud. patern. Matth. de Afflict. in prælud. feud. col. penult. Matth. c. 1. de investit.* quam habet, accepit à Sempronio,

ad hoc facit, quòd feudum acquisitum pro se & suis; etiamsi non adjiciatur hoc verbum, *hæredibus*, hæreditarium reputetur, *Alex. cons. 26. num. 4. lib. 5.* unde cum omnia verba in investitura posita, denotent feudum hæreditarium, absque dubio dicendum, feudum hoc hæreditarium esse.

6 Imò, si esset dubium, † utrum verba in investitura posita hæreditarium feudum, an non significarent in dubio, ut verba secundum materiam subjectam interpretentur, *l. si uno, in princip. ff. locati. l. si stipulatus. ff. de usur. l. sed & possessori. §. 1. & ibi Ias. ff. de jurejurand.* ita hæc verba accipienda essent, ut feudum hæreditarium facerent.

In dubio enim quodlibet feudum hæreditarium præsumitur, *arg. c. 1. de eo, qui sibi & suis hæredib. c. 1. de duob. fratrib. à Capit. investit. Andr. de Isern. c. 1. in princ. & ibi Alvarott. num. 8. Præpos. num. 3. Matth. de Afflict. num. 15. de alienat. feud. patern. Andr. Bald. & Iacob. de Belvis. c. 1. an agnat. Andr. c. 1. in fin. qui success. teneantur. c. 1. §. quin etiam Episcop. vel Abb. Alex. cons. 18. nu. 7. lib. 5. Alex. cons. 26. num. 3. lib. 5.*

Ex his satis liquet, bona feudalia, de quibus in nostro proposito controversia
7 est, hæreditaria esse, unde † videtur dicendum, prædictos Nobiles hæc bona à patre ipsorum alienata, revocare non posse, quia in feudo hæreditario filii vel agnati indistinctè contra defuncti factum venire, vel alienationem ab eo factam revocare non possunt, prout expressè decidunt *Iacob. de Belvis. Andr. de Isern. Bald. Matth. de Afflict. c. 1. §. hoc quoq;, de success. feud. Andr. de Isern. c. 1. §. Titius. ver. quod si Titius, & ibi Matth. de Afflict. num. 14 15. 16. & 18. si de feud. defunct. cont. fuer. Matth. de Afflict. c. 1. §. præterea Ducatus. num. 91. de prohib. feud. alienat. per Frideric. Alvarott. conclus. 17. & 18. c. 1. §. fin. quæ fuit prima caussa benefic. amitt. Matth de Afflict. c. 1. num. 36. de vasall. qui cont. const. Loth. Alex. cons. 13. 18. 26. lib. 8.*

Quod usque adeò locum habere Dd.
8 volunt, ut † licet hoc casu filius patris hæreditatem cum Inventarii beneficio adierit, tamen simili modo feudum à patre alienatum revocare nequeat, *Matth. de Afflict. c. 1. in princ. num. 8. & 9. de alienat. feud. patern. Matth. c. 1. num. 4. an agnat. Alex. cons. 19. lib. 3. cons. 28. num. 17. lib. 5. & pro hac sententia allegat ibid. dic. Alexand. Andr. de Isern. c. 1. nu. 18. in fin. qui success. teneant. c. 1. de alienat. feud. patern. c. 1. an agnat. c. 1. §. hoc quoq;, de success. feud.* & hoc confirmatur per id, quod notat *Iacob. de Ravent. Petr. & Cyn. l. si manumissus, in fin. C. de libert. & eod. lib. Ioan. Andr. in addit. ad Specul. tit. de feud. §. final. in addit. incipiente, debet dicere*, ubi concludunt, quòd si quæritur, an factum patris noceat filio, in feudo etiam paterno debeat attendi, an feudum sit receptum pro se & hæredibus, & sic sit hæreditarium, & factum patris præjudicat filio, *§. 1. auth. de jurejur. à defunct. præstit.* sed si feudum est receptum pro se & liberis, aliter dicendum est, *l. stipulatio ista. §. si quis ita. ff. de verb. obligat.* hanc sententiam corroborat id, quod tradit *Bart. l. eum qui. ff. de interd. & relegat. Bald. l. lege. duodecim tabularum. num. 2. C. de legit. hæredibus. Curt. tractat. feud. 5. part. princip. nu. 13.* ubi concludunt, † delictum patris adversus 9
alium quam Dominum feudi commissum, propter quod vasallus pater feudo privari debet, filiis ita demum, si sit hæreditarium, nocere, alioquin secus, similiter & alienatio feudi illicite; id est, sine Domini consensu facta de feudo hæreditario, filiis indistinctè nocet, ita ut illi eodem modo ut pater feudo priventur, sed in feudo ex pacto & providentia contrarium statuitur, *Matth. de Afflict. c. 1. §. rursus. num. 64 & 65. quib. mod. feud.* ubi pro hac sententia citat *Bald. c. 1. de success. feud. Bald. c. 1. col. 3. de alienat. feud. Andr. & Bald. c. 1. §. si quæ sunt prima causs.* & ultra hæc hanc opinionem tenet *Præpos. c. 1. §. fin. col. 4. quæ sint prima caussæ.*

Eodem modo & † renunciatio feudi 10
facta à patre in feudo hæreditario filio juxta communem atque receptam Dd. sententiam præjudicat, *Alex. cons. 13. num. 10. lib. 5. Andr. Barbat. in addit. ad Bald. l. qui se patris. num. 12. C. unde liberi*, Itidem, & si pater consentiat agnato feudum alienanti & ultra hunc consensum se obliget, hæc obligatio & consensus in feudo hæreditario filiis obest, neque contra illam venire vel illum impugnare possunt, *Andr. de Isern. c. 1. §. hoc quoq;. num. 7. & ibi Matth. de Afflict. de success. feud.*

His accedit, quòd pater uni ex filiis feudum hæreditarium etiam aliis invitis & reluctantibus assignare vel prælegare potest, *Bald. c. 1. §. decedenti. col. 1. qui feud. dare poss. Paul. de Castro. cons. 161. incipiente: In Christi nomine, in causa quã magnificus. Alexan. cons. 28. num. 19. lib. 5. Ias. l. 2. col. pen. C. de jure emphyt.*

emphyt. Curt. in tractat. feud. in quarta part. princ. num. 132. ad hoc quoque allegari potest quod tradit Alexand. consil. 26. num. 9. lib. 5. ubi concludit c. 1. §. Titius si de feud. defunct. qui §. permittit filiis feudum a patre alienatum revocare, non habere locum in feudo hæreditario.

11 His adde, quod † præscriptio tam patris quam contra patrem in feudo hæreditario filiis obsit, Matth. de Afflict. cap. 1. §. præterea Ducatus nu. 45. de prohibit. feud. alien. per Frid. Matth. de Afflict. c. 1. §. quid ergo nu. 19. usq. ad nu. 22. de invest. de re alien. facta.

Ex his satis patet, in feudo hæreditario omne factum patris filiis indistinctè & irrevocabiliter præjudicare, quare cum bona feudalia in nostro casu alienata sint hæreditaria, prout supra copiosè demonstravimus, videtur dicendum, prædictos Nobiles hæc bona feudalia à patre ipsorum alienata repetere non posse.

12 Tertiò, hi Nobiles † immiscuerunt se hæreditati patris, qui dicta bona feudalia cum consensu Domini remotiori agnato vendidit, & hoc etiam non facto Inventario, unde videtur indistinctè dicendum, illos hæc bona à patre illorum alienata revocare non posse, quia hæres absque Inventarii confectione hæreditatem adiens, omnimodò factum defuncti ratum habere cogitur, etiamsi hæreditas à defuncto relicta non sit solvendo, l. quæ à patre. C. de restitut. milit. l. ex qua persona & ibi Dec. ff. de reg. jur. l. si ab eo. C. de lib. caus. l. si praedatoribus. C. de serv. pignor. dat. manumiss. junct. l. fin. C. de jur. deliberand. §. sancimus. Auth. de hæred. & Falcid. sac. quod notat gloss. Bart. Bald. & Ias. l. fin. §. in computatione. C. de jur. deliberan. gloss. Bart. & Bald. l. cum à matre. C. de rei vendic. Bart. l. cum vir. ff. de usucap. ubi Dd. communiter concludunt, si testator alienasset, rem hæredis sui, & ipse non confecto Inventario hæreditatem illius adierit, ipsum rem suam a testatore alienatam, vendicare non posse.

Hanc sententiam expressè tenet Matth. de Afflict. cap. 1. §. hoc quoq. nu. 59. de success. feud. cap. 1. num. 4. an agnat. ubi expressè dicit, si filius velit feudum à patre cum consensu Domini alienatum repetere, duo ad hoc requiri, ut videlicet feudum sit ex pacto & providentia, & ut Inventarium conficiat.

Eandem opinionem tenent Andr. de Isern. num. 1. Alvarot. num. 8. Praepos. num. 3. cap. 1. in princ. de alienat. feud. patern. ubi in fortioribus terminis concludunt, feudum ab agnato alienato alienatum, etiam non consentientibus agnatis proximioribus, si illi agnati alienatori hæredes existant, ab illis repeti vel revocari non posse, cui sententiæ ibid. adstipulatur Frideric. Schenckius. & eum sequitur Matth. de Afflict. & absque omni dubio veram asserit, si agnatus, qui hæreditatem alienatoris adiit, solenniter atque legitimè Inventarium non conscripserit, Francisc. quoq. Sontbecius in suo tractat. feud. 13. part. princ. num. 148. tradit, neque agnatum neque filium, si hæreditatem illius, qui feudum antiquum vendidit, adierint, hunc venditionis vel alium contractum infringere vel irritare posse, simili modo, si pater consentiat alienanti feudum & ultra hoc se obliget, quod nunquam contra hanc alienationem venire, vel de ea controversiam monere velit, filius hæres patris feudum alienatum nullo modo revocare potest, Curt. tractat. feuda. 4. part. princip. num. 150. arg. l. cum à matre. C. de rei vendic. & dicit hanc sententiam tenere Bald. cap. 1. §. hoc quoq. de success. feud. & à Dd. communiter approbari.

Huc accedit, quod docet Curt. in tractat. feudal. in 4. part. princ. num. 148. ubi concludit, licet feudum cum consensu Domini & proximioris agnati in agnatum remotissimum alienatum, possit ab agnato medio revocari, hoc tamen locum non habere, si ille agnatus, qui feudum alienatum revocare vult, hæres existat, alienatori non facto Inventario, tunc enim ipsum factum defuncti approbare intelligi, neque hoc impugnare posse, arg. l. cum à matre. C. de rei vendic. Mart. Laudens. c. 1. §. Titius. si de feud. defunct. & dicit ita communiter tenere Feudistas in cap. 1. an agnat.

His adde, quod tenet Andr. de Isern. cap. 1. §. hoc quoq. num. 6. & 7. de success. feud. ubi concludit, permitti agnatis feudum ab agnato illorum cum consensu Domini venditum alienatore mortuo revocare, nisi ipsi alienationi consenserint, & si proximiores alienationem non retractent, sequentes eam retractare posse, nisi vel ipsi similiter alienationem consensu suo roboraverint vel consentientibus hæredes Inventario non confecto extiterint, illo enim casu ipsos omninò feudum alienatum revocare non posse.

Hanc opinionem comprobat, quod si vasallus legaverit feudum Domino, agnatus simpliciter adiens hæreditatem testatoris, cogatur hoc legatum ratum habere, prout tradit *Alex. cons. 10. num. 10. lib. 3.* ad hanc quoque sententiam stabiliendam allegari potest, quod decidit *Alex. cons. 29. num. 14. lib 5.* ubi tradit, si filii vel agnati ejus, qui contra naturam feudi inter eos tamen qui in feudum succedere possunt, de feudo testatus est, testamentum ejus approbarunt hæreditatem illius adeundo, eos hoc testamentum impugnare non posse.

Ex his omnibus satis patet, quod cum dicti Nobiles hæreditatem patris, qui feudum cum consensu Domini alienavit, non facto Inventario adierint, illos non posse feudum hoc a patre ipsorum alienatum repetere.

13 Quod etiam secundum juris Saxonici sanctiones † locum habere videtur, quia etiam de jure Saxonico requiritur, ut hæres adiens hæreditatem Inventarium constituit, *gloss. art. 6. Landrecht / lib. 1,* nec obstat, quod hi Nobiles tempore mortis patris, item, etiam quidam ex his adhuc minores sint, quia etiam minoribus 25. annorum puberibus tamen nocet, quod Inventarium non confecerunt, *§. pupillis. Auth. de hæredit. & Falcid.*

14 Quartò, † pro hac sententia adduci potest, licet prædicti Nobiles hæreditati patris se immiscendo Inventarium legitimè atque solenniter conscripserint, cum tamen ipsi ex hæreditate patris alienatoris longè plus quam valent, bona patris alienata acquisiverint, ipsus hæc bona feudalia repetere vel revocare non posse, quod optimè probatur ex eo, quod tenet *gloss. & Bald. l. cum à matre, C. de rei vendicat. gloss. Bart. Bald. Ias. l. fin. §. in computatione. C. de jure deliberand. ubi notabiliter & gloss. & Dd.* decidunt, si testator alienaverit feudum hæredis, sin. licet is cum beneficio Inventarii hæreditatem alienatoris adeat, ipsum tamen eatenus quatenus ex hæreditate testatoris consecutus fuit à vendicando feudum suum repelli, & hoc quoad casum nostrum in specie vult *Dn. Alex. cons. 26. num. 8. lib. 5. & cons. 30. num. 4. lib. 6.* ubi *Alex.* de facto consultus de jure respondet, filios ejus qui feudum alienavit, si patri hæredes extiterunt, licet Inventarium, juxta quod legibus requiritur, conscripserint, tamen eatenus, quatenus hæreditas patris solvendo est, feudum à patre legitimè alienatum revocare non posse, hanc opinionem confirmat id, quod in gravissima causa Comitatus Collegium Ingolstadiense consuluit, quod Consilium extat inter Consilia *Henningi, cons. 16. lib. 1.* ubi de facto requisiti, an filius feudum a patre alienatum, cujus hæreditatem adiit, repetere possit, de jure responderunt, si pater alienans feudum se tantum personaliter obliget, filios hæredes patris feudum a patre venditum, confecto Inventario repetere posse, sin verò pater alienando feudum pro se & hæredibus suis promiserit contractum ratum habere, & filii tantum ex hæreditate patris consequantur, quantum feudum alienatum valet, illos licet Inventario confecto hæreditatem patris agnoverint, hoc feudum a patre alienatum repetere non posse.

Quare videtur, dicendum in nostro casu dictos Nobiles indistinctè repelli a repetendo bona feudalia alienata, quia in dubio semper † pactum præsumitur reale, 15 & in dubio quis præsumitur non tantum se & hæredes suos obligare, *arg. l. jurisgentium, §. pactorum. & ibi Bart. Bald. & Ias. ff. de pact. l. si tibi. §. pactum. ff. eod. tit. l. & hæredi. §. fin. eum. l. seq. & ibi Bart. & Ias. ff. eod. tit. l. tale pactum, in princ. & ibi Ias. 4. notab. ff. de pact. l. si pactum. & ibi Bart. ff. de probat. & Ias. l. qui in futurum. §. 1. ff. de pact.*

Et licet alioquin quando † persona adjicitur verbo executivo Dd. maximè controvertant, an obligatio ista ad hæredes transeat, & quidam eam ad hæredes transire, *Bart. Alex. & Ias. l. si sic. ff. de verbor. obligat. Alex. cons 148. num.* 3. *lib. 5.* quidam eam ad hæredes non transire dicant, *Bart. l. nisi ff. de pact. Ias. l. tale pactum, in princ. 4. notab. ff. de pact. Ias. d. l. qui in futurum. §. 1. ff eod. titul.* tamen in casu proposito sive mentio personæ sit facta juxta verbum obligativum, sive juxta verbum executivum, omninò hæc obligatio realis censeri debet, *Bald. d. §. pactorum*, ubi dicit, si promissio de non veniendo contra vel controversiam non movendo fuerit adjecta contractui emptionis & venditionis, sive juxta verbum obligativum, sive juxta verbum executivum personæ mentio fiat, hanc promissionem realem reputandam, *arg. l. stipulatio ista, in princ. si §. quæsitum. ff. de verb. obligat.*

Quin

Quinimò, etsi huic promissioni vel obligationi sit adjecta dictio taxativa, ut quia alienator promisit de suo dato vel facto tantum, tamen non nihilominus hæc obligatio ad hæredes transit, *d. l. stipulatio ista. in princ. & ibi Bart. Roma. & Paul. de Castr. Bald. & Salycet. l. fin. C. de act. empt. Dec. l. hæredem. ff. de reg. jur.* & in specie in feudo alienato, tradit *Alex. cons. 18. num. 11. lib. 5.*

17 Quintò hæc bona feudalia † sunt alienata cum consensu Domini in agnatum remotiorem, quo casu filius vel agnatus proximior feudum alienatum non nisi citra annum ex eo tempore quo rescivit alienationem factam, repetere potest, quare, cum in nostro casu post contractum celebratum non unus sed plures anni elapsi sint, videtur dicendum, dictos Nobiles omninò non admitti ad revocanda bona feudalia, *arg. cap. 1 §. Titius. & ibi gloss. & Dd. si de feud. defunct. cap. 1. §. porro, qua feu. olim. Alvarot. c 1. §. fin. num. 29. quæ fuit prima caus. Alex. cons. 15. num. 10. lib. 5. fac. c. constitutus. extr. de in integr. rest. Dec. l. petens. C. de pact.*

Nec obstat, quod hi Nobiles tempore alienationis factæ minores fuerunt, quia præscriptio à statuto introducta, qualis est hæc annalis, etiam minoribus currit, *Innocent. & Abb. d. c. constitutus. Bald. l. fin. C. in quib. caus. in integr. rest. non est Dd. c. 1. in princ. quæ fuit prim. caus. Dd. c. 1. §. præterea minor. de prohibend. feud. alien. per Freder.*

Et licet hæc fortiter contra dictos Nobiles prima facie urgere videantur, ego tamen his & si quæ alia in hanc sententiam produci possunt non obstantibus, credo, dictis Nobilibus concedi prædicta bona feudalia à patre ipsorum alienata, cum jam illorum pater mortuus sit, ab emptoribus repetere.

Antequam verò ulterius progrediar, permittendum duxi, hoc feudum de quo
18 in casu nobis proposito controversia est, † non esse hæreditarium, sed ex pacto & providentia, quod satis probatur.

Primò ex eo, quod in investitura inter cætera verba dictum fuit, pro se & hæredibus masculis, quibus verbis feudum concessum juxta veriorem & crebriorem Dd. sententiam, non hæreditarium sed ex pacto & providentia dicitur, *Dec. cons. 78. incipiente, in casu proposito Dec. cons. 185. Matth. de Affl. in prælud. feud. nu. 183. Matt. c. 1. nu. 20. de eo qui sibi & suis hæred. Matt. c. 1. nu. 13 an agnat.* & in hanc sententiam videtur inclinare *Card. Mol. in addit. ad Alex. cons. 13. nu. 9. lib. 5.* dum ibi ultimo loco allegat *Dec.* hanc sententiam tenentem, unde succedit regula, Doctorem plures opiniones referentem, in dubio ultimum amplexum intelligi, *gloss. l. qui filium. §. fin. ff. ad S C. Trebell. l. si idem tum eod. §. fin. & ibi Ias. ff. de jurisd. omn. jud.* Hanc eandem sententiam expressè tenet *Bald. l. liberti libertæq; nu. 37. C. de oper. libert. & sequit. Additio, ibidem*, ubi dicunt, feudum concessum alicui pro se & hæredibus suis masculis, intelligi concessum ipsi & descendentibus ejus, quo casu dubium non est, hoc feudum ex pacto & providentia dici: quin imò, etsi in dispositione aliqua, quæ sua natura ad hæredes omnes transire solet, fiat mentio hæredum masculorum, hoc verbum hæredibus masculis exponitur à filiis, *Bald. l. Gallus. §. etiamsi à parente. & ibi Ias. nu. 10. ff. de lib. & posth. Bald. l. Cajus. ff. solut. matr.* ubi refert ita tenere *Iacobum Butrigarum*, quare multò magis quando hæc dictio hæredibus masculis ponitur in investitura vel alia dispositione, quæ regulariter non nisi ad descendentes transit, hoc verbum hæredibus masculis debet exponi, id est, filiis.

Secundò, quod in nostro casu dicta bona feudalia censeantur ex pacto & providentia & non hæreditaria, satis demonstratur ex eo, quod in investitura ultra hanc dictionem masculis dictum fuit & ex corpore suo descendentibus, quibus verbis, licet sint verbo hæredibus copulata, feudum ex pacto & providentia denotatur, prout decidit *Andr. de Isern. c. 1. §. præterea Ducatus nu. 38. & ibid. Matth. de Affl. nu 34. & 46 de prohib. feud. alien. per Frid* ubi etiam dicit *Andreas Bulgarum & Pileum* huic opinioni astipulari, idem tenet *Matth. de Affl. c. 1. nu 266. ex quib. caus. sent. amitt. Matt. c. 1 n. 3. de eo qui sibi & suis hæredib. Matt. c. 1 n. 13. an agnat.* & licet ut supra in secundo argumento contrario dictum est, aliqui Dd. contrarium teneant, feudum sub hujusmodi tenore acquisitum hæreditariū esse, hæc tamen nostra sententia & magis communis est, & ego veriorem eam judicio, quia cum hæredes ex corpore nostro descendentes nihil aliud sint quàm filii, dubium non est, quin sicut feudum acquisitum pro se & filiis ex pacto & providentia censetur, ita & feudum acquisitum pro se & hæredib. ex corpore suo descendentib. ex pacto & pvidentia reputari debeat. Quòd satis comprobatur ex text. *l. certum. ff si cert. petat.* ubi IC. dicit, perinde esse sive proprio nomine quid appelletur, sive vocabulis quibusdam demonstretur, huc accedit *text.*

l. si in

l. si in rem. la. 1. vers. pen. ff. de rei vendicat. l. nominatim. ff. de condit. & demonstrat. ubi dicitur, demonstrationem nominis pruprii vice fungi, his adde, quod rem indubitabili signo demonstrare, nihil à nomine distet, *l. quoties. §. si quis nomen. ff. de hæred. instit.* Præterea quoties dispositio aliqua non potest nisi uni rei convenire, illud pro expresso habetur, *l. 2. & ibi Ias. ff. de liber. & posthum.* quare cum hæc verba pro hæredibus ex corpore suo descendentibus non nisi filiis conveniant, perinde haberi debet, atque si feudum expressè pro filiis receptum fuisset, neque curatur, quid de æquipollentibus fiat, *l. si mater. C. de institut. & substitut. l. mulier in princ. ff. ad SC. Trebell. l. fin. §. fin ff. Mand. Dd l. Gallus. §. & quid si tantum. ff. de lib & posth.*

Tertiò, hoc quod feudum in nostro casu sit ex pacto & providentia, satis liquet ex eo, quod prædicta bona feudalia fuerunt concessa pro se & suis hæredibus, quæ verba, licet aliud adjectum non sit, secundum receptam consuetudinem exponuntur, etiam in materia ad quoslibet hæredes transmissibili, id est liberis, *Bart. cons. 52. col. fin. lib. 1.* quem refert & sequitur *Ias. d. § etiamsi parente. num. 20. & num. 31.* quare cum unum quodque verbum in tenore investituræ positum, per se satis sufficiat ad demonstrandum hoc feudum ex pacto & providentia esse, dubium non est, quin propter hæc omnia simul juncta feudum multò magis ex pacto & providentia reputari debeat, *arg. l. Balista ff. ad SC. Trebell. gloss. Bart & Alex. l. cum sanus C. de agricol. & censit. lib. 11. Abb. c. penultim. extr. de fide instrum. Ias. l. 1. §. adipiscimur. num. 8. ff. de acquir. poss. Ias. l pen. in fin. C. de pact Ias l. à judice. 8. limitat. C. de judic.* & per hoc patet additionem ad *art.* Lehenrecht / quæ contrarium tenet, falsam esse.

19 Quin imò, etsi qua dubitatio subesse posset, utrum prædicta bona feudalia sint hæreditaria vel ex pacto & providentia, magis crediderim eam sententiam amplectendam, quæ vult in casu dubio feudum præsumi ex pacto & providentia, prout tenet *Iacob. de Ardizo in summa de success. feud. §. item quæritur*, ubi dicit, quod agnatus & filius in dubio non admittatur ad feudum ut hæres, sed ut filius, in eadem sententia est *Andr. de Isern. cap. 1. num. 11. & ibi Matth. de Afflict. num. 270. usq; ad num. 278. ex quib. caus. feud. Bald. & Ang. l. si tibi §. pactus. ff de pact. idem Bald. l. cum acutissimi. C. de fideicommiss.* ubi tradit, feudum simpliciter acquisitum, præsumi pro se & descendentibus ex se acquisitum, ut hoc expressis verbis tradit *Præpos. cap. 1. §. hoc quoq; num. 8. de success. feud.* ubi ita formaliter loquitur, regulariter autem feudum ex sua natura progreditur ad descendentes, non ut hæreditarium sed ex providentia legali seu consuetudinaria, *cap. 1. §. tum verò. Corrad. §. hoc quoq; notandum, qui feud. dar. poss.* & postea ibidem subjungit, aut feudum non est hæreditarium prout regulariter sunt feuda, *arg. d. §. hoc quoq; notandum.*

Hanc eandem opinionem sequitur, ut argumentis multis comprobat *Matth. de Afflict. cap 1 num 14. usq; ad num. 10. an agnat.* & ultra ibi dicta hæc sententia stabiliri potest ex eo, quod magis communiter traditur per *Bart. Bald. l si tibi. §. parius. ff. de par. Bart Alex. & Ias. l. quod dicitur. ff. de verb oblig.* ubi dicitur, quod in his quæ ad extraneos hæredes non transeunt, quale feudum est, pater in dubio censeatur stipulatus filiis non ut hæredibus sed ut filiis, huc accedit, quod in fortioribus terminis tradit *Paul. de Castr. l. ex pacto. §. fin ff. ad Senatuscons. Trebell. Ias. l. si non sortem. §. fin. ff. de cond. indeb. Ias. l. Gallo. §. quidam rectè. num. 45. ff. de lib & posth.*

Ubi in fortioribus terminis concludunt, etiam † feudum acquisitum pro se 20
& hæredibus, censeri ex pacto & providentia, eò, quia in feudis appellatione hæredis filius tantum continetur, *cap. 1. §. etsi clientulus. de alienat feud. cap. 1. §. pen. si de feud. defunct. ex pacto & provid. censeri.*

Et nunquam † feudum dici hæreditarium 21
nisi pro filiis & hæredibus conjunctim acquisitum fuerit, quam decisionem refert & sequitur *Thom. Ferra. cent. 28.* & dicit ita consuluisse totum Colloquium Jureconsultorum Patavii.

Hoc ita † præsupposito, venio ad deci- 22
sionem quæstionis primæ, & dico hosce Nobiles feudum a patre ipsorum cum consensu Domini alienatum in agnatum remotiorem repetere posse, *arg. cap. 1. §. Titius si de feud. defunct.*

Ubi expresse dicitur, feudum alienatum in agnatum remotiorem mortuo venditore ab agnato proximiori etiam precio non restituto vendicari non posse, sed filius est agnatus proximior, quare dubium non est, filium feudum a patre alie-

natum

natum mortuo patre revocare posse, & hoc ibi in feudo licitè & cum consensu Domini alienato expresse tenet *Iacob de Belvis. And. de Isern. Matth. ab Afflict. num. 14. 15. 16. & 18.* idem probat *text. c. 1. in pr. de alienat. feud. pat.* ubi text. expresse dicit, si vasallus feudum alienet consentiente Domino, hoc non præjudicare agnatis, ad quos feudum quandoq; reversurum est mortuo vasallo, sed dubium non est, quin feudum ante omnia mortuo vasallo ad filium tanquam agnatum proximiorem, *l. filius ff de suis & legit. hered.* revertatur, *c. 1. de feudo Marchiæ. c. 1. de grad. success. in feud c. 1. de nat. success. feud. Authen. de hæredib. ab intestat. venient. in princ.* unde ex illo text. satis patet, alienationem feudi cum consensu Domini factam filio alienatoris non præjudicare, & quod mortuo alienatore possit filius feudum cum consensu Domini alienatum revocare, ibidem expresse tenet *Matt. de Afflict. nu. 8. & 9.* & dicit, hoc etiam habere locum, si filius hæres patri extiterit, & Inventarium conscripserit, idem tenet *Matth. c. 1 nu. 4. an agnat.*

Tertiò, hanc sententiam tenet *Iacob. de Belvis. Bald. & Matth. de Afflict. c. 1. §. hoc quoq; de success. feud. Bald. c. 1. §. quæ fuit prim. causa.* ubi dicunt, filium mortuo patre feudum ab eo alienatum revocare posse.

23 Huc accedit, quod † renunciatio patris in feudo ex pacto & providentia filiis non præjudicet, *Alex. cons. 13. nu 10. lib. 5. Bald. l. qui se patru. num. 12. & ibi And. Barb. in addit. C. unde liberi.* Hanc sententiam tenet *Alvarott. cap. 1. §. fin. conclusio. 18. quæ fuit prim. caus.* ubi expresse dicit, quod feudi antiqui alienatio cum consensu Domini facta, non præjudicet filiis vasalli, & ad hoc allegat *gloss. 3 & Bald. c. 1. §. hoc quoq; de success. feud. Bald c. 1. §. et si clientulus, de alien. feud. Andr. de Isern. c. 1. §. si Vasallus culpam, si de feud. defunct. content.*

Quartò, ad hoc facit quod tenet *Iacob. Alvarott. cap. 1. § fin conclus. 25. & Præpos. ibid. col. 4. quæ fuit prim. caus. Iacob. Alvarot c. 1. §. hoc quoq; in expositione text. in vers. masculo. & num. 1. & 4. & Præpos. ibid. nu. 3. de success. feudi.* ubi dicunt, filios feudum a patre alienatum cum consensu Domini revocare posse, & in hoc ipsis agnatis præferri; idem tenet *Alex. cons. 13. cons. 18. cons. 19. nu. 14. lib. 5.* ubi concludit, filius feudum ex pacto & providentia à patre alienatum confecto Inventario repetere posse, eandem opinionem tenet idem *Alex. cons. 28. nu. 16. & num. 17. lib. 5.* ubi ad hoc allegat *Andr. de Isern. cap. c. in fin. qui success. teneant. cap. 1. de alienat. feud. part. cap. 1. an agnat. cap. 1. §. hoc quoq; de success. feud. Iacob. de Rau. Petr & Cyn. l si manumissus in fin. C. de libert. & eo lib. Ioan. Andr. in addit. ad Specul. in tit de success. feud. l. fin. in addit. incipiente, Debet dicere.*

Quintò, hanc sententiam expresse tenent Lipsenses in *cons. 15. num. 7. inter cons. Henningi. lib 1.* ubi claris atque perspicuis verbis dicunt, filium feudum à patre alienatum, licet patris hæreditatem adierit & hæreditas patris solvendo sit, feudum tamen à patre in agnatum remotiorem alienatum, revocare posse, huc accedit, quod dicit *Matth. de Afflict. cap. 1. §. præterea Ducatus. num. 91. de prohibit. feud. alienat. per Frid.* ubi dicit, factum patris in feudi ex pacto & providentia filio non præjudicare: similiter nec præscriptio patris vel contra patrem in feudo ex pacto & providentia filiis nocet, *Andr. de Isern. c. 1. §. præterea Ducatus nu. 38. & ibi Matth. num. 45. de probib. feud. alien. per Frid Matth. cap. 1. §. quid ergo. num. 19. usq; ad nu. 22. de invest. de re alien. facta*, Idem dicit *Andr. de Isern.* feudum alienatum a patre post mortem illius filium revocare posse, si Inventarium conscripserit, ita dicit in *c. 1. nu. 16. & 17. de alien. feud. patern.* Idem, quod alienatio a patre cum consensu Domini facta filiis non præjudicet, quo minus eam revocare possunt, tenet *Alvarot. cap. 1. § hoc quoq; nu. 1. & 2. & Præpos. ibid nu. 8. de success. feud. idem Alvarot. cap. 1. §. fin. conf. 18. quæ fuit prim. caus.*

His adde, quod tenet *Andr. de Isern. c. 1. vers. & licet, de alien. feud. pater.* ubi dicit, hoc quod dicitur feudum ab agnato in alium agnatum alienari posse, ita demum verum esse, si ille agnatus sit proximior illi agnato alienatori qui ipsi mortuo successurus erat, & hoc semper intelligendum, si agnatus non habeat filium masculum, alias illum esse agnatum proximiorem, *l. filius. ff. de suis & legitim. hæredib.*

Huc accedit, quod nec illegitimè, id est, sine consensu Domini facta alienatio feudi ex pacto & providentia filiis præjudicet mortuo patre, si tamen Inventarium conscripserint, prout docet *Matt. de Afflict. c. 1. num. 36. 37. de vasallo qui contra const. Lothar. feud. alien. Matth de Afflict. c. 1. §. rursus. num. 64. & 65. quib. mod. feud. ubi ad hoc allegat Bald. cap. 1. de success. feud. c. 1. col. 3. de alien. feud. c. 1. in fin. & ibi Andr. de Isern. quæ fuit. prim. caus.*

Sextò, hanc nostram sententiam satis probat id, quod & legibus expresse cautum

repetimus

reperimus & à Dd. nomine penitus discrepante traditur, feudum antiquum alienatum cum consensu Domini, etiamsi in agnatum remotiorem hæc alienatio facta sit, mortuo alienatore ab agnato proximiori repeti posse, *c. 1. §. hoc quoq; & ibi Dd. de success. feud. cap. 1. §. Titius. & ibi Dd. si de feud defunct. cont. c. 1. in princ. & ibi Dd. de alien. feud. patern. Alex. cons. 189 n. 7 lib. 2 Alex. cons. 15. lib. 5.*

Quare simili modo & filio alienatoris permitti debet, feudum à patre ipsius cum consensu Domini alienatum ipso mortuo revocare, quia in revocando feudum licitè cum consensu Domini alienatum filius semper præfertur agnato, *Curt. tractat. feuda. 4. part princ. nu. 15 1. Iacob. Alvarot c. 1. § fin. conclus. 25. quæ fuit prima caus. & ibi ad hoc alleg. c. 1 §. hoc quoq; & ibi Iacob. de Belv. de success. feud. Bald. c. 1. § et si clientulus, de alien. feud. Alvarot. nu. 1. & 4 Præpos. nu. 3. c. 1 §. hoc quoq;, de success. feud. Bald. c. 1 §. fin. & ibi Præpos. col. 4 quæ fuit prima causa.*

Septimò, hanc sententiã, q̃ prædicti Nobiles feudum à patre illorũ cum consensu Domini remotissimo agnato venditũ revocare possint, confirmat, quia, cum pater vendiderit prædicta bona agnatis, qui sciverunt hæc bona feudalia esse, & hæc bona sub expressa qualitate feudi distraxerit, dicendum est, patrem tantum hoc jus, quod habuit in bo-
24 nis feudalibus, quoad ipse † alienator viveret, vendidisse, quando enim quis vendidit rem aliquam, in qua jus certum habet, morte alienatoris finietur, expressa qualitate illius juris, non videtur totam rem sed tantum illud jus, quod in ista re habet, vendidisse, *l. si quis demum. §. 1. & ibi Bart. & Bald. ff locati l. qui tabernas. & ibi gloss. & Bald ff. de contrah empt. Bald. l. cum venderet. ff eod. titul. Bald. l. in testament. C. ad leg. Falc. idem Bald. l. ex prædiis C. de evictio. Bald. & Ias. l. si domus. §. fin ff. de leg 1. Alexan. cons 63. lib. 6.* Huc accedit, quod tradit *Bald. l qui se patris. nu. 12. C. unde lib.* ubi concludit, renunciationem feudi a patre factam filiis non præjudicare, ideo, quia pater videatur tantum juri suo, quod habuit in feudo ipso vivente, non autem juri filiorum renunciasse. Et hanc decisionem sequitur *Alex. cons. 3 nu. 16. lib. 3.* His adde, quod tradit *Francis. Sonsbeck. in tractat. feud in 13. part. princ. nu. 176.* ubi decidit, si vasallus de feudo suo antiquo alium investierit, ipso mortuo tam filios quàm agnatos illius hoc feudum, de quo pater alium investierat, etiam precio non oblato revocare posse, quia pater de feudo suo alium investiendo videtur per investituram tantum illud jus in alium transtulisse, quod ipse in vita sua in feudo habet, *arg. c. 1. §. rursus & ibi Alvarot quib. mod feud.*

Hanc sententiam confirmat, quod tra-
dunt Dd. si quis feudalia bona † legaverit, 25
ipsum videri tantum hoc jus, quod in vita sua in illis bonis habuit, legasse, nec hoc legatum filiis illius præjudicare, adeo, ut nec ad æstimationem quidem istorum bonorum feudalium teneantur, *Bald. l. item videndum. §. nunc videamus. ff. de petit. hæredit.* ubi dicit etiam *Iacob. Butrig* hujus sententiæ esse, idem tenet *Ias. l. 1. nu. 119. C. de jur emphyt. Alexand. cons. 50. nu. 12. lib. 1. Henning. Goden. cons. 23. num. 4. lib. 1. Bald. Iacob. Alvarot. Præpos. Matt. de Afflict. c. 1. §. donare, qualiter feud. olim.* & licet *Ioan. Ioan. Fabr. §. non solum, Institut. de legat Matt. de Afflict. c. 1. §. præterea Ducatus nu. 90. de prohib. feud. alienat. per Frid. Nicol. Everb cons. 129. in fin.* contrarium teneant, prior tamen sententia & verior & magis communis est. Huc accedit, quod in simili traditur, si quis emphyteusin legaverit, nihil ex hoc legato legatarium petere posse, quasi testator tantum videatur hoc jus legasse, quod in vita sua in bonis emphytheuticis habuit, quodq; morte illius finitur, *Paul. de Castr. & Ias. l. uxor. patrui. C. de legat.* quia semper is qui jus habet in aliqua re, quamvis illud jus morte legantis finiatur, legando rem simpliciter videtur, hoc jus q̃ in ista re habet, legasse, licet hoc jus mortuo testatore hæredi illius deferatur, *arg. d. l. uxor. patrui l. quod in rerum. §. 1. & ibi Bart. ff. de legat. 1. l. si domus. §. fin. & ibi Dd. eo tit. l. servum filii, in princ. & ibi Dd. ff. eod. tit.* unde ex hoc infero, quod sicut pater legans feudum videtur illud jus tantum, quod ipse tempore vitæ suæ in feudo habet, quodq; morte illius finietur, legasse, ita & vendens bona feudalia, hoc expressè quod sint feudalia, videatur tantum hoc jus, quod ipse pro tempore vitæ in his bonis habet, vendidisse, nam licet vendens rem aliquam videatur in dubio totam rem vendidisse, non autem tantum illud jus, quod in re vendita habet, tamen hoc non procedit, si quis rem aliquam vendendo exprimat qualitatem illius juris, quod in re vendita habet, tunc enim similiter sicut legans tantum hoc jus, quod in re vendita habet, distruxisse dicitur, *d. l. qui tabernas. & ibi Bald. cum simil. suprà allegat.* Quare cum pater tantum vendidit illud jus, quod ipse in feudo habet, pro tempore vitæ suæ dubium non est, quin filiis permittatur feudum alienatum post mortem patris revocare, quia

ista

ista obligatio patris ad filios non transit, unde dubium non est, filios ista obligatione non astringi, sed illos liberè contra hanc obligationem venire posse, *arg. gloss. fin l. quæsitum. §. fin ff. de preca. Bald. l cum à matre. num. 5. C. de rei vendicat. Bald. l. 2 C. de inoff. donat. Bald l. 2. C. de his quæ in fraud. patron.* Ex his satis liquet, prædictis Nobilibus permitti dicta bona feudalia a patre ipsorum remotissimo agnato vendita, revocare, nec obstant modò argumenta contraria.

Et ad primum argumentum dico, hanc
26 opinionem, quæ vult feudum † venditum a vasallo agnato remotiori venditore mortuo ab agnatis proximioribus repeti vel revocari non posse, & falsam esse, eò, quia textibus expressis supra allegatis repugnat & a Dd. nostris communiter reprobatam, & ita tenet *Bald. & Alvar. c. 1. de alienat. feud. Olofred. in summ. sua in tit. quib. person. vasall. feudum vendere potest. Ioan. de Lign. Clement. 1. de jur. pat. Mart. Laud & Præpos. c. 1. §. Titius de feud. defunct. Ioan. Rain. c. imperialem. §. habito. an. 14. colum. de prohib. feud. alien per Frid.* ubi dicit, hanc opinionem tenuisse *Bertrandum Caprioli Curt. tractat. feud. 4 part. princ. num. 146.* ubi Dd. dicunt, ita consuluisse Collegium Bononiense, & ad jura pro contraria parte adducta, facilimè respondere potest, & ad *cap. 1. in princ. de alien. feud. patern.* dico, illud capitulum intelligendum esse, si alie-
27 natio † fiat in agnatum proximiorem, qui alienatori mortuo immediatè successurus erat, & ita illum text. intelligunt *Andr. de Isern. & Matth. de Afflict. ibid. & Ioan. de Faso de Pisis in sua summa*, quæ solutio mihi verissima videtur, quia quandocunque in lege aliqua vel dispositione fit mentio agnatorum, intelligitur hoc de
28 agnatis, † proximioribus & post mortem immediatè successuris, quod probatur primò ex eo, quod Dd. magis communiter tradunt, si statutum requirat, ut in contractibus minorum vel mulierum interveniat consensus agnatorum, hoc statutum intelligendum esse de agnatis proximioribus & immediatè successuris, *Ias. l. transactionem C. de transactionib. Ias. l. 1. C. unde vir & uxor. Bald. & Ias. l. fin C. de verb. signific.* item, relictum agnatis censetur proximioribus gradus prærogativa servata, relictum, *d. l. fin. & ibi Ias C de verb. signific. l. cum ita relictum. §. 1, & ibi Bald. ff. de leg. 2. l. peto. §. fratre. ff eod. tit.* simili modo onus injunctum agnatis judicatur proximioribus injunctum esse, *l. 1. ff. de legit. tut.*

Secundò respondeo, ad illum text. quod adversativa ibi retinet naturam suam, & contradicit præcedentibus in jure & in facto.

Nam alienatio facta in extraneum, non consentientibus agnatis proximioribus non valet ipso jure, sed alienatio facta in agnatum remotiorem, non quidem jure valet, sed mortuo alienatore resolvitur, ita dicunt *Curt. tractat. feud. 4. part. princip. num. 146. Præpos. cap. 1. §. Titius, col. fin. si de feud. defunct.* sic patet, illum text. nihil nostræ sententiæ obstare, Ad *c. 1. §. sed & res. per quos fiat investit.* dico hunc text. † non modo nihil refragari nobis, 29
sed nostram sententiam expressè probare, nam cum ibi in text. dicatur feudum vendi non posse, nisi tibi vel alii proximiori agnato satis ex illo text. colligitur, tibi non aliter feudum vendi posse, nisi tu sis agnatus proximior.

Et hoc primò propter † disjunctivam 30
dictionem (vel) quæ inter hæc duo verba ponitur, cujus dictionis ea natura est, cur denotet ea, inter quæ ponitur ejusdem qualitatis esse, *l. 1. in princip. & ibi Bart. ff de rob. dub.*

Secundò, hoc probatur in eodem text. dum ibi in sequentibus verbis similiter dicitur, si de feudo extraneus investiatur, concedi tibi vel alii proximiori agnato, precio oblato feudum hoc redimere, & tamen dubium non est, quin nulli jus redimendi feudum alienatum competat nisi proximiori tantùm, *cap. 1. §. porro. & ibi Dd. qual. sentent olim alias solutiones, ad illum text. ponit Mart. Laudens. d. §. Titius:* & sequitur ibid. *Præpos. & Curt. tract. feud. 4. part. princ. num. 146. ad cap. 1. §. etsi clientes de alienat. feudi* respondeo, illum text. intelligendum esse, si nepos † vel fratres, 31
cui feudum refutatur, sunt proximiores agnati atque alienatori mortuo immediatè successuri, & ita illum text. ibidem intelligunt *Andr. de Isern. Iacob. Alvarot. Præpos. nec non & cæteri Dd.* alioquin alienatio quidem vivente alienatore teneret, ipso verò defuncto resolveretur, prout ibi tenent Dd. & probatur per *d §. Titius.*

Secundum argumentum non obstat nostræ sententiæ, tum quia ut supra dictum est, bona

est, bona feudalia, de quibus in casu nostro est controversia, non sint hæreditaria, ut superius satis demonstratum est, tum posito, sed non concesso, quod prædicta bona sint feudum hæreditarium, tamen plurimi Dd. tenent etiam in † feudo
32 hæreditario filium, si fecerit Inventarium, ad debita patris non teneri, nec factum illius præstare compelli, quod satis probatur ex eo, quod tradit *Bald. Andr. de Ifern. Iacob. Alvarot. Præpos. & Frider. Schenck. c. 1. an agnatus*, ubi concludunt, istud capitulum habere tantum locum in feudo hæreditario, non autem in feudo ex pacto & providentia, & ibid. *Alvarott.* refert, hanc sententiam eandem sequi, *Iacob. de Ardizo. item & Iacob. de Belvis. cap. 1. de eo qui sibi & suis hæredib. & Andr. de Isern. cap. 1 § hoc quoq; de success. feud. cap. 1. de duob. fratrib. à Capit invest.* Sed omnes Dd. communiter tenent, in casu *cap. 1. an agnat.* si filius hæres patris Inventarium conficiat, ipsum de feudo æs alienum patris non compelli solvere, & contra factum patris venire posse, ita tenent ibid. Dd. omnes, Quare ex hoc satis colligitur, plurimos Dd velle filium etiam in hæreditario feudo, si Inventarium confecerit, contra patris factum venire posse, Nec obstant ea quæ in contrarium allegata sunt, quia primò *Bald. & Iacob. de Belvis. in d. §. hoc quoq;*, non expressè dicunt, feudum hæreditarium alienatum à patre cum Domini consensu filium mortuo patre revocare non posse, sed potius contrarium innuunt, dum in feudo antiquo alienato licitè indistinctè concludunt, factum patris filio non præjudicare, & postea in feudo illicitè alienato differentiam faciunt, an filius sit hæres patris an non, quare satis innuunt primo casu, licet filius in feudo ut hæres succedat, nihilominus tamen feudum alienatum revocare posse: hanc eandem distinctionem ibidem sequuntur *Iacob. Alvarot. & Præpos.* præterea etiam pauci ex illis Dd. qui volunt, filios feudum hæreditarium a patre venditum repetere posse, expressè casum illum decidunt, quando filius hæres patris Inventarium fecit, unde sequitur, magis communem esse hanc sententiam eorum, qui decidunt, etiam in feudo hæreditario filium contra patris factum venire posse, quam eandem opinionem quoque amplectitur *Matth. de Afflict. in prælud. feud. num. 178.* ubi refert etiam *Bald.* hujus sententiæ esse. Tum etiam, quia pater simpliciter distrahendo feudum, intelligitur tantum illud jus, quod in vita sua habuit, in feudo vendidisse, nec præsumitur in dubio etiam filiorum jus in alienationis contractum deduxisse, prout supra latè conclusimus, unde filii repetentes feudum alienatum mortuo patre, non dicuntur venire contra factum patris, quia contractus a patre celebratus ipso defuncto resolvitur, ideo nihil est quod impediat, quo minus filii etiam hæredes patris vel in feudum ut hæredes succedentes feudum venditum repetere possint, quandocunque enim contractus à defuncto celebratus contra hæredes non transit, non impediuntur hæredes defuncti hunc contractum impugnare, *Bald. d. l. cum à matre. nu. 5. Bald. l. hujus. ff. solut. matrim. Bald. l. 2. C. de inoff. donat. idem Bald. l. 2. C. si quid in fraud. patron.* imò etiam ille ipse qui rem vendidit, si contractus juxta naturam rei venditæ fuerit resolutus, repetere potest rem istam quam distraxit, *arg. l. fundum meum. ff. de evict. Guid. de Zusa. & Bald. l. si familia. C. famil. hercisc. Bart. l. qui Romæ. §. duo fratres §. 1. num. 12. & ibi Iaf ff. de verb. obligat. Bald. l. si quis miles Imperat. Lotha. in usib. feud. Bald. c. 1. §. fin. qui feud. dar. possint. Alex. cons. 21. lib. 5.* Quare si sententia Dd. qui contrarium concludunt, filios feudum hæreditarium a patre venditum repetere non posse, aliquo casu vera esse potest, illa ad istum casum restringenda est, quo pater feudum vendendo expressè dixit, se non tantum suum jus quod in feudo habet, sed etiam filiorum suorum jus vendere. Similiter, quæ de consensu † vel renunciatione patris 33
filio præjudicante in feudo hæreditario diximus intelligenda sunt, si pater sit ejus propositi, quod per hunc consensum vel renunciationem non tantum suum jus a se abdicare velit, sed etiam filiis præjudicare, alioquin simplex consensus vel renunciatio patris filiis non nocet, etiam in hæreditario feudi, *Bald. d. l. quis se patri. nu. 12. Alexan. cons. 8. nu. 16. lib. 3.* Secundo modo hæc sententia, quæ vult renunciationem vel consensum patris filio in feudo hæreditario nocere, juxta ea quæ supra diximus, restringenda est, ut tunc demũ locum habeat, nisi filii Inventarium legitimè conscripserint. Idem responderi potest ad illud, quod allegatum fuit, legatum vel assignationem patris factum de hæreditario feudo filiis præjudicare.

Quod verò allegatur patris delictum in feudo hæreditario † filiis nocere, nihil 34
huic nostræ sententiæ obstat, licet enim alioquin

alioquin à contractibus ad delicta argumentum sumere liceat, *l. omnem. ff. de actio. & obligat. Nicol. Everhard. in sua Topica, lo. 20.* hoc tamen propter diversitatis rationem, quæ hoc casu inter contractus & delicta patris militat, locum non habet.

35 Quia cum hæreditarii, id est, † paterni criminis exempla in filiis teneantur, *l. quod si velit. §. qui mancipia. ff. de ædilit. edict. l. quisq. §. 1. C. ad Iul. majest. c. venerabilem. extr. de elect.* qui timor in contract. cessat, receptum est, patrem delinquentem magis nocere filiis quam patrem contrahentem, *Dd. cap. 1. §. hoc quoq. de succeß. feud. Dd. c. 1. si vasall. feud. priv. cui defrrat. Dd. c. 1. §. fin. quæ prim. caus. feud.*

Similiter nostræ sententiæ nihil refragatur, quod dictum fuit, † præscriptio-
36 nem vel patris vel illam quæ, contra patrem currit, filiis in feudo hæreditario nocere, quia cum præscriptio solennitatem omnem omissam suppleat post mortem, *ff. de adopt. l. 1. C. qui admitti*, receptum est, præscriptionem plus nocere illi, qui jus aliquod jure prætendit, quàm contractum simplicem, *l. nam fatis §. 2. ff. quemadmod. servit. amitt. gloß. verb. præscriptionem. l. 1. & ibi Bart. & Bald. C. de serv. fugit. facit quod notat. Bart. l. jubemus. la. 1. C. de SS. Eccles.*

Quare cum præscriptio plus noceat filiis quam contractus, à præscriptione ad contractum affirmativè argumentari prohibitum, *& gloß. c. cum in invitis in princ. extr. de electi on. Nicol. Everhard. in sua topica loco 21.*

Tertiò, principaliter non obstat nostræ sententiæ, quod prædicti Nobiles immiscuerunt se hæreditati patris non confi-
37 ciendo † Inventarium, cum enim patet illorum simpliciter vendendo dicta bona feudalia intelligatur tantum illud jus, quod in bonis feudalibus tempore vitæ suæ habuit vendidisse, & sic contractus patris non extendatur ad filios, prout supra conclusimus, dubium non est, filios etiam non confecto Inventario feuda à patre alienata repetere posse, *arg. ejus quod not. Bald. d. l. cum à matre. num. 5.* & hoc habet locum, ut licet pater promittat pro se & pro hæredibus suis se velle illius contractum emptionis ratum atque firmum habere, & nihil contra illum contractum facere: tamen simili modo filii mortuo patre non prohibeantur feudum à patre alienatum, vendicare, quia clausula de non veniendo contra, intelligitur secundum naturam illius actus cui adjungitur: unde sicut contractus principalis non extenditur ultra vitam patris, qui feudum vendidit, ita nec accessoria promissio ultrò vitam alienantis porrigi debet, quare, sicut si pater simpliciter feudum vendidisset, non prohiberentur filii feudum alienatum repetere, ita nec prohiberi debent hoc feudum alienatum vendicare, si in contractu venditionis fuerit adjecta hæc clausula, se, atque hæredes suos nihil facturos contra hanc venditionem, *arg. l. damno infecti stipulatio in princip. ff. de damn. infect. stipulat. ff. de usurar. l. 1. §. si sub conditione. ff. ut legat. nom. caveat. Bart. & Bald. l. si familiæ. C de famil. hercisc. Bart. l. qui Romæ. §. duo fratres in quæst. & ibi Ias. ff. de verbor. obligat. Bald. c. si quis miles, Imperat. Lothari. Petr. de Ancbor, conf. 72. Alex. conf. 22. lib. 5. fac. quod notat Ias. Rub. ff. de verbor. obligat.*

Quin etsi contractus † venditionis ita 38
fuisset celebratus, ut is etiam ultra vitam patris venditoris ad hæredes ejus porrigeretur, tamen in proposito nostro filii perinde atque si Inventarium conscripsissent, hoc feudum à patre alienatum repetere possent, quia de jure Saxonico secundum quod quæstio nostra eò, quia in terris Saxonicis degimus, decidenda erit, filius etiam non conficiens Inventarium, licet sit hæres patris feudum a patre alienatum repetere potest.

Quod primò satis probatur ex *text. art. 6. Landrecht / lib. 1.* ubi text. simpliciter dicit, hæredem tantum pro viribus hæreditatis teneri æs alienum defuncti solvere, & licet *gloß.* intelligat illum *text.* demum confecto Inventario locum habere, ego tamen credo illum text. procedere etiam non confecto Inventario, quia alioquin dispositio illius *text.* nihil operaretur, cum secundum juris civilis sanctiones satis cautum sit hæredem conscripto Inventario ultra juris hæreditatis æs alienum defuncti solvere non compelli, unde succedit regula, quæ vult semper statuta eo modo interpretanda, ut aliquid operentur ultra id, quod a jure communi dispositum est, etiamsi tali modo statutum intelligendo jus commune corrigeretur, *Bart. l. 3. ff. de usurapio. Bart & Alex. l. 4. §. ait Prætor. ff. de*

damnis infect. Bald. & Alex. l. si cum dotem, in princ. ff. solut. matrimon. Ias. l. 1. in princ. nu. 50. de off. ejus cui mandat. est jurisdictio.

Quare cum ex illo text. satis colligatur, hæredem non confecto Inventario de jure Saxonico ultra vires hæreditatis non obligari, simili modo dicendum est, filium hæredem patris de jure Saxonico non impediri etiam Inventario non confecto, feudum à patre venditum repetere, quia hæc duo videlicet, ultra vires hæreditatis non obligari & venire contra factum defuncti æquiparantur, *arg. cor. quæ tradit gloss. Bart. Bald. & Ias. l. fin. §. in computatione. ff. de jur. deliberand, gloss. & Bald. d. l. cum à matre.* unde dispositum de uno, licet per hoc jus commune corrigatur & de alio dispositum intelligitur, secundum communem Dd. sententiam, *gloss. l. quod verò ff. de legib gloss l. si quis servo. C. de furt. Bart. Alex. & Ias. l. Marcellus in princip. ff ad Senatuscons. Trebell Ias. Auth quas actiones, nu. 19. C. de SS. Eccles.*

Secundò, licet secundum scriptum jus Saxonicum requireretur Inventarii confectio, quod tamen ut ex supra dictis liquet, falsum est, tamen de consuetudine quæ in terris Saxonicis viget, hæres non tenetur Inventarium conscribere, & etiam non conscripto Inventario non obligatur hæres æs alienum defuncti solvere, ultra vires hæreditatis neque impeditur contra factum defuncti venire, quam consuetudinem remittentem Inventarii conscribendi necessitatem firmam atque validam esse non dubitatur, *§. sed naturalia. Instit. de jur. natur. gent. & civil. l. de quib ff. de legib. & in specie decidit Bart. l. inter qui repertorium in princip. num. 19. ff. de administrat. tutel. Speculat. §. dicto. num. 8. de instrum. edit.* & hoc quod de consuetudine harum regionum hæres non teneatur Inventarium conficere, & quod filii etiam non confecto Inventario feudum à defuncto alienatum revocare possint, inclytum Collegium Jureconsultorum Lipsense de facto consultum, de jure in specie & expressè respondit, quod responsum extat inter consilia *Henningi Göden. cons. 15. lib. 1.* quibus dicentibus hoc consuetudine ita receptum esse, plena fides adhiberi debet.

39 Quia etiam † unico Doctori attestanti aliquid consuetudine introductum, plene atque integrè creditur, *Bart. repet. l. de quib. nu. 20. ff. de legib. Bald c. cum dilectus. extr. de consuet. Lanfranc. c. quoniam cont. verb. responsiones. num. 17. extr. de probat. Præpos. c. 1. §. præterea Ducatus, de prohib. feud. alien. per Frid. Henning. cons. 18. & cons. 22. lib. 1.*

Quin imò etsi prædicti Nobiles in casu nobis proposito fuissent obligati ad Inventarium conficiendum, & non aliter possent feudum à patre illorum alienatum revocare, nisi Inventario conscripto (quod tamen minimè verum est) licet admiscuerint se in hæreditatem patris sine confectione Inventarii, cum tamen adhuc minores sint, possent impetrare, ut illis in integrum restitutio ad Inventarium conscribendum concederetur, quam restitutionem superior ipsis omnino indulgere cogitur, *§. pupillis. & ibi gloss. & Bart. Auth. de hæred. & Falcid. gloss. l. auxilium ff. de minoribus. Bart. cons. 154. nu. 1. lib. 1. Bald. l. fin. in princ. 2. quæst. & ibi Ias. C. de jur. deliber. Alexand. cons. 124. incip. super primo quæsito, de quo quæritur. vol. 4.* & sic possent in integrum restitutione petita, adhuc Inventarium conscribere, *Dec. cons. 446. num 56. lib. 4. Petr. Paul. Par. cons. 65. num. 55 lib 3.* & eo modo consequi, ut ipsis concedatur bona feudalia alienata revocare, Nec obstat, † quod unus ex dictis Nobilibus minorem ætatem excessit, ante annum & ultra, 40 & sic ipse quoad suam personam exclusus sit a beneficio restitutionis concedendæ ad Inventarium conscribendum, quia cum Inventarium intra triginta dies incipi debeat, hæc restitutio juxta communem atq; receptam Dd. non nisi intra triginta dies à tempore minoris ætatis completæ peti potest, *arg ejus quod not. Bart. l. ab hostib. §. sed quod simpliciter. ff. ex quib. caus. maj. Ang. & Ias. §. rursus. Instit. de action.* ubi concludunt, eum, qui in integrum restitutionem contra temporis lapsum petit, & hoc tempus sit minus quadriennio, ipsum hanc in integrum restitutionis petitionem intra tantum tempus proponere debere, ad quantum tempus in integrum restitutio petitur, quare, cum hæres à die aditæ hæreditatis intra 30. dies Inventarium inchoare & intra alios sexaginta dies hoc complete debeat, minor qui ætatis lubrico lapsus Inventarium non conscripsit, si petat, ut in integrum restituatur, ad Inventarium conscribendum, hanc petitionem intra triginta dies, ex quo secundum consuetudinem juris Saxonici vigesimi secundi anni dies eluxit, proponere debet.

Quare

Quare cum unus ex prædictis fratribus Nobilibus ante annum minorem ætatem excessit, ipse non potest petere, ut sibi facultas Inventarii conscribendi restituatur, & sic videretur dicendum, posito absque tamen veritatis præjudicio, quod in nostro casu omninò requiratur Inventarii confectio, ad huc ut prædicti Nobiles feudalia bona à patre ipsorum alienata repetere possint, hanc venditionem irrevocabiliter confirmatam quoad petitionem, quæ ad dictum Nobilem majorem annis spectat. Sed hoc non obstante, dico, etsi prædictus Nobilis major 25. annis exclusus fuisset à jure revocandi feudum, quod tamen, ut ex supra dictis liquet, minimè verum est, tamen nihilominus concederetur fratribus minoribus confecto Inventario etiam hanc portionem ad fratrem ipsorum pertinentem revocare.

41 Quia quandocunque, proximior † excluditur a revocando feudum alienatum, vel ideò quia Inventarium non conscripsit, vel quia alienationi consentiit, vel quia intra cunstituta tempora revocandi vel redimendi facultate usus non fuit, hoc jus, redimendi vel revocandi defertur ad agnatum sequentem, *Matth. de Afflict. cap. 1. §. sed & rex num. 8. per quos fiat invest. Matth. c. 1. §. hoc quoq. num. 67. & 79. arg. gloss. ibid. de success. feud. Matth. cap. 1. §. porro. num. 81. qual. feud olim. Matth. cap. 1. n. 11. an agnat. Andr. de Isern. d. §. hoc quoq. num. 5. Francis. Sonsbeck. tract. feud. 13. part. 170. 171. 172. ita quoq. consuluit Collegium Lipsense inter respons. Henningi cons. 15. num. 4. lib. 1.* Cum itaque frater major quoad portionem suam dicatur agnatus proximior, *Bald. cap. 1. num. 7. de alienat. feud.* si ipse exclusus esset à jure repetendi feudum alienatum, per hoc alienatio feudi irrevocabiliter non confirmaretur, sed permitteretur fratribus his hæc bona feudalia alienata revocare.

42 Quinimò, credo non tantum † minoribus fratribus concedi beneficium restitutionis ad Inventarium conficiendum, sed ex persona fratrum minorum hoc etiam ad fratrem majorem extendi, quia sæpe quis ex conjuncta persona consequitur id, quod ex sua persona consequi nequit, *l. Aristo. ff. quæ res pignor. obligat. poss. Ias. l. 1. C. de transact.* unde receptum est, cum qui rem aliquam vel actionem cum pupillo vel alia privilegiata persona contra quam præscriptio non currit, vel in integrum restitutio contra præscriptionem completam datur, communem habet, licet ipse negligat jus suum, cum tamen simili modo ut conjunctus suus vel ipso jure vel in integrum restitutione petita, illæsum servari, quod primò probatur ex *l. si communem ff. quemad. servit. amitt.* ubi IC. expressè dicit, si ego & pupillus feudum communem habeamus, licet ego via nobis ad istum fundum competenti non utar, constituto tempore ad servitutem amittendam, me tamen propter pupilli personam jus viæ illæsum retinere.

Secundò, hoc comprobatur ex eo, quod tradit *Innocent. c. ad audientiam. extr. de præscript.* ubi concludit, si ego habeam rem communem cum Ecclesia, licet mihi regulariter obstet 10. vel 20. annorum præscriptio, me tamen propter Ecclesiam mihi junctam, non nisi 40. annorum lapsu ab hujus rei vendicatione excludi, quam decisionem refert & sequitur *Ias. l. si emancipati. C. de collat.*

Tertiò, hanc sententiam confirmat doctrina *Panorm. cap. 1. num. 4. extr. de præscript.* ubi concludit, si Prælatus & Capitulum habeant bona communia, sede vacante propter Prælati personam nec contra Capitulum quidem præscriptionem currere, licet alioquin sede vacante præscriptio contra Capitulum currat.

Quartò, huc accedit, quod *Hieronym. Schurff.* de facto consultus de jure respondit, *cons. 78. lib. 2.* ubi decidit, si duobus quorum unus est pupillus, alter major, ex persona authoris competat beneficium, *l. 2. C. de rescinden. vendit.* licet contra majorem legitimum præscriptionis tempus completum fuerit, ipsum tamen propter pupilli personam ipso jure illæsum conservari, unde, cum hic repetitio feudi competat minoribus atque majori fratribus simul, propter quam petunt sibi restitui facultatem Inventarii conficiendi, dicendum est, propter minorum personam etiam majori fratri hoc beneficium restituendum esse.

Quintò, hoc in specie decidit *Petr. Paul. Paris. cons. 65. nu. 59. lib. 3.*

43 Quartò, principaliter non obstat nostræ sententiæ, quod † hæreditas patris cui se prædicti Nobiles immiscuerunt, sit opulentissima, & longè majoris valoris quam est feudum alienatum unde dicendum esset,

esset, licet illi se immiscendo paternæ hæreditati Inventarium conscripserint, tamen eos nihilominus non posse feudum à patre ipsorum venditum recupurare, quia dico hanc sententiam veram non esse, quoad casum nobis propositum, cum in casu nobis proposito pater intelligatur tantum illud jus, quod in feudo tempore vitæ suæ habuit, alienasse, prout supra latè conclusimus, unde filii etiam hæredes patris indistinctè non prohibentur feudum a patre alienatum patre defuncto revocare, *Bal. d. l. qui se patris. num. 12. Alex. conf. 1. num. 26. lib. 3 F. crltaejuridica Ingolstadiens. inter cons. Hennings conf. 16. q. 5. lib. 1. Francisc. Sonsbeck. in tract. feud. in 13. part. princ. num. 176.* quia, hoc casu cum obligatio a defuncto contracta ad hæredes non transeat, hæres non dicitur contra defuncti factum venire, ideoque rem a defuncto venditam repetere ei permittitur, *Bald. d. l. cum à matre. num. 5.* Quin etsi hæc obligatio quæ ex contractu feudi a patre venditi contra filios transmitteretur, tamen filii etiam hæreditati patris opulenter se immiscendo, si Inventarium conscripserint, feudum ex pacto & providentia a patre eorum alienatum, oblato precio repetere possunt, secundum communem atque receptam Dd. sententiam ita consuluit totum Collegium Jureconsultorum Lipsense, quod consilium extat inter responsa *Henning. conf. 15. num. 7. lib. 1.* ubi in gravissima Comitatus causa consuluerunt, filius hæredes patris, qui feudum antiquum alienavit, confecto Inventario & pretio restituto feudum venditum revocare posse, licet patris hæreditas solvendo sit & hujus decisionis assertores citant *Andr. de Isern. & Iacob. Alvarot. cap. 1. an agnat.* & subjungunt, cum secundum consuetudinem juris Saxonici hæres Inventarium conscribere non teneatur, filiis hæredibus patris in terris Saxonicis etiam non confecto Inventario copiam atque facultatem concedi feudum à patre venditum revocare, hanc eandem sententiam tenent *Iacob. de Belvis. Bald. Iacob. Alvarott. Præpos. c. 1. §. hoc quoq. de successionib. feud.* Nam ibi præfati Dd. quærunt, utrum alienatio patris de feudo antiquo facta filiis præjudicet, distinguunt, aut alienatio est facta licitè cum consensu Domini, & eo casu simpliciter alienationem patris non obesse filiis, aut alienatio patris est illicita, & eo casu ita demum patris factum filiis nocere, si hæredes patris sint & patris hæreditas sit solvendo: unde satis aperte volunt in primo casu scilicet alienationis licitè factæ, venditionem a patre celebratam filiis non nocere, licet sint hæredes patris, & hæreditas ejus sit solvendo, & ibi expressè dicit *Matth. de Afflict. nu. 65.* filium hæredem patris confecto Inventario feudum ex pacto & providentia ab eo alienatum repetere posse, idem videtur tenere *Alvarot. cap. 1. §. fin. num. 17. & nu. 20, quæ fuit prima causa*, huc accedit, quod notat *gloss. cap. 1. §. hoc quoq. ver. investit. de success. feud.* ubi *gloss.* dicit, filium etiam hæredem patris feudum a patre alienatum repetere posse. Hanc opinionem tenet *Hieron. Schurff conf. 32. centur. 3.* ubi in fortioribus terminis concludit, filium qui se patris hæreditati immiscuit, etiam feudum hæreditarium a patre venditum revocare posse, & adjungit, hanc eandem sententiam tenere Dominum *Ias. conf. 56. num 4. colum. vers. tertiò principaliter lib. 3.* idem per omnia concludit *Hieron. Schurff. conf. 17. lib. 3.* ubi ejusdem sententiæ dicit quoque esse *Bald. conf. 215. lib. 2.* His adde, quod notabiliter concludit *Matth. de Afflict. c. 1. nu. 4. an agnat.* ubi dicit, si filius sit hæres patris, & confecit Inventarium, ipsum non teneri neque obligatum esse ad solvendum aliquod debitum, vel æs alienum respectu feudi, ex pacto & providentia, sed tantum astrictum esse ad satisfaciendum creditoribus de aliis bonis hæreditariis allodialibus & burgensaticis, & si pater aliquem contractum vel obligationem de bonis feudalibus fecisset, cum vel sine consensu Domini, filium hæredem patris hunc contractum retractare & contra ipsum venire posse. Pro hac sententia quoq; adduci potest, quod docet *Franc. Curt. in tract feud 4. part. princ. nu. 147.* ubi concludit, licet agnatus qui illius, qui feudum alienavit, hæres extitit, feudum alienatum revocare non possit, eò, quia hæres videtur defuncti factum approbasse, neque illud impugnare vel infringere possit, *l. cum à matre. C. de rei vendicat.* hoc tamen limitandum esse inquit, si agnatus hæres ante aditionem hæreditaris Inventarium fecisset, quia beneficium Inventarii conservat hæredi omnia jura & omnes actiones; perinde ac si hæreditatem non adivisset, *l. fin. §. in computatione. C. de jur. deliber.* &

liber. & subjungit hanc sententiam sequi *Mart. Laud. c. 1. §. Titius. col. 5. si de feud. defunct. cont. & Feudistas communiter in c. 1. an agnat.* Eodem opinioni etiam astipulatur *Alvarott. c. 1. §. 1. num 7 per quos fiat investit. feud.* ubi decidit, si agnatus adierit hæreditatem agnati, qui feudum antiquum vendidit, ipsum posse restituto precio hoc feudum alienatum repetere, Hanc opinionem quoque amplectitur *Matth. de Afflict. in prælud. feud. num. 178. ubi ex sententia Baldi dicit,* filium vel agnatum, licet vasallo, qui feudum vendidit, hæredes extiterunt: tamen nihilominus hoc feudum venditum revocare posse, & si Inventarium confecerint, illos non teneri ad precii restitutionem, nisi pro viribus bonorum allodialium: unde ibi expresse volunt *Bald. & Matth. de Afflict.* etiamsi allodialia bona sint solvendo, filium tamen vel agnatum feudum venditum ab authore illorum precio restituto, repetere posse, ejusdem quoque sententiæ est *Præpos. c. 1. §. Titius. nu. 5. si de feud. defunct.* ubi expresse dicit, agnatum, qui vasallo venditori etiam in bonis burgensaticis succesfit, feudum venditum revocare posse, & hujus sententiæ assertorem refert *Iacob. Alvarott. & Matth. de Afflict.* in luco proxime allegato, qui dicunt, hanc sententiam communem esse. Hanc nostram sententiam confirmat, quòd omnes Dd. Feudistæ communiter tenent, factum vel contractum patris licitè cum consensu Domini celebratum filio indistinctè non nocere, prout concludunt *Dd. d. c. 1. §. hoc quoq; de success. feud. Dd. c. 1. an agnat. Alvarott. c. 1. §. fin. quæ fuit prima caussa fend. cum similib supra alleg.* sed certum est, filium non posse succedere in feudũ patris, nisi simili modo & hæreditati patris sese immisceat, unde satis apertè volunt, filio etiam hæredi patris alienationem feudi à patre factam non nocere vel præjudicare, nam alioquin illorum dictum verum non esset. Nec potest dici, hoc ipsorum dictum restringendum ad eum casum, quo hæreditas patris non solvendo sit, quia, cùm quilibet in dubio præsumatur industrius, & patrimonium suum suis operis atque honestis rationibus augere, nunquam præsumitur, quem egestate vel inopia laborantem decedere, *argum. l. si defunctus. C. arbit. tut. l. cura §. deficientium ff. de muneribus. & honorib.*

44 Non obstat primò † id, quod notatur in *l. cùm à matre. & in l. fin. §. in computatione. C. de jur. delib.* ubi dicitur, hæredem etiam, qui confecit Inventarium, si defuncti bona sint solvendo, contra factum defuncti venire, vel feudum suum proprium alienatum à defuncto vendicare vel repetere nun posse, quia, dico hoc quidem verum esse in allodialibus bonis, secus est in feudalibus, in quibus hæres feudum a defuncto alienatum, licet defuncti bona sint solvendo, revocare potest, Ratio hujus rei esse potest, quia feudum debetur filio vel agnato ex legis dispositione, *c. 1. §. cùm vero, qui feud. dar. poss. Matth. in prælud. feudo. nu. 170.* unde succedit regula, quòd hæres indistinctè factum defuncti, quod rendit ad excludendum ipsum a legis beneficio, impugnare possit, *Bart. & Bald. l. 2. C. si quid in fraud. pat.* & hanc solutionem tradit *Bald. d. cons. 215. lib. 2.* refert & sequitur *Hieron. Schurff. d. cons. 82. lib. 2. & d. cons 17. lib. 3.* Secundo, ad hoc contrarium responderi potest, ea, quæ in *l. cùm à matre. & in d. §. in computatione,* notantur, ita demum vera esse, quando defunctus reliquit hæredi, quod ei relinquere debet, alioquin secus, unde cùm pater filiis feudum relinquere teneatur, nec contraria ejus voluntas vel dispositio quicquam valeat, *c. 1. in princ. de success. feud.* dicendum est, filium hæredem patris, qui feudum vendidit, cùm non inveniat in hæreditate feudum, quod pater ipsi relinquere obstrictus erat, ipsum indistinctè hoc feudum alienatum vendicare & repetere posse, ita dicit *Hieron. Schurff. in cons. præallegat.*

Secundò, non obstat, quòd pro contraria sententia adducebantur † consilia *Alexan. & Collegij Ingolstadiensis,* quia illorum sententia falsa est, ut ex prædictis patet, & magis communiter reprobata. 45

Tertiò, non obstat, quòd allegatum fuit, quemlibet † contractum & quodlibet pactum, etsi ei taxativa dictio inserta sit, reale præsumi & ad hæredes extendi, quia primo dico, licet hoc regulariter verum sit, hoc tamen locum non habere, quando subjecta materia aliud suadet, secundum quam omnes actus † hominum interpretantur, 47 extenduntur atque restringuntur, *arg. l. si nno princip. ff. locati. l. stipulatio ff. de usufr. l. 1. §. si sub conditione. ff. ut legat. & fideicommiss. nom. caveat. l. damni infecti. l. 3. in princip. ff. de damn. infect. l. §. l. sed & possessori. §. 1. ff. de jurejurand.* 46

48 Unde, cùm ea sit feudi natura, quòd morte † possidentis finiatur & ad filios vel agnatos transeat non hæreditario titulo, sed ex legis dispositione, vel ex illius, qui primò hoc feudum acquisivit pacto & providentia, *d. c. 1. §. & quia. & ibi Matth. num. 19. & cæteri Dd. qui feud. dare poss. c. 1. & ibi Bald. de feud. Marchiæ. Alex. conf. 29. & 44. lib. 1. cum simili.* Similiter & venditio vel alius contractus de feudo factus, cum illo, qui hanc qualitatem istorum bonorum novit, morte alienatoris resolvitur, neque ad hæredes vires suas porrigit, *l. si quis domum §. 1 ff. locat. fac. c. 1. §. rursus, quibus mod. feud. c. 1. §. hoc quoq., de success. feudi, cum similib. suprà allegatis.* Secundò respondeo, licet hic contractus etiam filios obligaret, quod tamen minimè verum est, filios tamen nihilominus hoc feudum alienatum repetere posse, ut ex superioribus paret.

Quintò, principaliter non obstat, quòd
49 feudum † alienatum in agnatum remotiorem a filio vel agnato proximiori repeti vel revocari non possit, nisi intra annum ab eo die computandum, quoad noticiam filii vel agnati pervenit, feudum venditum esse: ideoque, cùm in nostro casu post venditionem celebratam non unus, sed plures anni elapsi sunt, dicendum esset, prædictos Nobiles feudum à patre illorum alienatum, repetere non posse.

Quia dico primò, hoc quod dicitur feudum alienatum in agnatum remotiorem non nisi intra annum repeti posse, etsi quoad agnatos alias verum sit, tamen respectu filii non procedit in filio tàm vivo quam mortuo patre permittitur feudum venditum agnato remoriori indistinctè intra triginta annos repetere, prout eleganter consuluit *Hieron. Schurff. conf. 11. lib. 3.* imò etiam secundum jus Saxonicum ultra hos triginta annos habet annum & diem, sicut in simili de jure respondet *Hieronym. Schurff. conf. 5. lib. 3.*

Secundò, dico hoc, quod dicitur feudum alienatum in agnatum remotiorem à filio vel alio agnato proximiori non nisi intra annum revocari posse, locum habet, si filius vel agnatus hoc feudum a patre alienatum vivo alienatore propter jus protimiseos, quod in feudo habet, revocare vellet, mortuo autem alienatore, dico, filium vel agnatum feudum alienatum etiam in agnatum remotiorem intra triginta annos a die mortis alienatoris computandis, revocare posse, conceditur enim filio vel agnato, qui alienationi de feudo factæ intra annum a die scientiæ non contradixit, alienatore mortuo hoc feudum nihilominus etiam non restituto precio repetere, quia per taciturnitatem annalem filius vel agnatus tantùm à jure protimiseos, quod habuit, ut adhuc vivente vasallo alienatore feudum alienatum revocare possit, excluditur, non autem per hoc impeditur, quò minus alienatore mortuo & venditione resoluta hoc feudum revocare possit, *Andr. de Isern. Alvarott. & Matth. de Afflict. c. 1. §. sed & res, per quas fiat investit. Matth. de Afflict. c. 1. §. donare. nu. 21. quale feud. olim. Francisc. Sonsbeck. tract. feud. 13. part. princ. nu. 130. usq. ad nu. 141.*

Hoc tamen casu credo filio hanc facultatem revocandi feudum alienatum usque ad triginta annos à morte patris numerandos competere, quia filius hoc casu feudum suum & jus suum repetit, unde succedit regula, quæ vult actionem quamlibet de jure civili usque ad triginta annos exerceri posse, *Instit. de perpet. & tempor. action. in princ. l. sicut. & l. omnes. C. de præscriptionib. 30. vel 40. annorum.*

Et cùm in consuetudinibus feudorum expressè contrarium statutum non reperiatur, etiam in casibus feudalibus hoc jus civile servandum est, ut videlicet hæc actio usque ad triginta annos competat, *c. 1. de feud. cognit.*

Nec obstat, † *c. 1. §. Titius, si de feud. defuncti*, quia hoc capitulum non exprimit, quòd filius vel agnatus revocans feudum a vasallo venditum agnato remotiori post mortem alienatoris non possit hoc feudum ultra annum a die mortis revocare, sed generaliter inquit, si per annum tacuerint ipsos omninò removeri, quare habet in hoc nostro casu communem regulam, quæ jubet omnes consuetudines atque statuta secundum juris communis dispositionem intelligenda esse: & ab ea distinguenda, declaranda, restringenda atque amplianda, *l. 2. & ibi Bald. C. de noxalib. actionib. c. cùm dilectus, extr. de consuetud. gloss. & Alex. l. final. §. in computatione. C. de jur. delib. Iaf. l. omnes populi. col. final. ff. de justit. & jure*, ideò cum jure communi satis cautum atque expressum sit, eum, qui ratione juris protimiseos rem aliquam petit, illam petitionem non nisi intra annum proponere posse, *c. constitutus, extr. de in integrum restit. Bart. l. 1. §. permittitur. ff. de aqua quotid. & æstiv.* 50

ostiv. Iaſ. & Dec. l. petens. C. de pact. Iaſ l. 2. C. de jur. emphyt addit. ad Abb. c. bonæ el. 2. extr. de poſtul. Prælat. Præpoſ. d. §. Titius. Ludovic. Roman conſ. 70. illum verò, qui non jure protimiſeos, ſed vel jure obligationis vel eo jure, quod in re aliqua habet, actionem inſtituit, regulariter hanc actionem uſque ad triginta annos intentare, vel in judicium deducere poſſe, *d. l. ſicut. & d. l. omnes, ſimili modo. & d. ſ. Titius.* ita accipiendus eſt, ne juri communi contradicat, ut videlicet id, quod in illo §. dicitur, habeat locum, quando quis prætextu juris protimiſeos feudum alienatum alienatore vivo repetere vult, ſecus ſi quis alienatore mortuo feudum alienatum repetere vellet: Et quòd ille §. ita intelligi debeat, ſatis ex ordine atque ſerie illius §. colligitur, nam illa clauſula, quòd ſi per annum tacuerint, in fine §. ponitur, adeoque non ad omnia præcedentia, ſed tantùm ad ea, quæ immediatè præcedunt, *videlicet ad verſic. quòd ſi Titius filios habuerit,* tantum referri debet, nam ſi ad *verſic. Sempronius in eod ſ.* referretur, per hanc clauſulam juris communis correctio induceretur, quod nullo modo admittendum eſt.

51 Quia, licet alioquin † clauſula in fine poſita, ad omnia præcedentia referatur, tamen ſi per hoc legum correctio induceretur, clauſula in fine poſita, non ad omnia, ſed ad ea tantùm, quæ immediatè procedunt, refertur, *c. Eccleſia veſtra. el. 2. & ibi Abb. num. 5. & 6 extr. de elect. Iaſ. l. talis ſcriptura. ff. de legat. 1. Iaſ c. 1. C. de liber. præter.*

Simili modo clauſula in fine poſita, non refertur ad omnia præcedentia, ſed tantùm ad ea, quæ immediatè procedunt, reſtringitur, quando omnium præcedentium non eſt eadem ratio, *addit. ad Iaſ. d. l. 1 C. de lib. præterit.* cùm itaque ſit maxima ratio diverſitatis inter illum caſum, quando filius vel agnatus feudum alienatum jure protimiſeos revocent, & inter illum caſum, quando filius jure dominii feudum ipſi per mortem patris apertum vendicat, ut & ex ſuperioribus patet, & ex eo ſatis liquet, quòd filius primo caſu precium reſtituere teneatur, ſecundo verò caſu non, *Andr. de Iſern. c. 1. ſ. hoc quoq. & ibi Matth. num. 55. & 56. de ſucceſſ. feudi. idem Matth. de Afflict. c. 1. ſ. Titius. nu. 20. C. ſi de feud. defunct. idem Matth. de Afflict. c. 1. ſ. donare. num. 1. quale feud. olim. Andr. de Iſern. c. 1. §. ſed & res. num. 3. & Alvarott. ibid. num. 3. & 4. per quos ſiat in-* *veſtit.* unde illa clauſula, quòd ſi per annum non ad omnes præcedentes caſus, ſed tantùm ad *verſic. quod ſi Titius filios non habeat,* referendus eſt.

Præterea, quando † agnatus vel filius revocat feudum alienatum, eò, qui illud alienavit defuncto, intra quantum temporis hanc petitionem intentare debeat, non reperitur expreſsè conſuetudinibus feudorum deciſum, quare in hujus caſus deciſione regulas juris communis ſequi debemus, quæ ſanciunt, quamlibet actionem uſque ad triginta annorum metam vivere: qua, certi atque indubitati juris eſt, nos etiam in cauſis feudalibus quando expreſsè contrarium cautum non reperimus, regulas juris communis ſequi atque obſervare, *Bald. l. 2. C. de ſuis & legit. hæred. Bald. l. cùm oporteт in ſin princ. C. de bon. quæ liber. Iaſ. l. 1. in pr. num. 38. de offic. ejus, cui mandat. eſt jurid.* 52

Tertiò, reſpondeo & dico, hoc, quod in † illo *ſ. Titius*, diſponitur, ita demum locum habere, quando alienatio de feudo facta valet atque tenet, ſin autem alienatio non teneat, tunc ſecundum quod Dd. magis communiter concludunt, filius vel agnatus repetens feudum non excluditur annali præſcriptione ab illius feudi revocatione, ſed illud uſque ad triginta annos repetere poteſt, *Andr. de Iſern. Alvarott. Præpoſ. c. 1. ſ. Titius, & ibi Matth. num. 11. ſi de feud. defund. Hieron. Schurff. conſ. 61. num 41. lib. 2.* ſed dubium non eſt, quin alienatore mortuo titulus venditionis ipſo jure reſolvatur, & feudum ad filium vel agnatum revertatur, *cap. 1. ſ. rurſus, quib. mod. feud. c. 1. ſ. hoc quoq. & ibi Matth. num 8. de ſucceſſ. feudi,* quare cùm jam emptor feudi illud abſque ullo titulo poſſideat, dici debet filio vel agnato permitti, feudum alienatum intra triginta annos repetere, perinde atque ſi ab initio iſta emptio invalida vel nulla fuiſſet, quia idem juris ſtatuitur de eo, quod ex poſt facto annullatur, quod de illo, quod ab initio non valet, ſtatui ſolet, *arg. l. item ſi eorum. ſ. quòd ſi actor. ff. quod nom. univerſitae. l. ſi patre. ſ. verſum. ff. de in rem verſo,* ſicut etiam puri & purificati eadem conditio eſt, *l. fin' ſ. 1. & ibi Iaſ ff. de vulg. & pupill. ſubſtit.* 53

Et poſito, ſed tamen non conceſſo, prædictos † Nobiles non niſi intra annum a tempore mortis patris, feudum a patre alienatū repetere poſſe, tamen credo in noſtro caſu, licet annus a morte patris elapſus ſit, illos, q ex pdictis fratrib. nobilib. adhuc impuberes ſunt, 54

ſunt, ipſo jure illæſos ſervatos fuiſſe, & poſſe quandocunque intra pubertatem vel etiam poſtea intra annum hoc feudum à patre ipſorum alienatum revocare; quia hic annus, qui agnatis & filiis conceditur, ut feudum alienatum vel vivo vel etiam mortuo alienatore repetere poſſint, ipſo jure pupillis non currit, *Bald. c. 1. §. porrò, & ibi Præpoſ. nu. 1. & Matth. de Afflict. nu. 73 qual. feud. olim, arg. gloſſ. ibid. in verſ. triginta*, quæ hoc expreſſe decidit. Nam *gloſſ.* ibi dicit, præſcriptionem annalem & etiam triginta annorum, de qua in iſto textu fit mentio, tantùm contra illos currere, contra quos ſecundum jus commune præſcriptio currit, ſed certum eſt, ſecundum juris communis diſpoſitionem nullam præſcriptionem currere contra pupillum, *l ſicut. C. de præſcript. 30. vel 40. annorum*, nec contra adultum, juxta quod jus commune ſanxit, præſcriptio labitur, *l fin. in quib. cauſſ. in integrum reſtit. neceſſe non eſt.*

55 Igitur illa *gloſſ.* ſatis expreſſè vult, præſcriptionem † annalem, quæ contra filios vel agnatos feudum alienatum redimentes introducta eſt, nedum contra pupillum, ſed nec contra adultum currere. Hanc ſententiam confirmat *c. 1. in princip. & ibi Matth. num. 13. quæ fuit prima cauſſ. c. 1. §. ſi minori. §. ſi deceſſerit, ſi de feud. defunct. c. 1. §. præterea el. 1 & ibi Andr. de Iſern. Iacob. Alvarott. de prohib. feud alienat. per Frideric.* ubi expreſſè deciditur & in *text. & à Dd.* tempus annale, quod ſecundum conſuetudinem feudalis inveſtituræ petendæ, præſcriptum eſt, ipſo jure contra pupillum ceſſare.

Idem ego credo concludendum, & in illis, qui ex dictis Nobilibus puberes quidem annos exceſſerunt, ſed tamen legitimam ætatem non attigerunt, ut illi ſimiliter intra legitimos annos quandocunque & poſtea intra annale tempus bona feudalia a patre ipſorum alienata repetere poſſint, quia his ſimiliter annus conceſſus ad redimendum feudum alienatum ipſo jure non currit, prout expreſſè docet *gloſſ. d. §. porrò, verſ. triginta*, & comprobatur infallibili ratione, cùm enim in uſibus feudorum ſimpliciter diſponatur, agnatum proximiorem feudum venditum agnato remotiori tantùm infra annum & diem redimere poſſe, *d. §. Titius. d. §. porro*, nec expreſſè dicatur, etiam adultum hac præſcriptione annali a feudo revocando excludi, hæc conſuetudo feudalis ſecundum juris communis diſpoſitionem intelligenda & reſtringenda eſt.

Omnia enim † ſtatuta omneſque conſuetudines a jure communi interpretationem, extenſionem & reſtrictionem accipiunt, *l. 2. C. de noxalib. action. c. cùm dilectus, extr. de conſuetud.* & huc habet locum, etiamſi vel illa ſtatuta ſint juris communis correctoria, *Bart. l. 2. ff. de leg. 1. Alexand. l. fin. ff. in computatione. C. de jur. deliber Iaſ in repetit. l. omnes populi. col. fin. ff. de juſtit. & jur.* vel illo, vel alio ſtatuto cautum ſit, hoc ſtatutum debere ſtricte & præciſè intelligi, *Alex. conſ. 80. lib. 1. Iaſ. l. ſtipulatus ſum Damum. ff. de verb. obligat.* 56

Quinimo, etſi quis agat de lucro amittendo, tamen ſtatutum generaliter loquens à jure communi reſtringitur, *gloſſ. & Bart. l. profpexit. ff. qui & à quibus. Bart. l. adigere. §. quamvis. ff. de jur patr. Bart. num. 9. Bald. num. 7. Iaſ. num 31. l. non dubium C. de legibus.*

Et hoc abſque omni dubio procedit, quando jus commune favorem vel privilegium ſpeciale continet, tunc illi nunquam neque per ſtatutum neque per legem ſequentem generaliter conceptam, derogatum intelligitur, *l. 3. C. de ſilentiarijs lib. 12. l. 1. ſi qua verò. & ibi Bald. C. de juſtit. C. confirmando. Bart. verſ non obſtantibus, in conſtit. ad reprimendum. Iaſ. l. 1. num. 10. ff. ſolut matr. Iaſ. l. poſtquam litt. C. de pact. Hennmg. conſ. 8. num. 26. lib. 9.*

Cum itaq; à legibus civilibus in ſignum ſpecialis privilegii minori ætati indultum ſit, ne contra eam præſcriptio ulla currat, dubium non eſt, quin conſuetudines feudales generaliter & indiſtinctè volentes agnatum annali præſcriptione a feudo revocando excludi, non debeant ita interpretari, ut per eas vel juri communi vel privilegio ætatis derogatum intelligatur.

Nec obſtat, † *c. conſtitutus, extr. de in integrum reſtitut.* quod quidam pro contraria ſententia ſtabilienda atque confirmanda adducunt, eò, quia ſummus Pontifex ibi conſultus reſpondet, minores in caſu illi propoſito in integrum reſtituendos, & tamen inter cætera in caſu illius capituli allegatum fuit illis minoribus competiiſſe jus redimendi rem a patre illorum alienatam, intra annum & diem ſecundum municipii Pariſienſis conſuetudinem, igitur videtur illud capitulum ſatis innuere iſtum annum & diem ipſo jure minoribus incurriſſe, nam alioquin reſtitutio ſupervacua fuiſſet: 57

ad hoc

ad hoc enim facilimè responderi potest, nam ut satis ex principio illius capituli colligitur, minores ibi non propter anni lapsum, sed propter illorum consensum expressum a jure redimendi rem venditam exclusi fuerunt, unde, cùm simpliciter Papa rescribit, minores restituendos esse, hæc clausula ita accipienda est, ut videlicet ideò restituantur, quia consenserunt venditioni, non quòd præscriptio annalis contra illos cucurrisset, hoc enim juri communi congruit, & semper rescripta ita interpretanda sunt, ut juri communi consentiant, *c.cùm te, & ibi Abb. extr. de præscript.*

Et hanc sententiam satis comprobat,
58 quod traditur, † præscriptionem a statuto inventam vel introductam, ipso jure non nocere minoribus, quando juniores certant de damno vitando, *Bart.l.etiam ff.de minorib. Bart. l.fin. C. in quib. cauff. in integr. restit non est necess. Anton de Butr. & Abb. d.c. constitutum. Alex. conf. 31. lib. 5.*

Sed dubium non est, quin dicti Nobiles in hoc, quòd feuda a majoribus ipsorum acquisita, & a patre illorum alienata repetunt, agant de damno vitando, quare illis hoc tempus anni ipso jure non debet currere.

Quamvis autem multi ex Dd. nostris
59 velint, † præscriptionem a statuto introductam ipso jure adultis currere, *Oldrad. Alberic. de Rosat. Guilhelm. de Zusa. Bald. d.l. final. C. in quib. cauff. in integr. restit. non est necessar. Innocent. d. c. constitutum. Andr. de Isern. Iacob. de Belvis Bald. Alvarott. Præpos. Matth. de Afflict. d. c. 1. §. præterea de prohib. feud. alienat.* tamen in casu nobis proposito, in quo prædicti Nobiles minores curatorum consilio reguntur, Dd. magis communiter concludunt, præscriptionem vel statutariam vel consuetudinariam ipso jure minoribus non obesse, *Iacob. de Ardizo in summa tit. quibus mod. feud. amitt. §. quod autem. Andr. de Isern. Iacob. Alvarott. Præpos. d c.1. §. præterea, de prohib. feud. alien. per Frider. Matth. de Afflict. c.1. in princ. num. 14. quæ fuit prima cauffa benefic. amitt.* nec mirum, quia adultus, qui regitur curatoris consilio, pupillo æquiparatur, unde, sicut contra pupillum annalis præscriptio non currit, ita nec contra adultum, qui sub curatorum potestate constitutus est, præscriptio currere debet, *arg l. si curatorem, & ibi gloss. & Dd. C. de in integrum restit. minor. Bart. & Iaf. l. 1. §. fuit quæsitum ff. ad Senatuscons. Trebell.*

Quin etsi hæc † præscriptio annalis 60 curreret minoribus, ipso jure tamen omnes Dd. fatentur illo casu, quo minoribus ipso jure præscriptio a statuto vel consuetudine introducta nocet, ipsis minoribus in integrum restitutionem concedi, *Ioann. Andr. in addit. ad Specul. §. quoniam. nu 27. de feud. Andr. de Isern. Iacob. de Belvis Bald Alvarott. Præpos. Matth. de Afflict. d. c. 1. §. præterea de probib. feud. alien. per Frider. Oldrad. Alber. Guilhelm. de Zusa. Bart & Bald. d. l. fin C. quib. cauff. in integrum restit. Canonistæ d. c. constitutum. Bald. l. omnes populi. num 23. ff. de justit. & jur. Alexand. conf. 79. num. 11 lib. 1.* Quare, cùm prædicti Nobiles majori ex parte vel ipso jure vel beneficio restitutionis in integrum tuti sint, simili modo & fratri ipsorum, qui minorem ætatem jam ante annum & ultra excessit, propter personam minorum fratrum vel ipso jure vel in integrum restitutione petita succurri debet, *argum. l. si communem, quemad. serv. amit. cum simil. supr. alleg.*

Quinimò, & *Alvarot. & Præpos. in d. §. præterea,* expressè volunt, † minorem, post- 61 quam legitimam ætatem attigit, intra quadriennium contra annalem præscriptionem in integrum restitutionem petere posse, ideò, cùm huic Nobili majori, nondum quadriennium post legitimam ætatem lapsum sit, dubium non est, quin ipse non tantùm ex fratrum minorum, sed etiam ex sua persona contra hunc anni cursum restitutionem petere possit, etsi aliqua ratione aut modo hic Nobilis major a tate à vendicanda vel repetenda sua portione feudi, exclusus fuisset, quod tamen minimè verum, tamen concederetur fratribus minoribus ex propria persona hanc portionem feudi fratris exclusi, una cum portionibus feudi ad ipsos spectantibus repetere, ut satis liquet ex illis, quæ supra latè deduximus, Ex his omnibus clara & aperta responsio colligitur, ad primam quæstionem videlicet, dictis Nobilibus concedi facultatem atque potestatem prædicta bona feudalia a patre ipsorum cum consensu Domini remotissimo agnato vendita, vendicandi atque repetendi, neque iis obesse vel annalem præscriptionem vel id, quod hæreditatem patris adierunt Inventario non conscripto, vel etiam quòd hæreditas paterna est opulentissima. Ad secundam quæstionem, utrum dicti Nobiles † feudum 62 repetentes à patre ipsorum alienatum, teneantur emptori precium restituere, vide-

videtur primâ facie dicendum, ipsos obstrictos esse, ut precium emptori restituant.

63 Primò, † per *text. c. 1. §. Titius. si de feud. defuncti, qui text.* secundum communem intellectum Dd. disponit, filios repetentes feudum a patre ipsorum alienatum, precium restituere compelli.

64 Secundò, quia † bonæ fidei possessor evicto feudo vel per mortem vendentis feudum vel alio modo contra hæredem vasalli, qui ipsi feudum vendidit, de evictione actionem habet, *c. 1. in princ. & ibi gloss. & Dd. de probib. feud. alienat. per Frider. gloss. & Andr. de Isern. & Matth. de Afflict. c. 1. §. rursus quib. mod. feud. Andr. de Isern. Alvarott. & Præpos. c. 1. §. 1. quo tempor. miles. gloss. & Dd. c. 1. §. sed & res, per quas fiat invest. facit text. c. 1. in princip. & ibi Dd. de invest. de re alienat. facta.*

Sed dubium non est, illum bonæ

65 fidei possessurem dici, † qui feudum comparavit cum consensu Domini feudi atque Judicis ordinarii authoritate, *arg. l. fin. l. 1. & ibi Bart. C. de prad. decurion. lib. 10. l. fin. in princip. ff. quod met. causs. Bart. l. frater à fratre. num 51. & ibi Zas. ff. de cond. indeb. Ias. l. pacta novissima. C. de pactis. Ias. c. 1. in princ. qui feud dare poss.*

Quare cum dictus emptor à patre horum Nobilium feudum, de quo in nostro propositu controvertitur, cum consensu Domini feudi, qui in isto loco, in quo contractus celebratus est, Judicis ordinarii jure fungitur, comparaverit, certum est, illum bonæ fidei possessurem esse, ideò videtur dicendum, illi actiunem ad precium repetendum competere contra dictos Nobiles, qui se hæreditati patris immiscuerunt.

66 Tertiò, dici potest, etsi dictus † emptor bonam fidem non habuisset, ipsi tamen actionem de precio evicto feudi, contra hæredes venditoris competere, quia etiam in casibus, in quibus alioquin de evictione actio cessat, saltem ad precium agere permittitur, *l. emptorem. §. fin. ff. de act. empt. Bald. l. quæ libertatis ff. de evictio. Bald. l. 1. in fine. C. de peric. & com. rei vend.* & hoc etiam habere locum in eo, qui scienter rem alienam comparavit, tradit *Matth. de Afflict. c. 1. in print. num. 3. de invest. de re alien. facta.*

Et hoc potissimùm locum habere videtur in eo, qui scienter comparat, rem non simpliciter alienam, sed illam, quæ tempore venditionis est quidem vendentis, sed restitutioni vel resolutioni subjecta (qualis est feudum) illo enim casu, licet quis scienter rem hujus qualitatis comparaverit, tamen hac re evicta contra venditorem vel ejus hæredes ipsi actio datur ad precium repetendum, *l. fin. §. fin. & ibi Bald. & Ias. C. com. de legat.* & in specie, in feudo vendito evicto, huc tenet *Matth. de Afflict. d. §. rursus. num. 14.*

Quartò, is, qui † petit aliquem contractum resundi, precium numeratum ab adversario illius ratione contractus restituere debet, *c. 1. §. fin qui feud. dar. possunt. Bald. l fin. C. comm. de legat. Matth. de Afflict. c. 1. §. sed & res. num. 26. per quos fiat invest.* 67

Cum itaque prædicti Nobiles petant hunc contractum resundi, videtur dicendum, illos omninò cogi atque compelli emptori precium restituere.

Quintò, quandocunque † in ejus utilitatem precium perceptum versum est, qui rem venditam repetit, licet ille sit penitus extraneus, & licet illa alienatio sit fraudulenta vel injusta, tamen cogitur precium emptori restituere, *l. emptor, & ibi gloss. & Bart. ff. de rei vendicat. l. 3. & ibi Bart & Bald. C. de his, quæ vi vel metus causs. l. 2. & ibi gloss. Bart. & Bald. C de restit. milit. Bart. l. chirographis §. fin. ff. de administr. tut. Bart. l. si debitor. ff. de his, quæ in fraud. credit. Bart. l. 1. C. de præscript. 30. vel 40. annorum. Ang. & Ias. §. item si quis in fraud. Instit. de action. Matth. de Afflict. d §. sed & res*, quare cùm mortuo patre hoc precium integrum ab emptore numeratum una cum aliis bonis paternis ad prædictos Nobiles pervenerit, videtur illis non aliter facultatem vel potestatem concedi, bona feudalia repetere, nisi emtori precium restituant. Hanc sententiam expressè tenere videntur *Iacob. de Belvis. Iacob. Alvarott. & Præpos. c. 1. §. hoc quoq. de success. feudi Hieron Schurff. cons. 11. lib. 3.* ubi concludunt, filio permitti revocare feudum a patre alienatum, restituto tamen precio, & hoc tam vivo quam mortuo patre alienatore, idem tenet *Alvarott. c. 1. §. sed & res. num. 7. per quos fiat invest* ubi dicit, si agnatus, qui feudum alienatum ab agnatu repetit, hæres extiterit, ei qui feudum vendidit, ipsum compelli emptori precium restituere, eandem sententiam in agnato hærede si emptore vel bonæ fidei sit vel sibi cautione de evictione prospexit, tenet *Præpos. Alexand. c. 1. §. Titius. num. 3. si de feud. defunct.* Hujus quoq. sententiæ videtur esse *Hieron. Schurff.* 68

Schurff. conf. 82. num. 2. lib. 2. & conf. 18. lib. 3. eidem opinioni astipulatur Collegium IC. *Lipsensium in conf. 15. lib. 1. inter responsa Henning.* dum ibi concludunt, si is, qui feudum alienatum repetit, hæreditatem alienatoris adierit, confecto Inventario posse eum quidem feudum venditum revocare, cæterum eum cogi atque compelli usque ad vires hæreditatis, illis, quibus defunctus obligatus fuit, ratione feudi satisfacere.

His tamen non obstantibus, ego quoad hanc secundam quæstionem contrariam sententiam veriorem judico, scilicet prædictos Nobiles feudum alienatum repetentes non teneri emptori precium, quod ipse patri horum Nobilium pro feudo numeraverat, restituere.

Primò, quia, ut suprà latè deduximus, pater feudum vendendo agnato remotiori, qui sciuit, hæc bona feudalia esse, intelligitur, tantum hoc jus quod in feudo tempore vitæ suæ habuit, vendidisse, non autem intelligitur etiam jus filiorum suorum in emptorem transferre voluisse, & hoc præsertim in casu nobis proposito dicendum est, in quo pater non sponte neque liberè, sed quodammodo coactus injuriis atque grassationibus emptoris feudum vendidit, unde in dubio in isto casu præsumere debemus, eum in hoc casu non tantum filiorum juri præjudicare non voluisse, sed nec suo juri ulterius quàm ex verbis contractus colligi potest, renunciasse.

69 Nemo enim † in necessitatibus liberalis intelligitur, *l. rem legatam. ff. de adimend. legat.* unde cum pater tantū alienaverit feudum pro tempore vitæ suæ, dubium non est, quin filii repetentes mortuo patre feudum a patre alienatum, non teneantur emptori precium restituere, quia alioquin iniquum sive injustum oriretur, ut emptor simul haberet rem, id est feudum ad tempus emptum & precium, ita in specie decidit *Matth. de Afflict. cap. 1. §. hoc quoq. num. 8. de success. feud.*

70 Secundò, hoc probatur † per text. expressum *in cap. 1 §. Titius si de feud. defunct. contro.* ubi *textus* expressè dicit, mortuo alienatore proximiorem agnatum posse revocare feudum agnato remotiori venditum, etiam precio non restituto, sed dubium non est, filium agnatum proximiorem esse, *l. filius. ff. de suis & legitim. hæred.* quare in isto textu satis præmittitur mortuo patre alienatore etiam filio non restituto, precio feudum venditum repetere, & hoc ibi expresse notat *Matth. de Afflict. num. 1. in secunda casus positione. & num. 20.* ubi dicit noto ex *text.* quod quando filius vel agnatus revocat alienationem post mortem agnati alienantis, non tenetur ad precii restitutionem, ut hic & idem notat *And. in §. hoc quoq. de success. feud.*

Tertiò, hanc sententiam confirmat, quod † quando res vendita, vel alio modo 71 alienata secundum naturam & proprietatem suam evincitur, emptor contra ipsum venditorem vel hæredem ejus etiam quoad precium actionem nullam habet, *l. si quis domum. § 1. ff. locati. l. fundum. ff. de evictionib. gloss. Bart. & Bald. l. si familia. C. familiæ hercisc* ubi movent talem quæstionem:

Si duo † fratres hæredes patri existentes bona paterna ita inter se dividant, ut 72 unus omnia bona feudalia retineat, alius verò horum loco allodialia bona accipiat, & is cui in divisione feudalia bona obvenerunt, decedat absque hærede masculo relicta filia fœmina, quæ feudi incapax est, utrum hæc filia contra patruum suum de evictione actionem instituere possit, & respondent, quod tunc feudum filiæ evinciatur secundum rei feudalis propriam naturam, quæ filias à feudi successione arcet, filiam contra patruum ne de æstimatione feudi quidem actionem instituere posse, & dicunt hoc eo usque verum esse, ut licet frater, cui bona feudalia applicata [illegible]unt, a fratre suo de evictione cautionem accepisset, ejus hæredem ne hoc quidem casu evicto feudo æstimationem petere posse, eò, quia stipulatio simpliciter juxta contractum apposita, secundum illius contractus naturam intelligitur, *l. si uno, in princ. ff. locati. l. 1. §. si sub conditione. ff. ut legat. nom. caveat. l. damni infecti in princ. ff. de dam. infect. Iaf. l. post dotem. col. 6. ff. solut. matrimon. Iaf. l. miles. §. decem. ff. de re judic. Iaf. l cum mota. C. de transact.* quod ultimum etiam sequitur *Matth. de Afflict. cap. 1. in princ. num 2 de invest. de re alien. facta Alexand conf. 21. lib. 5.*

Et hoc non tantum procedit, quando illa bona feudalia juxta feudi naturam evicta, Domino vel tertio cuidam applicantur, sed etiam locum vendicat, quando isto modo ipse frater, qui in divisione hæreditatis hæc bona in fratrem suum

 transtulit,

transtulit, illa evincit, nam similiter nec hoc casu hæredibus fratris permittitur ab alio fratre æstimationem feudi evicti petere, ita decidunt *Bald. & Salicet. d. l. familiæ quæst. fin.* ubi dicunt, ita etiam tenere *Guilb. de Zusa.* refert & sequitur *Alex. d. cons. 21. num. 7. lib. 5.* Huc accedit, quod notat *Bart. l. qui Romæ. §. duo fratres. num. 1. 2. 11. & 12. quæst. & Ias. ibid. num. 34. 35. & 36. ff. de verb. obligat.* ubi notabiliter concludunt, si pater instituisset duos filios hæredes, ac eos gravasset invicem, ut is, qui sine filiis decederet, alteri portionem suam vel ejus partem restituere, ac postea divisa inter fratres hæreditate alter ex fratribus decessit sine liberis, relicto hærede, extraneo in testamento instituto, ideoque frater portionem fratris propter fideicommissum, quo bona in fratrem per divisionem translata affecta erant, ab hærede ejus avocat, hunc hæredem non posse contra fratrem superstitem, qui hæc bona defuncto quodam modo per divisionem vendidit, *arg. l. 1. C. comm. utriusq; judic.* de evictione, ad precium vel interesse agere, eò, quia illa bona ex conditione sua, quam ab illo, cujus uterque frater hæres extitit, acceperunt, evicta fuerunt.

Quare cùm in nostro casu prædicta bona feudalia reputantur secundum naturam atque proprietatem feudi, quæ est, ut alienatore mortuo feudum ad agnatos proximiores revertatur, clari atque manifesti juris est, hosce Nobiles feudum à patre illorum venditum, vendicantes, precium emptori restituere non compellendos, quia si ipse idem alienator hoc vel simili casu feudum venditum revocans ad precii restitutionem non teneretur, ut ex superioribus satis liquet, multò minus filii ejus, licet ipsi hæredes extiterint, feudum repetentes ad reddendum precium obligati sunt, tum, quia hæres eodem jure fungitur, quo defunctus, *l. hæredem. l. qui in alterius. ff. de reg. jur. c. is, qui de reg. jur. lib. 6. Bart. l. si tertius. §. si quis. ff. de aqua pluv. arcend.* tum, quia interdum hæredi id permittitur, quod defuncto denegatur, *l. fin. C. de evict.*

Quartò, hanc sententiam expressè tenet *Bald. c. 1. §. rursus, quib. mod. feud. amitt.* ubi *Bald.* concludit, quòd quando venditor feudi morte suâ naturaliter feudum amittit, ac eam ob caussam feudum emtori evincitur, hæredes venditoris non teneri emptori, qui hæc bona scienter emit ad precii refusionem, & hanc sententiam ibidem tenere *Iacob. de Belvis.* dicit *Bald.* & eam sequuntur *Iacob. Alvarott. & Præpos. Alexand. ibid.* Quare, cùm in nostro casu venditor per mortem suam feudum amiserit, & illud feudum ad filios ex legis dispositione transeat, dicendum est, filios, qui hæredes patri venditori extiterunt, feudum repetentes, non compellendos emptori precium restituere.

Quintò, hanc opinionem amplectitur *gloss. in d. §. rursus, vers. ad Dominum.* Nam ibi *gloss.* quærit, quid si feudum evincatur secundum consuetudinem rei feudalis, puta, quia feudum mortuo vasallo alienatore Domino apertum fuerit, utrum emptor feudi contra hæredes vasalli ad precium agere possint, & dicit *gloss.* hanc quæstionem decidendam *juxt. c. 1. in princ. de invest. de re alien. facta*, in quo loco, ad hoc, ut emptor evicto feudo vendito precium repetere possit, fit distinctio, utrum emptor sciverit hæc bona, de quibus investitus fuit, aliena, an non: Et ut primo casu ad æstimationem istorum bonorum possit, secundo verò non, unde ibi *gloss.* satis expressè vult, si is, qui feudum comparavit, sciverit hæc bona feudalia esse, eum his bonis evictis ab hærede venditoris precium minimè comparare posse, & hanc sententiam claris atq; apertis verbis ibidem approbat *Andr. de Iser. in vers. aut si libellario*, idem tenet *Andr. de Iser. c. 1. §. Titius, si de feud. defuncti contro.* ubi concludit, si mortuo vasallo, qui feudum vendidit, hoc feudum alienatum repetat, agnatus proximior, cujus appellatione etiam filium contineri indubitati juris est, hæredem vasalli venditoris non teneri neq; obstrictum esse emptori, qui sciens hæc bona feudalia comparavit, precium reddere.

Sextò, hanc sententiam comprobat id, quod tradit *Bald.* & sequuntur *Iacob. Alvarott. & Præpos. Alexand. in c. 1. §. fin. qui feud. dar. poss.* ubi notabiliter concludunt, eum, qui petit contractum venditionis vel alium de feudo celebratum rescindi secundum naturam illius contractus, ut puta, quia res feudalis fuit vendita vel ad certum vel ad vitam venditoris, ipsum, inquam, non teneri emptori precium refundere, licet ille ipse vel hæres ejus, qui feudum alienavit, hunc contractum rescindi postulet, *arg. c. 1. de feudo guardiæ.*

Quare cum in nostro casu prædicti Nobiles secundum hujus contractus, super feudo

feudo conventi, naturam hæc bona feudalia repetant, quia ut supra latè conclusimus, paret intelligitur hoc jus tantum, quod tempore vitæ suæ in feudo habuit, vendidisse, dubium non est, quin filii hoc feudum revocantes ad precii restitutionem obligati non sint.

Huc accedit, quod tradit *Francisc. Sonsbeck. in tract. feud. 13. parte princip. num. 176.* ut dicit, si vasallus investierit alium de feudo suo simpliciter, ipso mortuo tam filios quam agnatos etiam precio non restituto hoc feudum recuperare posse, nam vasallus videtur subinfeudasse secundum naturam feudi, quæ habet, quod resoluto jure datoris, resolvatur & jus acceptoris, *c. 1. in fin. qual. feud. olim.* sin verò expressum fuit in investitura, ut etiam post mortem alienantis illud feudum apud subinfeudatum maneret, isto casu filius vel agnatus, si hæres patris fuerit, feudum alienatum revocare nequit. Igitur satis expressè vult, si feudum simpliciter alienatum fuit, non adjecta clausula, ut illud feudum apud emptorem etiam mortuo venditore permaneat, quod in nostro casu factum non est, filium vel agnatum, etiamsi hæreditatem alienantis adierint, non refuso precio feudum alienatum repetere posse.

Septimò, hanc opinonem confirmat, quod tradunt Dd. magis communiter, agnatum, cujus appellatione & filius venit, siquidem feudum cum consensu Domini alienatum, vivo alienatore repetat, ipsum precium restituere obligatum esse: sin verò hoc feudum mortuo alienatore revocet, ipsum precium refundere non teneri, *Andr. de Isern cap. 1. §. sed & res. nu. 3. & ibi Alvarot. nu 3. & 4. Præpos. nu. 2. per quos fiat. investit. Matth. de Afflict. cap. 1. §. donare. nu. 81. qualiter feud. olim. Francisc. Sonsbeck in tract. suo feud. in 13 parte principali. num. 167. 168. 169.* ubi eandem distinctionem expressis verbis & in filio facit, His adde, quod tradit *Hieron. Schurff cons. 74. & cons. 85. num. 2. lib. 3.* ubi concludit, agnatum mortuo alienatore, feudum recipere precio non restituto.

Ex his clarè patet, prædictos Nobiles feudum a patre ipsorum alienatum repetentes, non teneri, neque obligatos esse emptori ullum precium vel interesse refundere.

Nec quicquam huic verissimæ conclusioni derogant vel † detrahunt ea, quæ in contrarium adducta sunt.

73

Et ad primum contrarium videlicet ad *§. Titius*, facilimè responderi potest, illum §. in eo, quod requirit filium feudum repetentem precium restituere compelli, procedere, quando filius vivo alienatore jure prorimiseos feudum redimere vellet, secus est, si filius mortuo patre suo ac communi jure feudum alienatum revocaret: tunc enim precium restituere non compellitur, prout ille §. expressè distinguit, & ibi apertè affirmat *Matth. de Afflict. nu. 1 in secunda casus positione & nu. 20. & tenent omnes Dd.* in ultimo fundamento, pro hac sententia nostra citati.

Ad secundum contrarium respondeo, quoad † propositum nostrum illum dici bonæfidei emptorem, qui emit hæc bona, ignorans illa feudalia esse, eum verò, qui scivit, hæc bona feudalia esse, licet ea emerit licitè cum consensu Domini, vel etiam judicis authoritate, tamen malæfidei possessorem esse, neque precium recuperare posse feudo supradicto modo evicto, prout tenent omnes *Dd. in d. §. rursus.* præterea etiam authoritas judicis vel consensus Domini nunquam tertio, filio videlicet vel agnato præjudicat, *cap. 1. & ibi Dd. de alienat. feud patern. c. 1. & ibi Dd. an agnat. cap. 1. §. hoc quoq; de success. feud. fac. Rub. & arg. C res inter alios acta.* Nec obstat illud quod dicitur, eum qui judicis authoritate rem aliquam comparavit, bonæfidei emptorem dici, quia hoc tantum juris præsumptione procedit, contra quam præsumptionem contraria probatio admittitur, *l. 2. C. de offic. civil. jud. Bart. & Ias. l. de pupillo. §. si quis ipsi pratori. ff. de oper. nov nunc.* ideoque receptum est, etiam contractum venditionis judicis authoritate celebratum, probata deceptione ultra dimidium justi precii beneficio, *l. 2. C. de rescind. vend.* rescindi posse, *Abb. c. ad nostram. extr. de empt. & vendit. Ias. l. pacta novissima. C. de pact. Ias c. 1. nu. 9. qui feud dar. poss.* 74

Quare cum in casu nobis proposito liquidò constet, emptorem scivisse hæc bona ipsi vendita feudalia fuisse, licet hic contractus fuerit judicis authoritate celebratus: tamen nihilominus hic emptor malæfidei censetur: & non habet actionem contra hæredes venditoris ad precium vel interesse.

Quinimò dici potest, † quamvis in casu nobis proposito feudum cum consensu Domini alienatum fuerit, & Dominus feudi sit ordinarius judex tam venditoris quam 75

Bbbbb 2 emptoris,

emptoris, cum tamen hic contractus apud acta & in figura judicii celebratus non sit, non potest dici, hunc contractum judicis authoritate celebratum esse, quia factum coram judice non in figura judicii perinde habetur, atque si coram privato factum esset, *gloss. l. interrogatam. gloss. l. jubemus. C. de lib. caus.* quare non potest habere locum regula in nostro casu, quæ vult, factum coram judice bona fide factum censeri.

Ad tertium argumentum respondeo, & dico illud verum non esse, quia certi atque
76 indubitati juris est,† eum, qui scienter emit rem alienam, de evictione ne ad precium quidem agere posse, ut est *text. expressus l. si fundum. & ibi Bart. & Bald. C. de evict. l. si fratres, & ibi Bald. C. comm. utriusq. jud. Bart. & Bald. l. emptorem, §. fin. ff. de action. empt. Ias. d. §. duo fratres, num. 36. Bart. d. §. duo fratres. q. 11.* non obstantin contrarium allegata, quia illa procedunt, quando alio modo, quam quia quis scivit, rem emptam alienam fuisse, de evictione agere prohibitum est, secus est, si ob scientiam rei alienæ de evictione agere non concedatur, tunc enim ne de precio quidem actio competit.

Secundò, non obstat *l. fin. §. fin. C. com. de legat.* quia in illa lege ponitur casus omninò specialis, & a regulis juris communis exorbitans, prout dicit *Bart. d. §. duo fratres. q. 11. & Ias. ibid. nu. 36. Ias. d. l. fin. §. fin. C. comm. de legat.* ideoque illa lex ad consequentiam minimè trahenda erit, *l. quod verò. ff. de legib. c. ea quæ, de reg. jur. lib. 6* & præsertim hæc lex ad feudales casus extendendus non est, in quibus expresse contrarium decisum reperimus, ut satis probatur *d. §. Titius*, qui text. ita inducendo meam sententiam. probat: nam in illo textu dicitur proximiorem agnatum feudum venditum mortuo alienatore precio non restituto revocare posse, qui textus dum facit mentionem agnati proximioris, etiam filium comprehendit, quia filius agnatus proximus dicitur *l. filius. ff. de suis & legitim. hæred.* sed certum est, filium non aliter feudum patris acquirere posse, nisi patri hæres existat, igitur ex illo text. satis colligitur, filium etiam hæredem patris feudum venditum revocantem precium restituere non compelli: unde etsi dispositio *d. l. fin. §. fin.* extra terminos suos extendi posset, tamen ad feudorum consuetudines, quibus specialiter contrarium cautum est, non extenderetur, *c. 1. & ibi Feudistæ de feud. cognit.*

Ad quartum argumentum responsio facilis est, nam illud, quod dicitur † eum 77
qui contractum rescindi petit, ad precii restitutionem compelli, tunc demum verum est, quando quis alio modo quàm secundum ipsius contractus naturam contractum rescindi postulat, secus autem est, si quis petat contractum rescindi juxta naturam contractus vel rei in contractum deductæ, ut est in nostro casu, in quo contractus mortuo patre sua natura resolvitur, tunc enim is, qui contractum rescindi petit, precium emptori restituere non compellitur, ut satis ex iis, quæ in sexto fundamento pro hac nostra sententia diximus, colligi potest.

Ad quintum argumentum contrarium simili modo facilimè responderi potest, quia illud tunc demum † procedit, 78
quando quis alio modo quàm vel secundum naturam rei venditæ, vel secundum naturam contractus celebrati, rem venditam revocat, secus est econversò, tunc enim nec ipse venditor quidem rem venditam revocans, precium restituere compellitur, ut satis ex supradictis liquet.

Quare cum in nostro casu prædicti Nobiles feudum venditum revocent secundum naturam feudi venditi, cujus natura est, ut venditore mortuo feudum ad agnatum proximiorem revertatur, certum est, hosce Nobiles non compelli emptori precium restituere, non obstante authoritates Dd. contrariæ. Nam *Iacob. de Belvis. Iacob. Alvarott. & Præpos. d. §. hoc quoq. & Hieronym. Schurff. cons. 11. lib. 3.* licet dicant, filium precio restituto tam vivo quàm mortuo alienatore feudum venditum revocare posse, tamen non dicunt, quod filius repetens feudum mortuo patre alienatore precium restituere emptori cogatur: unde illorum authoritas, qua non est concludens, pro contraria parte allegari non potuit, *arg. l. non hoc, & ibi Ias. C. unde legit.* simili modo responderi potest ad id, quod tradit *Hieron. Schurff. cons. 82. num. 2. lib. 2. & consil. 18. lib. 3.* deinde nihil refragatur id, quod docet *Præpos. Alex. d. §. Titius. num. 3.* ubi vult, agnatum, qui revocat feudum alienatore mortuo, si alienatori hæres extiterit, etiam in bonis burgensaticis precium bonæ fidei emptori restituere

restituere compelli, quia *Praepos.* ibi intelligit bonaefidei emptorem, qui ignurat bona empta feudalia fuisse, ut satis colligitur ex illius verbis sequentibus.

Nam ibidem in sequentibus verbis dicit, ideo agnatum etiam haeredem alienatoris non obligatum esse emptori malaefidei à quo feudum repetit, precium restituere, eò, qui malaefidei emptor sciebat feudum alienari non potuisse, in praejudicium agnatorum, *arg. cap. 1. in princ. de investit. de re alien. fact.* sed certum est, in nostro casu emptorem feudi scivisse, haec bona fuisse & esse feudalia, & scivisse vel saltem scire debuisse, patrem in praejudicium filiorum suorum dicta bona feudalia alienare non potuisse, *cap. 1. in princ. de alienat feud. pater.* undè *Praepos.* non contra sed pru nobis decidit, dictos Nobiles feudum repetentes emptori precium restituere non compelli.

Tertiò non obstat, quod de jure respondent *Lipsenses inter Henningi responsa cons. 15. lib. 1.* Quia ibi Lipsenses exprese loquuntur in illo casu, quando pater contrahendo claris atque perspicuis verbis non tantum se, sed etiam filios suos obligare voluit, quo casu decidunt, filium haeredem patris emptori precium restituere debere pro viribus paternae haereditatis: unde innuunt, si pater contrahendo non expressè filios obligasset, prout in nostro casu factum non est, filios etiam haeredes patris emptori precium refundere non compellendos.

Quartò, non obstat id, † quod tradit *Alvarott. d. §. sed & res. num. 7.* quia doctrina *Alvarotti* juxta supra dicta intelligenda est, quando videlicet vel emptor ignoravit, bona vendita feudalia esse, vel quando pater in venditione expressè etiam filios obligasset, etsi forsan verba *Alvarotti* hanc interpretationem non reciperent, tamen *Alvarott.* authoritas in casu proposito nullius momenti judicare debet, cum illi soli tot tantorumque Dd. unanimis consensus refragetur.

Ex his omnibus clare liquet, praedictos Nobiles juxta veriorem atque magis communem Dd. sententiam bona feudalia à patre ipsorum agnato, remotiori vendita etiam precio non restituto repetere posse, & hoc absque omni dubio verum est, excepto tamen illo, si frater natu majoris à sua portione feudi exclusus esset, (quod tamen, ut ex superioribus liquet, verum non est) hoc enim casu alii fratres portionem fratris repetentes pro rata portionis fraternae emptori precium restituere, secundum legitimas sanctiones obligati essent, *arg. c. 1. §. porro. & ibi Dd. qualit. feud. olim. t. 1. §. Titius & ibi Dd. praesertim. Matth. de Affl. si de feud. defunct. cont. Matth. t. 1. §. hoc quoq. nu. 55. & 56. de success. feud.*

Ad tertiam quaestionem, † utrum videlicet ejus ratio haberi debeat, quod dicta bona feudalia, de quibus controvertitur, culpa vel negligentia emptoris deteriora facta sunt, prima facie dicendum videtur, nullam culpae vel negligentiae rationem à dicto emptore respectu horum bonorum feudalium exigi posse. 79

Quia certi atque indubitati juris est, hunc emptorem per venditionem & traditionem subsecutam dominium horum bonorum feudalium consecutum esse, *l. clavibus. ff. de contr. ab empt. l. ex empt. in princ. ff. de act. empt. l. traditio in princ ff. de acquir. rer. dom.* ideoque videtur dicendum, nullam illi culpam vel negligentiam circa haec bona commissam, imputandam, cum suae quisque rei moderator ac arbiter sit, *l. in re mandata. C. mand.* 80

Hanc sententiam primò comprobat *l. etiam. §. 1. ff. sol. matr* in qua lege *Iurecons.* decidit, etiamsi maritus culpa vel negligentia res suas perdiderit, tamen nihilominus eum non ultra id, quod facere potest, condemnandum, & subdit rationem dicens; quia non erat ab eo culpa in rerum suarum administratione exigenda.

Secundò, pro hac sententia adduci potest, *l. sed & si. §. consuluit ff. de petit. hered.* ubi dicit *IC.* Senatum consuluisse bonaefidei possessoribus, ne in totum damno afficiantur, sed in id duntaxat teneantur, quo locupletiores facti sunt, quemcunq; igitur fecerunt sumptum ex haereditate (sive quid dilapidaverunt sive perdiderunt) dum re sua se abuti putant, non praestabunt.

Tertiò, pro hoc allegari potest *text. l. si quid possessor. §. sicut. ff. de petit. haereditat.* ubi deciditur, possessorem haereditatis sicut sumptum quem fecit, deducit, ita, si facere debuit, nec fecit, culpae ejus rationem reddere tenet, nisi bonae fidei possessor sit, tunc enim inquit, quia quasi suam rem neglexit, nulli querelae subjectus est.

Quartò, pro hac sententia facit *l. 1. §. 1. ff. de serv. corrup.* ubi bonae fidei possessor servum alienum, quem tamen suum putabat corrumpens, actione servi corrupti

non tenetur, eò, quia licuit ipsi, ut Domino, re sua abuti.

Quintò, pro hac opinione citari potest, *l. venditor. la. 2. §. ut cum hæreditas. ff. de hæredit. & actio vendit.* ubi docetur, si venditor fundi venditione impleta eum fundum ut alienum neglexerit, nihil ei imputandum.

Sextò, hanc sententiam comprobat, quod licet emptor teneatur dicta bona prædictis Nobilibus restituere, Cum tamen emptor potuerit verisimiliter ignorasse jura, quæ volunt, venditionem feudi à patre factam filiis non nocere, hic emptor absque dubio bonæ fidei possessor judicari debet, quia etiam is qui in jure errat, vel leges ignorat, possessor bonæ fidei dicitur, *arg. l. sed etsi. §. scire, & ibi gloss. Bart. ff. de petit. hæreditat. Bart. l. ex diverso. §. 1. ff. de rei vendicat. Abb. c. dilecto. extr. de præben. Bald. l. 1. C. de usufruct. Bald. l. 1. C. de his quib. ut indign. Dyn. c. beneficium de reg. jur. lib. 6.* unde succedit regula, quæ vult, eum qui ignorat rem vel alienam esse vel restitutioni subjectam, si eam negligat, hac ratione non teneri.

His tamen & si quæ alia in hanc sententiam adduci possunt, non obstantibus, ego verum judico, prædictos Nobiles sive precium restituere emptori cogerentur, sive non, hoc ab emptore repetere posse, quod culpa vel negligentia illius bona feudalia, de quibus controvertitur, deteriora facta sunt, Quia certum est, hæc bona feudalia patrem nec alienasse, nec alienare potuisse, ita ut perpetuò apud emptorem manerent, *c. 1. in princ. de alien. feud. patern.* & morte venditoris hanc venditionem resolutam esse, filiisque liberam facultatem competere dicta bona feudalia revocandi, *c. 1. §. Titius, & ibi Dd. si de feud. defunct. content.*

Quare in casu nobis proposito habet
81 locum regula, quæ docet, quod † quotiescunque resolutio contractu vel venditionis, vel alio res alienata repetitur, emptorem culpæ atque negligentiæ nomine, quem circa bona empta constante contractu commisit, conveniri posse, quæ sententia multis juribus comprobari potest.

Primò, per *l. redhiberi. §. 1. ff. de ædil. edict.* ubi dicitur, emptorem cum redhibet mancipium, de dolo cavere debere, & de omnibus illis restituendis venditori obstrictum esse, quæ vel ad ipsum pervenerunt, ratione mancipii vel dolo aut culpa ipsius non pervenerunt, idem dicit *IC. in l. cum autem. §. cum redhibetur. ff. de eod. tit.*

Secundò, per *l. quod si nolit. §. si mancipium. ff. de ædil. edicto.* ubi similiter deciditur, contractu emptionis per redhibitionem soluto, emptorem de omni eo, quod circa mancipium venditum vel ab ipso emptore vel familia ejus culpa vel negligentia commissum fuit, obligatum esse, ideoque si ideo hoc mancipium vel mortuum sit vel deterius factum, quia vel emptor ei nullum vel malum medicum adhibuit, hoc totum emptorem venditori resarcire compelli.

Tertiò, hoc comprobatur per *text. l. si venditor in princ. ff. de in diem adjection.* ubi deciditur, si alicui in diem res reddicta fuerit, id est, ea conditione vendita, ut si alius intra certum tempus meliorem conditionem attulisset, discederetur ab hac venditione, quo casu constat, rem venditam interea emptoris esse, *l. 2. & ibi gloss. ff. de in diem addict.* & postea meliori conditione allata, prior emptio soluta fuerit, emptorem primum de eo, quo res vendita ante venditionem resolutam culpa vel dolo ejus deterior facta esset, teneri.

Quartò, pro hac sententia facit *l. creditor. & ibi gloss. ff. de pignor. action.* ubi resoluto pignore debitor de dolo & culpa cavere tenetur.

Quintò, hanc sententiam firmat, quod licet maritus constante matrimonio sit Dominus rerum dotalium, *l. doce ancillam. C. de rei vendicat. l. in rebus. de jur. dot.* tamen soluto matrimonio uxori suæ tenetur ad id, quanti illius interest culpa vel negligentia sua res dotales deteriores factas non esse, *l. in rebus ff. de jure dot. l. si filiofamilias. §. maritum. ff. solut. matrim.*

Sextò, pro hac opinione allegatur *l. videamus, in princ. ff. de usur.* ubi decidit JC. si sponsa sponso dotis causa fundum dederit, & postea renunciata sit affinitas, sponsum de eo, quod interea fundum neglexit, sponsæ obligatum esse.

Septimò, hanc sententiam corroborat id, quod tradit *Bart. & Dd. magis communiter l. si servum, in princ. ff. de verb. obligat.*, ubi docent, eum qui convenitur, ut rem aliquã vel tradat vel restituat, semper etiam ante moram de culpa vel negligentia circa rem commissa teneri, quod non tantùm locum habet in eo, qui personali actione convenitur, sed etiam in eo procedit, contra quem realis actio proponitur, si modo is vel sciat, se obligatũ esse, rem, de qua controvertitur, alteri restituere,

restituere, *l. ei, qui. §. sum prædia. ff. de petit. hæredit. l. si homo. ff. de rei vendicat.* vel hoc scire debeat, quia æque de mera culpa vel negligentia sua tenetur is, qui scire debet, se rem aliquam restituere alteri obstrictum esse, atque is, qui hoc certo scit, *l. quod te, & tibi, Dd. ff. si cert. petat. l. prohiberi. §. fin. ff. quod vi aut clam.* Quare, cùm dictus emptor vel sciverit, ut est verisimile, illum obligatum fuisse ad restituenda bona feudalia, de quibus controversia est filiis venditoris, tam venditore vivo oblato precio quam venditore mortuo etiam precio non restituto, vel hoc saltem scire debuerit, quia hoc expressè consuetudinibus feudorum cautum est, unde non potest hoc casu justam ignorantiæ caussam allegare vel prætendere: omnes enim jura scire tenentur, *l. leges sacratissimas. C. de legib.* nec quisquam justam legum ignorantiam allegare vel prætendere potest, *l. 2. ff. de jur. & fact. ignorantia. l. latæ. ff. de verb. significat. Bart. l. quòd Nerva. ff. depositi,* & hoc præsertim locum habet in nostro casu, in quo dictus emptor peritiores consulere potuit, tunc enim multò magis juris ignorantia obest; *l. regula. §. sed cùm juris. ff. de jur. & fact. ignorant. l. in bonorum, & ibi Bart. ff. de bonor. possess. Bald. & Ias. l. juris ignorantia. C. qui admitti,* ideoque dicendum, dictum emptorem teneri ad id, quo culpa vel negligentia sua hæc bona deteriota facta sunt.

Non obstant modò allegata in contra-
82 rium, & † primò non obstat *l. in re mandata. C. mandat. & l. etiam. §. 1. ff. solut. matr.* quia illæ leges propriè procedunt in illa re, quæ irrevocabiliter mea est, nec ulli restitutioni subjacet, circa hanc enim a me dolus vel culpa commissa extra legis pœnam sunt, secus est in illa re, quæ mea quidem est, sed eam alii vel in continenti vel post tempus restituere teneor, in hac enim doli, culpæ, nec non & negligentiæ ratio habetur, ut patet ex omnibus legibus pro hac nostra sententia allegatis, & satis probatur ultra illas allegationes in *l. mulier. §. sed enim. ff. ad Senatusconsult. Trebell.* in qua lege decidit *Iureconsf.* hæredem doli atque negligentiæ nomine, quæ circa res hæreditarias commisit, ante hæreditatem restitutam ei obligari, cui hæreditatem restituere rogatus fuit, & tamen controversi juris non est, hæredem ante hæreditatem restitutam integrum dominium omnium hæreditarium rerum habere, *l. facta in princ. ff. ad Senatusconsf. Trebell. Bart. & Ias. l. 1. ff. de legat.*

Secundò, hanc sententiam probat, *l. cùm res. §. pen. & ibi Bart. ff. de leg. 1.* ubi JC. definit, hæredem indistinctè de dolo & culpa circa rem legatam, vel per fideicommissum alteri relictam teneri, & tamen dubium non est, quin hæres rei, quam sub conditione titulo legati vel fideicommissi alteri restituere rogatus fuit, ante conditionem existentem dominium habeat, *l. fin. §. antep. & penult. C. com. de legat.*

Tertiò, huc accedit *§. cùm autem. Instit. de emptio. & vendit.* ubi Imperator ait, venditorem post venditionem perfectam, antetamen traditionem subsecutam, dolum & culpam circa rem venditam præstare debere, & tamen certi juris est, venditorem ante quam rem venditam tradat, dominium ejus rei retinere, *arg. l. traditionibus & ibi Dd. C. de pact.* ex his omnibus satis liquet, etiam eum, qui habet dominium alicujus rei, quam tamen alii restituere tenetur, doli atque negligentiæ nomine, quam circa istam rem commisit, conveniri posse, quare cùm dictus emptor & sit & fuerit obligatus, hæc bona feudalia prædictis Nobilibus restituere, manifestum est, ipsi jura contraria, quæ volunt, Dominum non teneri de dolo & culpa circa res proprias commissa, minimè opitulari.

Simili modo responderi potest ad alia ttia contraria proximè sequentia, videlicet ad *l. sed etsi. §. consuluit. l. si quid possessor. §. sicut. ff. de petit. hæredit. & l. 1. §. 1. ff. de serv. corrupt.* quia illa jura propriè procedunt in bonæ fidei possessore, qui bonis atque justis rationibus motus credidit, se illarum rerum irrevocabiliter Dominum esse, huic enim propter bonam fidem optima ratione a legibus succursum est, ne ab illo doli vel culpæ ratio exigatur, secus est in illo, qui scivit vel scire debuit, hanc rem vel alienam esse, vel restitutioni subjectam, is enim, qui a res vel alienas vel alteri debitas negligere, vel illis abuti non debuit, rectè culpæ atque negligentiæ ratione circa hanc commissæ obligatur, *arg. d. l. si servum. in princ. & d. l. quod te, cum aliis similibus suprà allegat.*

Tertiò, † non obstat *l. venditor. la. 2. §. at cùm hæreditatem. ff. de hæredit. & action. vendit.* 83
quia ad illam legem primò respondeo, illam legem propriè procedere, quando quis petit rem ex contractu, quæ nunquam sua fuit, secus est, si quis petat rem, quæ aliquando sua fuit, tunc enim adversarius omnis culpæ atq; negligentiæ nomine, quam circa hanc etiam ante moram commisit,

 obstrin-

obstringitur, *l. videamus, in princ. ff. de usur. Bart. Alex. & Iaf. d. l. si servum, in princ.* ideoque cùm prædicti Nobiles repetant hæc bona feudalia, quorum pater ipsorum, cui ipsi hæredes extiterunt, dominium habuit, certò certius empturem horum bonorum culpæ atque negligentiæ ratione, quæ circa hæc bona commisit, ab his Nobilibus conveniri posse, quia hæres & defunctus, item pater & filius reputantur una eademque persona, *§. 1. auth. de jurejur. à defunct. præst. l. fin. & ibi Iaf. C. de impub. & aliis substit.* etiam factum defuncti censetur factum hæredibus, *Bart. l. si servus in princ. ff. de furt. Alexan. conf. 18. col. fin. lib. 5.* sicut & factum patris perinde habetur, atque si a filio factum fuisset, *§. ei, qui. Instit. de inutilib. stipul. facit gloss. & Bart. l. 1. C. qui ætat. se excusant.* unde & defuncti nomine gestum hæres ratum habere potest, *l. si fine. §. si Procuratori. ff. rem ratam haberi. Dyn. c. ratum de reg. jur. lib. 6. Bart. l. bonorum. ff. rem ratam haberi. Alexan. & Iaf. l. eiusq. ff. si cert. petat.* & si quis promittat de suo facto tantùm, nihilominus hæc obligatio ad hæredes extenditur, *Iaf. l. stipulatio ista in princ. arg. illius text. ff. de verbor. obligat. Bart. & Iaf. l. si sic. ff. de verb. obligat. Bald. l. fin. C. de actio. empt. Iaf. l. 1. in principff. de jurisd. omn. jud.* & generaliter id, quod de unu disponitur, & de alio dispositum intelligitur, *l. hæredem. ff. de regul. jur.* Secundò, ad hoc contrarium respondeo, illud procedere in negligentia circa fructus quærendus commissa, *Bart. & Iaf. d. l. si servum, in princ.* ab hac enim faciliùs quis excusatur, secus est in negligentia circa rem ipsam commissa, faciliùs enim conceditur, ut quis alteri præjudicet vel noceat, in quærendis quàm in jam quæsitis, *arg. l. fin. C. de acquir. possess. l. quæ autem in princ. ff. de his quæ in fraud. creditor. Bart. l. jubemus, la 1. C. de sacrosanct. Eccles.* præterea fructuum vilis atque abjecta custodia, unde, circa hos longè faciliùs quàm circa rem principalem quis alteri nocere potest, *arg. l. rem nobilem. ff. de usucapion.* quare cùm in nostro casu prædicti Nobiles repetant bona feudalia a patre ipsorum possessa, & hic agatur non de culpa vel negligentia circa fructus, sed circa rem ipsam commissa, manifestum atq; perspicuum est, hoc contrarium nihil nostræ sententiæ refragari.

84 Ad sextum & ultimum argumentum respondeo, primò, non † præsumi emptorem constitutionem juris, quæ vult vasallum non nisi tempore vitæ suæ feudum antiquum in præjudicium vel filiorum vel agnatorum alienandi facultatem habere, ignorasse: Quia, quilibet in dubio jura scire præsumitur, unde allegans errorem juris hunc probare tenetur, *l. hæres ab eo, in fin. ff. ad Senatuscons. Trebell. Bart. l. sed & si. §. scire. ff. de petit. hæred. Bart. l. non fatetur. num. 12. ff. de confess. Bald. l. 2. C. si quis rem minor. ignor. Abb. c si diligenti, extr. de præscription. Alexand. cons. 121. lib. 4.* quare, nisi dictus emptor fidem facere posset, se hoc jus ignorasse, juris error seu ignorantia illi non patrocinaretur, quin & si legitimis modis docere posset, se jus ignorasse, tamen prætextu hujus ignorantiæ non excusaretur, quò minus ea ratione, quòd hæc bona feudalia culpâ & negligentia ipsius deteriora facta sunt, conveniri posset: sicut enim ut suprà quoque diximus, hujus culpæ & negligentiæ ratio absque omni dubio ab illo exigeretur, si scivisset se obligatum esse hæc bona feudalia venditore mortuo filiis illius restituere, ita & simili modo hujus negligentiæ nomine reus agi potest.

Cùm hanc juris constitutionem scire atque didicisse debuisset, quia † scire & scire 85
debere juxta quod communiter dicitur eadem juris constitutione determinantur.

Non obstat, quod in contrarium allegatur, eum bonæ fidei † possessorem cen- 86
seri, qui juris ignorantia ductus credit, se rem aliquam licitè possidere, quia omnia jura pro hac sententia allegata procedunt, quoad lucrandos fructus, quorum cùm sit vilis atque abjecta custodia, facilimè permittitur, ut quis prætextu erroris vel ignorantiæ juris ab horum restitutione liberatur, *Bald. l. venditioni. C. de usucap. pro empt. arg. l. si rem mobilem. ff. de acquir. possess.* secus est in culpa vel negligentia circa ipsam rem principalem debitam commissa, ab hac enim cùm omnes jura atque leges scire debeant, error vel ignorantia juris non excusat, quam sententiam confirmat primò *l. quod te. ff. si cert. petat.* ubi jure C. decidit, æquè ipsum in mora constitui, & per consequens de interitu rei teneri, qui scire vel intelligere debebat, se obligatum esse rem aliquam dare vel restituere, sicut ipse in mora constituitur, qui hoc revera scit & intelligit.

Secundò, hanc opinionem probat *l. quod serv. ff. depositi*, ubi JC. definit perinde ipsum depositi conveniri posse, qui committit aliquid circa rem depositam, q; scire potuit, se circa rem depositam facere vel committere non

non debere, atque ipse hac actione convenitur, qui hoc sciens atque intelligens circa depositum committit.

Tertiò, pro hac adduci potest, *l. qui re sibi commodata, in princ. ff. de furt.* ubi sancitur, eum, qui re commudata vel deposita aliter usus fuit quàm accepit, cùm suspicari debuerit, Dominum hoc non permissurum commudato vel deposito conveniri posse.

Quartò, ad hoc allegatur *l. prohibere. §. fin. ff. quod vi aut clàm.* ubi dicitur, clam facere videri eum, qui celavit adversarium, neque ei denunciavit, si modò timuit ejus controversiam, aut debuit timere: Item, & eum, qui celandi animum habet, eum, quem prohibiturum se intellexerit, & id existimat aut existimare debet, se prohibitum iri.

Quintò, hùc citari potest *gloss. §. si res legata. Instit. de legat. gloss. l. quidam ita. §. fin. vers. favore. ff. ad Senatusconsult. Trebell.* ubi *gloss.* expressè volunt, illum, qui ignorans se obligatam rem aliquam restituere, ad quam tamen restituendam se obstrictum scire debebat, circa hanc rem aliquid commisit, hujus rei nomine conveniri posse.

Sextò, hanc sententiam quasi in specie
67 ponit † *Bart.* & sequuntur *Dd.* magis communiter in *l. si servum. §. de illo. ff. de verbor. obligat.* ubi *Bart.* disputat, an is, qui aliquid commisit circa rem aliquam, quam ignorat, se alteri restituere obligatum esse, hujus ratione conveniri possit, & finaliter distinguit, aut is debet hanc rem alteri ex caussa hæreditaria, & indistinctè ex facto suo circa hanc rem commisso obligatur, aut non est debitum ex caussa hæreditaria, & tunc dicit, eum simpliciter obligari, si culpa sua ignoravit, se hanc rem alteri restituere obligatum esse, & subjungit, hoc procedere in eo, qui negligit rem debitam, vel qui circa hanc rem actum aliquem licitum aut permissum facit, eum verò, qui aliquem actum illicitum circa rem debitam commisit, puta equum, bovem, vel hominem promissum occidit, omninò hujus facti nomine conveniri posse, nulla habitâ distinctione, utrum culpa sua vel absque culpa sua huc ignoraverit, & sic cùm dictus emptor debuerit scire, se obligatum esse bona feudalia venditore mortuo hisce Nobilibus filiis venditoris restituere, & fuerit in lata culpa, quare non petierit ab aliis peritioribus se instrui vel certiorem reddi de hac constitutione, *l. leges sacratissimæ.* & ubi *Bald. C. de legib. gloss. l. liberor. §. 1. ff. de his qui notant infam. gloss. l. latæ in princ. ff. de verb. significat. Bart. l. quod Nerva. ff. depositi*, dubium non est, quin dictus emptor ab hisce Nobilibus ejus nomine conveniri possit, quòd culpa vel negligentia sua hæc bona feudalia deteriora facta sunt.

Ex his clara atque perspicua patet responsio ad hanc tertiam quæstionem, videlicet dictum emptorem in omnem eventum, sive hi Nobiles ipsi precium restituere teneantur sive non, prout in secunda quæstione conclusimus, teneri atque compelli, hisce Nobilibus omne id resarcire, quòd culpa vel negligentia ipsius hæc bona feudalia deteriora facta sunt.

FINIS.

JENÆ



TOBIAS STEINMAN imprimebat,
Sumptibus Henningi Grosii Biblio-
polæ Lipsensis.

ANNO CHRISTI,

1606.